HENNINGI ARNISÆI HALBERSTADIENSIS,

DE REPUBLICA, SEV RELECTIONIS POLITICÆ LIBRI DUO.

Quorum Primus agit

DE CIVITATE ET FAMILIIS, SECUNDUS DE RERUMPUBL. NATURA ET DIFFERENTIIS.

REVOCANTUR HIC NON TANTUM OMNIUM POLITICORUM PLACITA AD ORDINEM ET PRINCIPIA ARISTOTELIS ET PLATONIS, sed & hodiernæ Respublicæ conferuntur cum præteritis & quicquid vel à Græcis Latinisq; primum traditum, vel à posteriori ætate additum observatumq; fuit, ad unicam veritatis limam examinatur, Benevoliq; Lectoris judicio iterùm examinandum offertur.

EDITIO NOVA, CORRECTIOR, ET TRIPLICI INDICE *Autorum, Capitum, ac Rerum Verborumq; memorabilium locupletißimo aucta.*



ARGENTORATI,
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.

Anno M DC XXXVI.

SERENISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

Dn.

FRIDERICO VLRICO,

DUCI BRUNSWICENSIUM ET LUNÆBURGENSIUM:

Domino ſuo Clementißimo.

QUI animum ad ſtudium aliquod adjungunt, aut forenſis induſtriæ, aut Medicinæ, aut ad Philoſophos, Auguſtiſſime Princeps, Domine Clementiſſime, nec unâ omnes ſemitâ, nec pari gradu incedere ſolent,

Quot ſunt capitum, totidem ſtudiorum Millia. Horat.

Quoſdam cupido lucri tam properè ad portum rapit, ut inſtar Canis è Nilo pitiſſantis prætervolitent, quicquid rectà ad eum, quò tendunt finem, non ducit: Imò nefas cenſent eſſe, ſi pictor unus amphoras quam cucurbitas pingat, ſi ſutor ultra crepidam ſapiat, & bonus Medicus amet ſimul eſſe ſcitus Poëta, aut acutus Mathematicus, ideoq; in eos detortum habent illud Romani Poëtæ:

Quod Medicorum eſt, Horat.
Promittant Medici, tractent fabrilia fabri.

Alii amore ſciendi, & quod omnibus innatum dicit Philoſophus, diſcendi [illegible] deſiderio eò uſque depereunt, ut artem, quam ſibi fixerunt Co-[illegible], non attingant, niſi omnibus, ante pererratis, quæ vel in ſupremo orbium convexo, *Vltra Solis Luneq; vias*, vel infra Tartara, vel in medio abyſſo, quod utraque disjungit, recondidit mirabilis natura, aut quæ hic ſolers hominum adjecit induſtria, non ſine labore longoque die excogitata, utque uno verbo dicam, quæcunque Deus in hoc mundi theatro contemplanda agendave propoſuit. Ariſt. in Metaph. tex. 1.

Quod ſi quis eos, qui ingenii vires univerſas intra cancellos unius artis coercent, rectius rebus ſuis conſulere contendat, tantum abeſt, ut ab hoc diſſentiam, ut non tantum id ultrò confitear, ſed & eò diligentius

quodque excoli addam, quò minus animus discentis vagatur, & in minus multa simul studia scinditur. Lybie quippe Ægypti regina, ea lege artificia inter subditos distribuebat, uti singulis non nisi singula percolenda assignaret, haud ignara, inquit Isocrates, qui subinde in aliud atque aliud minus abripiuntur, in nullo obdurescere, nec in succum sanguinemque cõverti cibos, qui varietate vim ventriculi obruunt. *Varium enim cibum edi facilius, quam concoqui*, rectè dixit Celsus. Me verò inde usque à pueritiâ, ex quo erva lupinis distinguere cepi, nescio quisnam aliò *bonus abstulit error:* nec me ingenio par redditurum putavi, nisi per Philosophorum amœna tempe cursum tenenti habenas liberè laxarem: imò injurius in me ipsum mihi futurus videbar, si me ab eo bono sciens volensque, tanquam profanum aut indignum avertissem, quod inter humana post sui cognitionem primum præcipuumque statuit divinus ordo. Quin & eò paratiorem fore animum ad capienda cætera mihi persuasi, quò diutius ante se discendo exercuisset & plurium rerum notitiâ instructiorem reddidisset. Quam enim multos dum nimium properant, inter medios studii naufragium passos, nec absolvisse, quem tenebant, cursum vidi?

Isocrat. de laudib. Busirid.

Cels. lib. 1. c. 6.

Serius absolvit, qui nimium properat,
& Canis festina cæcos parit catulos.

Dum autem in his sapientiæ prudentiæque studiis moras necto, cupidinique meæ morem gero, non potui non multa ex variis Autoribus hinc inde enotare, quæ ad gustum propositumque meum facerent, nonnulla etiam, ubi aliorum industria defecerat, meopte ingenio de novo excogitare coactus fui, & in solatium fluxæ memoriæ chartarum fidei concredere, in omni quidem genere disciplinarum, sed in hac prudentiæ parte, quam Politicam cognominant, eò diligentius, quò longiùs se diffundit, & plura simul ambitu suo complectitur. Magnâ enim ratione adulescentulos ab hujus Deæ limine abegit Aristoteles, non tantùm, quod affectibus legem dare nondum possint, quodque judicio & experientia destituantur; sed etiam, quod legum, non unius, sed plurium, atque adeò, si fieri posset, omnium omninò Rerump. nec non historiarum, & quæ ad harum lectionem apprimè necessariæ sunt linguarum cognitio, præter totius disciplinæ fundamenta, quæ hactenus in puteo Democriti sepulta, & nondum, non dico eruì, sed vix moveri cepta, latuerunt, requiratur ab idoneo hujus disciplinæ cultore, quæ omnia ecquis ante maturam ætatem in pueris quantumvis præcocis indolis, deprehendit unquam? Sapiunt quidem nonnulli ante pilos: sed prudentia venit ab annis, & experientiâ acquiritur.

Arist. 1 Eth. c. 3.

Cum igitur ad hunc tantum rerum Oceanum ventus studiorum meorum cymbam detulisset, coactus fui paulò profundius me immergere, & remissioribus velis citatum cursum frangere, quod brevi itinere tantum

[illegible] e curriculo quidem percurri, emensurari verò non posse intel-[illegible] quoque quoties ad fluctus, quos vix emersi respicio, & ad [illegible] quæ ex illo itinere mihi comparaveram recurro, accidere mihi [illegible] illis solet, qui amicas domi detinent. Quamvis enim si-[illegible] & nonnunquam impedimento ac indecori esse conquerantur: [illegible] inducere non possunt, ut eas dimittant. Jamdudum enim [illegible] longo errore ad unicam Medicinam contraxi, valetudini a-[illegible] consecrata: nihilominus, quoties & profitendi munus & fasti-[illegible] me carceribus dimittunt non-omninò delassatum, non pos-[illegible] ad [illegible]eptas Musarum delitias subinde anhelantem animum & [illegible] nebulas inde detergere cupientem, relabi sinam. Vnde fa-[illegible] tuæ Cels. Illustrissime princeps, præsens hoc Politicæ opus, in-[illegible] re[illegible]ditum, denuò offeram & sub tuo patrocinio in publicum [illegible] aliorumque experiri censuras velim.

[illegible] enim hasce pagellas sine sacrilegio sacrare possem, nisi tuæ Cels. [illegible] rudimentô, ut auspicatò, patronam selegi: Ita ex-[illegible] multò faventiorem, quam optare ausus fuissem. Postquam ve-[illegible] auspitiis & impulsu in hanc Academiam appuli, à Reveren-[illegible] tuæ Cels. parente, p. m. liberaliter invitatus, tantò major [illegible] hujus nascitur occasio, quantò pluribus beneficiis tua [illegible] me [illegible]nctum tenet. Lenta sunt illa vincula quo intendas arcti-[illegible]. Nam si otii mei nemini mortalium præterquam Cel-[illegible] rationem reddere teneor, cuinam nisi illi testimonium hoc [illegible] quo pacto nunquam minus otiosus fuerim, quam cum otiosus [illegible] Si [illegible]peiæ etiam eorum, qui ingenuam servitutem serviunt, Do-[illegible]entur, cui ad gratias obligati erunt, quotquot ex his Commen-[illegible], nisi tuæ Celsitudini? Quod quis suo sumtu, quantumvis [illegible] fecit, per seipsum facere videtur. Fac autem esse absq; hoc debi-[illegible] [illegible]orem mihi patronum aliunde exorare potui, aut facilè in-[illegible] tuæ Celsit. parem, sive regium genus & ultrà hominum me-[illegible] deductum, [illegible]e provinciarum quibus tua Cels. avito succendendi [illegible] potentiam, sive denique virtutes spectem Heroicas, quas [illegible] felicem gubernationem, tàm domi, quàm foris comparavit, [illegible]? Nec enim id solùm à Patrono requiritur, ut [illegible] habeat virium & autoritatis: sed causas potissimùm [illegible] susceptorum, illius fidei & prudentiæ credi volebat Romulus. [illegible] quisque ambite ex hac inscriptione velim tua Cels. intelligat. [illegible] in hac disciplina, quam inter cæteras Architectonicen & Princi-[illegible] Philosophus, quam omnium virtutum magistram seu potius [illegible] tanta sit opinionum & institutorum varietas, ut in [illegible] pateat, nisi impedimentorum, quæ vias reddunt impeditas,

Plaut. in Pseud.

Cic. 3. Off. in pr.

Halyc. lib. 2. Plut. in Rom.

Arist. 1. Ethi. c. 1. & 3. Pol.

Plutarch. in Comparat. Arist. & Cat. Niceph. lib. 12. c. 34. Ambr. l. Epi. 10. ad Sab.

quædam declines, alia amputes, nonnulla funditus excindas; fieri ... non poteſt, quin & quarundam Rerump. errores condamnes & eorum, qui ante te ſcripſerunt, judicia interdum humani quid pati demonſtres. ... qui lupum ad eum modum auribus tenet, qua arte citra invidiam evadere poterit: hac præſertim ætate, quâ multi cum Heliodoro Theſſalo ab Epiſcopatu, quam opinione abire malint. *Fallunt enim unumquemque*. ut ait Ambroſius, *ſua ſcripta & auctorem prætereunt, atq; ut filij deformes delectant parentes, ſic etiam ſcriptorem indecores quoq; ſui ſermones palpant.* Mihi verò non tantum ab illis, qui ab antiquitate, ſtudiô novitatis, divortium fecerunt, aliquoties diſſentiendum; ſed & ſæpiùs nova & nemini antè tentata via pervestiganda fuit, quãdo ex tantâ ſcriptorũ, qui hodie calamum in hac arte ſtringunt, multitudine, non tantum ordini legitimo inſiſtentem inveni neminem, dum ab Ariſtotele, qui primi videri cupiunt omnium, dedita opera in devia ſe abripiunt, *imitatores, ſervum pecus*, non ſecus ac Cæcias nubes ſolet, ſecum trahentes: ſed etiam plerorumq; opera múltis in locis hiulca, & ubi maximè exerere ſeſe deberẽt, maximè cõtracta, & periculoſos quoſq; difficultatũ ſcopulos ſilentio circumire velle deprehendi: Nec id eò dico, quaſi cujuſquam laudi invideã ut detractum cupiam, cum plerorũq;, qui non tantum ſcribendo, ſed & agendis rebus inſenuerunt, *veſtigia pronus adorem*, faciliſque im aliorum erroribus, quô meis veniam pari facilitate impetrem. Vbi tamen & meæ diligentiæ locus eſt, nolim eam mihi ſine fructu perire, nec injuriam facere putandus eſt Ulyſſes Palamedi, quando admonens illum: *Multa quidem benè*, ait, *non tamen omnia dixti.*

Quicquid verò vel inimicitiæ vel invidiæ hinc immerenti inſtare poſſet, id omne Tua Celſit. ſingularis & mirandæ ſuæ prudentiæ umbone à capite meo avertet, & ſi quid fortè incogitanti mihi exciderit, aut ... tis probæ Reip. aut artis hujus Arcanis adverſum diſſonumve, graviſſimo judicio, in quamcumque partem viſum fuerit, (videbitur autem non ... in meliorem) interpretari non dedignabitur. Cum Cantorem quendam

Plut. in Apopht.

Philippus Macedonum Rex reprehenderet, *Dij*, inquiebat ille, *prohibeant, ô Rex, ut tu hæc me melius noris.* Hanc verò artem Regum Principumque ... ditis inventam, quemnam melius callere neceſſe eſt, quam eum, qui illam quotidiè cum applauſu omnium exercet? Faxit Deus conditor regnorum, ut quam nobis oſtenderunt felicitatem auſpicata Principatus tui exordia, perpetua terris hiſce incumbat, nulloq; malo genio interrupta. Sic fiet, ut me minimè falſo de Celſit. tua ominatum jure me efferre queam, cum ſtudia hæc mea, favoris & Clementiæ tuæ aurâ confiſus, primum in altum proveherẽ: *Quis melius, quam literatus, imperet?* Prout olim Tacito Imperatori acclamatum fuit. cui nunc addo, quod in Probum Imper. boni ominis gratia dictum refertur: *Tu apud alias gentes, alioq; calentibus Sole terris prius didiciſti, quod populus es imperaturus*, aut quod Alexandro Severo, qui te Octen-

Vopiſc. in Tacit. Vopiſc. in Prob.

nio

[illegible] segnius nutantem sustinuit Rempub. *Dii te nobis dederunt* Lamprid. in Alex. Sev.
[illegible] *Felices nos imperio tuo, felicem Rempubl. Te habemus, omnia habemus: Vale-* [illegible] *multis annis imperes feliciter.* Atque in hoc voto finio, Deum precatus [illegible] quoque, quandocunque visum fuerit ætatis nostræ diribitori ju- [illegible], cujus patrocinio tuam Celsit. tam sollicitis votis commendatam Suet. in Aug. c. 56. Paulin. ad Gestid. apud Auson.
[illegible], quam ego obnixè cum hoc meo immaturo fœtu sub alas favoris & [illegible] tuæ arrepere aveo, non oblitus interim ejus exceptionis, qua [illegible] Augustus liberos suos commendare populo: *Si merebimur,*

Ore libens sumas, nec vilia dedigneris,
Quæ sunt parva modo, magno metitus amore.

Scriptum ex tua Julia, die 1. Januar. Anno 1615.

T. Celsitud.

Subjectiss.

Henningus Arnisæus D.
& Profess.

LECTORI BENEVOLO.

NOn sum dubius, amice Lector, quin hoc meum in rel[illegible] gendis politicis institutū, alij aliter atq; aliter accepturi, variasq; in partes interpretaturi sint, quib. omnib. si me singulatim excusare v[illegible], quid aliud agerē, quam ut latus percussuris denudare. Si qui sunt, quibus decisiones meæ non placent, tantū abest, ut illis succensere vel[illegible], ut gratias insuper addendas putem, si meliora proferant, & [illegible] veritati viam aperiant. Nemo enim me æquiori animo adversarium admittit, & [illegible] est eo jure quemq; frui, quod in alios statui fecit. Qui vero per injurias & cavillos [illegible] torio animo viam contra bonos Autores affectant, & more araneorum venena tantum exugunt, ijs, perinde hunc librum clausum volo, ut Augustinus mensâ sua abigebat eos, qui gauderent absentium rodere vitam, exemplo Regij vatis, è domo sua omnes id genus hominum labes excesse jubentis, qui opprobrijs aliorum venalem haberent linguam, nihilq; [illegible] male dicerent, cum bene dicere non didicissent. Fieri potuit, ut alicubi in tanta o[illegible] offenderim, à tot diversarum opinionum fluctibus præceps aliquo abreptus fuerim, aut in semita ignota, & nemini ante calcata, prout noviter multa explicare coactus fui, [illegible] verticulum deflexerim. Quin & librorum capitumve allegatorum numerus a[illegible] ruptus, aut Proprium aliquod Nomen non satis expressum immutatumve [illegible] memoriæ, aliave in re minutiori videbor forte Suffenus. Quis enim adeo lynceus, ut [illegible] tu tenebris non offendat, quis adeo firmis oculis, ut undiq; insurgentibus opinionum [illegible] non obtundatur, quis memoriæ adeo capacis, ut in tanta rerum Varietate non hallucinetur? Nihil errare, supra hominis facultatem esse dicit Galenus, & Cato ipse, exc[illegible] lebat, qui forte errarent, dicens, non omnes esse Catones. Hippocratem clarum arte medicinæ honestissimè fecisse scribit Quintilianus, quod quosdam errores [illegible] nos, u[illegible] p[illegible] rent confessus esset. Imo ipse Hippocr: non erubescit ita de se testari: Nec ego ad [illegible] artis Medicæ perveni, quamvis senex jam sim, nec ipse artis hujus inventor Æsculapius. Nam & ipse multis recantavit. At quis ille Hippocrates? cui Macrobius hanc laudem soli relinquit, quod nec falli potuerit, nec fallere: nedum ut nostrûm quisquam [illegible] errore sese absolvere possit. Ego certe me hic aliorum judicijs tanto facilius submitto, quanto minus me ijs admisceo, dederim quibus esse perfectis. Fateor enim me ex eorum numero esse conari, cum Augustino, qui proficiendo scribunt, & scribendo proficiunt, nec a doctissimis magis, quam indoctissimis hæc mea, ut C. Lucilius dicere [illegible] cupio, cum hi nihil intelligant, illi plus fortasse, quam egometipse. Lectorem [illegible] incorruptiq; judicii & qui, cum multa bona invenerit alijsq; profutura, paucis non offendatur maculis, quas aut incuria fudit Aut humana parum cavit natura. Amicus dulcis ut æquum est, Cum mea compenset vitiis bona, pluribus hisce, si modo plura [illegible] bona sunt, in[illegible]. amari si volet hac lege in trutina ponetur eadem. Ignoscendum [illegible] e[illegible] qui erratis suis veniam vicissim impetrare cupit, ut ait Plinius. Errata ta[illegible]

Galen. lib. 1. ad Glaucon. Quint. in ... Mat. Quintil. lib. ... c. 6.

Hippocrat. Epist. ad Democr. Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 6.

August. Epist. ad Marcel. Cicer. ... de orat.

Plin. lib. 19. Epist.

opera[illegible]

operarum nolim mihi imputes, quorum tanta, dum in varias officinas exemplar distrahitur, & mihi correctioni ultimam adhibere manum nullibi licet, irrepsit ubique multitudo, tantamq; sententiis induxit nubem ut mea ipsius verba multis in locis non agnoscam, nec sine exemplari, quo in verbo maximè peccatum sit, aut per me cognoscere, aut te admonere, multò minus numerum inire possim eorum, quæ usq; ad sensus ipsius perversionem corrupta sunt, quæ si quis pernumerare velit, eundem numeratum ire jubebo, Quam multæ ad littus volvantur arenæ, Dum mare sufflatum rabioso exæstuat Euro.

Non offero autem tibi, Amice Lector, nisi duos priores libros Totius operis, quod in decem partes propter materiæ cohærentiam & divisionem secare coactus fui, nec arctius contrahere potui tantam rerum molem, quam hæc disciplina vehit. Ductu enim Aristotelis & Optimorum quorumq; Medicorum, totum Politices Systema dividendum putavi in duo membra, quorum prius agat de conservanda Republ. alterum de corrigenda. Medici quippe totidem partes primas Medicinæ inducunt, nisi quod illi non generent, sed generatum accipiant corpus humanum, in quo artem exercent suam: Politici verò Rempubl. non tantum in statu suo integram conservent, sed & novam è fundamentis educant. Nec tamē constitutio illa propterea tertiam Politicæ partem producit, cum iisdem mediis & constituatur & conservetur Resp. Huc refero sex libros, quorum duos hoc primo volumine exhibeo, de Civitate & Republ. primus explicat subjectum disciplinæ, secundus finem, de quo in utriusq; proœmio prolixè disseritur. Tertius exhibebit caput Reipub. hoc est, Summam potestatem, quam compresso nomine vocamus Majestatem, cum hæc principatum obtineat & quasi anima sit in toto corpore. Quartus explicabit Corpus ipsum, in quo Potestas hæc dominatur, nimirum subditos, eorumq; dispensabit officia & classes digeret, nec non huc invocabit Peregrinos & incolas, & quæ præterea ad hunc ordinem pertinent. Quintus deflectet ad potestates vicarias & intermedias, quarum operâ Majestas in moderandis subditis nititur, ut sunt Magistratus & Curatores, à maximis ad minimos. Sextus adjiciet, Leges, Consuetudinem & Educationem, tanquam media, quibus Majestas per Magistratus Rempubl. gubernat. Atq; hactenus constituta est Respubl. ex omnibus partibus & requisitis. Nam quod religio in politica nullum locum per se sibi vendicet, suo loco demonstratum faciemus. In altera parte, sc. de restituenda Republica liber septimus aget de corruptionibus Rerumpub. earumq; causis: Octavus de remediis tam præservativis quā curativis contra corruptionem causas internas: Nonus de bello, contra hostem externum & deniq; Decimus, de Pace, Induciis & Fœderibus, quibus hisce corruptibus Modus dari & Finis præstari solet. Interim dum hæc partim à me, si Deus vitam, facultatem & otium dederit, perficiuntur, partim quæ jam confecta sunt, in ordinem rediguntur, præludiis hisce, Benevole Lector, fruere. Cætera eo ordine sequentur, quo dederit divina clementia, cujus protectioni nos humiliter commendatos relinquo. Vale.

Typographus ad Lectorem.

Quod in præfatione ad te Benevole Lector de Erratorum multitudine, qua hic de Republica tractatus priori editione defœdatus fuit, ipse Autor CL. Arnisæus conqueritur. Idipsum alii etiã satis multi viri boni & docti deplorârunt. Cum igitur hanc, quam, vides, novam adornarẽ editionem, omnibus modis eam puriorem & à mendis istis repurgatam exhibere laboravi; Quod etiam summo studio & labore præstitum est. Cum verò tàm innumera eorum copia fuerit, quis adeò firmis oculis & lynceis esse potuit, ut tot corruptiones numerare, taceo, (præsertim in defectu Exemplaris Manuscripti) restituere, & ubiq; in tantam, ut loquitur Auctor, sententiis inductã nubem primâ curâ penetrare valuerit. Multa igitur quæ primam defugerunt, in secunda cura Indices colligente deprehensa, studiosissimè notata, & in finem rejecta sunt. Ex illis, ut ea, quæ occurrunt graviora, sensumq; pervertentia facilè restituere poteris, ita leviora, si quæ amplius sunt, studium tuum & lectionis cursum non offendent: Autorum præterea Catalogum addidi, ne & hic desit, quo in dubio de corruptela eorum tibi suspicanti, recurrere liceat. Indices insuper subjunxi duos, Capitum sc. & rerum verborumq; memorabilium, Qui posterior succinctâ & eâ, qua in tanta rerum farragine fieri potuit, brevitate, totius operis summam uno obtutu exhibebit, teq; ad inveniendum dijudicandumq; expeditissimum reddet. Accipe igitur hos duos Relectionis Politicæ Libros à tot mendis liberatos, sectionum capitulis accuratè ad marginẽ positis omnibus illustratos, & iis quos dixi, autorum, capitum, rerumq; ac verborum indicibus locupletissimè auctos. Lege illos eo, quo Autor & ego tibi damus animo, de meo studio, laboribus & sumptibus tui gratiâ in id expensis ipse benevolè judica, ac quæ in errata ipsa præter meam spem irrepserunt menda corrige, atque sic lege.

Lit. Hbbbbb 4. fac. 2. l. 9. l. πάντως. l. 25. l. immitium. Iiiiii fac. 1. l. 1. l. filij. l. 15. l. Soncin. Caiet. l. 18. l. Helmsbod. Momerancius. l. 21. l. φιλεταίρων. Iiiiii fac. 2. l. 12. l. Buridan. l. 23 l. Augustulo. l. 16. à fin. l. Genero. Sigismundus Simplex kiiiii 2. fac. 1. l. 23. à fin. l. Claudio, Calvisio. Vale dabam. d. 24. Maii. 1636.

INDEX

INDEX AUTORUM.

INDEX AUTORUM.

Diez

Orige-

Carol.

RELE-

RELECTIONIS POLITICÆ

LIBER PRIMUS.

De CIVITATE ET FAMILIA.

RATIO ORDINIS.

Quod & quare in Politicis à civitate & familiâ auspicandum sit.

1. *Subjectum cujusq; disciplinæ aut præcognoscendum, aut primò loco explicandum.*
2. *[illegible]narum naturam non æstimari ex [illegible] descensu.*
3. *Quare Logicus a Categoriis, Medicus à corpore humano, Politicus à civitate initium facere debeat.*
4. *Civitatem esse subjectum Politices.*
5. *Rempubl. esse finem ejusdem.*
6. *Kekermanni error, confundentis civitatem cum Republ.*
7. *Quare ante civitatem sit agendum de familiis ex sententia Aristot.*
8. *Familias & homines tantum respectivè considerari à Politico.*
9. *Error [illegible]phanii & Kekermanni, confundentium Politicam familiarum considerationem cum Oeconomica.*
10. *Familias aliter in Politicis, aliter in Oeconomicis considerari.*
11. *[illegible] Kekermanni de triplici distincta prudentia.*
12. *[illegible] virtus publica differat à privata.*
13. *Nodus quidam Piccolominei solvitur, utrum idem sit vir bonus & civis bonus.*
14. *Censura in quandam Montecatini sententiam.*
15. *Oeconomicam non esse appendicem Politicæ contra Piccolom. & Casum.*
16. *Defensio nostra sententiæ contra Hænonium.*
17. *Conclusio Proœmii.*

QUanquam pluribus modis differant subjecta scientiarum & artium, *ut ex Zabar. videre est, de trib. præcog. c.2. Mercat. quæst. proœm. operis Med. ult. & ex ipsa rei evidentia patet,* cum scientia requirat subjectum, de quo demonstrentur affectiones: ars vel disciplina practica, in quod finis per instrumenta inducatur, quomodo aurum se habet ad aurifabrum: tamen in eo, quod ex natura subjecti, quatenus talis, prodit, conveniunt, ut scilicet vel præsupponantur ante disciplinam, *1. post. tex. 73. 2 post. t. 42.* vel, si ignorentur, rudites, & quantum disciplinæ cognitio exigit, declarentur, quemadmodum Aristot. *1. Eth. c. 13.* animam rationis participem levi brachio & *ὡς ἐν τύπῳ* explicat: Logicis instrumentis rudem præmittit Categoriarum tractationem *in præd.* quarum genuinum locum esse in Metaphysica, nemo negaverit, nisi qui cum juratis antiquitatis hostibus, contra manifestam philosophi *5. Metaph. 1. Eth. c. 6.* mentem, contra evidentissimas, ab universa vetustate, inde usque à tempore Architæ Tarentini, confirmatas rationes, earum bonam partem in exilium agere

1. Subjectum primo loco præcognoscendum.

In Ethicis.

Logicis.

agere & ad Physicam, cujus termini iis capiendis nimium sunt angusti, relegare velit. *Physica.* Quin etiam Zabarell. *in 2. Phys.* definiri & non aliter naturã tractari censet, quia quatenus præbeat & determinet physicæ subjectum, cujus principalem partem constituit. De cujus opinione, cum *in Phys. disp. de nat.* abunde dixerimus, incerta nolumus misce- *Metaphysica.* re certis. Certo autem certius est & à me contra novellum Scotũ *in Vind quart. part. Apol.* satis evidenter demonstratum, Ens, quatenus Ens, ab Aristotele, 4. *Metaph. c.* 1. statui subjectũ Metaphysicæ. Nihilominus hoc Ens, 4. *Metaph. c.* 2. 6. *Metaph text. ult.* pro subjecto Metaphysicæ positum, quantũ ad cognitionem duorum primorum principiorum faciebat, explicatur. 4. *Metaph. c.* 2. *& seqq.* quia aliquali indigebat declaratione, propter mentis nostræ imbecillitatẽ, nec ejus notitia aliunde peti poterat, quemadmodum animæ & corporis humani ex Physica, cum nulla sit supra Metaph. scientia vel disciplina. 1. *Metaph. c.* 2. *& seqq.* Si enim corporis humani perfectam cognitionem discipulus ad Medicas scholas afferret ex Physica, si Categoriarum, discipulus Logicæ ex Metaphysicis, nec his in Logica opus esset, nec Anatomia in Medicina, quia partiũ doctrina à philosopho accuratius explicatur *in lib. de part. incess. & gener. anim.* quam in libris sectionum, sive Anatomicis.

2. Verum, quia disciplinarum natura non est æstimanda ex dispositione discentium, *ut recte docet Thom. in Boet. de Trin. quæst.* 5. *art.* 1. *&* 1. *p quæst* 14. *a.* 16. cum alias facile ex practica possit fieri Theorica, si quis exẽpli gratia Medicinam discat, ut medicamentorum cognitione saltem fruatur, quod Regum & Sacerdotum quam plurimos factitasse per catalogum recenset Tiraq. *de nob.* c. *cap.* 31. idcirco Logicus tenetur Categoria- *Quare Logica agat de categoriis.* rum tudem præmittere doctrinam, quia sine iis instrumenta veritatis inveniendæ, quorum periculum faciendum est ex primis notionibus, nequeunt vel commode inveniri, vel accommodari. Tum etiam ordo discendi disciplinam non permittit, uti à Metaphysica, quæ omnium ultima est, discendi initium quis faciat, & ad Logicam afferat animum Categoriarum cognitione jã instructum. Medicus etiam, licet accipiat, accipere saltem debeat Physica doctrina [illegible] satis præparatum discipulũ, quia ubi in[illegible]pit Medicus, ibi desinit Physicus, *ut ait Philo[sophus]*: tamen, quia artem suam integrã & per[fectam] extra physicam constituere debet, & disciplinæ mutuas sibi denegare nequeunt operas, recte Averr. *lib.* 1. *Collig. c.* 2. a corpore humano, sive partium ex Anatomia inventarum descriptione, initium faciendum [pro]ponet, idq; ex hac ratione, *quia subit locũ subjecti*, quam ipse Galenus, *de constit. art. c.* [illegible] diserte explicat, quando ait, *medicinam versari circa corpus humanum, ut refectoria circa domos, ideoq; sicut hac percurrit omnes ædium particulas à tecto ad fundamentũ. ita debere illam resolvere corpus in partes minutissimas*, quippe sine quarum cognitione impossibile sit ulterius progredi, prou[t] 1. *de V. P.* 1. *de loc. affect.* 1. *Meth* exemplis quã plurimis testatum facit. Nam & ipse Hippoc. dicit *in lib. de loc. in homin. principiũ sermonis in Medicina esse corpus humanum.* & ut pleraq; cætera, appositissime auspicatus est Fernelius Medicinæ universæ seriem, à partium humani corporis enarratione, postquã corpus humanum statuerat rẽ consideratam in subjecto Medicinæ. Cum igitur in quacunq; disciplina practica, ubi ignoratur subjectũ leviter & quasi in transcursu declarandum sit, seu, *ut ait Averr. in Epit. prædicam. c.* 4. *quantum ad artem cõducit.* Artificiosissime [initium] Politicæ dedit Aristoteles à fam[ilia]s & civitate, quia civitatem ubiq; habuit pro subjecto Rerump. & per consequens tot[ius] Politicæ 1. *Oecon. c.* 1. *Thom.* 1 *Polit. in princ. Ian. de Noris in tr. de cõst. Pol. Cas.* 1. *Polit. c.* 1.

Idem enim constituit materiam subjecti disciplinæ practicæ, cui ultimus finis inducitur, ut in Medicina corpus humanũ, qu[od] sanatur, in Ethica animus hominis, qui virtutis actione perficitur, in arte fabrili, [li]gnum, ferrum, æs &c. ex quibus aliquid efformatur, siquidem disciplinarum practicarum subjectum conflatur ex fine & eo cui [fi]nis incumbit. Finis autem Politicæ [illegible] est Respub. quia hujus beneficio asce[illegible] ad externum finem, quem pro[illegible]it Arist. [illegible] *Polit. c* 2 ubi ait: [*P*]*erspicuum est, eam ne[ces]sario esse perfectam Remp. cujus descriptio[n]e optime*

[illegible] *quisque agere, ac beatè vivere possit.* [illegible] eadem sit virtus privata & publica [illegible] docet Arist. & 10 Eth. Nico.c. [illegible] 1. & 1[illegible].Eth. descripta est beati[illegible] [illegible] trahenda est ad Remp. tum demū bea[illegible] [illegible] dam, quando perfectione sua cives co[illegible] ducit ut ita appareat, objectū, quod ulti[illegible] subjicitur immediatè esse cives seu c[illegible]tatè, *ut docuit Arist. 1. Oecon. c. 1. Piccol. inter[illegible] d. in Eth. c. 3.* Valdè inscitè cōfundit

6\. Keckermannus [illegible] Kec[illegible]annus civitatem cum Rep. quando u[illegible] a de[illegible]itione utramq; expedire volui, & n[illegible] Remp. pro objecto ponit *in pracogn. Polit.* u[illegible]e ejus species explicat, tanquā me dia [illegible] ad finem obtinendum *in part. gen. Polit.* Si en[illegible] actio virtutis finis est Ethicę, species ej[illegible]dem nequeunt subire locum mediorū, que[illegible] [illegible]ibent virtutes, actionum principia Respubl. autem sive in genere, sive in specie ex partibus suis componitur & producitur in ipsa disciplina, quod est cōtra naturam subjecti. Nec Aristoteles à Repub. au[illegible]atus est politicam, sed à civitatis partibus [illegible] ubiq a subjecto initium sit capiendum, cum subjecto ignorato, necesse sit cætera omnia ignorari. Præterea multum interest inter civitatem & Rempubl. quæ duo cōfundit Keckerman. ejusq; ductu Hœnon. [illegible] 1. Polit. th 3 & ex Bodin. 1. de Rep. c. 1. [illegible] hanc, quam illam definit per homines [illegible], cum tamen se habeant, ut vita & corpus, si Aristoteli credimus 4. *Polit. c. 11.* aut ut [illegible]ma & corpus, si Isocrati *in Panath.* & [illegible] & R[illegible]. ubiq; definiatur per [illegible], 3. *Polit. c. 6. 4. Pol. c. 1.* quæ est nihil aliud, quam fo[illegible] civitatis seu multitudinis.

7\. [illegible] Subjectum igitur, quod Republ. informatur, & ad externum finem, seu beatitatem per Rempublic. ducitur, nequit esse aliud, quam civitas, seu multitudo civium. Ideo que Arist. 1. *Polit. c. 1. in pr* statim incipit agere de [illegible] fine, & postquam dubitarat, [illegible] *[illegible] civitas, utrum nihil aliud* [illegible] *quam magna domus* &c. statim subjicit [illegible] hanc, scil. de definitione civitatis non [illegible] expediri, nisi præmittantur ea, ex quibus [illegible]ponatur, scilicet familiæ & familiarum [illegible] societates, ita ut ex ipsis Aristot. verbis [illegible] fit, de familiis *in 1. libr. Polit.* non [illegible] agi, nisi quatenus sunt partes civitatis, seu subjecti, quod etiam ex 1. *Polit. c. 3.* patet, ubi de re domestica, patre & liberis, conjugibus, servis & Dominis non aliter tractare proponit, nisi quatenus domus sunt partes civitatis, & hæ societates domus. Expressius vero *Eod. libr. cap. ult.* de virtutibus mariti & uxoris censet agendum, quatenus subordinantur Reipublicæ. Nam, addit, *cum omnis domus sit civitatis pars, illa autem pars domus, partis autem virtus ad totum respicere debeat: necessarium est, respicientes ad Rempublicam filios & uxores instruere,* &c. Quod ipsum licet Aristot. nullus dixisset, tamen ratio ab Aristot. non obscurè insinuata, evidenter persuaderet. *Montecat. ad tex. 29. 30. & 162. libr. 1. Polit.* Subjectum enim respectivè tantum consideratur in disciplinis practicis, quia nulla res ad diversas scientias spectare vel redigi potest absolutè: Nec aliter homines Politicus acceptat, quam quatenus in civili societate coëunt ad sufficientiam, non nisi in Republ. obtinendam, *ut ait Aristot. 1. Polit. cap. 2. in pr.* nec familiæ aliter ab eodem tractantur, quam quatenus sunt partes civitatis, pro subjecto acceptæ. Ergo nec aliter tractari possunt, nisi prout per civitatem ordinantur ad formam Reipublicæ Ex quo patet errare Giphan. *in argum. lib. 1. Polit.* dum ait: *Librum I. Polit. potius esse Oeconomicum, quam Politicum, ut in quo ars Oeconomica breviter quidem, sed exquisitè tamen explicetur.* nec non Keckermannum, qui *in pracogn. Polit. & in pr. synops. prudent. Oecon.* familiarum primas societates prorsus ad Oeconomiam relegat. Absit enim huic errori summum Philosophorum illigemus, ut fines disciplinarum discernere non potuerit, & in politicis, quò minimè oportebat, prolixè, in Oeconomicis, ubi maximè id exigebat series disciplinæ, pleraque de familiis subsultim, nonnulla omninò non attigerit, contentus præceptis quibusdam de continenda in ordine familia, dividenda servis opera, & regenda uxore.

8\. Familia & homines respectivè tractantur in Politica.

9\. Error Giphan. & Keckerm.

10\. Familia aliter in Politica aliter in Oeconomica consideratur.

Quantò rectius Xenophon *in Oeconom. in pr.* ex distinctis finibus Politicæ & Oeconomicæ discrimen deducit. Cum enim hujus finis sit [illegible], seu cura eorum, quæ faciunt ad conservationem familiæ:

2. *Eth. c.* 1. illius actio secundum virtutem, 7. *Polit. c.* 1. & 2. quæcunque ordinantur ad actionem virtutis in Republ. subordinantur Politicæ, 1 *Eth. c.* 1. & 2. cujus finis propter ea Architectonicus dicitur & cæteris præest: Ad Oeconomicam ea tantum revocantur, quæ ad sustinendam familiam spectant, ut Methodi acquirendi, ratio partiendi pensa inter ministros, præcepta regendæ uxoris, & privatim educandæ sobolis. Quod verò in his publicum est, utrum, qua ætate ducenda sit uxor, quo genere & modo imperii coercenda, item jus Dominorum in servos, patris in filios, educatio publica, aut ad salutem publicam, & quæ sunt his similia, ad publicam disciplinam pertinent & hic explicantur. Disputare quidem secum quisquam potest, utrum ducenda sit uxor, ex principiis Oeconomicis, & quando rebus rationibusque suis uxorem usui non futuram, privatis argumentis invenit, concludere, satius esse abstinere: cui superveniens Politicus corrigit rationes Oeconomicas & privata cogit cedere publicis. Ita eadem quæstio in diversis disciplinis disputatur, sed diverso respectu & fine, ideoque confusionis accusandus non est Aristot. si modos & genera acquirendi proponat *in* 1. *Polit.* quorum mentionem itidem facit *in Oeconomicis*. Nam & Medicus disputat de qualitatibus herbarum & partium animalium, quatenus diriguntur ad sanitatem: de quibus iisdem sollicitus est Physicus, quatenus sunt certorum corporum Naturalium affectiones.

Prorsus igitur inscitè loquitur Kekermannus *in præcogn. syst. Polit.* dum ait: *Domum inter societates Politicas non numeramus, quod multi Politici faciunt, ne Oeconomicam disciplinam confundamus cum doctrina Politica*. Errorem ejus hinc licet deprehendere, quod triplicem faciat prudentiam, seu actionem secundum virtutem per tres gradus digerat, in *privatam, publicam & Oeconomicam*, quæ videtur etiam sententia Alcinoi *cap.* 4. *de doctr. Plat.* dicentis: *Philosophia, qua in agendo versatur, prima pars mores hominis curat, altera domum gubernat, postrema tuetur Rempublic.* Multis enim modis hæc virtutis in tres vitæ classes distinctio aberrat. Nam tantum abest, ut hominum aliquem ad privatam vitam institui velit Aristoteles, ut 1. *Polit. c.* 2. eum, qui extra societatem vivere velit, aut Deum esse dicat aut extremè nequam. Deus enim nulla indiget disciplina: homo verò perditus in consortio nullo tolerandus est & suâ sponte legum & magistratuum imperio sese subtrahit.

Porrò nec Aristot. ullibi distinxit virtutem publicam à privata & Oeconomica, nec ut distinguantur inter se, veritas rerum patitur. Nam 10. *Eth. cap.* 10. in universum concludit: sese egisse de virtute, quemadmodum etiam nullibi novæ alicujus præter hanc mentionem fecit. Imò ut intelligas hanc eandem virtutem pertinere ad Rempubl. *Idem* dicit, *esse hominis bonum & civitatis*, 1 *Eth. c.* 2. *Per easdem res* ait *& virum probum & civitatem bonam constitui*. 3 *Polit. cap.* 12. Item *eandem esse singulorum & civitatis felicitatem*. 7. *Polit. c.* 2. & ex ipsis Politicis. 7. *Polit.* revocat auditorem ad felicitatem in Ethicis explicatam. 12.

Ex quo solvitur nodus quem sibi nectit Piccolom. *in introd. ad philos. Mor. cap.* 7. *in fin. ex* 5. *Eth. Nicom. c.* 2. ubi Aristoteles dubitat: *Cujus facultatis sit, disciplinam eam tradere, per quam quis absolutè sit vir bonus, an politica, an alterius?* Nam ex ratione dubitandi sumitur solutio. Si enim idem est civis bonus & vir bonus, non est opus alia disciplina. Sed in benè constituta Rep. hæc duo idem sunt. Ergo in benè constituta Rep. qualem proponit Politicus, pro privato homine, non opus est nova disciplina. 13.

Denique frustrà distinguit Kekermannus publicam virtutem, quam facit finem politices à privata, quoniam Arist. 1. *Eth. cap.* explicans, quid sit publica felicitas, gentium vel civitatum felicitatem nominat. Gentes verò non aliter feliciter vivunt, quam si singuli domi suæ se ad virtutes componant, & ordine ad salutem publicam: quod patet ex legibus, in quarum observantia vo[.]vi c[..]dinem Republic. extra controversiam est. *Leges autem nihil sunt, nisi virtutes, ut ait Aristot.* 5. *Eth. cap.* 1. & 2. *sed armatæ pœnis*. Atqui leges privatas virtutes præcipiunt, quomodo cum uxore quis domi vivere, &

14\. *Triplex prudentia secundum Kekerm.*

12\. *Virtus ... non ... tum pri...*

13\. *Verbon ... in ...*

[illegible] in fo[illegible]o contrahere, erga familiam [illegible]re debeat, quæ certè sunt virtutes [illegible], sed ex quibus felicitas publica ex[illegible]. Proinde nec ullibi Kekermannus [illegible] ex[illegible]romere, quid per virtutem pu[illegible] [illegible]ligeret, quave in re eam à priva[illegible] [illegible]raret. Constat igitur privato non de[illegible] [illegible]atem & distinctam disciplinam: Oec[illegible]mica verò fine suo distinguenda est à Po[illegible]ica, cum in hac suprema lex sit, salus [illegible] in ill[illegible] familiæ.

[illegible]er [illegible]inc licet considerare opinio[illegible]em [illegible]Monte[illegible]atini, qui *in præf. libr.* 1, *Pol. in fin.* primum librum Polit: censet quidem necess[illegible]ium, ut & primum physicorum, sed partem tamen esse negat, quia materia, [illegible] continet, non est pars quidditatis, vel [illegible]est pars simpliciter, sed necessaria [illegible] ex hypothesi. Cæterum eadem ratione & terti libri principium à partium numero secludendum esset, quia & ibi agitur de civitate, quæ est materia & subjectum Reipub[illegible] & Politicæ. Nec quod de primo phys: [illegible] vel rectè affertur vel benè accom[illegible], quia, quicquid Zabar: & nescio [illegible] [illegible]etere *in com.* sentiat, revera partem [illegible]ices cōstituit, & materia, de qua agit, nō [illegible] eat, ut subjectū physices, sed ut princi[illegible]ium. Principia verò subjecti in ipsis scien[illegible] partibus explicantur.

Simul & hinc judicium ferri potest de op[illegible]ione Piccol: *c.* 9. *in fin. Introd.* Casi *in præf. Oecon.*, qui Oeconomicam, partem vel appendicem Politices faciunt. Cum enim [illegible] [illegible] practicæ distinguantur po[illegible] ex fine, & alius sit finis Oecono[illegible] [illegible] n[illegible]rum [illegible] *ut ait Aristot.* 1. [illegible] & *Averr. tract.* 3. *Polit.* alius Poli[illegible] [illegible]rum, bene vivere in societate, ne[illegible] est, utrasque a se invicem distingui, [illegible] a[illegible] mediis opus est ad divitias, aliis [illegible] [illegible]ndam societatem. Interim [illegible] [illegible]do [illegible]Arist. 1. *Eth. c.* 1. & 2 con[illegible] [illegible]om[illegible]m, Rhetoricam, Milita[illegible] [illegible] Politicæ, quia illarum: fi[illegible] [illegible]d[illegible] jus [illegible]ur, & ab eo perficitur, [illegible]um & ipsa sapientia, & reliquæ [illegible] [illegible]be[illegible] Politicæ, imò omnes ar[illegible] [illegible] liberal[illegible] sive illiberales, quatenus [illegible] in Rep. à Majestate præ[illegible]scribitur, utque ad salutem publicam vel excolantur, vel adhibeantur præcipitur.

Quæ cum mea sit de familarum in Politicis ordine & doctrinâ sententia, miror, qua verisimilitudine Hœnon. *in g: thes.* 2. *disp.* 1. me potuerit cum Althusio & vulgaribus Politicis accusare, quasi Oeconomicam Politicæ partem perperam constituam, cum contra eum errorem ex professo jam disputassem *c.* 1. *doctr: Polit pag.* 32. nisi id ipsi imposuerit, quod ductu Aristotelis Politicam exordiar, cum cæteris Politicis à familiis. Nec enim omne, quod de familiis considerari debet, pertinet ad Oeconomicam, non certè id, quo subjiciuntur Reip. cum sæpe diversa suadeat Oeconomica ratio, diversa exigat imperium Politicum, ut paulò ante contra Kekermannū demonstravimus, cujus vestigia Hœnonius nimis superstitiosè relegere sibi imperavit. 16. In Hœnon.

Aggrediamur igitur, auspitiis Aristotelis, subjecti seu civitatis, per partes suas, seu familias, cognoscendæ explicationem, memores semper respectus, secundum quem subjectum convenit tractari. Immeritò enim taxat Ramus *in schol. Log.* Aristotelem, quod, cum potuisset, exactius categorias in Logicis, persequi noluisset. Si enim id fecisset, peccasset in eam legem, quæ superflua à disciplinis amputat & excludit. Qui enim plura de subjecto tractare vellet, quam cognitu opus foret disciplinam discituro, non tantum hujus cognitionem, quæ prima lex est Methodi, non redderet faciliorem, sed per otiosas & alienas subtilitates auditorem frustrâ detineret. Quantum igitur, *ut ait Averr: in Epit. prædic. c.* 4. ad artem conducit, in tantum subjectum prælibandum est, & de familiis tangenda, quæ ad Remp: pertinent, extera ad Oeconomicam secludenda. Si qua tamen, ut currentibus fluviis accidere solet, propter materiæ connexum, aliquantulum amplius nos circumduxerimus, curiositati nostræ veniam dari petimus. Non enim peccare putandus est, *ait Cic.* qui cum utilitate peccat. 17. Conclusio proœmii.

CAPVT. I.

DE FAMILIIS IN GENERE.

SVMMARIA.

1. *Hominem natura esse animal sociale.*
2. *Primam hominum societatē non ex necessitate coactā esse, sed à natura induci.*
3. *Vtrum tota Politia sit ex accidenti.*
4. *Qua Methodo & ordine societates è natura prodeant.*
5. *Quid significet familia.*
6. *Quid sit familia vel domus.*
7. *Quot sint partes familiæ.*
8. *Vtrum liberi contineantur in familiis, ut partes.*
9. *Quot personæ requirantur ad familiam.*
10. *De communione rerum, uxorum & liberorum in Republic. Platonis.*
11. *Quantum repugnet communio Platonica iuri naturæ.*
12. *Quantum repugnet Platonica communio essentiæ & commodis civitatis.*

SECT. I.

Quod homo naturâ sit animal sociale.

1. *Qui societatem fugit, aut infra naturam humanam est, aut supra.*
2. *Melancholici sectantur solitudinem, in quorum ordine quidam collocant primipilos Monachorum.*
3. *Homines sanos natura ferri ad societatem.*
4. *Probatur ex fine, ob quem sermonis facultas data est homini.*
5. *Item ex naturali cuiusq; appetitu.*

HOminem naturâ esse animal Politicum & societatis appetens, non tantum Epicurus *apud Arrian: Epist. lib. 1. c. 23.* accipit pro indubitato principio, sed & rationibus confirmat Arist. 1. *Polit. c. 2. 3. Pol. c. 4.* & suo quisque instinctu docetur. Nisi enim quis summa perfectione ad Deum ter opt. Max. accedat, aut propter innatam perversitatem nec parem ferre possit, nec superiorem, qualem Timonem nescio quem Athenis extitisse Cicero autor est *in Lal. ad fin.* & Homerus, seu Nestor vocat *ἀφρήτορα, ἀθέμιστον, ἀνέστιον, Hom. Iliad* quæ verba à Cicerone expressa 12. *Philipp* putat Lips. 6. *Pol. cap. 1.* Gipban *ad cap. 2. lib. 1. Pol.* quando ait: *Nec privatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura cara habere potest, quem discordia, quem cades civium, quem bellum civile delectat, eumq; ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto,* nisi fugam, aut Deus quis sit, aut cum Nebucadnezare. *Dan. c. 3.* in bestiam degeneraris à societate abhorrere non potest. *He that can live alone, is either a wild beast in a mans likenes, or else a God rather, than a man,* ut eleganter & verè ad mentem Aristot. dicit Smith. *in the Commonwealth of Engl. the first booke ch: 1.* Plato solitudinem vocat comitem superbiæ & præfracti animi, quod ea eam quærunt, qui præ se alios de sublimi contemnere solent, & quod regibus proprium esse censet Cic. 1. *de off.* nulla re egere videri, nec parere cuiquam volunt.

1. Societatis osor, aut Deus aut nequam.

Medici inter signa morbi Melancholici referunt, si quis quærat solitudines, aut *si quem tristis agat mæror torvave severum Fronte vel à latis sociorum cætibus arceat,* & Gallicus quidam non inconcinnus scriptor eius ordinis fuisse censet Franciscum, Dominicum, aliosq; Eremitas aut Anachoretas qui contra naturæ præscriptum, politicis societatibus se subtraxerunt, in Eremos, instar Endymionum, sese abdiderunt, & quo Melancholica ingenia maximè afficiebantur, novũ vitæ genus, affectatæ religionis pallio vestitum, condiderunt. Connanus ait, *eos initio liberam sibi servitutē induxisse mox solitudinis pertæsos in medias urbes, & locum fori ipsius, regumq; palatia prorepsisse ad omnes omnium fortunas aditu sibi patefacto: Hac una re Epicuri Deorum persimiles, quod nihil sui aut alieni curent & ocio fruantur sempiterno. lib. 8 comm. c. 1 n 4.* Quemadmodum in media omnium rerum affluentia paupertatis votum servant: ita in medio foro, per turbas hominũ nunc solitudinē quærunt. Cæterũ illius sententiā Danæo *l. 2. Recip. Christ. c. 3.* centendā relinquo.

Qui

3. Qui verò ad hoc animorum morbo libe[illegible]nt, unanimi impetu ad conventus [illegible]um aguntur, id quod, *dicente Cicer: [illegible], tum maximè judicaretur, si quid ta[illegible]ingere, ut aliquis nos Deus ex [illegible]minum frequentia tolleret, in solitu[illegible]iam collocaret, atq; ibi suppeditans [illegible]rum, quas natura desiderat, abundantiam & copiam, hominis omninò [illegible]cendi potestatem eriperet, quis tam [illegible] ferreus, qui eam vitam ferre posset? cui[illegible]que non auferret fructum voluptatum o[illegible]um solitudo? Verum igitur illud est, quod a Tarentino Archyta, ut opinor, dici solitum, nostros senes commemorare audivi, ab a[illegible] senibus auditum: Si quis cælum a[illegible]t, naturamq; mundi & pulcritudi[illegible]siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore, quæ jucundissima fu[illegible], [illegible]aliquem cui narraret, habuisset. Sic [illegible] a solitarium nihil amat, semperq; ad [illegible]d, tanquam adminiculum annititur, [illegible] in amicissimo quoq; dulcissimum est.* [illegible]oc est alterum Aristotelis 1. [illegible] *cap.* 2 argumentum paulò φιλοσοφ[illegible]explicatum. Natura quippe nihil fa[illegible]frustra, cujus rationem elegantem red[illegible] Scali[illegible] *exerc.* 6. quod sit sapientissima, & [illegible]piens non agat nisi propter finem. Na[illegible] autem hominibus indidit sermonem, [illegible] tantum, ut vox in brutis, indicium [illegible]undorum & tristium, quemadmo[illegible]ret, *l.* 5. & pecudes mutas ait solere.

[illegible]miles voces variasq; ciere,
[illegible] metus aut dolor est, aut cum jam
gaudia gliscunt,

[illegible]m etiam justorum & injustorum, quo[illegible]communicatio nullibi fieri potest, nisi in [illegible]tate Politica, ideoq; nisi ad hanc na[illegible]sse hominem ordinatum, frustrà [illegible]er ipsi tribuisset usum sermo[illegible] quo [illegible]efragabiliter sequitur, Poli[illegible]equa[illegible]am ex accidenti, aut necessi[illegible]c, s[illegible]ipsa natura institu[illegible]. Hoc est quod dicit Cic. 1. *offi. Natu[illegible] hominem conciliare homini [illegible]onis & vitæ societatem, & impelle[illegible]d ea. ut celebrand[illegible], urbesq; conden[illegible]rbus commod[illegible] sermonem & alios [illegible] communicare inter se possunt.* Id[illegible]que Aristot. *d. c.* 2. demonstrat hoc argumento & illo altero, quod ab appetitu deductum est.

Nullus enim appetitus naturalis, modò non sit pravo discursu elicitus, frustra inditus est, prout *in disp. Metaph. de pot.* ostendimus ex eo, quod omni potentiæ in rerum natura respondeat suus actus, *Sonc.* 5. *Metaph. q* 15, 16. ex quo rectè etiam evincit Piccol. 2. *grad. Mor. c.* 28 hominis sapientis, qui naturæ conformem animum gerit, 3. *Eth. cap.* 4. voluntatem non ferri ad ea, quæ simpliciter sint impossibilia, quia, cum ea fieri aut obtineri non possint, appetitus naturalis falleretur, aut frustra esset. 5. *Appetitus societatis.* Naturaliter autem inditus est nobis animus appetens conjunctionis hominum & societatis, *ut ait Cic.* 4. *de fin:* Igitur, *dicente eodem in Lal. A natura potius, quam ab imbecillitate orta amicitia est, & societas, applicatione magis animi, cum quodam sensu amandi, quam cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura.* Et paulò post: *Ut enim benefici, liberalesq; sumus, non ut exigamus gratiam; sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quod eius fructus omnis in amore est, expetendam putamus*, quod ad societatem non incommodè trahimus, quæ nihil est aliud, quam civilis multorum amicitia.

Homines ab initio non coiisse vivendi, sed benè vivendi gratia. SECT. 2.

1. *Quinam accersant originem civitatis ex necessitate.*
2. *Quibus rationibus opinionem suam stabiliant.*
3. *Quæ sit in hac quæstione sententia Arist. & aliorum.*
4. *Olim vivebant homines sine civitatibus & Rebuspubl.*
5. *Thomas non assecutus mentem Aristotelis.*
6. *Distinguitur inter primarium & secundarium finem Civitatis.*
7. *Homines sæpe invertere finem naturæ.*
8. *Primas civitates ferè coiisse ex metu.*
9. *Notatur error Bodini & Vasquii.*
10. *Causa per se distinguitur a causa per accidens.*

1. *Homines non ex necessitate, sed ductu naturæ coiisse.* Est tamen, ut interdum homines societatem ineant, non ductu naturæ, sed necessitate aut indigentia coacti, quas duas causas, seu civitatis origines conjungit Danæ. 1. *Polit. Christ*: *c.* 3. & Plato 3. *d. ll.* & 2. *de Rep*. Principium Rerumpubl. rejicit ad necessitatem, cui ferè consentiunt Machiavell. *Sententia Platonis, & aliorum.* *lib.* 1. *disc. Liv. c.* 1. Ioh. Mar. *lib.* 1. *de reg. & regn. inst. c.* 1. Girolam. Maggi *lib.* 1. *de fortific. c.* 1. Brusca *lib.* 1. *de Architect. milit*: *c.* 1. & 2. Montecat. 1. *Polit. c.* 4. *ex* 16. *Verb. constituta quidem.* prima fundamenta societatum ex eo accersentes, quod solitaria vita omnium miserrima sit, *ut Ecclesiastes docet c.* 4. & ut ait Cic. 2. *off. omnis ratio & institutio vitæ adjumenta hominum desideret.* Propterea etiam Cic. 3. *de Rep. teste August.* 2. *de civ. Dei. c.* 21. definiebat
2. Remp. non tantum ex *juris consensu*, sed & *utilitatis communione*. quemadmodum & Arist. 1. *Polit. c.* 2. æstimat civitatem ex omnium rerum ad vitam necessariarum abundantia, γινομένην μὲν τοῦ ζῆν ἕνεκεν· οὖσαν δὲ τοῦ εὖ ζῆν. Et in 8. *Eth. cap.* 9. expresse dicit: ἡ πολιτικὴ κοινωνία τοῦ συμφέροντος χάριν δοκεῖ καὶ ἐξ ἀρχῆς συνελθεῖν καὶ διαμένειν. τούτου γὰρ καὶ οἱ νομοθέται στοχάζονται, καὶ δίκαιον εἶναί φασι τὸ κοινῇ συμφέρον.

3. *Sententia Aristotelis.* Verum Aristot. nullibi docet, utilitatis alicujus intuitu homines primum animum appulisse ad congregationem civilem, quin potius sententiam Platonis implicitè. 1. *Polit. c.* 2. & apertis verbis. 4 *Polit. c.* 4. condemnat, & 3. *Pol. c.* 3. *ait. Cum homo sit animal civile naturâ, etiam si nihil aliorum auxilio egeret, nihilominus convictum expeteret. Conan.* 1. *Iur. civ. c.* 7. *n.* 2. *Smith. de Republ. Angl. libr.* 1. *c.* 12, 13. 14. Possumus enim utcunque extra societatem vivere, quemadmodum ipse Plato *in Protag. & Polit.* Saturno regnante nullas extitisse Resp. nullas urbes, nullos conventus, opinatur, sed, ut Arist. loquitur. 1, *Polit. cap.* 3. σποράδες vivebant, & ut Homer. ὀδυσσ. ι. θεμιστεύει
4. ἕκαστος παίδων ἠδ᾽ ἀλόχων.

Ante Iovem nulli subigebant arva coloni
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant.
Vergil. 1. *Georg.*

Nec commune bonum poterant spectare, nec ullis
Moribus inter se sciebant, nec legibus uti.
Quodcunque obtulerat prædæ fortuna, ferebat
Sponte sua, sibi quisque valere & vivere doctus. *ut ait Lucret.*

Propterea verè quidem dixit Thomas 4. *Polit. c.* 4. *Non est civitas gratia ipsius vivere absolutè, sed gratia ipsius bene vivere,* verū mentem Aristotelis eo in loco non est assecutus. Nec enim negat Arist. contra Socratem disputans, propter necessitatem, aut 5. propter vitam ipsam civitatis aliquam partem constitui, cum utramque causam priori adjunxisset, 3. *Polit. c.* 4. & operosè demonstrasset, tam propter utilitatem sive communem sive singulorum, quàm propter vitam ipsam expeti societatem, & 1. *Polit. c.* 2. dixisset, γίνεσθαι τὴν πόλιν τοῦ εὖ ζῆν ἕνεκα, sed cum Socrates civitatem componeret ex quatuor maximè necessariis, textoribus, agricolis, sutoribus & fabris lignariis, opinionem eius redarguit Aristot. quia non tam necessitatis, quam honestatis gratia constituitur civitas, & non tàm, quæ civitati necessariæ sunt, quam quæ honestæ, partes agnoscendas & proponendas fuisse. *Thomas.*

Primariò igitur & ex intentatione seu dispositione naturæ origo Reip. non aliunde accersenda est, quàm ab honestate & instinctu naturæ, quoniam etiam absque aliis causis esset, adhuc coirent homines in societatem, *ut ait Aristot.* 3. *Polit. c.* 4. Secundariò verò & ex intentione hominum coeuntium sæpe fit, ut alium quis finem proponat, quemadmodum finis conjugii est procreatio sobolis, quam tamen, qui ad illud animum appellunt non omnes sibi propositum habent, *c. quicquid.* 32. *q.* 2. *c. sua. de spons. Major. in* 4. *sent. dist.* 26. *q.* 2. *Cajeta*: *in* 2 *tom. q.* 3. *de matr. Ambros. Cathar. lib.* 5. *contra Cajet. c. de matrim.* Finis belli, ut pacem habeamus, *c. noli* 23. *q.* 1. plerique tamen eo abutuntur, ad explendam vindictam, satiandam ambitionem, aut cædibus crudelem animum pascendum. Reges ipsos olim antiquitas sibi præfecit voluntaria ex Heroibus, virtutis opinione celebribus, *Arist.* 3. *Polit. cap.* 12. seu, ut ait Cic. 2. *off.* quo-

quorum de justitia magna esset opinio multitudinis, adeò ut ipsi etiam Dii, nullius rei
7. *Regno.* indigi, nulla necessitate compulsi sub Regibus degere prælegerint, *ut ait Arist.* 1. *Pol. c.* 2. Et tamen sicut tutela inventa fuit propter necessitatem, ad tuendum eum, qui se per ætatem tueri non poterat, *lib.* 1. *ff. de tutel. in pr. Inst. Eod.* ita regnum quoque necessitatibus humanis sic exigentibus, introductum fuisse tradit Bald. *in l. ex hoc jure ff. de just. & jur. Connan. d.c.* 7. *lib.* 1. *n.* 2. 3. & certè de imperio Romano testatur Pompon: *in l.* 2. *de Orig. jur. rei Romanæ necessitatem exegisse ut uni traderetur.* Pari modo civilis societas originem trahit ex
Civitate. natura ipsa, ἕνεκα τοῦ χάριν ζῆν, *ut ait Arist.* 4. *Polit. c.* 4. sed propter finem, quem sibi præfixerunt hæ vel illæ gentes, ex alio principio potuit hæc vel illa civitas, enata esse.
8. Sic enim Cain, ex metu primùm excitavit
Primæ civitates esse fecit ex metu. urbem. *Gen.* 4. quem primis quibusque urbibus principium dedisse autor est Horat. 1. *Sat.* 3.

Cum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum & turpe pecus, glandem atq; cubilia propter
Vnguibus & pugnis, dein fustibus, atq; ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus.
Donec verba, quibus sensus voces've notarent,
Nominaq; invenere: dehinc absistere bello,
Oppida ceperunt munire.

Nimrodus ex dominandi cupidine, primam introduxit Monarchiam, &, ut Iustinus ait 1. *de Nino. Avitum gentium morem*
9. *Error Bodini & Vasquii.* *nova imperii cupiditate mutavit*, nec tamen rectè inferr hinc Bodin. 2. *de Rep. cap.* 1. omnem Monarchiam esse violentam, aut Vasq. *in præfat. lib.* 1. *contr. Illustr. num.* 125. libertatem, à Deo opt. Max. omnibus hominibus tributam *l. libertas: de statu hom. l. quod attinet, de R. I. § libertas. Inst. de jur. pers.* consistere in eo, ut superiori de necessitate non obediamus, quia naturalis ratio id exigit, & societas naturalis aliter consistere nequit, ut statim dicemus contra Mirandul. quod & legi divinæ consonat, qua jubetur omnis anima subjecta esse superiori propter Deum. *c.* 2. *de maj. & obed. Extrav. ad repr: in pr.*

Ita in omnibus rebus separanda est causa principalis à secundariâ, accidentalis à causa per se, posterior à priori, quod in hoc negotio pulcrè explicat Cicer. 2. *off. circ. fin.* 10. *Causa per accidens distinguitur a causa per se.* *Etsi duce natura congregantur, homines: tamen spe custodiendarum rerum suarū præsidia Vrbis quærebant*, & accommodatius ad rem: *Sicut apes congregantur, non ut favos faciant, sed cum natura coeunt, tum favos faciunt*: Ita postquam coierunt homines, duce natura, tum demum verterunt studia sua ad vitæ necessaria comparanda. Multis civitatibus, & bonis aliis rebus occasionem dedit paupertas, sicut Apul dicit *in Apol. Paupertas prisca apud secula omnium civitatum conditrix, omnium artium repertrix, omnium peccatorum inops, omnis gloria munifica* &c. Absit tamen tantos effectus paupertati asscribamus primò & per se, cum hac via multa bona soleant nasci ex malis.

Vtrum tota politia sit ex accidenti. SECT. 3.

1. *Proponitur sententia Mirandul.*
2. *Probatur, quia leges ob malitiā feruntur.*
3. *Etiam Republica opus esse inter probos.*
4. *Et in Paradiso ante lapsum.*
5. *An etiam inter Angelos.*
6. *Multitudo nequit esse sine ordine.*
7. *A legibus ad Politiam totam non valere consequentiam.*
8. *Ex sententia Mirand. tota Ethica statuitur esse per accidens.*
9. *Notatur sententia quædam Vasquii.*
10. *Leges requiri etiam inter probos.*
11. *Legibus non tantum puniendum, sed & præmiandum.*
12 *Consideratur sententia Taciti.*

FAllitur enim hac specie Elenchi Anton. 1. *Sententia Mirandulani.* Mirandul. *in lib. de honor.* qui cum putaret universam disciplinam Moralem absolvi libris Nicomachicis, quos tamen ipse Arist. partem saltem vocat civilis scientiæ, *lib.* 1. *Rhet. in pr. M. Moral.* Politicam, atq; adeò ipsas politias arbitratus est existere ex evētu propter malitiā hominū, cui corrigēdæ præsidet princeps Reip. & introductæ sunt leges. 2. *Probatur.* Nam propter vim cepisse homines primùm

ponere

Ne quis fur esset neu latro, neu quis adulter, testatur Horat. 1. *Sat.* 3.

Nam fuit ante Helenam, cunnus deterrima belli
Causa, sed ignotis perierunt mortibus illi,
Quos Venerem incertam rapientes, more ferarum,
Viribus editior cadebat, ut in grege taurus.
Iura inventa metu injusti fateare necesse est,
Tempora si fastosq; velis evolvere mundi.

Latæ quidem sunt leges, ut innocentia habeat, quò contra vim superiorem, tanquam sub clypeum se recipere possit, & *ut ait Sigism. Rex. Polon. Propter hoc conduntur statuta, ut humana coërceatur audacia, & inter improbos innocentia securitate tutetur, lib.* 1. *Stat. Pol. cap.* 2. *a.* 3. *c.* 1. *dist.* 4. Verum ea non est adæquata ut unica ratio ferendarũ legũ, ut præsupponit Mirandula.

3. *In Paradiso quoq; ordo & Respubl. fuisset.* Finge enim omnes æquè esse probos, quales quidem homines futuros fuisse constat, si Adam vetito abstinuisset pomo, adhuc tamen etiam in statu Innocentiæ politiæ aliqua specie membra piorum distingui oportuisset, *ut Thomas docet.* 1. 1. *q.* 9. *art:* 3. 4. *Scot.* 4. *sent. d.* 15. *q.* 2. *& ex utroq; Dan.* 1. *Resp. Christ. c.* 4. Nam & inter Angelos ordinem *ἱεραρχικὸν* agnoscunt Dionys. *de div. nom.* Damasc. *lib.* 2. *Orth. fid. c.* 3. Gregor.
4. Magn. *hom.* 3. *in Evang.* Iohan. Piccol. *in hept.* Scal. *ex* Cardan. *lib.* 20. *subtil.* Com-
5. pend. Theolog. *Ver. lib.* 2. *c.* 12. de quo Augusti: *ad Oros: contr. Priscill. cap.* 11. *Esse sedes, sive dominationes, sive principatus & potestates in cœlestibus apparatibus firmissimè credo: & differre aliquid, indubitata fide teneo. Sed quò me contemnas, quem magnum putas esse Doctorem, quænam ista sint, & quid inter se differant, nescio:* de qua re accedimus judicio sanorum Theologorum, quorum nullus est, qui ordinem *Ordo Angelorum.* Angelicæ sanctitati repugnare censeat, licet de distinctione iis inter se non conveniat. Aristoteles 12. *Metaph.* ordinem ponit inter intelligentias, ut inter orbes, quibus inter septem Planetas dominari Solem Copernicus rectè præsupponit, cum cæteri eius motum comi observantia, sequantur, In 1. *Pol.* c. 2. ex mente antiquitatis Deos ipsos regno non caruisse scribit, & nota sunt vulgaria apud Poëtas:

Rex idem hominumq; Deûmq; &
Qui res hominũq; Deûmq; Æternis regis imperiis.

Quanquam paulò post Arist: ex societate eximat Deum, quando ex propria sententia, ut & 8. *Phys:* & 12. *Metaph:* non nisi unum Deum agnoscit, cumque propter infinitam perfectionem, ab omni societatis constrictione alienum. Cæteri, utcunq; suo Marte virtutem sectentur, indigent tamen Republ: sive ordine, quia, sicut exercitus, licet conflatus ex paratis ad omnia militibus, sine Imperatore tamen se movere nequit: ita nec multitudo hominum commodè vivere, nisi in certum describatur ordinem. Vbi n. exulat ordo, succedit confusio, ut ait Scotus 6. *Aureum seculum sine legibus.*
1. *dist.* 12. & multitudo sine ordine parit confusionem. Esto, legibus opus non sit ubi à via virtutis nemo exorbitat, quemadmodum aureũ seculũ describit Ovid. 1. *Metam:*

Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo,
Sponte sua sine lege fidẽ rectumq; colebat,
Pœna metusq; aberant: nec vincla minantia, fixo
Ære ligabantur: nec supplex turba timebat.
Iudicis ora sui, sed erant sine judice tuti:

& his verbis accuratius docet Tacit. 3. *Annal: Vetustissimi mortalium nulla adhuc libidine, sine probro ac scelere, eoq; sine pœna & coercitionibus agebant. Nec præmiis opus erat, cum honesta suopte ingenio peterentur, & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At postquam exui æqualitas & pro modestia & pudore ambitio & vis incidebat, provenere dominationes, multosq; apud populos mansere.* Sic enim argumentatur Arist. 8 *Eth. c.* 1. Si omnes essemus amici, non opus foret justitia. Ita si 7. omnes probi, non opus foret legibus aut prætore. De legibus verò ad præcepta Politica & virtutes argumentari non licet, quia leges cogunt improbos: virtutes erudiunt etiam probos. Cum enim virtus nobis non connascatur, sed doctrinâ addiscatur & usu acquiratur, 2. *Eth. c.* 1. oportet nos ex Philo-

sophia

sophia morali, naturali nostræ ignorantiæ remedium afferre, atq; hoc modo non magis foret per accidens disciplina Ethica, quam
8. tamen per se opus esse putat Mitand: quam Politica, quia si omnes essemus probi, ne quidem virtutum doctrina opus esset. Sed ut in hac mundi imperfectione virtutum semina cogimur petere ex disciplina, sic & ordinis & magistratuũ, subditorumq; rationes & virtutes ex Politica. Quid enim futurum
9. *Vasquius notatur.* censeamus de multitudine à Vasq; *d. n.* 125. *Præf.* descripta, in qua nemo dominari, sed ex communi arbitrio lites definiri debeant. Vt enim inter bonos communio Rerum publicarum quodammodo toleretur, atqui inter eos à quibus lites feruntur, hoc est, inter improbos, prorsus execrabilis est, ἀναρχία, quam naturali libertati similior.

10. *Leges necessaria de rebus mediis.* Præterea leges feruntur non tantum de vitiis fugiendis & virtutibus amplectendis, sed etiam de rebus, quas medias vocat Gell: & nec in laude ponit, nec vitupetio, ut pote de litibus finiendis, processu & actionibus, usucapionibus, modis acquirendi, muneribus & immunitatibus, & quæ sunt id genus infinita, quæ ad vitandam incertitudinẽ & præcidendas lites, certis legibus circumscribenda & definienda sunt. Hæc verò etiam viris probis ex legum præscriptis discuntur, cum non ex jure naturæ proficiscantur, seu generali virtutum definitione, sed ex jure civili, & ad Reip: cuiusq; statum accommodato.
11. *Et ad præmia bonorum.* Deniq; non omnes leges feruntur ad puniendos improbos, sed etiam ad præmiandos bonos, quia duos Rerumpubl. Deos constituit Democritus: *præmia & pœnas.* Falsum igitur, leges ferri tantum propter malos, cũ iisdem præmia, & honores præfiniantur bonis.
12. *Taciti declar.* Nec obstat quod ex Tacit: supra diximus *præmiis opus non esse, ubi honesta suopte ingenio petantur*, quia ipsa virtus evilescit. nisi præmiis nutriatur, & *nemo nostrum est*, ait Cic: *pro: C. Rabiri qui in Reipubl: malis cum laude ac virtute versetur, quin spe posteritatis fructuq; ducatur* Atq; ideo Politica non minus per se etiam probis viris competit, quam disciplina virtutum. Quo enim quisq; perfectior est, eò libentius magistratui se subjicit, & Reipub præscriptis se conformem gerit. *Pererius in Gen: l.* 4. *disp. de imperi hom:*

SECT. 4.

Qua ratione & ordine societates ex natura prodeant.

1. *Declaratur origo civitatis ex mente Arist: & verbis Ciceronis.*
2. *Defenditur à censura Danai:*
3. *Quatenus matrimonium descendat ex jure naturæ.*
4. *In animalia bruta non cadit jus.*
5. *Animalia naturali impetu nullam honestatis rationem habere.*
6. *Matrimonium propriè acceptum pendere ex jure gentium:*
7. *Natura semper tendit ad sui conservationem, in individuo & specie.*
8. *Appetitum generandi, ex natura & sexus discrimine deducitur.*
9. *Vtrum in generatione natura intendat etiam fœminam.*
10. *Deducitur necessitas conjugij ex indole utriusq; sexus.*
11. *Naturalem non minus esse educationem sobolis.*
12. *Deducitur ex fine familia, quod sine servis nequeat subsistere.*
13. *Familiã exurgere ex tribus societatibus.*

CVm igitur ostensum sit, societatem civilem ex natura prodire, consequens est Methodum aperire, quã una educatur ex alia, id quod fecit Arist. 1. *Pol. c.* 2. & Cic. 1. *off.* his verbis: *Cum sit hoc natura commune omnium animantium, ut habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso est conjugio, proxima in liberis, deinde una domus, communia omnia. Id autem est principium Vrbis & quasi seminarium Republ: Sequuntur fratrum conjunctiones, post consobrinorum, sobrinorumq; qui cum una domo capi jam non possint, in alias domus, tanquam in colonias exeunt. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Quæ propagatio & soboles, origo est Rerumpublicarum.* 1. *Origo civitatum.* Eum repræhendit Dan: *lib.* 1. *Polit. Christ. c.* 3. quod honestæ hominum societatis principium accersat à libidine, seclusa ordinatione divina, & aberrare in eo philosophorum omnium de virtutibus disputationes, quod eas ad Deum non referant, tradit Melancht: *in Eth.* 2. *Defenditur.* Cæterum, ut in tota Politia, ita in his eius primordiis ubique præsupponit Politicus provi-

providentiam & ordinem divinum, dum ipse interim in causas proximas intentus est, ex quibus, cum de animalibus in genere loquatur, libidinem nominavit Cicero, cum appetitus venereus, ratione nulla correctus, aliud nomen non mereatur.

3. *Matrimoniū quousq; ex jure naturæ derivari queat.*

Quod enim Vlpianus *in l. 1. § jus naturale. de just: & jur:* & eius imitatione Iustin: *§. jus naturale. Inst. de jur: nat: gent: & civ:* maris & fœminæ conjunctionem, quam Romani *matrimonium* vocant, ex naturali jure descendere dicant, eiusque peritia omnia animalia censeri, non aliter à politioribus ICtis explicari & defendi potest, quam si instinctus quidem & motus primos in animalibus omnibus agnoscant, jus verò inde elici aut emergere non posse asserant, nisi quando à ratione ad justitiæ regulas deflectantur. *Duar, ad t. de just: & jur: c.5. Connan. lib. 1. Iur: civ. c. 4. num. 7. Bolognet: de jur: & aquit. c. 5. & 6. Mynsing. ad d. §. jus nat: Inst: Cypra: de matrim: c. 4. § 2. n. 1. Montecatin: in 1. pol. cap. 2. tex. 5. Verb. non ex elect:* Iustitiam enim æquitatem, & bonitatem bestiis Cicero. 1. *off.* omninò detrahit, quia sunt rationis & orationis expertes. Nec; quod Leo Androdo servo

4. *In bruta non cadit jus.*

Daco pro nutritione *ἀντίδωρον* in theatro reddiderit, *ut ex Appione refert Gell: lib. 5. c. 14.* aut quod columbæ, par pari, gaudeant, communemque domum servent, nec eam nisi cælebs & vidua relinquat, *ut ex Plinio adducit Connan: lib. 1. Iur. Civ. c. 4. n. 5.* aut quod coturnices marito mortuo lugeant, & totam vitam, quæ novem ætatibus durare dicitur, viduam transigant, ad jus inter animalia constituendum sufficit, quemadmodum Accurs: *in l. sed & si lege. 25. §. consuluit. Verb: Obligaverunt ff. de pet. har:* naturaliter, omnem creaturam ad *ἀντίδωρον* obligari censet, tum quia, quæ de Turturum & columbarum conjugali fide vulgò creduntur, plerumque falsa deprehenduntur, tum, quia etiamsi vera essent, laudem tamen in iis non mererentur, cum ex destinatione naturæ & non ex animo præmeditato, seu electione proficiscerentur, *ut docet Cic. 2. offic:* tum denique, quia Vlpianus id demum Ius naturale definit, quod natura omnia animalia docuit, non quod in hoc vel illo genere observatur. Animalia autē bruta, suæ libidini relicta, nullius honesti, sed utilis tantum rationem habent.

5. *Animalia de se honestatem non spectantur.*

Coeunt animalia nullo
Cætera delicto, nec habetur turpe Iuvencæ
Ferre patrem tergo. *Ovid. 6. Metam:*

Nec enim contra Vim injustam tantum calces agit equus, sed & contra justam pœnam, adeoq; quicquid agunt ex suo instinctu bruta, ab honestate tam longè abest, quam à ratione, quia, *docente Cic. 1. off. Cic: princ: ubi imperio bestiarum separat à virtutibus hominis: Honestum exurgit ex pulcritudine, constantia, ordineq; in consiliis factisq;, qua in bruta animalia non cadunt.* Et proinde, Matrimonium propriè acceptum, pro

6. *Matrimonium ex jure gentium.*

eo, quod vocabulum præ se fert, seu pro legitima justave maris & fœminæ conjunctione, ex jure gentium derivandum est *cum Paulo Castrens.* quoniam consensus, in quo consistit essentia mâtrimonij, *l. nuptias de R. I.* ex Iure gentium traducitur, *c. tua fraternitatis de sponsal: in 6.* Solus autem instinctus, qui libidinis nomine in brutis à Cicerone, indigitatus fuit, communis est homini & brutis, ut docet Arist: 1. *Polit. c. 2.* quando conjugia iniri dicit, *non ex electione, quod peculiare esset homini, sed ex appetitu animalibus juxta & plantis insito, quo cupiant naturaliter, tale quid post se relinquere, quale ipsa fuerint. 2. de anim. tex. 34.* quemadmodum & Boet. repetit. 3. *cons. pros.* 11 *Illud, quo solo mortaliū rerū durat diuturnitas, gignendi opus natura semper appetit. Adeo hæc sui caritas, nō ex animali motione, sed ex naturali intētione procedit,* & is præbet primæ societati originē hoc modo, què nerū nobis prævivit Cic. 1. *de off. paulò post princ.*

7. *Naturæ est petens conservatio sui.*

Omni, inquit, *animantium generi est à natura tributum, ut se, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea, quæ nocitura videantur, omniaq;, quæ ad vivendū sint necessaria, inquirat & paret, ut pastum, ut latibula, ut alia eiusdem generis.* Paulò secus Augustin. *l. 21. contr. Faust. c 5. Date mihi unū quamlibet abjectissimū animal, cuius anima è de... ris carnem suam, ac non potius nutriat & foveat eā, & quodammodo administret pro sui generis exiguitate quoddam universum suū, ad incolumitatē tuendā sibi conciliatū.*

Item

Item Epictet. *in Enchir. Omni animantium generi naturâ insitum est, ut ea, quæ nocitura videantur, eorumq; causas fugiant & aversentur: contra, Vtilia & causas eorũ persequantur & admirentur.* Hinc enim perspicimus, *ait Arist. 3. Polit. c. 4 multi mortales quanta mala perpetiantur vita cupiditate, tanquam in ea insit quadam felicitas, & suavitas naturalis. Pellem pro pelle,* ait autor Iob: *& omnia, quæ habet homo, dabit pro anima sua. Iob. c. 2.* Philoctetes, licet cruciaretur non ferendis laboribus, tamen vitam propagabat aucupio sagittarũ. *Sophocl. in Phil.* cujus ratio non aliunde deducitur, nisi quod unumquodq;, quantum in se est, annitatur, ad similitudinem primæ causæ, cujus æternitatem cum assequi pleraq; non possint, propter imperfectionem; quod iis denegatum est in individuo, resarciunt in specie, ideoque naturali quodam impetu feruntur in propagationem speciei, quoniam in liberis parentes quasi renati videntur. In-

8. *Vnde conservatio speciei.*

de *nascitur communis omnium animãtium conjunctionis appetitus procreandæ causa, ut ait Cic. 1. offic. & cura quadam eorum. quæ procreata sunt.* Paulò disertius Arist. 1. *Pol cap. 2.* ἀνάγκη δὴ πρῶτον συνδυάζεσθαι τοὺς ἄνευ ἀλλήλων μὴ δυνάμενους εἶναι. Οἷον θῆλυ μὲν καὶ ἄρρεν τῆς γενέσεως ἕνεκεν, καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλ᾽ ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ φυτοῖς φυσικὸν τὸ ἐφίεσθαι, οἷον αὐτὸ, τοιοῦτον καταλιπεῖν ἕτερον. Cicero ferè ita reddidit: *Quid loquar, quanta ratio in bestiis ad perpetuam conservationem earum generis appareat? Nam primùm alia mares, alia fœmina sunt, quod perpetuitatis causa ita machinata est natura. Deinde partes corporis & ad procreandum & ad concipiendum aptissima, & in mare & fœmina commiscendorũ corporum mira libidines.* Non enim una de causa hunc appetitum accendit natura, cum ad speciei conservationem faciat, ut jam dixi. Tum etiam membrorum fœminæ ad partum dispositio naturalis, maris ad generationem, naturæ intentionem satis indicat.

9. *Fœmina an à natura intendatur.*

Nascitur ad partum mulier prolemq; futuram. Claudian.

Vocat quidem Arist. fœminam marem occasionatum & primum monstrum in natura, *2. de gen. an. c 3. lib. 4. c. 2, 3, 6.* nec prima riò fœmina intendi à facultate plastica potest, cum ipsa operetur tantum ad unum, sicut omnia agentia naturalia, & mas & fœmina non differant aliter in prima conceptione, quam per majorem minoremve calorẽ. *Aristot. 2. c. 1. de gen. anim. Aver. 1. de gen. anim. c. ult. Gal. 14. de V. P. c. 6. 7. Pina. lib. 1. de not. Virg. probl. 2* Interim negari non potest, quin universalis intentio naturæ dirigatur etiam ad fœminam, cum species sine fœmina propagari nequeat, atq; ita etiã hac parte viam monstravit natura, ad conjugium, & deniq; ex ipsa tam maris, quam fœminæ indole, ut idem docet Arist. 1. *pol. c 2.* & ex eo Smith. 1. *de Repub. Angl. c. 11.* Copulantur enim natura ait, id quod imperat, & id quod impetio parere natum est, propter salutem. Nam quod τῇ διανοίᾳ potest προορᾶν, ἄρχον φύσει, καὶ δεσπότον φύσει. Quod verò corpore imperata facere potest, ἀρχόμενον, καὶ φύσει δοῦλον. Esse autem mulieres non tam natas ad imperandum, quam obtemperandum, alibi docebimus & apparet ex habitu tenero molliq;, ex impotentia animi, & quod vix centesima quæq; sine marito rebus suis prospicere queat, qua de causa & providentia juris civilis earum actibus Autorem assistere voluit, absq; eo non valituris. Item Hieron. *in cap. 2. Ezech.* perrarò, scribit Sanctos genuisse fœminam, quod fœmineus sexus sit fragilior, & Cynus *ad l. quisquis C. ad l. Iul. Majest. Verb. Minus ausuras,* ad omnia mulieres putat esse abjectioris animi, præter res venereas.

10. *Vir natura Dominus: mulier subiecta.*

Prima igitur à natura monstratur societas maris & fœminæ conjunctio, quam sequitur procreatio sobolis & cura illius, quod procreatum est. Ponit enim Iustin. *§. jus naturale. Instit. de jur. nat.* inter ea, quæ ab instincta naturæ profluunt, educationem liberorum, ad quam naturalem stimulum quemq; hortari idem docet. *l. 1. §. taceat. C. de rei ux. act. l. 1. §. jus nat. de just. & jur. l. si quis à liberis. ff. de lib. al l. ult. C. de alend. lib.* Prolixius idem explicat Cic 1. *offic. Ingenerat imprimis natura præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt, impellitq; ut hominum cœtus & celebrari inter se, & à se obiri velit, ob eamq; causas studeat parare ea, quæ suppeditent & ad cultum & ad vi-*

11. *Proxima à coniugali societate naturæ festus educatio liberorum.*

ad victum, nec sibi soli, sed conjugi, liberis, caterisq; quos caros habeat, tuerique debeat.

11. *Vnde tertia societas, Domini & servi.* Quod si liberis & conjugi prospicere tenetur paterfamilias, quia qui suos negligit, deterior est Ethnico & Publicano. 1. *Timoth.* 5. nō possit autem huic rei solus sufficere, hinc prodit tertius ordo familiæ eorum, vid. qui manus patrifamilias commodare debent, quorum originem Arist. 1. *Polit.* c. 5. etiam ex eo deducit, quod imperans & parens se naturaliter appetant propter salutem, quia neutrum subsistere potest se solo sine altero, sicut claudus & cœcus sibi mutuas præstant operas, dum

Insidens cæco graditur pede claudus utroq;,
Quo caret alteruter, sumit ab alterutro.
Cæcus namque pedes claudo gressumque ministrat,
At claudus cæco lumina pro pedibus.
Auson. Epigram. 123.

Vnde tres erunt primæ societates, mariti & uxoris, parentum & liberorum, domini & servorum, quas ambitu suo complectitur familia, *ut docet Aristot.* 1. *Polit.* c. 3. Ideoque priusquam in has societates profundiùs intueamur, in genere consideranda est familia, & quæ ad confusam ejus notionem pertinent, simul subjicienda. Distinctè enim nullum totum cognosci potest, quamdiu latent partes.

SECT. 5. Quid significet nomen familiæ.

1. *De nomine οἶκος & οἰκία.*
2. *Familia nomen latè patet.*
3. *Nunc accipitur pro stirpe.*
4. *Nunc pro tota gente.*
5. *Familia unde derivetur.*
6. *Ex origine nominis comprehendit tantum famulos seu servos.*
7. *Ex usu verò & patrem matremq; familias & liberos.*
8. *Imò aliquando solam possessionem.*
9. *Sensus l.* 12. *tab. Vti legassit &c.*

1. *Quid οἶκος.* QVod Græci οἶκον vel οἰκίαν, Latini ferè familiam reddiderunt, & varia quidem apud utrosq; ambiguitate. Nam οἶκος & οἰκία nunc seriem universam agnatorum denotant, *ut apud Demosth. & Thucyd.* nunc, universam possessionem, *ut apud Arist.* 1. *Pol. & Xenoph. in Oecon.* qui nominatim domum se vocare dicit universam possessionem, & per possessionem intelligere, quicquid ad vitam utile est, quo ferè sensu Iohan. Tzetzes, quod Hes. 2. *op. & dier.* jubet prius quærere οἶκον, propterea præcipi interpretatur, quod domus & ipsum patremfamilias & omnia, quæ illic reponenda erunt, debeat continere. Hinc etiam οἰκονομία usurpatur pro gubernatione domestica, & οἰκονόμος dicitur, qui rebus familiarib præsidet Lambinus οἰκίαν vertit tam domum, quam familiam. In sacris literis familiæ nominantur πατριαὶ, ut *Luc.* 2. ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ. Item *Act.* 3. πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς. Constitutiones Græcorum Impp retinent nomen φαμιλίας. *Auth. de restit. fideic. & nom. fam.* Familię autem nomen, in quot abeat significationes, apud Latinos, videre est apud Vlp. *in l. pronuntia.* 195. *& ibi* Alciat. Forner. Brech. Gœdd. *de V. S.* Brisson. Calv. *in Verb. Familia.*

2. *Homonymia vocis.* Imprimis autem à nostra consideratione amovenda est significatio illa, quando pro gente seu tota serie agnatorum, aut pro certa aliqua stirpe accipitur, ut in illo Ciceronis *pro Rab. Posth. in pr. Cum sit hoc generi hominum propè natura datum, ut si qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc ferè, qui sunt ejus stirpis (quod sermo hominum ad memoriam prodendam patrum virtute celebretur) cupidissimè persequantur.* Nec enim familia tātum hoc sensu accipitur pro *stirpe* ut putat Sigon. 1. *de antiq. jur. Rom.* c. 7. stirpem, quam Cicero 1. *de Orat.* opponit genti, vocans familiam, quam acceptionem probat etiam Vlpia. *d. l.* 195. *§ Item appell.* & Sueton. *in Galba* inquiens: *Imagines & elogia totius generis exequi longum est, familia breviter attingā*: Verum etiam pro universis agnatis seu *tota gente*, ut docet idem Vlpian. *d. l. §.* 2 *l. fin. §. nomen cognat. de grad. l.* 1. *§. fin. de jur. immun. l. qui in adoptionē junct. gl. in verb. famil. de adopt. l fin. junct. gl. pen. de cap. dimin.* quam *parentelam* vocat Cic. inquiens: *Tulit hoc dedecus familia & cognationis graviter tota parētela, Conn. lib.* 8. *c.* 5. *nu.* 1. (adeò ut malè Sehurer. *lo.* 1. *de grad. sang.* non apud probatos autores, sed Iohan. Andr. & jus Canonicum reperiri hoc voca-

3. *Familia pro gente & stirpe.*

4. *Item pro tota gente.*

vocabuli asserat, *c. de consanguin. 35. q. 3.*) facta sc. relatione non ad stirpes, sed principiũ generis. Atq; hoc sensu dicit Cajus *l. 196. §. 1. de V. S. Fœminarum liberos in earum familia non esse*, quia qui nascuntur, *patris, non matris* familiam sequuntur. *§. at qui. Inst. de leg. agn. tut. l. cum legitima de stat. hom.* Schurer. *de grad. consang. loc. 1. Ver. familia.*

Hic verò familiam accipimus pro societatibus primis, ex quibus coalescit pagus seu mediantibus pagis civitas, quæ significatio iterũ multifariam subdividitur. Si enim primam vocis originem, quàm Festus Pomp. à

5. *Etymologia.*

voce Osca *Famul.* Alc. *ad d. l. 195. Verb. familia* derivat à verbo *famulari*, rectius, quam Brechæus *ibid.* ad jam declaratam significationem oculum intendens, à *fama*, respiciamus, videtur tantum comprehendere Servientium turbam, atq; sic accipitur à Cic *pro*

6. *Ex qua tantum sumitur pro numero servorum.*

Cæcin. dum interpretatur hæc verba: *Vnde tu, aut familia, aut procurator tuus*, & familiam ait nos intelligere, *qua constet ex servis pluribus, sive revera servi sint, sive liberi homines, qui bona fide serviant*, ut ait Vlpian. *l. ædiles §. familia de æd. edict. l. 1. §. familia de vi & vi arm. l. 1. §. familia de publ. & vect. l. 2. §. familia de vi bon. rapt. d. l. pronuntia. 195. §. Servientium de V. S.* Pro ipsis etiã servis accipit Liv. *li. 7. Iussa est Mutia Vestalis sacris abstinere & familiam non liberare.* Ascon. *in Mil. Milo familiam manumisit, ut servos manumitteret, l. 3. l. 32. C. ad l. Iul. de adult. l. 1. in pr. ad SC. Sylla.* indeque servos, quod in mimis adhuc duret, *familiares* denominatos scribit Sen. *Ep. 47.* & Macrob. *lib. 1. Saturn. c. 11.* ut *domesticos*, à Iustiniano, *Connan. lib. 9. comm. c. 3. n. 5.* cum domus & familia idem sint.

7. *Ex usu etiam pro liberis, patre & matrefamil.*

Vsus verò vocabulum latius extendit, ut comprehendat etiam filios, *dict. l. 195. §. Servientium.* matrem & patremfamilias, *d. l. 195. §. Iure & l. 196. in pr.* imò ipsam possessionẽ, quam nonnunquam solam significat, ut in *l. 12. tab. Agnatus proximus familiam habeto, d. l. 196. §. 1.* aut in reliquis verbis legis, quæ recenset Cic. *1. ad Heren. paterfamilias legasset super familia pecuniaq; sua, ita jus esto.* (Nõ poterat per familiam intelligere

8. *Pro possessione.*

liberos homines,) quanquã servos contineri verisimilius videatur Alc. *ad d. §. & Gœd. n. 2.* quia servi hæreditatis & rerũ nomine comprehenduntur. *l. 1. §. 1. & 2. de rer. div. §. 1. Inst. de reb. corp. & incorp.*) Nam liberorum hominum nec successio est, nec conventio, ut diducit Gœdd. *d. §. 1. n. 1 & 2.* & vocabulum

9. *De l. 12. tab*

pecuniæ additũ explicat significationem familiæ, quemadmodum Conna. *lib. 9. Iur. civ. c. 1. nu. 5.* à Sueto. *in Nero. c. 4.* quando dicit: *Ex hoc Domitius nascitur, quem emtorẽ familia in testamento Augusti fuisse mox vulgo notatum est*, nomen pecuniæ additum dicit explicationis gratiã, ne verbum familiæ ambiguũ relinqueret dubitationem. Omniũ autem optimè id confirmat interpretatio ICtorum, quando Pomponius *l. Verbis 120. de V. S.* posteriorem legis partem sic effert: *Vti legasset sua rei, ita jus esto*, & Iustinian. *Novell. 22. de nupt.* ὡς τὰ ἴδια διαθοίη καὶ πάτριον γλῶτταν: *Vti legasset quisq; de re sua, ita jus esto:* Theophilus *t. ad l. Falcid.* ὡς ἂν διατυπώσῃ τῆς ἰδίας οὐσίας ..., τοῦτο νόμιμον. Paulus *in l. sæpe 53. de V. Sign. Super pecunia tutelave sua*, quæ verba truncatim prolata complet Vlpia. *t. 11. fragm. §. testam. 14.* sic inquiens: *Vti legasset super pecunia tutelave rei suæ, ita jus esto.* Cujacius mavult ex Paulo antiqua phrasi: super pecuniæ, &c. *super Instit. ad l. Aquil.* quemadmodum *l. 3. ad l. Corn. de Sicar. Ejusdem legis pœna adficitur* Forner. suspicatur, adverbium *super* ex incuria scribentium irrepsisse, pro *suæ r. ad l. sæpe de V. S.* Alii legunt: *super pecunia tutelave sui hæredis.* Sed quomodocũq; arguteris, res in idem redit, ut sub nomine familiæ, possessio & res intelligatur. Gœdd. quidẽ *ad d. l. sæpe n. 6.* duas diversas, leges statuit, *in d. l. sæpe & in d. l. verbis, de V. S.* Cæterũ diversitatis conjecturam nullam affert, cũ utraq; loquatur de iis, quæ liceat cuiq; patrifamilias testamento legare. Tot igitur modis accipitur nomẽ familiæ, quo Politici hoc loco utuntur, pro societate earum personarũ, quarum concursu & mutuis operis ad privatam domus constitutionem opus est, ut dictum est, & porrò explicabitur.

Quid sit familia vel domus? SECT. 10.

1. *Præmittitur definitio Vlpiani.*
2. *Subjungitur Aristotelis.*

3. *Genus definitionis Vlpiani rejicitur.*
4. *Definitio Vlp. latior est definito.*
5. *Aristot. differentiam excerpsit ex fine.*
6. *Familias non oriri ex jure, sed natura.*

1. *Definitio Vlpiani.* ULpianus *in l* 195. *§. familia.* 3. *Verf. Iure proprio de V. S. jure proprio* definit familiam, *plures personas, quæ sunt sub unius potestate, aut natura, aut jure subjecta.* Sumit autem familiam in stricta significatione, cōplectens tantum personas liberas, exclusis servis, ut constat ex enumeratione partium, & notat Gœddæ. *ad d. §. n.* 3. Sub nativa verò & propria significatione fas est itidē servos comprehendi, ut ex fine & ratione naturali paulò post ostendemus. Definitur autem in hoc sensu

2. *Aristotelis.* Arist. 1. *Polit. cap.* 1. *tex.* 10. *quod sit societas constituta secundum naturam εἰς πᾶσαν ἡμέραν*, id est, *quotidiani usus gratia*, ut vulgò & rectè intepretantur. Si ad hanc exigas & examines definitionem Vlpiani, descriptio & circumlocutio nominis potius videtur, quam quod nomen legitimæ definitionis mereatur. I. Depravato

3. *Quod sit genus legitimum.* enim constat genere, dum *personas* ipsas ponit loco generis, sicut Plato 2. *de Republic.* Speusipp. *in defin. Platon* & Bodin. 1. *de Republ. c.* 1 Rempubl. definiunt per *multitudinem*, seu *cœtum*, formam per materiā, quod repugnat omnibus definitionis legibus. Est enim familia nomen Iuris, 1. *Oecon. c.* 2. ut ipse Vlpian. *in d. §.* 3. de patrefamilias, qui caput Reipubl. est, confitetur, & gerit typum parvæ cujusdam Reipubl. *ut.* 1. *Oecon c.* 1. *dicitur*, in qua paterfamilias Dominicè servis, Regiè filiis, Aristocraticè uxori imperet, 1. *Polit. c.* 2. *&* *ult.* 1. *Polit. c.* 1. *&* 3. 8. *Ethic.* 10. 11. 12. proinde ad modum Reipublic. per nomen juris potius, quam materiæ definienda venit, quod expressit Arist. per *Societatem*, sicut genus Reipubl. ponit τάξιν seu *ordinē*. Exurgit enim familia ex societatibus, tanquam ex partibus, quæ, dum conspirant in unum, producunt novam societatem, reliquas omnes sub se complectentem. Qua de causa, sicut in civitatis, quæ ex societate familiari nascitur, definitione societatem loco generis adhibuit idem Aristoteles, ita rectè eandem posuit in familia.

4.] 2. Definitio Vlpiani exactè quadrat in societates bellicas & gentes, secundum naturam enatas, ex iis, quas ὁμογάλακτας vocat Aristot. 1. *Pol. tex.* 11. in quibus dominatur unus, aut natura, aut jure, *ut docet Arist.* 1. *Pol. c.* 1. *&* 2. *Pol. cap.* 1. Imò complectitur non minus corpora quævis & collegia, quæ unius imperio reguntur, ut Monachorum, Professorum, Senatorum quorundam &c. Coeūt enim in iis plures personæ sub unius potestatem, partim natura, ut in gentibus, quæ olim vicatim habitabant, seniorem pro Rectore venerantes, unde regium dominatum in civitates proserpsisse suspicatur Aristot. 1. *Polit. cap.* 1. partim jure, ut in militia & collegiis. Distinguit verò Aristot. 2. *Pol. c.* 1. ubi contra Platonem disputat, civitatem, à societate bellica & gēte ex eo, quod hę constent ex personis similibus, illa ex dissimilibus, quia ad perfectionem civitatis necessariò requiritur diversitas civium. Pari modo & familiæ à collegiis separandæ sunt, quia in hæc describi possunt personæ ejusdem conditionis & ordinis: Familiæ necessariò constant ex uxore, & servo, quos ipsa natura, *ut ait Arist.* 1. *Polit. c.* 1. distinxit. Et utrisq; imperat paterfamilias & Dominus.

Addidit igitur Aristot. distinctionem ex fine, qui in definitione familiæ non magis reticeri debuit, quam Reipubl. aut vici, aut civitatis. Omnia enim hæc referuntur ad finem: Quæ verò referuntur ad finem, ex fine & constituuntur, & distinguuntur. Si enim ad usum quotidianum tantùm coëunt familiæ, non possunt constare, nisi ex instrumentis in hunc usum paratis, & eo ipso differunt ab omnibus quibuscunq; societatibus, quæ huc non referuntur, ut sunt vicus, civitas, collegia, militia, gens &c. *5. Differentia ex fine.*

Denique Aristoteles statuit societatem Oeconomicam, non ex *Iure*, sed *Naturâ* oriri, non tantum, quia ad primam originem & potissimam spectare Analogiam ejus voluit, sed quia uxoris, & liberorum, si & hos complecti definitione fas sit, subjectio non aliunde, quam à natura dependet, unde veros & legitimos servos etiam educit 1. *Pol. cap.* 3. *&* 4. Eorum enim, qui ex jure vel gentium vel civili libertatem perdunt, vix facit mentionem, eò quod violenter quodammodo & contra naturam, & proinde injustè, *ut prolixè disputat Montecat.* 1. *Polit. tex.* 56. *in schol.* *6. Familia origo ex natura.*

schol. sub potestate herili detineantur, *de quo videbimus in c.3.*

SECT. 7.

Quot sunt partes familiæ.

1. *Sine uxore non esse familiam.*
2. *Naturalis appetitus inter marem & fœminam.*
3. *Neuter sufficit familiæ sine altero.*
4. *Sed tamen ex indigentia primò non natum fuit conjugium.*
5. *Ex naturæ instinctu deducitur studium conservandi se in specie.*
6. *Studium & cupido immortalitatis omnibus innata.*
7. *Unde prodit prima societas maris & fœminæ.*
8. *Quam sequitur societas Domini & servi.*
9. *Uxor natura differt à servo.*
10. *Et proinde ad serviles operas cogi non debet.*
11. *Duas esse partes necessarias familiæ.*
12. *Notatur sententia Connani.*
13. *Ex fine & præscripto naturæ deducit Aristot. duas partes essentiales.*

1. TRapezontius testatur *lib. 3. Rhet.* à multis relatum esse, Romæ non ante fuisse Rempubl. quam Sabinæ raperentur, quod nisi familiæ essent, Respubl. esse non possit. Familias autem sine uxoribus non subsistere. Antiquitas fabulata fuit hominum genus ab initio gemino corpore natum prodiisse, mox invidia aut indignatione Iovis, cujus æmulabantur potentiam, in duo diremtum fuisse segmenta, quorum alterum mas, alterum evaserit fœmina. Multata verò funesto hoc divortio corpora, cum alterum sine alterius ope se sibi satis non fore deprehenderet, cepisse ad ortum suum respicere, & ablatam portionem repetere, seu, ut ait Aristophanes *in Sympos. Platon. unum ex utroq; fieri* cupere, quò respexisse videtur & Lucret. *lib. 4.*

2. *Naturâ vir vergit ad mulierem, & contra.*

Nec penetrare & abire in corpus corpore toto.
Nam facere interdum velle & certare videntur:
Usq; adeò cupidè veneris cōpagibus hærēt.

Voluerunt scilicet vehementius istius appetitus, quo non tantum fœmina marem, tanquam imperfecta perfectum, materia formam, *ut ait Arist. 1. Phys. c. ult.* sed & vice versa mas appetit fœminam, rationé & umbram quandam ostendere. Nam etiam eo tempore, quo *vagantes in silvis homines*, ut ex relatu Platonis loquitur Cic. 1. *off. legitimas nullas viderant nuptias, nō certos quisque inspexerat liberos, nō jus æquabile, quid utilitatis haberet, acceperat, propter errorem atq; inscitiam cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendam, viribus corporis abutebatur, perniciosissimis satellitibus.* Tum etiam, ut ait idem Lucr.

Venus in sylvis jungebat corpora amantum:
Conciliabat enim vel mutua quamq; libido
Vel violenta viri vis, atq; impensa libido
Vel pretium, glandes, atq; arbuta, vel pira lecta.

Postquam à bruta & ferina illa vita ceperunt animos subducere, & vagis libidinibus lege posita, suam quisque firmare familiam, eò appetitus ille magis incensus fuit, quò magis legibus constringeretur & minus promiscuo concubitu exhauriretur: imò amor mulierum inde fortiores radices egit, quod mas vel condendæ vel gubernandæ familiæ se solum non sufficere videret. Græci enim δὶς γημαμένους demum τελείους vocabant, seu perfectos & consummatos, & τὴν δευτέρων γάμων εὐφίαν προτέλεια, *annotante Budæo*, quia τέλος, inquit Pollux, γάμος ἐλέγετο, ὡς τελῶν τοὺς ἐν βίῳ ἀνθρώπους, id est, *interprete Connano, quo homo vita perfecta undiq; consummata quasi initiatur & consecratur.* Imperfectum autem quodvis rapi ad id, unde perfectionem suam expectat, apud omnes philosophos in confesso est. 3. *Mas familiæ non sufficit sine uxore.*

Cæterum ne societas maris & fœminæ ex indigentia, & necessitate magis, quā ex præscripto naturæ, nata alicui videatur, cum Aristot. 1. *Polit. c.* 1. & 2. oculi vertendi sunt ad inclinationem primam, omnibus nō tantum animalibus, sed rebus quibuscunque à solerti natura implantatam, qua feruntur ad sui conservationem, & amolitionem eorum, quæ huic intentioni officere queunt. Multa de hoc appetitu passim Plato, & Arist. nec non Cicer. 1. *offic.* & prolixè, 3. *de finib.* Boet. 3. *Consol. Pros.* 11. Augustin. *lib. 21. contr. Faust.* 4. *Sed ex indigentia non natum fuit conjugium.*

Fauft.c.15. Nec de eo, quem quisq; in se quotidie, & in aliis experitur, sollicitius, quam instituti ratio patitur, perscrutari aggredimur. Cur enim lapis deorsum, cur ignis sursum tanto impetu vergunt, ut nisi violenta manu in via detineri nequeant? Quia scilicet, loci proprietatum maxima est, conservare locatum, *4. Phys. tex.4. & 48.* Unde naturalis illa φιλαυτία, quam Arist 9. *Eth. cap.8.* fundamentum statuit omnis amicitiæ, ex qua consilia, opes & curas omnes humanas profluere dicit, *2. Polit. cap.3.* enascitur, nisi ex cupidine se conservãdi? aut quid hoc proverbii est: *proximus sum egomet mihi*: aut: *Caritas ordinata incipit à seipsa*, & ut ait Bald. *consil.42. visis actis. col.1. libr.4. se plus amat in ungue pedis, quam adversarium in vertice capitis?* Cur ICti semper præsumunt pro utilitate propria, contra alienam quamcunque? *Alciat.1. præsumt.52.* Cur defensionem & violentiæ per vim depulsionem ex jure naturæ derivat Florentinus? *l.3. de just. & jur.* Cur in consiliis nostris publica, communi errore, solent postponi privatis? nisi quod nostra magis salva velimus, quam aliena, & id quidem ex innato amore, quo nostra persequimur, licet eo non rarò abutamur. Duo autem sunt scopi cupidinis conservandi, tum in individuo, tum in propagatione speciei. Quia enim Universalis, quam vocant, natura seu Dei ipsius providentia, quæ speciei conservationem intendit etiam cum pernicie seu detrimento individui, prout Philosophus 4. *Meteor. cap.1.* putredinem vocat naturalem corruptionẽ, quippe ab ipsa natura, ob specierum varietatem & propagationem, procurari solitam, primæ causæ perennitatem providebat non esse omnibus rebus imitabilem in individuo, præter cupidinem sese defendendi, adjecit etiam aliam sese propagandi, quoniam, si poetæ ex suis poëmatis immortalitatem sibi promittere superbè non verentur, &, *Nõ omnem se moriturum* divinat Horat. *libr.3. od. ult.* sed *multam sui partem vitaturam Libitinam*; Item: *Non ego pauperum Sanguis parentum obibo, Nec stygia cohibebor unda. lib.2. Od.20.* tantò magis repuerascũt parentes in posteritate, quanto excellentius opus, & quod autorem propius exprimat, post fata relinquunt, adeò, ut liberorum fortunam ad parentes demortuos non parum attinere scribat Aristot. *1. Eth. cap. pen.* Macedones olim & Romani, ut graviori supplicio à perduellionis crimine averterent subditos, non contenti autorum cæde, pœnam extenderunt in posteros, acerbius morituros putantes, qui & nomen suum una secum extingui & familiam radicitus exstirpari scirent. Sicut enim eundem populum vocat Alphenus, *l. proponebatur. de judic.* qui centum abhinc annis fuit, licet ex ea memoria nullus superesset, & Deus promissa sua ex amussim præstitit, quæ fecerat de ducendis Israëlitis in terram Canaan *Jos. c.21.* licet qui Aegyptum egressi erant, in deserto omnes, aut ferrum aut vorago terræ, aut plagæ divinitus immissæ absumsissent: ita pater renasci in liberis fingitur, cui eos superstites largitur natura, perinde ut Athenienses novis subinde tabulis reficiebant navem Thesei, quam licet prorsus jam novam fecisset toties reiterata refectio, philosophi tamen eandem suis disputationibus conservarunt, indeque occasionem traxerunt explicandi naturam augmentationis, quam Aristot. *lib.1. de gen. & corrupt. cap.5.* tradit fieri secundum partes *materiales & non formales*. Et particularis quidem cujusque natura ante omnia vergit in conservationem individui: universalis in propagationem speciei: Sed ad illam non opus est servis, ut præsupponit Montecat. *1. Polit. in schol. text.6.* quia sibi soli conservando sat virium & animi à natura quisque possidet, adeò, ut qui vitam solitariam sequuntur, aut cum Diogene & Democrito à commerciis hominum se abducunt, sine servili opera vitam degere deprehendantur: Ad hanc verò opus est uxore, quia cum homine ita comparatum est, ut non possit in se generare, quemadmodum in arboribus & Plantis videmus. *Natura enim, advertente Aristot. 1. Polit. cap.3. ubicunque commodè potest, diversis actionibus diversa producit instrumenta, nec uno, nisi coacta, abutitur ad varios fines.* Plantis quidem utramque facultatem maris & fœminæ indidit, quia propter alimentum è terra trahendum, fixis radicibus matri insistere debebant, nec, ut animalia, quibus liber con-

gressu

Verum ... natura.

5. *Bivium se conservandi.*

6. *Itemque Immortalitatis.*

7. *Vide primæ societatis maris & fœminæ.*

greſſus permiſſus, ſe invicem ſibi applicare poterant. Sed per omnia animalium genera ſexus diviſus eſt, & alter ſine altero ſubſiſtere nequit generationis cauſa, *ut ait Ariſtot. 1. Polit. cap. 2.* Vnde prodit prima ſocietas familiæ, quæ cadit in marem, & fœminam, ex qua ſtatim pullulat altera, Domini & ſervi. Sic enim Lactant. *Volucres penè omnes faciunt matrimonia & paria jungunt, & nidos ſuos tanquam geniales concordi mente defendunt, fœtus, quia certi ſunt, amant, ſi alienos objeceris, abigunt. Quid beſtiæ? nonne frigus & famem patiuntur, & pro ſuo partu ita propugnant, ut nulla vulnera, nullos ictus reformident?* Poſt noſtrum enim ſuccedit amor liberorum, qui ſunt quaſi pars noſtri, ut non immeritò dixerit Euripides: *ἅπασι δ' ἀνθρώποισι ψυχὴ τέκνα*, niſi quod Apollonius extendendum putet, *εἰς ἅπαντα ζῷα*, cum non ſoli homini, ſed toti animalium nationi ingeneretur ſtudium fovendi & alendi, quod à quoq; natum eſt, *l. 1. §. 2 de juſt & jur.* Improvidè enim ageret natura, ſi quod progeneraverit, deſertum exponeret, nec de alimento & ſuſtentatione ipſi proſpiceret. Data igitur cura parentibus, ut filios educent, uxores ſuſtentent, adeoq; toti familiæ de rebus neceſſariis provideant, quod quia ſine inſtrumentis & adjutoriis fieri non poteſt, hinc prodit altera ſocietas, in qua eidem patrifamilias, qui nuper dictus fuit maritus, tanquam Domino, ſubjicitur ſervus, vivum familiæ curandæ, *ut ait Ariſt. 1. Pol. c. 3. ὄργανον*, ſeu inſtrumentũ. Latius n. patet rei familiaris cura, quam ut ſolus illi ſufficienter vacare poſſit paterfamilias. Vxor verò natura differt à ſervo, *dicente eodem 1. Polit. cap. 1.* quod ſic explicant Thom. Victor. & Montecat. *ad text. 7.* quod mulier à natura efformata ſit corpore tenero laboribus ferendis & per longas regiones itineri faciendo inidoneo. Imò, *ut declarat Xenoph. in Oeconom.* Corporis ſui habitum quando intuetur mulier, ad ſedentariam operam tantũ formati, non alius officii inde admonetur, quam ut domum, inſtar teſtudinis, ſervet, colum tractet, & lanam, & educationi puerorum domeſticę operã impendat. Servi verò natura robuſti ſunt, duro corpore, & ad quoſvis labores & injurias impavido. Propterea injuriam ſexui facere Barbaros, tradit Ariſt. qui mulierib. utantur, loco ſervarum, quod Gallis quoque improperat Cæſ. *lib. 6.* & Germanis Montecat. *1. Pol.* quia viderat Helvetiorum militum mulieres, ſarcinas poſt exercitum, inſtar aſinarum portãtes. Ferè enim ex Helvetiorum moribus ſolent univerſam æſtimare Germaniam, cum tamen ex iis non videant, niſi infimam plebem, mercenariam ſequentem militiam, ex cujus ſervilibus operis, ineptus ſit, qui velit judiciũ facere de reliquo civium flore. Paulò durius, fateor, tractatur, & gravioribus oneratur laboribus in Germania, quam in Anglia, ſexus fœmineus: ſed eo temperamento, ne in ſervorum ordinem & utilitatem deprimantur, niſi apud plebem infimam, ubi cum maritus ſerviat, quid mirum, ſi conditionem mariti ſequatur uxor. Nec de horum vita, qui familias non habent, niſi mutilas, ſed de iis loquimur, qui verum familiarum finem, quem in veris divitiis, ſeu poſſeſſione collocat Averrh. *3. tract. Polit.* attingere idonei ſunt. Iis enim, propter multitudinem operarum, ad augendam familiam, & alendos cum uxore liberos, omnino opus eſt ſervis, quia *dicente Cicer. 2. offic. Omnis ratio & inſtitutio vitæ adjumenta hominum deſiderat*, ut ita ex naturæ ductu prodeant duæ primæ familiarum ſocietates, *Conjugalis*, & *Herilis*, quas Ariſtot. *1. Polit. cap. 1.* neceſſarias partes conſtituit familiæ. Connan. *libr. 1. Comm. cap. 4. num. 4. & 5.* antiquorum familias putat caruiſſe ſervis, donec bovem aſciverint, ideoque nullas iis cognitas fuiſſe leges, niſi de maris & fœminæ conjunctione, liberorum procreatione & educatione, ex quo infert *numer. 6.* proximè copulari ſocietati conjugali ſocietatem parentum & liberorum. Quod, ſi vera ſunt, quæ idem notat, *libr. 8. cap. 1. num. 1.* conſtituendam ſcil. prius eſſe rem familiarem, ſicut Heſiodus primum jubet quærere domum, quam inducas uxorem, non video, quomodo nõ etiam antiqui leges tulerint ſervis & miniſtris ſuis, quibus ad ampliandas poſſeſſiones omninò opus habebant. Tam enim neceſſaria eſt poſterior hæc ſocietas, quam prima, ut rectè oſtendit Montecat. *1. Pol. tex 6.* & tã prodit ex ductu naturæ, quam illa, ut prolixè diſpu-

8. *Ex qua deinde altera Domini & servi.*

9. *A servo uxor ut differat.*

10. *Montecat. temerarium judicium de mulieribus German.*

11.

12. *Connanus notatur.*

disputat Arist. 1. *Polit. c.* 2. quia imperans requirit id, quod paret, & parens, sibi separatim per impotentiam animi consulere nescit: ideoq; naturaliter ut imperfectum perfecto, corpus animæ, animalia bruta homini, ita servi naturâ subordinantur Dominis.
13. *Duæ sunt primæ societates.* Duplex igitur societas constituit duas partes Essentiales familiæ, quas deducit Aristot. 1. *Polit. cap.* 1. & 2. partim ex ordine & præscripto naturæ: partim ex fine. Sicut enim Respubl. & civitas definiuntur ex fine, propter quem instituuntur, & in genere, sicut ejus, quod à fine dependet, natura ex fine æstimanda est: Ita cum duplex sit finis ejus, qui instituit familiam, ex dictamine naturæ, procreatio sobolis, & sustentatio ejus, quod generatum est, duobus indiget instrumentis, uxore ad procreandum, servo ad prospiciendum liberis de victu. Quicquid accedit præterea, præter essentiam accedit & intentionem ex natura elicitam, ex qua tamen familiæ, ductu Aristotelis 1. *Polit.* & non ex cujusvis arbitrio pensitandæ sunt & deducendæ.

SECT. 8. Utrum liberi contineantur in familia, ut partes.

1. *Perfectionem familiæ dependere à prole.*
2. *Prolem attinere ad familiam non ut partem, sed ut finem.*
3. *Qua ratione conclusio attinet ad Syllogismum.*
4. *Et possessio ad familiam.*
5. *Quod probatur iterum.*
6. *Tum concluditur quæstio.*

1. *Perfectio familiæ dependet à liberis.* SI jam in familiæ constitutione continentur tantum duæ partes, consequens est, liberos in familia non numerari, ut partes, sed ut finem. Aegidius 2. *de regim. princ. c.* 6. multus est in eo, ut ostendat perfectionem familiæ dependere à liberis, nec id abnegat Montecat. 1. *Polit. tex.* 4. 9. 29. 30. qui imperfectas familias vocat, quibus aliquid deest, perfectas, quæ constant ex necessariis omnibus requisitis. Iam verò, quæ ad finem ordinantur, quam diu eo carent, imperfecta manent, quia perfectio eorum dependet à fine adepto. Familiarum verò primus finis est procreatio sobolis, qua quam diu frustrantur, tam diu perfectæ dici nequeunt, non propter defectum partis alicujus, sed finis. 2.
Truncatus enim & imperfectus Syllogismus est, & qui caret alterutra præmissarum, & qui conclusione: sed in priori deest, pars, in posteriori finis. Conclusionem enim finem Syllogismi esse, & nomine Syllogismi proprie non contineri docuit Aristot 1. *prior. c.* 26. 1. *post. text.* 8. 44 45. *Averrh.* 1. *prior. c.* 25. 26. *Alexand. c.* 4. & à nobis prolixè *c. de Syllog. in Log.* disputatum est *contra Crell. part. com. lib.* 3. *c.* 3. *Goclen.* 4. *part probl.* 12. 13. Parem in familia rationem obtinent liberi, quâ in Syllogismo conclusio, quia finis sunt & effectus primæ societatis, sicut veræ opes secundæ. Interim possessio, licet sit necessaria ad familiam, partem tamen ejus non cōstituit, ut dubitat de pecuniaria Arist. 1. *Pol. c.* 5. utrum sit pars familiæ vel minus. Nā pecunia & cætera, quæ sustentandæ familiæ cōducunt, requiruntur in familiis, perinde ut liberi, quò evadant perfectæ & omnib. numeris absolutæ, sed sicut divitiæ non requiruntur, ut pars constituens familiam, ita statuēdum quoque est de liberis, qui inter bona à Iobo possessa collocantur in sacris literis, *Iob* 1. v. 12. & olim, ex lege Romuli & 2. tab fas erat patri filios distrahere, ut servos, *Halyc. lib.* 2. quod licet mitigaret Constantinus *l.* 2. *C. de patr. qui fil.* tamen excepit casum inopiæ, quasi filios vendere illicitum non putasset, ut precio ex iis congesto panem sibi compararet. Atq; hoc apparet in primordiis familiarum, quando paterfamilias prima fundamenta jacit, ducta uxore & conductis ministris. Imperfecta enim familia jure dici nequit, sicut nec homo imperfectus, puer, qui per ætatem ratione uti nondum potest, quoad partes essentiales hominis. Nam nec tum quoq; liberi possunt esse in familia per naturam, & tamen nihil ipsi deest, quoad partes essentiales, licet fine eo destituatur, quē per naturam nondū idonea erat assequi.

Liberi sunt finis, non pars familiæ. 3.

4.

5.

Cum igitur in omni perfecta familia ad ejus complementum concurrant, paterfamilias, uxor, liberi, servi, res familiaris, sicut Arist. in tres minimas societates dividens familiam seu domum, supponit 1. *Polit cap.* 3. 1 *Oecon. c.* 2. & Vlpianus sub nomine familiæ etiam liberos comprehendit, *l.* 195. *de V. S.* quos inde partibus familiæ malè accenset 6.

Cas.

Caſ. *in com. c. 2.1; Oecon.* conſtat, quod res familiaris, & liberi habeant rationem finium, cæteri compleant familiam, ut partes. Finis enim nequit pars eſſe, ſi partium talis ſit conditio, ut ſua opera finem producant, quemadmodum ſe habent paterfamilias & uxor, Dominus & ſervi, quia effectus & cauſa in idem coinciderent, quod primi principii ratio non admittit.

SECT. 9.

Quot perſonæ requirantur ad familiam.

1. *Collegium dici etiam de duobus.*
2. *ICti ad tres perſonas aſtrinxerunt collegium.*
3. *Ad familiam tres requiri perſonas.*
4. *Primam perſonam ſuſtinet unus paterfamilias.*
5. *Uxores multi duxerunt plures.*
6. *Servorum item multitudo non ampliat familiam.*
7. *Servus unus an contineatur nomine familiæ.*
8. *Taxatur error quidam Bodini.*
9. *Ductu naturæ ſufficit unus ſervus ad familiam complendam.*
10. *Civitas non æſtimatur ex multitudine civium.*
11. *Nec familia ex multitudine uxorum, ſervorum aut liberorum.*
12. *Nec urbs ex multitudine ædium.*

1. *Collegium etiam Duorum eſſe.* QUindecim liberi homines populus eſt, totidem ſervi familia, totidem vincti ergaſtulum, ait Apuleius *in Apol.* numerum certum exprimens pro incerto, ut & Cic. 3. *de ll.* inquiens? *Quod eſt tam deſperatum collegium, in quo nemo e decem ſana mente ſit?* Licet enim Conſules, qui bini tantum erant, Cenſores & prætores urbanus & peregrinorum, collegarum nomine cenſeantur non tantum apud hiſtoricos, ſed & ICtos ipſos, *l. un. in fin. de off. Conſ. l. apud filium, §. apud Collegam. de manumiſſ. vind.* imò licet tutores collegarum appellatione contineri dicantur, *l. collegarum. 173. in pr. de V. S.* qui pauciores, quam tres, dari poterant, *ut obſervat Cujac. lib. 7. obſerv. 35.* Definitio tamen ICtorum, ad collegium ſeu corpus conſtituendum de ſententia Neratii Priſci non admiſit pauciores tribus, *l. Neratius 85. l. deteſtatio. 40. §. 3. de V. S. lib. 1. quod cujuſq; univ. nom.* quod illi improba quadam ratione nominis explanant, cum collegium dicatur à colligendo, *teſte Varrone.* Ad collectionem verò opus ſit multitudine. Duos vero plures quidem dici, *per l. ubi numerus. de teſtib.* ſed multos, non niſi tres ad minimùm, *per d. l. Nerat. & l. 1. §. hoc reſcriptum. ad SC Syllan. Godd. ad d. l. Nerat: n. 3. in fi. de V. S.* Fortiori ratione certus hic & determinatus ad minimum numerus demonſtrari poteſt in familiis ex iis, quæ paulò ante declaravimus. Excluſa enim ſocietate parentum & liberorum, duæ ſuperſunt ex partibus, conjugum & domini cum ſervis: in quibus duplicem perſonam ſuſtinet paterfamilias, Domini & Mariti: Uxor verò per naturam nata non eſt ea ſubire munia, quorum cura incumbit ſervis, partim pudore muliebri ſexui innato, partim imbecillitate, partim curis domi peragendis prohibita, multò minus ſervus uxoris loco eſſe poteſt, propter defectum inſtrumentorum, unde tres ad minimùm diſtinctæ perſonæ requiruntur in perfecta familia: *Paterfamilias, Uxor, & Servus.* 2. *Definitio collegii, ICtor.* 3. *Tres perſonæ neceſſaria ad familiam.*

Patremfamilias accipio in individuo, quia, cum caput ſit familiæ, nequit niſi unus conſtitui, ne biceps monſtrum ex juſta familia condamus, & imperandi legem, ſeu ordinem, ab uno neceſſariò dependentem, pervertamus. Hunc enim Regem familiæ vocat Homer. *Odyſſ.* 4. *Paterfamilias neceſſario unus eſt.*

αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἡμετέροιο

Uxorem quoq; in pacata & Chriſtiana familia tolerari non poſſe, niſi una ſit individua, *ex ſeq.* patebit: Quia tamen generationis tantùm cauſa, & ut manum porrigat operis viri, ducitur, quantum ex ordine familiæ, nihil obſtat, quò minus in unam familiam plures admitti queant, quemadmodum permiſſum eſt lege Mahumetis, cui ſimilem quondam ferre in animo habebat Cabades Rex Perſarum, *Cedren. in Zen.* ut & Evenus III. Rex Scotorum, niſi impatientia populi præventus uterq; & in carcerem conjectus fuiſſet. *Buchan. lib. 4. hiſt. Scot.* Nam jam olim Perſarum reges, mulieres ducebant, quotquot placebat. *Eſth. cap. 1. Herod. lib. 3.* Salomon in familia ſua alebat 5. *Pluralitas uxorum.*

septingentas, quæ uxores, quæ concubinas, *1. Reg.c.11.* Commodus Imperator concubinas tercentum, *Lampr. in Comm.* Vlodimerus Moschorum princeps uxores quingentas, *Sigism.Bar.in hist.Muscov.* & novarum Insularum Reguli pro libidine & arbitrio, quot videretur, ducebant uxores, adeò ut Hispani apud Pacram Tyrannum quendam & regulum angusti agri in Hispaniola, octoginta uxores invenerint. *Marty.Dec.2.* Multiplicatio autem uxorum, ut patrisfamilias, non multiplicat familias, multò minus servorum. Crassus quingentos servos in censum retulit. Milo uno die tercentum manumisit, ne in glodij cædem torquerentur. *Ascon. in Milon.* Econtrario *Antonius Consularis vir, non nisi octo servos domi habebat, Carbo uno minus. Apul. lib.1. Apol.* Scipio Æmilianus totidem, quos alij ternos, alij quinos fuisse asserunt, *Valer.c.3.* Cato in Hispania quinque tantum, *si Plutarcho in vit. Cat. aut si Valerio d.c.3. credimus,* trium servorum ministerio contentus fuit. *Marco vero Curio, tot adoreis longè inclyto, qui ter triumphum una porta egit, duo soli calones in castris fuêre. Ita ille vir, de Sabinis, de Samnitibus, deq; Pyrrho triumphator, pauciores servos habuit, quàm triumphos. Apul. l.1. Apol.* Tam verò familiæ censendæ sunt, quæ ex infinito servorum numero constant, quam quibus unus tantum sufficit. Turci eum pauperem non habendum, proverbio dicunt, cui vel unicus servus domi sit. *Auger. Busbeq. Epist.3.* Vlpianus quidem dicit: *Vnicus servus familiæ appellatione non continetur: ne duo quidem familiam faciunt, l 40. §.3. de V.S.* quibus verbis familiam accipit strictè pro collectione eorum, qui sunt in ministerio, *ut in l.2.§. hac actio. vers. familia. de vi bon.rapt. l.1. §. familia de vi & vi arm.* Collectio verò non censetur perfecta, nisi ad minimũ tres personæ concurrant, ut Marcellus præsupponit *in d.l. Nerat.* Respicit verò ad Edictum prætoris, *l.2. de vi bon. rapt. l.1. de incend. ruin. & naufr.* ubi servus ponitur distinctus à familia, ideoque accipitur familia distincta ab unico servo, cum aliàs etiam familia vi dejecisse ab eodem Vlp. dicatur *d.l.2.§. familia.* licet unus tantũ ex familia dejecisset, distributivè accipiendo nomen familiæ, *Pet. Fab. ad l.90. n. ult. de R.I. Godde. ad d.l.40.§.3. de V.S.* & id iterum ex mente & scopo Prætoris, qui familiam simpliciter nominat, ut Cic. *pro Cæc.* planè prolixeq; diducit. *Non dubium,* inquit, *quin si ad rem judicandam verbo ducimur, non re, familiam intelligamus, quæ constet ex pluribus servis, quia unus homo familia non sit. Verbum certe hoc modo non postulat, sed etiam cogit. At verò ratio juris interdictiq; vis & prætorum voluntas, & hominum prudentium consilia, & autoritas respuit hanc defensionem. Non enim alia causa æquitatis est in uno servo, quàm in pluribus, &c.*

6\. *Multitudo servorum.*

7\. *Verum unus servus contineatur nomine familia.*

Ex quo statim se prodit error Bodini *lib.1. de Rep.c.2. in pr.* qui quinq; ad minimũ personas requirit, in familia, quia ICti tres ad minimum servos requirunt, quibus necessariò addendus paterfamilias cum uxore. Nam 1. ICti non requirunt ad quãvis familiã tres servos, sed ad eam, quæ posita fuit in edicto prætoris, *de vi bon. rapt.* Aliàs enim ad familiam sufficit vel unus, ut in edicto *de vi & vi arm.* 2. ICti loquuntur de familia, quæ designat collectionem tantùm ministrorum. Ab hac turpi confusione progreditur Bodinus ad eam, quæ designat collectionem societatum cotidiani usus gratia. Nam familiæ hoc loco à Bodino explicatæ non exurgunt ex servis, sed ex societatibus, sicut ipse Rempub non componit ex congerie servorum, sed familiarum. Duas autem societates his sufficere diximus, & per consequens tres tamen personas. Prout igitur accipitur nomen familiæ, quod variè mutat significationes, ut paulò antè dictum fuit, ita nunc plures, nunc pauciores in ea requiruntur personæ. 8. *Error Bodini.*

Ad eam autem, quam ex ductu naturæ ædificamus, vel unus servus sufficit, cum se non habeat familia, ut numerus, qui adjectione singularum unitatũ mutat speciem, Etiamsi enim gens in infinitum excrescat numerum; & militia confletur ex multis millibus hominum, nondũ inde exurgit civitas, *ut ait Arist 2.pol.c.1.* nisi accedat differentia civium & ordo. Imò etiamsi civitatis alicuius multitudo excrescat in immensum, & comprehendat totũ terrarum orbem, ut Alexandri M. Romanorum, Turcarum & Hispa- 9. *Imò ad complendam familiam unus sufficit.*

Hispanorum quorum ditiones sextuplo & ampliùs latius patere, quàm Turcarum, ex computatione, qua eas inter sese habere ut 435. & 74. reperit, tradit Horat: Malaguzz. *in disc. de compar. 5. maj. regn.* imperia, imò etiamsi pateat

Surgente à sole, ad eum, quem
Vespertina tepet regio: Horat. 1. *serm. sat:* 4.

Tamen civitatis autReipub. speciē non mutat, quamdiu non mutat formā gubernationis, à qua desumitur species Reipubl. & non à magnitudine, vel parvitate. Etiā pauperis Ithacæ rex est Vlysses *Horat. 1. l. 7.* Evander parvi palatii, Emathion paucorum pagorum, *Iust. 7.* Orion angustæ insulæ, *Plut. de Exil.* & Celeus sterilis agri, dum

Ipse domum glandes, excussaq; mora rubetis
Portat & arsuru arida ligna focis.
Filia parva duas redigebat monte capellas,
Et tener in cunis filius ager erat.
Ovid. 4. fastor:

11. *Familia non æstimatur ex divitiis, aut multitudine servorum.*

Pariter nec paupertas diminuit essentias familiarum, & tam dicitur alere familiam, qui unum relinquit hæredem, quam qui octoginta, ut Scilurus Scytha, & quidem omnes sexus masculini, *Erasm. in apophi:* aut ut Euthychide Asiatica fœmina, quam tricies enixam cum 20. liberis in theatro exhibuit Cn: Pompejus, *Solin. c. 2.* aut ut Artoxerxes, qui liberos centum & quindecim ex se generatos habuit, *Iust. l. 9.* aut ut Gideon, qui 70. filios habuit, ex suis enatos femoribus. *Iud c. 9* Tàm ducit familiam, qui uno, aut gemino contentus servo vivit, quam qui sexcentorum opera utitur. Tam qui angustos intra cancellos rem familiarem contrahens, *probam pauperiem sine dote* laudat, quam qui certamen aggreditur cum Crassi, Busæ, Palevicini, & id genus Crœsorum regalibus opibus. Græcus quidam tantis oneratus fuit divitiis, ut integrum Xerxis exercitum in Græciam trajecturum, convivio excipere, fine detrimento rei familiaris, potuerit: *Herod. lib. 8.* Busa Apula mille civium Roman: post cladem Cannensem intra mænia Canusina, salvo statu fortunarum suarum, sustentavit, *Val. lib. 4, c. 8* Crassus negavit eius nomen inter divites profitendum, qui nesciat exercitum aliquot menses suis sumtibus alere. *Plut. in Crass.* Ipse in bonis habuit septies centena millia talent: id est, *ut computat Amiot: in Vit: Crass. quatre millions deux cens soixante mille escus.* Quantæ fuerint opes Palevicini, *apud Bellas.* quantæ Mercatoris Mechlinensis qui Comiti Geldriæ filiam elocavit, *apud Froissard.* quantæ Iacobi *le Coeur,* civis Parisiensis, à Carolo VII. in quadringenta millia scutorum damnati *apud Steph., Pasquier: lib. 3. Epist.* videre est. Quantæcunq; autem sint divitiæ, intra privatos parietes congestæ, nihil prohibet, quin ad unam redigantur familiam, quam diu species gubernationis non sit publica: Sicut & parva civitas, ex paucis congesta familiis specie non differt à maxima quaq;, licet Babylonem superet, cujus magnitudinem, ut Romam ex ruderibus, vel inde æstimare licet, quod in eius expugnatione cum Darius tria millia proberum patibulis affixisset, majori parti vitā condonaverit, *Herod. l. 3.* & quæ à Leone Afro, Marco Paulo, Botero in Africa & Asia immensæ amplitudinis describuntur. Cambalu enim regia Tartari, 28. milliaria Italica creditur circuitu suo continere. *Boter. 1 Cosmogr. 2. part. l. 2.* Quinsai in China olim numerarunt 160000 patresfamilias, *Boter. part. 2. lib. 2.* Marocco, ædes 100000. Tedsi 1000, & Tagaosti 8000. utrobique in Æthiopia *Boter. par. 2. lib. 3.*

12. *Nec civitas ex multitudine civium.*

De communione rerum, uxorum & liberorum in Republ. Platonis. SECT. 10.

1. *Communio bonorum tollit distinctionem familiarum.*
2. *Plato ipse confitetur Rempubl: suam in terris non dari.*
3. *Proponi interdum regulas impossibiles, ut cætera ad earum perfectionem æstimentur.*
4. *Plato peccavit vel in eo, quod altiorem Remp: proposuit, quā res humana ferrent.*
5. *Solvitur præoccupatio Platonis.*
6. *Naturalis nequit vocari Resp: Platonis, qua toties impugnat naturam.*
7. *Natura privata cuiusq; res non est extergenda ad naturam communem.*
8. *Multum à natura abludit Resp. Platonis.*
9. *Respub. Platonis nullibi unquam extitit.*

10. Non-

10. *Non potuit condi à Plotino.*
11. *Nec condita fuit à Stoicis.*
12. *Vel Essaeis.*
13. *Vel Brachmannibus.*
14. *Vel Cubanis.*
15. *Vel Cannibalibus.*
16. *Vel Dacis & Massagetis.*
17. *Vel Garamant: aut Nasamon:*
18. *Vel Anabaptistis.*
19. *Nicolatis, Valent: Carpocrat:*
20. *Vel Beginis Galliae.*
21. *Vel Iohanne Kentense Anglo, aut Thoma Munstero Germano.*

1. QVid sint familiæ, & quo artificio ex naturæ sinu prodeant, hactenus explicavimus: sequitur, ut videamus, utrum satius sit eas in Republ: distingui, ut vult Aristot: & communis confirmavit Rerumpubl: consuetudo, vel per communionem earum rerum, quæ per familiarum discrimina cuiq; appropriantur, ut sunt uxores, liberi, servi & bona, confundi, & deleri, ut disputat Plato ex sententia Socratis *in libris de Republ.* Nam ubi omnia sunt communia, & nemo quicquam possidet proprium, ibi non tantum dominorum discrimina turbari, sed familias prorsus extingui necesse est. Ipse quidem Plato *lib.* 6 *de Republ.* difficile ait esse, ut formam Reipubl. in hoc mundo assequamur, sed non impossibile. In 9. verò *de Repub. in fi.* apertis verbis, id quod res est, confitetur: *Civitas quam nos condidimus, in verbis tantum reperitur: In terris vero nusquam extat. At forte in cœlo illius extat exemplar, conspicuum ei, qui & intueri voluerit, & seipsum ad illud, cum intuitus fuerit, instituere.* Idem asserit 5. *de ll.* & causam rejicit in præstantiam Reipubl: quam vulgaria ingenia non capiunt, nec vulgares mores ferunt. Piccol: *grad.* 10. *Eth. c.* 25. excusat Platonem, quod proprio philosophandi genere ultra homines se extulerit in cœlum, quasi Rempubl: Idæis conditurus, cui confitetur in his terris inter homines locum non inveniri. Ipse Plato *lib* 5. *de Republ.* tacitè objectionem hanc præoccupat, & licet, inquit, propter fortunæ quædam impedimenta, & præoccupatos hominum animos non liceat aspirare ad perfectionem propositæ Reipub: ponendam tamen esse Idæam & exemplar ob oculos, ad cujus regulam, ut quam proximè accedatur, annitendum sit. Sic enim Architectum suum Vitruvius, Oratorem Cicero, Bonum virum Aristoteles, tanquam regulam, quantum fieri potest, imitandam proposuit: Et medici temperamentum secundum pondus, sanitatem absolutam, Physici Elementa pura describunt, quæ sciunt aut omninò non existere, aut parvo intervallo interire. Exempla quoque protulerunt Essæorum, Stoicorum, Brachmannum, Item Massagetarum, Garamantum, Anabaptistarum, qui hoc vitæ genus, naturæ instituto consonum, secuti sint, & ex eo Respubl. condiderint, & quæ præterea pro excusando sive Socrate, sive Platone afferunt Bessar: *lib.* 4. *Apolog.* Prophyr: *in vit. Plot.* Fiein. & Settan: *ad L.* 5. *Polit.* Piccol: *grad.* 10. *c.* 25.

2. *Idea Reip: Platonica nullibi datur*

3.

4. *Primus error Platonis.* Nam, quod Plato secutus sit viam quandam Philosophandi altiorem, quam Politicis rebus conveniat, quid hoc ad liberandum Platonem à calumnia? Annon res quæque tractanda est pro conditione subjecti? 1. *Eth. c.* 3. Solon rogatus, ecquid Atheniensibus optimas tulisset leges, *optimas,* respondit, *quas illi accipere poterant. Plutar. in Sol.* Nam si Reipubl. alicujus ideam abstractam sibi apud animum fingere voluisset, cujus cives suos minimè capaces futuros præsciisset, annon rectius Vtopiæ eam, cum Thoma Moro, quàm regioni Atticæ præscripsisset? Et tamen motus, nihil in sua Vtopia finxit absonum, nihil naturæ & rationis dictamini contrarium: Platonica verò Idæa adeò est ab hominum conditione amota, uti nisi Deos, aut meras Idæas ex iis fecerit, nulli societati induci queat. Esse quidem Idæam proponendam, licet per errores & impedimenta intercurrentia, eius perfectionem non nisi magno cum labore assequi queamus, confitemur; sed de Idææ natura est, ut sit imitabilis, & particeps eius fieri possit, id, quod ab illa dependere fingitur. Idæa vero Platonica prorsus repugnat naturæ humanæ, adeò ut homines oporteat prius ejurare naturam, quam subigi possint sub regimen talis Reipubl. ut paulò post demonstrabimus, & jam docuit Arist. 2. *Polit, c.* 3. *text.* 35. quando ait: *sub Repub. Plato.* 5.

Platonica vivi non posse. quod explicat Thom. *per privationem bonorum, unde pendet vita*. Sed non est dubium, quin altius quid innuat Aristot. impossibilitatem illius Reipubl. demonstraturus ex destructione & repugnantia humanæ naturæ. Propterea idem ibid. cum communionem bonorum secundum usum à virtute directum proposuisset, statim exemplum eius subjecit ex Republ. Lacedæmoniorum, ne videretur in aere cum Platone ædificare velle, & 4. *Polit. cap.* 1. aggressurus Rerumpubl. declarationem, *Non solum*, inquit, *optima in considerationem trahenda est, sed quam quaq; ferre potest natio.*

6. *Naturalis non est, quod repugnat naturæ.* Nescio enim, qui possit à Piccol. & Bessar. naturalis vocari hæc Respub. quæ tot machinis oppugnat naturam humanam, tam ex amussi contraria est iis, quæ præscribit inclinatio animalis, & communi consensu receperunt omnes gentes. *Deus*, inquiunt, *communis parens est*, *& nobis proposuit, tanquam fratribus unius familiæ, civibus unius civitatis, omnia fruenda in commune*. Iam verò quæstio nostra non est, de constituenda civitate mundana, in qua pariter obligamur ad jus naturæ, tam principes, quam subditi, sed de Politica, quæ ex mundana Monarchia deduci nequit. Nulla enim ratio nos cogit, idem sequi in Repub. Politica, quod observamus in mundana. Deus ibi præsidet, tanquam Monarcha, in cujus manu vertitur, quicquid viget vivitque in mundo. An talem quoq; Monarcham præfecturus est suæ Reipubl. Socrates, Aristophanes *in Nub.* primam hinc traxit occasionem alludendi ad dogmata Socratis, quod exemplar divinorum voluerit expressum in humanis. Nā si oculatius ipsum universum velimus intueri, inveniemus omnia secus sese habere, quam in Republ. Platonis Non tantum enim gradus distincti intelligentiarum, animalium, corporum, sed & propria bona, propria loca, ab aliis per vices non occupanda, cuiq; tributa. Volucres & animalium quam plurima genera comparem vitæ sociam diligunt, fœtus suos educant & contra vim quamcunq; propugnant. Nidis verò & volutabris abigunt, quicunq; propius se illuc admovent. Usq; adeò sui amore ebriæ sunt res omnes, nec quicquam reperitur in tanta varietate, quod in commune consulat, & quæstum proprium alieno postponat. Quonam igitur pacto communio Platonica consentit cum naturæ dictamine? aut quænam est tam crudelis natura, quæ velit sibi omnia conformia reddi cum præsentanea pernitie?

7. *Ex natura communi non est corrigendo privata.*

8. *Non consentit Respubl. Plato: cum natura.*

9. Sed de hac thesi, quantùm adversetur naturæ Respub. Platonica, paulò post videbimus: Exempla eius & expressæ imagines in classe Rerumpub. frustrâ quæruntur, cum ipse Plato. 9. *de Rep.* confiteatur mente eam magis concipi, quam civitati alicui imprimi posse. Impetrarat Plotinus à Galieno Imp. licentiam condendi talem aliquam Rempubl. in deserto aliquo oppido Campaniæ circa Neapolim. Sed Senatorum autoritas intercessit, non invidia, *ut suspicatur Porphyr. in vit. Plotin.* sed quod scandalosam futuram & receptaculum omnis libidinis, aut refugium eorum, qui sua decoxerint, timerent. Stoicos, quidem disciplinam Platonis in communione uxorum & bonorum imitatos fuisse, autor est Diog. *in vita Zenon.* & Chrysost. *in lib. advers. gent.* Zenonem legem tulisse scribit: *Commodum esse cum matribus & sororibus misceri.* Epictet. Arrian. *lib.* 2. *c.* 4. communionem mulierum attribuit non obscurè Archedemo, eiusdem sectæ. quam tamen ipse respuit & insectatur. Essæi in commune possidebant omnia, charitate mutua devincti, *ut refert Porphyr. lib.* 4. *de sacrif. ex Iosepho*, sed fœminis in universum abstinebant, quod crederent non reperiri, quæ servet fidem viro, & servis non utebantur, quod timerent injuriam facere naturæ, sed in vices sibi mutuò serviebant, *ut videre est apud Ioseph. lib.* 15. *Antiq. c.* 13. *libr.* 17. *c.* 15. *& præcipuè lib.* 18. *c.* 2. *& lib.* 1. *de bell. Iud. c.* 7. Posteriores demum ceperunt animum ad uxores appellere, ne sua culpa & abstinentia jacturam pateretur genus humanum, sed propriam quisque duxerunt, & non nisi per triennium probatam, à qua, simul ac utero gerere deprehensa fuisset, abstinebant, ne libidinis magis, quàm generationis causa ductu videretur, *Id* 2. *bell Iud c.* 7. Brachmanes, sive sapientes Indos communibus quidem usos uxoribus, refert

10. *Plotini Resp.*

11. *Stoicorum.*

12. *Essæorum.*

13. *Brachmanum.*

refert Arrian: *in hist. Alex. Magn.* sed Rem-
pub. nunquam condiderunt, sicut nec Essæi.
nec Stoici. A collegiis verò, aut vicis velle
argumentari ad totam Rempubl. discrimi-
na & ordo civium amplius non patiuntur.
14. *Cuba Insula.* In Cuba Insula, repertos, qui Meo & Tuo
non perturbentur, sub dio habitantes, &
hortos agrosque sepibus denudantes, ut ac-
cessus omnibus promiscuè pateret, narrat
15. *Cannibalum.* Martyr. *dec. 3. libr. 1.* Cannibales item in
commune vixisse his verbis explicat Mich.
de Montaign. *lib. 1. des Ess. ch. 30. Les Can-
nibales s'ent' appellent generalement, ceux
de mesme aage, freres: Enfans ceux, qui sont
au dessoubs. & les Vieillards sont peres à
tous les autres: Ceux cy laissent à leurs he-
ritiers en commun, ceste pleine possession des
biens, par indivis, sans aultre titre, que
celuy tout pur, que nature donne à ses crea-
16. *Dacorum & Massaget.* tures les produisant au monde.* Cæterum hi
vivebant ex rapto, prædonum more, illi vi-
catim, & proinde sine certa lege Reipubl.
Nam quod de gente quadam Dacorum af-
fert Ioseph. *lib 18. Antiq. cap. 2.* ab eodem
explicatur: Eos vixisse collegialiter ad in-
stitutum Essæorum, quod de Massagetis He-
rodotus refert, incertum est, & confusè re-
latum, nec de liberis & bonis, sed de uxori-
bus tantùm communibus narratur. Bono-
rum autem communionem à communio-
ne uxorum separat Aristotel. *2. Polit. c. 2. &*
17. *Garamanthum.* 3. & Garamanthes, quos malè Nasamonas
censet esse Bessar. *lib. 4. Apol.* cum hi non
interioris, sed Marmaricæ Lybiæ populi ex-
titerint, promiscuis quidem utebantur uxo-
ribus, *teste Mela lib 1. cap. 4. Plin. libr. 5.
cap. 8.* sed proprios sibi arrogabant liberos,
quos ex similitudinis conjectura depre-
hendebant, *ut refert Aristotel: 2. Pol. cap 2.*
18. *Anabaptistarum.* Nec huc trahi potest ἀνεποχία Anabaptista-
rum, à Iohanne Leidensi in VVestphalia
exortorum, *Sleidan. lib. 10. Munster. 3. Geo-
graph.* quia tantum proficere nondum po-
tuerunt, ut Reipublic. suæ alicubi funda-
menta jecerint, licet sparsim in Bohemia &
Moravia circumerrent. Ab initio verò ten-
tata fuit communio uxorum, & bonorum,
quod libidinum fervores, lascivi homines,
unius consuetudine sese non extincturos
putarent, & nullibi defuit applausus, ince-
sta cupidine prurientium assectarum, siqui-
dem Mahometh nulla alia re facilius inesca-
vit populum quam quod libidini fenestram
aperiret, & quot quisq; vellet, uxores du-
cendi copiam faceret.

Nicolaus, unus Diaconorum *Act* 6. 19. *Nicolait. Carpocrat.*
ut à suspitione Zelotypiæ se liberaret, for-
mosam, cujus amore nimis efflictim labo-
rare arguebatur, uxorem in medium sta-
tuit, se paratum ostensurus, etiam uxorem
præ amore Christi deserere. *Clem. 3. Strom.
lib. 3. c. 2.* Non multò post secuti sunt Va-
lentini & Carpocratis sectatores, nocturno-
rum Bacchanaliorum, pro concænationi-
bus nocturnis pauperum Christianorum. à
diurnis congressibus vi Tyrannorum prohi- 20. *Beginorum.*
bitorum, architecti. *Clem. 3. Strom.* Begini
in Galliis audacius, cum uxoribus etiam bo-
na & possessiones cuiusq; redegerunt in pu-
blicum. *Bellef. in Car. 4.* Iohannes presby- 21. *Iohannis Kentensis aut Munster.*
ter Kentensis in Anglia, non minori seditio-
ne istud regnum, quam Munsterus Impe-
rium in Germania concussit, cum ad natura-
lem omnium rerum communionem omnia
reducenda clamaret: Regum, divitumque
prærogativas ex violentia à Nimrodo, or-
tum sumsisse. *Bellef. in Car. 6. Ann. 1382.*
Nec nunc defensores Platonis quicquam
Aristoteli objiciendum habent, nisi quod
communio bonorum & uxorum, juri pri-
mævo optimè respondeat, cui errori inde à
tempore Patriarcharum non tantum con-
sensus omniũ rectè institutarum gentium,
sed & sententiæ Theologorum, & decreta
Legislatorum, & disputationes Politicorum
contradixerunt, *de quib. vide Theodor. 6.
Græcan. affect. qui est de legibus.*

Quantum repugnet communio Platonica juri naturæ, ubi agitur de vetitis gradibus cognatorum & affinium. SECT. IX.

1. Studium se conservandi omnibus rebus innatum est.
2. *Quod extenditur ad possessiones nostras, & in ijs contentos servos.*
3. *Storge erga liberos adeo naturalis est, ut eluceat etiam in bestiis.*
4. *Eadem extenditur ad conjuges erga se invicem.*

5. Quan-

QVia igitur Plato 5 *de Republ.* suam communionē commendat, propterea quod faciat Rempubl: stabiliorem Bessar: Porphyr: Piccol:& alii ex eo, quod consentiat cum Idæa regiminis à Deo opt. Max. in mundo adumbrati, contra posteriorem hanc defensionem agemus priùs, & quot modis à Platone oppugnetur natura, & jus ab ipsa rebus inscriptum, cum præcipuū sit disputationis futuræ caput, prius ex Aristotele, 2 *Pol. c.*2. deducemus.

Innatum est autem non tantum animis hominum, sed rebus quibuscunq; studium quoddam se & sua conservandi, quod sub nomine veræ φιλαυτίας proponit Arist. 9. *Eth. c.*9. & 2. *Polit. c.* 2. quo licet permulti abutantur, qui publica postponunt privatis, aut amorem virtutis transmutant in admirationem vanitatis tamen *ordinata caritas, quæ à se ipsa incipit*, à jure tam divino, quam humano probatur, & *crudelem* vocat Imperator, *qui vivos aliò derivet, cum agros* *suos*

1. *Innatus rebus omnibus est amor & studium sui.*

suos sitisinat emarcescere. l. præses 6. *C. de servit: & aq.* Qui *vult Eleemosynam ordinatè dare, incipiat à seipso, c. qui vult. dist.* 3. *de panit:* nec unquam debet testator alienas successiones propriis anteponere. *l. cum acutissimi* 30. *in fi. C. de fideic*: & justa censetur excusatio eius, qui suam utilitatem alienæ præfert. *l. ubi de cur. dat.* Euripides ait:

μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφὸς

& Accursius:

Alpibus ille perit, qui se plus diliget ullum

Terent: *in Adelph, Act.* 1. *sc.* 1.

Vah quemquamne hominem in animo instituere, aut

Parare, quod sit charius, quam ipse est sibi. Propterea enim gravius homicida plectunt cultissimæ quæque gentes eum, qui sibi ipsi scelestas infert manus, *c. si non licet.* 23. *q.* 5. non tantum, quod peccet in majestatem divinam, *ut ipse Plato confitetur in Phad: Hesiod:* 2. *hist: Æthiop. Cic.* 8. *Tuscul: & in somn. Scipi. & demonstratum fuit à nobis l.* 2. *de jur Maj. c.* 3. *n.* 9. Sed quod arctiori vinculo homo ipse sibi uniatur, seu appetitus connectatur cum ratione, *ut explicat Arist.* 5. *Eth. c. ult:* quam, ut à seipso tantum sperare debuerit injuriam. Contra se quoque jura neminem patiuntur obligari, *gl. & Dd. ad §. fin. hic fin. lex gl. in ca. petitio Verb specialibus. de jurejur.* nec ratam habent donationē, si donāti insperatò subnascatur filius, *l. si unquam. ubi gl. & Tiraq. col.* 1. *C. de rev. don.* quia præsumtionem juris retrò trahunt, & non patiuntur sibi persuaderi, quenquam adeò naturali instinctui valedixisse, ut dedita opera suis voluerit præferre alienos. *l. cum avus. de cond. & demonstratio.*

2. *Etiam erga nostra.* Nam, ut ab amore nostri ulterius prolabamur, complectitur hic non tantùm corpus nostrum, sed liberos, sed servos, sed universam deniq possessionem. 2. *pol. c.* 3. cum *pecunia sit altera hominum vita, ut ait gl. in C. advocati. Verb. vitam. C. de adv. div. jud. & in l. lex qua tutores. Verb. vitam. C. de admin. tut.* & servi partim ad possessiones pertineant, partim sint partes Domini cum toti in eius Dominio includantur: *r. polit. c.* 4. Liberi verò sint quasi alteri paren-

3. *Erga liberos.* tes, sicut amicū vocat Arist. alterum ipsum. Vnde non tantum pro vita, sed & pro nidis & partu videmus pugnare animalia. *Quid bestia?* inquit Lactantius, *nonne frigus & famem patiuntur, & pro suo partu ista propugnant, ut nulla vulnera, nullos ictus reformident?* *Connan.* 1. *Comm. cap.* 4. *num* 6. Canis etiā fratris memoriam retinuit *apud Herod. lib.* 3. & periculū ab eo suo succursu avertit. Imò pro socio domestico sæpe pugnat, *Busbeq: Ep.* 4. & pro domini salute ita excubias agit, ut occisum etiam custodierit, & occisorem insultu & latratu prodiderit. *Cedren. in Const. Pog.* Crocodilus, cui fæmellam eripuerat dirus nauta, non secus insultavit currentem navem, ac si occisorem inde deposceret, in vindictam conjugis sibi dedendum. *Martyr. lib.* 2. *legat. Babyl:* In homine ulterius processit storge, cognationemque naturalem vinculo adeò arcto connexuit, ut inviti etiam & ignari sanguini nostro condoleamus. Carolus Magnus cum lis esset inter patrem & filium de homicidio perpetrato, nec constaret de autore, utrique minitatus est supplicium, quo territus pater, ne filium secum ad necem absque merito raperet, cædem à se commissum confessus, filium storge paterna, liberavit. *Barbat. in cap. in præsentia, chart.* 10. *de probat:* Et quisnam adeò extra humanām naturam projectus reperitur, ut siccis oculis liberorum & uxoris interitum spectare possit, nisi extra se ira aut timore propulsus, nedum ut ipse judicium de iis ferre cum Bruto & Manlio velit? Mulier quædam Parisiensis, cum videret maritum transduci ad mortem, prægnantem se præcipitem dedit de fenestra. *Gill. in Car.* 6. *Ann.* 1382. Indæ comitabantur mortuos maritos usque ad rogum, & vivas se sepeliebant cum mortuis. *Val.* 2. *cap.* 6. Artemisia etiam cinerem mariti bibit, ne violentia mortis separaretur ab eo, quem vivum perditius seipsa dilexerat. 4. *Erga coniuges.*

Hispana quædam mulier, Hieronimi Aquillaris uxorem nominat Martyr *in Append.* cum audisset filium à Cannibalibus captum, præ amore eius, & timore, ne prædonū esca fieret, insanari cepit, quotiescūq; carnē assari videret, terribili voce exclamavit: *Sibi filium vivū terrori ob oculos.* Et quis posset

posset omnia paternæ & maritalis στοργῆς exempla referre, præcipuè cum id, tanquam in re plana & ab omnibus credita nihil attineat? *Timantes, cum in Iphigenia immolatione pinxisset tristem Chalcantem, tristiorē Vlyssem addidisset Menelao, quem summum poterat ars efficere mœrorem, consumtis affectibus, non reperiens, quo digno modo patris*

5. *Quanta injuria peccent liberi in parentes.*

vultum exprimere posset, velavit ejus caput, & suo cujusque animo dedit æstimandum. Quintil. libr. 2. c. 12. Hinc denique efficitur, cum natura igniculos amoris filiis inseverit erga parentes, quos sollicitudo & cura paterna quotidiè suffliit & adauget, nihil esse scelestius & quod magis natura abhorreat, quam si pater à filio patiatur quicquam vel injuriarum vel quod indignum sit ipsum à debitore suo naturali pati. *Omnia enim scelera in parricidio complexa videri,* rectè dixit Cicero *pro Rosc. Amer.*

6. *Incestum crimi-men.*

Denique nefarias & incestas commixtiones aversatur natura, & Xenophon divinitus legem latam scribit, ut non misceantur parentes cum liberis, nec hi cum illis, *μήτε γονέας παισὶ μίγνυσθαι, μήτε παῖδας γονεῦσιν. libr. 3. de dict. memorab.* Causas prohibitarum inter consanguineos commixtionum, multas afferunt Thom. *2. 2. p. 154. a. 9.* Anton. *2. part. Sum. t. 5.* Chrysost. *in 1. Corinth. homil. 34. explicans legem Mosis. Lev. 18.* Plutarch. *probl. Rom. cap. 108.* Philo. *de ll. Mosaic.* Cassiod. *7 Var. Ep. 46.* Tiraq. *l. 7. Connub. nu. 45. & seqq.* Iustinian. *in Nov. Const. 12. tit. 7. de Incest. & nefar. nupt.*

7. *Cur vetitum.*

Voluerunt enim legislatores plures patronos acquirere sexui fœmineo, ut sive à cognatis, sive à marito injuriam paterentur, haberent, quò se possent recipere. *Chrysost. d. hom 34.* Voluerunt diffusum genus humanum per affinitates quasi continere, ne, dum quò longius à stipite per generationum propagines, & à no-

8. *Ad ampliandam amicitiam.*

bis invicem discedimus, eo minori vinculo nobis devincti viveremus. *Nam sanguine mixto Texitur alternis ex gentibus una propago, ait Prudent. Nuptiis,* ait Plutarch. *in Probl. necessitudines augere volebant, & ultro citroq; filias dando & accipiendo multos sibi propinquos, adjungere. βουλόμενοι τὰς οἰκειότητας, καὶ συγγενείας πολλὰς ἐπισπᾶσθαι, διδόντες ἑτέροις, καὶ λαμβάνοντες, παρ' ἑτέρων γυναῖ-κας.* Philo. *in lib. de ll. Mos. Spec. Quorsum attinet impedire & obstare, quo minus affinitates jungantur cum aliis, & intra domesticorum parietum angustias rem honestissimam includere, cum extendi & diffundi possit per continentes terras & insulas, denique totius orbis habitatas provincias. Nam connubia cum exteris novas conjunctiones faciunt, nihilo deteriores, quam sit consanguinitas.* Chrysost. vero *d. hom. 34. de lege Mosis: Ad alienos traduxit nos, illos vicissim ad nos pelliciens, quos naturali vicissitudine copulari non licet, hos nuptiis conglutinavit, integras sæpe familias unius Nymphæ gratia conciliando.* August. *libr. 15. de civit. Dei c. 16. Habita est ratio rectissima charitatis, ut homines, quibus esset utilis atq; honesta concordia, diversarum necessitudinum vinculis necterentur, nec unus in una multas haberet, sed singulæ spargerentur in singulas. c. cum igitur 35. q. 1. c. de consanguinitate 3. q. 2. & 3* Brevissimè Cassiodorus: *Moses Israelitico populo inter alia definivit, ut concubitus suos à vicinitate pii sanguinis abstinerent, ne dilatationem providam in genus extraneum non haberent. libr. 7. Ep. 46.* Et ne quis cum Myrrha objiceret, jungendos esse consanguineos.

Vt pietas geminato crescat amore, Ovid. 10. Metam. pergit Chrysost. *Satis causa sit, cur illas ames, ex eodem esse te utero prognatum? Aliter tibi competent alia: Cur tu charitatis amplitudinem redigas in angustum? aut cur officium caritati non necessariū impendis? quo amicitiam, conjuge aliunde ducta, & per hanc longissimam affinium seriē, parentes, fratres, & illorum necessarios omnes tibi conciliare potes.* Nec geminatus 9. *Incesti seipsos oderunt.*
amor inde sperandus, unde labes contrahitur indelebilis, & quod naturali pudore omnes aversamur, *ut rectè respondet Montecat. 2. Polit. schol. 1. tex. 15.* Non prius expiaverat Amnon libidinem cū sorore sua Thamar, quam pœnitentia sceleris ductus, & pudore naturali, quem à se violatum sentiebat; admonitus, stupratam à se abigeret, ne ex conspectu sauciata conscientia subinde recrudesceret. *2 Sam. cap. 13.* Inconsideratus enim ille & furiosus amoris impetus post expiatam libidinem, quando hominem ad se re-

se redire sinit, sponte defervescit, & pro amore relinquit indelebile odium. *Unicum verbum*, ait Plato. 8. *de ll. extinguit ejusmodi voluptates, quando nefaria dicuntur.* Addunt etiam, incestus improbari, ne ex inaequali aetate conjugum imbecilla nascatur posteritas, *Plat.* 4. *de ll.* quod de iis tantùm intelligendum venit personis, quae se habent ut parentes & liberi. Caeterum id genus rationes congeruntur passim ab autoribus, *Tiraq.* 7. *l. Conn. Cypra. c.* 6 *de Matrim.* §. 1. *Borchols, de grad. pag.* 100. *Beza de repud.* & *divort. pag.* 27. *Iunio. q.* 37. *Polit. Martyr. in* 2. *Sam. c.* 13. sed leviores, quam quae incestos concubitus tantae turpitudinis & scandali damnare queant.

11. *Vera causa turpitudinis incestuum.* Non aliunde enim haec aestimanda venit, quam ex jure & dictamine naturae, seu ex *pudore naturali*, ut ex ipso Levit. c. 18. constat, ubi filius arcetur à cubili patris, *ne relevet turpitudinem ejus*, & Ruben dicitur *maculasse stratum parentis, Deut.* 35. & 49. Pla-
12. *Plato reprehensus.* tonem proinde meritò reprehendit Aristot. 2. *Polit c.* 2. quod cum alios actus amatorios proximis agnatis promiscuos injunxisset, à solo concubitu parentes & liberos abstineret jussisset, quia voluptas concubitus Musica non est, sed omnem proportionem sua violentia exuperat. Vulgò putatur Aristot.
13. *Inauspicato defensus à Cypraeo.* respexisse ad 5. *libr. de Republic.* cum tamen Platonis sententia non illic demum, sed *in* 3 *de Republic* legatur, adeò ut valdè inconsideratè Cypr. *dict. cap* 6. §. 1. *num.* 5. Aristotelem falli scribat, dum nullam aliam causam interdicti à Platone allatam referat, quam nimiam voluptatem, cum tamen Plato 8. *de ll.* ex tacitâ naturae lege illud deducat inquiens: *A filio & filia lex etiam non scripta jubet abstinere, & neq; palam, neq; clam cum iis commisceri. Nam & vulgus hominũ ab ejusmodi libidinibus abhorret. Unũ enim verbum hujusmodi voluptates extinguit, cũ id nefarium esse dicitur, Deo invisum, omnium flagitiorum flagitiosissimum.* Non
14. *Duae Respub. Platonis.* distinguit enim duas Respublica diversas, quas Plato distinctè in duobus operib. condit, & Aristoteles distinctis capitibus separatim impugnat, & *d. cap.* 2. non considerat quicquam ex posteriori, *in lib. de ll.* condita, cum cãcellos utriusq; distinxerit ipse Plato, & in una quidem secutus praescriptum naturae communionem tollat, quod asserit Cypr. in alia verò contra naturae dictamen sanciat, adeoque praesupponat, communionem non improbari à natura, quia & actus caeteri amatorii eadẽ de causa rejici debuerint, quos tamen Plato lege illic sancit, & concubitum solum execratur, nõ quod naturae repugnet, sed quod sit nimis violentus. Hanc rationem *in lib.* 3. *de Rep.* prolatam, Aristot. *dict. cap.* 2. dum eos libros impugnat, rejicit tanquam insufficientem, quoniam prohibitorum incestuum causa aliùs petenda est, nimirum ex naturali detestatione & luce naturae, quò nos deducit Iustinian. *Novell.* 12. & ante eum Paulus *in l. adoptivum.* 14. §. *unde* & *l. fin. de rit. nupt.* qui quod hic jus gentium nominat, illic explicat per jus naturale & pudorem, sicut & Honorius ac Theodosius, foedus naturae, ajunt, non permittere concubitus cum matribus & filiabus, *l. eum qui. Cod. de Episcop.* & *Cler.* imitati phrasin Ovid. 10. *Met.* 15. *Iure naturae improbari incestas nuptias.*

Neve parentis
Concubitu vetito natura pollue foedus.

Ius enim naturae & gentium propriè loquẽdo in idem coincidere, ex Aristotele *alibi* demonstravimus, & apud ipsos ICtos saepe confundi solent. Iustinianus *in Authent. de incestu nupt.* eo intuitu incestas nuptias vocat *natura contrarias*, ut & *cap. cum secundum de haeret. in* 6. *ubi praeter mentem Pontificis gl. interpretatur nuptias inter mares praeposteras.*

Neque obstat huic ex natura deducto interdicto, quod animalia promiscuis misceãtur coitionibus, & quod gentes quamplurimae, ut ait Myrrha, 16. *Nec obstat mistura animalium coitus.*

esse ferantur,
In quibus & nato genitrix & nata parenti
Iungitur, & pietas geminato crescit amore. Ovid. 10. *Metam.*

Testis quidem usitati apud Ethnicos incestus sine crimine est Arnob. 8. *contr. gent.* & eorum catalogum texit Alexand. ab Alex. *libr.* 1. *gen. dier. cap.* 24. Hieron *libr.* 2. *in Iovin.* ex quibus praecipui sunt Assyrii, Medi, Mauri, Aethiopes, Arabes, & de Persis idem testatur Philo *de ll. Mos.* Harmenop. *libr.* 1. 17. *Nec promiscuae nuptiae Persarum.*

Epit.

Epit. tit. Cælius. *libr. 8. cap.* 18. Euseb. *in præpar. Evang.* Hieron. *libr. 2. in Iovin.* Theodor. *lib. 3. & 9 de cur. Græc. affect.* Chrysost. *in lib. de Virg. cap. 9. & homil. 7. in 1. Corint.* & Lucan. *libr.* 8 dum Pompejum à fuga ad Persas avertere conatur,

Iacuère sorores
In fratrum thalamis, sacrataq; pignora matrum.
Damnat apud gentes sceleris non sponte peracti
Oedipodionias infelix fabula Thebas.
Parthorum Dominus quoties sic sanguine mixto
Nascitur Arsacides? Item Catull. *in Gell.*
Nam magus ex matre & nato nascatur oportet,
Si vera est Persarum impia religio.

18. De qua testatur etiam Clem. Alexandr. 3. *Strom. ex auctoritate Xanthi.* De Britannis refert Cæsar 5. *bell. Gall.* quod *non tantum deni duodenique communes duxerint uxores, sed & fratres cum sororibus & parentibus filij misceri soliti fuerint.* Quæcunq; verò gentes illæ fuerint, quæ jus naturæ tam turpiter violarũt, nihil refert, quia & ipsum jus naturæ seu principia naturâ nobis nota, suâ intemperantiâ extinxerũt. Docuit enim Aristot 5. *Ethic. c. 7.* eleganter, principia quidem juris naturalis esse immutabilia, nonnunquam tamen à malitia hominum perrumpi, quemadmodum naturale est, ut dextra manus sit agilior, & pes dexter, dum inambulare incipimus, primus moveatur, ex quo equales scalarum ad aditus templorum gradus fabrefieri jubet Vitruv. *lib. 2. Archit.* ut dextro & non sinistro pede limina prius tangamus: Interim prava consuetudine & præpostero abusu, naturalis dispositio sæpe inducitur, & sinistrum mutatur in dextrum, quod de jure naturali hic quoq; factum fuisse statuimus apud eas gentes, quæ partim ignorantia, partim malitia naturalis lucis scintillas extinxerunt. Nam & ipsæ vel ab aliis meliora doctæ, vel impetu proprio, ceperunt facinora sua odisse, & ad meliorem frugem se convertere. Didicerunt quippe dicente Halycarn. *libr. 2. homines incestuosos brutis esse deteriores,* cum, secundum. Senecam, *in Hippol.*

Britannorũ & aliorum quarundam gentium.

19. *Quia horum error naturæ principia obliteravit.*

20. *Tam naturâ vestitis ipsis bestialiores sunt incestuosi.*

Feræ quoquè ipsæ Veneris evitent nefas,
Generiq; leges inscius servet pudor.

Et de Oedipo ait idem *in Oedip. Act. 3.*

Est qui in ortus semet & matri impios
Fœtus regessit, (quiquè vix mos est feris.)
Fratres sibi ipse genuit.

Nam licet feræ, turpis & honesti discrimine destitutæ, sæpe etiam sibi ipsis incognitæ, eò quod notitiam parentum & cognationem vagando perdant, sine discrimine sibi invicem misceantur, *nec habetur turpe juvenca.*

Ferre patrem tergo, fit equo sua filia conjunx:

Ovid. 10. Metam. tamen ejusmodi concubitus vitari etiam seu ἀποστρέφεσθαι à multis irrationalium animalium Iustinian. testatur *dict. Novell.* 12. cujus assertionem probare solent ICti Zelo Camelorum, & Elephantorum, quos matrum congressus abhorrere, cum admiratione narrant Aristotel. 9 *hist. anim. cap. 47.* Aelian *lib. 4. & 5. hist. anim.* Plin. *lib. 8. cap* 42. Nicol. Lyra *in Matth. cap.* 19. Quidam, fraude Camelarii matri admissus, dolum morte deceptoris vindicavit: Equus Scythicus ex abrupto se præcipitavit, ut iidem referunt, & ut Iohan. Lupus *in tractat. de matrim.* alius genitalia sibi morsu abrupit, luiturus in ea parte, qua peccatum fuerat. Eluxit igitur in generosioribus animalibus facula quædam ejus juris, quod expolire & ad perfectionem suam deducere debuisset humana ratio, nisi infra brutorum conditionem degenerasset.

Nam Assyrios quidem solitos sanguinem confundi testatur Lucian. *de sacrific.* idque lege permittente Semiramide earum Regina, quæ nuptias suas cum filio initas, eo pallio tegere & licitas facere cogitabat, *referente Orosio lib. 1. c. 4. Curt. lib. 7.* cujus colorem imitatus erat Claudius Imper. in simili peccato. *Suet. in Claud.* Cabades Persarum Rex, ut sibi liceret plures ducere uxores, lege lata, polygamiam omnibus concessit, *Cedren. in Zen.* quod etiam Euenus. 3 Scotorũ Rex in animo habuit. *Buchan. li. 4.* Cæterum Iusti. *lib. 1.* August 18. *de Civ. Dei. c. 2.* Agath. *li. 2. bell. Goth.* expetitum quidem esse Ninũ 21. *De Lege Assyriorum.*

filium

filium à matre narrant, ſed belluina iſta rabie efferatum importunam libidinem nec ejuſdem compreſſiſſe, ratum, naturæ jura illi patrocinari non debere, quæ iis prior vim intuliſſet.

22. *Perſarum.* Apud Perſas cujus auſpiciis hic mos invaluerit, ex hiſtoria Cambyſis notum eſt, qui cum ſororem ducere decreviſſet uxorem, à conſcientia tacitè admonitus, quod id ſine ſcelere facere non poſſet, adiit conſiliarios, utrum excuſari poſſet, ſi animo ſuo morem gereret, qui providè quidem, ſed non ſatis fideliter reſponderunt: *De ducenda ſorore legem quidē in Perſia non reperiri, ſed extare aliam, qua Regi legem obſtare non patiatur. Herod. li.* 3. Nec enim alia ratione, quam licentia regia, tam infandum facinus excuſari poſſe videbant, quâ eâdem Caracallæ perſuaſit noverca, ut pudorem naturalem, ex quo protrudebat hanc hæſitationem: *Vellem, ſi liceret*, exueret, & *Imperatorem* ſe eſſe cogitaret, *qui dare ſoleret, non accipere leges. Ael. Spart. in Carac.* Dare ſcilicet leges civiles, accipere naturales, cum Rex ſit quidem princeps Reipubl. ſed civis & ſubditus naturæ, unde inceſtus prohibitio dependet. Nam & mulieres propter ignorantiam excuſantur, ſi peccaverint contra leges poſitivas, *l. ſacrilegii pœna in pr. ad l. Iul. L. pecul. c. ſicut dignum. de homicid* ſed de inceſtu commiſſo non excuſantur, *l. ſi adulterium §. ſtuprum & § fratres. ad l. Iul. de adult.* quia, quæ ſunt juris naturæ & gentium, nemo niſi cum ſuo malo, ignorare debet. *l.* 2. *C. de in jus voc. Gras & gl in verb. notandū.* 1. *q.* 4. Proinde nec Cambyſes ignorantiam ſuam, quæ rationalis non erat, prætexere, nec Conſiliarii excuſari poſſunt, qui contra jus naturæ licentiam regiam extendi reſpōderunt: Et tamen hoc principio, cum antea de ſororibus licitè ducendis legem extitiſſe hîc negent conſiliarii Cambyſis, cæperunt inceſtus apud Perſas invaleſcere, adeò ut Darius non horruerit ſororem in matrimonio habere, *Iuſt. lib* 11. ſicut nec Artaxerxes, *Plut. in Artox.* donec Alexander M. ſubactis provinciis & occupato univerſo regno barbarum morem miſcendi liberos parentibus corrigeret, *ut refert Plutarch. in lib. de fort. Alex.* quem tamen recruduiſſe inter honoratiores perſonas conſtat ex iis quæ citavimus ſuprà ex Luc. *lib.* 8. & Phil. *de ll. Moſ.*

24. *Aegyptiorum.* Aegyptiis idem lege lata licuiſſe teſtatur Philo, *ubi ſupra*, non tantum ut fratres miſcerentur ſororibus, & ne gemelli quidem à ſe abſtinerent, ſed etiam cognati majores pariter & minores ſine diſcrimine in inceſta turpitudine ſe volutarent, ſicut Athenienſium legiſlator idem permiſit fratribus uterinis & non germanis, *teſte eodem Philone*, *Atheniensium.* *Arnob.* 8. *contr. gent.* & Cimon fortè eo privilegio in conjugio habebat ſororem Elpinicen, quam poſt Calliæ elocavit, *Plut. in Cim. ſine opprobrio*, ait Aemyl. Prob. *in praf. exc. Impp. cum Romanis moribus id nefaſtū haberetur.* Ptolomæus eo jure Arſinoen ſororem duxerat, *Pauſan. in Attic.* de quo Lucan. *lib.* 10.

Nupſit ſorori impia fratri.

& Cleopatra ſibi junctum fratrem pro conjuge à patre refert his verbis

Pater, qui jura mihi communia regni
Et thalami cum fratre dedit.

Non defuēre tamen, qui morem hunc apertis verbis deteſtarētur, quemadmodum Sotades reprehendit Ptolomæum, quod *in foramen minimè ſanctum aculeum truſerit. Strab. lib.* 10. ἐχ εἰς ὁσίω τρυμαλιὰν τὸ κέντρον ὠθεῖς. *Plutarch. de educ. liber.* Licet enim deteſtabiliores ſint inceſtus inter eos, qui in linea recta collocantur, & parentum liberorumq; loco ſibi habentur, inter quos vetitæ 25. *Inter aſcend. & deſc. nuptiæ prohibita in infinitum.* ſunt commixtiones in infinitum, *§. ergo non omnes. Inſt. de nupt. l. nuptia conſiſtere. l. fin. de rit. nupt.* ſive ex nuptiis juſtis deſcendat cognatio ſive ex vago concubitu, *l. nihil intereſt: de rit. nupt. § inter eas. Inſtit. de nupt.* adeo, ut dicente gl. *in d. § Ergo non omnes & in l. nuptia conſiſt.* 52. *de rit. nupt. ſi Adā hodie exiſteret, non eſſet invēnturus, quam legitimè ducere poſſet, contra quam vide Covarr. part.* 3. *de matrim. c.* 7. *§.* 10. *nu.* 13. cum prohibitio hæc deſcendat ex lege naturæ, & ſpurius quoque ex natura patris ſit filius, id quod de affinibus quoq; lineæ rectæ concludunt ICti, cum *Levit.* 18. prohibeamur fratris uxorem ducere, & Herodem acriter objurgaverit Iohannes Baptiſta, quod fratris conjuge abducta pro uxore uteretur & raptum inceſtu cumularet, *Egeſipp.* 2. *de Excid. Hieroſ.*

26. *Itemque inter affines recta linea.* *Hierosc.c.1.* nec non Paulus Apostolus à communione Ecclesiæ excluserit Corinthium, qui novercam attigerat, 1. *Cor.c.5.* quoniam & isti affines parentum & liberorum loco habentur, *l. non facil. § hos itaq; de grad. affin.* nec prohibitio juris naturæ cōplectatur solos parentes & liberos proximos, *ut sentiunt Thom.4.sent.dist.40.q.1.a.3.Bonav. & Richar.ibid.q.2. Rofens.in li.de matr. Reg. Angl.refutati ab ipsis Scholasticis, Scot.Dur. Palud d.dist.40. Sylvestr. in Verb. Matrim. 8.q 6.* Tamen prohibitio & incestus extenditur etiam ad collaterales, imprimis primi &

27. *Et collaterales primi & secundi gradus, linea inæqualis.* secundi gradus lineæ inæqualis: Erravitque Claudius Imperator, qui eum Agrippinā fratris filiam in matrimonio haberet, *Sueton.in Claud c.26.* & id SCto perlato omnibus licere vellet, *Tacit.12.Annal.* quod Nerva, tā quam iniquum & juri naturæ contrarium meritò antiquavit, *Dion. in Nerv.* & ejus exemplo Anast. *l.ult.Cod.de incest.nupt. nefandam licentiam* vocans, *& scelestum cōtubernium, quod impij constitutionibus Tyrannidis tempore, quibusdā personis permissum fuerit*: tamen parentum & liberorum concubitus adeo rationi adversari putavit, ut cum mulier quędam filium agnoscere recusaret, pudorem & conscientiam utriusq; exploraturus, juberet eos concumbere, nequaquam fore arbitratus, ut si filium suum esse scivisset mulier, cum eo commerciū habere voluerit, *Suet.in Claud.c.15.* Nec repertus fuit, qui sequeretur exemplum Imperatoris, aut SCti autoritatem, excepto libertino quodam & altero primipilari, cujus officium nuptiarum & ipse eum Agrippina celebravit. Cajus verò, qui cum omnibus sororibus stupri consuetudinem habuit, adeò ut Drusillam Germanicā Cassio Longino nuptam à thoro abductā justæ uxoris loco haberet, *Suet.in Calig.c.24. Dion.lib.59.* qui se id facere diceb it exemplo Iovis, quē se credi volebat. *Xiph.in Dion.Calig.* Item Mithridates, qui sorore usus est pro uxore, *Strab. lib. 14.* eo minus excusari potuit, quo propius fratri jungitur soror, quā fratris filia, ut qua si unam personam constituant, & Abraham putaverit neminem Aegyptiorum suspicaturum fuisse, Saram ab ipso haberi pro uxore, si suam vocaret sororem, *Genes.12.* cujus opinionis fuisse etiam Isaacum narrat Moses. *Genes.26.* Rogatus enim à Philistinis de Rebecca, *sororem* suam esse respondit: *quoniam timuit dicere, uxor mea est: ne forte interficerent eum viri loci illius propter Rebeccam, quia pulchra aspectu erat*, licet Pōtifex de Clericis paulò durius præsumat, quando & sorores ex eorum habitaculis arcet, ne quā fortè, voti obliti, professionem deturpent. *cap.1.de cohab.Cleric.* Nam & fratrum cum sororibus mixtiones à natura damnari 28 *Fratrum & sororum conjugia an excusari queāt.*
rectè notat Augustin. *15.de civit.Dei cap.16. & libr.22.contr. Faust. cap.35.* deducitque Ambr. Cathar. *libr.contr.Cajet.c. Matrimonii sacram.* Lex divina non tantum *maledictum* vocat, *qui dormiat cum sorore, Levit. 27.* sed & occidi jubet in conspectu populi. *Lev.20. Exod.20.* Iure Rom. incestum committentes, bonis & dignitate privati, conjugioq. declarato ut nullo, relegabātur. *Auth. Incestas.C.de incest.nupt.* nisi adulteriū unā commisissent. *l. si adulterium cum incestu. ubi Bart.& gl.ad l.Iul.adult.* Duriùs Cicero *in suis ll.Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunt*, quod in linea descendentiū & ascendētium rectè observatur. *Nov.const. Sax part.4. num. 22.* cæterum collaterales cum cæsione virgarum in perpetuum relegantur, cujus æquitatem probat Beust. *part. 2.de matrim c.63.* Cypræ. *de matr. c. 6.§.3. num.16.* quia turpius est detegere turpitudinem parentum, quibus majorem debemus reverentiam, quam collateralibus, & Plato 29. *Turpius confundi parentes cum liberis, quam hos inter se.*
introducturus promiscuam confusionem omnium personarum, concubitus tamen parentum & liberorum excepit *libr. 5. de Rep.* concessis collateralium commixtionibus, quemadmodum & Athenienses eodem patre genitis, Lacedæmonii eadem matre fratribus & sororibus communia indulserunt connubia, ut supra ex Philone & *Interp. Aristoph.in Nub.* ostendimus. Primi item parentes ex collateralibus vetiti gradus sæpe duxerunt uxores, Deo connivente, cum remotiores non exstarent. Sed *id factum* ait August. *15.de civ. cap. 16.* *quanto est antiquius compellente necessitate, tanto evasit damnabilius religione prohibente.* Glos. *in Rubr. de nupt.* Nefarias propriè nuptias vocat inter 30. *Differentia*
ascendentes & descendentes contractas, ut

 Oedi-

inter nefarias nuptias & incestus.

Oedipi & Iocastes, Pelopeiæ & Thyestis, Neronis & Agrippinę, Antiochi & uxoris paternæ. *Val.5.c.7.* Incestas inter collaterales sive consanguineos, sive affines, in vetitis gradibus. *Beust.part. 2. de matrim.c.58. & 59. Mauser.ad t.de nupt. §. Ergo non omnes. Inst.secus distinguit Harmenop.lib.4.t.6.ad fin.Covar.de matr.part.2.c.1.§ 8.nu 1.* Vetantur autem gradus aut jure naturali & divino, aut legib. merè humanis Et de his quidem dispensare posse, qui legem tulit, dubiū nō est, sed nec incestum in easdem commissum tanto reatu damnandum putamus, *l. ult.de rit.nupt. d.l.si adulterium. ad l. Iul. de adult.* ac si peccatum esset, in leges naturæ & divinas, quibus exprimuntur hæ personæ, versibus comprehensæ *a gl. in c. literas. verb.divina lege.in fin.de restit.Spol. Levit. 18.& 20.*

Nata, soror, neptis, matertera, fratris & uxor,
Et patrui conjunx, mater, privigna, noverca,
Uxorisq; soror, privigni nata, nurusq;,
Atque soror patris, conjungi lege vetantur.

31. *Prohibitio divina.*

Imò non tam personæ exprimuntur, quā gradus, seu distantiæ personarum, tum quia alias liceret nepoti ducere aviam, & sorori meæ nubere patruo, cum hæ personæ nō nominentur; tum quia generalis ex natura petita ratio, ne scilicet reveletur turpitudo eorum, quorum fas non est, extenditur ad omnes, qui sunt in pari gradu, ut rectè hinc inferunt Andr Osiand. *in libr.* von verbottenen Heyrath und Blutschande. Beust. *de matrim.part.2.c.51.in pr Cypra.c.6.de matrim. § 1.n.7. Martyr.in c.1.Iudic.Schnerdeww.de nupt.c.de arb Affin n.16.* Nec forensis tantum, seu judicialis, (ut censent Rofensis *in libr.de matrim. Reg. Angl.* Alph. à Castr.1. *pot.leg.pœn.c.ult.* Covar. *de matr.par.2.c.7.§.10.n.1* Caiet. *in 2.2.Thom.q 154.art.9.* qui in omnibus gradibus, justis de causis à Papa dispensari posse disputant, præterquam in connubio parentum & liberorum, ex eo, quod sint judicialia) est lex Mosis, non tantum, quia turpitudo vitanda, quæ pro legis ratione in ipsa lege affertur, ad omnes homines pertinet, & ex luce naturæ elucescit; sed etiam, quia ibidem in Cananæis dicit Deus se vindicasse incestam libidinem, licet illi legibus Mosis non obligarentur, ut docet Martyr. *in 2.Sam.c.13.vers.6. & in c.1. Iudic.*

32. *Non personas, sed gradus complectitur.*

Quia verò, lege divina consobrini vel patrueles, neq; quoad personas, neq; quoad gradus nominantur, *Lev.20.* dubium est, utrum naturalis, ex pudore, ratio eorum conjunctionem impediat, ut disputat Anton. Faber. *Iurisprud.Papin.t.de nupt.pr 6.illat.6.* Mauser. *ad §.Duorum autem. Inst. de nupt.* sed Faber deserit principium, ex quo illationem hanc deducere debebat, & arripit regulam Iustiniani, ex ratione sua limitandam, ad eos, qui parentum & liberorum loco sunt, *Conna.com.lib.8.c.5.nu 4* quod sc. cujus matrem ducere non possim, ne ipsam quidem ducere possim Ius Canonicum affert ridiculas rationes ex quatuor humoribus, *c.non debet.de cons.& affi.c.in quadam.ubi Bernhard.de celebr.miss. Covarr.de matr.part.2. c.7.§.6.n.11.* ex sex ętatibus, & quod ex consobrinorum conjugio soboles non succrescat, *c.ad sedem. 35.q.5.* quas ridet & refutat Beza *de repud.pag.31.& seq.* Quia verò naturalem pudorem huc non extendit Moses, nec nos quidem extendemus, sed *cum Beza de repud.p.40.* consobrinorum conjugia putabimus prohiberi ex lege & ratione humana, non ob sanguinis reverentiam, sed caritatis & dilectionis multiplicationem, *ut ait Schurer. de grad.consang.& Affin.loc.22.ex c. cum igitur.35.q.1.*

33. *De consobrinorum conjugio.*

Propterea apud Romanos talia conjugia interdicta non fuerunt ante Theodosium qui ea edicto sustulit. *l. 1.C. Theod.de incest.nupt.Vict & Paul. Diacon. in Theodos. Ambros.lib.8.Ep.66.ad Pater:qui addit, divina lege eadem prohiberi, sed memoria lapsus, ut ait Beza, & Martyr. 2. Sā. 13.v 1.* Sed hac conditione, ut ipse legem laxandi potestatem sibi retineret. *l. .C.Theod. si nupt.ex rescr.petant.* quemadmodum Gothorum quoque reges licet ea conjugia interdicto sustulissent, reservarunt tamē principi, *ait Cassiod. tantum beneficium consobrinos nuptiali copulatione conjungendi, ut qui populorum mores regebat, ipse & moderata concupiscentiæ frena laxaret. li. 7. Var, Ep.46.* Non potuisset autem vel Theodosius vel Gothorum rex quicquam relaxare, quod esset-

34. *A quibus permissa.*

esset-

esset à natura vel Deo inductum, quia, *ut in fin. addit Cassiod. quicquid a regibus fieri praecipitur, necesse est, ut non culpis, sed laudibus applicetur.* Laudari autem non potest, quod contra Deum & pudorem naturalem, vel à subdito committitur vel à rege conceditur. Nihilominus dubium movet Faber *ex Theophilo d. §. Duorum. Instit. ex verbis Caji 1. Inst. 1. 4. §. 6. quibus potuisset addere Ulpian. fragm. t. 5. Harmenop. libr. 6. Epit. t. 4.* qui omnes particulam negativam adjicientes, scribunt, *Fratrum liberos per nuptias non posse conjungi,* seu *ut Theoph. ipse, ἀδελφῶν παῖδας οὐ δύναμαι πρὸς γάμον συνάπτεσθαι.*

35. *A quibus improbata.*

Explic. §. duorum Inst. de nupt. Utrum verò Iustiniani textus. *§. duorum Instit. de nupt.* corrigi debeat ex Theophilo, adjecta particula, *Non,* ut censet Faber, utrum Theophilus ex Iustiniano, ut Curtius Theophili Latinus Interpres, negativam, quae in Graeco textu addita legitur, in Latina translatione omisit, ex historia & propagatione Iuris conspici potest, quia ubiq; inveniuntur talia matrimonia usu recepta & inter validos & justos contractus collocata fuisse. Cur enim ea tollit Theodosius, si consueta non fuerunt? Cur ejus filii, dum paternam legem antiquant, dicunt se revocare *prisci juris autoritatem? l. celebrandis. C. de nupt.* Vitellius apud Tacit. *lib 12. Ann.* manifestum suggerit indicium, iis, qui licere putant, dum ait: *Sobrinarum diu ignorata matrimonia, tempore addito percrebuisse:* & id conceptis verbis testatur Plutarchus *probl. Rom 6.* Cic. *pro Cluent.* sicut & Quintil. *libr. 6. in proœm.* de filii obitu querens: *Tene consulari nuper adoptione ad omnium spes honorum patris admotum, te avunculo praetori genere destinatum?* ne Tulliarum exemplum producam *ex Halyc. libr. 4.* aut Bruti, Catonis Uticensis filiam ex sorore sua in uxorem ducentis, *ex Plutarch. in Vit. Brut.* aut Ligustini, de mandato patris, patrui sui filiam ducentis, *apud Liv. libr 42.* aut ipsius Antonini philosophi, cujus consobrinam extitisse Faustinam refert Iul. Capitol. *in Anton.* Adde *l. 3. l. non solum. §. 1. de rit. nupt. l. 23. Uter in fin. l. seq. de condit. Inst. l. Lucius Titius. §. filium. ad SC. Treb. d. 1. C. de Inst. & subst.* ex quib. idem colligunt Forn. *ad d. Ep. Cassiod.* Borch. *de grad. Cyp. de matr. c. 6. §. 1. n. 19.* & nec ipse Faber constanter *d. illat. 6. ad fin.* diffiteri audet.

56. Causa igitur incestarum nuptiarum non aliunde deducenda est, quā ex dictamine naturae, omnibus gētibus tacitè implantato, & in lege Dei *Levit. 18.* repetito, quod turpe sit inter se misceri, qui vel idem videantur esse ratione sanguinis, vel parentum & liberorū respectum inter se habeant. Pollutionē vocat Cassiod. *d. Ep. 46.* si *in proximitatem veneant,* & ut ait. Sen. *Agāt in ortus semet.* Philo. *de ll. Mos. cōspurcationem defuncti patris thalami, cui maxima debebatur religio.*

Lucanus ait: *lib. 8.*

Cui fas implere parentem, Quid rear esse nefas.

Iocasta ad seipsam *apud Sen. Act. ult. in Oed.*

Omne confusum perit,
Incesta, per te juris humani decus.

Turpitudinē & nefas hoc sic explicāt Faber, *d. prin. 6. Illat. 3.* Beza *de repud. p. 28.* quod in actu venereo semper concurrant quaedam, quae naturaliter nobis pudorē injiciant, adeo ut membrum illud ad propagationē humanae speciei & conservationem Reip. summè necessarium, *l. fin autem 7. de Aed. edict.* pudendo semper nomine vocemus, & ille apud Comicū honesta circumlocutione nominare cogatur, *Id, quo viri sumus,* sicut & pudibūda ancilla Terētii, pro castratione dicit, *Id quod moechis fieri solet.* Apertos etiam quisq; aversatur concubitus, licet cum legitima cōjuge rē sibi fore sciat, ut rectè respondet Horat. Augen. *in Epist. pro eo, quem impotentiae accusabant uxoris cognati, quod spectantib. arbitris nihil profecisset.* Hic igitur pudor, qui ex publico naturaliter nos deterret, debebat nos quoq; abigere à concubitu parentum, quia quos apud Rom. ne nudos quidem videre fas erat, *Plut. in Cat. Maj.* quibus oculis sustineas nudos contineri in lecto, quibus lenocinis prolectare in venerem, quo ore basiari, quibus circumdare amplexibus? Et hinc statim pullulat aliud contra legem naturae inconveniens, quia omnibus liberis erga parentes innatus est amor reverentia lis, *8. Ethic. cap. 7.* unde amicitiam oriri secundum excellentiam, sive inaequalem censet Arist. *d. c. 7.* Hunc verò ducta in conjugem filia

57. *Unde nascatur turpitudo incestus.*

38. *Radix altera.*

filia à conjugali extingui necesse est, sicuti æqualem amicitiam mutari in inæqualem necesse est, quando amicorum aliquis exurgit ad dignitatem regiam, aut prorsus evanescere, si possibile sit quempiam fieri Deũ, ut credidit gentilis antiquitas. Qui enim autoritatem paternam tueri possis erga eam, quam sociam & Dominam familiæ tecum constituis? cui adulatoriis blanditiis suppatasitari, quam precibus in constanti amore retinere cogaris? Differunt amicitiæ liberorum & parentum: Item uxoris & mariti, officiis, affectu, & gradu, *ut idem docet Aristot. 8. Eth. c. 7. & 10.* & sicut Rex desinit uti imperio regio, quando in consortium asciscit optimatum quospiam, ita paternum perire imperium necesse est, quando ejus consortes adoptantur liberi. Regiam majestatem vilescere nimia familiaritate, è longinquo venerandam magis esse, infra ostendemus: Et paternam reverentiam salvam retentum iri putabimus dum liberi omnia ejus sacra profana, secreta aperta, in dies & horas singulas perambulant? Denique conculcatur
39. Radix teratis. etiam natura, dum gradus consanguinitatis à Deo ipso implantati & inter se distincti nõ tantum confunduntur, sed prorsus è medio tolluntur, *Isich. Hierosl. com. lib. 5. in cap. 18. Levit. Plutarch. in probl. Cicer. 5. de finib.* dum

Filia fit matris pellex, & adultera patris,
Atque soror nati, genitrix simul improba fratris.

Quod eleganter in Lothi incestu proponit Bas. in ἀσκητικοῖς. λὼτ, inquit, θυγατέρων ἀμφο-γίνεται γαμβρὸς ἑαυτοῦ καὶ πενθερός: Ὁ πατὴρ, ἀνὴρ, καὶ ὁ πάππος πατὴρ ἐκαπήλευσε τοὺς ὅρους τῆς φύσεως ἐνυβρίζων. Salustius filiam Ciceronis, cum qua ipse stupri consuetudinem habuisse credebatur, *Dion. lib. 46.* vocat *uxorem sacrilegam, perjuriis delibutam, matris pellicem, parenti, quam par sit, obsequentiorem.* Nec immeritò monstro similes describit Seneca concubitus matris & filii, qui:

Fratres sibi ipsi genuit, implicitum malum
Magisque monstrum Sphynge perplexum sua, in Oed. Act. 3.
Idem fororis natus, ac patris nepos. In Agam. Act. 5.

Vbi incertum est quo quenquam potius nomine vocare debeas, sicut Iocasta, cum dixisset:

Hoc jacet ferro meus Conjunx: statim linguam corrigens excipit:

Quid illum nomine haud vero vocas? Socer est. Act. ult. Oed. Nihil, ait Philo, *magis impium excogitari potest, quam filium eundem & maritum fieri, matrem vicissim uxoris nomen assumere: Communes liberos patris quidem fratres, matris verò nepotes censeri: Hanc prolis suæ matrem simul esse aviã.* Quò respiciens Ovidius dehortatur Myrrham ab incesta libidine:

Vltra autem sperare aliquid potes impia virgo?
Nec quod confundas & jura & nomina sentis?

Simul eandem certa, quæ comes ire solet, pœna deterrere pergit: 10. *Metam. Ovid.* 40. Pœna comes incestarum nuptiarum.

Nec metues atro crinitas angue sorores,
Quas facibus sævis oculos atque ora petentes
Noxia corda vident.

Nam, quod incestis nuptiis minitatur Deus, *Lev. 18.* non in aliis promtius, quam hoc scelere & parricidio executus legitur, cum etiã Cananæos propter nefarias libidines à se eradicatos testetur. Plato 8. *de ll.* ad id induci Thyestem & Oedypum in Tragœdiis dicit, ut ex aliorum Tragicis exitiis periculum capiamus, nobis quid ex usu sit futurum, & hoc innuit Lucan. *lib. 8.*

Damnat apud gentes sceleris non sponte peracti.
Oedipodonias infelix fabula Thebas.

Nam cum Creon Oedipo nefastum matrimonium aperuisset, statim pœnam subjicit:

Te, te, cruentâ sceptra qui dextra geris,
Te pater inultus urbe cum tota petam,
Et mecum Erynnes pronubas thalami traham,
Traham sonantes verbera, incestam domum
Vertam & penates impio Marte obteram, &c.

Philo,

Philo, cum Thebarum exemplum proposuisset, *Persas*, addit, *cladibus non dissimilibus sæpe conflictari ob frequentiam incestuum*. Ruben privat pater primogenio & crescere vetat, quod *profanasset stratum patris. Gen. c. 35. & 49.* Absalonem Nemesis agit ad quercum, Amnonem in gladium fratris, Cambysen in ensem proprium, Caligulam in manum Chæreæ. Dario pater Artaxerxes ipse novacula gulam præcidit. *Plut. in Art.* Heraclium manus Dei in ea parte tetigit, qua cum sororis filia incestum commiserat, ut urinam reddere non posset, nisi eâ sibi projiceret ipsi in faciem. *Egnat. in Heracl.* Vsque adeo Deus contra sua & naturæ jure neminè finit impunè lascivire.

41. Demonstratum igitur est, quomodo graduum distinctiones ex natura prodeant, & ipsa detestetur incestas illorum confusiones: Consequens est, ut thesin ad hypothesin accommodemus, & quam temerè omnia hæc ex natura deducta jura destruat communio Platonica, porrò subjiciamus.

42. *Communio. Plat. extinguit storgen.* Primum igitur, si liberi quærantur in commune, & uxores adeantur promiscuæ, tam maritalem, quam parentum liberorumque mutuam *στοργὴν* pessum ire necesse est, cum nec uxorem quisquam habeat, nec liberos proprios educet. Lycurgus, ut ad communem potius toti Reipubl: quam sibi propriam posteritatem quærendam, cives assuefaceret; raptos ab uberibus maternis fœtus publico loco & communi disciplina educari voluit, ut nec liberi parentes nossent, nec hi de iis tanquam patriæ jam condonatis, solliciti essent, *Plut. in Lyc.* sed publica ita tractanda sunt, ne vis inferatur naturæ, nec deleatur, quod ad conservationem generis humani omnibus implantatum est. Nam si ad instar brutorum; incerti de liberis, & parentibus, de uxoribus vagemur, quonam amoris vinculo inter nos colligaremur? Victuros ad instar fratrum putat Ficin: sicut apud Cannibales fratres se appellabant, qui eadem essent ætate, seniores, ex æquo patres, juniores, filios. *Mich. de Montaig. l. 1. des Ess. ch. 30.* Verum, dum nemo de fratre aut sorore certus est, nemo alteri fixo stabilique adhærebit amore. Storge enim & amor æternus non ex suspitione aliqua vaga & fallaci nascitur, sed à natura inditur & domestica conversatione robur viresq; acquirit. Accedit quod si quis ex naturalibus scintillis reliquus possit esse amor, aut forte fortuna subnasci, ipsa amplitudine sit futurus evanidus, cum sinceram solidamq; amicitiam inter paucos finiri doceat Arist. 8. *Eth.* & eò minus inter se amari fratres sororesq. quotidiè experiamur, quò plures sunt, & ex unius morte minus jacturæ timetur.

Hinc porrò prodit se alterum non minus inconveniens, quod sublato parentum & liberorum fratrum, & sororū, mariti & uxoris discrimine, frequentia timenda sint parricidia, sive parentum, sive fratrum. Dum enim irâ fæviens sica hinc indè vagatur, annon tam facilè incidet in aliquem parentum, aut cognatorum, quam in extraneum & peregrini sanguinis, quanquam in tanta confusione sanguinum vix fieri possit, ut quisquam alterum non contingat aut consanguinitate aut incesta affinitate? Addit Arist. 2. *Pol. c. 2.* quod iram Dei in talem Rempubl. facilè sit hæc communio excitatura, dum necessaria, quæq; declinare vix liceat, parricidia inulta manent & inexpiata, eò quod ignorentur. Præscripsit verò ipse Plato 9. *de ll.* ad evitandam Deorum iram expiationes parricidiorum, & aliorū id genus scelerum, quarum formulas quasdam exprimit etiam 2. *de Repub. in Phædr.* donaria; sacrificia, cantiones. Nec sine pietatis quodam instinctu antiquitas credebat, multorum scelerum pœnam redundare in totam Rempubl. quemadmodum Tullus Horatium sororicidam, cum à populo, se connivente, absolutus esset propter liberatam patriam, ratus id judicium non sufficere iis, qui pietatem erga Deum colere velint, tradidit pontificum collegio lustrandum, iis lustrationibus quibus solebant cædes non voluntariæ expiari. *Halyc. lib. 3.* & Cato Vticensis, cum Cæsar præter fas in Galliis bello lacessivisset quietos populos, & ab iis injustam victoriam Romam renuntiasset; reliquis ad gratias Diis pro victoria agendas concurrentibus, supplicationem potius decernendam clamabat, ne ultrix injustè factorum ira Dei, supplicium in consentientem Rempubl. converteret, *Plutarch. in* 43. *Aperit viam parricidiis.*

Cat. Vtic. quemadmodum ea ætate factum noverat, cùm importuna filiorum Fabii Ambusti contra Gallos pro Clusinis pugna, Gallorum exercitus Romam, cum totius urbis pernitie, pertraxisset *Pomp. Let. de sacerd. Rom. c. de Fecial. in fi. Liv. lib.* 4. Plato vero videtur objectionem hanc velle præoccu-

44. *Respons. Platonis diluitur*

pare, dum 5. *de Repub.* rariùs hæc scelera eventura suspicatur, quod iram compressurus sit partim pudor, partim metus, dum timent, ne adversarium perstricturi impingant in aliquem parentum aut fratrum, ut ita propter incertos fratres, quilibet ex civibus tutus fiat. Verum dum de cognatis nemo certus est, sed dubia suspitione & ex præsumtione futili, credulitas nostra succrescit, tantæ in animis nostris efficaciæ non est, ut furentem sicam retrahere & à parricidio nos dehortari possit. Dum enim in dubio est animus, eò vergit, quò ab objecto præsenti impellitur, & quem virtute singulari conspicuum videt, eum ex sua familia natum quisque sibi persuadebit, quem ira odiove incensus aut aliam ob causam persequitur, tam à se alienum credet, quam esse cupit.

Impia sunt hæc, & quæ nec ipse Plato palam in Republ. sua sancire ausus est, licet effugere nequeat, quin positis principiis, ex iis cætera consimilia educi consentire coga-

45.

tur: Qua igitur fronte incestum non erubuit lege, si non sancire, saltem permittere, qui parricidio nihilo est tolerabilior. A parentibus & liberis jussit abstinere. 5. *de Rep.* At tu parentes & liberos mihi demonstra in iis turbis, ubi liberos suos mater non diutius novit, quam dum prorepunt ex utero, ubi omnes vulgò quæsiti sunt, & suum nemo parentem demonstrare potest quia nec nuptias parens. Quod si etiam æquales æqualibus tantum consuescere velis, ut generali lege arceas parentes à liberis, sicut Herodes omnes infantes trucidabat, ut novum, quem timebat, Iudæorum Regem unà tolleret, & hoc in tanta libidinum licentia & confusione obtineri posse credas, telum non effugies, quia & sororum fratrumq; inter se & horum cum nepotibus sive in recta, sive collaterali linea commixtiones impiæ sunt & sacrilegæ, *ut ait Anast. in l. ult. C. de incest. nupt.* divino jure reprobatæ, & à natura, unanimiq; omnium gentium consensu detestabiles semper judicatæ. Tum etiam

46. *Tollit gradus cognat. & affinitatum.*

cognationum & affinitatum gradus tolluntur, quos an credemus à Deo & natura frustrà introductos? Prædicet communionē suā Plato, quibus verbis voluerit: Nobis nemo tam callidus auctor persuadeat, sapientiorē extitisse Socratem, quam vel naturam vel Deū, qui cum omnia ordinarint ad totius mundi bonū, eum in finem varietates familiarum & cognationes quoq; apparere voluerunt. Plato verò, quasi absq; iis beatior perfectiorve sit futura Respub. naturæ ordinem invertendum disputat, & omnia omnibus quasi in una domo facit communia.

47. *Suffocat studium se & sua conservandi.*

Præterea & cupidinem se suaq; conservandi suffocat Plato, dum præter se homini nihil relinquit, sed parentes, liberos, uxores, bona deniq; omnia in communem familiam & fiscum redigit. Frustrà enim sua amandi facultatem obtinet, cui sua habere non licet. Plato quidem, ut communionem tam bonorum, quam uxorum & liberorum, ex communi aliquo consensu hominum, excuset, provocat ad proverbium, κοινὰ τὰ φίλων, 4. & 5. *de Repub.* in eum finem itidem prolatum *in c. dilectissimis* 12. q. 1. quo utitur etiam Aristot. 8 *Eth. c.* 9. Sed Clemens *l.* 3. *Strom.* ab eo excipit corpora hominum, quoniam de iis scriptum est: *Corpus non fornicationi, sed Domino.* 1. *Cor.* 6. Item: *Non estis vestri juris; Pretio enim emti estis.* Et Tertull. *in Apol.* ait. *Omnia indiscreta sunt apud nos præter uxores. In illo loco consortium solvimus, in quo solo cæteri homines consortium exercent, qui non amicorum solummodo matrimonia usurpant, sed & sua amicis præsentissimè subministrant, ex illa credo majorum & sapientissimorum, Græci Socratis, & Catonis Romani disciplina, qui uxores suas amicis communicaverunt.* Ari-

48. *Amicorum quomodo omnia communia.*

stoteles eleganter interpretatur 2. *Pol. c.* 3. *de usu ex virtute profecto*, quemadmodum in Republ. Lacedæmoniorum, proprios quidem quisq; servos & possessiones, proprias item uxores habebat, sed copiam illorum concivi facere, quoad usum, non refugiebat, *Plut. in Lycurg. Arist. d. cap.* 3. nisi, quod in communicatione uxorum aberrarent,

tent, quas sine crimine alteri supponi non posse ex lege justitiæ patet. De cæteris ad possessiones attinentibus vult Arist. omnia facienda communia inter amicos ex virtute, quoad usum, *Sen. 7. benef. c. 12.* quemadmodum Cimon Atheniensis hæreditatis, quã amplam à parentibus acceperat, rivos liberaliter foras in universam civitatem, sed in Laciades, contribules suos, potissimùm, derivavit, imo fundis & hortis septa detraxit, nec custodem unquam apposuit, ne quid impediret, quò minus copiam fructuum faceret cuicunq; hospiti. *Cic. 2. off. Plutar. & Prob. in Cim.* Vsus verò communis non tollit proprietatem, & sine confusione juris naturæ, & summa Reipubl. ἀναρχία, non licet cuiquam parœmiã hanc aliter interpretari.

49. *Plat. eradicat pracipua virtutum.* Denique licet virtutes nobis non innascantur, 2. *Eth. c. 1.* principia tamen, unde educuntur, à natura insunt, & affectus, quos, tanquam formæ, dirigunt & informant, 2. *Eth. c. 5.* Hæc verò iterum elidit Plato, & affectibus, quibus corrigendis destinantur virtutes, libera frena relaxat, dum temperantiæ, justitiæ, liberalitati & magnificentiæ in sua civitate locum non relinquit, ut objicit rectè Arist. 2. *Pol. cap. 3. tex.* 31. & latius explicat Lactant. *lib. 3. c. 21. Nam si justitia virtutum omnium mater est, cum illa singula tolluntur, dum ipsa subvertitur. Tulit autem Plato ante omnia frugalitatem, quæ utiq; nulla est, ubi proprij nihil habeatur. Tulit abstinentiam, siquidem nullus fuerit, qui abstineat alieno. Tulit temperantiam, tulit castitatem, quæ virtutes in utroq; sexu sunt maxima. Tulit verecundiam, pudorem, modestiam*, &c. Quid igitur laudat Polyb. *lib.* 6 Rempub. Lacedæmoniorum, quod avaritiæ repagula objiciat, dum ultra pensum possessiones neminem ampliare sinit, quasi non hac lege, & bonorum communione Platonica, virtutes tollantur unà cum vitiis. Crudelis autem modus est extirpandi vitia, si virtus extirpetur unà, quemadmodum Plato contentiones ex *Meo* & *Tuo* oboriri solitas præcauturus, *dum vitare studet vitium, in contraria currit*, & uno impetu virtutibus ipsis vim infert, atq; adeò ipsi naturæ, ut deducit Arist. quando innatum nob. s esse dicit, ut benefaciamus ξένοις,

50. *Obiect: Polyb. solvitur.*

ἢ ἑταίροις, ut vulgò legunt, seu ut Sepulved. & Montecat. *tex.* 29. ξένοις ἢ ἑταίροις, quam lectionem sequitur versio & Interpretatio Thomæ, quoniam non tantum ex beneficiis, quæ amicis præstamus, sed & quæ hospitibus & aliis quibuscunq; jucunditatem aliquam haurimus, adeò ut hospitalitatem ipsam à natura monstrari tradat Arist. 8 *Eth. c. 1.* Eam verò, ut & reliquas virtutes, unâ cum bona parte justitiæ extinguit Plato, dum nemini quicquam, unde amicis benefacere queat, in quo justitia & suũ cuiq; tribuendi voluntas conspiciatur, relinquit, nec libidinẽ certis limitibus comprehendi sinit, sed evagari turpius impune sinit, quã si mediis in silvis aut inter bestiarũ castra vivatur.

Quam repugnet communio Platonica essentiæ & commodis civitatis. SECT. 12.

1. *Proponitur argumentum alterum Plat.*
2. *Non omnis concordia laudabilis.*
3. *Vnitas, quam finxit Plato ex communione, destruit civitatem.*
4. *Multitudo perfectiorem reddit civitatem, quam simplex unitas.*
5. *Communio bonorum seges litium: & concordiæ radix non est.*
6. *Divisio bonorum non parit lites per se, sed per accidens.*
7. *Injustum est mala alicuius rei enarrare, bona dissimulare.*
8. *Inique agit, qui ut pauca extirpet mala, multò plura extirpat bona.*
9. *Alii fontes contentionum ex communione Platonica.*
10. *Communio Platonica inducit neglectum rerum publicarum.*
11. *Publica vulgò negliguntur.*
12. *Quatuor ex Arist. rationes deducuntur, quare id fiat.*
13. *Optimus modus faciendi unam Remp. ostensus ab Aristot.*

Hactenus, quantopere laboret jus naturæ, sub communione Platonica, disputatum fuit, ex quo primo capite Platonici, Magistri sui Rempubl. commendare solent: videndum jam superest de altero, quando Plato ipse 5. *de Rep.* sic argumentatur. *Quò magis una fieri potest civitas, eo firmior censenda est & stabilior*, cũ vel ipso Arist. teste 4. *Metaph. tex.* 3. & 10. *Met. tex.* 6 essentia *1. Argumentum alterum Platonis.*

sic

rei æstimetur ex unitate & *unumquodq; in tantum sit Ens, in quantum unum*, ut ait Thomas 6. *Metaph. lect.* 2. *&* *Averrh.* 5. *Metaph. com.* 13. De Plotini verò sententia: *Vnum continet & circumscribit omnia Entia. Nam quid forent*, inquit, *si non una essent, siquidem privata uno non amplius sunt, quod esse dicuntur.* & Dionys. Areopag. *cap.* 3. *de div. Nomin.* inductione demonstrat, *nihil esse, quod non uno, ex quo omnis divinitas nominetur, & sit id, quod est, & absolvatur & custodiatur.*

Magis verò unam fieri civitatem ob communionem bonorum & uxorum, ex discordiis demonstrat, quæ ob distributionem & proprietatem eorundem exoriri vulgò comperimus: Item ex eo, quod cives per communionem non secus inter se conspiraturi præsumantur, ac si unius familiæ vel patres forent, vel liberi.

Quia verò argumentum stabilitatis Reipub. fundamentum tantùm accersit ex concordia civium, Aristot. 2. *Polit. c.* 1. *&* 2. utriusq; propositionis falsitatem multis argumentis ob oculos ponit, ostendens, quam partim isti communi tribuendum sit, quæ priusquam huc transferamus, *cum Polyb. lib.* 6. *& Isocrat. in Panath.* ex eo quoq; insufficientiam rationis Platonicæ deducimus, quod in sola concordia interna salutem civitatis collocet, cum non tantum ab internis, sed & externis causis Respubl. corrumpi soleant, nec felix tantum sit Resp. quæ internis hostibus careat, & erga cives rectè se gerat, sed & quæ erga vicinos principes, & ab horum injuriis abstineat. Lacedæmonios enim propter concordiam Polyb. & Isocr. nequaquam laudandos putant, sicut nec Piratas, nec eos qui maleficio pascantur. *Nam hi quoq; inter se consentientes interficiunt alios, quomodo Lacedæmonii suam concordiam in detrimentum aliorum aluerunt, dum quod domi facere prohibentur, foras avidissimè quæcunq; diripuerunt.* Quis laudat concordiam Pompeii, Crassi & Cæsaris, cum nihil in Republ. gereretur, quod displiceret uni ex tribus? *Svet. in Cæs. c.* 19. Quis Ludovvici Regis Germanorum & Caroli Calvi? de quibus scribit Nithard. *lib.* 3. *de diss. filior. Lud. Vna domus erat illis convivii & una somni: Tractabant tam pari consensu communia, quam & privata.* At tota hæc concordia tendebat ad pernitiem Lotharii & Pipini, regis Aquitaniæ Pipini filii, contra quos Argentorati nuper fœdus inierant. Quis Cannibales proponeret exemplum perfectæ Reipubl. cum domi omnia haberent communia, foris verò latrociniis infestas tenerent, quascunq; adnavigare poterant provincias? Scilicet non ex sola quiete interna, sed & externa tranquillitate metienda est felicitas Reipubl. quam suæ Reip. non prius perfectè vindicare potest Plato, quam ad internam concordiam accesserit externa pietas & tranquillitas.

2. *Concordia sola interna non præstat felicitatem Reip.*

Internam verò concordiam nec præstare potest Plato, nec si præstiterit, ad salutem Reipubl. concors illa & coacta unitas conducet, & ita utramq; propositionem falsam assumit, *ut demonstrat. Arist.* 2 *Pol. c.* 1. *&* 2. Nam quod ex unitate res quævis consistat & conservetur, ut in propositione Majore præsupponit Plato, nemo est, qui inficias eat, sed non cuivis rei, quævis unitas competit, imò si aliquam nimis unā facere labores, unitate nimia ad nihilum redigis. *Vt in fidibus ac tibiis*, ait Cic. 2. *de Republ. apud Augustin.* 12 *de civ. Dei. c.* 21. *atq; cantu ipso ac vocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantem aures eruditæ ferre non possunt, isq; concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur & congruens: sic ex summis & mediis & infimis interjectis ordinibus, ut sonis moderata ratione civitas consensu dissimilimorum concinit. Et quæ harmonia à Musicis dicitur in cantu, ea est in civitate concordia, arctissimum atq; optimum omni in Rep. vinculū incolumitatis, quæ sine justitia nullo pacto esse potest.* Rectè ille quidē & appositè ad negotium nostrū. Nam sicut concentus evanescit, si varietas sonorum cogatur ad unisonam vocem: ita & Rempubl. deleri necesse est, si ex quibus ipsa coalescit, ordinum & specierum varietates, deducantur in unam simplicem æqualitatem Arithmeticam, *ut ait Arist.* 2. *Pol. c.* 3. Civitas enim quid est, nisi multitudo? Multitudo

3. *Vnita[s] ... advers[a] civita[ti]*

verò

[illegible] o [illegible]itur simplici unitati, nec in quo [illegible]nuntur mulix partes, in eo som[illegible]a est præcisa & uniformis unitas, [illegible]admodum hominis naturam perimis, [illegible]tam simplicem cogites, atque angeli [illegible] Dei. Quod enim ex pluribus partibus [illegible]positum est, licet unitate partes contineantur, tamen eò magis à simplici & indi[illegible], quam vocant Metaphysici, unitate [illegible]cedit, quanto in plura dividuum fit. Cum [illegible] civitas ex multitudine constet, ea quidem unitate coercenda est, sed non tam simplici, quam qua ambiuntur familiæ privatæ, aut gentes, aut societates bellicæ. In civitate [illegible] requiruntur diversarum conditionum cives, agricolæ, opifices, prudentes, Nobiles, Item Imperantes & parentes, vel alternis vel perpetuò, quos qui putet se posse magis in unum cogere, quam nervos, venas, [illegible], carnem, ossa in corpore humano, [illegible] oportet diversitatem partium non satis esse perspectam. Nam 5. *Eth. c.* 5. & 1. *M. Mor. c.* 3[illegible]. demonstratum est ab Aristotele τῷ *ἀντιπεπονθὸς* non aliter conservare Respubl. quam si æqualia tribuantur æqualibus, inæqualia inæqualibus. *Si verò* ait idem 2. *Pol. c.* 3. *omnia inter omnes æquè sunt communia, qua re Agricola & Quæstuarii à Custodibus different? aut quid ex illis, qui magistratum gerunt, habituri sunt præcipui? aut qua re adducti magistratum gerent?* Accedit quod sicut domus est perfectior homine, quia ex pluribus constat, ita civitas iterum sit perfectior & sibi magis sufficiens domo, quod ex pluribus constet, ad sufficientiam requisitis. Nam αὐτάρκης est civitas, cui nihil deest. Nihil autem deest illi, quæ civium omnibus ordinibus instructa, [illegible] ipsi sufficit ad suppeditandum, quibus [illegible] opus est. Hæc autem si haurire [illegible]emus ex familiis vel privatis domibus, [illegible] appeteremus civitatem, ut confitetur [illegible]pse Plato [illegible]. *de Rep.* Si igitur civitas redi[illegible] ad [illegible]itatem, ex qua constat domus, [illegible] major affluentia inde captari potest, [illegible] domo. Plato verò redigit civitatem [illegible] infra simplicitatē domus, quan[illegible] ad minimùm parentes à liberis, [illegible] à Domino [illegible] gradibus, of[illegible] & [illegible]. Sed Plato in sua Rep. ne parentes quidem cognosci vult à liberis, nec meliorem facit conditionem eorum, qui imperant, quam plebis, cui parendi gloria relicta est. Rectè igitur concludit Aristoteles, Platonem in eo peccare, quod talem unitatem in civitates introducere laboret, cujus earum natura non sit capax.

4. *Ma[illegible] [illegible] [illegible] tam reddit.*

Quod porrò eam unitatem & concordiam se obtenturum speret, si Mei & Tui, seu rerum privatim possessarum discrimina tollat, in eo longius abit à vero & opinione fallitur. Nam Communio & convictus plurium regulariter expositus est contentionibus, ut ostendit Arist. 2. *Pol. c.* 3. & Papinianus ait: *Cum discordiis propinquorum sedandis prospexeris, quas materia communionis excitare solet: l. cum pater. §. dulciss. de legat. II.* Item Paulus: *Per immensas contentiones plerumq; res ad divisionem pervenit. l. in re communi. de serv. urb. præd. l. qui neq; de reb. eorum, qui sub tut.* Hinc Arist. *c.* 2. cum Plato 5. *de Rep.* communionem potissimùm præscripsisset Custodibus, *commodius* ait *eam transferri potuisse ad agricolas, quippe cum hi minori cum detrimento Respubl. inter se contendentibus agitari possint, quam custodes.* In *c.* 3 verò exemplis peregrinantium, qui ob communem bursam sæpe in rixas incidunt, & servorum, quibus ob convictum communem sæpe irascimur, ex communione subnasci discordias ostendit, & rationem addit, quia ex communi quisq; se minus accipere suspicatur, quam sibi debeatur, ut est sui nimis studiosa natura. Ubi verò minus quisq; vel accipit, vel accipere se opinatur, ex suspitione distrahuntur animi, ingruunt æmulationes, & ex inæqualitate præsumta erumpunt contentiones. 5. *Eth c.* 3. Ex distributione autem bonorum in privatas possessiones, dum suum, quantum vel ex hæreditate accepit, vel sua virtute aut favore fortunæ lucrari potuit, cuiq; servatur per regulam justitiæ, nihil diffidii per se timendum, nisi accedat improbitas & avaritia possessorum, qui sua nesciunt esse contenti sorte. Nam quod 5. *de Republ.* Plato ex proprietate bonorum inducat infinitam seriem malorum, in eo committit fallaciam, quam vocant Logici, Accidentis, *ut respondet Arist. d. cap.* 3. & præterea

5. *Communio bonor. seges litium.*

6. *Divisio bonor. lites parit per accidens.*

7. *Responsio alia.*

præterea iniquè ratiocinatur, dum in malis patricè enarrandis præter modum d l g n cit, suppressa copia bonorum, ob quorum fructum mala pauca devoranda sunt, sicut de conjugio dicebat Menander, *apud Clem. 2. Strom.* & Cicero *Injustum est in omni re*
8. *si exaggerentur mala taceantur bona.* In plerisque enim ita comparatum est, ut *aut hæc cum illis sint habenda, aut illa cum his amittenda.* Injustum item est, bona quam plurima extirpare, ut pauca extirpentur mala, quemadmodum paulò ante diximus, ad vitandam dissensionem, cui remedium posset afferre justitia, à Platone tolli virtutes ipsas, liberalitatem, justitiam & temperantiam. At quomodo quæso sua opinione demetit dissensiones, cum pomum Eridis omnibus civibus in medium projiciat, scilicet communionem bonorum, de qua, quomodo non possit non necessariò inferre semina contentionum, paulò antè diximus, & uxorum, seu liberorum, de qua idem demonstrat Arist. *d. cap. 2.* Nam, cum quisque sibi bene malit, quam alteri naturaliter, pulcram, & quæ placeat, mulierem, sibi potius perennem volet, quam alteri: Conspicuum autem & civitati admirabilem civem, cujus ætas congruit, quisque ex se prognatum contendet, & hinc invidiam sibi excitabit & æmulationem cum iis inibit, qui eundem ad suam retrahunt familiam, *prout sen. n Aristotelis eruere nititur Montecat. tex. 11. 2. Pol.* Quin etiam liberos ex similitudinis conjectura, tacito & naturali judicio inter se cives dispertientur, ut quondam Lybiæ superioris populi, qui in commune operam dabant liberis, postea suos quisque conjectabant ex similitudine, Arte enim & violenta confusione vix potest turbari aut extingui, quod natura distinctum est, & innatum, ne sc. quisque feratur, impetu etiam tacito, in eos, quos a se ad conservationem generis progeneratos putat.

104 [illegible] *inducit* [illegible]*um* [illegible]*publ.* Porrò, ut dissensiones privatas præscindat communione sua Plato: At quam inde inducet concordiam, aut conspiratio nem pro salute & stabilitate totius Reipublicæ, cum propter φιλαυτίας naturalis stimulum, publica aut negligantur vulgo, aut non curentur sedulo nisi ut iis salvis, res cujusque privatæ salvæ præstentur, qu[illegible] *ape den o, tua nequaquam s[illegible]* Lævinus Consul *apud Liv. lib. 2*[illegible] *ad* [illegible] & Valerius *Urbis ruina penates omnium secum trahat necesse est. lib.* [illegible] *cap. 6.* [illegible] Nec, dicente Hannibale, *Plus ex publico malo sentimus, quam quantum ad res privatas pertinet, apud Liv. lib 3*[illegible] atque si res habet, *ut publica ruina quisque malis, quam sua proteri, & idem pa*[illegible] *minus conspici. Vell. lib.* [illegible]. Tiberius, cum comperisset, Serv. Sulpitium Galbam Imperaturum sed in senecta, *Vivat sane*, ait, *quando id ad nos nihil pertinet. Suet. in Galb. cap. 4.* SCtum de non educando isto anno filio, quo dicebatur Natura Regem populo Romano parere, prohibitum fuit deferri in ærarium, quod spem quisque eorum, qui gravidas habebant uxores, ad se traherent. *Suet. in Aug. cap. 91.* Usque adeò verum est, quod Arist. dicit, *2. Pol. 3. 1. Oecon. cap. 6. & 8. Eth. cap. 7. in fin.* αὑτῷ μάλιστα ἕκαστος βούλεται τ' ἀγαθά, & publica ubique postponi privatis, ut ait Cic. *2. offic. circ. fin. Beneficia, quæ ad Remp. pertinent, partim eiusmodi sunt, ut ad universos cives pertineant, partim singulos ut attingant, quæ sunt etiam gratiora,* & Polyb. *lib. 3.* de præsidibus Messeniorum, *quod habito mox ad privata commoda respectu, affectatius semper, quam decebat, animos ad pacem inclinaverint.* Sic enim *concessum est, non repugnante natura,* ut ait idem Cic. *3. off. circa princ. sibi ut quisque malit, quæ ad usum vitæ pertinent, acquirere, quam alteri,* & ad hoc natura omnes obliga[illegible] *ut supra ostendimus, & Lactant. in Epit. cap. 1. tradit ex Cic. 3. de Republ.* quia *qui sibi nequam est, cui bonus erit? Eccl.* [illegible] *Thom. 1. 2 q. 73. art. 1. in corp.* consequens est, ut publica negligantur, quando privata commoda tolluntur. *Quæ enim caritas aut concordia esse potest, ubi nihil est, quod* [illegible]*metur,* ait Lactant. *lib. 3. cap. 21. Naturale vitium est negligi, quæ communiter* [illegible] *dentur, utque se nihil habere, qui* [illegible] *habet, arbitretur. denique suam qu*[illegible] *tem corrumpi patiatur, dum in*[illegible] *na. lib. 2. C. quando & quib. quarta* [illegible] *detur ex bon. Dec. Arist. 2. Pol*[illegible]

quatuo

[illegible] rationes reddidit, quare [illegible] negligantur, quia putamus [illegible] tum [illegible] sociis onerum, sicut famuli, [illegible] as projiciunt, alius in alium, rem totam denique infectam relinquunt. *Segnius expediunt commissa negotia plures, ait gl. in lib. 3. §. quamvis. in verb. facilius de admin. tut.* Deinde abutimur connato [illegible] lium amore, quem foras quoque derivare [illegible] emus: 2. *Pol. tex.* 17. & præmiis [illegible] tamur, quia publica ad nos nihil [illegible], imprimis in Republ. Platon. *tex. eod.* Dum verò res proprias curamus, ex ijso [illegible] ipso emergit præmium laboris, sine quo vix est, ut quis frustrà se everberari ad benè agendum patiatur. Denique sicut flumen in multos diductum rivos evanescit: ita *ex comparatione Plutarchi περὶ τῆς πολυφιλίας. perit amicitia in plures diffusa*, cum ea sit eius natura, ut non nisi paucos, eosque vel natura vel virtute & moribus congeneres ad sacra admittere possit. 8. *Ethic. cap.* 4. Cum igitur publica negligantur, præcisa spe privatorum commodorum, quænam [illegible] pitatio animorum aut concordia civium in salutem publicam sperari potest, ubi in publicum rediguntur omnia, privatæ possessiones relinquuntur vacuæ? Romani pertinacissimum animum exercitibus inducturi, aras & focos ob oculos ponebant, & pro iis, tanquam rebus extremis pugnari volebant. Publica enim tum maxime defendi sciebant, quando discrimen impendebat privatis, quod ipsum in Repub. [illegible] is penè secus evenire oportet, ubi [illegible] latis privatis, publica pessum ire unâ necesse est, & proinde Aristot. 2. *Polit. cap.* 4. aliam ostendit modum cum privatis servandi simul publica, quando ait: *Civitatem [illegible] disciplina magis, quam liberis & uxorum [illegible] unam faciendam*, quod rectè imitatus [illegible] t Lactant. *lib. 3. cap.* 21. *Qui ergò homines [illegible] vult adæquare, non matrimonia, non [illegible] subtrahere debet, sed arrogantiam.* [illegible] io enim bonorum legitima con[illegible] ulu. Vsum gubernat virtus, virtu[illegible] in animos civium effundit disciplina.

Atque huc usque de familiis in genere.

CAPVT II.

DE SOCIETATE VIRI ET UXORIS, QUÆ MATRIMONIVM VOCATVR.

A Familiis delabimur ad earum partes, quas *sect. 4. & 9.* ex rerum natura & familiæ essentia deduximus, cumque inter eas primus locus debeatur uxori, quam post Domum proximè requirit Hesiod. 2. *op. & dier.* quæque cum marito familiæ, tanquam fundamentum subjicitur, *Aristotel. 1. Oecon. cap.* 1. *Cic.* 1. *offic.* meritò à matrimonio partium familiæ explicationem auspicamur, inque ea tantò diligentius versamur, quantò magis Reipubl. interest, ut seminarium eius probè excolatur, & fundamentum primum firmiter substernatur, quod nisi probè ieceris, quicquid superstruxeris, corruet, *ut ait Quint.* Ego sanè, cum in hanc rem incidissem, ita in ea elaboranda occupatus fui, ut, cum spem de uno tantum capitulo concepissem, materiæ amplitudo in justum penè opus excreverit, quod separatim mihi visum fuit præmittere, ne, mole & magnitudine sua cæteras partes superando, totum politices corpus inæquale efficeret & monstrosum. Eò ex hoc loco Lectorem remitto, qui ordine singula perlegere, & hanc lacunam explere cupit. Nobis rectò gradu ad Tertium caput de Servis & Domino progrediendum, quibus in familia secundum locum, post Maritum & Vxorum dedimus.

CAPVT. III.

DE DOMINO ET SERVIS.

SVMMARIA.

1. *Quid per Dominum & Servos hoc loco accipiatur.*
2. *Quid sit Libertas, & qua huic opponitur, Servitus.*
3. *Vtrum quadam servitus oriatur ex lege naturæ, & inveniantur naturâ servi.*
4. *De servis ex jure divino.*
5. *De servitute, quæ nascitur ex jure gentium.*
6. *De modis constituendi servitutes ex jure civili.*
7. *Vtrum servitutes pugnent cum æquitate & utilitate publica.*
8. *De potestate herili, seu Dominicâ in Servos.*
9. *De adscriptis glebæ, hominibus propriis, seu manibus mortuis.*

SECT. I.

Quid per Dominum & Servum in Politicis accipiamus.

1. *Servum dici à servando.*
2. *Iure belli omnia cedere victoris arbitrio.*
3. *Nisi, quod æquum visum, ne capti occiderentur, sed in servitutem traherentur.*
4. *Idq; de jure & placito omnium gentium.*
5. *Servus propriè οἰκέτης.*
6. *In genere verò, ὑπηρέτης.*
7. *Ministerio & servituti non dari commune genus.*
8. *Servum nihil habere suum, sed totum referri ad Dominum & familiam.*
9. *Vtrum servus retineat animum sui juris.*
10. *Sententia Aristotelis defenditur distinctione.*
11. *Alios subjici Domino, quoad actiones & agendi principium, alios quoad actiones tantum.*
12. *De quo genere servorum hic agatur.*

PRoximum a familiis locum sibi vendicare Servum, nuper dixi: ut *h... lib. cap... sect. 7. de jur. Connub. c. 1. sect. 1.* ideoque proximè Domini & Servi jura, si quæ ... se habent, explicanda veniunt. Vt autem servum à servando deductum putemus: cum Cujac. *ad l. 4. l ... vers. Hæ. originatio. de just. & jur.* deducat ab ἔρ... aut AEolico ... autoritate Festi, qui servitudinem d... refert, eritudinem. *Bodin. 1. ... 5.* ip... Imperatoris, *§. servi, de jur. person.* & Magnorum ICtorum autoritas facit. *in l. libertas. 4. §. Servi. de stat. hom. l. pupillus. 23. §. Servorum. de R. I. Isidor 5. Etymol. cap. 27. Don. in Adelph. act. 2. sc. 1.* Nam & Augustinus ait: *lib. 1. super Gen. q. 153. Primum servi ... quibus hoc nomen in Latina lingua inditum est: bella fecerunt. Cum enim homo ab homine superatus jure belli posset occidi, quia servatus est, servus appellatus. & mancipia quia manu capta sunt.* Ius quippe belli apud omnes gentes receptum est, πάντα τὰ τῶν νικωμένων ἀγαθὰ τῶν νικώντων γίγνεσθαι, ut ait Plat. 1. *de L.* aut ut Arist. 1. *Pol. c. 4.* ὁ νόμος ὁμολογία τίς ἐστιν ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναί φασι. Item Xenoph. 7. *Cyrop. ad fin.* Νόμος ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιός ἐστιν, *ut capta urbe belligerantium, quæcunq; in ea sunt, tam corpora, quam pecunia in potestatem victoris concedant*, quibus Latini uno ore consona... Sic enim Scipio ad Masanissam, qui juvenili temeritate Syphacis uxorem, quod alterà Romanis defendi non potuisset, è rogo abripuerat ad thorum: *Syphax populi R. auspiciis victus captusq; est, itaq; ipse, conjunx, regnum, ager, oppida, homines, qui incolunt, quicquid deniq; Syphacis fuit, præda populi Romani est: & Regem conjugem ... eius, etiamsi non civis Carthaginensis esset, etiamsi non patrem eius hostium Imperatorem videremus, Romam oporteret mitti ... S. P. q; Romani de ea judicium atq; arbitrium esse, quæ Regem nobis socium alienasse, atq; in arma coegisse præcipitem dicatur.* Liv. l. 30. Sic Alorcus Hispanus ad Saguntinos. *A... id, quod amittitur in damno, dum omnia victoris sint, sed. quicquid relinquitur, pro munere haben... ... urbem vobis, quam ex magna jam parte dirutam, captam fere ... habe...*

2. *Iure bel... omnia ...*

[illegible] *aequi relinquis, locum asi-* [illegible] *novum oppidum adjiceetis:* [illegible] *umq; omne, publicum privà* [illegible] *ubei. coniuges vestra* [illegible] *orum vest orum servat* [illegible] *inermes binu cum vestimentis* [illegible] *unico exire. Hac victor hostis im-* [illegible] *quanquam sint gravia atq; acer-* [illegible] *vestra, vobis suadet. Patienda* [illegible] *quam trucidare corpora rapi* [illegible] *ante ora vestra liberos ac conjuges,* [illegible] *re sinatis. Liv. lib. 21.* Sic præsuppo nitur [illegible] *tom. tit. de capt. & postl. rever.* quam primum in præsidia hostium civis deductus [illegible] omne civitatis & libertatem amitti. *l.* [illegible] *Eod. l. 1. de acquir. rer. dom. §. Item ea, quæ in bello. Instit. de rer. divis. Vac. à Vac. 1. de l. r n. 5. 10. num. 3.* Hoc autem summum [illegible] ne in summam degeneraret injuriam,

3. *Captivis parcendum.* pietas sensim vel apud Barbaras gentes [illegible] it, ut qui jure occidi stricto potuissent, [illegible] quadam æquitate servarentur, & hine [illegible] rvitutem damnarentur perpetuam: id quod rectè adumbravit Seneca in disputatione Pyrrhi & Agamemnonis, *in Troad.* [illegible].

P[illegible]rrh. *Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit.*

Agam. *Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.*

Pyrrh. *Quodcunque libuit facere, victori licet.*

Agam. *Minimum decet libere, cui multum licet.*

[illegible] asseruit sive idem, sive alter ejusdem [illegible], certè pari humanitate: *servis imperare moderate laus est: & in mancipio cogitandum est, non quantum illud impune pati [illegible] d quantum tibi permittat æqui boni [illegible] natura. qua parcere etiam captivis & [illegible] paratu jubet.* Sauromatis nefas fuit, [illegible] occidere, qui acclamasset, *Ziris*, qua [illegible] e [illegible] ficabat, se se dedere & precium vel- [illegible] a [illegible] vitate rependere. *Lucian, in To-* [illegible] Agesilaus docuit milites, minime sævi- [illegible] captivos, sed incustodiam abducere, ut [illegible] *Plut. in comp. Cleom.* Augustus ex [illegible] o[illegible]rat Cinnæ ingratitudinem, dum [illegible] *E[illegible] Cinna, cum in [illegible] castris in-* [illegible] *non factum tantum mihi inimi-*

cum, sed natum servavi, patrimonium tibi omne concessi. Qui igitur à rigore summi ju- 4. *Omnium gentium iure.*
ris præservabantur, apud Latinos inde nomen traxerunt, & Servi dicti sunt. In *l. 239. §. 1. de verb. Sign.* Imperatoribus Romanis ea clementia tribuitur, quod servarint, quos occidere potuissent, sed quia cultiores quæque gentes eadem sunt usæ mansuetudine, Florentina lectio, vocabulum, *Nostri, in d. §. 1.* duabus virgulis inclusit, quasi adventitiū, præsertim cum simpliciter Imperatores legantur *d. §. Servi Inst. de jur. pers. & d. l. 4. de stat. hom.*

Servi igitur nomen apud Romanos ex ju- 5.
re belli introductum, quoad nominis impositionem comprehēdit eum, qui quoad corpus, vitam, & omnia sua damnatus est in possessionem alienam. Eum Chrysippus *in* οἰκέτης.
2. de cōcord. propriè vocavit οἰκέτην, si Athenæo credimus, *lib. 6. c. 7.* & Theophilus quod in lege Fusia Caninia dicebatur, de manumissione totius familiæ, transtulit per *πάντας τοὺς οἰκέτας §. 1. de usu & habitat. l. 4. ff. Eod. Cujac. in recit. ad l. 4. in fin. de iust. & jur.* Usus verò latius extendit Latinum vocabulū etiam ad eos, *qui bona fide serviunt*, ut ait Ulpian. *l. Aediles, 25 § familiæ. de aedil. edict.* seu in numero familiarium & ministerio sunt, quantumvis liberi. *l. 1. §. familia. de publ. & vectig. l. 1. §. familia de vi & vi arm. l. 2. §. familia. de vi bon. rapt.* Nec enim solis servis, qui familiæ proprietatibus asscripti erant, utebantur ad ministeria sua: 6.
Majores nostri, apud quos servitus in usu ὑπηρέτης.
erat, sed liberorum quoq; hominum operas adhibebant, unde Arist. *Polit. c. 3.* ὑπηρετῶν in genere vocat omne organum, quo utitur paterfamilias ad obtinendum finem familiæ. Chrysippus, ubi supra, δοῦλον nominat etiam libertum, & ut ait Ammonius mini- 7.
strum & subditum quemcunq;. Nec negari potest, Ministrum in genere accipi posse, tam pro servis, quam pro liberis, qui ad familiam pertinent, *1. Oecon c. 5* sed tamen illa generalis notio non videtur commune genus constituere utrorumque Montecatino *lib. 1. Polit. in schol tex. 19.* quia servi à liberis toto genere differunt. Prolixè enim & rectè Aristot. 1. *Polit. c. 3.* distinguit inter mercenarios & servos. Mercenarii enim secun- 8.
dum

Servus totus est Domini. dum quid subjiciuntur Domino, nec toti sunt Domini, sed & sui. Servi vero secundum omnia & in universum subjiciuntur Domino, nec tantum sunt servi Domini, sed toti sunt ipsius, quia possessioni & familiæ ascribuntur, ut partes. Partes vero non referuntur tantum ad Totum secundum quid, sed in illo, secundum totam sui substantiam includuntur, quemadmodum cætera, sive animata, sive inanimata, universim Domino subjiciuntur. Vnde fit, ut licet Dominus & Servus referantur ad invicem, & eo respectu, quod sunt, sibi mutuò acceptum referre habeant, ut est natura relatorum, quæ vocantur secundum esse, *in Categor.* τῶν πρός τι *& 5. Metaph. cap. 15. text. 20.* Tamen, cum servus sit etiam pars possessionis Domini, præter hanc relationem æqualem, inæqualiter se habeat. Dominus enim servi quidem Dominus est, cætera suus: Servus non tantum respectivè subjicitur Domino, sed vitam, & animam, & quicquid demq; suum possidet, Domino debet, 1. *Polit.* 3. Propterea quod est κτῆμα & pars familiæ.

Durum hoc videtur Senecæ libertati que animi adversum *libr. 3. de benefic. capit. 19. & 20.* dum contendit: *Servum mente liberum esse,* & ait: *Errat, si quis existimat, servitutem in totum hominem descendere. Pars melior ejus excepta est. Corpora obnoxia sunt & adscripta Dominis: mens quidem sui juris, quæ adeò libera & vaga est, ut ne ab hoc quidem carcere, cui inclusa est, teneri queat, quo minus impetu suo utatur, & ingentia agat, & in infinitum comes cælestibus exeat. Corpus itaque est, quod Domino fortuna tradidit. Hoc emitur, hoc venditur. Interior illa pars mancipio dari non potest. Ab hac quicquid venit, liberum est. Non enim aut nos omnia jubere possumus, aut in omnia servi parere coguntur. Contra Rempublicam imperata non facient, nulli sceleri manus commodabunt.* Idem disputat Thomas Aquin. 2. 2. *quæst. 104. artic. 5. quæst. 22. artic. 4. Sentent. 4. distinct. 36. quæst. 1. artic. 2.* qui inde evincit mentem in ipsa servitute manere liberam, nec ab iis, quæ colendo Deo, & curandę saluti animarũ faciunt, ullo dominio jure impediri posse.

10. *Sententia* Cæterum, ut Aristotelis subsistat sententia, distinguendum est inter servos natura & contra naturam. Nam illi, quia animo gerunt imperfectum, ut pueri pædoribus, ita Domini voluntati & imperio subordinantur. Naturâ enim subjiciuntur Domino, propter imperfectionem, cujus gratia applicant se ad id, unde perfectionem sperant. Atqui corpore ut plurimum eo magis valent id genus homines, quò minus valent animo, & *imbecilli sunt animo,* ait idem Senec. *Epistol. 8. quorum lacertos humeros que miramur,* nec corpore rebus suis consulere deberent, sed animo. Ideoque non tam corpore, quam animo subordinantur imperio Domini, & de his loquitur Aristot. 1. *Polit. cap. 3.* Nec quicquam contrà faciunt, quæ Seneca objecit, quia de aliis servis loquitur, quam Aristoteles. Virtutis studium in servis naturâ frustrà quæsieris, qui parum absunt à brutis: Sed tamen & secũdum hos, & secundum cultum divinum, dum sibi ipsi consulere nesciunt, directioni Domini subjacent, qui, cum propter familiæ conservationem servorum quoque commodis studere teneatur, omnem operam dabit, ne a curâ animorum servos suos abigat, tantò melioribus usurus, quantò propius ad animi cultus perfectionem eos deduxerit, ut declarat & confirmat Aristot. 1. *Oeconom. cap. 5.* Reliqui, quos servitutis cœno immergit fortunæ quædam iniquitas, etiamsi libertatem animi perpetuam retineant, & inviolabilem, nec in extrema servitute desinant velle, quod libet, tamen contra naturam voluntatis liberæ, cõguntur aliud agere, quam velint, & arbitrium alienum in medium animum recipere, non quod voluntas, quæ semper in sinu suo libera manet & suæ potentis, per se subjiciatur arbitrio Domini, sed quod actus voluntaris, dum non licet [illegible] gere, quod vult, Alii igitur subjiciuntur Domino, & quoad actiones, & quoad principium actionum, ideoque natura servi dicuntur, dum conditio parendi per se [illegible] ipsorum innata est: Alii quoad actiones tantum, & vocantur servi contra naturam, dum libertatis actus per vim supprimitur & cum aliud apud animum deliberarint & facere [illegible] instituerint, aliud inviti vel saltem non consentientes exequi coguntur.

12. Qu[illegible] vero quæ de servilibus operis & [illegible] aliorum officiis, pertractanda sunt, [illegible]am partem ad Oeconomicam perti[illegible] [illegible] Oecon[illegible] cap. . & dicente Ci[illegible]cer. [illegible]. d[illegible] commodius a quibusdam a[illegible] medium lanum sedentibus, quam ab ul[illegible]lis phi[illegible]phis ulla in schola disputari potest, [illegible] tantum de jure Domini in servos, ad[illegible] [illegible] de iis considerandum est, qui quan[illegible] [illegible] consensu gentium introducti sunt olim, & nunc quoque à quibusdam servantur, [illegible]io conatu a Christianis deleri ceperunt & exu[illegible]gui.

SECT. 2. Quid sit libertas, & huic opposita servitus.

1. *Libertas & servitus sunt res publica.*
2. *Duplex libertas proponitur, Contradictionis & à Coactione.*
3. *Libertas contradictionis hoc loco potissimum attendenda.*
4. *R[illegible]jicitur Stoica libertatis definitio.*
5. *Qu[illegible] secundum Stoicos sit propriè liber.*
6. *[illegible]ertatem Stoicorum non recipiunt Po[illegible]*
7. *[illegible]ntatis Actus duplex est.*
8. *Libertas est potestas agendi, ut velis.*
9. *O[illegible] dientiam non extinguit libertatem.*
10. *[illegible] Regum vel Legum imperium.*
11. *Cu[illegible] res ratio redditur.*
12. *[illegible] rum Libertate stare aliquam Necessitatem*
13. *[illegible]untas nihil appetit, nisi sub ratione [illegible]ni.*
14. *Vu[illegible] n[illegible]n tollit libertatem.*
15. *[illegible] nequicquam excusat ICtos.*
16. *Varios esse gradus libertatis & servi[illegible]*
17. *[illegible]tatem esse duplicem, earumque aliam [illegible]re in jure aliam in facto.*
18. *[illegible]manni quædam responsio rejicitur.*
19. *[illegible]nitur quæstio Anton. Fabri.*
20. *[illegible]minatur definitio servitutis a Flo[illegible] tradita.*
21. *[illegible] quæ præcipuè tria desiderantur.*

1. A[illegible]itur de servitu[illegible]e & libertate, [illegible] & non privat[illegible] res esse di[illegible] [illegible] *l. si quis rogatus 53. in princ. de fideicom. libert.* à libertate oportet auspicari, quia privati per habitum cognoscitur. *§. cum autem ingen. Institut. de inge.* Libertatem autem tam Theologi quam Philosophi, in Metaphysicis & Ethicis, & ICti variè accipiunt & diversis definitionibus circumscribunt, quas ne huc præter rem ingeram, necessaria quædam tantum prænotanda sunt, nimirum, dupliciter accipi Libertatem, Alteram *contradictionis*, alteram à *coactione*, ut ait Socinus *Metaphys. quæst. 9.* Hæc eximit res qualcunque à potestate superiore, & competit rebus omnibus, quæ alteri non subjiciuntur, Deo ter Optimo Maximo absolutè & primò, rebus cæteris infra Deum secundum quid, quia ut aliæ aliis quodam respectu subjiciantur, omnes tamen obsequium debent Deo, a quo voluntatis ipsius libertatem dependere, in Metaphysicis ostendimus, *libr. 1. part. 2. capit. 10.* quia, ut cum omnibus aliis agentibus: ita & cum voluntate concurrit Deus, ejusque libertatem inclinat & limitat. Libertas verò contradictionis dicitur Aristoteli *8. Physic text 8.9. Metaphys. text. 10.* & utrobique Averrhoi. *5. Ethic. capit. 1.* quæ vergit in utrumque oppositum & potest agere vel non agere, prout visum fuerit aut ipsa sese applicaverit. Secundum hanc dicuntur sola animalia libera, *8. Physic. cap. 4.* & inter animalia homines, quia animalium brutorum facultates, quò magis illigantur materiæ, eò magis determinantur ad unum, quod est proprium rerum materialium. Nihil autem vetat, quin quod posteriori modo necessitate devinctum est, priori liberum remaneat, quemadmodum voluntas libera illigatur judicio rationis, *Piccolom. grad. 2. Ethic. capit. 41. & sequentib.* & multæ res naturales à Iurisconsultis dicuntur liberæ, quæ servituti non sunt obnoxiæ, ut prædia, *l. certo. §. si totus. de servit rustic. prad.* & ædes. *l. cum eo. 9. l. inter servitutes. 15. l. si quis ades. 10. de servit. urb. prad. l. si unus ex sociu. 34 de servit. rustic. prad. l. in tradendis. 7. l. penultim. com. prad. l. altius 8 & leg. sequent. Cod. de ser[illegible] ii. & aq.* Sic Cic civitates liberas vocat *3. off* quas L. Sylla accepta pecunia ex Scto liberavecat, ne vectigales essent. Rhodiis restitutam liber-

2. *Duplex libertas.*

3. *Libertas contradictionis.*

libertatem à Claudio dicit Suet. *in Claud.* *Tacit. 12. Annal.* & populi liberi definiuntur, nullius alterius potestati subjecti, *l. non dubito. de captiv. & postlim. revers.* nec aliter hoc loco libertatis nomen accipi potest. Nam si spectemus potentiam appetendi contradictoriorum alterutrum, cum illa nihil sit quam voluntas ipsa, *ut disputat Socin. 9. Metaph. q. 9. Soar. disp. Metaph.* 19. ne per extremæ quidem servitutis injuriam expugnatur, quam diu non tollitur voluntas, aut voluntatis radix intellectus. In eo enim

5. *Quis propriè liber secundum Stoicos.* meritò culpamus Stoicos, non quod falsa doceant, sed quod libertatem angustius circũscribant, quam vocabuli amplitudo patiatur. Libertatem enim definit Zeno ἐξουσίαν αὐτοπραγίας, *apud Laert. in Zen.* prolixius Arrian. *lib. 4. Comm. de doctr. Epict. c. 1. in pr. Liber est, qui vivit, ut vult: qui nec cogi, nec prohiberi, nec vim pati potest, cujus appetitiones non impediuntur, desideria non frustrãtur, aversationes non sunt irrita.* Constat enim hanc libertatem non cadere, nisi in motum voluntatis primum. Omnes enim actus voluntatis, qui in objectum extra se feruntur, impediri possunt, & proinde non dicuntur liberi Epicteto vel Senecæ. Sic enim hic *Epist. 110. in fin. Liber est, non in quem parum licet fortunæ, sed in quem nihil. In libr. In sap. non cad. injur. c. 19. in fin. Libertas est, animum opponere injuriis, & eum facere se, ex quo solo sibi gaudenda veniant: exteriora deducere à se, ne inquieta agenda sit vita, omnium risus, omnium linguas timenti. Epist. 51* vero. *Quæ sit libertas, quæris? Nulli rei servire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in æquum deducere.* &c. Item, *libr. de vit. beat. c. 15. Maxima servitus est, si cui incipit opus esse fortuna, lib. 3. de benef. cap. 18. & seqq.* in id unicè incumbit deducendum, quod servitus animo induci nequeat, quia is ubiq; liber persistit & sui potens. Econtrario verò servire & à formidine, nulla prætoris vindicta liberari posse dicit Horat. 2. *Sat. 7.* eum, qui affectib.

Ducitur ut nervis alienis mobile lignum.
Quisnam igitur liber? sapiens, sibi qui imperiosus,
Quem neq; pauperies, neq; mors, neq; vincula terrent,
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in sese totus teres atque rotundus,
Externi ne quid valeat per leve morari,
In quem manca ruit semper fortuna.

Ita & Macrob. 1. *Saturn. cap. 11. Alius libidini servit, alius avaritiæ, alius ambitioni, omnes spei, omnes timori, & certè nulla servitus turpior, quam voluntaria. At nos jugo à fortuna imposito subjacentem tanquam miserum vilemq; calcamus, quod verò nos nostris cervicibus inserimus, non patimur reprehendi,* quod nemo concisius & melius declaravit, quam Epictetus ipse *in Enchir. paulò post princip.* dum ait: *Ea quæ nobis parent, libera sunt natura sua, nec prohiberi ab ullo nec impediri possunt. In quæ autem jus ipsi nullum habemus, ea sunt infirma, obnoxia servituti, obnoxia impedimentis, aliena.* Aliena autem vocat, quæ non omninò pendent à nostro arbitrio: nostra, quæ sunt in nostra potestate, ut primi motus animi: ideoq; addit: *Si in id solum tuum existimaris, quod tuũ est, aliena verò, ut sunt, aliena, nemo te coget unquam, nemo impediet, neminem accusabis, neminem criminaberis, nihil quicquam invitus ages, à nemine læderis, inimicum nõ habebis* &c. quem locum enarrans Simplicius in comment. sic explicat ad mentem Epicteti: *Constat igitur, ea, quæ in nostra potestate sunt, ut sunt nostræ actiones, nobis esse propria. Quæ verò penes nos non sunt, in aliorum sita potestate, ea esse aliena. Quare bona & mala, quæ in nostra potestate sunt, ut rectè sentire aut malè, rectè appetere vel perperam, nostra bona sunt aut mala. Quæ verò in nostra potestate non sunt, nostra non sunt, sed partim corporis instrumenti nostri, partim pecunia, aut gloriola, remotiora à nobis.* Stoici igitur coarctant libertatem ad potentiam voluntatis tantum, quæ nobis propria est, & impediri nequit: eodem paradoxo, quo Seneca contendit, eum, qui libenter accepit, beneficium reddidisse, *Nam cum omnia*, inquit, *ad animum referamus, fecit quisq; quantum voluit. Et cum pietas, fides, justitia omnis deniq; virtus intra se perfecta sit, etiamsi illi manum exerere non licuit, gratus potest esse homo etiam voluntate. Vide hunc.*

[illegible] co. ubi agitur de li-[illegible] eam attendere non debe-[illegible] bera manet in servo & li-[illegible] & Lege, ut confitetur Sen. 3. *de* [illegible] politica vero libertas ita se ha-[illegible] vim tolli potest & impediri. Tum [illegible] um verò tollitur libertas, quando actus [illegible] impeditur. *Facultas eripitur*, ait Ambros. *lib. 1. de offic. voluntas non extorque-*[illegible] *justa 23. quaest. 4.* Actum volun-[illegible] duplicem statuit Soncin. 9. *Metaph. q.* [illegible] Fonsec. 1. *Metaph. cap. 1. quaest. 1. sect. 4.* *elicitum & imperatum.* Elicitus, quatenus se continet intra ambitum voluntatis, perpetuo liber manet, & cohiberi nequit: Imperatus verò, quià voluntate aliis membris imperatur, ut ambulare, loqui, videre &c. à majori imperio prohiberi potest, & in eo consistit libertas & servitus, de qua agimus

7. [illegible] *voluntatis.*

Quoties igitur aliud coguntur membra corporis exequi, quam imperavit voluntas, libertati ejus detrahitur, sed non omnis diminutio libertatis inducit servitutem, ut vulgus in Democratia sibi persuadere tradit Aristot. 5. *Polit. c. 9. & 6. Polit. c. 2.* Alteram quippe notam Democratiae, cui libertas propria est, ponit, *vivere, ut quis velit.* Id enim libertatis munus & officium esse: siquidem ejus qui est servus, vivere est, non ut velit. Plato *lib. 8. de Republ.* vocat ἐξουσίαν ποιεῖν ὅ τι τις βούλεται, & Cic. 5. *Parad. Quid est libertas? potestas vivendi, ut velis.* Item *lib. 1.* [illegible] *ujus* inquit, *proprium est, vivere ut velis.* Nam si libertas aestimari debeat ex immunitate quocunque operationis & limitatione licentiae, nullus in rerum universitate liber erit. Omnes enim cogimur subjecti [illegible] Majestati, Majestas autem Deo & naturae. Propterea Aristot. 5. *Polit. cap. 9.* meritò [illegible] errorem vulgi, dum ait: *Liberum* [illegible] *arbitrantur quod quis facere ve-*[illegible] *re in talibus Democratiis vivit quis-*[illegible] *vult, & ut ait Euripides, suo commo-*[illegible] *libidinis convenienter: at hoc vitiosum* [illegible] *Neque enim servitus putanda est vive-*[illegible] *Republicae convenienter, sed salus.* Nόμων [illegible] ait Demosth. & *infracta eo-*[illegible] *& cuique quod velis facere,* [illegible] *non tantum Respublic. perit,*

8. [illegible] *est* [illegible] *agendi* [illegible] *volu.*

9. *Obedientia* [illegible]

sed ne vita quidem nostra multùm à belluina absit. Servitus quippe & libertas aequè nocent, si modum excedant, *teste Plat. ad propinq. Dion.* dum licentiâ ex aequo fimus deteriores. Proinde Cicer. *pro Cluent.* egregiè: *Legum ministri magistratus: legum interpretes, judices: legum denique idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus:* Item Plinius *ad Trajan. Iusta leges, sancta & honesta, ut & optimo principi servire, regnare est.*

Libertas est summa bonis sub principe justo. Mantua. lib. 1. sylv. &

Fallitur egregiè, quisquis sub principe credit
Servitium: nunquam libertas gratior extat,
Quam sub rege pio. Claud. libr. 3. laud. Stil.

Regis agi frenis atq; obtemperare justitia, summa libertas est in Monarchia, Boet. libr. 1. consol. Pros. 6. & optimus civitatis status, sub rege justo. Sen. libr. 2. de benef. c. 20. Lib. verò *de vit. beat. cap. 15. In regno nati sumus, Deo parere libertas est.* Nec huc usq; dissentiunt ICti, qui juri & legibus libertatem alligant, *in l. libertas. de stat. hom. Inst. de jur. pers. in pr.* eorumq; stylū imitatus Pers. *sat. 5.*

10. *Nec Reges, vel Leges.*

Vindicta postquam meus à praetore recessi,
Cur mihi non liceat, jussit quodcunq; voluntas,
Excepto, si quod Masuri rubrica notavit?

Melius enim interpretatus est sententiam ICtorum, quam Cotmannus: *disput. 2 th. 4.* qui negat in definitione per voculā: *Iure*, intelligi leges, quia libertas est vivere sub legibus. Nam hoc ipsum vult ICtus, quod sc. leges libertati nihil detrahant. Exceptio enim non refertur ad naturalem facultatem, sed ad id, quod cuique facere licet, *ut notat Anton. Fab. Iurispr. Pap. t. 2. princip. 2. Cujac. ad l. 4. de Iust. & jur. Donell. Comm cap 9.* Ratio hujus est, quare scil. leges & jura, regisque imperium, etiamsi non sinant subditos vivere, ut velint, non tamen inducant animo servitutem, aut derogent libertati, quia conveniunt inclinationi voluntatis, & ita imperant, prout ipsa naturaliter appetere debet. Nam quando in homine libertatem, appetitum, opinionem & tale quid considera-

11. *Ratio ejus rei.*

sideramus, non est ad corruptos cujusq; mores progrediendum, sed restringenda consideratio ad hominem naturæ conformem, qui est mensura cæterorum & totius generis humani, *ut docet Arist.10.Metaph.text.5. 3.Ethic.cap.4.10.Eth.cap.1*. Ejus verò libertas non consistit in eo, ut malè agat, sed ut liberè persequatur bonum, in quo imitatur perfectionem Dei ter Opt. Max. & sancto rum angelorum, qui in veritate perstite

12. *Cũ libertate posse stare aliquam necessitatem.*

runt. Nam hi etiamsi pertinaci proposito vergant tantum in id, quod absolutè bonum est, non tamen inde libertatis jacturam patiuntur magis, quam Deus ipse, quem nefas est cogitare ab optimo vel pilum alienum, cum ut ipse substantialiter bonus est, ita se habeant etiam omnia opera ejus, quæ cum substantia coincidunt. Scholastici disputant visionem beatificam ita rapturam ad se amorem beatorum, ut nullo modo sibi temperari possint ab ejus actu, per vim tanti objecti elicito, quem inde necessarium vocant, & quoad speciē actus & quoad exercitium. *Thom.1.p.quæst.82.art.2. & 1.2. quæst.5.art. 4. & 3.contr.gent. cap.62. Cajet. & Ferrar. ibid. Durand. in 4.dist. 49. quæst.8. & Maj.*

13. *Voluntas non appetit, nisi bonum.*

ibid.quæst 8. Nam alias voluntas quidem necessario movetur à vehementi objecto, non quoad exercitium, sed quoad specificationem actus, *Soncin.9. Metaph. quæst.15*. quia sicut intellectus nequit verum rejicere, ut falsum, ita nec voluntas odisse bonum, ut malum, nisi contra conscientiam agāt, quod unicum obtinent Nominalium disputationes. *Occam in 1.distinct. 2. quæst.6. & ibid. Gabr. Hieroni. Angest.libr. 2. Moral. cap.2.* quando voluntatem contendunt posse, explicandæ libertatis gratia, malum, ut malum, amplecti, & bonum, ut bonum rejicere. Ex animi certè sui sententia id nemo facere potest, licet se id facere simulet. Nec Aristot.3.*Eth.cap.*1. in eo rejicit opinionem Platonis, qui pulcra dicebat violenter trahere appetitum, quod vim trahendi posuerit in objecto externo, sed quod inde inferri puta verit voluntati necessitatem. Nam ea ratione forent omnia violenta, quia appetitus nunquam prosilit ad executionem, nisi ab objecto invitatus. Accedit, quod violenta sunt ingrata & destruant naturam: quæ verò ab incitato appetitu proficiscuntur, j[illegible] sint & tendant ad appetitus perfectio[illegible] quibus verbis evidenter innuit Aristot. [li]bertatem voluntatis non diminui, etiamsi ab objecto inclinetur ad alteram parte[m] [illegible] tum, quia eò inclinatur, quo fertur à na[tura] sua: quod cum faciant etiam jura & le[ges] bonæ, (id enim præsupponimus) nihil detrahunt libertati naturali, quia, ut ait Ficin. *in libr. Plotin. de pulcrit. Desiderium B[oni] penitus & absolute est secundum naturam.* & Procl. *de ani. & Dam. τὸ καλὸν, sive d[ica]tur ἀπὸ τοῦ καλεῖν, sive ἀπὸ τοῦ κηλεῖν, semper secundum naturam amabile est.* Ad hanc naturalem inclinationem reducit nos o[mn]e bonum imperium, & proinde nullam no[bis] vim infert, quemadmodum nec filii fam[i]lias desinunt esse liberi, licet obsequantur imperio patris. *l.4. de R.I.*

Quod verò Florentinus *in dict.leg. libertas. de stat. Persar.* ejusque imitatione Iustinianus *in princ. Instit. de jur. person.* addant etiam vim, perinde ut jus, in eo merito [re]prehenduntur à Montecat. *in schol.* [illegible] *text.56.* Hottoman. & Giphan. *Instit. in pr. de jure pers.* Nec enim video, nisi cum Harmenopulo vim interpretemur pœnarum comminationem, quomodo vis seu violentia non diminuat libertatem. Nam si [liber]tas ex faciendi facultate, non ex facto [pro] æstimanda, *ut ait Anton. Fab. Iurisprud. [A]pen.t.2 princip.2.* & vinctus proinde, nihilo minus liber est, *l. cum heredes. 23. § fin. de acquirend. possess.* quid obstat, quò mi[nu]s servus in ipsa servitute liber dicatur: *libero animo servus? ut ait Macr.1.Sat. 11.* N[am] & [i]s retinet naturalem facultatem faciendi, quod libet, nisi quantum vi & jure prohibetur. Nec quicquam respondet Donellus *2. Co[m]ment. cap.9 in princip.* quod liberi non [pro]hibeantur omnia vi aut jure. Potest enim quis vinculis mancipari in æternum, qui tamen servus inde non evadet: Et hoc tantum obtinebit, si quid obtinebit, quod servi absolutè & per omnia sint servi, quia prohibentur quidvis agere: liberi verò sint [s]e[cundum] [illegible] vi secundum quid, quatenus scilicet prohibentur quid vi vel jure agere. Quin etiam paulò ante dictum est, libertatem potentiæ non posse æstimari, ex facultate, quæ [illegible]

pe[illegible]

[illegible] manet, nullius potentiæ obnoxia, [illegible] impedimento, quod inter facultatem & [illegible] interjicitur, prohibetque quò [illegible] tantum possit facultas, quantum cu[illegible] Jam vero constat, quod vis actum fa[illegible] ubique impediat, & proinde in tantum libertatem tollat, in quantum domi[illegible]. Violentia enim opponitur libertati, [illegible] *cap.1.* Vis autem infert violentiam, [illegible]oque tollit libertatem. Quid enim est [illegible]s, aut unde orta, vel Iurisconsultis [illegible] judicibus, nisi ex vi bellica, quâ contra [illegible] alter alterius dominio per vim sub-
26. [illegible] jicitur? *leg. 4. de just. & jur.* Sicut autem, [illegible] per vim infertur, violentia, in multos [illegible] dispescitur: ita diminutæ libertatis [illegible] esse gradus necesse est. Nam mulierem pauperem, datam in domum divitis mariti, non habere loquendi libertatem di[illegible] Poeta Græcus, & Latinus addit eam in [illegible]utem dari. *Terentius in Phorm.* Cicero [illegible] minus libertas vocat civitates, quæ [illegible] premebantur. Sueton. *in O[illegible] cap. 47.* dum ait: *Urbium quasdam fœderatas libertate privavit, servitutem iis inductam ex consequenti insinuat.* Filium [illegible]ancipatione ad libertatem aspirare libe[illegible]mque fieri, dicunt ICti, *l. si filius 8. de prob[illegible] l. un. Codic. de ingrat. lib.* Voluntatemque eidem adimunt, quam diu obsequitur imperio patris. *l. velle non. de Roman. Imp.* Quos vero hoc loco servos indigetamus, non habent libertatem tantum circumscriptam, & rebus certis alligatam, sed prorsus ademtam. Nam qui operas suas Domino ad tempus addixit, cætera liber est. Servus verò in perpetuum obligatur, & non tantum operas, sed se totum & quicquid a se proficisci potest, Domino [illegible]ber.

27. Notandum autem, priusquam longius progrediamur, libertatem accipi dupliciter, ut facultatem aliquam naturalem, & ut jus. Eò enim tandem effugere cogitur Cothmann. *disput. 2. super Institut. thes. 4.* ostensurus, quo modo definitio Florentini non complectatur etiam servos. Nam
28. vis inquit, *injusta lus libertatis non tollit, leg. quia latronibus in princip. cui testa. fac.* [illegible] *tamen facultatem agendi, quod velit.* Quanquam responsio Cothmanni nodum non solvit, quia respondet de jure, cum Florentinus loquatur de facto, & definiat libertatem, non ut jus, sed ut facultatem, quæ in servo impedita non est, ut retrò dixi. Vinctus enim propter vincula non perdit libertatem, *leg. cum hæredes. 23. §. Item quero. de acquir. poss.* non quod retineat facultatem liberam, ut explicat Anton. Faber *in dict. princ. 2.* (Nam servus eam retinet æquè liberam) sed quod factum violenti hominis libero homini jus suum abjudicare nequeat. Id enim innuunt verba Iavoleni: *Si vinxeris hominem liberum, eum te possidere non puto.* Ut enim possideatur aliquis, 29.
& acquirat Domino, ad jus pertinet, non ad facultatem agendi vel non agendi. Quærit Antonius Faber *dict. princip. 2.* si libertas consistit in jure, à quo datum est hominibus jus illud, aut quorsum opus est jure, cum mortalium quisque facultatem liberam à natura habeat. Respondet verò Ulpianus *leg. 4. in fin. de just. & jur.* tria hominum genera, Liberorum, Servorum, & Libertorum, cum ante hac uno naturali nomine homines appellaremur, per jus gentium introducta fuisse & cepisse, id quod Connan. *libr. 2 jur. civil. cap. 1. num. 3.* duobus exemplis eleganter declarat: *Velut ante dominia distincta, quod in commune parabant, eo fruebantur, suum non faciebant: quia tum nemo quicquam suum dicere poterat, cum nihil esset alienum, & tamen iis rebus justè utebantur fruebanturque, quia non aliena, sed tamen non suis, quod eas non jure aliquo suo habebant, sed beneficio & liberalitate naturæ. Ponam & familiarius exemplum, ut hoc quod nunc primum à nobis dicitur, intelligatur facilius. Licet cuique barbato aut capillato esse, non ullo hominum privilegio, aut instituto naturæ vel lege, sed quod eam licentiam habet quisque nostrum a natura. Quod si edicto jubeatur plebeii aut certa conditionis homines tondere, reliqui, ad quos edictum non pertinebit, incipiet jure suo barbam & capillum promittere: quodque naturalis fuerat facultatis & omnium, jam & juris erit civilis & paucorum. Ad istum modum libertas post introductam jure gentium servitute cepit esse juris gentium, & eorum tantum, qui non serviebant, cum*

Item, Antonii Fabri.

autem esset & naturalis facultatis & omnium. Facultas igitur est naturalis, sed jus superadditum à jure gentium, ut clarè docet Vlpian. *in d. l. 4. de just. & jure, in pr. Inst. de libertin.* & perinde dicendum constitutio juris gentium, atque servitus.

10. *Examinatur definitio servitutis.* Nam Florentinus postquam definierat libertatem, quod sit facultas naturalis, pergit servitutis talem subjicere definitionē: *Servitus est constitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subjicitur. d. l. 4. de stat. hom.* in qua quidem definitione verbum nullum est, quod non possit vel licari. Quid enim servitutem potius vocat constitutionem, quam libertatem, cum utraque eodem respectu definiri debuerit? Ac ne dicam, quod servitus non sit ipsa constitutio, seu *διάταξις, ut vult Cujac. ad l. 4 de just. & jur.* sed potius res aut jus constitutum, ut Paulus loquitur de postliminio, quod sit *jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos populos Regesque moribus, legibus constitutum, l. postliminium 19. in pr. de captiv. & postl. rever.* Item thesaurus dicitur *depositio, l. inquam. §. 1. de acquir. rer. dom.* & fidejussorum obligatio *accessio* pro re, quæ accessit. *§. fidejussores. Inst. de fidejuss. Donell. 2. lib. Com. c. 9.* nimis longe genus petitum est, ac si definiam bellum, constitutionem juris gentium, qua duo liberi populi inter se belligerentur. Nam & hoc cavillo posset excipi vocula Dominii, quasi ignotum explicetur per ignotum. Relata enim æquè nota sunt & ignota: & nugæ sunt, si quis definiat cum Ramo, subjectum, quod habet adjunctum & viceversa, aut patrem, qui habeat filium. Qui enim nescit, quid sit servitus, ne is quidem sciet, quid sit dominium Sic enim excipit Z. barel. *de mist. gen. & inter. lib. 3. c. 2. in pr.* definitionem putredinis Galeni *ex lib. 11. Meth. med. c. 8.* qua definit putredinem *mutationem ad corruptelam totius substantiæ putrescentis ab externa caliditate.* & qui in definitione animæ, per *corpus potentia vitam habens*, non accipiunt *corpus animatum*, putant animam definiri per seipsam, *2. de an. cap. 1.* nisi per corpus *ζωὴν ἔχον δυνάμει*, accipiatur corpus, quod anima careat, *Alexand. Aphrod. 2. qq.* *nat. cap 8. C[illegible] 2 [illegible] 1. artic. 1. ex Thom. in [illegible]* Nam quod Anton. Faber. [illegible] *de jur. persor. princip. 3.* ex [illegible] Domini differentiam quærat, qua distinguat [illegible] lium famil. quem confiteur alienæ potestati, sed non Dominio subjectum esse, [illegible] id certè parum momenti in se continet. Perinde enim est, ac si subditos in regno & dominatu pares facerem, & ex eo [illegible] stinguerem, quod illi Regi, hi Domino obedirent, aut si dicerem, filius subjicitur patri, servus Domino. Evidenter quippe petitur principium, cum relata se mutuò explicent, & alterum nequeat notificari per alterum, [e]ò quod æquè sint vel ignota vel nota. Nec illud affero, quod verba: *Contra naturam* frustrà ponatur, quando dominio propriè loquendo, ut declaratum fuit, [illegible] mo ex ICtorum sententia subjicitur secundum naturam. Sed ego has objectiunculas ad scholas remitto, & tria tantum in hac definitione desidero, 1. Quod definitio [illegible] non exprimat specificè servos, de quibus jure hic agitur. Non tantum enim [illegible] quadrat in omnes cives, corruptæ alicui ex tribus formis Reipublicæ obnoxios, ut [illegible] te in Turcas, Tartaros, Persas, Muscovitas, & si Montecatino credimus, 3. *Polit. in [illegible] l. text. 105.* in plerosque Europæ incolas, quippe qui secundum juris gentium constitutionem alieno dominio contra naturam subjiciuntur, sed & in eos, qui bello primum subiguntur, & in novum dominium inviti transcribuntur. Necessarium enim esse & [illegible] suetum, ut quos ferrum subegit, ferrum & imperium Dominicum in officio contineat, [ut] infra demonstrabimus, *libr. 2. cap. [illegible]* 4. & 5. Deinde rejicitur origo servitutis [illegible] jus gentium tantum, cum tamen [illegible] jure civili servi oriantur & quanquam p[illegible] servi prodierint ex jure gentium, tamen definitionem concipi fas fuit secundum rationem temporis, quo edebatur. Tum [illegible] non solum jus gentium, sed & nudum civile Rom. servitutis novam constitutionem [in]troduxerat. Nec satis scitè effugit Cot[illegible] *in dict. disputat. 2. thes. [illegible]* dum [illegible] jure gentium comprehendi ait civile, ut [illegible] *Inst. de rer. divis.* Nam illic non di[illegible]

XII.

[illegible] contineri sub nomine juris gen[illegible], sed, quod una & eadem lex prodire [illegible] ex diverso jure gentium & civi[illegible] membrum unum divisionis nequit [illegible] in opposito, & qui astringit aliquid [illegible] gentium, excludit jus naturæ & civile. [illegible] enim hoc videtur Florentinus dedita [illegible], ut jus naturæ removeat ideoque ad[illegible] *contra naturam*, ut ostenderet secun[illegible] [illegible]m omnes esse liberos, quod cũ [illegible]um sit & variè disputetur inter [illegible]hos & ICtos latius hoc loco, ad ser[illegible] naturam, jus & originem investi[illegible]am, explicandum venit.

SECT. 3.

[illegible]um quædam servitus oriatur ex jure naturæ, & num inveniantur homines naturâ servi.

1. [illegible] *orta sit aut oriatur servitus.*
2. [illegible] *servitutem prodire ex jure naturæ.*
3. [illegible] *probatur duobus argumentis.*
4. [illegible] *undam indolem ad servitutem à na[illegible] dispositam esse.*
5. [illegible] *[illegible]tate multorum philosophorum.*
6. [illegible] *servitutem ex naturâ convenire justitiæ.*
7. *Qui ad servi[illegible]endum nati sunt, eos nescire [illegible] incipem libertatem.*
8. [illegible] *m agendi, quod libet, non indu[illegible] libertatem.*
9. [illegible] *naturâ non magis dicendos liberos, [illegible] bruta animalia.*
10. *Quibus homo à naturâ impositus est Do[illegible].*
11. [illegible] *naturalem esse servitutem, quæ prodest [illegible].*
12. [illegible] *naturâ sine Dominis sese susten[illegible] posse.*
13. *A[illegible]tam servitutem prægravare Resp. [illegible] & facinorosis hominibus.*
14. [illegible] *os homines & populos, suorum com[illegible]rum gratia se sponte dedisse in ser[illegible]m.*
15. *Quibus limitationibus ICti interpreten[illegible] sententiam Philosophorum.*
16. *Omnem [illegible] servitutem esse contra naturam, [illegible] torum.*
17. [illegible] *de servitute ex prima origine [illegible]*
18. *Nec esse omnem servitutem damnandam, quia omnes nascimur liberi.*
19. *Ut quidam natura dicuntur Domini aut Imperatores: ita quosdam esse servos.*
20. *Solutio Covarruv. solvitur.*
21. *Quanta sit subjectio servorum naturâ ex præscripto naturæ.*
22. *Respondetur secundæ responsioni Covarruviæ.*
23. *Quâ ratione omnes homines sint æquales, aut æque liberi.*
24. *Montecatinum non satis scitè excusare ICtos.*
25. *Non esse servitutem naturalem in Republ. abolendam.*

Florentinus, ut nuper dictum fuit, servitutem retulit ad *jus gentium. d. l. 4. in pr. de stat. hom. Vlpian. in l. 4. de just. & jur.* Sed Martianus addidit *jus civile lib. 5. in pr. de stat. hom. §. penult. Inst. de jur. pers.* Montecat. *in 1. Pol. tex. 58. jus divinum*, & de *Naturali* testatur tota philosophorum schola, de quibus omnibus ut ordine agamus, juvat incipere à primordiis naturæ, & cum ICtis manum conserere, annon servitus justissima prodeat ex jure naturæ. Sic enim philosophus non solum nudis verbis præsupposuit, sed pluribus argumentis, ni fallor, evidenter disputavit, *lib. 1. Pol. c. 3. & 4.* quorum septendecim colligit Montecat. *1. Polit. c. 10. schol. part. 2.* Qui rem in pauciora velit contrahere, duobus fundamentis totum deprehendet inniti negotium. Primum enim: Quod indoli & naturæ cuiusq; rei convenit, non potest non naturale dici. Nam cum naturale multis modis dicatur, *ut videre licet apud Arist. 5. Metaph. c. 4. Averrh. in com. & Epit. Metaph. tract. 1. Boet. in lib. de duab. nat. Thom. 1. dist. 37 q. 1. art. 1. & c. 1. de Ent. & Essent. & in 5. Metaph. lect. 4. Flandr. 5. Metaph. q. 4. art. 2 Fonse. cap. 4. q. 1. Soar. disp. 15. Metaph. sect. 11. Constant. Sarna in direct. Theolog. Bellovis. in explic termin. Metaph.* omnia tamen significata revocantur ab Arist. *d. c. 4. tex. 14.* ad internum principium motus seu ad internam inclinationem. Violentum enim definitur, cujus principium ita extrinsecus advergit, ut, quod agit aut patitur, nihil conferat. *3. Eth. c. 1.* Quando- 1. Servitus unde oriatur. 2. Servitus ex jure naturæ. 3. Probatur.

igitur agens vel patiens concurrit cum ex externa causa, id quod fit, violentum dici non potest, quemadmodum contra Platonem *ibid.* disputavit Arist: negans appetitum à vehementi objecto cogi, cum bona cum gratia in objecti incitationem condescendat, & cum voluptate, quò trahitur sequatur.

4. *Qui nati sint ad servitutem.*

Iam constat experientiâ, duas hominum classes ubiq; inveniri, quorum alii nati sint ad serviendum, alii ad dominandum. Alios instruxit natura magnis animis, & provida solertia: alios abjecit usque ad ignominiam brutorum, solius patientiæ & laborum gloria superbos, quod innuere voluit Plato 3. *de ll.* quando imperantium animis ait admixtum fuisse in prima generatione aurum, unde honoratissimi facti fuerint. *Illis autem*, inquit, *quos ad auxiliandum fieri voluit, argentum indidit, ferrum denique & æs agricolis, cæterisque opificibus.*

Fertur quippe Prometheus addere principi
Limo coactus particulam undique
Desectam, *Horat. lib. 1. Od. 16.*

& pro conditione suam cuique indolem distribuisse, quod ex Platone repetit Arist. 2. *Pol. c. 3. tex. 51.* & planius expressit Homer: *Odyss.* 17. dum ait: Iovem auferre dimidium mentis illi, quem in servitutem destinavit, quem versum ad servos natura accommodavit Plato *l. 6. de Rep.* Nam & idem *l. 2. de Rep.* cives inter se differentes, & singulos ad singula opera paratos, à natura produci affirmat, & *lib. 3. de ll.* septem ordines imperantium & parentium ex intentione naturæ deducit *Natura* quippe *imperant parentes liberis, generosi plebi, seniores junioribus, domini servis, potentiores imbecillioribus, prudentes & sapientes imprudentibus & ignaris sorte, id est, divino quodam nutu electi cæteris.*

5. *Ex consensu philosophorum.*

Aristid. *in orat. ad Rhod.* *Lex* ait, *natura est, à potentioribus planè clarior facta, ut majoribus minores pareant*: & Halycar: *in præfat. orig. Rom.* *Natura lex est omnibus insita, quam nullum tempus dissolvit, deterioribus semper imperare meliores.* Aristot. non uno in loco idem sæpe inculcat, 1. *Polit.* [illegible] ap[illegible] & 4. 3. *Polit. c. ult.* 7. *Pol. c. 3.* & 14. Non tantum enim ex naturæ intentione, qua corpus animæ, animalia bruta homini, fœminæ viris subjiciuntur, illud deducit 1. *Pol. c. 3.* sed etiam ex æqui[illegible] naturali. *Quod enim non est æquum æqualibus*, ait 7. *Pol. c. 3.* *quodque non est par pa[illegible]bus, contra naturam. Nihil autem eoru[illegible] quæ contra naturam, honestum. Quare si al[illegible]quis occurrat virtute & facultate ad res o[illegible]ptimas gerendas præstans, hunc sequi honestum, & huic parere justum est.* Item *lib. [illegible] c. 12.* *Naturæ repugnat, ut pars toti præste[illegible], quod accidit ei, qui tanta præstantia sit præditus. Reliquum est igitur, ut tali pareatur, & sit Dominus non vicissim, sed omnino & perpetuò.* Accedit Simplicius, qui imperia quædam constituit *naturalia*, quan[illegible]do præstantius, quod in universo semper p[illegible]ædominatur, incumbit deteriori, quædam *voluntaria*, quando pactione quadam divites imperant, pauperes obediunt, quædam *mista*, quæ publicæ prudentioribus decreta fuerunt. *Com. in Enchir. Epict. mihi pag* 2[illegible] Adeo unanimi consensu gentium imperi[illegible] defertur meliori & præstantiori, semperque verum est, quod de agris dixit Vlpian. *l.* [illegible] *fin. de aq. pluv. arc. inferiorem servire [illegible]periori naturaliter*: id quod non tantum ordini naturæ, quem ubique deprehendimus & copiosè notavit Arist. 1. *Pol. c. 3.* sed & just[illegible]æ ex naturæ fontibus haustæ summop[illegible]ere convenit Tum demum enim officia & [illegible]gnitates justè distributæ sunt, quando quisque obtinuit, quod conditioni & naturæ suæ c[illegible]gruit. 5. *Eth. c. 3.* Nasci autem quosdam u[illegible] adeo impotentis animi, ut nec suis co[illegible]dis prospicere, nec in longitudinem co[illegible]lere possint, indigos ad omnia alieni co[illegible]lii, quis non in media plebe & man[illegible]is rusticorum quotidiè avertit? Quotu[illegible] est ex infima vulgi fece, qui nisi ser[illegible] quotidiano labore vivat, propria [illegible] victum sibi parandi copiam habea[illegible]? Q[illegible] multos videmus continuò in ma[illegible]m rem abripi, quos improba & inops e[illegible]stas ali[illegible] rebus uncas injicere manus coëgit: [illegible] *omnium ingenia*, ait Busbeq: Epist. [illegible] *ferunt libertatem: nec omnes ita nati [illegible], ut se regere & suo arbitrio rectè uti [illegible], meliorum ductu atque imperio tanquam [illegible]miniculo opus habent, nullum alioquin [illegible]candi finem facturi, ut sunt quædam b[illegible] quarum ferocitas semper metuenda si[illegible]*

Vinculis aut robore coerceantur. Hic quidem mens imbecillior autoritateq; herili guberna tur: herus servi labore vivit. Arist. 3. *Pol. c.* ... *Pol. c.* 1. 7. *Pol c.* 14. in hunc ordinem ...lusit omnes Barbaros, & ex Barbaris, A...aticos magis, quam Europæos, quemadmodum & Agesilaus de iisdem dicere sole bat *Servos quidem bonos esse, sed liberos malos*: & de Ionibus Callicratidas. *Plutarch. in Apopht.* De Barbaris in universum Euripides *in Aulid.* Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν ... quod repetit & probat Aristot. 1. *Pol. c.* 1. Syros & Iudæos nominatim perstringit Cicero *de provinc. consular.* quasi servituti natos: Item Iulianus *apud Cyrill. contra Christian. Vides Syros, quam libenter aliis ... tentibus inserviant: contra vero, quantus libertatis amor in Celtarum populis*: & in qua... natione occurrunt ita à perfectione humana degeneres, ut licet instar animaliũ brutorũ se moveant, consilio tamen, aut ut vult Sepulveda 1. *Pol. c.* 8. *facultate consultandi* prorsus destituantur. An his dominiũ ...natum à natura putabimus, quibus deest cautus est animus? Eadem ratione oportet, ... bus... is animalibus brutis libertatem a...cemus, si facultas naturalis agendi, quod libet, ad eam sufficit. Nam asinus suo impetu procurrit ad præsepia, equus à prima nascendi origine liberè per prata vagatur, antequam frenetur & loris in gyrum agatur: volucres qua volunt viã æthera tra... nec ulla cohibet Getulos Leones, aut indomitos impetus aliarum ferarum. ... enim Plotinum audiamus *En* 6. *lib.* 8. c. ... qui ... os & feras negat sponte operari, quam sententiam refutat Arist. 3. *Eth c.* 1. ... petitus locum habet, inde pro ...it spontanea actio. Nec tamen ... eum liberum, nisi accedat co... io, quæ facultatem indifferentem in al... partes contradictionis trahat. Quan... cognitionis est in animalibus bru... & in iis hominibus, quos natu... os vocavit Arist: Itaque non magis ...tatem facti censentur, quam bruta, ... naturaliter homini subjecta facis Arist. ..., & Ovid 1 *Metam.*

Sanctius his animal mentisque capacius alta
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset
Natus homo est

In prima creatione, cum lex naturæ implantaretur, datum est homini imperium in universam terram, in omnia animalia, quæcunque vel in terra, vel in aere, vel in aqua degunt, *Gen. cap.* 1. *Psalm.* 8. & hoc imperium natura competit homini, etiamsi animalia illud non agnoscant, propter imperfectionem animalium & hominis sublimem perperfectionem. Quantò igitur verosimilius us, qui ad imperandum nati sunt, dominium datum dicemus in eos, qui à brutis nihil, nisi facie & corporis forma differunt, præcipuè, cum non invitò, sed sponte sua in alienum dominium, suæ utilitatis gratia, ruant.

Nam & hoc alterum Aristotelis fundamentum est, quod secundum naturam fieri dicenda sint, quæ fiant ad commoda & utilitatem naturæ. Sicut enim violentum destruit naturam, 3. *Eth. c.* 1. ita, quod naturale est, tendit ad conservationem. Eorum vero, quos natura servos vocamus, talem conditionem cum Aristot: præsupponimus, quod extra servitutem non nisi ægerrimè vivere queant. Eo loco ponimus homines ait Sen: *quos in numerum, pecorum & animalium redegit hebes natura & ignoratio sui. Nihil interest inter hos & illa. Quoniam illis nulla ratio est his perversa & malo suo, atque in perversum solers. cap.* 5. *de vit. bea.* Sicut igitur piscis contra naturam detinetur in aere, in quo perire necesse habet: ita quibus extra servitutem, se & familiam sustentare non licet, ab ea non minus violenter prohibentur, quam piscis ab aqua, avis ab aere. Apparuit sub initium reviviscentis Christianismi, cum amore religionis certatim servi manumitterentur, quam diffideant servilia ingenia à liberis. Nam cum præcipit illa & promiscua manumissione statim exorta fuit copia Xenodochiorum & Nosocomiorum, in quæ detruderentur, qui præ impotentia mentis liberis alendis & parando victui non sufficiebant. Et Valens edicto coactus fuit

11. *Ea servitus naturalis est, quæ prodest servientibus.*

12. *At prodest istis servus, qui perse sustitare se nequeunt.*

13. *Abolita servitus induxit multitudinem facit.*

otiosorum hominum & mendicorum.

fuit in servitutem retrahere, qui ostiatim obambulabant, & quod industria sua sese alere nescirent, ad stipem manus porrigebant. *Bodin. 1. de Rep. c.* Vnde rectè Busbeq: *Epist. 3.* conferens Turcas, qui servitutes retinent, cum nostris, qui eas aboleverunt, ita scribit: *Ac nescio an optimè rebus nostris consuluit, qui servitutem primus sustulit. Si justa & clemens, & qualem Romanæ leges præscribunt, servitus, præsertim publica, maneret: non tot fortasse crucibus, neq; tot patibulis opus esset ad coercendos, quibus præter vitam & libertatem nihil est, quos egestas ad quodvis audendum scelus impellit. Libertas sine re, non semper suadet honesta.* Equidem ut in humanum est optima quæque ingenia perpetuâ servitute iniquè premere: ita incommodum est Reipub. ut hebes quicunque & cujus virtutem depasta est invincibilis egestas, ad noxiam libertatem protrudatur, cum hinc nihil expectare sit præter cohortes mendicorum, & quos privatis sumtibus Domini nutrirent, & ad labores cogerent, eos Resp. cogitur publico dispendio, ut fucos, postquam ignavia emarcuerunt, alere, aut ad privatas Eleemosynas civium remittere. Cum Tyrios ejecissent servi, & jam ageretur de eligendo Rege illo, qui primus aspexisset solem Orientem, Strato, qui unus ex Dominis supererat, à fideli servo occultatus, consilium dedit occultatori suo, ut si reliqui se converterent ad orientem Solem, ipse in oppositum montem oculos conjiceret, in cujus cacumine citius visurus esset radios, quam alii ex opposito corpus Solis, quod eum cæteri ex servili ingenio profectum non esse suspicarentur, Stratonem prodi jusserunt, eique rerum summa est commissa ab Alexandro. *Iustin. lib. 16.* Omnes quippe Davi erant, nullus Oedipus. Accidit his servis, quod aviculis, quæ malunt fame aut frigore enecari, dummodo liberis circumcursitare per aërem liceat, quam domi sine opera sua alieno cibo sagi nari: aut quemadmodum Minutius sera pœnitentia redibat ad imperium Fabij Maximi, quod sibi ad capiendam tantam molem non sat esse virium deprehendisset, *Liv. lib. 23.* ita qui intempestivam affectant libertatem, cui ferendæ animum non [illegible] cum dedecore aut in pistrinum re[illegible] guntur, aut cum suo periculo & [illegible] Reip: incommodo, ægram tra[h]ere [illegible] mam. Qua de causa, qui conforma[illegible] ræ suæ animum, & postquam se intus & in cute noverunt, sub alieno domi[n]io [illegible] lius fore vident, quam si ad pœnite[illegible] properarent libertatem, id quod à [illegible] sunt, libenter esse volunt, & aliena pr[illegible] tia recompensant; quod prop[illegible] d[illegible] enim Maryandini Heracleotis, *Plat*[illegible] *Athen. lib. 6. c. 7* & ex incolis Arnææ, q[illegible] cunq; victi ab Hæmone non recesserunt in Bœotiam, postea Menestæ, tande[m] [illegible] nestæ appellati. Thessalis se mancipa[illegible] *Athen. d. cap. 7. Suid. in verb. Pen*[illegible] Arist. 3 *Pol. c. 10.* 4. *Pol. c. 10.* Barbaros [illegible] bit ultrò sibi præficere Dominos, quod [illegible] lius sub eorum regimine se habeant, q[illegible] si per licentiosam, quam Democra[ti]æ [illegible] fingunt, libertatem mutuis cladibus [illegible] se concurrant. Quod igitur utilissimum [illegible] mul est, & justum, tam servis, quam Dominis, quod intentioni naturæ, quæ im[perfe]ctum ubique subordinat perfecto, con[for]me, id certè contra naturam dici non po[test], nec aliunde, quam ex ipsa natura ortu[m] habet, ut *apud. Athen. d. lib. 6.* de serv[or]um origine commemorat Posidonius.

Quantum verò ab hac Philoso[ph]i [illegible] tentia abeant ICti, id breviter nobis [con]siderandum superest. Vasquius *in* [illegible] *Illustr. controv. n. 5.* Aristotelis sententi[am] prorsus condemnat ut impiam, id quod [re]petit *lib. 1. contr. c. 11. n. 4.* licet *ca*[illegible] *n.* 3. servitutem ab Aristotele introdu[illegible] cedat, sed neget esse servitutem, [illegible] non cadat in invitos. Alii distingu[illegible] potentiam, & actum, adeoque de [illegible] servitute sermonem esse philosophis, de alia ICtis dicunt. *Vacun. à Vac. 1. declar.* [illegible] 7. *Faber. 2. Semestr. c. 3. Mynsing* [illegible] *autem gent. n. 9. de jur. nat. gen.* [illegible] *Corras. ad l. 4. verb. contra naturam* [illegible] *Covarr. in relect. part. 2. c. peccatum.* [illegible] *n. 5. de R. I. in 6. Mercer. lib. 1. opin.* [illegible] *pr.* Montecat: 1. *Pol. schol. 10.* ICtos [illegible] sat, quod rarò penetrent ad jus natura[le] [illegible] respicientes ad positivum, ab eo ser[illegible]

dolo

deducant violentam, cum potuissent ex na- [illegible] a deducere aliam speciem naturalem. [illegible] alias conciliationes excogitarunt, quas [illegible] aliis conquirendas relinquo, quid mihi ex mente & verbis tam Imperatoris quam Aristotelis, videatur vero propius, candidè subjiciam. Primum igitur docent ICti: servitutem primum introductam fuisse à jure gentium, *l. 4. de just. & jur. lib. 4. de stat. hom. l. si id quod. de cond. indeb. §. Servitus. Inst. de jur. person. in pr. Inst. de libertin.* De[illegible] jus naturæ fuisse à jure gentiū suppressum, & constitutam servitutem contra naturam *d. l. 4. de stat. hom. d. §. Servitus Inst. l. 1. ibi, contra naturalem libertatem C. de SCt. [illegible] laud. toll.* cujus ratio ubiq; adjicitur, quia natura omnes homines nascuntur æquales, *l. quod attinet. 32. de R. I. id est,* æquè liberi, *d. l. 4. de just. & jur c. 1. §. Natura c. 9. Verb. sicut enim. &c. Nov. 89.* ut & Servus Plautinus ait, *in Aul. Omnes natura parit liberos & libertati omnes naturâ student.* Item Philo *in lib. de Vita contempl. Servitutem cum natura summopere pugnare. Ea enim liberos omnes genuit, sed avaritia legum natura contemtrix servitutem induxit.* Quæ quidem sententia, si diligentius introspiciatur, principiis ex Aristotele deductis secundum omnes articulos adversatur. Nam, quod Plinius scribit, *lib. 7. c. 56.* Lacedæmonios invexisse servitutem ex bello, & Iustinianus repetit *d. t. Inst. in pr. de libert.* ex Vlpiano *d. l. 4. de just. & jur.* servitutem jure gentium invasisse, ex eo non el[illegible]tur vis & origo naturalis, quia *ut in c. 1. sect. 2. n. 6. & seqq. disputavimus.* ut unius rei mul[illegible] sunt fines, quorum alius alterum præ[illegible] quidem, sed non tollere potest: [illegible] ex [illegible] causis eadem res sæpe oritur, quæ tamen varietas nativæ origini nihil detrahit. Nam & regna exorditur Hermoge[illegible] *l. 5. de just. & jur.* à jure gentium, [illegible] nen multorum originem derivet Arist. [illegible] ex intentione naturæ. *3. Pol. cap. 10. &* [illegible] Multas civitates condidit inopia, *1. Pol. c. 4.* [illegible] tamen prima origo civitatum petenda est ex instinctu naturæ *3. Pol. c. 4. 4. Pol. c. 4.* Sic quoq; concedimus Chrysostomo, *in orat. 5 de Servit.* Augustin. *19. de C. D. c.* [illegible] *de Spir. Sanct. c. 20.* Ex jure gentiū cepisse servitutem & per vim belli introductam fuisse in pœnam injustitiæ, sed inde nativa origo, quam ex inclinatione naturali derivavimus, non excluditur. Nam, non, quid fiat vel factum sit, sed quid fieri debuerit aut potuerit, spectandum. Deinde, cum variæ sint species servitutis, ab una non licet inferre ad alteram, nec per unius culpam cæteras omnes condemnare. Quam bellorum violentia peperit, servitutem condemnat ipse Arist *1. Pol. c. 4.* nisi reducatur ad servitutem naturalem. Vix enim fieri posse, ut bella, unde prodeunt servi, utrinq; justa sint, & indignum esse, ut nati altissimo loco & ingenio in vilissimam servitutem dejiciantur, quemadmodum Helena ait apud Theodectem

Cuius parens uterq; magnus prodijt
E stirpe Divûm, num quis ancillam vocet?

Quod si iniquitas huius servitutis reducenda est ad ferendam sententiam contra alteram, Aristot. ipse destruxit *in c. 4.* quod asseruerat *in c. 3.* Sed ut hæc iniqua sit & contra naturam, tamen inde concludendum non est, quod quælibet servitus sit contra naturam, ut statuunt ICti. Nec efficaciter illud probatur per illam rationem, quia *natura omnes nascimur liberi.* Nam quia libertatem accipiunt pro facultate, quæ agere potest & non agere tam competit illa animalibus brutis perfectioribus, quam hominibus ad serviendum natis. Interim nemo negat naturâ subjici homini animantia bruta. Quam propè enim ad brutorum naturam accedere, quos servitati destinatos dicit, præsupponit Arist: ut de uno concludere liceat, perinde, ut de altero. Deinde jus naturale non aliter defendunt accipiuntq; ICti, quam pro instinctu naturali, ex quo humana ratio jus educit. Constat verò quibusdam hominum inditum instinctum ad parendum aut serviendum, quibusdam ad imperandum. Iasonem quippe adducit Arist. *3. Polit. c. 3.* usq; adeò imperii cupidum, *ut se esurire & pœna affici,* (utroque enim verbo legi potest, [illegible] & [illegible]) *dixerit, si non imperaret,* cui similis est reprehensio, qua Tiberius excepit ambitionem Agrippinæ: *Si non dominaris filiola, injuriam te accipere existimas,* ut narrat Sueton. *in Tib.*

Margin notes (left): [illegible] servitutem [illegible] contra naturam. — 17. [illegible] (right): 18. *Rejicitur alterum argumentum ICtor.* — 19.

in Tib. aut ut Tacit. 4. *Annal.* *Audita hac rarum occulte pectoris vocem elicuere, correptamq; Graeco versu admonuit: Ideo laedi, quia non regnaret.* Graecum versum sic expressit Guili Canter: *lib* 6. *novar: lect cap.* 16. οἱ μὴ κρατοῦς, τέκνον, ὑβρίζεσθαι δοκεῖς, magis ad sensum Suetonii, quam Taciti. Sed ut injustam hanc dominandi cupidinem omittamus, Themistocles à se suspicionem defectionis ad Persas amoliri voluit, quod diceret, *se non passurum se deduci in servitutem, qui se natum meminerit ad imperandum*, *Plut. in Them.* & Plutarch. *in Pelop.* Pelopidam scribit natura fuisse Imperatorem, non quod eum sceptris & fasciis natus, sed quod animo Imperatorio à natura dotatus esset. De Philopoemene ait: *Sequebantur eum Megapolitani, tanquam, qui dignus esset, ut imperaret*, *in Philop.* Item *in comp. Philop. & Flam. Philopoemen, utpote natus ad imperandum:* nec id negare potest Covar: *d.* §. 11. *n.* 5. & Dried, *lib.* 1. *de libert. Christ. paulo post princ.* cum Augustin. *in qq. super Gen.* expressè dicat: *Est ordo naturalis in hominibus, ut serviant foeminae viris & filij parentibus, quia nulla justitia est, ut major serviat minori. c. est ordo,* 32. *q.* 5. Tantum excipit, destabiliorem

20. *Solutio Covarruv. solvitur.* longè esse servitutem, quae jure gentium introducta servum totum mancipet arbitrio Domini, quam naturalem, juvenis erga senem, foeminae erga virum &c. Sed quando è natura potestatem educimus, modum & quantitatem illi non assignamus, nisi quantum ductum naturae verisimili conjectura assequimur, & definimus. Patri quippe in filium, marito in uxorem datur à natura potestas, sed quam pro conditione personarum, gentium jura aliter atq; aliter definiunt, salvo jure naturali, quia modum natura non determinavit. Ita quid vetat, si potestatem è natura prodeuntem, paulò durioribus legibus circumscribat jus gentium, cum addere juri naturali, vel ipsi juri civili liceat. Definiri autem modus debet ex praescripto naturae, ut in tantum subjiciatur mulier, in quantum subjici nata est, & filius pari ratione. Quos verò naturâ servos praesupponit Arist. tam propè ad bruta accedere statuit, ut seipsos regere non possint, nec nisi aliena vivere anima. Exigit igitur hominem conditio non subjectionem aliquam filialem, sed servilem, & proinde, sicut subjectio filii & uxoris a natura esse dicitur, quando proportione respondet conditioni utriusque: ita ex eodem fonte derivanda est servilis, quia congruit conditioni servorum. Nam quod pergit Covarr. *d. n.* 5. *in fi.* servitutem hanc esse molestam & miserabilem servienti, adeoque contra naturam, id *ex Arist. Pol.* 3. 3. *Pol. cap.* 4. & 10. meritò negamus & magis candidè Vasq. *d. c.* 9. *n* 3. hoc argumento servitutem naturalem removet à vera servitute, quia inquit voluntaria est, & utilis servienti, quanquam ne delenda quidem propterea est, *ut censet Vasq.* quia ex falsa hypothesi praemittit omnem servitutem esse invitam & noxiam servienti, quod de ea quidem, quae inducitur hominibus animosis, praedicant ICti, sed ad naturalem extendere non debent, ut nunc disputamus. Nam si violenta esset & noxia servienti, jam non esset naturalis. Hoc enim differt ab illa, quod injungatur hominibus, secundum eorum indolem & ingenium, perinde ut ex inclinatione & instinctu naturali derivatur matrimonium. *l.* 1. §. *jus naturale. de just. & jur. in pr. Inst. de jur. nat. gent.* Aut enim matrimonium non prodiit ex naturae jure, aut prodiit etiam haec species servitutis, quia sicut mas & faemina affecti sunt ad conjugium: ita servi & domini ad societatem herilem.

21. Deniq; quod dicuntur omnes homines naturâ aequales, non potest accipi de jure positivo, quia per jus gentium tolli non potuisset, sed negativo, *ut confitetur Thom.* 1. 2. *q* 94. *art.* 5. & *latè disputant For* ... *in d. l.* 4. *de just. & jur. Covarr. in d. c. peccat. part.* 2. §. 11 *n.* 5. *vers. secundo loco.* Jure autem naturali negativo non inducitur aequalitas & libertas aliqua positiva, contra quam servitus pugnet, sed hoc saltem innuitur, non repugnare hominibus, quominus omnes sint aequales, quemadmodum eodem jure omnia dicuntur communia, non positivè, sed negativè, quod ex jure praesenti res sint nullius, & ex consequenti, omnium, qui eas praeoccupant. Iam sicut domi-

suis

... ctio, quam contra naturalem re... om omnium communionem induxit jus gentium. l. 5. de Iust. & Iur. non arguitur propterea, quasi violenta aut contra naturam inducta: ita nec argui potest servitus, quæ contra idem jus naturale negativum per jus gentium robur assumsit, nisi fortè convellat dignitatem hominis positivam. l. 5. just. ... inst. de ad. edict. Quin enim tum violenta evadat & contra naturam, dubium non est, *ut dicemus sect. 5.*

24. *Montecatini explicatio videtur.* Constat igitur ICtos non satis scitè excusari a Montecat. quasi ad jus gentium tantum respexerint. Nam dum omnem servitutem iniquam naturæ faciunt, certè naturam attenderunt, & Iustin. *d. Nov.* 89. per manumissionem dicit libertum redire ad statum naturalem. Ac licet jus naturæ non attendissent an propterea excusati essent? cum non id quæratur, quid consideraverint, sed quid considerare, salva veritate debuerint. Nec enim naturalem omnem servitu-

25. *Servitus naturalis è Resp. non est tollenda.* tem uno stylo perfodere debuissent, si eam considerare noluissent. Prima igitur servitus prodit ex instinctu naturæ, *Sepulved. Cas. Giphan. Victor. Pacius, in* 1. *Pol. c.* 3. *Montec. ibid. in schol. c.* 10. *Piccol. gr.* 10. *Moral. c.* 6 *Goclen. q* 73. *Eth. Domin. à Sot. de just. & jur. lib.* 4. *q.* 2. *art.* 2. *Connan.* 2. *commment. jur. civil. c.* 1. *n.* 4. & 5. *Bodin.* 1. *de Rep. c* 5. quam, qui naturam ducem sibi sequi imperarunt, è Republ. dimittere non debent. Nam, quia Resp. è natura eruitur, nulli fundamento tutius superstruitur, quā quod natura ipsa jecit. Accedit, quod cum aliæ servitutes semper includant aliquid iniquum, soli huic summam justitiæ laudem attribuit Arist. 7. *Polit. c.* 3. Iustitia enim est constans voluntas suum cuiq; tribuendi. Id autem a natura cuique debetur, quod naturæ cuiusq; convenit. Dominium verò libertas non convenit iis, quos ad serviendum natura generavit, & proinde iniquè iis attribuitur. Quod si matrem æqui & boni, publicam utilitatem legislator potest hæc contueri velit, an quicquam utilius hac servitute, & incompetente libertate detrimentosius introduci à primis Christianis potuit, dum promiscuo favore, vindicias secundum libertatem in universum orbem Rom: proclamarunt. Pro ergastulis enim privatis publica coacti fuerunt excitare Nosocomia, ne recens manumissi per vicos & compita, Epidemicâ fame emorerentur. Nam, qui sibi de victu prospicere sua industria non possunt, quid ex libertate sperare habeat, præter famem & inediam? Quid prodesse queunt publico, nisi, ut postquam ad liberum matrimonium accessunt, & globum miserorum parentibusq; similium liberorum post se trahunt, inutilibus fucis onerent civitatem, qui nihil nisi

numerus sint & fruges consumere nati.

De Servis ex jure divino.

SECT. 4.

1. *Servitutem non esse contrariam sacris literis.*
2. *Servum fugientem & ex servitute sese eripientem, peccare mortaliter.*
3. *Quæ sit illa servitus, quam ex sacris literis deducant.*
4. *Servitutem esse pœnam peccati.*
5. *Quare politicus ex jure divino peculiare genus servitutis non deducat.*

A Natura pergimus ad jus divinum, ut inquiramus, an ex eo peculiaris ordo servorum deducatur, deducatur, quemadmodum tradunt Hier: Cagnol: *in l. quod attinet. n.* 3. *de R.I.* Vasq: *l.* 1. *controv. illustr. c.* 9. *n.* 2. Montecat: 1. *Pol. tex.* 56. Nam quod

1. *Servitus non est contraria sacris literis.* servitus divinis sanctionibus contraria credita fuit, non tantum ex legibus veteris testamenti, sed & præceptis novi falsum apparet. Sic enim D. Paulus admonet Corinth: *Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea maneat: Servus capiens illicitam libertatem, si qua tamen offeratur, ne detrectes. Quicunque servus vocatus est in Domino, eidem liber est. & quicunque liber, servus est Christi. Vnusquisq; denique in qua vocatione vocatus, in ea maneat apud Deum.* 1. *Corin.* 7. Timotheum verò jubet ita docere & admonere, 1. *Tim.* 6. *in pr. Vt servi, qui sint sub jugo, Dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Dei & doctrina malè propter ipsorum iniquā pertinaciā audiat: Qui verò fidelibus servians Dominis, ne eos contemnant, sub prætextu, quasi sint fratres sed multò subjectiùs se gerant, quia fideles sunt, & amati & beneficiorū participes.*

Idem inculcat *ad Epist. c.6.* & Petr. 1. *Epist. c.* 2, & utrobique rationem adjiciunt, *propter conscientiam*, quia Deus vult, ut servitia dominis præstentur sincere & ex animo. Vnde & gl. *in c. jus gentiũ. verb. servitutes. in fin. dist.* 1. fugitivum servum dicit peccare mortaliter, *per c. si quis servum. 17. q. 4. Fortun. in d. l. 4. col. 4. de just. & jur. Covarr. d. §. 11. n. 3. in fi.* quia cum sit in possessione Domini, *l. 3. §. si servus. 10. §. Nerva filius. 13. de acq. posse. l. apud antiquos 21, vers. tunc autem. C. de serv. fugit*: furtum sui faceret & damnum familiæ Domini inferret, *l. 1. C. de serv. fugit.* quod eò foret gravius, quò minus servitus Domino damnosa esse debet, *d. l. 1.* & servus magis obligatur Domini rebus fideliter administrandis *ad Eph. 6. 1. Petr. c. 2. 1. Timoth. 6. in pr.*

2. *Servus fugiens peccat mortaliter.*

3. *Quæ servitus derivetur ex divinis literis.*

Ex lege veteri concessa erat servitus inter Iudæos voluntaria, quæ quia pendet ex jure & titulo civili, inter titulos civiles explicanda erit. Ex peculiari vero jure divino derivant August. & Ambros. originem servitutis, quando eam à Deo impositam pœnam peccatis scribunt, cum ante diluvium in naturali æqualitate omnes viverent. Sic enim de hac re August. *lib. 19. de C. D. c. 15. Imperant, qui consulunt, sicut vir uxori, parentes filiis, domini servis: Rationalem factum ad imaginem suam noluit Deus, nisi irrationalibus dominari, non autem hominem homini. Vnde primi justi pastores pecorum magis, quam hominum reges constituti, ut sic insinuaret Deus, quid postularet creaturarum ordo, & quid exigat meritum peccatorum. Conditio quippe servitutis jure intelligitur imposita peccatori. Proinde nusquam scripturarum legimus servum, priusquam hoc vocabulo Noah justus peccatum filii vindicaret. Itaq; istud culpa meruit non natura.* Et paulò post. *Nullus autem natura, in qua prius Deus hominem condidit, servus est hominis aut peccati, verum pœnalis servitus ea lege ordinatur, qua naturalem ordinem conservari jubet, perturbari vetat: quia si contrà eam legem non esset factum, nihil esset pœnali servitute coercendum.* Ambrosius verò *in serm. de jejun.* ab eodem quidem principio, sed nõ ex eodem peccato auspicatur servitutem, dum ait: *Manebat, antequam vinum inveniretur omnibus inconcussa libertas: nemo sciebat a consorte naturæ suæ obsequia servitutis exigere. Non esset hodie servitus, si ebrietas non fuisset. c. Sexto die. vers. manebat. dist. 35.* Ambrosius igitur ebrietatem Noah, Augustinus contemtum Chami, utrq; magnum peccatum divina destinatione à Deo per servitutem punitum fuisse asserit, adeoq; ex peccato natam servitutem contendit, quod absit quisquam neget, cum bella ipsa, quæ servitutes Chami posteritati induxerunt, ut pœnæ peccati à Dei justa ira immittantur. Cæterum, quia hæc causa plerunq; latet mortalem aut incuriam, aut cæcitatem, quamvis sit justissima omnium, præsertim dum servitus infligitur ab eo, qui contra jus naturæ imperare potest, ut major serviat minori, *Gen. 25. & 28.* quod principi quantumvis latè dominanti non licet, tum etiam, quia per manifestas causas occulta sua consilia plerumque in actum deducit Deus, mediatam Dei dispositionem leges humanæ non tam attendunt, quam in omnibus actibus præsupponunt. Nam Chami posteritas damnata erat in servitium fratrum *Gen. c. 9.* Esaui progenies subjiciebatur Iacobo, priusquam ex utero enitebantur, *Gen. c. 25.* quod præsagium mirabili errore perficiebatur cum Isaac, omnes fratres in Iacobi servitutem damnaret, *Gen. c. 26.* Sed bello tamen & armis, opus erat, ut Canaanitæ & gentes ex stirpe Esaui longè lateq; propagatæ in servitutem à præsumta libertate vindicarentur. Nec sine nutu divino fieri putandum est, quod quidam nascantur adeò abjecti & servilis animi, ut sine aliena ope sustentandæ familiæ non sufficiant. Sed nos hoc loco proximas causas contuemur, & ex dispositione earum conjecturam capimus de voluntate divina, quam omnibus causis legitimis consentientem præsupponimus.

De servitute juris gentium.

1. *Præcipuam servitutem dependere ex jure gentium.*
2. *Vtrum jus gentium possit extinguere jus naturæ.*
3. *Refutantur, qui putant, jus natu[r]æ ex parte tolli posse.*

4. *Jus naturale esse immutabile, sed opiniones hominum circa illud mutari.*
5. *Duplex jus naturæ primævum & secundarium.*
6. *Quorum alterum non corrigit alterum.*
7. *Distinctio illa juris naturæ rejicitur.*
8. *Qui fiat, quod ipsum jus naturæ interdum mutetur.*
9. *Covarr. distinguit jus naturæ in negativum & positivum.*
10. *Sed non rectè accommodat distinctionem ad propositum.*
11. *Proponitur alia quorundam excusatio.*
12. *Et breviter rejicitur.*
13. *Cur servi dicantur mancipia.*
14. *Quosdam servitutem juris gentium prorsus condemnare.*
15. *Quatenus illa defendi possit.*
16. *Multitudini peccanti regulariter parcendum esse.*
17. *Non esse æquandos pœnâ, quos non æquat delictum.*
18. *Plerosq; in bellũ pertrahi sine sua culpa.*
19. *Moderandam vindictam, quando corripiat nocentes cum innocentibus.*
20. *Non debere rapi ad pœnam totum exercitum, & quibus de causis.*
21. *Post victoriam sævire, crudele est.*
22. *Pejus est servare in servitutem perpetuam, quam occidere.*
23. *Non servantur servi in sua, sed Dominorum commoda.*
24. *Gravius esse trahere animam in perpetuo metu, quam uno momento cadere.*
25. *Servitus aufert cum libertate animum.*
26. *Libertas res est inæstimabilis.*
27. *Servitutem duriorem esse morte.*

1. *Præcipua Servitus prodiit ex jure gentium.* PRæcipuum caput, ex quo ICti accersunt originem servitutis, dependet à jure gentium, *l. 4. & 5. de just. & jur. l. 4 & 5. de stat. hom. §. Servi autem, Inst. de jur. perso. in pr Inst. de ingen. Chrysost. orat. 15. de servit. August. c. 19. de civ. Dei c. 16. Basil. de Spir. S. c. 20. Macrob. Sat. c. 11.* ideoq; de eo diligentius tractandum, & videndum primò, Vtrum
2. *Hoc jure extinguit nequit immutura: Imo* jus gentium tanti sit ponderis, ut potuerit juri naturæ derogare, de qua re variè disputant ICti. *ad d. l. 4. de just. & ad §. Naturalia. Inst. de jur. nat. & gent.* dum præsupponunt, homines natura liberos esse & proinde omnem servitutem vim facere naturæ Glossa *in d. l. 4. de just. & jur. Alciat. 5. Cons. 39. Donell. lib. 1. comm. jur. cap. 11.* concedit, jus naturale tolli posse ex parte, licet totum tolli sit impossibile, quæ glossa multis non placet, quia de parte judicandum, ut de toto, cum eadem sit de parte ratio, quæ de toto. Tam enim à Deo naturæ implãtata est pars, quam totum, tam contra jus & honestum agit, qui particulam justi & honesti supprimit, quam qui totum. Vnde Iustin. *in §. sed naturalia. Instit. de just. & jur.* non de toto jure naturali, sed distributive de juribus quibuscunque naturalibus affirmat, quod semper firma sint atq; immutabilia. Nam si particula quævis, sive jus quodvis in particulari possit tolli, per jus gentium introduci posset, ut indicta causa occidere impunè innocentem liceret, utque fas esset lattocinari, furari, aliisve illicitis rebus & à natura prohibitis operam date, quod esset absurdum. Aristot. verò *1. Eth. cap. 7.* paulò exactius nodum de immutabilitate juris physici solvẽs, distinguit primum inter juris ipsius naturam, & hominum opiniones. Ipsum quidem jus nunquam degenerat in injustum, nec in sui natura ullo modo mutatur: sed tamen hominum, qui jus arripiunt, & in actum deducunt, opiniones variantur, quemadmodũ in scientiis, quarum apud omnes gentes eadem veritas est, eadem certitudo, infinitas subnasci sectas & errores videmus, qui non magis imputari possunt scientiarum principiis, quam iniquæ hominum opiniones principiis juris naturæ. Sed tum inquis vincit opinio veritatem, error naturam? Ita nimirum quotidiè fieri videmus: nec tamen error induit naturam juris, nec falsa opinio veritatis. Hic autem quæritur, utrum jus naturæ jure tolli queat, quod fieri posse negamus. Nam à præconceptis gentium erroribus expugnatur quidem, sed vi, non jure. Cõtra jus enim nulla justa causa excogitari potest, qua tollatur, licet ex causa declinari queat, si scil. sub jus naturæ, factum, de quo agitur, non cadere evincamus. Ex quo sequeretur servitutem, si introducta fuerit cõtra naturam, utut multis gentibus justa visa fuerit, per multitudinem errantium tamen ab extrema injuria excusari non posse.

3. *Ne pars quidem juris naturæ tolli potest.*

4. *Jus ipsum nõ mutatur, sed error hominum.*

5. *Duplex naturæ ius.* Vnde Bartol. *in l.4. & 5. de just. & jur.* quem *sequitur Cujac. ibid. in recitat. Alber. Gent. 3. de jur. bell. cap.* 9. duplex jus naturale constituit, primævum, quod natura omnia animalia, & secundævum, quod omnes homines docuit. Ex his posterius posse derogare priori statuit, & ea ratione putat, nodum difficultatis solvi, dum jus naturale non per humanam legem, sed per aliud jus naturale corrigitur.

6. *Reiicitur.* Sed nec ea distinctio satisfacit, quia cum hæc duo jura naturalia sint subordinata, superius non potest corrigi aut abrogari per inferius. Deinde si jus primævum justè corrigitur, oportet sua natura extitisse iniquum: si injustè, oportet in

7. justum esse, quod corrigit. Quin etiam juris primævi & secundævi distinctionem pletique ut fictitiam & supervacaneam rejiciũt. *Fortun. in dict. l.4. de just. & jur. Covar. d. §.11. num. . Corras. libr. 6. Miscell. cap. ult. Bronchorst. Cent.1. enantr. assertat.*1. qui verò acceptant, servitutem & bella referunt non ad jus secundævum naturale, sed ad jus gentium secundarium, quod ab utroque naturali distinctum est. *Ar. Pinell. in rubr. part.* 1. *num.*11. *& seqq. C. de rescind. vend. Duar. c.*5. *de just. & jur. VVesenb in parat. n.*15. *ff. Eod. Revard. 1. Var. 1 circ. fin.* Id verò cum extractum sit discursu humano, juris principia innata eradere & expungere non potest. Quanquam si verum fateri velimus, non aliud jus naturale poni aut defendi potest, quam quod ex principiis naturalibus fluit.

8. *Quomodo ius naturæ mutetur.* Principia hæc, cum eadem sint apud omnes gentes, nisi erroribus obfuscentur, eadem jura pariunt. Accidit nihilominus, ut licet dextra pars naturâ fortior sit & principium motui præbeat, ita demutetur inclinatio naturalis, quò sinistra palmam præripiat dextræ. Quod quando fit, prava consuetudo superat naturam, sicut opiniones præconceptæ delent naturæ nota principia, ex quibus jus debebat elici. Deletis verò aut depravatis principiis quicquid inde extruitur, falsũ evadit, aut corruptum licet verum & sincerum videatur iis, qui per errores de eo judicant. Nam quicquid recipitur per infectũ colore oculum, colorem, dum recipitur, mutat, & pleræque gentes de jure judicant, non secundum quod consentit principiis naturæ, sed præconceptis erroribus.

Quia verò servitus ex naturali & non erronea ratione introducta putatur, quæ huc usque de juris naturalis abolitione disputavimus, huc accommodari non possunt, ideoq; Covarr *ex Thom. 1.2. q.94. art.5.* aliam affert distinctionem juris naturalis, in negativum & positivum, eamq dicit placere Præpos. *in c. jus gentium, n.9. dist.*1. Azpilcuet. *in c. Ita quorundam gl. pen. de Iudæis.* ex qua efficit, cum libertas privativè competat omnibus hominibus, quod tolli a positivo jure facilè potuerit. *d. § 11 num. 3. vers. Secundo loco.* Sed hanc conciliationem non recipiunt verba legum; quia si libertas privativa tantum tollitur per servitutem, non magis dicenda est contra naturam, quam distinctio dominiorum. *l. 5. de just. & jur. l. 1. in fin. l. 3 in prin. de adquir. rer. dom.* Deinde etiamsi verum sit, libertatem non competere hominum generi jure naturali aliter, quam privativè, tamen quando de servitute ex bello agitur, non attendimus jus illud privativu, sed libertatem & dignitatem positivam, quã quisque actu acquisivit, & inducta servitute injustè perdit. Nam dum Hecuba, Diis genita, dum Crœsus, qui se à Diis datum servum Cyro post victoriam confitebatur *Herod. libr.* 1. dum Darii mater, dum Diogenes & Plato ipse, *ut ait Sen. Epist.*43. *Macrob.* 1. *Sat. c.*11. servire cogitur, non tantum injuria fit naturæ tantorum animorum, quibus libertas, imperii communio, natura debebatur; sed detrahitur quoque actualis & positiva libertas, in cujus quasi possessionem, à natura concessam & monstratam, optimo jure se jam diu asseruerant & defenderant. Contra jus verò naturale positivum nõ licere juri gentium lascivire, rectè præsupposuit Covarruv. Annon & consensum positivum, quẽ ad nuptias exigit lex naturæ, *l Titia.* 13 *de verb oblig. l. nec filium. C. de nupt.* extinguit servitus, adeoque non prohibet se prorsus a jure naturæ positivo?

Itaque tandem per viam, quam jus divinum monstrat, dilabi cogitat, eidemque insistit Fortun. *in d. l.4. de just. & jur.* nec non Driedo: *de libert. Christ. libr.* 1. Sicut enim contra naturam non peccat magistratus, licet naturæ vim inferat, dum fontes pu-

na

ita nec, dum in servitutem adducit, quos pro[...] ter de[...]ctum occidere poterat. Sic enim [...] tutem primam vel imprecatur, vel mi[...]n atur [...]lio Chamo, Noah, *Genes. c. 9.* ut po[...]st[...] lueret, quod peccatum erat à paren[...]te. Et bene non alia ratione melius excusatur, quæ ex captivitate defluxit, servitus, quæ quod loco pœnæ injungatur iniquum be[...]um vel moventibus, vel adjuvantibus, adeoq; naturam destituat per naturalem ta[...]tionem, quod ex pœnarũ irrogatione quotidie fieri videmus, & asseritur conceptis verbis a Tryphonino. *in l. bona fides. 31. in pr. Deposi. vel contra.* Annon naturæ consentit educatio liberorum, *d. l. 1. §. jus natural. de just. & jur. & l. 5. de agnosc. & al. lib.* & tamen degeneres licet patri abdicare. *l. ubi. C. de al. nd. lib.* quia desierunt propter ingratitudinem, liberorum loco censeri. Ita nec

12. liberis hominibus amplius accensendi sunt, qui peccato libertatem perdiderunt, sicut nec privilegiis civium gaudebant, quibus Du[...]ri perduellionem judicarant. Verũ secundum hanc explicationem jus gentium n[...] adversatur iterum naturali juri, [...] ait Lucanus *in Abdic.* [...], sed li[...]itationem aliquam aut exceptionem pe[...]sonarum addit. Ius enim naturæ, quod omnes homines liberos proclamat, coar[...]ctat ad eos, qui debitam à natura libertatem ma[...] non perdiderunt, itaque nullam juris naturæ partem tollit sed vetat tantum ejus privilegium extēdi ad indignos, & eos, quos propter naturalem rationem, cui jus ge[...]ium [...], cōplecti nullo modo potuit. A[...]que ha[...]cnus, quatenus scilicet servituti factiorosos & morte dignos homines subjicit jus gentium, nulla laborat iniquitate, nec jure accusatur, *ut ait Aristot. 1. Pol. cap 4.* [...], aut tanquam adversum naturæ. Cæterum, quia intra suppli[...] te[...]minos se non continet, & extra metas ni[...]s licenter vagatur, per omnes articulos curiosius considerandum est, utrum ser-

13. vitus jure belli, quo omnia, quæ possederunt v[...]adjudicantur victoribus, introducta, u[...] [...] ratione suffulciri queat & sub [...]. Vt autem ex jure gentium duos ser[...]vorum ordines deducit Marcianus, *leg. 5. §. 1. de stat. hom.* bello scil. captos, & ex ancillis natos: ita de utrisque agemus separatim, & de captis primo loco, cum inde servos à servando suprà dictos meminerimus, eosdemque mancipia vocet Florentin. *dict. leg. 4. de stat. hom.* quod ab hostibus manu capiantur. *§. Servi autem. instit. de jur. pers.* Antiquitus enim res mancipi dicebatur: quę alteri mancipari & à Domino suo abalienata, tradi posset. *Cicer. in Topic.* Valla mancipium dici vult à manu, seu potestate, in qua est, *libr. 5. Etymol. cap. 14.* Sed Donat. *in Adelph. Terēt. act. 1. sc. 1.* sequitur Etymologiam Florentini, quæ & Iustiniano visa fuit verisimilior.

14. Sunt igitur, qui constitutam jure gentium servitutem prorsus condemnant. *Scot. 4. sent. dist. 36. q. 1. Bass. ibid. quæst. un. art. 3. Montecat. in 1. Polit. super tex. 64. Bodin. de Republ. c.* quia adversatur naturæ, & eo nomine odiosa meritò censenda, quia jus belli strictum prope abest à violentia & injuria, denique quia vindicta post victoriam, gloriam perdit & sævitiæ nomine ab omnibus meritò condemnatur. Ego, etsi jus strictum sæpe abire videam in injuriam, idque in jure belli, eò facilius fieri concedam, quò propius ad vim accedit, tamen si servitus intra limites contineatur, sine injuria eam in Rebuspubl. retineri posse puto, dummodo liberetur ab inhumanitate illa, quâ jam diu

15. laboravit. Dictum enim est paulò ante, servitutem non alia ratione defendi posse, quā si per eam cogeret princeps hostes suos punire, quos jure potuisset interficere. Alias enim, quocunque te vertas, teneberis eo argumento, quod juri naturali positivo, nullā lege nullive consuetudini quicquam liceat detrahere. Pœna verò tantum tenere debet autores suos, *leg. sancimus 21. Cod. de pœn. l. crimen. 26 ff. Eod. Deut 24. Ezech. 18 2. Reg. 14. 2. Paralip. 25.* & tum demum justè inflicta censetur, si ipsa ad paucos, metus pervenerit ad omnes. *Cic. pro Cluent. c. animadversiones distinct. 44.* Quicquid ultra est, ad crudelitatem pertinet. Regulariter enim mitius

16. agendum esse cū multitudine, si quā calore aliquo aut cum impetu exorbitaverit, iā Canonica, quam civilia jura tradunt, *d. c. confessiones, dist. 44. & ut cōstitueretur. dist. 50. c.*

Margin notes: *12. Regulas.* *13. [...] dicun[...] mancipia.* *14. Servitutem jure gentium quinam prorsus condemnent.* *15. Quatenus sit tolerabilis.* *16. Multitudinis peccatis connivendum.*

ordina-

ordinationes. 9. *q*. 1, *c.ipsa pietas. c. non potest*.23.*q*.4.*c.ult.de transact.c.latores,de Cler.excom.c.dilectus. de Simon.* non tantum ad vitandum scandalum, *l pen.ad l.Corn. de sicar.ut volunt gloss.in d.c.comessation. verb. detrahendum est, sed ut altera gl. in c. denique verb. venia, dist*.4. propter ipsam multitudinem. *Ubi enim per graves dissensionum scissuras, non hujus aut illius hominis periculum, sed populorum plurimorum strages jacet, detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus sanandis malis charitas sincera subveniat. August. in d.c. ut constituerentur in fin. & alibi, libr.2. adver. Epist. Parmen. Cum contagio peccandi multitudinem invaserit, divina disciplina severa misericordia necessaria est. Nam consilia separationis & inania sunt & perniciosa atq; sacrilega, quia impia & superba sunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigant animosos malos. c.non potest*.23.*q*.4. Cum *ob unius culpam quadringentorum hominum & quidem innocētium vita peteretur, plebs Rom.* ait Tacit.14. *Ann. vehementer commoveri visa est.* quoniam innata quadam miseratione dolemus, si unum delictum multis perniciosum videamus, & tacito judicio multitudinem à graviori pœna absolvimus. *Ubi totus desævit exercitus, necessaria venia est*, ait Sen *lib*.2. *de Ira*, ut latè ex causis suis diductum fuit *in tractat. de pœnis temp.* & à Clar. *in pract.crim.§.fin.q*.60. Farinac.*q*.96, *crimen*. Tiraq.*caus*.47. *de pœn. temp* Cum igitur per se duri hominis, vel potius vix hominis esse censeat Cicero periculum capitis

17. *Non sunt æquandi pœna, quos non æquat peccatum.*

inferre multis, *lib*.2.*off*. multò durioris erit, æquali supplicio constringere, eos, qui inæqualiter peccarunt. Pompejo Aimeræorum civitatem pessundare cupiente, Sthenis injustè ipsum facturum duxit, si sonte omisso, insontes sine discrimine perditum eat: Interrogante autem Pompejo, quem nam præ cæteris sontem sciret, seipsum obtulit. *Nam ego, inquit, amicos persuadendo, adversarios vi ad id, quod factum est, faciendum adegi. Plut. in Pomp.*

Me me adsum, qui feci, in me converti te ferrum.

18. *Iam pleriq; in bellum nō suâ sponte*

Miles enim, quos plerunque & certior & durior manet servitus, ad arma induenda partim inviti, ut de Segeste scribit Tacit. 1. *Ann. consensu gentis in bellum tractus*, partim falsa spe & prætextu juris inducuntur: causam certè belli, justa sit nec ne, nec inquirere possunt, nec debent, & proinde in meliori fide sunt, quam qui injuriam faciūt. *Omnes*, ait Cicer. *qui ad illa arma sc. Pompejana, fato sumus nescio quo Respubl. misero funestoque compulsi, etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberi sumus. pro Ligar.* Multitudo enim cœco impetu ruit, & consilii expers, autorem suum sequitur. Athenienses ob defectionem Mytilenæorum non integram civitatem in servitutem aut capitis damnarunt, sed supplicium illic terminarunt, ubi constiterat culpa. *Thucyd. lib.* 3. Nam, qui parere necesse habet, per jussum superioris excusatur, *l. is qui puteum*. 11, *§ An ignoscitur*.7. *Quod vi.l.non videntur §.* 1.*l.is damnum*.169. *de R.I.* & qui bona fide ignorat se peccare, extremo supplicio non est coërcendus, quia caret dolo. Quin & eo arctari convenit vindictam, quantum potest, quando odiosa est, & satius est nocentem dimitti, quam insontem puniri. Præsumitur verò utplurimum de innocentia subditorum, si severo obtemperent principi, aut de probabili ignorantia militum, quia in cognitionem causæ, quæ soli Imperatori nota est, penetrare non potuerunt: & quando crimen unius pœna pervagatura est totam nationem, proculdubio tam scandalosa, quam odiosa futura est, cujus utriusq; causa mitigari debet. Accedit quod causa & eventus belli sæpe discrepent, & multi cadant sub justo clypeo: *sceleratiq; exercitus*, ut ait Isocr. *in Panath. sæpe vincunt. Videmus multos florere & indulgentia fortunæ abuti, quib. nulla potest satis mala invenire fortuna. Sen. de ira c*.16. An tu igitur cum Romanis, si illi id rectè exprobrat Sapor Rex Persarum, *nullo discrimine virtutis & doli, prosperis omnibus bellorum eventibus te efferes, Marcell. libr*.17. & justitia causæ te superasse putabis, quem superasti fortunâ? Quod si jam puniendus non est, de cujus injusto facto non constat, qua conscientia omnibus victis

Una salus datur hæc: nullam sperare salutem?

Aequum sane est, ut de aliis ex nostro ingenio &

...nio & votis judicemus, & id juris statuamus ...quo ipsi uti, si fors ferat, alios erga ... velimus, id quod foribus omnibus in scribi voluit Alexander Imperat. *Lamprid. in Alexan.* *Injusti Iudices sumus*, ait Salv. 4. *de provid. Dei, dum homunculos nos flagellari à Deo ægre ferimus, licet quotidie idem judicium erga nostra conditionis homines exerceamus*, & L. v. *libr.* 26. *Qui passos esse, quæ fecerunt, indignantur?* Quis verò nostrum est, per fortunæ injuriam in iniquum locum detrusus, qui non putet se commiseratione potius dignum esse, quam supplicio? Quod igitur tibi fieri non vis, aliis ne feceris, & ne manus tibi cum Adonibeseco amputentur, noli eas amputare aliis. *Iudic. c.* 1. Nam *qui misericors non est, ei judicium fiet sine misericordia. Matth.* 18. *& qua mensura quis metitur, remetientur illi adversarii.* Quam cito enim vertitur rota, & victorem eò depellit, quò is victo superbè illuserat.

Ῥεῖα γὰρ βριάει, ῥεῖα δὲ βριάοντα χαλέπτει.

Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει καὶ ἄδηλον ἀέξει Ζεύς,

& c. Hesiod. in pr. oper. Tantundem fortunæ in Dominum licet, quantum licuit in servum. Tam tu illum videre liberum potes, quam ille te servum. Macrob. 1. *Sat. c.* 11. Denique ne cætera, quæ contra superbam victorum vindictam *in ult. cap. de bell.* afferimus, præter propositum hìc ingeramus, id unicum saltem adjicimus, quod si servitus successit in locum licitæ cædis, non debeat longius extendi, quam cædes ipsa. Iniquum autem est jacentem hostem ferire, & gladium ostentare illi, qui à gladio devenit ad preces.

21. *Neque post victoriam sæviendum.*

Pugna suum finem, cum jacet hostis habet.

Maximilian Imp in der Reuter bestall. *art.* ... edicto sancit, ut parcatur iis, qui cum armis non offenduntur, & Camillus in direptione Vejorum edixerat: *Ut ab inermi abstineretur. Liv. lib.* 5. Cæsarem quippe hoc nomine insectatur Salust. *in orat. de ord. Rep.* quod *Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in prælio, belli jure sed ... ea supplices per summum scelus interfecisset, & plebem Rom. in villa publica pecoris modo conscidisset.* Pyrrhi è contrario magnanima vox à Cic. prædicatur: *ex Ennio*

Quorum virtuti belli fortuna pepercit,

Eorundem libertati me parcere certũ est.

Nec humanitatem suam acerbi victores ex eo deprædicare possunt, quod per servitutem morte eripiant post aliquod intervallũ cum gratia redimendos, *Domin. à Sot. de just. & jur. libr.* 4. *q.* 2. *art.* 2. *Vasq.* 1. *controv. c.* 9. *num.* 4. quemadmodum inde servos primitus dictos ICti testantur, *dict. l.* 4. *de stat. hom. l. pupillus.* 239. *§. Servorum. de R. I. §. Servi. Inst. de jur. pers.* & ille apud Virgiliũ, magni beneficii loco, precatur, 9. *Aeneid.*

Per patrios Manes, per spem surgentis Iuli, 22. *Prius est servare in servitutem, quã occidere.*

Te precor hanc animam serves natoque patrique.

Inimicis talem humanitatem, cujus specie olim Thraces mactabant parentes, hac pietate à languore senili & putredine incurabili eos præservaturi, ut rectè ait Bodin. 1. *de Rep. c.* 5. *Iohan. Thworocz in Chron. Vngar. lib.* 1. *c.* 7. *ex Pompon. Mela.* Nec enim sui, sed victoris gratia servari ut plurimum solent, ut unus præ omnibus testatur Horatius *in Epist. ad Quinct.*

Vendere cum possis captivum, occidere noli,

Serviet utiliter, sen pascat durus, aretque

Naviget, ac mediis hiemet mercator in undis,

Annonæ prosit, portet frumenta penusq;.

Et Cic. clementiam hanc ita describit: *Qui triumphaturi diutius vivos hostium duces servant, ut sic per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculum fructumq; victoriæ populus Rom. percipere posset: tamen cum de foro in Capitolium currum flectere incipiũt, illos duci in carcerem jubent, idemq; dies & victoribus imperij & vitæ finem victis facit. Cicer.* 5. *Verrin.* Augustus Cleopatram jussit bono esse animo: Nihil sibi eventurum mali, 23. *Non enim in sua sed dominorum cõmoda servantur.* non quod saluti & commodis ejus tantopere consultum vellet, sed *cupiebat*, ait Dion. *eam adducere Romam, ut nobilem Cleopatram & omnium sermone celebratam per triumphum duceret. Idcircò eam benè sperare jubebat, & curam ejus habebat maximã, neq; eam suo privabat famulatu. Xiphil. ex Dion. in Aug.* Eadem intentione, quos humanitate se servare simulabant, ad lasciva & morte longè deteriora servitia abducebant.

Tuta quippe frequensq; via est per amici fallere nomen.

Reservarant Romani Iudæorum post expugnatam Hierosolymam infinita millia, an co nfie, ut reservarentur, & ad libertatem recuperandam spei aliquid reliquû haberent? Id tum demum apparuit, cû miles Romanus in visceribus captivû tantillum auri investigasset: Continuò quippe viginti millia ceciderunt, quod crederentur aurum in viscera occultasse. *Iosephus de bell. Iud.* Lucrum spectat servator, non salutem servati, nec ut humanitatis gloriam sibi paret, parcit, sed ut ex longiori servitute, aut lytro pinguiori plus trahat suorum commodorum. Et hæc ignominia, hæc miseria, hæc perennitas servitutis, annon momentanea & gloriosa morte multò durior? Quid enim interest dum Dominus in servum acquirit jus vitæ & necis, suo unius arbitrio exercendum, hostili manu cadat servus, an berili, nisi quod cum majori dedecore, post longos labores & perpetuum mortis timorē in servitute quis cadat, quam in bello? Cum Herodes latrones obsideret in cavernis montium, extitit inter eos, qui rebus desperatis, septem sua pignora cum uxore præcipitaret, & se super illa daret, præeligens mortem præ servitute, *Ioseph. 14. Antiq. cap. 27.* idemq; dicit: indignam & Tyrannicam visam fuisse vocem Herodis, qua parietum perfossorem jubebat vendi in servitutē extra regnum, cum *intolerabile genus supplicii sit servitus 16. ant. c. 1.* Saguntini cum nullas æquas ab Hannibale impetrare possent conditi nes, aurum argentumq; omne ex publico privatoq; in forum collatum, in ignē ad id raptim factum conjicientem, eodē plerią; semetipsos præcipitaverunt, Liv. *lib. 21.* qui superfuerunt, armati nullum finem pugnæ, quam morientes fecerunt. Viris enim bonis fama carior est vita, *ut ait Paul. ICtus.* Servitus verò cum animo aufert honorem & studium virtutis, pistrinią; sordes non hebetant tantum corpus, sed animum quoq; prægravant unà, & labem ejaculantur usq; in famæ ipsius splendorem Germanos scribit Tacit. *in Agri. cum libertate perdidisse virtutem, & se dedisse ignaviа.* ICti libertatem comparant vitæ, *l. 3. in fin. pr. C. de Lat. lib. toll.* & cum patri antiquo jure liceret filio vitam, [illegible] men libertatem eripere, *l. ult. [illegible] potest.* cujus rationem reddit Anton. [illegible] *illat. 1. c. 2. Iurisp. Pap.* quia vitam, [illegible] derat, auferre poterat pater. Libertas [illegible] tantum à natura est: quasi non & vita a natura detur, aut parentum conditio non [illegible] sa, ut fœtus vel liber nascatur vel servus. [illegible] decunq; autem obveniat libertas, [illegible] bilis res est, *l. libertas, [illegible] l. non [illegible] 176. §. Infinita, de R. I. §. ult. Inst. [illegible] caus. manum.* & nihil cuiquam conferri potest gratius, *l. Paulus, 9. in fin. de fidei c. libert.* itaque summum precium vocatur Terent *in pr. Andr.*

Scis, feci è servo ut esses libertus mihi,
Propterea quod serviebas liberaliter,
Quod habui summum precium persolvi tibi.

Iustinianus *Nov. 78. c. 2. vers. Nam si nulli [illegible]* patri adæquat manumissorem, qui ut [illegible] homo efficitur per servitutem, ita & novus homo generatur per recuperatam libertatem. *l. servus legatus. 27. in fin. de adim. leg. l. qui res. 98. §. aream. &. vers. Nec adm[illegible] est. de solut. & liber.*

24. *Qui lente perit, gravius perit.* Quod si jam servitus durior est morte, at certè est generosis animis, quemadmodum puer Spartanus ab Antigono venditus, cum juberetur Domino matulā porrigere, quod is extremi opprobrii loco habebat, [illegible] so tecto dixit: *Senties, cujusmodi [illegible] feceris,* mox se præcipitem dedit. *Plut. in Apoph. Lacon.* & si non licet cuiquam [illegible] in deteriorem pro arbitrio demutare, [illegible] stat, quod *Invitum qui servat, idem facit occidenti Horat. in art. ad fin.* & [illegible] sæpe occidantur, quam ad mille mortes serventur. Tiberius quos quam crudelissime perire cupiebat, diu non prohibebat mortem prius sentirent quam subirent [illegible] ri modo, qui uno ictu sine sensu [illegible] hostilem procubuissent gladium, id [illegible] gloria, & salvo clypeo, quod Et [illegible] dulciorem efficiebat mortem, cum [illegible] quem perditum putabat, juxta se [illegible] ret, antequam extremùm ocul[illegible] illos cum ignominia dupli[illegible] civili & naturali tan[illegible] crudel[illegible] biliore sæpe manu cadunt & [illegible]

[illegible] e cruciantur, & ex causa ma-
[illegible] meliorem expectare habent ne-
[illegible] mo[illegible] les sunt, ait Sen. decl.
4[illegible] qui [illegible] vivere occidunt, quam
qui [illegible] ntes non sinunt. Et Epist. 78.
[illegible] exempli est, prohibere dominum,
ne mori[illegible] quam occidere.
2[illegible] Coniungitur argumentis praemissis.
[illegible] Quanam servitus ex bello probetur.
[illegible] Bodini & Montecatini.
[illegible] Reiicitur.
[illegible] sit propriè jus gentium.
[illegible] Ex eo [illegible] communi gentium jus nõ inducitur.
4. Furtum esse naturâ turpe.
3[illegible] Ne quidem omnium gentium consensum constituere jus, quod gentium vocatur.
[illegible] Quam pauca ex tam multis gentibus servitia improbarint.
3[illegible] Ius gentium aestimandum à consensu aut [illegible] torum, aut omnium omninò gentium.
38. Servitutem pendere ex jure gentium.
39. Nihil obstante Christianorum opinione.
4[illegible] Qui etiam sontes suppliciis eripiendos putarunt prae misericordia.
41. Alia Bodini objectio rejicitur.
42. E[illegible] quosdam Deos colebant, ne nocerent, quosdam, ut prodessent.
4[illegible] [illegible] non tollebant servitia in universum, sed inter Christianos.
4[illegible] [illegible] olim Graeci inter Graecos, & Turcae ho[illegible] Turcas.
4[illegible] Quid [illegible] cum lege Hebraeorum.
4[illegible] Servitutem inuisit rationi naturali.
4[illegible] Revocatur in examen: Utrum servitus sit deterior morte.
4[illegible] Per accidens esse, ut crudeles victores in captis spectent sua commoda.
4[illegible] Servitutem secundum quid deteriorem, absolute vero tolerabiliorem esse morte.
5[illegible] Quam multos ex servitute aspirare ad summos honores.
[illegible] Libertos apud Imperatores summam rerum [illegible] isse.
[illegible] dari servis fruge reditum ad libertatem.
[illegible] Alia quorundam ICtorum ad rationis naturalis declaration[illegible] responsio.
5[illegible] [illegible] etiam injustis hostibus indul[illegible]
[illegible] posse utrinque justum esse ob probabilem ignorantiam.
56. Et proinde utrinque excusari posse principes: & milites eo magis, quo minus ad causae disceptationem obligantur.
57. In bellis, quae de religione geruntur, nunquam salvam esse utriusque partis conscientiam.
58. Quo jure Turca sibi constituere queant servitia ex Christianis.
59. Alia responsio Montecatini.
60. Quae statim rejicitur distinctione per se, & per accidens.
61. Alia instãtia de dedititiis non occidẽdis.
62. Cui itidem responsio paratur.
63. Bella quaedam pugnantur ad internecionem, quaedam pro gloria, aut ditione, &c.
64. Victis parci, non ex praescripto iustitiae, sed suasu aequitatis & ex misericordia.
65. Hostem in pugna impunè occidi posse, & quomodo, possit post victoriam.
66. An & is occidi, aut in servitutem deduci queat, qui se dedit.
67. Aliud argumentum Mont. solvitur, quo excusat milites, quia plerumque necessitate coacti pugnant.
68. Subditos obligari pro peccato Reipubl.
69. Servitutes defenduntur ex utilitate publica.
70. Milites ob disciplinam ad severiora rapi supplicia.
71. Proponuntur aliae servitutum utilitates, simulque defenduntur.
72. Proponuntur & defenduntur aliae.
73. Utrũ ex servis nati, iure gentiũ, servi fiãt.
74. Lex Hebraeorum de natis in servitute.
75. Quae in re dissentit Iustinian. à Marciano.
76. Servitutem nativitatis videri potius ex iure naturae, quam gentium prodire.
77. Ius naturale coincidere cum iure gentiũ tam in Philosophia, quam apud ICtos.
78. Quatenus calamitas matris non nocet ei, qui in ventre est.
79. Ventrem non capi cum matre, nec cum ea iure rapi in servitutem.
80. Reiicitur exemplum Servij Tullij, & filiae Armenij.
81. Partum non censeri captum cum matre, nec posse capi dum nec animo, nec corpore apprehenditur.
82. Partum pertinere ad fructum ancillae.

83. *Vtrum proles iure naturæ sequatur matrem.*
84. *Naturaliter neminem nasci sine patre.*
85. *Iure civili & illum haberi pro nullo, qui nullibi apparet.*
86. *Patrem semper esse incertum.*
87. *Patrem semper esse incertum & filiationem probari conjecturis.*
88. *Etiam servos habere parentes certos, & proinde sequi sobolem conditionem patris.*
89. *Iure naturæ contubernium esse matrimonium.*
90. *Vt partus sequatur matrem, id ex sola lege civili dependet.*

28. SEd tamen, ut verum fateamur, argumenta hæc nihil efficiunt, nisi quod in inhumanitatem & æquitatem peccent, qui promiscuè detestandæ servitutis capistrum in jiciunt omnibus, quos fortuna in nexum conjecit. Nam si abjecti & perditi homines, qui corpus & vitam stipendio vendunt, in vincula servitutis conjiciantur, si autores bellorum pœna contingat tantum, aut in eos desæviat gladius, qui, si dimitterentur, bellum redintegrarent, & victori victoriam erepturi viderentur, servitutem non tam, quod communi gentium consuetudine introducta sit, quam quod naturali rationi & legi justitiæ consentiat, nulla ratione improbari posse video, quicquid contra hanc Thomæ sententiam *part.3.Sum.quæst.52.art.1.* disputet Montecat. Nam si jus naturæ convellit hæc servitus, & nulla valida ratione probari, vel ab iniquitate extrema excusari potest, qua ratione probatur à sacris literis, *teste August. quæst.67. in Exod. & Roman.consil* 288.*ubi Mandos.* & sub interminatione edicitur servis Christianis, ne Dominis suis se subtrahant propter conscientiam? *ut sect.4.in princ.dixi.* Aut quo errore apud omnes omninò gentes, quasi in unum & eundem stuporem conjuratas, tanto consensu potuere principia naturæ exculpi, ut quocunque verteris oculos, omnia servitutum plena deprehendas? Absit verò ex sola opinione hominum jus gentium extruamus, quo sensu hoc argumentum impugnant Bodin,1.*de Republ.c.5.* Montecat.1. *Polit.schol.text.* 64. dum ostendunt, in multis aliis rebus gentes & nationes communi

29. *Qua ratione servitutis ex bello probetur.*

30. *Objectio Bodini & Montec.*

errore unanimiter peccasse. Nam Arist.[illegible] *Eth.c.7.* qui non aliud jus gentium [illegible] quam φυσικὸν non definit [illegible] ex [illegible] opinione, sed ex eo, quod con[illegible] pius, à natura omnibus hom[illegible] tatis. Et descriptionem con[illegible] *l.1.§.ult.de just. & jur.* tacite co[illegible] stinctius explicat Cajus, *l. omnes populi. ff. Eod.l.1.& l.3. in pr.de acquir. rer. dom.* nec non Iustin. *§.jus autẽ §.sed naturalia. Inst de jur.nat.gent.* dum jus gentium defini[illegible], non *quo gentes humanæ utuntur,* sed *quod ratio naturalis inter omnes homines constituit.* Possunt enim dextra mutari in sinistra, alba in nigra, ut deliravit Anaxagoras, motus in quietem, ut Zeno: sed quam diu ratio naturalis repugnat, nihil ab errore communi agitur. Nam quam multis populis ex rapto vivere jus fuit? Græcos olim ita vixisse commemorat Thucyd. *lib.1.* testimonio Homeri *Odyss.γ. & ι*, Germanos Tacitus, *de moribus Germ. Cæs.de bell.Gall.* Saxones & Frãcos Panægyrici *Maxim. & Constant.* Isauros, Amm.Marc. *lib.14.* Cannibales & vicinos Indos, venatum quotidie exire, & quicquid hominum ceperint torrere & festis dieb. manducare referunt historiæ Indicæ. *M[illegible] es Ess.lib.1.cb* 30. An verò latrocinia, quæ inter modos acquirẽdi annumerat Ar[illegible] *c.5.* propter gentium quarundam, quę honestorum & turpium discrimen feritate exuerunt, à probro naturali vindicamus. An furta vel laudi ducemus, vel jure naturæ licita esse putabimus cum Alciato, *l. probrum ff. Verb.furtum, de V. S.* quia apud Lacedæmonios, *ut ait Tullius, pueris clepere de[illegible]* non ob turpia lucra, ut Gell *lib.11.c.18.* *nec ob sumtum libidini prabendum compa[illegible]dam ve opulẽtiam, sed pro exercitio d[illegible] rei bellica, quod & furandi solert[illegible] & assuetudo acueret obfirmaretq; anim[illegible] adolescẽtium & ad insidiarum astus & ad vigilandi tolerantiam & obrependi [illegible]tem.* Ideoq; puniebantur in furto de[illegible] nõ quod furati essent, sed quod non [illegible] lidè. *Xenoph.li.4.exped.Cyr. & de R[illegible] Laced. Plut.in Lyc. Stob ser.42. Cal.[illegible] tiq.c.1 Alex.ab Alex 6. Genial.dier c.[illegible]* Ægyptiis item fuisse furta licita & im[illegible] ex autoritate Aristonis ICti, tradit [illegible] & apud

apud Persas, qui ex rapto vivebāt, *Cardamium* ... batur, i. e. bellicosi, ut ex Eustathio ... Brechæ *ad. d. l. probrū de V. S.* ... gythis idem, quod sc. furandi licentiam ... sib. parasint, tradit Herod. *in Melpom.* nec nunc Tartari vagi, aut Arabes ... itant. Nec tamen probrum natu-
34. ræ rectè detrahitur furtis, quia furta committuntur, contra naturalem rationem, quæ dominia distinxit, *l. 5. de Iust. & jur.* unde Paulus *l. 1. de furt.* & Iustin. *§. 1. Inst. de oblig. quæ ex delict.* furtum *naturaliter* dicit esse
35. prohibitum, & Quinct. ait. *Is, cui res furto ablata est, à natura habet actionem. declam.* 316. Vlpianus furtum proinde, ut adulterium naturâ turpe vocat, *d. l. probrum. 42. de V. S.* quam sententiam interpunctione sophistica corrumpit Alciatus, qui idem *ibid.* ad jus gentium constituendum requirit præcisè *Omnium gentium consensum.* Secundum illam enim thesin nullum unquam erit jus gentium, quia in omnibus rebus justis & honestis, *dicente Arist. 1. Eth. c. 3.* tanta inest discrepantia, tantus error, ut lege solum non natura constitutæ videantur: unde Cyrenaici putabant μηδὲν εἶναι φύσει δίκαιον, ἢ καλὸν, ἢ αἰσχρὸν ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει *Laert. lib. 2. in Aristipp.* Conjunctio maris & fœminæ, quam nos matrimonium vocamus, descendit ex jure naturæ *l. 1. de just. & jur. §. 1. Inst. de jur. nat. gent.* Nec tamen prohibere potuit naturæ vis, quin multæ gentes unionem & essentiam matrimonii convellentes, pro una uxore plures, quâ matresfamilias, quâ concubinas asciscerent: multæ communes aut in commune ducerent uxores, multæ non dubitarent fratres cum sororibus, matres cum filiis miscere, quarum catalogum, qui velit, legere poterit, *hoc ipso lib. c. 1. sect. 11. de jure connub. c. 3. sect. 3. n. 4. c. 4. sect. 1. & 3.* Et sane, si numerum inire velimus, plures extitere, qui incestum, polygamiam, promi-
36. scuam Venerem probarunt, licet ea omnia jure naturæ & gentium sint prohibita, quam qui detrectarunt servitutem. Esto, Chii mancipia non emerint, *Iustin. lib 17.* Phocensibus & Locrensibus lege lata non licuerit servos & ancillas possidere, *Athen. lib. 6. c.* ... nec incolis insulæ Taprobanis, *Plin. lib. 7 c. 22.* nec Indis, *si Ioh. Boemo credis, lib. 2. de morib. gent.* Quin & tota Græcia, antequam Helotas subegerint Spartani, servos ignoraverit, & prisci loco servorum habuerint pecora, quorum temporum memoriam sibi per Saturnalium licentiam refricare voluerint Romani, Latini, Attici, Cydonii, *Athen. lib. 6. c. 7. Macrob. 1. Saturn. c. 10. & 11. Lucian. in Saturn.* Quid poterunt hi tam pauci numero conficere contra totius mundi præjudicium? Ne interim singula exempla ad calculos revocem, nec ex Arist. *5. Eth.* & Plat. *5. de Rep.* ostendam, Græcos quidem servitutes suæ gentis improbasse, sed Barbarorum in perpetuo usu habuisse, nec contra prima tempora & meliores annos excipiam, quod servi quidem nulli fuerint, quia nec bella, ex quorum injustitia natam justam servitutem supra diximus. Id unicum ad redarguendum Montecarini argumentum sufficit, quod una hirundo non faciat ver, *ut ajunt Gædd. & Forner. ad d. l. 42. de V. S.* nec ad paucarum gentium mores corrigendus est universus mundus, imò nec ad multarum, si communi errore pugnent contra rationem naturalem, & legem Decalogi, ut de furto concludit gl: *in d. l. 42. de V. S.* Nam impunita quidem furta fuisse apud Ægyptios testatur Gell 11. *c. ult.* sed impunitas non delet turpitudinem, & indulgentia quos liberat, notat, nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit, *l. fin. C. de gener. abol. l. generalis. C. de sent. pass. restit. Quamvis pœna remittatur, litura scelere inusta, perpetuò manebit. Cic. 1. de ll.* Ius enim gentium semper manet inviolatum, nec à corruptis moribus, sed immotis principiis dependet. Ideoque quærendum est vel apud cultiores, vel apud omnes gentes. Nam sicut de problematis Topici probabilitate asserit Aristot. *1. Top. c. 9.* Quod vel sapientissimi vel maxima pars mortalium probant, pro ejus veritate fortissimè præsumitur, quia sapientium animus naturæ conformis est & vix videntur principia naturæ apud omnes omninò gentes posse extingui. Galenus ait *com. 2. in libr. de nat. human. Pro lege est, quod omnes homines arbitrantur.* Quod si ad hanc regulam servitutis jus excutias, non dubium est, quin

Margin notes:
34. *Furtum naturâ turpe.*
35. *Omnium gentium consensus non facit jus.*
36. *Quæ gentes servitutem improbarunt.*
37. *Ius gentium æstimandum ex omnibus aut cultioribus gentibus.*

est, quin victrix palmam sit reportaturum, cum & cultissimis populis, & toti orbi terterrarum usu receptum fuerit.

38. *Servitus pendet ex iure gentium.*

Nec refert, quod Christiani secus senserint, servitutisq; maculam, ut ait Iustin: *l. fin. in fin. C. de infant. expos.* ab omnibus promiscuè delere aggressi fuerint. Nam & ij, affectata misericordia eò progressi sunt, ut intercedendum putarent justis facinorosorum quorumcunq; suppliciis, quemadmodum multis argumentis disputat Augustinus, quibus respondet Petrus Mart. *in loc. commun. circ. fin.* nec dubitat gl. *in c. ult.* 14. q. 6. illud Salom: *Prov. 24. Eripe eum, qui ducitur ad mortem*, sic interpretari. quasi jubeamur eripere etiam illos, qui justè ducuntur: Et Cardinalium occursus fortuitus Romæ, ut olim vestalium aut Flaminis Dialis, sontes extrahit supplicio, non quod injustum esset, homines morte multari, sed quod Christianæ religioni eam misericordiam impendendam putarent. Clemens IV. *Cruciferis*, (verba sunt Iohan: de Thvvorcz *lib. 2. Chron. Vngar. c. 89*) *tradidit gratiam singularem, pecuniam largientes ab omnibus criminibus absolvendi, usq; ad continuos quinque annos.* Non enim jure, sed ex charitatis perfectione faciebant, quicquid huius faciebant: non ductu rationis naturalis, sed interpretatione religionis. Charitas vero non tollit rigorem justitiæ, nec religionis perfectio adimit juri gentium. Pietas enim Christiana multa correxit in ipso jure, quæ contra pietatem quidem, sed non contra rationem statuta erant.

39. *Non obstante Christianorum opinione.*

40. *Qui ex misericordia etiam sontes supplicio eripuere.*

41. *Alia Bodini instantia.*

Nec instantia Bodini de immolatione & hostiis humanis ad rem facit. Nam veritas religionis non ex principiis innatis, ut jus gentium, sed ex revelatione divina pendet, Cum verò paucis & quibus æquus voluit Iuppiter, revelata sit, quid mirum, si cæteræ gentes uno impetu abberrarint & superstitioni uni post alteram sese implicuerint? Atqui inquis, ex luce naturæ intelligere potuissent contra naturam esse, ut Deus delectaretur sanguine humano. Quid tum postea? Annon autor naturæ potuit naturæ detrahere, & multa contra naturam vel ipsis Iudæis concessit? Aut cur non multò verisimilius idem opposuit Abraham mandato divino, cum juberetur unicum filium ad rogum ducere? Vt autem hic constanti fide putavit sibi obtemperandum, illi, quum errori alicui obnoxium cogitare nefas, ita superstitio Ethnica, persuasione [illegible] nis dementata, eo sibi sequendum credi[illegible] quò raperetur à falsis oraculis, etiamsi in ignem ire juberetur, in foveam salire cum Curtio, aut in tela ruere cum Codro & Deciis. Adde, quod duo Deorum genera crediderit simplicitas Ethnica, alios, qui noceant, alios, qui benefaciant. *Deos quosdam* ait Gell. *lib. 5. c. 12. ut prodessent, celebrabant, quosdam, ut ne obessent, placabant*, idque historia Indica addit, quæ apud Americanos adeò consueta sacrificia humana fuisse refert, ut legati Regis Mexicani ostensuri Ferrando Cortesio potestatem sui Regis, ultra cætera dixerint, ipsum quotannis quinque hominum millia Diis immolare posse, *Mich. de Mont. es essais lib. 1. cap. 29.* Sed ab iisdem non tantum orari Deum, ne puniat, *ibid.* legimus, sed & sacrificiis mitigari & averti Dæmonem, cui Deus executionem mandavit, ut quam mitissimè mandatum exequatur nec pœnam sua indignatione exacuat. Disertè Porphyr: *in lib. de sacrif.* Dæmonas q[illegible] nidore sacrificiorum delectentur malos vocat, quibus propterea litari dicit, ne noceant. Denique Christiani charitatem suam non extenderunt ultra suæ professionis homines, partim quia nefas putarunt quem Christus redemit, blasphemum Christi, in servitutis vinculis detinere, ut dicitur *in c. 1. de Iudæ. l. 1. C. ne Christian. mancip.* partim ut ad amplectendam religionem Christianam plures prolectarent, quæ causa permovit Ecclesiam, ut impunitatem quoque Iudæis decerneret, si baptisma reciperent, modò non id facerent in fraudem vel simulatè, nec atrocitas delicti obstaret. *c. quicunq; ibi gl. in verb. satisfactu.* [illegible] *q. 1. c. in scripturis in fi. & ibi. gl. in verb. purgatum 8. q. 1. & cætera, quæ affert Archid. in c. in sum. dist. 50.* Quod vero solis Christianis indultum fuit & ex causa, non est ad cuiuscunque conditionis servos, in quibus cessat causa, extendendum. Nam [illegible]

44. Græci, iniquum putabant, si quis eorum apud populares serviret, *Aristot. 5. Eth.* ... Mahometh lege lata suæ religionis homines omnes liberos pronuntiavit, quod ... observare Turcas autor Busq: *Epist.* ... etiam ex barbaris Græci, ex alienæ religionis hominibus Turcæ servitutes sibi constituunt, dummodò a fratribus sibi temperent, quod eò impensius sibi faciendum putarunt Christiani, quò firmiori vinculo inter se connexi sunt, & pretiosiori lytro redemti. Paganis verò & exteris nihil inde nascitur subsidii, quia ratio pietatis & communis religionis in iis nihil operatur. Hebræis licebat quidem suæ gentis servos & ancillas emere, *Exod. 21. Deuter. 15.* sed

45. Et Hebræi. Levit. *cap. 25.* additur: *Non serviat tibi, ... mancipium, sed ut mercenarius aut hospes apud te erit, donec vertente Iubilæo, cum tota familia & bonis ad cognationem suam & libertatem revertatur.* Ratio additur eadem, qua vetabantur ibid: agros & terras abalienare in perpetuum, *quia terra, quam vobis incolendam tradidi, mea est, cui quasi usum fruti, leges imponere volo. Ita & vos servi mei estis, quos ex ÆEgypto eduxi, proinde nolo corpora vestra, ut servorum, venalia esse.* Interim ... *qui servos & servas emere cupias, gentes in circuitu adeas, aut hospites & peregrinos, qui vobiscum habitant, & hinc comparet sibi, quos jure proprietatis in æternum possidere liceat.* Quanquam enim *Exod. 12.* dicatur. Eadem lex erit peregrino & civi, sc: si peregrinus religionem mutaverit, *ut ibid additur* tamen regula constringitur tantum ad jus comedendi paschatis, quod peculiari favore conceditur, & absque calumniatione fuerit, recipit nihilominus exceptionē in iis casibus, in quibus expressa lege peregrinorum conditio facta est deterior, ut hic. *Levit. 25.* Hebræus enim non ... batur, ut mancipium, & libera ... anno, cum tota familia nisi uxorem duxisset iussu Domini & ex ea liberos suscepisset, *Exod. c. 21. Deut. 25.* Peregrini autem servituti illigabantur perpetuo. *Exod. 21. Lev. ...* nec de his, sed illis ... ienda est querela Prophetæ & communi natio, *Ier. 34.* quia expressè adducuntur verba legis: *Ne Iudæus Iudæum servet aut mancipii loco habeat,* & ratio legis non complectitur, nisi *hæreditatem Dei,* cui non vult, ut servilem in modum imperetur, *Levit. 25.*

Constat igitur tam divino, veteris & novi Testamenti juris, quàm omnium probè & naturæ principiis conformatarum gentium legibus, si non omnem, saltem aliquam servitutis speciem receptam fuisse, quàm oportet idcircò naturali rationi consentaneam videri, quum nec omnes gentes præsumuntur ex æquo naturam ejurasse nec jus divinum summam injuriam obtrudet pro lege. Rationem autem naturalem diximus dictitare, ne scelera maneant impunita. Qui verò hostili animo contra Rempublicam veniunt, vitam, quam aliis injustè ereptum eunt, proculdubio perdiderunt. Quod si vitam, multò magis libertatem, contra hanc verò rationem multis argumentis insurgunt, servorum patroni, quibus ordine satisfaciemus. 46. *Servitus innititur naturali rationi.*

Nam, ut concedant vitā in discrimē adducere, qui in militiā nomen profitentur, negant tamen cum vita libertatem, quia deterior est servitus morte. Sed hi primùm non distinguunt inter abusum & usum. Nam quod quidam non studio conservandæ vitæ, sed lucrandi ex operis aut lytro servatorum, victus pascant, aut quod servis ad libidinem & inhonestas operas abutantur, contra legem fit, & rationem, nec in benè constituta Republica admitti debet. Agesilaus subinde jubebat victores cogitare, cum hominibus sibi rem esse, non cum pecudibus. *Plutarch. in comparat. Agid. & Cleom. cum Grac.* Callicratidas sollicitatus à Lysandro quinquaginta talentis, ut ex hostibus aliquē interfici sinat, negavit humanum sanguinem argento prodere. *Plut. in Lac. apophth.* Pyrrhus obtulit captivos Romanis sine pretio. *Plut. in Pyrh.* cuius libertatem simulato consilio imitatus est Hannibal, cum depugnatum esset ad Cannas. *Plut. in Hannib.* Apud Romanos lege Petronia, & SCtis ad eam ... pertinentibus, *l. circumcidere ... §. ult. ... l. Corn. de Si ar.* rescripto item Neronis *Sen. 3. de benef* & Adriani

47. *Considerantur: Verum servitus sit deterior morte.*

48. *Refutatur prima ratio.*

Adriani, *Spart. in Adrian.* multorumque Impp: constitutionibus, de quibus infra videbimus, cautum est innocentiæ servorum, suppressaque crudelitas Dominorum, & potestas omnis circumscripta jure licito. *l. ut jurijur. §. jurare 3. de oper. libert. l. filius 15. de condit. inst. l. generaliter. de verb. oblig. cum sim.*

49. *Et ostenditur servitutem non esse simpliciter morte deteriorem.* Deinde etiamsi servitus secundum quid & hujus vel illius respectu deterior sit morte, dum *cordatis viris*, ut dicebat Arminius, *stat aut libertatem tenere aut mori ante servitium. Tacit. 2. Annal.* tamen absolutè & respectu naturæ carior omnibus est vita, ut docet Aristot. 3. *Pol. c. 4.* & explicatum fuit supra, *c. 1. sect. 4. n. 7.* Nisi enim vita esset melior libertate, *l. capitalium. 28. in pr. de pæn.* mors non esset terribilior servitute. 3. *Eth. c. 6 & 9.* eaque vitæ prærogativa augetur, quia à servitute ad libertatem datur regressus, à privatione ad habitum. seu à morte ad vitam non datur, ut ait Arist. *d. c.* 6. πέρας γὰρ ὁ θάνατος καὶ οὐδὲν ἔτι τῷ τελευτῶντι δοκεῖ, οὔτ' ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν εἶναι.

Noctes atque dies patet atri janua Ditis,
Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras
Hic opus, hic labor est. Virg. 6 Georg.
Soles occidere & redire possunt
Nobis ut semel occidit brevis lux
Nox est perpetua una dormienda.
Catull.

50. *Multi ex servitute aspirant ad summos honores.* Quam multos verò ex asperrima servitute, non tantum in libertatem, sed ad summos honores rediisse scimus, imprimis apud Turcas, apud quos, qui contemtissimi fuerunt, postquam ordini per fidam militiam restituti sunt, summis defungi honoribus conspiciuntur. *Nonne Servius Tullius*, ut Canuleij verbis utar ex Liv: *lib. 4. captiva Corniculana natus, patre nullo, matre serva, ingenio & virtute regnum tenuit?* Quanquam enim servitutis labem Servio detergere nititur Liv. *lib. 1.* tamen, quia ex captiva natus sit, inficiari nequit. *Plin. lib. 26. c. 17.* Lydii non dubitarunt ex plaustrarii fabri officina servum, quem ingenio præstanti noverant, ad regendam Remp: accersere, *Heraclid. in Polit. Cymmens.* & Anaxilaus Messenius, *qui Messanam in Sicilia condidit, Rheginorum Tyrannus, cum pa[...] vos relinqueret liberos, Micitho servo [...] commendasse contentus est. Is tutelam [...] ctè gessit, imperiumque tam clementer [...] nuit, ut Rhegini à servo regi non dedig[...] rentur. Perductis deinde in ætatem puer[...] & bona & imperium tradidit: ipse par[...] viatico sumto profectus est, & Olympia[...] summa tranquillitate consenuit. Ma[...] crob. 1. Sat. c. 11.* Quis summos magistr[...] tus gessit apud Imperatores? libertu[...] qu[...] summo in honore & gratia vixit? liber[...] quis arcanorum omnium conscius, publ[...] privata administravit? libertus. Libert[...] Claudii Narcissus, postquam fatalem bolu[...] deglutierat Imperator, & ipse comes he[...] ab Agrippina daretur, deprehensus fuit p[...] sidere quater millies sestertiûm. eoque an[...] plius, civitatum & regum patronus fuera[...] *ut scribit Xiphil: in Claud. in fi.* At qu[...] ille Narcissus? qui cum tribunal consce[...] deret ad orationem habendam, cujus g[...] tia à Domino missus erat, non ita pride[...] unanimi militum clamore exceptus era[...] *lo Saturnalia*, quod eum diem servi ornat[...] Dominorum celebrent. *Id. ibid.* Nec ve[...] solus Narcissus, tantum potuit apud Cla[...] dium, sed infiniti alii eius farinæ, de qu[...] rum consilio Claudium totum pepen[...] testatur Tacit: 12. *Annal. in princ.* Se[...] *de mort. Claud.* & Sueton: *in Claud. cap.* 2[...] *Posidem quippe Spadonem, Britannico tr[...] umpho inter militares viros hasta pura [...] navit. Nec minus Felicem, quem cohortib[...] & alis, provinciaque Iudaa præposuit trium reginarum maritum. Et Harpocram, [...] lecticà per urbem vehendi, spectaculaque p[...] blicè edendi jus tribuit. Ac super hos Po[...] bium à studiis, qui sæpe inter duos Consul[...] ambulabat. Sed ante omnes Narcissum a[...] Epistolis & Pallantem à rationibus, quos d[...] creto quoque Senatus, non præmiis modo in[...] gentibus, sed & quæstoriis prætoriisque orn[...] mentis ornari libenter passus est. [...] præterea acquirere ac rapere, ut qu[...] rente eo quondam de fisci exiguitate [...] absurdè sit dictum: Abundaturum [...] si à duobus libertis in consortium [...] ciperetur.* De Posydonio hoc add[...] on, quod, cum in ipsum torqueret[...]

Pastores illud histrionis in Theatro pro lusum

Απορεῖτε· ἐστὶ δυστυχοῦς μαστιγίας.

is magno clamore responderit, dictum esse ab eodem Poeta:

Βασιλεῖς ἐγίνοντο, οἱ πρὶν ὄντες αἰπόλοι

De Pallante idem in Ner: quod magnas opes peperisset ad aureorum quadragies centena millia, & propterea cura rerum, queis à Claudio impositus regni arbitrum se gerebat, à Nerone amotum & interfectum fuisse. *Tacit. 13. Ann. paulò post pr.* Et ne per cæterorum Imperatorum vitas vagando, quantum libertis ubiq; tributum sit, prolixè proponam, quamque multi ex servitute ad honores summos emerserint, ea saltem verba, quibus pro libertinis in Senatu Rom. disputatum fuisse memorat Tacit: 13. *Annal.* hic adjiciam: *Late fusum id corpus. Hinc plerumq; tribus, decurias, ministeria magistratibus & Sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas, & plurimis equitum, plerisq; Senatoribus non aliunde originem trahi. Si separentur, libertini, manifestam fore penuriam ingenuorum, non frustra majores, cum dignitatem ordinum dividerent, libertatem in communi posuisse.*

52\. Cum igitur tam facilis sit aditus ad libertatem servis benè de Republ: & domino meritis, nec perpetuæ subjaceant calamitati, nisi improbitate ex brevi longam, ex temporanea perennem sibi faciant, servitutem, quid non præstet irrevocabili morte? Sicut enim dicente Donato, secundum jus, quod adversus liberos ingratos est, ingrati in servitutem revocari poterant, *in illud Terent. haud muto factum*, non tantum apud Romanos, *l. pen. C. de oper. libert. l. 2. 3. & 4. C. de libert. & eor. lib. l. 6. in fi. de rest. in integr. l. 30. Qui & à quib. manum. l. 6. de agnosc. lib. l. 70. vers. item lege. de V. S. l. 1. de jur. patr. §. 1. Inst. de cap. dim. Nov. 71. c. 2. Ambros. de vit. beat.* ut metu coërcerentur, quos beneficia non mutavissent. & *per idem obsequium manumissi retinerent libertatem, per quod essent assecuti. Tacit. 13. Annal.* sed etiam apud Atticos, ut testatur Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 1.* formulam proponens: *Supersedeo te habere civem tanti muneris impium æstimatorem. Nec adduci possum, ut credam, urbi utilem, quem domi scelestum cerno. Abi igitur & esto servus, qui liber esse nescisti:* Ita nihil prius habitum fuit, quam ut ingenuitati restituerentur, qui jam ingenuis factis sive in totam Reinpubl: promeriti fuerint. *t. C. pro quib. caus. serv: pro pram. lib. l. si necem. de bon. lib.* Terentianus Simo dicit se Sosiæ dedisse libertatem.

Propterea quod serviebat liberaliter.

Vindicio, qui conjurationem Tarquiniorum, Vitelliorum & Aquiliorum detexerat, cum pecunia ex ærario, præmii loco & libertas data est, & civitas. *Liv. lib. 2. in pr.* Iudicibus duobus, qui conjurata, injicere tectis ignem, mancipia prodiderant dona millia gravis æris quæ tum divitiæ habebantur, ex ærario numerata, & libertas præmium fuit. *Liv. lib. 4.* & Hispalæ libertæ indici Bacchanaliorum datum, ut ingenuo nubere posset, cui vellet. *Liv. lib. 39.* Imperatores multis de causis libertatem propinant servis, ut religiosa sollicitudo ad augendam fidei ob servationem juris præmio provocetur, *l. 1. C. pro Quib. caus. serv. pro pram. lib.* si sc. necem Domini vindicarint, *d. l. 1. & l. si necem de bon. lib l. 2. de Silan.* si monetarios detulerint, *l. 2. C. pro quib. Caus. serv. l. 1. C. de fals. mon.* si raptum virginis, aut desertionem militiæ prodiderint, *l. 3. & 4. C. pro quib. caus. serv. l. 1. in fi. ad l. Iul. de vi pub. l. 21. de desertor. Donell. l. 2. com. c. 12. in pr.* Vnde Cic. *pro Balb. Servos quorum jus & fortuna conditio infima est, benè de Republ. meritos persæpe libertate, id est civitate publicè donari videbamus.* Et Sylla libertatis spe proposita induxit servos ad prodendos Dominos, *Plut. in Syll.* ut & Asinius Pollio, cum acerbè cogeret Patavinos, ut pecuniam & arma conferrent, eaq; de causa Domini in latebras se abderent, *Macrob. 1. Sat. 11.* Domesticum enim scelus prætextu boni publici tegere voluerunt. Ex quo patet quantò sit tolerabilior servitus, è qua datur redemtio, quam mors quæ est *Vltima linea rerum.*

53\. Alii hanc rationem, de puniendis hostibus, constringunt ad Bellum injustum tantum, *Fortun. in d. l. 4. ibi Paul. Castr. in rep. num. 10. & Ias. in l. 5. num. 23. de just. & jur.*

[illegible]

Aliud effugium quorundam.

jur. Dom. Sot. lib. 4. de just. & jur. q. 2. art. 2. & est communis opinio, quia, qui justo bello cadunt, non fiunt capientium, *ut in tract. de bell. caus. 5. demonstravimus, contra Socinum, in l. 1 de adquir. poss. & Anton. Fabr. tit. 3. Inst. princ. 4. Illat. 2. Vers. Quanquam indicto*, & qui à latronibus & piratis, qui justi hostes non sunt, *l. hostes sunt. 24. de capt. & postl. rev. l. hostes 118. de V. S.* capiuntur, libertatem non perdunt, nec postliminio opus habent. *l. postliminiū. 19. §. à piratis. l. latrones 27. de capt. & postl. revers.* Iam verò bellum non potest utrinq; justum esse, quia indicens bellum, & is cui indicitur, versantur in contradictoriis, *Bald. in d. l. 5. de just. & jur.* Vnde inferunt, utrinq; nunquam posse milites in servitutem abduci justam, sed ab iis tantum, quibus favent justi belli conditiones, quarum præcipuam peti à justicia causæ *in tract. de bell.* dicemus. Sed ut omittamus eorum opinionem, qui jure gentium bellum negant definiri ad justitiam causæ, pro intellectu Majoris propositionis distinguimus inter forum contentiosum & conscientiæ, *Vasq. lib. 1. Cont. c. 9. n. 15.* De occultis enim & quæ ad causam impulsivam, soli Imperatori cognitam, pertinent, non judicat homo, qui respicit ea, quæ ante oculos sunt, & de quibus per acta & probata constat. Causa verò bellorum utrinque ita sæpe involuta est, ita obscura & ex defectu documentorum incognita, ut de ejus jure seu æquitate constare nullo modo possit. Vnde fit, ut pacis publicæ, & majoris mali vitandi gratia jus belli cogamur indulgere, non tantum justis, sed iniquis bellatoribus. Nam bello vi geritur res, *ut ait Ennius*, & qui hosti non parcit, tantundem suis nocet, quantum hostibus, per legem talionis par pari relaturis. Sicut igitur usucapionem excusare solent Legistæ, per utilitatem publicam, ne dominia rerum maneant incerta: Ita servitutis jus ex causa multo pensiore concedendum etiam injustis hostibus, partim, quod illud mutare non possimus, partim, quod nostrorum saluti & utilitati seu paci publicæ non aliter consulere liceat. Sed in foro conscientiæ, quid de injusta servitute responsuri sint Domino exercituum, ipsi

45. *Ad quod respondetur.*

viderint. Quod porrò Minorem attinet, nullum bellum utrinq; posse esse justum, etiamsi affirmativam præsupponat Picco[illegible] *grad. 6. Philos. Mor. c. 21.* & defen[illegible] Sal[illegible]gos: *in l. 5. de just. & jur.* Alciat: *ibid & [illegible] Parad. c. ult. & ad l. hostes. 234. in pr. [illegible] R. I.* tamen, nisi ad eum modum intelligatur, quo nos explicabimus, fieri nunquam potest, ut vera causa utrinq; justa sit, quia, ut rectè dixit Bald: *in d. l. 5 de just. & jur.* contrariæ causæ nequeunt simul veræ, nec simul justæ esse. Inter contradictoria enim non datur medium, ut in explicatione primorum principiorum diximus *1. lib. Metaph. part. 1. c. penult.* Interim tamen non o[illegible]stat, quia bellum possit utrinq; justum esse propter probabilem ignorantiam, quæ agentem statuit in bona fide, ut *in tract. de bell. caus. 2.* ostendimus & ipse Alciat: *in [illegible] l. 234.* se explicat, cujus sententiam sequitur Alber: Gent: *lib. 1 de jur. bell. c. 6.* Covar[illegible] *par. 2. relect. c. peccatum §. 10 n. ult.* Sot. 5. *de just. & jur. q. 1. art. 7.* Victor: *relect. de jur. bell. n. 32.* Vasq: *d. c. 9. n. 15.* Bocer *lib. 1. de jur. pugn. c. 3.* VVidrington: *in Apol. Bellarm. n. 447.* Sicut enim litigantes, qui juramentum calumniæ præstiterunt, utr[illegible] in bona fide sunt, donec sententia edatur decretoria: ita quid vetet, idem usu ve[illegible] in belligerantibus. De facto enim omn[illegible] constat, sed de jure, de quo bellum geritur, probabiliter sæpe dubitatur, ut conque[illegible] Cicero de partibus Cæsaris & Pompe[illegible] *Erat obscuritas quædam, erat certamen inter [illegible]rissimos duces, multi dubitarunt, quid op[illegible]mum esset, multi, quid sibi expediret, mult[illegible] quid deceret, nonnulli etiam, quid lic[illegible] pro Marc.* Aliquando accidit, ut jus de quo disceptatur, reipsa non sit decisum, ut [illegible] successione Dornagillæ & Brussi in S[illegible] de successione Roberti Neapolitani & nepotis, &c, quorum casuum non est numer[illegible] Cum apud Romanos jus eligendi Imperatorem ad se traherent exercitus, eorum[illegible] alii Othonem, alii Galbam, alii Vi[illegible] pari autoritate eligerent, par certè o[illegible] jus fuit: Ita & cum Senatus & exer[illegible] eodem jure contenderent, & [illegible] cem, Maximum, Balbinum, Go[illegible] Iulianum, Severum, Albinum, Ma[illegible]

Licinium

Heogabalum, Maximinum, Philippum obtruderent, quis non utrinq; jure putaverit ad imperium sese evectum? Quam diu igitur principes jus purum ignorant, justam tamen causam se fovere probabiliter credunt, non possunt injustitiæ accusari, quia bona fide & integra conscientia disceptationem causæ aggrediuntur:

56.

Multò verò magis excusati erunt milites, quorum non est os in cœlum ponere, & causæ æquitatem vel iniquitatem sollicitè inquirere, cum ad parendum ducantur, non ad rationem rerum gestarum reddendam. Alias enim hinc sequeretur, ne cædendum quidem esse ullo in bello, nisi tibi constet de omnibus articulis juris, cujus intuitu bellum inchoatum est. Cædes enim & servitus pari passu ambulant. Si vero bellum incidat ob diversas religiones, ut inter Turcas & Christianos, Pontificios & reformatos, an inter eos quoque bellum utrinque justum iniri potest, quia utraque pars religionem, pro qua pugnatur, verissimam esse sibi persuasit?

57.

Ego negandum censeo, & propterea nec bellum Moabitarum, Cananæorum, Amorrhæorum &c. contra Israelitas justificare possum cum Abulensi *in cap.* 11. *Jos.* Covarr. *part.* 2. *rel. c. peccatum,* §. 10. *num.* 6. Alberic. Gent. 1. *de jur. bell. cap.* 6. quicquid illi de probabili ignorantia objiciant, quia nec ignorarunt, ut constat *ex Num.* 21. 22. 23. 24. *& Jos. cap.* 2. nec probabiliter ignorare potuerunt propter magnitudinem multitudinemque miraculorum, quæ adventum Israelitarum præcesserunt. Quod si Turcæ ignorantiam veritatis prætexere velint, aut Pontificii, dicemus affectatam ignorantiam neminem excusare. Omnis autem ignorantia contra jus naturale & divinum, affectata est. *Grat. & gl. in §. notandum.* 1. *q.* 4. *Alciat. de præsumt. reg.* 3. *præs.* 12. quia quod omnes scire obligantur, id ignorando nemo excusatur, *Alph. à Castr. l.* 2. *de pot. leg. pœn. cap* 14. *ex Bonavent:* 2. *sent: dist.* 22. *art.* 2. *quæst* 2. *ad* 4. & Paulus *ad Roman.* 1. inexcusabiles, ἀναπολογήτους, pronunciat omnes populos, qui, cum potuerint Deum verum ex luce naturæ cognoscere, gloriam ejus cœlestem in humanum cultum seu apertam blasphemiam demutarunt, idque eò magis, quò evidentius veritas ex verbo divino patet & ab iis pertinacius contemnitur. An igitur nunquam possunt Turcæ pro sua religione bona fide bellum gerere, nec Christianos in servitutem vendicare?

58. *Qua ratione Turcæ servitia sibi constituere queant ex Christianis.*

Non certè ex hoc capite, quia Christiani, dum ab Idolatria eos abstrahere licito modo cupiunt, nunquam injuriam iis faciunt, quam cæde aut servitute vindicare queant, nec ignorantia, in quam se data opera, contra manifesta documenta veritatis, conjiciunt, excusatos eos unquam reddit: Sed illi partim jus in armis ferunt, & patientiam nobis necessitate exprimunt, partim ex jure civili nostrum consensum & ultroneam subjectionem, modò illa ad servitutem constituendam sufficiat, *ut sect.* 6. *videbimus* allegare habent. Nam quia de vi Turcarum constat, nec tamen parcimus nos in discrimen agere, non alia quam nostra voluntate perimus, quemadmodum Dioclet. & Maximian: consolantur eum, qui contractu defraudatus est, *Quia enim contrahentes inscii non debuerunt esse naturæ contractus, quo emtor vilius comparando, venditor carius distrahendi votum gerit*, hinc concludunt, nemini superesse causam conquerendi de eo, quod sua voluntate admisit, *l. si voluntate.* 8. *C. de rescind. vend.* & damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare. *c. damnum.* 8. *de R. I. in* 6. *lib.* 4. *in fin. C. de fideic. libert.*

59. *Alia responsio Montec.*

Addit huic responsioni & illud Montecat. quod non statim justa sit dicenda servitus, si nascatur ex justo bello, quia, quantumvis justè suscipiatur bellum, nunquam tamen ab injustitia poterunt excusari rapinæ, & innocentum inermiumque cædes, quæ bello ita sunt innexæ, ut rectè dicat Salvian: *lib.* 3. *de guber. Dei. Quid aliud est omnium militantium vita, quam rapina?* Nos verò & hîc distinguimus inter ea, quæ sequuntur ex alio per se, & quæ per accidens.

60. *Cui respondetur.*

Nam ibidem ait Salvian: *Quid aliud est cunctorum negotiantium vita, quam fraus atque perjurium? Quid aliud curialium, quam iniquitas? Quid aliud officialium, quam calumnia?* Absit tamen *cum Chrysostom.* 2. *part. homil.* 38. *in Matth. cap.* 21, mercaturam

omnem uno ſtylo perſodiamus propter arctè innexam fraudem, aut *virum forenſe* cum Licinio vocemus officia publica, *Vid. in Conſt. M.* quia pleriq; iis abutuntur. Nec militiam ob rapinas jure damnamus, quia cohærent non aliter, niſi per accidens. Vt autem omnia per victoriam cadant in manum victoris, non attinet ad bellum per accidens ſed per ſe. Itaq;, ſicut ſanitas per ſe nō eſt cauſa, niſi bonarū operationū, per accidens vero ducit ad interitum, *ut diſputat Tiraq. de Nobil. c. de Med. ad fin.* ita quicquid ex juſto bello per ſe proficiſcitur, ut occupatio bonorum, juſtum eſt, quod per accidens, ut rapinæ & cædes innocentum, id nihil obſtat, quò minus poſſit referri ad ſumma mala.

59 *Aliud effugium, de dedititio non occidendo.* Habent deniq; aliam adhuc exceptionem multò maximam, quod ſcil: ne cædere quidem victos liceat, & proinde nec in ſervitutem abducere. *Baſſol: 4. ſent. diſt. 36. q. un. art. 3. verſ. De ſecundo.* Quid ita? quia *deditititium hominem occidere,* ait Alciat: *in l. pupillus. 239. §. Servorum. de V.S. crudeliſsimum eſt, nec boni Imperatores hoc patiuntur.* Ab ea quippe humanitate abhorret, quam naturaliter homo homini debet. Atqui cædes & ſervitus non ſunt paria, ut paulò ante diximus, & in hoc effugio præ-

60. *Removetur.* ſupponitur. Minus enim eſt ſervire, quam occidi. Ideoq; quos occidere non licet, licet tamen operis ſervare. *§. Servi. Inſt. de jur. perſon. l. 4. de ſtat. perſ. d. l. 239. §. 1. de V.S.* Quod enim Nicephor: Gregor: *lib. 4. c. 6.* ſcribit *Inſtitutum à majoribus, conſtanter ad poſteros propagatum, ſervatumq; fuiſſe, non modò à Romanis & Theſſalis, ſed Illyriis etiam & Treballis & Bulgaris, ut ſpolia tantum aufferrent, homines verò nec ad ſervitutem raperent, nec extra aciem occiderent,* id ipſe limitat ad homines eiuſdem religionis, nec cum Romanorum aliorumque populorum moribus conſentit, imò nec cum ratione. Nam Cic: 1. *offic.* duo proponit bella, Barbarorum, quæ tendunt ad internecionem, & eorum, quæ pugnantur pro imperio, gloria, ditione, aut alio aliquo intereſſe. In illis quod à cæde non ſit abſtinen-

61. *Duo bellorū diſcrimina.* dum, ipſe Cic: confitetur: In his ante omnia diſtinguendum eſt inter jus ſummum & æquitatem. Nam quod ultra victoriam non ſit progrediendum æquitas ſuadet, ſed juſtitia haud prohibet. Agamemnon cum ſuper hac re diſputaret cum Pyrrho, non negat quod Pyrrhus dixerat *Libere victori, quod liberet, in victos,* ſed licentiam reſtringit ad æquitatem boni viri, *Minus*, dicens, *licere debere illi, cui tantum licet. Apud Senec. in Agam. Act. 2.* Saluſtius item *in orat. Lep.* refert ad miſerationem, ut victis parcatur, dum ait: *Secundares victores, qui alto ſunt animo, in miſerationem ultro vertunt,* & Auguſt: ad miſericordiam, *c. noli. in fin. 23. q. 1. Sicut reſiſtenti violentia redditur: ita victo vel capto miſericordia debetur.*

Mala verò cauſa eſt, quæ requirit miſericordiam,

ut ait Publ. Mimus, & miſericordiam definit Cic. 4. Tuſcul. ægritudinem ex miſeriâ alterius injuria laborantis. Nec Alciatus *in d. §. Servorum* aliunde ſuam aſſertionem deducit, quam ex humanitate, nec Alberici Gent: diſputatio *lib. 2. de jur. bell. c. 16.* ulterius aſſurgit. Nam quod affert de interdicto Eliſæi, qui miraculosè à ſe ſeductos Syros vetabat trucidari, *2. Reg. c. 6.* nihil ad hanc theſin facit, quia non erant armis ſuperati, ſed in inſidias miraculo deducti, eaq; dimiſſio plus profutura erat regi Iſraëlis, ſi ad ſuos reverſi miraculoſa prophetæ protectione terrerent, quam ſi ad unum omnes interfecti, humana arte & vi cecidiſſe crediti fuiſſent. De juſtitia vero bellica addit Eliſæus: *Quoſcunq; arcu tuo ceperis, percuties.* Nulla enim juſtitia vetat hoſti nocere, modò modus non excedatur, nec tranſcendantur limites honeſtatis. Nam aut hoſtem conſideramus in acie, aut poſt victoriam, antequam in præſidia exercitus revertatur, aut intra ipſa præſidia. *In pugna & acie,* ait ipſe Gregor. *ubi ſupr. quicquid feceris, excuſationem habet,* & Auguſtin. *d. c. noli.* hoſtem pugnantem neceſſitas perimit, non voluntas. Poſt victoriam, quanquam id diſplicet Alciato *d. §. Servorum.* tamen nullo jure prohiberi poteſt victor victoriam perſequi, quia quamdiu victus nō deductus eſt intra præſidia noſtra, hoſtis & ſuæ Reipub. civis, *l. poſtliminii. 5. §. 1. de capt. & poſtlim. rev. Alex. in l. 3. de adquir. poſſ.*

limi-

Imò sive resistat, sive fugiat, jure cædi potest, quia illi demum misericordiam deberi putat August *in d. c. nolo. in fin.* in quo pacis perturbatio non timetur & Ambros. *libr. 1. de off.* injustam vocat misericordiam, si quis latronem absolvendum putet, cui adhuc latrocinandi appetet affectus, *c. est injusta. 23. q. 4.* Qui verò ut repetit Festus *ex l. 12. tab. de debitoribus, Calvitur, pedève struit, manum endo jacito.* Et vir etiam fugiens, ut habet adagium denuò pugnabit, aut relinquet victoriam imperfectam. Hannibal, tam post Cannensem, quam Trebiensem cladem, ex sociis Romanorum captos sine pretio dimisit, Romanos quoq; se dimissurum pollicitus, si numerarent in capita. Equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos pediti, servo centum. *Nec enim internecinum sibi esse cum Romanis bellum, de dignitate atq; imperio certare* &c. Sed hoc agebat, ait Livius, *secundum tam prosperam ad Cannas, pugnam, victoris magis, quam bellum gerentis curis intentus, libr. 22.* Superiorem enim se putabat, quam cui à dimissis noceri posset.

66 Quid verò si se dedat, de quo propriè loqui videtur Alciat. an pœnitentia coacta potest delictum delere? Scotus 4 *sent. dist. 36. q. 1.* ob secutam pœnitentiam non posse puniri censet dedititium, quia ab errore resipuit. Cæterum ficta pœnitentia est, & præsumitur simulata, quam necessitas expressit. Aristot. 3. *Eth. c. 1.* dum ex pœnitentia argumentum capit invitè facti, spontaneam requirit, non coactam. Tum etiam ad humanitatem permovere potest pœnitentia, sed justitiæ vim non extinguit, ut multis ll. demonstrat Accursius, & dictum fuit à nobis *in tractat. de pœn. mitigan.* Pergit ulterius Montecat. & non esse temerè cædendos milites disputat, quia jussi & necessitate impulsi in militiam prodierunt, aut saltem nihil sua malitia peccarunt, cum pœna exedenda esset soli principi, quia solus intrivit culpam. Cæterum & nos supra concessimus, æquum esse parci militibus, qui potestate superiori pertrusi fuerunt contra voluntatem, item, qui justam pro se allegare habent ignorantiam causæ. Sed quis causam cujusq; discepabit, quando strepitus armorum non sinit verum expostulantium exaudire, nec ira & cupiditas justæ vindictæ locum facit tribunali rationis? Qualem te invenero, talem te judico, & quam stationem quisq; cepit, in ea & pugnare cogitur & aut vincere, aut cadere: Quin etiam licet subditi nihil pro se peccarint, tenentur tamen de facto Reipubl. *l. civitas 27. de reb. cred. l. ult. Cod. de Navicul. lib. 11. Gail. de Arrest. Imp. c. 9.*

Quicquid delirant Reges plectuntur Achivi.

Homicidium Saulis in Gabaonitas perpetratum, nec vindicatũ à Davide, totius provinciæ fame punitur, 2. *Reg. 21.* Numeratio populi non tam Davidi, quam universis subditis exitialis fuit. 1. *Paral. 21. 2. Reg. c. ult.* Negligentia magistratuum consumit totam tribum Benjamin, *Jud. c. 20.* & sic autoritate Iudithæ *c. 9. libr. Iudit* excusat Cajetan. *in c. 34. Genes.* stragem, quam in tota urbe. propter stuprum principis, ediderunt Simeon & Levi, & Bartol. *in tr. de repressal.* hinc petit probabile argumentum pro excusanda iniquitate repressaliarum, de quo agemus infra *in c. de caus. bell. ex c. Domino. 23. q. 2.* Non tantum enim homines, sed & Deus facinora principum vindicat in subditis, quia in principe recumbit Respubl. & quicquid totum peccat partes coguntur luere. Rectè Hesiodus: *Vertente Conna. 1. Comm. jur. c. ult. num ult.* 68. *Subditos obligari pro peccato Reipubl.*

Iustitia est virgo, Iove nata, verendaque Divis

Omnibus: hunc si quis lasit de plebe, parentem

Orat, ut autorem sceleris sua pœna sequatur.

Sin Rex peccaret, populi ut plectantur & ipsi,

Postulat: Iniusti tanta est injuria Regis,

Hactenus unam Thomæ rationem defendimus, quia servitutes introductas disputat loco pœnæ: cui subjungi potest & illa, quæ ex utilitate publica ducitur. Nec enim dubium est, quin favore utilitatis publicæ à legibus communibus quotidie recedatur, *l. ita vulneratum. 51. §. 1. vers. multa ad l. Aquil. l. Barbar. ubi las. latè nu. 24. de offic. prætor.* & propter pacem, aliave commoda publica, pœnæ intenduntur, *ut diximus prolixè in tract. de pœn. mitig.* Quid magis iniquum, quam 69. *Servitutes defenduntur ex utilitate publica.*

quam scelera parentum insontibus vindicari in liberis? *Hoc tamen*, ait Cic. *in Epist. ad Brut. antiquissimum & omnium civitatum institutum esse, quo charitas liberorum amiciores parentes Reipublicæ redderet.* Quid ab humanitate alienius, quam internecione hostes quoscunque delere? Et tamen hoc injunxit Deus ipse Iudæis propter utilitatem publicam, ne contagio superstitionis, mutabilem & ad Idolatriam proclivem populum inficerent. *Deuter.7. Exod.34. Num.25.1.Reg.11.* Nec aliter excusabat Cæcilius duritiem 12. tabularum, quam quod *acerbitas ulciscendi, benè atq; cautè vivendi disciplina sit, Gell. lib.20. cap.1.* & Cato impotentiam muliebrem in causa fuisse dicit, *apud Liv. lib.33.* quod tam arctis legibus olim alligarentur. *Val lib.6. c.3.* Quod si jam servitus remittatur hostibus, præcipuè barbaris, quibus ex rapto vivere volupe est, & multos occidisse summa laus, quem non in arma protrahet injusta illa misericordia? *Barbaris*, ait Tacit. 1. *Ann. quanto quis audacia promtior, tanto magis fidus, rebusque motis potior habetur.* Rectè Carolus V. *const. pœn c.137. in fin.* ubi metu majori opus est, jubet supplicia exasperari, *l. aut facta. §. fin. l. capitalium. §. famosos. de pœn.* & injustam vocat misericordiam Ambros. quæ *incentivum præbet delinquentis. c. Est injusta, 23. quæst. 4. c. ut Clericorum de vit. & hon. Cleric.* Qui enim *uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium provocare*, ait idē *in d. c. est injusta c. Loci. vers. proinde 351. q. 9. Nov.17. c.5.* Pone enim, lucra rapinarum, quæ hoc tempore plerunq; sibi proponunt, qui ad militiam nomina profitentur, non trahere post se periculosa incommoda, quā civitatem invenies à latrociniis magis tutam, quam domos à furtis, nisi fures tam ignominiosè passim pendere videremus. Ad latrocinia enim eò facilius provolarent homines, quò magis honesti belli prætextu ea tegendi copiam haberent. Monlucerus sensu deprehendisse scribit, Hispanos nulla re terreri magis, & amoveri à rapinis, quam diritate suppliciorum, ideoque qui velint à turbādis rebus, eorum animos avertere, debere in hoc intentos esse, ut magnitudine pœnæ deterreantur, qui, quò tractantur hu-

70. *Propter disciplinam severius puniri milites.*

manius eò effusius lasciviunt. *En sei commentair.*

Adjicit Thomas commoditates alias, ca ex parte victorum, quam vincentium. H enim crescit animus spe prædæ: illorum tereſt, ut per servitutem extrahantur mort Sed, inquit Montecatinus si velis consul re victorum saluti, cur non potius libero dimittis, & solidum tibi paras beneficiu pro ambiguo & simulato? Carites ord nata à se sumit initium, & nemo tenet alteri, imprimis hosti prodesse, cum suo commodo. Si verò dimitterentur capti statim, permultum decederet Reipubl. v ctoris. Nam privaretur fructu victoriæ, qu ipsi omnia hostium tradidit in manus. D inde sua benevolentia duplicaret sibi peric la, novo bello contra dimissos] hostes te tanda, eò periculosius, quò pertinaciori an mo contra consuetos hostes ad vendicar dam ignominiam essent redituri. Eo qui pe argumento disputat Herennius Seni contra filium Imperatorem Samnitium, r dimitteret Romanos ignominiosè ex furc Caudinis: *Servate modò, quos ignominia i rritaveritis: Ea est Romana gens, quæ v & quiescere nesciat: vivet semper in pect ... illorum, quicquid istuc præsens necessitas i usserit, neque eos ante multiplices pœnas ex petitas à vobis, quiescere sinet. Liv. libr.9.* pr. Denique dimitti non possunt capt ne crimina maneant impunita, & ne vete rem dissimulando injuriam nova irritetur.

Quod etiam, sicut metu servitutis dete rentur animi: ita eosdem spe prædæ anim ri posse diximus, improbat Montecat q justa non est fortitudo, quam accendit cu do habendi potius, quam studiū virtut ac honestatis. Injusta est, fateor, si à pecunia i cendatur tantum, sed quid vetat virtute mò spectari, nummos post virtutem? Vn rei multi sunt fines, sed subordinati. N militibus aut exigimus omnibus, aut ex re possumus veram fortitudinem, quam losophi describunt, 3. *Eth. c.6. & seqq.* qu abjecta multorum conditio ejus nequit e capax. Satis est, si fideliter & constanter ju sa Ducis exequantur, quod in sacramēto cipiunt, ut ex multarum gentium jurādi f mulis demonstravimus, *c.1. in fin. de d...*

m...

mil. Iustitia vel injuria belli non æstimatur ex facto militum, sed proposito Ducum. Adde quod servitutis subeundæ vehementia, auget animum pugnandi militibus, ut ait Liv. *lib. 3. in pr. Aequos conscientia contractæ culpæ periculi & desperatio futura sibi postea venia, ultima audere & experiri cogebat.*

Constat igitur, aliquam saltem servitutem bellicam, si non promiscuè omnem, jure divino, & gentium, nec non naturali & Politica ratione probari: consequens est de altera specie, quam ex jure gentium derivat Marcianus, *l. 5. de stat. Hom.* videamus utrũ sc. legitimè in servitute retineri queant, qui ex servis nascuntur. Nam non desunt, qui negant hunc modum servos constituendi prodire ex jure gentium, *Thom. 4. sent. dist. 36. q. 1 art. 4. Montecat. in d. tex. 65. lib. 1. Polit.* eò quod varias mutationes apud varias gentes subierit, dũ aliæ captivorum liberos dimisērunt liberos, aliæ jusserunt sequi conditionẽ patris, aliæ matris. Non sufficit autem hoc argumentum, ut credamus servos ex servis aut ancillis nasci jure civili, quia de hoc non dubitatum fuit inter gentes, an soboles deberet sequi parentes, sed quem nam ex parẽtibus. Aliud verò est, filium sequi parentes, aliud hunc vel illum ex parentibus, quia in hac disputatione illud tanquam certũ præsupponitur. Qui verò fuerint illi, qui serviẽtium sobolem à labe paterna liberarint, ibi maxime fuissent nominandi, quia, ut supra dictum fuit, paucitas dissentientium nõ tollit universalitatem juris gentium. Ideoq; nec illud alicujus momenti est, quod objicit Mõtecat. hunc modum servitutis constituendæ non fuisse usu receptum apud eos, qui servientes ex bello repudiarunt. Nam illi, quia nec repugnarunt, nec consenserunt, neutri parti contendentium præjudiciũ creare potuerunt. Nec nos jus gentium derivari, ex opinionibus hujus vel illius gẽtis, sed ex principiis, omnium animis insculptis, supra ostẽdimus ex *Arist. . Eth c. 7. & §. Sed naturalia Instit. de jur. nat. gent. & l. 9. de just. & jur. & l. 1. in princ. de adquir. dom.* Hebræi etiam multis legibus circumscriptam & temperatam haberent servitutem, *Exod* 21. & 22. *Levit. 25. Deut* 15 *Ierem.* 34. tamen si servo uxorem dedisset Dominus, manumissum patrem post septennium non sequebantur uxor & liberi, sed manebant in potestate Domini, *Exod. cap. 21.* scil ex iis, quibus idem populus communem originem præbuisset. Nam peregrinos licebat Iudæis possidere in generationes perpetuas. *Levit. cap.* 25 id quod naturali rationi, & naturali legi consentire dicit Anto. Faber. *c. 3. de jur. pers.* 75. *Dissensus Marciani & Iustiniani.*

princ. 4. Instit. nec ab ea sententia abludit Iustinianus, à Marciani verbis recedens, *§. ult. Inst. de jur. person.* Nam cum Marcian. *d. l. 5. de stat. hom.* dixisset: *Servi in dominium nostrum rediguntur, aut jure civili, aut jure gentium: Iure gentium servi nostri fiunt, qui ab hostibus capiuntur, aut qui ex ancillis nostris nascuntur,* Iustin. *in d. §. ult.* eos, qui ex ancillis nascuntur, ab utroq; tam civili, quã gentium jure amovit, dum sic divisionem instituit: *Servi aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris. Fiunt aut jure gentium, id est, ex captivitate, aut jure civili.* Et certè si lex naturæ est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur, *l. lex natura. 24. de stat. hominum,* non video, stante distinctione juris gentium à naturali, quomodo non potius, qui nascuntur ex servis aut ancillis, ex jure naturæ, quam gentium, servi nasci censendi sint, quemadmodum natura ingenui vocantur, qui ex ingenuis nati sunt, *l. ingenuus. Cod. de ing. manum in pr. Instit. de ingen. Donell 2. comm. c. 10. in pr.* Quò facit, quod apud Senec. *libr. 1. contr. 16.* dicitur. *Si possent homines sibi sortem facere nascendi, nemo esset humilis, nemo egens, unusquisq; felicem domum invaderet. Sed, quamdiu non sumus, natura nos regit, & in quẽcunq; vult casum nos mittit.*

76. *Servitus nativitatis dependet potius ex iure natu a.*

Nam etiamsi possessionũ distinctio jure gentium introducta sit, nihil obstat tamen, quin naturæ cõcessione re possessa quisq; uti possit, & cõtra naturam peccare dicatur, qui alteri rem suam eripit. *l. jure natura. 226. de R. I. l. nam hoc nat. de condict. indeb. l. orator. §. 10. ne quid in loc. publ.* Iure gentiũ ex bello introducta est servitus, sed jure naturali fit, ut ex captis capti nascãtur, & partus sequatur conditionem parentum. Iure item naturali, quod jus gentiũ vocat Flor. *l. 6. de acqu. rer. dom.* nostra fiũt, quæ nascuntur ex animalib. dominio nostro subjectis. Nec ea discrepãtia

melius componi poteſt, quam ſi, quod res eſt, jus gentium cum Ariſt. 5. *Eth. c. 7.* ad φυσικὸν reducamus, nec nimis ſubtili diſtinctione, quę revera idem ſunt, in capita diverſa diſtinguamus. Solent enim & alibi ICti jus naturale, cum jure gentium confundere. quia propriè jus definiendo, utrumque complectitur una definitio, quod ſcil. homines omnes ex naturali ratione educunt. Sicut autem ex naturali ratione ſervitus captivorum prodit: ita & hæc altera ſpecies eorum, qui ex captis & in ſervitutem damnatis naſcuntur, quoniam naturali ratione partus ſequitur parentes. Nefas enim eſſe dicit Proclus *in lib. de an. & Dam.* ut effectus ſuperet cauſam ſuam, quia in effectu nihil eſt, quod non pendeat à cauſa, & proinde deterior quidem effectus naturaliter poteſt eſſe, quam cauſa, ſed non melior. Nec obſtat ratio Montecat. quod filius non debeat portare iniquitatem parentum. Nam eam rationem non ignoravit Marcianus, dum ait: *Non debet calamitas matris nocere ei, qui in ventre eſt,* & tamen, non obſtante hac ratione, ſervos ex ancillis naſci ſtatuit. *d. l. 5. in fin. de ſtat. hom.* Nam ubi atrocitas criminis exigit, aut procacitas peccantium acerbitate ſupplicii compeſcenda eſt, non parcitur filiis, ſed ut ſunt partes parentum, & in iis præſumitur paternus animus, ita ad conſortium ſupplicii, ſummo jure trahuntur, quicquid contra dicat Contius *ad l. quisquis. C. de jur. Majeſt.* ut à nobis diſputatum fuit alibi. Hic enim ſufficit, ſi dicamus cum Marc. regulam, quod calamitas matris non debeat nocere ventri, intelligendam eſſe, de natis & jam actu exiſtentibus. Qui enim in utero ſunt, toto pene jure civili intelliguntur in rerum natura eſſe. *l. qui in utero. 26. de ſtat. hom. l. 6. in fin. C. de ſolut.* idcoq; etiamſi mater ſerva pepererit, dummodo libera conceperit, quicquid naſcitur, liberum judicatur, *d. l. 5. & 26 de ſtat. hom.* quia in favorabilibus non nativitatis, ſed conceptionis diem ſpectamus, *l. nuper. §. ult. C. de natur. liber. Vlpian. t. 5. fragm. Inſt. de his qui in poteſt. ſunt. in fin. Paul. libr. 2. ſent. t. 24.* Vnde ſequitur ſervum non evadere eum, qui in utero capitur, quia in libertate conceptus eſt, & ſicut matris ſervitus non retrò trahitur, ad ante

77\. *Ius naturale coincidit cū iure gētium.*

78\. *Quatenus calamitas matris non nocet ventri.*

natos liberos, ita nec ad ante conceptos, q
in favorabilibus habentur pro natis. *d. l. 2*
de ſtat. hom. l. 4. l. 24. C. de fideic. libert. N
minis enim dubium eſt, ait Vlpian. *in l. 1 §*
de ſuis & leg. ex ſerva naſci ingenuum,
ex captiva liberum, quo ſcil. dixi caſu, n
capientis animus fuerit, partum una cape
Ratio enim, cur partus cum matre ſerv
non evadat, eſt, quod ſit res diſtincta à m
tre, *l. partum. 26. de V. S.* & petita, *l. ſi quis*
totum. 7. §. 1. de except. rei jud. legata. *l. ſi a*
cilla. 62. l. ſeq. de legat. l. 8. & 24. de uſur
mulier. 22. ad SC. Trebell. Paulus. lib. 3. ſe
t. 6. data, *l. 4. in pr. de uſur.* vel vendita,
prægnans. 42. l. ſeq. de evict. ancilla, part
non cenſetur petitus legatus, datus, vel ve
ditus, uſq; adeò ut partus rei furtivæ à bo
fidei poſſeſſore uſucapi queat, *l. ſervus.*
pro empt. l. qui vas, § ſi ancilla. de furt. l. a
cilla. 12. C. Eod. l. 3. C. pro empt. niſi apud f
tem conceperit. *l. ſi aliena. §. fi. de Vſuc.* lic
ex l. 12. tab. & l. Attinia, rei ſurreptæ, æter
autoritas ſit, *Gell. 17. c. 7.* ideoq; uſucapi à
mine poſſint. *l. ſequitur. §. Quid autem.*
uſuc. § furtiva. Inſt. Eod. Nam quod fætu
Medicis dicatur appendix matris, cujus v
vivit, & à ICtis portio viſcerum matern
rum, *l. 1. §. 1. de ventr. inſp. Quintil. decla*
338\. id Iulianus ad corpus ſeu rem ipſa
non ad jus referendum cenſet, *l. Vacca. 43.*
Evict. l. 8. in fin. de pericul. & commod. Na
baptiſata matre, non intelligitur baptiſat
fætus, *Balſam. t. 4. Nomoc. t. 10.* quia duæ
ſunt animæ, quæ diviſim duplex jus exigū
Alberic. Gent. 2. de jur. bell. c. 16. in pr. N
obſtat exemplum Servii Tullii quē ex C
niculana gravida capta natum dicit Val
Max. *lib. 3. c. 4.* & ea de cauſa ſervum factu
quia in ſervitute tam natum, quam conc
ptum tradit Plin. *lib. 26. cap. ult.* aut ſi id n
placet, negat Livius Servium unquam
ſervitutem vindicatum. *lib. 1.* Eorum, inqu
magis ſententia ſum, qui Corniculo cap
Servij Tullij, qui princeps in illa urbe fu
rat, gravidam viro occiſo uxorem, cum int
reliquas captivas cognita eſſet, ob unicā n
bilitatem ab Regina Romana prohibitam
runs ſervitio, partum Romæ edidiſſe in P
ſci Tarquinij domo: Inde tanto beneficio
inter mulieres familiaritatem auctam,

pueru

puerum, ut in domo à parvo eductum, in caritate atq; honore fuisse: Fortunam matris, quod capta patria in hostiū manus venerit, ut [illegible] natus crederetur, fecisse, cujus rei conjecturam capit ex eo, quod præ omnibus Romanæ juventutis is solus dignus habitus fuerit, cui Rex Tarquinius filiam desponderet. De uxore Arminii, ejusq; utero alia ratio erat. Nam cum eâ quidem partus unâ in servitutem abducebatur, ut Maroboduus Arminio objiciebat: *Conjunx & filius tuus servitium adhuc tua ignavia tolerant*, apud *Tac. 2. Annal.* & Tacitus 1. *Annal. Arminij*, ait, *infitam violentiam, rapta uxor, subjectus servitio uxoris uterus, vecordem agebat.* Cæterum partus cognitus capiebatur unâ, ut patet non tantum ex moribus captæ uxoris, quam scribit Tacitus, compressis intra sinum manibus gravidum ventrem intuitam fuisse, sed ex oratione Segestis, quam sic claudit: *Filiam huc adductam: fateor necessitate. Tuum erit consultare, utrum prævaleat quod ex Arminio concepit, an quod ex me genita est. Tacit. 1. Annal.* Tum demum autem partum in libertate conceptum, capta matre, liberum manere statuimus, quando ipse captus non est. Capitur autem, quando cognoscitur & contrectata matre, animo

81.

comprehenditur, quia non tantum contactu corporeo, sed & animo possessionem adipiscimur, *l. 3. §. 1. de acquir. poss.* & qui autem tetigit, totum tegisse videtur, *l. vulgaris. 21. de furt.* qui quamcunque partem fundi introiit, totum apprehendit, dum mente & cogitatione hac sit, uti fundum usq; ad terminum velit possidere. *d. l. 3. §. 1. in fin. de acquir. poss.* Regulariter verò, qui mulierem cepit, incertus de utero, non præsumitur eo animo fuisse, ut partum voluerit unà capere, quia, ut dixi, partus censetur res distincta, quoad jus à matre, *d. l. 43. de evict.* & incertam ignoratamve rem possidere nemo potest. *d. l. 3. [illegible] incertam de acquir poss.* Si verò non capiatur conceptus, quia habetur pro nato, libertatem retinet, ac proinde, quod dicitur, calamitatem matris non debere nocere liberis, id intelligendum est, de jam natis. Nam iis, qui post captivitatem nascuntur, non nocetur, cum fruantur jure communi, & sequantur conditionem omnium hominum. Nec enim plebs parentes accusare, quod non sit nobilis nata, aut Clodius nobilitatem ejurare potest, quantumvis desideret esse plebejus, quia natura aliter non fert quā ut partus nō sit meliore loco quam parētes, *l. 3. in fi. quib. ad lib. procla.* Quid verò hoc argumenti est, quod subjicit Montecatinus? Ex animalibus quidem nostris, quæ nascuntur nobis, annasci, sed non quæ ex hominibus, cum homines non sint nostri: quasi non Aristot. 1. *Polit. c. 3.* servos animalibus comparet, & cum pecudibus eodem loco habeat lex Aquilia. Crassus solitus fuit servos vocare *viva instrumenta domus. Plut. in Crass.* Etiamsi inter P. Scævolam & M. Manilium disputatum referat Cicero, *libr. 1. de finib. Sitne in fructu habendus partus ancillæ*, quod vulgò negatum est, ex Bruti sententia, quod, ut ait Cajus: *absurdum videretur, hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura hominum gratia comparaverit. l. in pecudum 28. §. 1. de usur. l. vetus 68. in pr. de usufr. & quem. l. justissimè. 44. de Aedil. edict. l. antep. C. de sacros. Eccl.* Tamen nemo negavit, partum ancillæ redire ad Dominum proprietatis, ut ait Cajus, *ubi supr. l. partum. Cod. de rei vindic.* imò nec leges ipsæ hanc distinctionem perpetuò observāt, dum Paulus, *in l. Falcidia. 24. §. 1. ad l. Falcid.* & Papinianus, *in l. deducta. 58. §. hæreditatem. 4. ad SCt. Trebell.* partus ancillarum inter fructus annumerant.

82. *Partus ad fructum ancillæ pertinet.*

Atq; huc usq; suadet naturalis ratio, ut soboles sequatur conditionem parentum: quod verò Vlpianus & illud ex jure naturæ profluere dicit, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur, an non videtur potius ad jus civile Romanorū, quàm naturæ referendum esse? In vulgo quæsitis, quibusve incertus pater est, constringitur jus naturæ necessitate quadam, ad solā matrem, quia parens desit, ut Vlpianus ipse explicat ex Celso. *l. 1. in fin. ad Municip. Nec enim debuisse caveri, ut vulgò quæsitus matris conditionem sequeretur: quam enim aliam originem hic habet?* Naturaliter quidem nemo sine patre nascitur, & Apollonii *ex Philostr.* Merlini *ex Vincent. lib. 21. hist. c. 3. Alan. ab Insul. in pr. comm. in Proph. Merl.* aliorumq; constellatorum hominum, quos

83. *Vtrum iure naturæ proles sequatur matrem.*

84. *Nemo nascitur sine patre.*

vocant Mystici philosophi, ortus sine patre
jamdudum inter fabulas condemnati sunt,
Vlr.Molit.de Lam.& Python.& VVier.2 de
praest.Dam.cap.40.& 46. unâ cum equabus
Lusitanicis, *Plin lib.8.c.42.* quæ ore

> *In Zephyrum versa stant rupibus altis,*
> *Exceptantq; leves auras, & sæpe sine ullis*
> *Conjugiis gravida vento fiunt. Virg. 3.*
> *Georg.*

Nam Iordani fabulosam de ortu Hunnorum
narrationem, qui ab incubis Dæmonibus
eorum majores accersit, refutat Iohan. Thu-
role, *libr.1 Chron.Vng.c.3.* ex eo, quod caro,
secundum Evangelicas lectiones non nasca-
tur, nisi ex carne.

85. Sed jura humana & eum deesse judicant,
qui adeò incertus est, ut non appareat. *§. si*
adversus.de nupt.l.3.C.solut.matr.l. Arescu-
sa.15. ibi. Ordine incerto non appareat, de
stat.hom.l.3.§.incertam.3. de acq.poss l.si e-
jus.34.ad SC.Treb. l.sed & in illo.13. de reb.
dub. In servorum verò contuberniis secus
86. est, quia de patre naturali constat, & tamen

Servus non cōtrahit nuptias, sed contubernium.

soboles non sequitur patrem, quantumvis
certum, sed matrem, *d.l. lex natura. 24.de*
stat.hom.l.partum.7.C.de rei vend. usq; ad-
eò, ut pro conditione matris liberæ censea-
tur vel serva, quicunq; demū pater extiterit,
servus an liber. *d.l.5.in fi. de stat.hom. tot.t.*
Inst.de ingen. cujus rei non alia assignatur ra-
tio à Donell.2.*jur.civ.c.10.in pr.* Anto. Fabr.
Iurisp.Pap t.3.princ.4. quàm quod servi non
contrahant nuptias justas. *L.plane.28. §. si*
quis eo temp.de lib & posth. l., *C. de incest.*
& inut.l.3.sol.matrim.Nov.:2.c 10. sed cō-
tubernium. *d.l.1 de incest. C. l. ancilla.9. C.*
comm.de success.l.1. unde vir & uxor.l ad-
optivus.14.§.3.de rit. nupt. Paul.2 sent. 19.
unde uxores servorum dicuntur cōtuberna-
les. *l.12.§.33.de instruct. l.41. §. codicillis. §.*
concubinæ.de leg. 1 1. Pater verò is demum
est, quem nuptiæ demonstrant, *l quia sem-*
per.5. de in jus voc. & quidē legitimæ. *l.3.4.*
& 6.in pr.de his, qui sunt sui Ideoq;, cum le-
gitimæ nuptiæ factæ sunt, patrem liberi se-
quuntur. *l.cum legit.19.de stat.hom* non au-
tem ex quacunq; liberorū & servorum con-
suetudine, sive servorum ad invicē, id quod
87. jure civili planum est ex hac ratione. Nam,

Pater semper incertus.

quod Corras. dicit *ad l.5.verb, matre libera,*
de stat.hom. ex ancilla & ingenuo natum
propterea censeri servum, quia mater sem-
per certa est, pater incertus, ut & Telema-
chus *apud Homerum* ait. *lib.1.Odyss.*

> *Illo me genitum dixit pia mater, at ipse*
> *Nescio, nam proprium certus scit nemo pa-*
> *rentem,*

& confirmant ICti *ex l.Lucius Tit.8 de con-*
dit.& dem. ubi probatio filiationis non esse
in potestate filii dicitur, quod plerīq; sic in-
terpretātur, q. naturalis ejus probatio sit im-
possibilis, *Bart.in l.1.in pr.C.quor.bon.Bal.*
in l.6.de his, qui sunt sui.in l.1.n. 2.C.de his
qui accusa.non poss.Cret.in l.si.tendū.nu.1
de V.O.Palaott de noth.& spur.c.2 .Meno.
arb.qq.cas.88.n.11. licet verba legis quidam
aliter interpretentur, *Alciat.in prælud.præ-*
sumt.part.3.n.4.Dec.in rub.de prob.n.14.&
in l.qui accusare in fi. C.de edēd. nimis leve
est ad hanc rem, cum per eam rationem n[...]
quidem ex legitimis nuptiis nati patris co[n-]
ditionē sequi deberent, quia & illic statur
dei mulieris, quanquam pro honestate mu-
lieris & certitudine parētis de jure præsum[i-]
tur. *l.6.vers.non tamen de his, qui sui. l.1. a[d]*
agnosc.lib.Alc.1.præsumpt.41. Nam probat[io]
filiationis post confessionem matris nō al[i-]
datur, quam probabilis & præsumtiva. *Bal*
in d.l.1.n.5.C.de iis, qui accus. Palaot.in
c.21.Menoch d.cas. 8.n.12.seqq Illa verò r[a-]
tio, quæ servis denegavit parentelas, prorsu[s]
est petita ex jure civili, quia ut ipsi naturale[s]
sunt filii, *l. denique 8.de pignor.& hyp.l. a[n]*
plius.3.in pr.de liber.caus.l Lucius 8 .in p[r.]
de vulg.& pup.subst.l.ult.de jur.delib.l. L
cius.18.§.Dama 12.de leg.11. l.6.in fin. C.
inst.& subst.l.ult.C.de serv.fug. & cōtube[r-]
nales parentū uxores. *l.quæsitum.12.§. u[xo-]*
res.& §.contubernales. de instr. & inst.l[eg.]
& cognatos habēt naturâ cōmunes. *l. hos a[c-]*
cusare 12.§.ult.in fin.de accus. & inscr. I[d-]
quid obstat, quò minus & naturales habe[ant]
patres. *l.46 de in jus voc.l.lege Iul.44 §.4*
de rit.nupt.l.hos accus.12.in fin.de accus
inscr.l.uxorē.41.§.codicillis.de leg.III.l.
lib. caus. qui licet non intelligantur ju[re]
l.14.§.3.de rit nupt. aut veri *l. ult.in fin*
jur.delib.l.verba. C.de adult secundum [in-]
stitutiones civiles. tamen in iis, quæ pro[fi-]
scuntur à natura, Verorum parentum l[...]

su[...]

fu[illegible]t, ut cum agitur de ineundo matrimonio & contrahenda affinitate, ubi naturale jus & pudor inspiciendus est, *l. adoptivus.* 14. §. 2. *[illegible] nup. l.* 4. §. 4. *Eod.* de defensione, quæ à natura imperatur, *l. 1. 2.* & 3. *de liber. caus.* de honore parentibus debito, *l. 4. in fi. l. 6. de in jus voc.* & c. His enim casib. parentes etiam eos accipi existimat Labeo, qui in servitute susceperunt, *d. l. 4. §. 3. de in jus voc.* & Scævola appellatione filiorum & naturales filios [illegible] in servitute susceptos contineri, *l. [illegible]* 8. *Dams. 2. in fin. de legat.* 1.

89. Quod si servi ex jure naturæ habent certos patres, quid causæ superest ex eo, cur matres potius, quam illos sequi debeant? Nam quod Anto. Fab. *d. pr.* 4. extra conjugium patrem semper incertum esse scribit, id in vulgo quæsitis locum quidem habet, in servis minimè quorum contubernium æquè certũ est, atq; conjugium ingenuorum. Solennitatibus quidem, tabulis & deductione ad domum, ex quibus certitudo parentis probabiliter demonstrari potest, *l. cum legit. de stat. hom.* destituitur: sed fide & veritate sua perinde subsistit naturâ, ut matrimoniũ. Nec verè & propriè spurius est, quem libera concepit ex servo, sed habetur, ut spurius, fictione juris civilis, *l. ex libera. C. de suis & legit.* quẽadmodum jus aureorum annulorum liberti [illegible] imaginem tribuit, non statum ingenuitatis, *l. 2. C. de jur. aur. ann.* Nec quod de incerto patre dicitur *in l. si ignorans.* 3. *C. de [illegible] matr.* de incertitudine personæ, sed conditionis, accipiendum est, quia postquam error detectus, & qui se gerebat pro libero, servus agnitus fuit, desiit esse in numero civiũ, & in ordinem eorum recidit, qui civiliter

90. *Vt partus [illegible]* pro nullis habentur. Unde fit, ut liberi ex putativo matrimonio nullum amplius parentem habeant, quia, qui nullus est, non potest esse parens. Quæ omnia ex jure civili Rom. [illegible] educuntur, sed non ex lege naturæ, quã pater est, qui generavit. Unde Thom. 4. *sent. d.* 36 *art.* 4. apud alias gentes partum servilem dicit sequi matrem, apud alias patrẽ. & ipse Vlp. *in d. l.* 24. *in fi. de stat. hom.* legem specialem posse aliud inducere confitetur, [illegible] *l.* 3. *C. de muril. lib.* 11. *ex c. cum multa.* [illegible] *patet.* Contra legem verò naturæ, [illegible] est vis legis specialis. Apud Hebræos, tam uxor, quam liberi sequebantur statum parentis, *Levit. c.* 25. *Deut.* 1. excepto eo casu, si Dominus servo tradidisset uxorẽ. Tum enim, exeunte servo, uxor & partus manebant in potestate Domini, *Exod. c.* 21.

De modis constituendi servitutes ex jure civili. SECT. 6.

1. *Tres esse modos servitutis ex jure civili.*
2. *Qui reducuntur ad unum tantum.*
3. *De venditione ad servitutem.*
4. *Nemini licet sua temeritate ex libero se facere servum.*
5. *Germanorum quondam & Hunnorum in prodigẽda libertate temeritas damnatur.*
6. *Quare leges permittant, ut quis se vendat in servitutem.*
7. *Punienda quippe fuit temeritas eorum, qui libertatem tam parvi faciunt.*
8. *Quid Thuscus vicus apud Rom.*
9. *Suis rebus neminem posse abuti in perniciem Reipubl.*
10. *Permittente verò Repub. civium quemque posse libertatem suam distrahere.*
11. *Servos comparari pretio, sed sine nova specie constituendi servitutes.*
12. *Redemtos verò cives, non fieri servos redimentium.*
13. *Posse tamen retineri instar pignoris.*
14. *Examinatur consuetudo Germaniæ, quæ ex locis proprietate per domicilium quis fit servus.*
15. *Servitus voluntaria an justissima?*
16. *Probatur sacrarum literarum assensu.*
17. *Vtrum voluntariorum servorum temeritas trahat in consortium posteros.*
18. *Vtrum patri jus sit venundare filium.*
19. *Ne ipsi quidem Romani patiebantur liberos à patre in veram servitutem dari.*
20. *Quod & principia Iuris communis non admittunt.*
21. *Enarrantur alia crimina, ob quæ jus civile in servitutem rapit cives.*
22. *Mulieres ingenuæ servis copulatæ evadunt servæ.*
23. *Item sacerdotum concubinariorum liberi.*
24. *Ingrati liberti retrahuntur in servitutem.*
25. *Naturaliter beneficium transire in debitum.*

26. Pœna Romanor. in ingratos libertos.
27. De servis pœna.
28. Utrum iure aliquo debitores, qui non sint solvendo, trahi queant ad servitutem.
29. Mores mendacium debitorum descripti a Cassiodoro.
30. Vox juris gentium: Redde, quod debes.
31. Quam sit turpe, fallere fidem.
32. Plerarumq; gentium moribus pro debito perditur libertas.
33. Quid juris apud Romanos.
34. Quorundam corpora, & instrumenta libera esse ab oppignoratione.
35. Consuetudo nectendi debitores mansit etiam post secessiones plebis.
36. Lex Athenensium.
37. Lex Decemvirorum, qua usq; ad dissectionem corporis progrediebatur.
38. Contra eam quid disputetur.
39. Nunquam tamen eam à Rom. accusatam aut abolitam fuisse.
40. Ne ipse quidem Cæsar, quantũvis obaratus iniquis debitorib. patrocinari voluit.
41. Defensio debitorum reiicitur.
42. Debitores refractarios jure posse in vincula duci.
43. Distinguitur inter debitores malitiosos, & qui sine culpa depauperantur.
44. Moribus gentium receptum esse, ut debitores luant in corpore, quod non habent in ære.
45. Utrum Obstagia Germ. toleranda, quibus debitor creditori potestatem facit privata autoritate sibi manus injiciendi.
46. Beneficio cessionis bonorum posse renunciari.
47. Ius Saxonicum consentire cum Romano, quoad nexum debitoris.
48. Constitutione Augusti Elect. quatenus beneficium cessionis bonorum tollatur, & inducatur obligatio ad carceres.
49. A qua excipiuntur qui ex infortunio ad inopiam rediguntur.
50. Decoctores omni jure, & quidem graviter posse puniri.
51. Propter fidei necessitatem & exemplum;
52. Cessionem bonorum antiquitus non caruisse infamiâ.
53. An pœna vel ignominia liberet eum, qui bonis cedit, a solutione residui.
54. Nexos ob æs alienum, etiamsi servirent, servos tamen non fuisse.

QVantum subsistant & valeant servitutes, à jure naturæ, divino, & gentiũ introductæ, hucusq; disceptatum fuit & explicatum: superest, ut progrediamur ad jus civile, e quo Marcianus quidem *d.l.5. de stat. hom.* & ejus imitatione Iustin. *§. ult. Inst. de jur. person.* unum tantum modum proponit, si quis major 20. annis ad participandum pretium se venire passus fuerit, sed quia exemplum non constringit regulã, *l. damni. de damn. inf.* & plures à ICtis conquisiti fuerunt, & Donell. *li.2. de jur. civ. c.9.* tres proponit. *Venditionem, sententiam, & revocationem ob ingratitudinem.* Revera tamen, ut ex jure gentium, ita & civili, non est excogitare plures, quam unũ modum, nec aliud invenire jus, quam quod ex ratione naturali peti nuper diximus, cum de jure gentium ageremus. Nulla enim servitus etiam jure subsistit civili, nisi quæ imponitur, ut justum supplicium. Facinora verò, quæ servitute punita fuerunt, plurima enarrantur. concubinatus sacerdotum, *c. cum multa. 15. q.8.* subministratio ferri, armorũ, & ligaminis galearum; facta Sarracenis in prejudicium Christianorum, *c. Ita quorundam. c. ad liberandam. de Iuda. Sarrac.* Item origo ex latronibus, *l.2. C. quib. ad libert.* ingratitudo liberti erga patronũ. *l.2.3. & 4. C. de libert. & eor. lib. l.30. qui & à quib. manumiss. l. ult. C. de oper. lib.* aut si quis contumaciter restiterit revocãti legitimè in servitutem, *l.1. §. scientes. C. de assert. toll.* debitorũ magnitudo, & cessio bonorũ. *ex l.12. tab. Gell. li.20. c.1.* si quæ contra edictũ servo nupsisset, *l.3. C. de muril. li.11.* vẽditio sumpsius, *l.6. §.5. de injust. rupt.* præscriptio bona fidei, & ex quib. præterea criminibus quis servus pœnæ constituitur. *d.l.6. §.6. de injust. rupt.* Apparet enim qui ex his causis servi constituuntur, non alio jure libertatem perdere quam per sententiam, adeò, ut sententia a venditione & ingratitudine, tanquam tertius & distinctus modus nõ rectè distinguatur quia & ingratus per sententiam cõdemnatur & eum qui se vendit, non tam factum, quam legis pœna in eum vitæ statum detrudi patitur, quem suæ dignitatis & honoris immemor non sine sacrilegio elegit.

Nam,

Nam, ut de hoc titulo primùm agere [illegible] mus, qui venduntur, aut suo se ven[illegible] arbitrio, aut venduntur à parentibus, [illegible] ob [illegible] qui tenentur. Cæteris non da[illegible] liberos homines, quorum non [illegible] commercium, distrahendi, *l. 1. §. Si id, [illegible] dari 9. de oblig. & act.* Licet enim li[illegible] hominis emtionem contrahi posse, ple[illegible] existimaverint, si modò inter ignorantes id fieret, *l. libert. 70. de contr. emt.* tamen contractus non valet contra libertatem hominis, sed eatenus tantum, ut obligatio de evictione contrahatur, *l. 4. Quib. ad libert. procl. non lic.* quod idem statutum est de locis sacris, religiosis & publicis ignoranter emtis, *l. 4. 5. & l. qui officij 62. §. 1. de contr. empt.* ut sc. emtio non teneat, sed ex emto adversus venditorem emtor experiatur, ut consequatur, quantum interfuit eius, ne de[illegible]iperetur. *d. l. 62. § 1. de contr. empt.* Iam quia membrorum suorum nemo est Dominus. *l. lib. 13. in pr. ad l. Aquil.* nec cuiquam licet in detrimentum Reipubl. ei[illegible] atem ejurare & ex libero se servum constituere, quia libertas res publica est, *l. si quis rogatus 13. de fideic. libert.* quam ut nemini licet respuere, si offeratur, *l. ult. §. fin. Vero Versic. Licet enim. C. de testam. manumiss.* e[illegible] quod, qui utilitatem per improbitatem neg[illegible]gunt, ad commoda sua cognoscenda compelli inviti queant. *Leo: in Nov: 102.* [illegible] nec cuiquam fas est, quod publicè utile erat futurum, prodigere, & sibi ipsi nocere, [illegible] ex causa eos puniri censet Arist: qui sibi ma[illegible] inferant mortiferas, non quod sibi [illegible]ferant injuriam, sed quod publico. *5. Eth: c. ult.* Vnde Imperatores negarunt servos [illegible] qui se servos professi fuerint, *l. nec si volen[illegible] 6 l. liberos 39. C. de liber. caus. l. eum [illegible] 22. in pr. C. de agric. cens. lib. 11.* quia [illegible] est audiendus petire volens, *l. 13. de appellat.* & *pulcherrimum opus, etiam invitos [illegible] servare,* dicente Senec: *2. de benef. c. 1[illegible].* Nam propterea & lege Cornelia [illegible] puniri voluit Adrianus Imp: qui se [illegible] castrari, vel castrandos dederint: *l. 4. [illegible] ult. ad l. Corn. de sic.* Imò ne pactâ quidem [illegible] se sponte quis tradidit in servitu[illegible] subsistere. *l. post certs. 36. C. de lib. [illegible]* quia quæ contra bonos mores, utilitatem publicam, in perniciem paciscentium, & per cons. contra inclinationem naturalem fiunt, nullo jure robur & valorem acquirere possunt. Ideoque meritò condemnamus Italorum temeritatem, qui frustulo panis se vendunt ad agendos remos, aut libertatem non timent in jactus unius aleæ fortunam deducere, qua ratione olim & Hunni & Germani victoribus per lusum se addicebant, ut de his refert Tacit. *de mor. Germ: Aleam, quod mirere, sobrij inter seria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut eum omnia defecerunt, extremo ac novissimo jactu, de libertate & de corpore contendant. Victus voluntariam servitutem adit. Quamvis junior, quamvis robustior alligari se ac venire patitur; Ea est in re prava pervicacia. Ipsi fidem vocant.* De illis Ambros. *in c. 11. de Tob: Ferunt Hunnos, cum sine legibus vivant, aleae solius legibus obedire, in procinctu ludere, tesseras simul & arma portare & plures suis, quam hostilibus usibus interire. In victoria sua captivos fieri & spolia suorum perpeti, quæ pati ab hoste nequiverint.* Paulò post: *Frequenter autem tanto ardore rapi, ut cum ea, quæ sola magna æstimant, arma victus tradiderit, ad unum aleæ jactum vitam suam potestati vel victoris vel feneratoris addicat. Denique constat, quod quidam & Imperatore Romano cognitus in fide pretium servitutis, quo sibi talis sorte superatus intulerat, supplicium imperata mortis exolverit.* Quod si ad repetendam pecuniam, quam illicito ludo quis perdiderat, daturactio. *l. 1. & 2. C. de aleat. ubi Odofred. n. 3.* & victori denegatur eius, quod solutum non est, restitutio, quia, quæ contra legem fiunt, nec titulum tribuunt, nec bona fide fieri possunt, *l. quemadmod: C. de agrit. & cens. Azo in sum. C. de aleat. in verb. lusor.* quanto minus obligare se quis poterit ad tradendam vitam, vel libertatem, quam non habet in sua potestate? Quorsum igitur Iustinianus jure civili detinet in servitute eum, qui se major XX annis ad pretium participandum venire passus est? *§. fin. Inst. de jur. pers. l. 5. de stat. hom.* non quod jus libertatis suæ pactò aut venditione transtulerit in emtorem, (Sic enim non ex jure civili fieret servus, sed ex

4. *Non ex temeritate.*

5. *Qualis olim Germanor. & Hunnor: in prodigenda libertate temeritas.*

Qua damnatur.

6. *Quare leges permittant, ut quis se vendat in servitutem.*

jure gentium, unde venditio descendit. *l. 5. de just. & jur. l. 7. de pact.*) sed quod pœna hæc abjectis animis, libertateque, qua frui nesciunt indignis, imposita sit, autoritate legum, liceatque perire iis, qui libertati suæ tantopere diffidunt, ut alterius malint esse, quam sui. *Oportet enim imminere servitutem spontaneam nolentibus aut recusantibus libertatem.* ait Iustin. & *quem patronum habere noluerint, dominum suum, & forsan acerbum sentiant, l. ult. §. fin. vero, 2. in fi. C. de testam. manum.* Paulus veram hanc causam expressit, *l. Licinnius. 4. in fi. quib. ad libert. procl. non lic. Magis*, inquiens, *probandum est, ut denegetur ei libertatis petitio, qui potuit petere libertatem, & maluit se venundari, quia indignus est auxilio prætoris fidei commissarij*, idque evidenter colligitur ex verbis legis, *d. §. fin. d. l. 5. & l. liberis. 7. in pr. & §. 1. de liber. caus. in l. 1. in pr. & §. 1. quib. ad libert. procl. non lic.* Nam dolum malum intervenire in hac venditione debere ex eo constat, quod se vendere nemo possit, antequam superaverit annos XX. nisi ante hunc terminum factam venditionem postea probet, precium accipiendo, *d. l. 7. §. 1. de lib. caus.* Viginti enim anni sat calliditatis afferre poterant, *Connan. 2. comm: c. 1. n. 6.* Item quod ad libertatem proclamandi jus habeat, si alia ex causa se passus sit venundari *d. l. 1. quib: ad lib. procl.* Dolus enim maximè præsumitur ex participatione precii, aut ex actu gerendo, quam secundam exceptionem addit Vlpian: *l. si quis filio. 6. §. Irritum 51. de injust: rupt.* Actum autem gerendum interpretatur Hottom: de actuario publico. Cujacius de actore Domini *ad l. 1. C. ne quis lib. 11.* Gothofr: *ad d. §. irritum.* Ræyardus de actore ludorum *lib. 2 conject. c. 8.* quod antiquavit Leo. *Nov. 59.* Sicut igitur sacræ literæ insectantur Esaui temeritatem, *Gen. 25.* quod unius offæ pretio primigenia vendiderit, eumq; autor Epist. *ad Hebr: c. 12.* βέβηλον, profanum inde vocat: ita acriter meritò debuerunt leges ulcisci eorum protervіam, qui libertatem, inæstimabilem, *l. libertas 106 de R. I.* & extra commercia humana remotam, *l. liberi 70. de contr. emt:* quamque damni causa intercidere jura non

7. *Sc. ut puniretur temeritas illorum, qui libertatem tam vili pendeτent.*

patiuntur, *l. cum pater. 77. §. cum existimaret. in fi. de legat. 11. l. 1. & 2. Cod. de comm: serv: manum:* parvi alicujus lucelli spe abjurant.

Prabentq; caput domina venale sub hasta. Iuven: Sat. 3.

quales quidem homines in Thusco vico fuisse testatur Plaut: *in Curcul: qui ipse vendirabant.* Hunc quippe locum intelligere videtur Vlpian: quando ait: *Si quis eò se conferat, quò solent venire, qui se venales postulant. l. quid sit fugitivus. 17. §. Apud Lab. 12. de adil. ed:* Nam quod Catastam, quò solebant servi venales, trans mare adducti exponi *ex Cypr: Ep. 33. & Tibull. 2. Eleg. 2.* plerique intelligant, *Gothofr. ad d. §. 12.* id non placet Ræyard: *lib. 2. conject. cap. 8.* cum servum proponat Vlpian: non vendendum ab alio, sed seipsum venditurum. In Tuscum enim vicum, sic denominatum, quod Tuscis inhabitandus datus fuerit, confluxisse

Ambubajarum collegia, Pharmacopolas Mendicos, mimos, balatrones, hoc genus omne,

in ea Satyra indicat Horat: qua has sordes hominum in unum locum concludit,

Piscator, pomarius, auceps, Vnguentarius ac Tusci turba impia vici Cum scurris fartor &c. lib. 2. Sat. 3. ubi Acron. & Porphyr.

8. *Quid Tu[...] vicus apu[d] Romanos*

Horum igitur, qui tam temerè libertatem abjiciebant, & Dei donum sacrilegè contemnebant, quia

Non bene pro toto libertas venditur auro,

Voluerunt Imperatores his legibus punire, non quod venditio emtori dominium tradat, sed quod legum providentia hâc sua conniventia voluerit, temeritatem pœnitendo inhiantium precio ulcisci. *Quomodo enim*, ait Ambros: *libr. de Ioseph. non omnis servus avarus, qui pro exiguo pecunia lucello seipsum auctionatur?* AEgyptii olim pressi fame, primum armenta & pecudes, deinde agros, denique seipsos in servitutem Pharaoni vendiderunt, *Gen. c. 47.* quorum voluntati noluit Iosephus reluctari, quia aliter salvi esse non poterant, & necessitas tollit legem. Quin etiam sua quisque prodigere potest, *l. sed & si lege 25. §.*

9. *Qui s[...] potens [...]*

[illegible] salut. 11 *de hared. per: l: nemo. 9. C. de* [illegible] & alienare libere, *l. non usq; 2. Si a Par.* [illegible] *manum. l. 70. de rei vend. l. 8. de in lit.* [illegible] *rer' amor* (Id enim est Dominum [illegible] *21. C mandat.*) nisi noceat publico, *l.* [illegible] *35. de legat. l. §. 2 vers. expedit. Inst.* [illegible] *qui sunt sui. Gurd. Pap. q. 91.* Qui ve[illegible]um interficit, aut vendit, non tan[illegible] probitate facti, sed & suiipsius fur[illegible] Remp Fac igitur Remp. injuriam & [illegible] suum remittere, quemadmodum Iosephus nomine Pharaonis damnum sub[illegible]rum à necessitate inflictum in commoda Regis & totius Regni vertit, nihil obstat, quo minus liber homo in servitutem se vendere queat. Ita permisit etiam Moses, ut Iudæi aut Iudæis, aut incolis se venderent, sed non alia ex causa, quam ad redimendam vitam à furore paupertati 5. *Lev. 25. Deut. 15.* Necessitas enim tollit præsumtionem doli & temeritatis. Tum etiam separat servitutem ad tempus, in quam quis conjectus fuit inopina paupertate, à perpetua & vera servitute, cui mancipabantur emti ex peregrinis. Et hæc lex prorsus convenit cum lege Constantini de potestate vendendi filios ad vitandam famem, de qua mox agemus.

11. [illegible]

Alio adhuc & diverso modo per emtionem videtur servitus constitui jure civili, scil: captum ab hostibus quis redimat. Redemtus enim statim fit redimentis, *l. in bello 12. §. si quis servum. de capt: & postl. rev.* Quod si is, qui redimitur, alienigena est, in servitute esse quidem pergit, quia facilius durant res in eodem statu, quam in alium inducantur, *l. patre. 8. de his, qui sui,* sed nova servitus emtione non inducitur, de quo hic agitur. Nam jam servitutem serviebat redemtus, & in eo statu ab una [illegible]bl. transit in alteram. Sed si civem [re]dimas, non is tuus evadit, quemadmodum erat hostis, *l qui testamento 20. §. 1.* [illegible] *fac. poss.* sed, *ut ait Gordian.* [illegible] *in causam pignoris constitutus, quam* [illegible] *conditionem detrusus esse videtur. l Ab hostibus. 2. in pr. C de capt. &* [illegible] *l. si patre. 15. l. si quis. 21. ff. Eod. l.* [se]*natus. 43* [illegible] *& ult. d. legat. 1. ubi gl. in* [illegible] *pignoris.* [illegible] *lib 2. de pac publ: cap* [illegible] *1* perinde ut ex lege Francorum *bannitus, id est, citatus in hostem, si contumaciter se subduxisset, in 60. solidos condemnabatur, & si solvendo non esset, pro Vadio seu pignore in servitio principis manebat, donec multam persolveret.* Quod si *moreretur in articulo mortis, liberabatur, lib: 4. leg. Francor. cap: 71. de lib. hom. in hostem bannit* perinde ut Vlpian. *in d. l. si patre* vinculo pignoris exui redemtum subtiliter pronuntiat & postliminium morte recuperare, quod docte explicat Anton: Fab: *Iurispr: Papin: t. 3. princ. 4. Illat: 3.* Hinc enim manifestum evadit, redemtum civem non fieri servum redimentis, quia in instanti mortis non liberaretur. Tum etiam redemtus, etiamsi pretio nondum soluto adhuc hæreat, apud redemtorem, successionis jura sibi vendicare potest, ut inde possit precium pro se datum exolvere. *l. si qui liber. in fi. C. de capt: & postl.* Item legari eidem potest, quod legatum proficiet ad liberationem vinculi pignoris, quod in eo habuit, qui redemit, *l. senatus. 43. §. ult. de legat. 1.* Hinc subtiliter Vlpian: *in lib. 3. §. si quis eum. 3, de lib. hom. exh.* quærens, utrum interdicto teneatur, qui redemtum ab hostibus retineat, respondet, non teneri, & rationem addit: *Non enim dolo malo facit.* Quod si redemtus servus fuisset, multò compendiosius dixisset. Non videri hominem liberum, qui à redemtore retineatur. Fieret item redemtus libertus redemtoris, si servus esset. Sed protinus, soluto vinculo pignoris, ingenuitati restituitur & nullum obsequium debet. *l. si liberum. 11. in fi. C. de capt: & postl:* Deniq; non liceret redemtori cum redemta nuptias contrahere, remisso vinculo pignoris, *l. ab hostib: 2. C. Eod.* nec suscepti ab ea medio tempore ex servo, benigna interpretatione, ingenuitatis matris origini redderentur. *l. commercio 16. C. Eod:* si redemta ab hostibus vera fieret ancilla redemtoris. Patet igitur servitutem civis redemtione non parari, sed retineri tantum redemtum loco pignoris, donec refundatur redemtionis precium, nō quod liber homo oppignorari queat, *l.* [illegible] *as. l. qui filios. 6. qua res pign: obl: non poss.* sed quod detineri, donec satisfaciat, *c. ex rescripto, ubi gl. Card. & Felin. n. 7. de jurejur:* Zas.

12. *Civis redemtus non fit servus redimentis.*

13. *Sed retinetur loco pignoris.*

Zaf: 2. fing. refponf. c. 8. Covarruv: lib. 1. Var: ref: cap. 1. n. 1. circa fin. Sic enim obftagia apud Germanos introduxit confuetudo, quibus debitores detinentur ex pacto con vento, donec folvant. *Myn fing Cent. 6. obf. 51. VVurmfer t. 28. obf: 3.* quæ probata quoque erant *in Conftit: Polit: An: 48. fub. t.* von wunderlichen contracten. *§. fin.* fed revocantur *in Conftit. Polit. Ann: 77 fub. t. 17.* ut improbantur à gl. *in c. ut pridem 23. q. 8 gl. in refp. nlt: in d. c. ex refcript ubi Abb: & Imolenf. Francifc. Ripa in l. obligat. n. 12. ff. de pignor:* nec infrequens eft damnari aliquem in carcerem, den gehorfam/ aut Einlage/ hoc eft, prohiberi exire domo, donec fatisfaciat creditori. *Gail. 2. de pac. publ. c. 2. n. 9. & lib. 2. obf. 45.* Confuetudo invaluit in Germania, ubi proprios homines, veftigia antiquæ fervitutis, retinet nobilitas, ut, fi quis aliunde adveniens dimittat fe in terra, ubi incolæ funt homines proprii, ex libero fiat conditionis fervilis, pro qua non nihil difputat Zaf: *lib. 2. fing. refponf. c. 12.* & faciunt, quæ tradit Gail: *de Arreft. Imp. c. 7. n. 8.* Requirit autem Zafius duo, ut ab iniquitate confuetudo liberetur, primum ut

14. *Confuetudo Germaniæ examinatur.* Imperator licentiam hanc concedat, vel quę Imperatore connivente tantundem poteft, confuetudo, *c. confuetudinis & c. fin: de confuet.* Nam, priufquam Refp: juri fuo, quod, dum quis ex libertate provocat ad fervitutem, minuitur, renunciat, nemo dominus eft membrorũ fuorum, *d. l. lib. homo l. 1. ad l. Aquil.* adeò, ut ne quidem poteftatem alicui facere queat, impunè fefe percutiendi contra regulam, quod volenti non fiat injuria. *c. fcientis. de R. I. in 6 l. cum donationis. C. de tranfact:* quia in corpore fuo non habet velle aut dominationem. *l. 1. §. ufq; adeo de injur: ubi Bart. n. 2. & feq & in l. interdum. §. qui furem. n. 2. de furt:* nec fe efficaciter ad torturam offerre, *Clar: §. fin. q. 63. Hippol: in l. penult. n. 4. cum feq: de quaft.* ex eadem ratione, & quod poteftas torquendi, quæ eft, meri imperii, *l. defenfores. C. de defenf: civ:* pactis privatorum concedi nequeat. *l. privatorum, C. Eod: Hippol: ubi fupr. n. 6.* Deinde requirit fcientiam eius, qui terram alienam ingreditur, quia æquitatis ratio potiffimum depromitur ex vi tacitæ conventionis. Nam, qui confuetudinem loci aut legem imperitatio- vit, quod bona, quæ acquirit, acquirantur cum onere perpetuæ fubjectionis, & non fine fpecie fervitutis, præfumitur huic legi & confuetudini fe conformare voluiffe, *l. fi. §. fin: C. de fides l. domino prædiorum. C. de agric: & cenf: lib. 11.* ideoque tacita conventione dominiq. alterius fua fe fponte fubjecit, quod fieri poffe tradit Gail: *de Arreft: cap. 7. num. 6. per tex: in l. hominis. 2. de ufu. & ufufr. leg. l. fervitutes. de fervit: c. grandi de fuppl. negl. prælat: in 6.* & receptum eft etiam in Burgundia, *tefte Anton: Fab: t. 5. Iurifpr. pr. 2. illat: 7.* quoniam pactis conventis, nifi contineant turpitudinem convenit ftare, *l. jurisgentium. §. prætor ait, de pact.* Vulgo dicimus, Arbitrio tolli Leges, Willkuhr bricht Landrecht/ *Hemaing: confil: 10. n. 7. Incip: factum tale.* quoniam contractus ex conventione legem accipiunt, *l. contractus. de R. I. l. 1. §. fi convenerit. Depof. & tot: t. de pact. inter empt: & vend: comp.* quodque ab initio voluntatis fuit, poft fit neceffitatis, *l. ficut. C. de action: & obl. l. ab initio. C. de nupt: l. quamvis de pign: action:* Nam cum emere aut contrahere nemo compellatur, *l. qui pecuniam. 30. de reb. cred. l. neq; emere. C. de jur: delib. l. invitum. C. de contrah. emt.* non datur locus pænitendi poft factum, nec difplicere debet, quod placuit femel. *c. quod femel. de R. I. in 6.* & damnum imputandum venit iis, in quorum poteftate fuit, ait Paulus, bonorum poffeffionem omittere. *l. 2. §. fi tres emanc: 3. de collat. bon.*

Qua ratione factum eft, ut Baffol: *4. fent. dift: 36. art. 1. verf: Dico igitur,* voluntariam fervitutem omnium juftiffimam dicat, ut & Montecat: *ad tex: 64 lib. 1. Pol.* & Connan: *lib. 1, Com. c. 1. n. 6.* quam omnium miferrimam cenfet Orig: *hom. 16. in Gen:* & turpiffimam Macrob: *1. Sat: c. 11.* Montecat innititur huic rationi, quod voluntarii fervi quam proximè accedant ad Naturales, cujus indicium capit à vilitate animi, ex Sen: *Epift. 47.* dicente, *Nulla fervitus turpior eft, quam voluntaria.* Nifi enim fibi melius fore fperarent fub alieno dominio, tam improbè divinam libertatẽ non diftraherent, Baffol: vero

[illegible] *Licet subjectio voluntaria esset facta, & [illegible] contra legem libertatis naturalis [illegible] tamen potuit quisq; facere de suo [illegible] & renunciare libertati sua, & seipsum [illegible] dere, & Dominus potuit justè accepisse & debuit subditum servire, implendo [illegible] quod promisit Domino, quia licet prius [illegible] tenere tur, facta tamen voluntaria subjectione & obligatione, hoc tenetur implere jure natura, sicut servare promissum.* Ma-

16. [illegible] iis accedit pondus ex lege divina, *Exod.* 21. quando eum, qui amore captus uxoris & liberorum apud Dominum relinquendorum, negat septimo anno oblatam libertatem recuperare, jubet offerri Diis, id est, judicibus, eique ad postem applicato perforata aure, perpetuam injungit servitutem. Non prius enim legitimam servitutem constitui inter Hebræos permittit, etiamsi se ad vitandam famem vendiderint, quam si beneficium liberationis, à lege indultum respuant, & in servitute manere, quam libertatem oblatam amplecti malint. Iis enim liberum arbitrium relinquit Iustin: *l. ult. § Sin vero quidam, 2. C. de testam: manum.* sive ad libertatem venire velint, sive in servitute remanere, & honestæ libertati, cum servo Plautino, anteferre, *quotidianas nuptias, natales, debacchationes, an. illarum ferias. In Aulul.* Vtrum verò ultro ea hæc servitus & subjectio in consortium calamitatis trahat posteritatem, in eo putat Zas: *d. cap.* 12. *n.* 2. consuetudini non convenire cum legibus & æquitate. Transactione quippe matris filios eius non posse servos fieri, notissimi juris est, *l. 26. C. de transact.* & ex servitiis à matre præstitis, non infertur ad eadem præstanda à filio, *l. ad probationem. 22. C. de probat:* quia in servitutem rapiendi, consensus ubique præsupponitur, *tot. t. de lib. caus. & seq. quib. ad lib. procl.* Interim voluntas patris *Exod.* 21. retinet non tantum se sed & liberos & uxorem in perpetua servitute, & inquinatum censetur, quicquid ex vitiosa radice nascitur. Vnde Pomponius & iis negat dandam libertatem, qui ex muliere, quæ se venum [illegible] est, nati erunt tempore servitutis [illegible] *l. 3. in fi. quib. ad lib. proclam:* nec aliter [illegible] Germania observatur, quam, observationem injustam usurpationem vocat Zas: *d. c. 12. in fi.* Lex enim *transactione 26. C. de trans:* loquitur, de eo casu, quando mater libera pascitur de servitute filiorum, ut explicat illic Donell: cui obstat regula, quæ non patitur rem inter alios actam, aliis nocere, *l. 1. & tot: t. C. res inter al. Act:* In *l. 22. C. de probat.* vertitur insufficiens probatio, quæ ex matris & fratris conditione desumitur, *l. 17. C. Eod:* quia ex eadem matre & servi nasci possunt & liberi. Interim non negat, qui post legitimam matris servitutem concipiuntur, conditionem matris sequi, quia per rerum naturam fieri non potest, ut ex serva radice libera nascatur arbor. Consensus requiritur, sed in iis, qui se vendunt, non in iis, qui nascuntur. His enim statum nativitas, quam sibi quisque fingere non potest, illis arbitrium parit, cui consensu opus est.

[illegible] *con.* [illegible] *vocat* [illegible]

Antiqua Romuli lege, *Halyc. lib. 2.* quæ post transumta fuit in *ll. 12. tabul: Vlpian: Instit. t. 10. § 1.* tantum indultum erat potestati patriæ, ut ter patri filium liceret venundare, quo jure adhuc hodie Muscovitas, uti testatur Sigism: Baro *in hist. Muscov.* addit filiumque non evadere liberum, aut sui juris, nisi post quartam venditionem. Sed, quanquam venundare filium pater potuit, in servitutem tamen dare non potuit, modò Constantino fidem habeamus *in l. ult: C. de patr: pot.* qui ait: *Libertati à Majoribus tantum impensum est, ut patribus, quibus jus vita in liberos necesq; potestas olim erat permissa, libertatem eripere non liceret.* Quid ita: an pluris fecerunt libertatem, quam vitam? Id verò negat Callistratus, *l. capitalium. 27. in pr: de pœn:* Sed, quia fortius abstrahendam putarunt temeritatem patris ab inducenda servitute, quam ab inferenda morte, quia difficilius ad hanc, quā illam præsumitur fuisse progressurus, *arg. l. ult: C. de bon: qua liber:* servitutem igitur interpretamur per operas serviles, ut paulò post dicemus, à quibus licebat ipsi, qui vendiderat, vel qui alienatus erat, aut cuilibet alii ad ingenuitatem propriam venditam repetere, modò si aut pretium offerat, quod potest valere, aut mancipium pro eiusmodi præstet. *l. 2. in fi. C. de patr. qui fil:* 18. *Vtrum patri liceat venundare filium.* 19. *Romani hoc non permittebant.*

[illegible] in servitutem sui con- [illegible] pro libertis ha- [illegible] 11. Atq; hoc SCtum [illegible] tolli t Iustin: *in lib. 1. C. de SCt.* [illegible] *in fi. Inst. de success. subl.* quia [illegible] ita favendum est, ne foveantur cri[illegible] inhonesti amores. Hac quippe de [illegible] Sacerdotes concubinarios Concilium [illegible] IX. non tantum ipsos, Canonica [illegible] damnavit, sed sancivit etiam, ut [illegible] aliena pollutione nata non solum [illegible] nunquam accipiat, sed etiam [illegible] ejus Ecclesiæ, de cujus sacerdo[illegible] ministri ignominia nati sint, jure pe[illegible] maneant. Et huc usq; ajunt patres, [illegible] sententiam judicantium protraxisse comissa [illegible] parum, quas nullæ sententiæ corrigere [illegible] tenus potuerint, ut non tantum inferre[illegible] ultio in autores scelerum, sed in ipsam [illegible] progeniem damnatorum, *c. cum multa. 15. q. [illegible]* quæ causa movit Diocletianum & Maxim. *in l. 2. C. quib: ad libert: procl:* ut de latronum familiis & societatibus descen[illegible] tes, ex largitione principali dono datos [illegible] servitutem, aut fisco addictos, retrò libertatem petere prohiberent, quoniam atrocitas facti protendit pœnam in conscios & posteros.

Porro, qui legitimè in servitutem revo[illegible] non paret, etsi de facto se subtraxe[illegible] jure servus est, nec novum in illo jus constituitur, sed vetus renovatur. *l. 1. & 2. C. de a[illegible]*: Qui verò legitimè manumissus, malam patrono refert gratiam, privilegium meritò amittit per ingratitu[illegible] dinem, quo abusus est contra autorem, *& jure redit ad conditionem, qui redit ad nequitiam servilis ingenii,* ut dicitur *in l. 2. [illegible] C de libert. & eor. lib*: Quemadmo[illegible] *m libertinos ingratos & de quibus patroni quererentur, revocasse Claudium in servitutem crebri, Sueton. c. 25.* Nec tantum [illegible] sed & Athenienses, actione ingra[illegible] [illegible] in vincula retrahebant, *ut referunt [illegible] Max: lib 2. c. 6. Alex: gen. dier. lib. 3. [illegible]o. Donat. in Andr. Ter. Plut. in Sol:* Formulam addicendi talem proponit Valer: *[illegible] te habere civem, tanti muneris [illegible] æstimatorem Nec adduci possum, ut [illegible] urbi utilem, quem domui scelestum*

24. [illegible]

cerno: Abi igitur & esto servus, quoniam liber esse nescisti. Vnde Ambros: *de Iacob. c. 3. Ita libertatem accepisti, ut meminisse manumissoris tui debeas, ut patrono tuo noveris legitimum obsequium deferendum, ne ab ingrato revocetur libertas.* Licet enim solida præstetur manumisso libertas, quæ onerari ultra modum, *ut legit: Haloander,* non possit, *l. 2. & l. 15. quæ oneranda. 32. de oper: libert: l. 1. §. quæ oneranda. l. ult: in fi. quar: rer: act. non dat:* nec obliget libertum sequi domicilium patronorum, *l. qui manumittuntur. 12. C. de oper: libert:* cum species servitutis sit, si quis præter voluntatem alicubi habitare cogatur, *l. Titio censum. 71. §. 2. de condit: & demonstr:* Tamen omni manumissioni hæc exceptio tacitè innexa est, nisi ingrati probentur, *d: l. 12. C. de oper. libert: l. 30. qui & a quib: manum: l. 5. in pr. de jur. patron. l 6 in fi: de agnosc. lib*; Naturaliter enim, quisquis beneficium accipit, obligatur ad *ἀντίδοσιν*, *l. sed & si lege. 25 §. consuluit. de petit. hæred.* ubi Accurs: *in verb. obligaverunt,* hanc obligationem, quia naturalis est, extendit ad ipsa animalia bruta, *ut & Bart. l naturaliter. 13. §. fin. de condict. indeb. Vultej. discept. 16.* qui naturalem obligationem ab ea, quæ juris gentiū est, separant, cum tamen Paulus disertè dicat: *Is natura debet, qui jure gentium debet l. in ambiguis 84. in fi. de R. I.* & quod Pomponius *in l. 206. Eod.* ex jure naturæ proficisci dicit, ne quis cum aliena jactura ditescat, id Cic: *lib. 3. off.* apertè vocat jus gentiū, ubi iterū apparet juris naturæ & gentium confusio, cujus suprà meminimus. *l. frater à fratre. 38 ibi. naturalem oblig. de condict. indeb. l. quibus diebus, 41. de condit. & demonst:* Vndecunq; autem derivetur gratitudo, *non referre beneficii gratiam & esse turpe, & apud omnes haberi,* rectè scripsit Sen. *l 3. de benef. c. 1. in pr* Quia jam inæstimabile beneficiū à patrono accepit libertus, *l. libertas de R I* non tantū obsequium, sed & operas naturâ debet, *l. si non sortem. 26. §. libertus. in fi: de condict. indeb.* & inde eò gravius peccat, quò intollerabilior est ingratitudo in eo, qui plura debet, quod cum considerarent Imperatores, non tantum suo vitio in servitutem passi sunt ingratos libertos reduci, sed pro qualitate & modo

25. *Beneficium transit in debitum naturaliter.*

26. *Pœnam in ingratos libertos.* & modo ingratitudinis graviores pœnas adjecerunt. Nam si contumeliam fecerint, aut convitium patronis dixerint, in exilium temporale mittuntur: si manus intulerint, in metallum dantur: Idem, si calumniam aliquam instruxerint, vel delatorem subornarint, vel quam causam adversus eos tentarint, *l. 1. in fi. de jur. patron*: Et hinc fiunt servi non tantum patronorum, sed & pœnæ, *§. pœna. Inst. quib. mod. jus patr: In pr. Inst. de cap. dim. l. rei uxoris 24. C. de donat. inter vir. & ux. lib. 3. de hu. qua pro non scrip*t. Quicunque enim ad bestias, aut in metallum, aut in opus & ministerium metallorum damnantur, *l. aut damnum. 8 §. Est pœna. 4. l. 12. l. 17. in pr. l. 29. l. 36. pæn.* imò in genere, qui capite damnantur, vel ad bestias, vel ad gladium, vel alia pœna, quæ vitam adimit, servi pœnæ efficiuntur, *l. si quis filio. 6. §. Sed & si quis. 6. de injust. rupt.* & id quidem in instanti, ut pronuntiata est sententia, etiamsi diu post super vivant, *l. quod ad statum. 12. l. qui ultimo. 25. de pæn. l. intercidit. 59. de cond. & demonstr. l. ex facto. 17. §. si quis rogatus. 2. ad SCt. Trebell.* Dumq; servi pœnæ fiunt, amittunt civitatem, *l. sunt quidam. 17. §. 1. de pæn. d. l. intercidit. §. 2. de cond: & dem:* & libertatem. *l. qui ultimo. 29. de pæn.* & testamenti factionem, *d. l. 6. §. 6. de injust: rupt: irrit*: quæ omnia favore libertatis cor-

27. *De servis pœnæ.* rexit Iustin: *Nov. 22. c. 8. Auth sed hodie. C. de donat. inter vir. & ux.* cum jam ante Constantinus, *l. si quis in metallum 17. C de pæn.* stigmatis vetuisset maculari cœlestem faciem damnatorum in metallum. Satis enim putavit puniri personali pœna eum, qui peccavit, nec pati humanitatem, ut alieno admisso graviorem pœnam luerent liberi, quos nulla contingeret culpa, *l. 7. in pr. de bon: damnat: c. quæsivit. de ijs qua fiunt à maj. part. capit. in 6.* Quod si verò, qui infamem mortem meritus erat, subtrahatur gladio aut funi ex causa, & damnetur ad Triremes, aut fodinas metallicas, ut apud eas gentes fieri videmus, quibus ad has operas copia hominum opus est, nulli fit injuria; dum gravior pœna mortis mutatur in minorem, *l. capitalium in pr. de pæn.* perinde, ut diximus de captis, quos servitus præservat à morte. Plerumq; tamen, qui ad triremes damnantur, civitatem tantum perdunt, s[...] va libertate, de quibus nunc non est agen[...] locus. Nam testamentū faciendi cap a[...] perdunt, & c. quæ videre est apud C[...]gnol [...] *l. servitus. ē de R. I.* Socin *l. si cognatus. de r[...] dub.* & Dd. *in d. l. si quis filio. de injust. rup[...]*

Vnicum superest inter titulos Iuris C[...]vilis excutiendum, Vt ium quodammo[...] defendi possit illorum acerbitas, qui de[...]tores vita & libertate coegerunt luere, qu[...] non potuerunt solvere in ære. Persæ eni[...] *ut testis est Herod. lib. 1.* post mendaciu[...] maximè probro dabant æs alienum, quo[...] qui eo gravatur, dum hinc inde concuti[...] videatur se expedire posse, nisi insigni[...] mentiatur, quos frustratorum mores g[...]phicè describit Cassiod. *lib 5. Var. Epist.* [...] Fontosum perstringens: *Fugere, inquit,* [...]*scens, sed sua sponsionis ignarus, oblivios[...] cum relinquitur, trepidus, cum tenet[...] Mutat verba, variat constituta, nec in u[...] dicti sui qualitate contentus, diversis im[...]ginibus immutatur. Meritò Chamaleon[...] bestia conferendus, qua parvorum serpe[...]tum forma consimilis, aureo tantum capi[...] & reliquis membris subalbentis prasini [...]lore distinguitur. Hac quoties asp[...]ctus h[...]manos incurrerit, dum ei fugienti velo[...]tas denegatur, nimia timiditate confus[...] colores suos multifaria qualitate mutat, [...] modò Veneta, modò blattea, modo possit cy[...]nea reperiri Vnde mirum est, in una supe[...]ficie tot diversa conspicere. Quam non i[...] meritò Pandia gemma dicimus esse consim[...]lem, in qua unus sic fulgor non potest cen[...]nere: fluctuat aspectibus tremulus dum la[...] teneatur immortalis Nam quod modo via[...]ris mox aliud ibi, si amplius intuearis, a[...]vertis: sic mutatū credis, quod nemine erip[...] esse cognoscis. His permutationibus æstima[...]mens Frontosi simillima reperitur. Qua di[...] sui nō habet fidē: quia tot varietates ōsme[...] quot verba protulerit. Protei fabulis jure [...]ciandus, qui subito comprahensus, subst[...] sua forma omnimodis nō habebat. Na ut [...]laret hominē, aut Leo frendebat, aut sibi[...]bat anguis, aut in undas liquidas solv[...]tur.* Imò nō tū tātū, quādo exigūtur nomi[...] à creditore, sed potius quādo cōtrahuntu[...]

de[...]

... per fraudem & mendacia creduli ... in ... damna projiciuntur, & ali-quando ... jacturam faciunt, aliquando ... & vitæ ipsius, cum pecunia sic paupe- ... sanguinis, *late Tiraq. de nob. c. 31.* ... *Zann. de defens. part. 1. nu 39. 47.* ... *aufert victum, occidit proximum* ... *c. 34* Nunquam enim obærato ... soli licet perire, sed ut Cæcias nu-... post se trahit ruinam eorum, qui fal-... ejus fidei fidem habuerunt. Nam fallax ... non tantum mendaci furto res suas ... oribus eripit, & pro benefacto perfi-diam reponit gratiam: sed vinculum totius societatis humanæ dissolvit. Sublata enim fide, quid remanet præter perfidiam? *Ubi fides desinit*, ait Signor. *cons. 5. col. 2. omnia ea necesse est infici, quæ ex fide effectum sumunt.* Appius, *apud Liv. lib. 6. in fin. Cum fi*-de, dicit, *omnem humanam societatem tolli*, & Servilius *apud Halyc. libr. 6. optimum in vita contra omnes injurias remedium, & retinendæ concordiæ commodissimum, contractuum fidem* statuit. de quo Symmach. *libr. 2 Epist. ... in pr. Vox juris & legum est, bona fides contractum non posse rescindi*, & Senec.

10 *de benef. cap. 14. Aequissima vox est & jus gentium præ se ferens: Redde, quod debes.* Nam *nihil tam convenit fidei humanæ, quàm servare pacta, l. 1. de pact. §. Vendita. Inst. de*

11 *rer. div.* & *nisi res creditæ solvantur, fides nulla subsistere potest*, ut ait Cicer. *lib. 2. offic.* Quod igitur societatem humanam dissolvit, quod multos innocenter in perniciem præcipitat, & mendaciis fraudibus, impo-... referrum est, annon illud inter sontica crimina referendum, horrendo digna flagel-lo? *Reatus quidam est*, ait Cassiod. *12. Var. Epist. ... esse sub debito: nec liber potest veraciter dici, qui probatur obnoxius reperiri.* Si gentium mores non tam ponderare velis, quàm numerare, non procul erit, quin ubiq; debitores invenias creditorum nexos.

12 A...chides Aegyptiorum Rex, cum vide-ret mutuationum facilitate suos omnes fortunis labefactari, cavisse fertur, ne quis mutuum acciperet, nisi oppignorato patris sui cadavere, cujus sepeliendi potestas esset penes creditorem: filium non dissolventem fœ-nus comitaretur vivum infamia, mortuum nulla sepultura sequeretur. Qui ergo pecuniæ debitæ vel criminis alicujus obnoxii prohibentur sepultura, domi sine arca asservantur, quos posteri ditiores facti, dissoluto fœnore, honorificè sepeliunt. *Diodor. libr. 2.* Iudæos Deus ipse jussit sese vendere, quò *Iudæ.* luerent debita sua, & fidem liberarent. *Exod. 21. Levit. 25. Deuter. 15.* quò respicit paterfamilias, *Matth 18.* quando ait: *Vade, & vende, quæ habes, omnia, usq; ad uxorem & liberos, ut animam redimas.* Et moribus invaluerat, ut non tantum debitor, sed & liberi ejus servirent creditori, ut patet ex *lib. 2. Esr. c. 5. & 2. Reg. c. 4.* ubi pauper vidua queritur: *Ecce venies creditor, ut tollat liberos ad serviendum sibi*, aut debitor ipse abripere-tur in carceres, quemadmodum servus nequam, *Matth. 18.* conservum compingit in carcerem, non depromendum, donec extremum persolvat nummum & *Matth. 5.* dicitur: *Ne te prehensum adversarius tradat judici, & is per ministros detrudat ad carceres perpetuos.* Romanis omni tempore, etiã 13. *Romani.* ante legem 12. tab. jus fuit, debitores, qui solvendo non essent addicere servitiis suis, aut compedibus, primum quidem domesticis, deinde publicis nectere. Hinc enim querelæ nexorum ob res alienas, & post inanes querelas seditio & secessus in sacrum montem. *Premebant*, ait Liv. *se foris pro libertate & imperio dimicantes, domi à civibus captos & oppressos esse, tutioremq; in bello, quã in pace, inter hostes, quam inter cives libertatem plebis esse. Invidiamq; eam sua sponte gliscentem, insignis alicujus calamitas accendit. Magno natu quidam cum multorum majorum suorum insignibus se in forũ projecit: obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie peremti. Ad hoc promissa barba & capilli efferaverant speciem oris. Noscitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxisse ajebant, aliaq; militia decora, vulgo miserantes eum jactabant. Ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum, cicatrices adverso pectore ostentabat. Sciscitantibus, unde ille habitus? Unde deformitas? cum circumfusa turba esset, propè in concionis modum: Sabino bello, ait, se militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, sed villa*

 incensa

incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatū, æs alienum fecisse, ut cumulatū usuris, primo se agro paterno avitoque exuisse, deinde fortunis aliis, postremo velut tabē pervenisse ad corpus: ductum se à creditore non in servitium, sed in ergastulum & carnificinam, esse inde ostentare tergum fœdum recentibus vestigiis verberū. Ad hæc visa, auditaq; clamor ingens oritur. Non jam foro tumultus se continet, sed passim totam urbem pervadit. Nexu vincti solutiq; se undiq; in publicum prorripiunt. Atq; hæc seditio eò evasit, ut Cōsul Servilius, modò nomina darent, edixerit: *Ne quis civem Romanum vinctum aut clausum teneret, quò minus ei nominis edendi apud Consules potestas fieret: ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret, aut venderet, liberos nepotesve ejus moraretur.*
34. Quidam exempti ab oppignoratione. Quod edictum necessitati datū est favoriq; militum, ut & militum apud Aegyptios corpora à violentia creditorum libera extitisse scribit Cæl. Rhodig. *lib. 12. antiq. lect. c. 20.* Si enim propter utilitatem publicam nequeūt oppignorari arma militū, multo minus poterunt corpora? Nec *sine causa*, ait Diod. *lib. 2 damnantur nōnulli Græciæ legumlatores, qui arma, aratrum, & quidvis operi rustico necessarium instrumentum prohibuerūt capi pignore, eorum autem corpora, qui his utūtur permiserunt. arg. l. executores. 7. & l. seq. & Auth. Agricultores. C. quæ res pign. oblig.*
35. De jure civili miles non cogitur ultrà solvere, quam potest *§. miles. l. item miles. de re jud. l. centuri. de vulgar. Covarr. var. resol. c. 1. n. 4.* Sed, cum ex tota urbe concurrissent vincti & nomina dedissent, quò se compedibus exolverent, post victos hostes Appius fidem collegæ, de mittendis nexis negavit exolvere, sed potius, qui ante nexi fuerant, creditoribus reddebat, & necti patiebatur alios. donec per contentiones, cum Valerius dictator concordiæ autor, suo edicto, patrib. non magis placeret, quā placuerat Servilius Consul, processum est ad sacrum montem, à quo plebs reduci sese non est passa, nisi contrà injurias patrum defensores suos magistratus novo exemplo sortiretur. Cæterum de servitiis remittendis & demendis compedibus, tantum abfuit, ut quicquam demtum fuerit, *Liv. lib. 2. Halyc. libr. 6.* ut potius Decemviri jus vitæ & necis carceribus adjicerent. qua in re imitati videntur priscam Atheniēsium severitatem, quam lenitate aliqua tēperare voluit Solon, per σεισάχθειαν, id est, χρεωκοπίαν, seu, interprete Budæo, per novas tabulas. Nam ante legē Solonis, οἱ χρεῶν λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἀγώγιμοι, τοῖς δανείζουσιν ἦσαν. *Infima plebs.* ait Plut. *in Sol. opprimebatur à divitibus æris alieni magnitudine, cogebanturq; alij aut septa fructuum parte agros illorum colere, alii sese illis, ad imperatum quodvis faciendum offerre, ut aut servirent ipsis creditoribus, aut ab iis venirēt extraneis, alii filiorum suorum servitute se, libertatemq; suam redimerēt. Plut. in Sol. lib. de vitād. usur. li. 2. de fort. Alex. & in Polit. ad Trajan.* Non introduxerunt verò Decemviri jus nectendi, sed renovarunt, cum seditionibus plebis plurimûm agitatum & bona ex parte patribus ereptum esset. *Sigon. 1. de jur. civ. c. 6. Connan. 4. com. jur. civ. c. 14 n. 7.* Verba legis habentur apud Gell. *libr. 10. c. 1.* unde ab interpretibus 12. tab. transscribūtur *Rhodig. ubi supr. Crisp. Hotom. ad ll. 12. tab. gl. 1 Idem Illust. qq. c. 24. Ravard. c. 12. ad ll. 12 & lib. 4. var. c. 18. Sigon. 1. jur. Civ. Rom. c. 6. Cujac. libr. 3. obs. 39. Menoch. arb. cas. 183. n. 5.* Antiquæ autem nectendi consuetudini pœna capitis adjecta erat, ut Cæcilius *apud Gell.* explicans ait: *Tertiis nūdinis capite pœnas dabant, aut trans Tyberim peregre venū ibant. Sed eam capitis pœnam sanciendæ fidei gratia horrificam atrocitatis ostentu, novisque terroribus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset judicatus, secare si vellent, atq; partiri corpus addicti sibi hominis permiserunt. Nihil profectò minutius, nihil immanius,* (Nam sic objecerat Phavorinus) *nisi, ut reipsa apparet, eo consilio tanta immanitas pœnæ denunciata est, ne ad eam unquam perveniretur. Dissectum esse antiquitus neminem equidem neque legi, neq; audivi, quoniam sævitia ista pœnæ contemni non quita est.* Id quod testatur etiam Quinctil. *libr. 3. c. 8.* inquiens: *Sunt quædam non laudabilia naturâ, sed jure concessa, ut 12. tabulis debitoris corpus inter creditores dividi licuit, quam legem mos publicus repudiavit.* Et damnarunt hanc efferatas

[illegible] manaut eam multi ex patribus. *Ter-[illegible] Apol. c. 4. Ambros. de Tob. c. 8. & 10.* [illegible] repugnatum, inprimis si leve fue-[illegible], aut sine dolo contractum. Sed [illegible] pars legis, de nectendis debitoribus, [illegible] solvendo non sint, summa ratione sub-[illegible], & a plebe, quantumvis seditiosa, [illegible] rogatione ex civium animis dele-[illegible] non potuit. De sua enim ætate sic dicit C[illegible] *Addici etiam nunc & vinciri multos videmus, qui vinculorum pœnam deterrimi* [illegible] *contemnunt. Gell. libr. 20. c. 1. in fin.* M. Manl. cum videret æris alieni stimulos non egestatem modo & ignominiam mina-ri, sed nervo ac vinculis corpus liberum ter-ritare, popularem Tyrannidem, quam Sp. Melius a largitione frumentaria, exorsus e-rat, a liberatione à nexu quam commodissi-me sibi auspicandam putavit. Ideoque cum duci vidisset pecuniæ judicatum Centurio-[illegible], medio foro cum caterva sua accurrit, manuq; injecta, multa de superbia patrum, crudelitate fœneratorum, & miseriis plebis vo[illegible] feratus, *Ego*, inquit, *nequicquam hac dextra Capitolium arcemq; servaverim, si [illegible]em commilitonemq; meum, tanquã Gal-lis victoribus captum, in servitutem ac vin-cula duci videam.* Ideo rem creditori palã populo solvit, libraq; & ære liberatum emit-tit. Fundum quoq; in Vejenti, caput patri-monii, subjecit præconi: *Ne quem vestrum,* inquit, *Quirites, donec quicquam in re mea [illegible]rerit, judicatum addictumq; duci pa-tiar. Liv. libr. 6.* & quidem ad comitia, capiti ejus indicta, qua[illegible] ringentos homines produ-[illegible], quibus sine fœnore expẽsas pecunias tu-[illegible], quorum bona venire, quos duci addi-ctos prohibuisset. Tam liberè ea ætate debi-tores addicebantur, quam legem nec Man-[illegible], nec plebs accusabant, ut injustam, sed in usuras & fœneratores calumniam intende-[illegible] ut ex defensione Manlii colligere est: *Qui plebem deducitis à me singuli vestrũ [illegible] interecedendo, eximendo de nervo [illegible] vestros? prohibendo judicatos, addictos-que duc[illegible] ex eo, quod affluit, opibus vestris su[illegible]ndo necessitates aliorum? Sed quid ego [illegible] pro impendatis hortor? Sortem aliã [illegible], de capite deducite, quod usuris pernu-[illegible]atum est.* Anno demum V. C. 428. *plebi Romana*, ait Liv *libr. 8.* *velut aliud initium libertatis factum est, quod necti desierunt. Mutatum autem jus ob unius fœneratoris si-mul libidinem, simul crudelitatem, qui C. Publium, ob æs alienum paternum nexum, de stupro appellatum & recusantem flagi-tium, nudari jusserat & verberibus percuti.* Hinc enim jussi Coss. ferre ad populum, *ne quis, nisi noxam meruisset, donec pœnã lue-ret, in compedibus, aut in nervo teneretur: pecuniæ creditæ, bona debitoris, nõ corpus ob-noxium esset.* Ita nexi soluti, cautumq; in po-sterum, ne necterentur *teste etiam Varron. 6. de Ling. Lat.* Quia verò ob impotentiam u-nius, ut confitetur ipse Livius, vincebatur ingens vinculum fidei, quod in tanta paupe-rum hominum multitudine Res tam publi-cæ, quam privatæ aliter subsistere non pos-sent, cum die lex hæc eviluit, & ceperunt ne-cti, ut prius. Ipsum Scipionem, repetundarũ damnatũ, jusserunt Consules in vincula du-ci, cum judicatæ pecuniæ satisdare non pos-set. *Valer. lib. 4. c. 1.* Post cladem Cannensem M. Iunius Dictator non tantum servos, sed & nexos ad arma vocat: *Qui capitalem frau-dem ausi, quique pecuniæ judicati in vincu-lis essent, quis eorum apud se milites fierent, eos noxa pecuniaq; se exolvi jussurum. Liv. lib. 23.* Servus *apud Plaut. in Panul. act.*

Ubi in jus veneris,

Addicet prætor familiam totam tibi.

Et Phormio *apud Terent. in Phorm. Act. 2. sc. 2.*

Aliis aliunde est periculum, unde aliquid potest:

Mihi sciunt nihil esse. Dices, ducent da-mnatum domum.

Alere nolunt hominem edacem, & sa-piunt mea quidem sententia,

Pro maleficio si beneficium summum no-lunt reddere.

Cicero, etiam *in libr. de Legib.* id sibi putet palmariũ, quod nunquam nec majus æs alie-num fuerit, nec melius aut facilius dissolu-tũ: fraudandi quippe spe sublata solvẽdi ne-cessitatẽ consecuturam: tamẽ *in orat. pro Flac.* meminit Heraclidis cujusdam, qui, cum ju-dicatum non faceret, addictus Hermippo & ab eo ductus fuerit. Apud Salust sic conque-runtur conjurati: *Deos hominesq; testamur, nos at-*

nos arma cepisse uti corpora nostra ab injuria tuta forent, qui miseri, egentes, violentia atq; crudelitate fœneratorum plerique patria, sed omnes fama, atque fortunis expertes sumus, neq; cuiquam nostrum licuit, more majorum lege uti, neq; amisso patrimonio, corpus liberum habere. Tanta sævitia fœneratorum atq; prætoris fuit. Tempore Luculli à Magistratibus Romanorum solitos debitores addici creditoribus per universas civitates Asiæ, testis est Plutarch. *in Lucull.* Adrianus, nihil obstante l. Iulia, *decoctores bonorum suorum, si suæ autoritatis essent, Catamidiari in amphitheatro, & dimitti* jussit. *Spart. in Adria.* Nihil enim iniquius, quam creditorem perire per suum beneficium, & incuriam alienam. Ne ipse quidem Cæsar per licētiam belli civilis eò ausus fuit devenire, ut per novas tabulas, quæ anxiè à plebe, cujus favore ipse sese erexerat, expectabantur, creditorum juri præjudiciū creare voluerit, sed remedium novum contra supernumerarias usuras, utriq; parti tolerādum excogitavit, de quo ipse *libr. 3. de bell. civ. in pr.* sic scribit: *His rebus confectis, cum fides tota Italia esset angustior, neque credita pecunia solverentur, constituit, ut arbitri darentur: per eos fierent æstimationes possessionum & rerum, quanti quæq; earum ante bellum fuissent, atque ea creditoribus traderentur. Hoc & ad timorem novarum tabularum tollendum, minuendumque, qui ferè bella & civiles dissensiones sequi consuevit, & ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimavit.* Brevius Sueton. *in Cæs. c. 42. De pecuniis mutuis disjecta novarum tabularum expectatione, quæ crebrò movebatur, decrevit tandem, ut debitores creditoribus satisfacerent, per æstimationem possessionum, quanti quasq; ante civile bellum comparassent, deducta summa æris alieni, si quid usuræ nomine numeratū aut perscriptum fuisset, qua conditione quarta pars ferè crediti deperibat.* Nimis enim iniquam putavit esse novarum tabularum, quę Agidi Lacedæmoniorum Regi jugulum fregerunt, *Plut. in Agid.* invidiam, cum sine magno creditorum præjudicio indulgeri nō potuerint. Nihil autem interest, sive per novas tabulas nomina deleantur, sive per privilegium debitorum prohibeantur creditores jus suum prosequi.

40. *Ne ipse quidem Cæsar iniquus debitoribus patrocinari voluit.*

Atqui, inquiunt, iniquum est, ut propter pecuniam corpus liberum, cujus nulla est æstimatio, in squalore carceris ignominiose marcescat. Iniquum verò? cum hic non agatur de refundenda pecunia, sed punienda fraude & perfidia, aliisque sceleribus, quæ diximus malis debitis involvi. Sicut enim in referenda gratia nō semper spectatur meritum, sed opera, ita in criminibus non semper punitur damnum, sed animus. *Quædam,* inquit Seneca, *pluris sunt, quam emuntur. Emis à medico rem inæstimabilem, vitam, ac valetudinem bonam, à bonarum artiū præceptore studia liberalia & animi cultum. Itaq; his non rei pretium, sed operæ solvitur, quod deserviunt, quod à rebus suis nobis vacant. Mercedem non meriti, sed occupationis suæ ferunt. lib. 6. de benef. c. 15.* In fure, in improbo debitore, & id genus impostoribus, non damnum pecuniarium, sed fidei violatio, sed impostura sæpius reiterata, sed animus dolosus & multis noxius punitur. Quid enim interest inter furem & fugitivum debitorem? hoc scil. quod, ut Cassiod. ait *lib. 11 Ep. 10. gravius percutiat, qui blandiendo grassatur.* Plus quippe est persuadere, quam cogere, verbis decipere, quam vi compellere. *l. 1. §. persuadere. 3. de serv. corr.* Quo jure igitur fur damnatur ad patibulum, aut operas, eodem damnari potest refractarius debitor ad carcerem aut servitia: quia maleficia non debent manere impunita, nec creditori jus suum ulla magistratus indulgentia aufferre potest. Qui igitur non habet in ære, crimina sua luat in corpore, ut habet vetus regula. *l. si quis id quod. 7. de jurisd. omn. jud. l. 1. §. fin. de pœn. l. quicunq;. §. in serv. C. de serv. fugit. l. fin. si quis in jus voc. l. fin. §. fin. C. de sepulchr. violat. §. homicidium. de pac. ten. & jur. firm.* Nam si à pœna per hanc exceptionem quis excusari posset, quod mulctam non det, qui nihil habeat, quam multa scelera manerent impunita? Non debet autem propter rei paupertatem justitiæ detrahi, sed, ut ait gl. *in d. l. fin. verb. & impœ. de in jus voc. necessariò cum deficit quis in pœna pecuniaria, supplet in corpore,* & ut Vlpian. *in d. l. 1. §. fin. generaliter placet, in legibus*

[illegible] publicorum judiciorum vel privatorum criminum, qui extra ordinem cognoscunt praefecti vel praesides, ut eos, qui poenam pecuniariam egentes eludunt, coercitionem extraordinariam inducant. Sic enim servos, qui in [illegible] nihil habent, duriori poena extra ordinem coerceri vult Venulejus *l. in hos accusare. 12 in fin. de accusat.* & Modest. *l. ult. in [illegible] voc.* & Iustinian. *in Auth. incestas nupt. C. de in[illegible]st. nupt.* loco cõfiscationis bonorum, ex[illegible] & cinguli spoliationis, quas poenas in[illegible] nuptiis imponi, servis irrogat verbera & [f]ustigationem, ne propter affectatam in[op]iam eludatur vis justitiae, de cujus poenae mutationis aequitate agemus *in tractat. de poen. mitig.*

Disputant ICti, utrum statuta, quibus debitor detruditur in carceres, si vel solvere abnuat, quod liquidò se debere confitetur, vel non possit, Iuris ratione sustineri valeãt, quoniam ex causa civili carceribus nemo mancipatur, & liber homo capi, aut pignori obligari non potest, *l. quae filios. Cod. qua res pign. oblig. l. ob as alien. Cod. de act. & oblig.* Quod si distinguamus inter eos, qui praeter [sp]em ex infortunio ad incitas redacti fuerint, & qui eò se redegerint, vel incuria propria, vel luxuria, tam rationi, quam moribus [ge]ntium consentaneè agunt, qui pervicaces debitores ad carceres, aut custodias condemnant, ut vel ex ipsius legis Iuliae *miserabili & calamitosissimo auxilio*, ut vocat Iustinian. *in l. ult. in pr. Cod. qui bon. ced. poss. §. si quis autem. in Auth. ut deser. sit nu. cler.* patet. In cum enim finem cessionem bonorum indulsit, ut liberaretur debitor à carcere, qui pot[i]ssimus est cessionis bonorũ effectus. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* Vnde sequitur, regulariter solitum mãcipari carceri, qui *refugio hoc miserorum*, ut vocat Aug *in t. de cess. bon.* ut[i], & *bonam copiam, ne esset nexus, ejurare nolit, ut ait Varr. 6. de ling. Lat.* Nam Constantinus *in l. 2. C. de exact. trib. lib. 10.* etiãsi carcerem aut plumbatorum verbera & pondera a debitoribus amoveat, vult tamen eos [ap]erta, & libera, & in usum hominum instituta custodia militari contineri, quae lex hodie communiter observatur per Italiam, ut [ii] bанniantur, *Zas. in rubr. n. 2. de cess. bon.* [&] in carcerem compingantur elusores debitorum, *Menoch. de arb. jud. cas. 183. n. 9. 10. Peck. de jure sist. c. 4. n 2. & seq.* per Hispaniã, *l. 4. t. 15. part. 5. Roder. Suar. ad ll. Regni. t. de Cess. bon. Anto. Gomez. ad ll. Tauri l. 29. n. 2.* 44. *Ea lex moribus gentium recepta.* In Gallia & Anglia omnes turres portarum fartae sunt miseris obaeratis, qui illic stipem mendicant: & parlamentorum atria saepe damnatos non capiunt. De antiquis Galliae incolis sic meminit Caesar, *lib. 6. Plerique Gallorum, cum aut are alieno aut magnitudine tributorum aut injuria potentiorum premũtur, se in servitutem dicant Nobilibus, In hos eadem omnino sunt jura, qua Dominis in servos.* In Germania nihil frequentius, quam ob debitum non solutum custodiri homines in carcere, dummodo non sit squalidus nec periculum vitae minitetur, *arg. d. l. 2. C. de exact. libr. 10. l. liber homo. ad l. Aquil. l. 1. post pr. C. de custod. reor.* quod si fiat, autoritate judicis, & custodia sit publica, nec per cautionẽ satisfacere queat debitor, *Gail. 1. obs.* 45. *Vtrum obstagia in Germania toleranda.* 26. de jure communi facilè conceditur, *d. l. 2. C. de exact. arg. l. nõ est singulis. 176. de R. I.* sed, per obstagia, quae vocant Germani die Leistung/ eò deventum fuit, ut propter convẽtionem mutuam ipsi creditori liceat manum injicere debitori, autoritate privata, *in Const. Pol. de An. 48. sub t.* von wucherlichen Contracten. *§. fi.* quod & in Camera aliquoties toleratum tradit, Gail. 2. *obs 45. nu. 2. de pac. publ. 2. c. 2 nu 6.* Mynsing. *Cent. 6. obs. 51.* Wurmf. *t. 28. obs. 8.* Sed quia periculosum est privatae cujusq; cupiditati vindictam indulgeri, *d. l. non est singulis 176. de R. I.* privatae illius potestatis abusum compescit Constit. Polit. *de ann. 77. t. 17. Fadum quippe est.* inquit Cassiod. *Epist. 10. libr. 4. Var. inter jura publica privatis odiis licentiam dare, nec ad arbitrium proprium judicandus est incõsultus fervor animorum.* Item. *Hinc est, quod legum reperta est sacra reverẽtia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu. Quid enim à bellica confusione pax tranquilla distabit, si per vim litigia terminentur.* Quod igitur capturam privatam attinet, conventio de obstagiis, ut scandalosa & juri communi adversa, meritò rejicitur, quia carceres privatos nemini habere licet, *l. un. ubi Bald. num. 1. C. de priv. carcer. inhib. Bart. & Are. in l. alia §. eleganter. ff. solut. matr.* sed si

concepta sit de capturâ publicâ, autoritate magistratus injicienda, cum nihil contineat illicitum, propter fidem servanda est, ut rectè ratiocinatur Zas. *libr* 2 *resp.sing.c.8. nu.* 2. & *ex eo Gail.d.obs.44.num.3.de pac.publ. lib.2.c.2.n.7.* Ex quo sequitur falli receptam

46. *Beneficio cessionis posse renuntiari.* opinionem, quod beneficio cessionis renunciari non possit, *Cap. Thol.q.61. Covarr. var. res.lib.2.c.1.n.7. Navar.cons.59.n.6.Tessaur, decis.36.* etiamsi renunciatio juramento firmata sit, *Covar.d.num.7.concl.4.* quia ratio, quam allegant, quod qui renunciat, obliget se ad carceres, speciem servitutis, & ad servitutem homo liber se obligare nequeat, falsa est, cum obligatio ad ea, quæ jure concessa sunt, ubiq; valeat, & carcer, etiamsi detineat hominem, jus tamen servitutis, aut pignoris in eo non constituat, *Bartol.in l.1.num.5.C. qui bo.ced.poss. Gloss.in c.ex rescript. ubi tex. verb.obsides.resp.1. de jureju.* Nec illud alicujus momenti est, quod Covar. *d.n.7 concl.* 1. non valere pactum contendit, quo debitor prius consentit ire in carcerem, quam bona excutiantur, quia tolleretur ordo inductus in favorem libertatis humanæ, *Aretin. in d.l.alia. §. eleganter.sol. matr. Ripa in l. obligatione generali.nu.24.de pignor.* Nam conventione ordinem tolli posse probat Zas. *d.c.8.nu.3.ex l.3.ubi Gothofr. C.de pignor.& hypoth.*

47. *De iuris Saxon. constitutione.* Ius Saxonum non absimile est juri antiquo Romanorum. Etenim Landrecht. *lib.3. art.* 39. creditori copiam facit alligandi debitorem servitiis tam diu, donec de credito per operas sibi satisfiat, modò autoritate judicis addicatur. *Fachs.diff.10. Coler. de pro*

Longobar. *cess.exec.par.1.cap.6.n.184. & seq.c.7.n.10. Longob. Husan. de hom prop.quæst.6.num.8. & seqq.* quod de jure Longobardorum extendebatur usq; ad debitoris hæredes. *libr.* 5. *tit.*100. Eamq; legem dicit Gail. *de pac.publ. lib.2.c.1.nu.23.* non carere ratione, quia cum indignum nô sit libero homine operas præstare, *tot.tit.ff.& C. de oper.libert.* tam artificiales, quam officiales, nihil iniqui continet in se justa ad præstandas operas condemnatio, imò tantò æquior est pœnâ carceris, quantò damno decepti creditoris hac via magis, quam illâ consulitur, nec eripitur debitori facultas sese alendi, & quantum in se est, creditori satisfaciendi. *Bald.in l.1.nu. Salyc.ibid.n.8.C.qui bon. ced.poss.* Augustus Elector Saxon. *Novell.22.part.2.* hoc jure revocato voluit cessionis bonorum beneficiū, seu indultum legis Iuliæ, constitutionibus Imperatorum ad omnes provincias porrectæ, *l.legis Iulia.4. C. qui bon. ced.poss.* prorsus antiquare: quod tamen limitant Compilatores ipsi constitutionum ad decoctores, ex gloss. tam Germanica, quam Latina *ad d. art 39.libr. 3.* qui fraudulenter in rebus suis versati fuerint, *Stracha.de decoct.part.2.in pr.Hieg.lib.1.q.35.n.45. & seqq. Paris.cons. 94. num.58. lib.1.* Odiosa enim statuta, quibus hoc de carcerandis debitoribus, tanquam juri communi contrarium, annumerant, restringenda putant, *Menoch.1.arbit. q. 90.n.19.* & ex naturali æquitate interpretari volunt, *Alciat.de verb.sign.lib.1.vers.sequês tractatum,per.l.2.C.de noxal.act.* Aequum autem est, ne afflicto addatur afflictio, & ne injuriam fortunæ gravet inhumanitas magistratus, ut ait Iustin, *Novell 13. in prin. Ubi locorum justum est, ut is, qui in universum ex accidenti, non supina negligêtia res suas amisisse traditus esset, denuo ad ignominiosam vitam per vim trâsponatur, & ad quotidianû victum, neque non (ut licet conjicere) amictus corporis inopiam adigatur.* Exarsit enim furor plebis contra fæneratores, non quod vinctos ducerent debitores, sed quod non distinguerêt fortunæ injurias à propria culpa, & immodicis usuris debitores eò redigerent, nè ab uno fænore se extricare possent, quia incidere in aliud & vorsuram facere cogerentur. Sic enim ductor ordinum se excusabat: *Sabino bello se militantem, quia propter populationes agri non fructu modò caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, æs alienum fecisse, id cumulatum usuris, primo se agro paterno avitoq; exuisse, deinde fortunis aliis, velut tabem, pervenisse ad corpus, Liv. libr.* 2. Item Centurio, *apud eundem lib.6. Se militâtem, se restituentem eversos penates; multiplici jam sorte exoluta, mergentibus semper sortem usuris, obrutum fænore esse,* &c. His enim, qui iniquis sub usuris procumbunt, quos calamitas cœlestis, naufragium, incendium, hostilis

[illegible] discrepito, aut si quod aliud incidere possit infortunium tale, ad egestatem præcipitati, æquum erat misericordiam potius impertiri, quam pœnã insuper infligi, sicut Alphonsus Rex Arragoniæ, cum pro Equite quodam, qui per luxum & libidinem patrimonium satis lautum absorpserat, & æris alieni magnam vim præterea contraxerat, amici intercederent, ne saltem, quæ debebat, corpore luere cogeretur, respondit: *Si tantam pecuniam vel in sui Regis obsequiũ, vel patriæ commodu, vel sublevãdis propinquis impendisset, audirem utiq. Sed quoniã [illegible] opes impendit corpori, par est, ut luat corpore. Anton. Panorm. in Apopht. Alphons.* Adrianus, cum vellet catamidiari, qui bonis cessissent, infamiam illam publicam tantum astrinxit ad decoctores, qui suæ autoritatis fuissent, *Spart. in Adrian.* ut & lex Roscia, quæ Equites, rerum suarũ prodigos, in XIV. ordinibus sedere vetuit. *Cic. Phil. 2. Plin. 33* [illegible] & quandocunq; leges civiles durius statuunt in depauperatos, de iis verba concipiunt, qui sua culpâ in paupertatem se conjecerunt. Nam dum incarcerantur debitores, pœnitior non tam *emolumentum actionis* in [illegible] videtur in eo, qui exutus est bonis, quã pœna, ait Venul. *in l. ult. §. ult. quæ in fraud. cred.* Ubi verò culpa non est, quæ potest ibi consistere pœna? An enim culpa exigi potest, ab eo, per quem non stetit, quò minus res alibi administraretur? *l. Etiam. 18. §. licet. 1.*
10. *sol. matr. l. pen. de jure dot.* Itaq; Augustus *in d. Nov. 2. in princ. & in fi.* rationem constitutionis innuens, de iis loquitur, qui dedita opera rationes conturbant, & creditorib. os phaleratis verbis sublinunt, quoniam indignum est subveniri iis, qui sua culpa egent, aut suo vitio inciduñt in egestatem, ut ait gl. *in c. Quam in Eccles. verb. Ad inopiam. de const. per l. bona fides. Depos. c. nõ satis. dist. 86. c. ex parte. de consuet.* His enim beneficium cessionis bonorum *in Constit. Polit. de an. 77. c. 21.* meritò denegatur, eosq; carceribus publicis mancipari, aut servitiis creditorum illigari posse, constat, quia publicè interest severiter eam fraudem puniri, quæ dissolvit compagẽ totius societatis humanæ. Ita verò [illegible] perfidiam in commerciis supra dictum, & testatur Livius, quando, Petilio ro-gatione, desiisse cives necti refert *lib. 8.* & addit: *Ita victum est, per impotẽtiam unius fœneratoris, ingens vinculum fidei.* Latius Cæcil. *apud Gell. lib. 20. c. 1. Omnibus quidẽ virtutum generibus exercendis, colendisq; pop. R. è parva origine ad tanta amplitudinis instar emicuit: sed omniũ maximè atq; præcipuè fidem coluit, sanctamq; habuit, tam privatim, quã publicè Neq; pejus ullũ facinus æstimatum est, quam si quis probaretur cliẽtem derisui habuisse. Hãc autem fidem majores nostri non modò in officiorum vicibus, sed in negotiorum quoq; contractibus sanxerunt, maximeq; in pecuniæ mutuaticiæ usu atq; cõmercio. Adimi enim putaverunt subsidium hoc inopiæ temporariæ, quo communis hominum vita indiget, si perfidia debitorũ, sine gravi pœna eluderet.* Deinde exacerbãdæ sunt pœnæ, quando exemplo opus est, propter frequentiam delictorum, ut longè lateq; demonstramus *in tr. de pœn. mitig.* & *11. Vel propter exemplum,* Tryphoninus indicat *in l. bona fides in prin. Depos.* inquiens: *Nam malè meritus, publicè ut exemplo aliis ad deterrenda maleficia sit, etiã egestate laborare debet.* Ut n. iterũ cum Cæcil. loquar: *An putas, si non illa etiã ex 12. tab. de testimoniis falsis pœna abolevisset, & si nunc quoq;, ut antea, qui falsum testimoniũ dixisse convictus esset, è saxo Tarpejo dejiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tã multos quã videmus? Acerbitas plerumq; ulciscendi maleficij, benè atq; cautè vivẽdi disciplina.* An putas, si hodie reviviscat Appius quidã, qui liberatos à Servilio in vincula reducat, si improbi debitores, una eademq; opera & pecuniam sibi mutuo rogent à creditore, & nisi fidẽ servent, Dominum eundem parent, tam temerè multos ære alieno se oneraturos, aut tam lautè lepideq; ex pecunia aliena victitaturos? Quam multi sumtus faciunt nõ necessarios, in ædificia, in epulas, in vestimẽta, liberales de alieno: Mox, ubi satis indulserunt genio, arrepto præ manib. quantum satis est, ædes vacuas ejurant, & alio sub cœlo eandem retexunt fabulam. Ea de causa antiquitus cessioni bonorum annexa fuit infamia, ut notant Freher. *de infam. libr. 3. cap. 20. nu. 13.* Heg. *d. q. 35 nu 32, libr. 1.* quam in servos, cum libertate hæredes institutos, Domini derivare solebant, *§. 1. & 2. Instit.* *12. Olim cessio bonorum trahebat post se infamiam.*

quibus ex caus. manum. & talia statuta passim existunt, quæ ignominiosè dimittunt cedentes bonis, utpote Papiæ, ubi nates dimittendi lapide communi in foro percutiuntur & cum infamia jure municipii privantur. *Menoch. arb. jud. cas.* 83. *nu.* 23. Constantiæ moris est, ut contra cessuri bonis ædes statuatur tribunal, & in multis Sueviæ civitatibus de lapide in foro ædificato ignominiosè ostenduntur populo, qui bonam copiam ejurant. *Zas. in rubr. de cess. bon. n.* 3. Bœoti deductos in forum, ibique sedentes cophyno operiebant, & sic coopertos ignominiâ notatos putabant. *Stob. a serm.* 42.

53. *An ignominia vel pœna liberet cedentem bonis.* Per hanc ignominiam opinantur quidam deleri obligationem tam civilem, quam naturalem, & cum cedens bonis cogatur cautionem præstare de solutione residui, si ad pinguiorem fortunam ascenderit, *c. Odoardus. de solut. l.* 4. *de cess. bon. §. ult. Inst. de actiòn.* non teneri amplius eum, qui ignominiosè bonis cessit, contendunt, eò, quod pœna pecuniaria mutata fuerit in corporalem, *arg. l. ult. in fi. de in jus voc.* Qui enim accepit satisfactionem, injuriam suam remisit. *l. sed si unius.* 17. *§. si ante* 6. *de injur. & fam. lib.* Ita sentiunt Guid. *dec.* 343. *arg. gloss. in c. sicut dignum. §. Eos insuper. de homic. quam sequuntur ibi Dd. & præcipuè Felin. & Rom. sing.* 24. *Quod nō volens solvere. Capoll. caut.* 3. *Bell. de re milit. part.* 9. *t. de salvo conduct. nu.* 47. *Castrens. Ang. Ias. Dec. ad l. si quis id quod de jurid. omn. jud.* quorum tamen sententia non placet Covarr. *d. c.* 1. *nu.* 6. *in fin.* quē refutat Menoch. *arb. jud. d. cas.* 18 *n.* 23. Illi subscribit gl. *in c.* 1. *verb. peccati.* 14 *q.* 6.

54. *Nexi ob aes alienum non erant servi.* Qui verò serviriis creditoris hac ratione innexi erant, serviebant quidem, sed servi nō erant, prout multis argumentis disputat Quint. *lib* 7. *cap.* 3. dum ait: *Circa propria ac differentias magna subtilitas, ut cum quæritur, an addictus, quē lex servire, donec solverit, jubet, servus sit. Altera pars finit ita: Servus est, qui est jure in servitute, altera: qui in servitute est eo jure, quo servus, ant. ut antiqui dixerunt, qui servitutē servit. Quæ definitio etiamsi constat aquo, nisi tamē propriis ac differentiis adjuvetur, inanis est. Docet enim adversarius, servire eum servitutem, ant. eo jure, quo servum, Videamus ergo propria differentiasq. liberorum. Servus cum manumittitur, fit libertinus. Addictus recepta libertate, est ingenuus. Servus invito domino libertatem non consequitur: addictus solvendo citra voluntatem consequetur. Ad servum nulla lex pertinet, addictus legē habet, propria liberi, quæ nemo habet, nisi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribū, habet hæc addictus.* Addictus igitur non est servus, unde liber vocatur à Varrone 6. *de ling. Lat. Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debebat, dum solveret, præstat, nexus vocatur, ut ab ære obaratus* In toto enim jure civili aliud est servire, quod etiam liberis hominibus attribuitur, *l.* 1. *ex quib. caus. maj. l.* 4. *§. Stichus si Titio. de statulib. l. Igitur.* 12. *§. ult. de lib. caus. l. ex qua tutores.* 22. *§. & tolerabilius Cod. de adm. tut. l. qui statim.* 8. *de re mil.* aliud in servitute esse, sicut aliud: possidere & in possessione esse. *Cujac. ad l.* 4. *in fin. de usuf. & iur. Petr. Fab. libr* 2. *Sem. c.* 55. *&* 21. *in pr. ad l.* 118. *in pr. de R. I. Ant. Fab. Iurispr. Pap. t.* 3. *pr.* 1 *in pr. t.* 4 *prin.* 7. & patet *ex l.* 2. *l. ad recognoscendos.* 1 *C. de ingen. manum.* Aliud juribus ingenuitatis uti, aliud esse ingenuum, *l. sciendum.* 32. *de rit. nupt.* Servum enim esse & possidere juris est, *l. possessio.* 20. *in pr. & §.* 1. *de acqu. poss.* servire & possidere facti, quam interdum impropriè naturalem possessionem vocamus. *l. stipulatio ista* 38. *§. hac quoq. stipulatio. de verb. oblig.*

Utrum servitutes hominum pugnent cum æquitate & utilitate publica.

1. *Quam impensè Christiani servitutes antiquare festinarint.*
2. *Quibusq. causis ad id inducti fuerint.*
3. *Esse aliquam misericordiam iniustam.*
4. *A qua omninò Christianis recedendum.*
5. *Non posse omnem servum iustè liberari.*
6. *Argumēta Christianorū contra servitutē.*
7. *Civibus non datur ius servitutis in cives.*
8. *Inter Christianos & Turcas posse veram servitutem cadere.*
9. *Argumenta contra servitutes proposita tollunt omne ius belli.*
10. *Servitutes ne inter Christianos quidem iustitia repugnare.*

11. *Videtur*

11. *Videre tamen à pietate & æquitate alienas.*
12. *Quo tempore desierint servi.*
13. *Non tam jure gentium quam autoritate Ecclesiæ cœpisse servitutes supprimi.*
14. *Minimum esse imitandum, qui in suo judicio discrimen inter servum & liberum non facit.*
15. *Quod nec natura facit.*
16. *Quæ ut plurimum servis attribuit ingenuum animum.*
17. *Quam multi philosophi extiterint ex servis.*
18. *Indignam esse servitutē ingenuo animo.*
19. *Deum ipsum non dedignari, servorum curam habere.*
20. *Immisericordibus reddetur à Deo immisericordia.*
21. *Utrum magis è Republ. sit si tollantur, vel si retineantur servi.*
22. *Multitudinem servorum nocere Reipubl.*
23. *Servos duriter habitos perpetuam causam & stimulum turbandi habere.*
24. *Exempla fidei servilis.*
25. *Profecta partim ex indulgentia herili, partim ex dubio timore.*
26. *Alias servos propter acerbam tractationem non posse non succensere Dominis.*
27. *Quod probatur multis exemplis.*
28. *Multa civilia bella orta fuisse ex servorum multitudine.*
29. *Quanto numero servi sæpe superarint cives in Rebuspubl. antiquorum.*
30. *Servos non esse vestitu distinguendos à liberis.*
31. *Servos ad defectionem, ingruente bello, pronos esse.*
32. *Ideoq́ materiam præbere seditiosis hominibus.*
33. *Præcipuè si copiâ nimium exuperent.*
34. *Qua de causa Lacedæmonij Helotas suos dolo e medio sustulerunt.*
35. *Romani servis interdixerunt armis.*
36. *Apud Parthos manumissio vetita fuit.*
37. *Ægyptum occuparunt Mammeluci seu servi.*
38. *Servis ad bellum armandis prius dandam esse libertatem.*
39. *Quod plurimum momenti affert ad victoriæ compendium.*
40. *Magis è Republ. fore, si servi animosi manumittantur.*
41. *Quosnam in servitute detineri præstet.*

QVo jure & titulo quos servos possidere fas sit, speciatim huc usque disputavimus. Iam quia justitiæ rigor interdum cedit æquitati & bono publico, 5. *Eth. cap.* 10. revocanda hæc sunt omnia summatim ad tribunal æquitatis & censuram commodi publici. Nam non tantum Macrob: 1. *Satur. c.* 11. contra immane in servos fastidium vehementer invehitur: sed & per Christianorum humanitatem eò deventum est, ut inter eos servitus jam prorsus expiraverit, excepto eo vestigio, quod in hominibus propriis, seu manibus mortuis adhuc elucet. Nam sub initium renascentis Christianismi, nihil prius habuerunt religiosi homines, quàm à servitute suæ religionis consortes liberare, adeò ut Paulinus Nolæ Episcopus, omnia, quæ in bonis habuit, sub hasta venderet, & redactum ex iis precium liberandis à nexu servis impenderet, quò cum ad extremum destitueretur, nec, quod distraheret, amplius haberet, seipsum Barbaris vendidit, ut alios redimeret. *Bod.* 1. *de Rep. c.* 5. Div: Rupertus, cum tres fratres, Duces Bavariæ, Theodonem, Ottonem, & Theobaldum ad fidem Christianam convertisset, nihil prius ab iis petiit, quam ut Christianos, quos à Romanis captos detinerent, liberos dimitterent. *Hier: Henning. in Geneal: Duc. Bav.* Cum Carolus V. omnes Americanos in servitutem damnasset, Paulus IIII Rom. Pont: intercessit, & per bullam volentibus libertatem restituit. *Boter. lib.* 4. *Cosmogr.* Causa una tantæ humanitatis fuit, ut proposita libertatem multos allicerent ad amplectendam religionem: altera, quod indignum putarent servire hominibus, qui tam pretioso sanguinis Christi lytro redemti essent. *c.* 1. *de Iud: Sarrac:* Fieri verò potuit, ut modum iniqua hac misericordia excederent, quemadmodum à clementia ad excessum præcipitem lapsum esse dixit Arist. 4. *Eth. c.* 4. Nam asylæ Ecclesiarum non tantum injustè, sed & justè damnatis aperuerunt, *c. Reum.* 17. *q.* 4. ubi gl: *in verb. vel ad mortem* & Archidiac: *gl. in c. hi qui furtis verb. injustè* 14. *q. ult.* non tan-

1. *Quam impensè Christiani servitutes tollere properarint.*

2. *Qua de causa.*

tum liberari volunt à morte, qui injustè rapitur, sed & qui justè ducitur *c. reos. 23. q. 5 ubi gl. in Verb. defendat. cap. 1. Vers. sed non est inhum: 14. q. 6. gl: in c. non inferenda. gl. ult. 23. q. 3.* nec tantum distrahunt bona Ecclesiarum pro liberandis ex carcere iis, quos injuria, sed etiam pro iis, quos propria culpa detinet. *gl: in c. sacrorum. Verb. repetionis. 12. q. 2. Anan. & Felin. in c. significaVit. de Iud: Felin. n. 67. & Dec. col: pen. in c. qua in Ecclesiar: de constit: Deci: in c. pastoralis, §. Verum. de apell: col. 3.* ex hoc fundamento, quia Ecclesia prorsus abhorret à sanguine. *c. his à quibus, 23. q. 8.* Verum,

3. *Esse aliquam misericordiam injustam.*

quia injusta misericordia est. quæ impenditur maleficis, & in ipsa Ecclesia, ubi maximè quis misereri debet, *quã maximè tenere debet forma justitiæ*, ut ait Ambros: *c. est injusta. 23. q. 4.* cautè remediũ intercedendi ab Ecclesia. vult Gregorius usurpari, *ne opinionem malè agentium ex indiscreta defensionis ausu in se Ecclesia ullo modo transferat. c. hi qui in furt. 14. q. ult:* & Ambros. *lib. 1. offic.* cujus dicta ubiq; ad hujus misericordiæ probationem advocat Archidiac. dum de liberandis captivis agit, non loquitur, nisi de hominibus justis. Sic enim inquit: *Grandis culpa est, si sciente te, fidelis egeat, si scias eum sine sumtu esse, & famem tolerare, ærumnam perpeti, qui præsertim egere erubescit. Si in causa ceciderit aut captivitatis suæ, Vel suorum filiorum, aut calumniæ, & non adjuVes, si sit in carcere positus, & pœnis & suppliciis propter debitum justus excrucietur. Nam & si omnibus debetur misericordia, justo amplius. Si tempore afflictionis suæ à te nihil impetret, si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua Valeat, quam Vita morituri, non est leVe peccatum. c. non satis est. dist: 86.*

4. Nec enim misericordia erga pœnitentes semper justa est, ut limitat gl: *in d. c. est injusta Verb: si gladium. per c. prodest. c. hoc tamen. 23. q. 5.* quia pœnitentia non delet peccatum, nec parti læsæ damnum restituit. Tum etiam Ambr: non tantum obstinatis

5. *Non omnem servum justè posse liberari.*

latronibus veniam denegat, sed & hanc rationem addit multò generaliorem, *ne facilitate Veniæ ad prolapsionis contagium provocentur universi.* Pariter nec promiscuus ille Zelus in asserendis vindiciis secundum libertatem, uno impetu probandus est, si indignis simul prosit cum dignis. Nam quos magnitudo sceleris rebellionis studium inveteratum, latrocinium, aut execrabilis ingratitudo sub justa servitute detinet, qua justa intercessione, quave conscientia liberari possunt? Nec justæ erunt vindiciæ, quibus restituetur is, qui sua restitutione restituentem sit destructurus, nec pia liberatio illius, cui cum libertate extremam afferet perniciem. D. Paulus & Petrus nolunt, prætextu Christianæ libertatis, Dominis jus suum à lascivis servis eripi, ne Ecclesia malè audiat, *ad Eph. 6. 1. Cor. 7. 1. ad Tim. 6. 1. Petr. c. 2.* & Lutherus graviter repressit seditionem rusticorum, ex Suevia, quos *Nigros* vocabant, cũ tributis sese onera & indignioribus modis tractari dicerent quam membris Christi convenerit, aut fraterna charitas, & libertas Christiana permitteret. *Sleidan.*

Et tamen his ferè argumentis pugnant, qui servitutes inter Christianos pati nolunt ex Christianis, quia in Christo fratres sumus, eiusdem corporis membra, eodem sanguine redemti, eiusdem Ecclesiæ cives. Fratres verò, quibus æqualitatem quandam imperavit natura, iniquum est sibi invicem servire: membra corporis sese mutuò non interimunt, prout servos pro Nullis habent fastidiosi domini: quos sufficienti lytro redemit Christus, subditis non licet sine redimentis injuria in captivitatem retrahere: civibus nullis unquam fas fuit concives in vindiculis detinere. Nam Socrates Græcos, tanquam cives communis patriæ & eorundem sacrorũ socios; à servitutis scabie inter se jussit tenere ungues. *Plat. . de Republ.* Hebræos vetuit Moses quemquam suæ gentis, etiamsi libera voluntate se alte i per venditionem mancipasset, ultra sexennium invitum detinere. *Exod. 21. Deut. 15.* quod ex lege veteri detruncatum, in suo Alcorano imitatus est Mahometh, ab omnibus Mahometicæ originis vincula concivium & servitute depellens. *Busbeq: Epist. 3. Bod. 1. de Rep. c. 5.* Nec Romani per civile bellum captos inter servos condemnabant, quia, dicente Vlpiano, *in civilibus dissensionibus quamVis sæpe per eas Resp. læditur, non tamen*

...teo in exitium Reipubl: contenditur, qui in alterutras partes discedent, vice hostium non, aut eorum, inter quos jura captivitatum aut postliminiorum fuerint. l. si quis ingenuus 21. ... de capt. & postl: rev: Cujac: lib. 6 ... 2 ex Plut in Ott. Tac: 2. & 3. histor: Christianorum verò bella, quid differunt à civilibus, cum omnes sint eiusdem civitatis cives? & quæ præterea afferunt, qui servitutes inter Christianos in universum damnabiles statuunt. *Bart: in l. hostes. de capt. & postl. Salyc: in l, ab hostibus. col: 2. C. de captiv: Alciat: in l, hostes. Vers: at cum. de V. S. Iohann: de terr: Rub. contra rebell: tract. 3. art. 10. Duar. l. 3. c. qui testam: fac. poss. Covarr. part: 2. relect. c. peccatum. §. 11. n. 6. de R. I. Donel. lib. 1. Comment. jur. Civil. cap. 11. Alber. Gent. de jur. bell. lib. 3. c. 9. q. 1.* Hi verò non tollunt servitutes in universum, sed Christianorum tantum inter Christianos. Quidam nihilominus favorem eò usq; extendunt, ut ne Christianis quidem, à Turcis & Sarracenis captis opus putent esse fictione legis Corneliæ & postliminii, *Covarr. d. 11. n. 6.* eò, quia semper injusta sunt bella eorum, qui Christianorum terras per vim eripuerunt & Tyrannicè adhuc possident. Rectius Alciat: *in d. Vers. at cum. in fin. l. hostes. de V S.* Claudius Cantiunc: *in §. Item ea quæ ab host. Inst. de rer. div.* Ioh: de terr. Rub. *ubi supr.* idem juris inter Christianos, & Sarracenos esse credunt, quod erat inter Romanos, & Germanos, Parthosve, aut quibus publicè bellum indictum erat, *d. l. hostes. de capt. & postl.* quoniam Christiani unius Reip. non habent vindicare injuriam Christianis in alia Rep. illatam, cum possessiones & jura sint distincta, nec possideantur titulo Christianitatis, qui omnibus communis est, sed ex causa & ex jure singulari eoq; civili & cuique Reipubl. proprio. Tum etiam, si causas proximas respiciamus, ob quas bella excitantur, non sunt in deteriore hac Turcæ & Sarraceni, quàm fuerunt Romani, aut nunc sunt ipsi Christiani. Religio quidem vulgo prætexitur, sed ubi ventum ad verum est, imperia quæruntur, & jurisdictionis amplificatio. Quo jure quæso transmisimus exercitus & opes in Asiam, in Africam, in extremos sinus orbis? quo jure Iulianus Cardinalis Amurathi datam ab Vladislao fidem frangi voluit? *An, ut mortem Christi ulcisceremur,* ut dicebat Iacobus Burbonius? *Froissard. lib. 4. c. 9.* seu *pro iniuria Christi & Dei omnipotentis pugnaremus,* ut scribebat Rex Vngariæ Ladislaus ad Conradum Boheinum? *Ioh. de Thvvorez. part. 2. Chron: Vng. cap. 59.* aut Christianorum sanguine steriles Palestinæ agros irroraremus? Nulla certè probabilis causa vel ab ipso Bernhardo, aut eius temporis pontificibus affertur, si superstitionem oculis hominum demas, *ut in tract. de bell. docemus,* nedum, ut tanquam injustus possessor omnium terrarum Turca, Persa, Tartarus, Seriphius, & quicunq; demum Christianus non est, accusari & à justo bello gerendo abigi queat. Vbi verò justum bellum, ibi & justa servitus, quia victoria justa tradit omnia in manus victoris, tam corpora, quam bona, *ut sect. 1. dictum fuit.*

9. *Examinantur argumenta proposita.* Sed an inter Christianos erga se invicem eadem lex observanda? Certè, si argumenta ab unitate Ecclesiæ petita prohibent, quò minus possint esse inter Christianos servi, eadem consequentia extinguent omne jus belli, quia bella scindunt unitatem, & *nihil perniciosius* dicit Cic. *lib. 8. Epist. ad Att. & Philipp. 12. bello civili.*

Summum quippe nefas civilia bella fatemur. Lucan. lib. 2. Pharf. Sicut verò propter caritatem, qua sibi mutuò devinciuntur Christiani, non omnia, quæ inter eos incidunt, bella degenerant in civilia, quia qui in spirituali civitate conveniunt & unum sunt, per distinctarum Rerump. limites dividuntur: Ita nec hoc loco à Spirituali Repub. ad politicam, à fraternitate fidei ad dissidia forensia, ab unitate corporis Christi ad distincta membra mundi, rectè nectitur consequentia. *Giphan. comm. in 1. polit. c. 4. paulo ante fin.* Nam D. Paulo; *servire corpore, & liberũ esse in Domino,* non sunt contraria. *1. Cor. 7. Apud DEVM enim non est acceptio personarum: sed æquè gratus est illi servus, ac liber. ad Eph. 6* Quod si à civilium bellorum jure ad bella Christianorum argumentari liceret, ante omnia demon-

10. *Servitutes justitiæ non repugnant.*

demonstrandum foret, Christianos concludi in unam civitatem Politicam. Nam bella geruntur, non à civibus Ecclesiæ, quatenus talibus, sed à civibus Rerumpubl. mundanarum, in quas quia variè descripti & divisi sunt Christiani, salva fraternitate spirituali, politico gentium jure erga se uti possunt, & servitutes inter se constituere, quanquam ne id faciant pietas, & justitiæ moderatrix æquitas suadere videntur, ut mox dicemus. Quæ verò ex æquitate fiunt, possent aliter fieri, si summum jus persequi placeret. Nam & Græci legem humanitatis propter pervicaciam hostium sæpè non observabant, ut Socrates conqueritur *apud Plat. 5. de Repub. ita eos debere esse animatos dicens erga Barbaros, ut nunc adversus se immanibus odiis decertent.* Nec verò adæquato argumento tollunt servitutes inter Christianos, qui captos bello, negant in servitute detineri posse. Nam, uti ostendimus, ex multis titulis pœna servitutis irrogari potest, si quis, ingenio & rebus suis diffidens, alterius providentiæ se subjiciat, si scelere libertatis privilegium perdat, præcipuè verò, si quis imperfectione naturali laborans, viam à natura monstratam sequatur, & instar hederæ, cum suis viribus exurgere nequeat, vicini Domini patrocinium apprehendat, cumq́; suis pedibus subsistere prohibeatur, aliena fulcra sibi subjiciat. Nam hæc servitus, & quæ ad eam propius accedit, eò fit tolerabilior, quò plus expedit ipsi servienti.

11. *Sed pietati & æquitati,*

Plus tamen apud hodiernas gentes erga se invicem potuit æquitas, quam apud Majores rigor justitiæ, cum jam quadringentos annos aut præter propter servorum & nomina, & si sic loqui liceat, jura desierint, ut conjicit Bodinus *l. 1. de Repub. c. 5.* ex eo, quod Bartolus, qui floruit Anno 1300. sua ætate nullos omninò extitisse servos scribat, *in l. hostes de capt.* idq́; dictum Bartoli singulariter notandum existimet Panorm. *in c. 1. de conjug. serv.* Compilator juris Saxonici, qui Hekius à Repka nominatur *in præfat. jur. provinc. & mancip. lib. 3. art. 42.* excusat se, quod pauca jura servitutum attigerit, cum jam penè obsoleta fuerint. Vnde & servorum & liberorum differentiam tollit

12. *Quo tempore desierint servi esse.*

lib. 3. art. 69. Compilatum autem esse jus Saxonicum sub imperio Friderici I I. multis conjecturis confirmat Heig. *lib. 1. q. 8. n. 50. & seqq.* Fridericus autem electus est à Germanis contra Ottonem IV. Anno 12 0. *Sigon. lib. 10. hist. Ital.* Sensim autem sub religionis & pietatis seu misericordiæ specie deleta sunt in orbe Christiano servitia, cum nec Constantinus M. nec Iustinianus, nec alii servorum & liberorum patroni, ea uno ictu præcidenda aggredi auderent. Carolus M. ex devictis gentibus, qui Christianam fidem profiterentur, liberos esse voluit, paganos Ecclesiis addixit in servitium. *Rhen. lib. 1. antiq. German.* Quo verò jure evanuerint & extincta sint à Fortun. *in l. 4. Manumiss. de just. & jur.* Vasq. *lib. 1. contr. 10. n. 13.* disputatur, & quanquam illi in jure gentium videntur acquiescere: tamen, si rationem prohibitionis, quæ ab Ecclesia initium traxit, consideres, magis autoritate religionis & juris divini suffocata videntur, quam jure gentium, quanquam non nego æquitatem, ex ratione naturali haustam, religioni manum porrexisse. Nunquam tamen à principio justitiæ, quod etiamnum immutabile manet, tàm unanimi consensu recessum fuisset, nisi autoritate divina vacillantes animos tenuisset religio.

Pietas enim ipsa hortatur nos imitari DEI Opt. Max. tum clementiam, tum providentiam, qui inter servum & liberum nullum facit discrimen, æquali favore utriusq; virtutes, pari odio utriusque vitia prosequens, *ad Ephes. 6. sive Iudæi, sive Græci, sive servi, sive liberi, sive viri, sive fœmina, omnes unum sunt in CHRISTO, ad Galat. 4.* Et quid habet servus, quo minus sit homo? quid habet liber, quo se jure possit anteferre servo à natura? Annon eandem ambo trahunt auram, pari cum periculo nascuntur, iisdem exponuntur miseriis? annon æquali mensura secum afferunt divinæ particulam auræ? Aut quod est illud Ebur, illa multò preciosissima mixtura, ex qua custodum mentes compactas fabulatur Plato? Servos natura excipio, ad id formatos, ut melius se habeant, aliis, quàm sibi viventes: In cæteris Prometheus ferè abberravit, & servis impressit indolem parum servilem, Diogenes

Cynicus

16. *Qua ſervi habuit liberales animos.* Cynicus rogatus à Xenide licitatore, quid artis calleret? *Novi*, inquit, *hominibus liberis imperare, Eubol. in lib. qui inſcrib. Venditio Diog.* Lacon quidam cum venderetur, & licitator diceret: *Erisne frugi, ſi te emero: etiamſi non fueris mercatus*, inquit. Puer verò Spartanus, ab Antigono rege venditus, in cæteris Domino benè ſerviit, matulam autem porrigere noluit. Cum inſtaret herus puer conſcenſo tecto dixit: *Senties cujuſmodi mercatum feceris.* Mox ſe præcipitem dedit. *Plut. in Apoph. Lacon.* Poſthumi Agrippæ ſervus, nomine Clemens, comperto fine Auguſti, tam ſolerter Agrippæ perſonam ſibi affinxit, ut totam Italiam in favorem ſuum excitaret, qui percontanti Tiberio, quomodo Agrippa factus eſſet, minimè ſervili anima reſpondit: *Quomodo tu Cæſar. Tacit. 2. Annal.* Quid repetam

17. *Multi ex ſervis Philoſophi fuerunt celebres.* inſignes ex ſervis Philoſophos, *apud Gell. lib. 2. c. 18. & Macrob. lib. 1. Sat. c. 11. in fin.* Phædon Elidenſis ex cohorte Socratica fuit, Socratique & Platoni perfamiliaris, adeò, ut Plato eius nomini librum illum divinum de immortalitate animæ dicaret, ſervus fuit formâ atq; ingenio liberali. Hunc Cebes Socratico hortante Socrate emiſſe dicitur, habuiſſeque in Philoſophiæ diſciplinis: Atque is poſtea Philoſophus illuſtris emerſit, ſermonesque ejus de Socrate admodum elegantes leguntur. Alii quoque non pauci ſervi fuerunt, qui poſt Philoſophi clari extiterunt. Ex quibus ille Menippus fuit, cujus libros M. Varro in Satyris æmulatus eſt, quas alii Cynicas, ipſe appellat Menippæas. Sed & Philoſtrati Peripatetici ſervus Pompolus, & Zenonis Stoici ſervus, qui Perſeus vocatus eſt, & Epicuri, cui nomen Mys fuit, Philoſophi non incelebres vixerunt. De Epictero d. Philoſopho nobili, quod is quoq; ſervus fuerit, certior res eſt, quam ut ſcribi, quaſi obliterata, debeat. Ejus etiam de ſe ſcripti duo verſus feruntur, ex quibus latenter intelligas, non omnes modò Dijs exoſos eſſe, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur: ſed eſſe arcanas cauſas, ad quas paucorum potuit pervenire curioſitas.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμα πηρός·
καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Hos tantos animos, & quos iis accenſet Tiraq. *de nobil. c. 31. n. 52.* an putas donis tam cœleſtibus ad ſerviendum inſtructos? Tum demum felicem fore Rempub. cenſuit Plato, *Si Philoſophi præeſſent. Apul. de Philoſ. Plat. Boet. 1. de conſ. prol. 4.* Si jam inverſo ordine, ſerviant philoſophi, præſint ſtulti, quid tum futurum cenſes? Plutarchus Murenā ſcribit inciviliter egiſſe, quod Tyrannionem Grammaticum à Lucullo captum, ſibique donatum libertate donaſſet. Hoc ipſo enim, ſervum eum extitiſſe indicabat, quod ingenium eius & prudentia non

18. patiebatur. *Plut. in Luc. n. 9.* Tam ſæpè accidit, ut mores & fortuna diſcordes ſint. In bona autem Repub. non fortuna homines æſtimandi, ſed moribus. *Sibi quisq; mores dat, conditionem caſus aſſignat. Quemadmodum ſtultus eſt, qui empturus equum, non inſpicit ipſum, ſed ſtratum eius ac frenos: Sic ſtultiſſimus eſt, qui hominem aut ex veſte aut ex conditione, quæ modò veſtis nobis circumdata eſt, æſtimandum putat. Sen. Ep. 47. Macrob. 1. Sat. 11.* Nicias, cum populò ſervum ſuum exhibuiſſet ſub perſona Bacchi, eiq; populus applauderet, ſtatim progreſſus ſervum manumiſit, dicens, *indignum eſſe, ut ſerviat, quem populus ſpecie DEI dignum exiſtimaſſet. Plut. in Nic. in pr.* Quantò indignius ſordibus ſervitutis deterrerentur, qui non perſonā externam ficti alicuius Dei, ſed ipſiſſimum divini numinis characterem in animo gerunt, de quorū ſalute Deus ipſe ſe ſollicitum habet, ut de- *Indigna eſt ſervitus animo ingenuo.*

19. monſtrat Macrobius ex hiſtoria Atronij Maximi, qui ſervum ſuum verberatum patibuloq; conſtrictum ante ſpectaculi commiſſionem per circum egerat, *ob quam cauſam indignatus Iuppiter Annio cuidam per quietem imperavit, ut ſenatui nuntiaret, non ſibi placuiſſe plenū crudelitatis admiſſum, quo diſſimulante, filium ipſius mors repentina conſumſit, ac poſt ſecundam denunciationem, ob eandem negligentiam, ipſe quoq; in ſubitam corporis debilitatem ſolutus eſt. Sic demum ex conſilio amicorum lectica delatus ſenatui retulit: & vix conſummato ſermone, ſine mora recuperata bona valetu-* *Deum ipſum non dedignari, ſervorum curam habere.*

dine, curia pedibus egressus est. Ex senatus itaq; consulto & Maenia, lege ad propitiandum Iovem additus est illis Circensibus dies, is qui instauraticius dictus est, nō à patibulo, ut quidā putant, Graeco nomine ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, sed à redintegratione, ut Varroni placet, qui instaurare ait esse instar novare. Sic Macrob. qui illud refert in Aonum V. C. 444. Sed Livius multò rem enarrat elegantius *lib.* 2. & in annum V.C. 263. refert. hominemque de plebe, cui Iuppiter in somnis iram & minas Senatui deferendas dedit. non Annium vocat, sed T. Latinium. ut & Flor. *in Epit.* 2. Sed quid fabulis immoramur, cum habeamus vera DEI ipsius eloquia, quibus Dominis in memoriam revocat parem fortunam, quam in AEgypto subierint, & subire iterum possint. *Levit. cap.* 25. *Annon illi, quos tu jus tuum vocas, iisdem seminibus orti, eodem fruuntur caelo, aequè vivunt ac moriuntur? servi sunt? imò homines. servi sunt? imò conservi. Si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortuna, tàm tu illum videre liberum potes, quàm ille te servum. Nescis quā aetate Hecuba servire coepit, quā Croesus, quā Darii mater, quā Diogenes, quā Plato ipse? Mariana clade, quam multos splendidissimè natos, senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit? alium ex illis pastorem, alium custodem casae fecit, Contemne nunc ejus fortunae hominem, in quam transire, dum contemnis, potes.* Postremò. quid ita nomen servitutis horremus? Servus est quidem, sed necessitate, sed libero animo servus. Vbicunque verò contra innocentem sese inflat fortuna, gratiae locus est & misericordiae, & *humanum est*, dicente M. Antonino Imper. *humanis casibus ingemiscere, in orat. Valedict. apud Herod. in comm. num.* 1. ne duram vocem audire cogantur: *Noli nimis justus esse, quia nimis justus perit in justitia sua. Eccles.* 7. & iterum: *Iudicium sine misericordia erit ei, qui non fecit misericordiam. Iacob. cap.* 2. *c. non potest.* 23. *q.* 4. DEVS quid non mali minitatur Iudaeis, quod fratres non dimitterent in libertatem secundum legem. *Ergo ego*, inquit, *aperiam vobis libertatem ad gladium, pestem*

20. *Immisericordibus reddetur à Deo immisericordia.*

& famem, quae sunt tria summa mala, & non erit locus, ubi vobis consistere detur. Ier. cap. 34.

Quod ad alterum caput quaestionis attinet. *Vtrum magis videatur è Republ. servitutes tolli, quàm retineri*, sine distinctione responderi non potest. Nam multitudo servorum & acerba tractatio, imprimis ingeniorum liberalium, qualis apud Athenienses, Lacedaemonios, Thessalos, Romanos, Scythas & alias gentes usu recepta erat, non potest non Reipubl. valdè esse noxia. Reprehendit enim Arist. 2. *Pol. cap.* 3. Platonis Rempub quod 3. & 4. *de Repub.* bona omnia in manus agricolarum assignet, unde futurum auguratur, ut multò fiant agricolae insolentiores Helotis & Penestis, In *cap.* 7. verò ex professo taxat Lycurgum, quod multitudinem Helotarum non sustulerit è Republ. Nam hi, si indulgenter habeantur, petulantes fiunt, & Dominis inequitare gestiunt: si duriter, insidiantur, & oderunt. *Nec enim ab eo loco, ubi servitutem esse velis, fides probanda*, ut ait Plautius Consul *ap. Liv. lib.* 8. *Est* autem *genus hominum, quod Helota vocatur*, ait Nepos *in Pausan. quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, servorumq; munere fungitur.* Introductos verò in Rempub cum expugnatis Helis & Messeniis, captivos omnes in servitutem abripuerent, testatur Pausan. *in Lac* unde Plinius primam servorum originem accersit. *lib.* 7. *cap.* 56. Penestae Thessalis se ultrò quidem mancipарunt: mox verò sobole adaucti in Dominos saepè exitium machinati sunt, ut tradit Arist. 2. *Polit. cap.* 7. Perinde ut & Heloiae. Qui enim non exasperentur animi eorum, qui tàm indignè tractantur, ut ne pecudibus quidem pares aestimentur. Vnde putas arrogantissimum illud manasse proverbiu, quo jactatur *totidem hostes nobis esse quot servos. Non habemus illos hostes, sed facimus, cum in illos superbissimè, contumeliosissimè, crudelissimè sumus, & ad rabiem nos cogunt pervenire, delitia, ut, quicquid non ex voluntate respondet, iram furoremq; evocet. Domi enim nobis animos induimus Tyrannorum, & non quantum decet, sed* quan-

quantum licet, exercere volumus in servos. Macrob. 1. Sat. cap. 11. Quod enim tàm abjectum animal, quod contra calces prementis se non exerat, & conatu iram suam prodat? Auferr Iupiter animum iis, quos in servitutem destinat, sed non omnibus, & desperatio aliquando animum reddit, & hebetudinem ipsam agit in furorem. Spartacum exhibet Plutarchus cum magno animo, corporis altitudini respondente, & *prudentia*, inquit, *comitate & bonitate naturæ, superabat fortunam, in quam projectus erat. In Crass. num. 4.* Nec ulli mortales crudelius sæviunt, quàm qui quàm longè absunt à prudentia humana, tàm propè accedunt feritati brutorum. Afferat Macrob.

24. *Exempla fidei servilis.* unum atque alterum exemplum fidei servilis, utpote quod servus quidam Vrbini, sumto eius annulo & veste, pro Domino in cubiculo, in quod irruebant, qui persequebantur, jacuerit, militibusque ingredientibus cervicem præbuerit & ictum tanquam Vrbinus exceperit, cui Vrbinus postea restitutus monumentum fecerit, titulo, scriptionis, qui tantum meritum loqueretur, adjecto. Item quod Antium Restionem proscriptum servus, aliena misericordia; proscripto domino, solut⁹, solus secutus fuerit, abd ú ministerio suo aluerit, cumq; persequentes adesse sensisset, sene, quem casus obtulerat, jugulato, & in pyram conjecto, Dominum sibi pœnas luisse, multò novius à se vexatum, quàm ipse vexaverat, mentitus fuerit: quod denique Cæpionem quoque qui in Augusti necem animatus fuerat, detecto scelere damnatum, servus ad Tiberim in cista detulerit, pervectumque Hostiam, inde in agrum Laurentem detulerit. Omnis deinde navigationis naufragio unà expulsum Dominum Neapoli dissimulanter occuluerit, exceptusque à Centurione nec precio, nec minis, ut Dominum proderet, adduci potuerit. Item *ex Chron. & Xiphil in Aug.* quod quidam commutatis cum Domino vestibus, lecticam opertam ingressus, jusserit se à Domino efferri, quibus cum obviam facti essent sicarii, servus ne conspectus quidem pro Domino necatus est, & Dominus sub persona lecticarij evasit. aut ex *Tac: 13. Annum. 11.* quod libertus cædis se alligasset, quam Octavius Sagitta in perfidam mulierem Pontiam patraverat, nisi ancilla autorem prodidisset. Addat pauca alia ex Valer. Maxim. *lib. 6. cap. 8.* ex Sen. *lib. 3. de benef. cap. 23. 24. 25. 26.* utpote quod duo servi Adrumetani transfugæ Dominam, ante se instar prædæ actam, à furore hostium defenderint, quod servus C. Vettium prætorem Marsorum, ad Roman. Imper. ductum, & se & Dominum uno ictu transegerit: quod Medicus servus Domitio medicamentum innoxium porrexerit, cum venenum peteret, & quæ præterea ab utroque adjiciuntur: & à Dione *in histor. Triumvir.* Quid hinc conficiet, nisi quosdam saltem servos fidem servasse Dominis, quia & ipsi præter mores & servilem conditionem molliter tractati erant, & ut ait Simo *apud Terent. in Andr. justam & clementem servitutem servierant.* Nam, ut inimico non 25. *Partim ex indulgentia herili, partim ex metu profecta.*

tantum benè velis, sed & benè facias cum tuo periculo, altioris animi est, quam indoles servorum permittit. Asimo Pollione acerbè cogente Patavinos, ut pecuniam & arma conferrent, Dominisque ob hoc latentibus, præmio servis cum libertate proposito, qui Dominos suos proderent, constat servorum nullum victum præmio Dominum prodidisse. Quid ita? quia plus poterat in cohibenda perfidia certus metus, quàm incertum præmium, & vana spes libertatis. Nam Sylla, qui servis, Dominos proscriptos prodentibus, libertatem in singula capita promisisset, cum quisquam servorum Domini caput ad Syllam detulisset, pactam quidem libertatem dedit, sed manumissum de rupe Tarpeia præcipitem dari jussit. *Plutarch. in Syll. Flor. Epit. 77.*

Sed cum Nero Octaviam Augustam repudiaret, & ministerium deferendi cuivis famulorum potestatem faceret, sola Pythias ex tanto numero, licet acerrimis tormentis coacta, noluit in Dominam mentiri, cumque Tigellinus instaret vehementius, faciem eius conspuit, *Mundior est*, inquiens, *Tigelline, vulva Domina mea, quam os tuum. Xiphil. ex Dion. in Ner. n. 10.* Adde ea, 26. *Servi naturâ infideles Dominis.*

O 2 quæ

dine, curia pedibus egressus est. Ex senatus itaq; consulto & Maxima, lege ad propitiandum Iovem additus est illis Circensibus dies, in quo instauratitius dictus est, nō à patibulo, ut quidā putant, Graeco nomine ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, sed à redintegratione, ut Varroni placet, qui instaurare ait esse instar novare. Sic Macrob. qui illud refert in Annum V. C. 444. Sed Livius multò rem enarrat elegantius lib. 2. & in annum V.C. 263. refert, hominemque de plebe, cui Iuppiter in somnis iram & minas Senatui deferendas dedit non Annium vocat, sed T. Latinium. ut & Flor. in Epit. 2. Sed quid fabulis immoramur, cum habeamus vera DEI ipsius eloquia, quibus Dominis in memoriam revocat parem fortunam, quam in AEgypto subierint, & subire iterum possint. Levit. cap. 25. Annon illi, quos tu ius tuum vocas, iisdem seminibus orti, eodem fruuntur caelo, aequè vivunt ac moriuntur? servi sunt? imò homines. servi sunt? imò conservi. Si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunae, tàm tu illum videre liberum potes, quàm ille te servum. Nescis quâ aetate Hecuba servire coepit, quâ Croesus, quâ Darii mater, quâ Diogenes, quâ Plato ipse? Mariana clade, quam multos splendidissimè natos, senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit? alium ex illis pastorem, alium custodem casae fecit. Contemne nunc eius fortunae hominem, in quam transire, dum contemnis, potes. Postremò quid ita nomen servitutis horremus? Servus est quidem, sed necessitate, sed libero animo servus. Vbicunque verò contra innocentem sese inflat fortuna, gratiae locus est & misericordiae, & humanum est, dicente M. Antonino Imper. humanis casibus ingemiscere, in orat. Valedict. apud Herod. in comm. num. 1. ne duram vocem audire cogamur: Noli nimis iustus esse, quia nimis iustus perit in iustitia sua. Eccles. 7. & iterum: Iudicium sine misericordia erit ei, qui non fecit misericordiam. Iacob. cap. 2. c. non potest. 23. q. 4.

20. Immisericordibus redditur à Deo immisericordia.

DEVS quid non mali minitatur Iudaeis, quod fratres non dimitterent in libertatem secundum legem. Ergo ego, inquit, aperiam vobis libertatem ad gladium, pestem & famem, quae sunt tria summa mala, & non erit locus, ubi vobis consistere detur. Ier. cap. 34.

Quod ad alterum caput quaestionis attinet. Utrum magis videatur è Republ. servitutes tolli, quam retineri, sine distinctione responderi non potest. Nam multitudo servorum & acerba tractatio, imprimis ingeniorum liberalium, qualis apud Athenienses, Lacedaemonios, Thessalos, Romanos, Scythas & alias gentes usu recepta erat, non potest non Reipubl. valdè esse noxia. Reprehendit enim Arist. 2. Pol. cap. 3. Platonis Rempub quod 3. & 4. de Repub. bona omnia in manus agricolarum assignet, unde futurum auguratur, ut multò fiant agricolae insolentiores Helotis & Penestis. In cap. 7. verò ex professo taxat Lycurgum, quod multitudinem Helotarum non sustulerit è Republ. Nam hi, si indulgenter habeantur, petulantes fiunt, & Dominis inequitare gestiunt: si duriter, insidiantur, & oderunt. Nec enim ab eo loco, ubi servitutem esse velis, fides probanda, ut ait Plautius Consul ap. Liv. lib. 8. Est autem genus hominum, quod Helota vocatur, ait Nepos in Pausan. quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, servorumque munere fungitur. Introductos verò in Rempub. cum expugnatis Helis & Messeniis, captivos omnes in servitutem abiiciperent, testatur Pausan. in Lac unde Plinius primam servorum originem accersit. lib. 7. cap. 56. Penestae Thessalis se ultrò quidem mancipârunt: mox verò sobole adaucti in Dominos saepè exitium machinati sunt, ut tradit Arist. 2. Polit. cap. 7. Perinde ut & Helotae. Quî enim non exasperentur animi eorum, qui tàm indignè tractantur, ut ne pecudibus quidem pares aestimentur. Vnde putas arrogantissimum illud manasse proverbium, quo iactatur totidem hostes nobis esse quot servos. Non habemus illos hostes, sed facimus, cum in illos superbissimè, contumeliosissimè, crudelissimè sumus, & ad rabiem nos cogunt pervenire, delitia, ut, quicquid non ex voluntate respondit, iram furoremque evocet. Domi enim nobis animos induimus Tyrannorum, & non quantum decet, sed quan-

quantum licet, exercere volumus in servos. Macrob. 1. Sat. cap. 11. Quod enim tàm abjectum animal, quod contra calces prementis se non exerat, & conatu iram suam prodat? Aufert Iupiter animum iis, quos in servitutem destinat, sed non omnibus, & desperatio aliquando animum reddit, & hebetudinem ipsam agit in furorem. Spartacum exhibet Plutarchus cum magno animo, corporis altitudini respondente, & *prudentia*, inquit, *comitate & bonitate natura superabat fortunam, in quam projectus erat. In Craß. num. 4.* Nec ulli mortales crudelius sæviunt, quàm qui quàm longè absunt à prudentia humana, tàm propè accedunt feritati brutorum. Afferat Macrob.

24. *Exempla fidei servilis.*

unum atque alterum exemplum fidei servilis, utpote quod servus quidam Vrbini, sumto eius annulo & veste, pro Domino in cubiculo, in quod irruebant, qui persequebantur, jacuerit, militibusque ingredientibus cervicem præbuerit & ictum tanquam Vrbinus exceperit, cui Vrbinus postea restitutus monumentum fecerit, titulo, scriptionis, qui tantum meritum loqueretur, adjecto. Item quod Antium Restionem proscriptum servus, aliena misericordia; proscripto domino, solut⁹, solus secutus fuerit, abditú ministerio suo aluerit, cumq; persequentes adesse sensisset, sene, quem casus obtulerat, jugulato, & in pyram conjecto, Dominum sibi pœnas luisse, multò novius à se vexatum, quàm ipse vexaverat, mentitus fuerit. quod denique Cæpionem quoque qui in Augusti necem animatus fuerat, detecto scelere damnatum, servus ad Tiberim in cista detulerit, pervectumque Hostiam, inde in agrum Laurentem detulerit. Omnis deinde navigationis naufragio unà expulsum Dominum Neapoli dissimulanter occuluerit, exceptusque à Centurione nec precio, nec minis, ut Dominum proderet, adduci potuerit. Item *ex Chron: & Xiphil in Aug* quod quidam commutatis cum Domino vestibus, lecticam opertam ingressus, jusserit se à Domino efferri, quibus cum obviam facti essent sicarii, servus ne conspectus quidem pro Domino necatus est, & Dominus sub persona lecticarij evasit. aut ex *Tac. 13. Annalium. 11.* quod libertus cædis se alligasset, quam Octavius Sagitta in perfidam mulierem Pontiam patraverat, nisi ancilla autorem prodidisset. Addat pauca alia ex Valer. Maxim. *lib. 6. cap. 8.* ex Sen. *lib. 3. de benef. cap. 23. 24. 25. 26.* utpote quod duo servi Adrumetani transfugæ Dominam, ante se instar prædæ actam, à furore hostium defenderint, quod servus C. Vettium prætorem Marsorum, ad Roman. Imper. ductum, & se & Dominum uno ictu transegerit: quod Medicus servus Domitio medicamentum innoxium porrexerit, cum venenum peteret, & quæ præterea ab utroque adjiciuntur: & à Dione *in histor. Triumvir.* Quid hinc conficiet, nisi quosdam saltem servos fidem servasse Dominis, quia & ipsi præter mores & servilem conditionem molliter tractati erant, & ut ait Simo *apud Terent. in Andr. justam & clementem servitutem servierant.* Nam, ut inimico non

25. *Partim ex indulgentia herili, partim ex metu profecta.*

tantum benè velis, sed & benè facias cum tuo periculo, altioris animi est, quam indoles servorum permittit. Asimo Pollione acerbè cogente Patavinos, ut pecuniam & arma conferrent, Dominisque ob hoc latentibus, præmio servis cum libertate proposito, qui Dominos suos proderent, constat servorum nullum victum præmio Dominum prodidisse. Quid ita? quia plus poterat in cohibenda perfidia certus metus, quàm incertum præmium, & vana spes libertatis. Nam Sylla, qui servis, Dominos proscriptos prodentibus, libertatem in singula capita promisisset, cum quisquam servorum Domini caput ad Syllam detulisset, pactam quidem libertatem dedit, sed manumissum de rupe Tarpeia præcipitem dari jussit. *Plutarch. in Syll. Flor. Epit. 77.*

26. *Servus natura infideles Dominum*

Sed cum Nero Octaviam Augustam repudiaret, & ministerium deferendi cuivis famulorum potestatem faceret, sola Pythias ex tanto numero, licet acerrimis tormentis coacta, noluit in Dominam mentiri, cumque Tigellinus instaret vehementius, faciem eius conspuit, *Mundior est*, inquiens, *Tigelline, vulva Domina mea, quam os tuum. Xiphil. ex Dion. in Ner. n. 10.* Adde ea,

quæ refert Vale. *lib.* 6. *c.* 4. & Mnesthei, quem pro notario secretorum habuerat Aurelianus Imper. sacrilegam perfidiam, qui redditus Imperatori infensior, sparsis apud amicos calumniis metu impendentis exitii, nisi prævenirent, eos ad occidendum Aurelianum per insidias adegit. *Flav. Vbisc. in Aurel.*. Annon Pedannium secundum præfectum urbis, quandringentis servis stipatum, unus servus trucidavit? *Credetis ne hunc unum*, ait Crassius, *excubias transisse, cubiculi fores reclusisse, lumen intulisse, cædem patrasse, omnibus nesciis? Suspecta majoribus nostris fuere ingenia servorum, etiam cum in agris aut domibus iisdem nascerentur, caritatemq; Dominorum statim acciperent. Postquam verò nationes in familiis habemus, quibus diversi externa sacra aut nulla sunt, colluviem istam non nisi metu coercueris. Tacit.* 12. *Annal.* Anno V. C. 336. Servitia, urbem ut incenderent, distantibus locis conjurarant, populoq; ad opem passim ferendam tectis intento, ut arcem capitoliumq; occuparent, nisi nefanda consilia avertisset Iuppiter, *ut ait Livius lib.* 4. Notum illud Taciti: Pessimi servitiorum prodere ultrò omnes Dominos. *ex lib.* 4. *hist. in pr.* Vnde Nerva, Mitissimus principum, servos aut libertos, qui vel minimum in insidiis contra Dominos & patronos deprehensi fuerint, inexcusabiles haberi voluit, cavitq; ne eis liceret, crimen ullius facinoris Dominis inferre. *Dion & Xiphil. in Nerv.* Experiendo enim didicerat, absque supplicii gravitate esse, nihil à servorum furore tutum fore. Compedes igitur pedes à fuga, vincula manus à cæde, defatigatio animum ab insidiis retrahebant: eaque de caussa in antra & sentinas domus per scalas mobiles, aut funes dimitti solebant, cum securè Dominus vellet dormire, ne vel incendio domus, vel cæde familiam absumerent, quod cum incogitantius Dominorum quidam negligeret, & servum malè tractatum, cum uxore & tribus parvis liberis, in villa solum relinqueret, ardens ulciscendi cupidine servus, primùm uxorem omni contumeliæ genere affecit, deinde redeunti Domino è fastigio egregiam suam vindictam concionatus, puerum unum post alterum ante pedes mortuum projecit, donec ad jactum tertii devenisset, cujus salutem promissa impunitate & oblivione omnis sceleris, exorare voluit Dominus: sed obstinavit furibundus Æthiops, nec precibus fidem habiturum sese dixit, nisi Dominus naribus & auribus sese multasset, quo facto nihilominus tertium quoque puerum præcipitem, & se super illum dedit, ultionem Domini sua ipsius nece præveniens. *Damian. à Goes in hist. Indic. Pontan. Lonic. & alij.* Vides non animum defore male acceptis servis, sed occasionem, quam ut nacti fuerunt, ut non tantùm singulatim, sed & turmatim, ad transtra, sudesque præustas cum armis destituantur, prorumpunt, & denegatam libertatem eò impensius affectant, quò severius ab ea prohibentur. Appio Herdonio Sabino, collectis exulum & servorum millibus quatuor, Capitolium insidente servosq; omnes ad libertatem proclamante, *Maximus timor erat*, ait Liv. *lib.* 3. *ne suus cuiq; domi hostis esset, cui nec credere nec non credendo, ne fieret infestior, fidem abrogare satis tutum erat.* T. Curtisio apud Brundisium & circumjecta oppida, propalam libellos proponente, quibus ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus & ferocia servitia valdè trepida, ait Tacit. *lib.* 4. *Ann. n.* 4. erat urbs ob multitudinem familiarum, quæ gliscebat immensum minore indies plebe ingenua. Terrebat enim quod adhuc in oculis, vix dum sopitum flagrabat, bellum Africum, à Tacfarinate in multos annos extractum, cum prædones & fugitivos servos ad pileum conclamasset. *Tacit.* 3. & 4. *Annal.* Quoties enim au quam facilè passi sunt servi ad turbandam Remp. quovis ventu sese exagitari? *Quis bella servilia?* ait Florus, *Vnde nobis, ni ex abundantia familiarum? lib.* 3. *cap.* 1 Aliquando, ut se novisse ceperunt, suopte impetu negata arma Dominis extorserunt & vindicta, privata non tam satiati, quam accensi, in totam Rempub. furoris flammam evomuerunt. Asineus & Anileus fratres, & in eadem Textrina tyrones, paulò durius à magistro verberati, armis, quæ c

27. *Servi proditores & multis modis incitenat. domini.*

pare.

pariete pendebant, arreptis in locum munitum ſeceſſerunt, ad libertatẽ ſervos, ad prædam egenos, ad aſyla ſceleratos quosq; conclamantes. Continuò ex Neerda & Niſibi, oppidis Iudæorum ad Euphratem; ubi hæc agebantur, tanta confluxit multitudo hominum, ut non tantùm cuivis inſultui ſuſtinẽdo, ſed & ſubigendis provinciis ſatis ſibi eſſe viderentur. Ideoq; ex eo loco progreſſi, proſtrato Babylonii præſidis exercitu, totã Meſopotamiam, & vicinas regiones vi & armis per annos quindecim tenuerunt, donec mutuis diſſidiis & ſibi & novello ſervili imperio finem afferrent. *Ioſeph. libr.* 18. *c. ult.* Annon & Tyrii ad unum omnes trucidati ſunt à ſervis? quos, cum ſe Hammonis templum, cujus filius videri cupiebat, ingredi prohiberent, Alexander M. pretio vicit, &, qui cædi ſuperfuerant, crucibus ſuffixit, excepta ſtirpe Stratonis, quem cum parvulo puello à fideli ſervo occultatũ fuiſſe ſupra diximus. *Iuſt. lib.* 18. Scythas, cum 28. annos abfuiſſent, in ſubigenda Media, ſervi non tantùm matrimoniis & bonis ſuis depulerunt, ſed & redeuntes obducta foſſã, aditu prohibere aggreſſi ſunt, *Herod. lib.* 3. *Iuſtin libr.* 2. qua fortuna exceptos olim fuiſſe, Novogradiæ Magnæ cives cum ex ſeptennali in Corſum expeditione, re benè geſta, domum ſe reciperent, teſtatur Sigiſm. Baro *in hiſt. Muſc.* Nã, quod domi relictæ uxores deſperarent de reditu maritorum, ſeu quod impatientes eſſent tã diuturnæ abſentiæ, cum ſervis nova matrimonia contraxerant, à quibus cum bello exciperentur, denuò coacti pro aris, focis & uxoribus, arma expedire, non quibus uſus eſt contra juſtos hoſtes, ſed flagella & fuſtes, obductos rivales tandem in fugam verterunt, qui in vicinia novam arcem excitarunt, eãq; *Chloppigrad*. quaſi diceres, *Mancipiorũ Arcem*, denominarunt. Quid referam, quoties Theſſali periculum libertatis inciderint, ob multitudinem Paneſtarum, Lacedemonii ob Helotarum? de quibus videre eſt apud Ariſtot. 2. *Polit.* 7. Ariſtid. *in orat. adverſ. Plat.* Iſocr. *in Panath.* Diod. *Sic. lib.* 12. Nepot. *in Pauſ.* Thuc. *lib.* 4. Pauſ. *in Lacon.* Quid memorem inſolentiam ſervorum Athenienſiũ? *ex Demoſth in* 3. *Phil. Xenoph. de Rep. Athen.* quibus tamen, ſi quiquam ex Græcis, humaniter admodum utebantur. Abſq; eo enim fuiſſet, præ multitudine vix ab eorum injuria ſe protegere potuiſſent. Cenſa enim aliquando Athenis fuerunt, decem peregrinorum, civium viginti, ſervorum quadringenta millia, ut refert *Bodin.* 1. *de Rep. c.* 5. Quid cenſes futurum fuiſſe de Repub. ſi hi ſeipſos noviſſent, aut mutuis conſiliis inter ſe conſpirandi occaſionem habuiſſent? Hiſpaniam ante à Romanis obſeſſam eſſe, quam ſeipſa cognoſceret, dicit Flor. *lib.* 2. *c.* 17. ſolamque omnium provinciarum, vires ſuas, poſtquã victa eſt, intellexiſſe, id quod Romanis tantum compendii ad victoriam attuliſſe veriſimile eſt, quantum Rebuspubl. ad ſalutem profuit diſtractio ſervorum, & quod ſe invicem non noſſent. Nam cum Alexander Imp. in animo haberet omnib. officiis genus veſtium proprium dare, & omnibus dignitatibus, ut à veſtitu dignoſcerentur, & omnibus ſervis, ut in populo poſſent agnoſci, ne quis ſeditioſus eſſet, ſimul ne ſervi ingenuis miſcerentur, Vlpiano & Paulo non placuit cõſilium, dicentibus, *plurimum rixarum fore ſi faciles eſſent homines ad injurias: Lamprid. in Sev. n.* 6. imò crebræ ſeditiones à ſervis inſtarent, ſi tantum ſe habere virium ſcirent, quantum animi & ad rebellandum propoſiti. *In ſenatu dicta eſt aliquando ſententia, ut ſervos à liberis cultus diſtingueret; Deinde apparuit, quantum periculum immineret, ſi ſervi noſtri numerare nos cepiſſent. Idq; metuendum, dum nemini ignoſcitur. Senec.* 1. *de Clem. c.* 24. *in pr.* Quantillâ operâ avocarunt Athenienſes Chiorum ſervos ad defectionem? Nam, quod durius in Chio, quam Athenis tractarentur ſervi, multitudineque incolas Inſulæ ferè ſuperarent, & facilè tranſierunt ad mitiores Dominos, & magnum momentum ad ſubigendam inſulam Athenienſibus attulerunt. *Thucyd. lib.* 8. Clearchus ad ejiciendos 60. Senatores ab Heracleenſibus domum revocatus, ſervorum opera Tyrannos quidem amovit, ſed ſeipſum in eorum locum reſtituit, utq; faciliores contra patriam & fideliores contra cives ſibi eos faceret, matrimonia liberarum mulierum, quarum mariti vel occiſi, vel ejecti fuiſſent, ſtipulatus eſt. Sed indignarum nuptiarum pertæſæ mulieres, primis nuptiis

29. *Quanto numero servi ſæpe ſuperent cives.*

30. *Servos habitu non eſſe ſeparandos a civibus.*

31. *Servos ad defectionem.*

ingruente bello, pronos eſſe.

ferè novos nuptos ſecum contrucidarunt. *Iuſt. lib.* 16. Ita ubique ſervi duriter accepti, ſi non ſuo Marte in Rempub. moliri audent, præbent tamen materiam ſeditioſis hominibus, quia, qui in odio eſt animus, facilè ad nocendum propellitur. Tria bella ſervilia exponit Florus *lib.* 3. *c.* 19. quæ ſcil. ſuis auſpiciis geſſerunt ſervi; ſed quantò plura & graviora geſſerunt alienis, à Mario aliquo, Sertorio, & id genus deſperatæ fortunæ hominibus ad pileum vocati, quibus certum

32. *Ideoq; materiam præbere ſeditioſis hominibus.*

Flectere ſi nequeunt ſuperos, Acheronta movere.

Bellum ſervile in Sicilia ortum tanti momenti viſum fuit Romanis, ut cum opprimi à prætoribus minimè valuiſſet, C. Fluvio Conſuli mandatum fuerit. Eius initium fuit Sunus ſerius, natione Syrus, qui contracta agreſtium ſervorum manu & ſolutis ergaſtulis, juſti exercitus numerum implevit. Clem. quoque alter ſervus ad LXX millia ſervorum contraxit, & copiis junctis contra populum Rom. exercitumque eius bellum ſæpenumerò geſſerunt. Florus *Ep. c.* 6. Cum res Catonianæ ad extremum delapſæ eſſent, amici ergaſtula perrumpi, & ſervos ad pileum conclamari volebant, niſi Cato ſuo ſpiritu tàm turpe & iniquum auxilium putaſſet indignum. *Plutarch. in Cat. Vit.* Poſt civile bellum, quod contra Sex. Pompeium depugnatum eſt triginta millia ſervorum capta fuiſſe refert Appian. *in civil.* quos Dominis per provincias reſtitui juſſit Auguſtus, cæteros verò, qui Dominos non invenirent, ſuſpendi. Spartacus, Orixus, Oenomaus, effracto Lentuli ludo, cum triginta aut amplius eiuſdem fortunæ viris eruperunt Capua, ſerviſque ad vexillum & auxilium vocatis, cum ſtatim decem amplius millia coiiſſent hominum, non modò effugiſſe contenti jam vindicare volebant, *Florus lib.* 3. *cap.* 20. & duorum magnorum Ducum Craſſi & Pompeij virtutibus ſuâ conſtantia & prudenti moderamine convitium fecerunt. *Plutarch. in Pomp. & Craſſ.* Mario id effugium ſemper paratum erat, ut, deſperatis rebus, ad ſervorum ſuppetias confugeret, & licet, cum eos ad libertatem, proſcriptus à Sylla, proclamaſſet, non niſi tres potuerit ex tanta multitudine everberare, terrente tam liberos quàm ſervos, potentia Syllæ: tamen cum ex Africa rediret, ex ſervitiis & ergaſtulis armatis bonam partem exercitus conſcripſit. *Florus lib.* 3. *cap.* 21. *Plutarch. in Sert. n.* 2. *in Mar. n.* 4. 12. 14. Imperante Tiberio Tito Curtiſius quondam prætoriæ cohortis miles, ſemina ſervilis belli per Italiam ſparſit. Primò cœtibus clandeſtinis apud Brunduſium, & circumjecta oppida, mox poſitis propalā libellis ad libertatem vocans agreſtia per longinquos ſaltus & ferocia ſervitia. De qua conjuratione ſic Tacitus 4. *Ann. cap.* 27. *Miſſus à Cæſare properè Staius tribunus, cum valida manu, ducem ipſum & proximos audacia in urbem traxit; jam trepidam, ob multitudinem familiarum, quæ gliſcebat immenſum, minore in dies plebe ingenua.* Imperante Aureliano ſeditio intramurana, ut ſcripſit Imperat. ipſe, bellum graviſſimum peperit. Etenim monetarii autore Feliciſſimo, ultimo ſervorum, cui procuratio fiſci mandata erat, rebelles Spiritus extulerunt, qui compreſſi quidem ſunt, ſed ſeptem millibus militum interemtis. *Florus Vopiſc. in Aurel.* Imperante Probo iterum recruduit bellum gladiatorum, cui viam aperuerant octoginta ejus farinæ, qui cuſtodibus interemtis, in urbem progreſſi, quicquid offerebatur, diripiebant & in conſortium ſerviles quaſcunque manus trahebant, donec miſſis ab Imperatore copiis exciderentur. *Zoſim. in Probl.* Imperante Conſtantio, Sarmatas, conjuratione clandeſtina excluſerant ſervi, ferocia pares, numero præminentes, quos, locorum præſidio ubi lares, poſt exactos inde Dominos, fixerant ſecuros, ambigua pugna delevit exercitus Imperatorius. *Marcell. libr.* 17. *num.* 13. Nec mirum eſt toties ſervos in Republica Romana turbas dediſſe, cum non duos aut tres ſuæ quiſque domui, ut de Antonio Conſulari viro & Carbone refert Apul. 1. *Apolog* de Scipione Aemyliano, Valer. *libr.* 4. *cap.* 3. de Catone, *Plutarch. in Cat.* ſed integros exercitus integros populos haberent, quemadmodum Caſſius ait: *Habemus in familiis nationes, quibus diverſi ritus, externa ſacra, aut nulla ſunt, Tacit.* 14. *Annal.*

3. *Præc... fuit m... mult...*

Clau-

Claudius Imp. devictis Gothis scripsit ad Senatum, se trecenta viginti millia delevisse, & cepisse diversarum gentium nobiles fœminas implesse barbaris servis, senibusque cultoribus Romanas provincias. *Treb. Poll. in Claud.* Vespasianus occupatis Hierosolymis tot millia Iudæorum distraxit, ut deesset licitator, nec deessent tamen, qui venderentur. *Egesipp. de excid. Hierosol.* Quod cum intelligerent Lacedæmonii, quam noxia esset quieti Reipublicæ copia mancipiorum, qui, cum suæ conditionis eos subinde pœniteat, non possunt non rerum novarum studia agitare, præcipue, cum Pausaniam eorum opem contra Ephoros & Reipublicæ libertatem implorasse reipsa experti essent, *Nep. in Pauf.* ut & Natis decem millia popularium cum castellanis agrestibus (Ita vocat Livius Notas, *hi sunt*, inquiens, *jam inde antiquitus castellani, agreste genus*) armaverat, in bello Peloponnesiaco, cordatissimos quosque & bellicarum rerum peritos, sophistica vi è medio sustulerunt. Iusserunt enim eos, quasi libertate donandos, in fanum Iovis convenire, mox vana libertatis spe iactatos, de nocte ab urbe profecti internecione deleverunt. *Thucyd. libr. 4.* Natis etiam, cum quidam ad Romanos transfugere voluisse insimulati essent, per omnes vicos eorum greges sub verberibus actos necavit. *Liv. lib. 34.* Ipse Lycurgus, cum ordinem hunc radicitus extirpare non posset, remedium fertur nihilominus contra ejus injurias excogitasse, Cryptasque introduxisse, quibus interdiu exeuntes occultabantur, noctuque cum armis abscondebantur, & Eilotas tot, quot commodum esse videbatur, occidebant: *Heraclid. in Pol. Lacon.* Vnde Lacon quidam senex, cum Aetoli quinque millia servorum abduxissent, *magno bono*, dixit, *hostes fuisse Laconicæ, quam tanta turba & metu levarint. Plut. in Apophth. Lac.* Romani, ut occasiones omnes præverterent & facultatem voluntati detraherent, ab armorum usu & militia in universum prohibuerunt *l. qui statum 8 de re milit.* & Marcianus ait: *Ab omni militia servi prohibentur, alioquin capite puniuntur. l. ab omni 11. de re milit.* Augustus libertino milite, præterquam Romæ, incendiorum causa, etsi tumultus in graviore annona metueretur, bis usus est, semel ad præsidium coloniarum Illyricum contingentiū, iterum ad tutelam ripæ Rheni fluminis: eosque servos adhuc viris fœminisque pecuniosioribus indictos, ac sine mora manumissos, sub priore vexillo habuit, neq; aut commistos cum ingenuis, aut eodem modo armatos *Suet. in Aug. cap. 25* Iustinianus Dominis reddi voluit, qui se iis subtractos ad vetitam proripuerint militiam, *l. super servis 6. qui mil. poss. lib. 12.* qui verò scientibus & conniventibus Dominis nomina professi fuerint & recepti eos jubet continuò manumitti, *l. si quis serv. 7. Cod. eodem.* Ferendum enim non putat, *homines ab Imperatoria manu donationes accipientes, adhuc inter servos haberi, & fortè cum suis Dominis Imperatoriam purpuram adorantes.* Sed & periculosum videbatur securitati civium, si domestici & necessarii hostes ferro armati fuissent. *Malè irato ferrum committitur*, ait Seneca 1. *de Ira. cap. ult.* & mirum est, quomodo Parthi, apud quos manumissio lege vetita erat, tuti vixerint ab imperio servorum, tanta eorum existente multitudine, non rudi, aut ad aratrum depressa, sed militiæ & armis assueta. Nam in eo bello, quod contra Marcum Antonium ex quinquaginta millibus instruxerant, non numerat Iustinus nisi octingentos, aut ut alii legunt, quinquaginta supra quadringentos liberos. *Iustin. libr. 41.* Mithridates exercitum, quem Syllæ opponebat, quindecim millibus servorum expleverat. *Plutarch. in Syll.* Tantum servis suis tribuebant. Sed Mammeluci Aegyptiorum, quos à Tartaris Melechsalam Sultanus coemerat, & remotis incolis, utpote quorum fidei non satis fidebat, præcipuis officiis & militiæ præfecerat, non longè post inconsultò concessa arma in Sultanum verterunt, dejectoque eo à solio & occiso, substitutoque ex sua gente Turquememo, Imperium Aegypti inter se partiti sunt, & illi, donec à Turcis ejicerentur, indigna vi incubuerunt. *Mart. libr. 2. legat. Babyl.* Romani cautius, ut & Lacedæmonii, ab omni licentia & facultate turbandi Respublicas servos sedulò

mis interdixerunt.

34. [illegible]

35. [illegible] ar-

36. *Apud Parthos manumissio vetita.*

37. *Aegyptum occuparunt servi.*

sedulò depulerunt, aut si necessitas fortè rei summam ad serviles operas detruderet, ne cæteris animus adderetur, aut furiosis gladius præberetur, conscriptos & manumissos maculâ servitutis statim liberarunt. Nam

38. *Servus ad bellum armandus prius dandam esse libertatem.*

Lacedæmonii secundo bello contra Messenios, duce Tyrtæo claudo Poëta, quem ab Atheniensibus jussu oraculi petierant, servos suos manumiserunt, & interfectorum hostium matrimonia polliciti in bellũ duxerunt, *Iust. libr.* 3. quod consilium imitatus Cleomenes, cum civium ex clade non nisi mille quingenti superessent, Helotis manumissis explevit, *Plut. in Cleom.* & Natis, cum multa millia servorum armasset, addit se id facere more majorum. *Liv. libr.* 34. Athenienses quoque consumtis publicis opibus servis libertatem dederunt, *Macrob.* 1. *Sat. cap.* 11. & contra Chios, servorum opera usi sunt. *Thucyd. libr.* 8. Borysthenitæ oppugnante Zopyrione servis liberatis, data que civitate peregrinis & factis tabulis novis hostem sustinere potuerunt. *Macrob.* 1. *Sat.* 11. Apud Romanos bello II. Punico cum deessent, qui scriberentur, servi pro Dominis se pugnaturos polliciti in servitutem recepti sunt, & *Volones*, quia sponte hoc voluerunt, appellati. *Plut. in Marc.* Sed & post calamitatem apud Thrasamenum notæ cladis acceptum servi manumissi in sacramentum vocati sunt. Vnde Annibal, cum precium redimendis captivis in capita indiceret, non tantum ab equite, pediteque liberis, sed à servis centum nummos exegit. *Liv. lib.* 22. Post Cannensem cladem novam formam delectus inopia liberorum & necessitas iterum dedit. Octo millia juvenum validiorum ex servitiis, prius sciscitantes singulos, vellentne militare, emta publicè armaverunt. Et hic miles magis placuit, licet pretio minore redimendi captivos copia fieret. *Liv. libr.* 22. Scipio quoque tercentum præterea manumisit, *Plut. in Scip.* & bello sociali cohortium duodecim ex libertinis cõscriptarum opera memorabilis virtutis apparuit. *Macrob. libr.* 1. *Sat.* 11. C. item Cæsarem, cum militem in amissorum locum substitueret, servos ab amicis accepisse & eorum forti opera usum esse comperimus, & Augustus quater manumissorum exercitum conscripsit. *Sueton. August. cap.* 25. In bello quoque Siculo viginti millia servorum libertate donavit, quibus operam remos agendi imposuit. *Suet. Eod. cap.* 16. Vsque adeò vel remorum actores libertate sibi donandos putavit, cui labori ultimam servorum fecem hodie destinare solent.

Nam non tantum servis interdicto militiæ & armorum voluerunt facultatem nocendi eripere, sed novo beneficio eosdem sibi devincire, & fideliores Reipublicæ facere. Quis enim fideliter fortiterque manus alieno imperio commodaret, nullum ex victoria fructum habiturus? *Qui sui potestatem non habent* (verba sunt Hippocr. *in lib. de aer. loc. & aq.*) *neque sui juris sunt, sed Dominis subditi, ii rerum bellicarum nullam curam habent, ne bellicosi videantur. Neque enim aqualia pericula impendent. Hos siquidem pro Dominis in militiam proficisci & labores tolerare mortemque oppetere necesse est, relictis domi liberis, uxore ac reliquis amicis. Quod si probè ac viriliter se gesserint, inde Dominis opes augentur & crescunt. ipsi præter pericula & cædes nullum fructum percipiunt.* Et post pauca. *Cujus rei hoc magnum indicium est, quod quicunque in Asia Graci ac Barbari Dominis minimè sint subditi, sed liberi & sui laboris quæstum faciunt, ij omnium bellicosissimi existunt. Sibi enim ipsis pericula subeunt, & ut fortitudinis præmia reportant, ita ignaviæ pœnas luunt.* Athenienses nunquam magis extulerunt animos, quàm cum victoriæ fructum ad omnes & ad concionem perventurum totum scirent: nunquam facilius se passi sunt superari, quam cum jugo Tyrannico pressi, pro aliena salute suam prodigere cogerentur: quam differentiam notat Polyb. inter mercenarios Carthaginensium & civicos Romanorum exercitus. *libr.* 6. Verum enim ubique deprehenditur illud Salustii: *Excussis Regibus cepere se quisquemagis extollere, magisque ingenium in promtu habere*, quod ad libertatem, excussa servitute, meritò accommodaveris. Verum, quod necessitas extorquet, beneficium ingratum, est accipienti, nec proficuũ danti. Proinde sicut Machiavell. principem suum monet præoccupare vota subditorum, ut da-

[illegible] videtur, non extortum beneficium. Itaque qui vult ope servorum Rempublicam servare tartam tectam, non debet eò usque manumissionem differre, donec eam necessitas imperet, sed voluntatem servorum gratuito beneficio ante provocare, & ut imperante necessitate, par pari reddat, & si pro libertate & focis pugnare debent, prius focos sibi constitutos habeant, & libertatis dulcedinem gustarint. Nam si servi, armis non assueti, incertam libertatem necessitate protrusi, ruinam Reipublicæ suo occursu sæpe suffulcire & prævertere potuerint, quanto magis id facturi erunt liberi, rebusq; suis securi, & victoriæ unâ cum omnibus participes?

Damnatur igitur meritò multitudo servorum, imprimis ad maxima quæque à natura natorum, nec non acerba tractatio, quæ insuetos exulceret animos, sed si non onerentur servis familiæ, si in servitute retineantur vel illi, qui ob ingenii hebetudinem seipsos alere nequeunt, vel maleficiis, morte nondum dignis, libertatem perdiderunt, vel qui vitam precio vilissimè vendant, ut sunt grassatores illi, qui regiones perambulant & sub prætextu honestæ militiæ misellos rusticos concutiunt; vel si nectantur, qui dedita opera creditores pecuniâ emungunt, non dubium est, quin Respublicæ futuræ sint, & multò quietiores, & florentiores & multo mendicorum pondere minus onustæ, ut supra ostendimus *Sect. 3. ad fin. sect. 6. &c.* nec nunc prolixè repetimus. Nam qui decoxerūt cum rebus famam, aut ignominiosè mendicant, aut latrociniis se dedunt, aut aliud aliquod inhonestum negotium exordiuntur: Quantò justius operas suas addicerent creditori, ut famam, quantum in ipsis esset, liberarent, illiusque jacturam suis servitiis, si non in totum restituerent, saltem ex parte consolarentur, & spontanea mendicitate Rempublicam non gravarent. *Giphan. in c. 4. libr. 1. Pol. Petr. Mart. class. 4. loc. com. lo. 19. VVaremund. ab Erenb. de subsid. reg. cap. 4 num 19. Bronchorst. Mi[illegible]cent. 1. assertat. 5. pag.* 9. Nec tot opus [illegible] prostibulis, tot hospitalibus, ut vocant, pauperum, si qui familiam non sunt alendo, alterius servitio innecterentur, ut & supra diximus ex Busbeq. *Epist.* 3. qui addit: *Turca maxima, quà publicè, quà privatim, è servitio emolumenta capiunt: Rem familiarem servorum operis præclarè tuentur. Sed & publicè si quid moliendum, transferendum, eruderandum, aut muniendum sit, id servorum opera & assiduitate consequuntur. Nos operum antiquorum magnificentiam nusquam assequimur: quid enim? manibus destituimur, hoc est, servili auxilio. Ut taceam, quantum instrumentum servorum doctrina & litera fuerint Veteribus ad omnem scientiam adipiscendam.* Sed de his jam satis actum est antea: superest, ut ad potestatem herilem, qua Dominus imperat servis, progrediamur, postquam jura acquirendi & retinendi servos absolvimus.

De potestate herili seu Dominica in servos. SECT. 8.

1. *Servum totum esse Domini.*
2. *In quo consistat essentia servi.*
3. *Servum, quia nullus est, nec jus habere, nec injuriam facere.*
4. *Non omnes servos haberi pro mortuis, ex opinione quorundam.*
5. *Servitutem & mortem inter se differre.*
6. *Omnem servitutem morti comparari.*
7. *Servum sibi esse mortuum, sed Domino vivere.*
8. *Servos æquè, pro nullis haberi, ac pro mortuis contra Ant. Fabr.*
9. *Fictio juris introducit multa contra naturæ veritatem.*
10. *Servos omni statu destitui, & personam non habere.*
11. *Nec puniri civiliter, nec civitatem constituere.*
12. *Nec participare jura civitatis.*
13. *Multò minus officia publica.*
14. *Nec posse stare in judicio, aut actione experiri.*
15. *Nec parentes cognatos aut agnatos habere civiliter.*
16. *Nec contrahere matrimonium.*
17. *Nec uti cognomine aut familia nomine.*
18. *Servos non esse capaces ullius possessionis de jure civili.*

19. *Quid sit peculium.*
20. *Peculium non deberi servo de jure, sed indulgeri per conniventiam Domini.*
21. *Peculium computari extra bona.*
22. *Servum nec successores habere, nec testamentum condere, nec usucapere.*
23. *Nec cum quoquam contrahere posse.*
24. *Quia non obligatur, ne naturaliter quidem, nisi quantum ex facto.*
25. *Et hac omnia servis competere, non tantum ex civili, sed & gentium jure.*
26. *Servos excludi ab omnibus beneficiis & juribus jure gentium introductis.*
27. *Cui rei nihil obstant particulares hujus vel illius nationis mores.*
28. *Aristotelem nullibi servis munera publica distribuere.*
29. *Servos, cum ex se nulli sint, omnia sua debere Domino.*
30. *Cujus sunt possessio.*
31. *Quomodo commodius definiatur servus.*
32. *Possessionem à servo statim transire ad Dominum.*
33. *Dominum non tantum bona, sed & vitam corpusq́; servi in sua manu habere.*
34. *Et quidem de jure omnium gentium.*
35. *Cui tamen juri cum die ex aquitate detractum fuit.*
36. *Non licere cuiquam ex ullo jure servis abuti ad peccandum aut ignominiam.*
37. *Quia in jure naturali servus non est pars Domini, sed conservus.*
38. *Crudelitas impunita Romanorum in servos innoxios.*
39. *Servos solitos torqueri in caput Domini.*
40. *Et propter suspicionem occisi Domini omnes ad supplicium raptos fuisse.*
41. *Quod ex parte mitigavit Adrianus.*
42. *Servos, quoad delicta, qua in facto consistunt, non esse servos.*
43. *Reprehenditur nimia in servos crudelitas.*
44. *Cui optimi quiq́; Imperatores sensim remedium afferre ceperunt.*
45. *Ex hac ratione, quod expediat Respub. ne quis re sua male utatur.*
46. *Privatim interesse multis modis, ne severius tractentur servi, quam par sit.*
47. *Ex servis, savitia fieri hostes.*
48. *Quibus ex causis ceptum est, de injuriis servorum cognosci.*
49. *Virgas & lora fuisse propriam servorum panam.*
50. *Apud omnes gentes cautum fuisse innocentia servorum Asylis.*
51. *Sed abusum asylorum, qui post invaluit, ab usu tollendum.*
52. *Servis vero, qui Dominos accusare prohibentur, jure aperta servari asyla.*
53. *Majorum nostrorum sollicitudo & cura pro servis.*

QVod jus servitutem induxit, idem non est dubium, quin potestati originem dederit herili; sed sicut potestas patria, etiam si ortum trahat ex jure naturæ, variè tamen à variis gentibus limitata fuit & circumscripta: Ita se res quoque habet de Dominica. Id verò commune est omnibus gentibus, & rationi naturali quod ex theorematibus Aristot. 1. *Polit. cap* 3. deducitur. Tradit enim illis, servum, quantus quantus sit, totum esse alterius, cum Dominus non sit servi, nisi secundum quid. Habet enim Dominus statum, personam, libertatem, jus suum, nec refertur ad servum, nisi per respectum limitatum, quatenus illi præest. Sed servus nihil habet suum, cum sit mera pars possessionis, perinde ut pecudes & quævis alia domus instrumenta, quibus & servum accenseri contra Alpheaum disputat Vlpian. *in l. quasitum* 12. *§ 2. de instruct & instrum. leg.* Vnde sequuntur duo, in quæ reducitur omnis conditio servi, & omne jus Domini, nunc, quod servus non sit suiipsius, deinde, quod sit Domini.

Quod si servus non est suiipsius, nec personam ex se habet, nec bona: *Servile caput jus nullum habet*, ait Paulus *l.* 3. *in fi.* [illegible] *min. Lex enim Aquilia* interprete Cajo *l. 2. in princ. & § 2. ad l. Aquil. servos annumerat quadrupedibus*: & sicut quadrupedes pauperiem, *tot. t. Si quadruped. paup.* [illegible] ita servi dicebantur noxam facere. *tot. t.* [illegible] *nox. act.* Injuriam quippe facere ne[illegible] qui injuriam non patiuntur. *§. Serv.* [illegible] *de serv. l. Item apud Lab.* 15. *§ prator* 4 [illegible] *seq. §. Itaque prator.* 4 1. *ff. eodem.* Ini[illegible] autem in eos cadit, in quos jus, cum cōtraria

nica

... sint eidem subjecto inesse. Atqui jus commune servis & liberis non est, non tantum, quia servi sunt pars Dominorum liberorum & inter totum & partes jus non cadit, ut docet Aristot. 5 *Eth. cap. ult. 8. Eth. cap* 11. & 12. sed etiam quia jus exigit æqualitatem quandam inter eos, quibus competit, 8 *Eth cap. 9. 9. Eth. cap. 3.* & 4. Liberi verò & servi infinito distant intervallo, & habent se ut lux & tenebræ, ut vita & mors, aut ut ens ad id, quod non est. Servi enim de jure civili habentur pro nullis *l. quod attinet* 32. *de R. I.* & æquiparantur mortuis, *l. servitutem* 209. *eod.* & *l. intercidit* 59. *in f. de condit.* & *demonstrat. Nov.* 22. §. *Si vero decretum.* quod tamen Accurs. *ad d. l. quod attinet.* cum limitatione intelligi vult, & Petr. Fab *ibid. num.* 15. 16. & Cujac. *libr.* 18. *observat. cap.* 13. servos non alios haberi volunt pro mortuis, quam servos pœnæ, de quibus expressè loquitur Vlpian. *in d. l. intercidit.* §. 2 *de condit.* & *demonstr.* & Constantinus *in l. rei uxoris* 24. *C. de donat. inter vir.* & *uxor.* donationem inter conjuges impleri, morte aut servitute donatoris scribit. ubi agit de eo, qui ob reatum ad mortem aut servitutem damnabatur. Et hoc putant innui ab Vlpiano *in d. l. servitutem* 209. *de R. I.* dum ait: Servitutem mortalitati *ferè* comparamus. & à Iustiniano *d. Nov.* 22. §. *Si vero decretum.* δουλείαν ὁ μακρῷ διεστάναι θανάτου, Non *procul* à morte differre, ut habet vetus interpretatio. Item ab Harmenop. *libr.* 1. *t.* ... Ὅτι ἡ δουλεία χ... ἐστὶ θανάτῳ. quanquam facile in meliorem sensum hæc omnia explicari possunt, si mortem amplius quid dicamus inferre, quam servitutem, quia qui de libertate cadit, non statim cadit à vita, sed retinet jura, quæ à natura fluunt, unde illi debentur alimenta, & naturales liberos, cognatosque retinet, quæ cum cessent in morbo, inde fit, ut servus non sit per omnia similis mortuo, sed tamen non procul differat, ut dixit Iustinianus, seu non procul ab uno gradu absit. Id quod patet ex *l.* 1. *de pœn. damnat.* ubi trium rerum jacturas gradatim proponit Vlpianus, vitæ, libertatis & civitatis. Item ex *d. l.* 59. *per tot. de condit.* & *demonstr.* ubi proponitur primùm is, qui decessit deinde cum eo comparantur illi, qui civitatem & qui libertatem perdiderunt. Nec Vlpian. ibi regulam hanc: *Servitus morti comparatur*, astrinxit ad servitutem pœnæ tantum, sed generalem regulam, uni speciei servitutis accommodavit. cum *in l. cum hic status* 32 §. *si donator* 6. *de donat. inter virum* & *uxor.* etiam qui servus privati effectus sit, mortuo similis dicatur, ex hac regula: Multò verò minus permovet, quod abeisdem affertur, si quis servus hostium factus fuerit, quia reverti posse putatur, quasi pendente ejus statu *l. pen. ult. de suis* & *leg. junct. l. pater* 10. & *sequent.* & *tot. t. de capt.* & *postlim. l. illa institutio* 32. §. 1. *de hæred. institut.* legatum non statim extingui. *l. ult.* §. *quod inquit* 2. *de adsign. libert.* Nam capti ab hostibus non sunt servi in ea Republica in qua pendet legatum, sed in aliena, ex qua si redimantur, aut dimittantur, non fiunt liberti, sed postliminio jus ingenuitatis integrum recuperant. Servitus verò morti æquiparatur in ea Republica in qua servus est. Et sic constat, captum ab hostibus inter hostes, pro nullo haberi, & fieri libertum ejus, à quo manumittitur. Nam quod legatum servo factum non intercidat, sed ad legatarii Dominum pertineat, nihil facit pro opinione Petri Fabr. & Cujac. quia sibi quidem mortuus est servus, sed Domino vivit. Quod enim jus in servo extinguitur, reviviscit in Domino, prout paulò ante ex Aristot. præsupposuimus: Servum non esse suiipsius, sed Domini.

Nec verò satis assequor, quid sibi velit vana subtilitas, Anton. Fabri. *Iurispr. Papin. t.* 3. *de jur. pers. princip.* 1. quod servi quidem habendi sint pro nullis, sed non pro mortuis, quia nullo juris loco scriptum est: *Servum civis Romani, quam diu manet servus, habendum esse pro nullo.* Atqui ab abstracto ad concretum valet argumentatio, & non uno in loco, servitus habetur pro morte. *l.* 32. §. 6 *de donat. inter vir.* & *uxor. l.* 59. *in fin. de condit.* & *demonstr. l.* 209. *de R. I.* Porrò ait, qui nunquam in Republica caput habuit, non dicitur, rectè mori. Atqui ab hostibus capiuntur, caput nunquam habuerunt. Vnde nulli quidem dici possunt, sed non mortui. Quidam igitur saltem ex

4. ... omnes ... haberi mortuis ...

... & diffe...

6. Omnem servituti morti comparari.

7. Servum sibi mortuum, Domino vivere.

8. Servos æquè pro nullis, ac pro mortuis haberi.

servis rectè dicentur mortui, qui civili quocunq; titulo servitutem ingrediuntur, quanquam ne capti quidem minus mortui dicendi sint, quam hi, quia servitus æquiparatur morti jam consummatæ, non actui moriendi. Qualis verò est status mortuorum, talis est & nunquam natorum, quoad esse, ut dicitur *in l. un. de adem. lib. Libertatem, lege ademtam, pro non data haberi.* Nam quod illi desierint, hi nunquam ceperint esse, nihil facit ad comparationem, siquidem furiosus fingitur absens, *l. 2. §. furiosus. de jur. Codic. l. 1. §. adipiscuntur de acquir. poss. l. ubi non voce 124. in fi. de R. I.* licet nunquam à ratione vel civitate abierit, sed ab initio insanierit. Qua enim via, quis factus sit nullus an per mortem, an quia nondum cepit esse, id in comparatione, qua servitus æquiparatur morti, non attenditur. Philosophi dicunt, tàm recidere in potentiam materiæ, quod interit, quàm ex ea educitur, quod nondum generatum est. Obijcit deniq; & quidem primo loco. Deteriorem esse conditionem ejus, qui mortuus, quàm qui nullus est. Num qui nullus est, potest cœpisse, aliquid esse? At, qui mortuus, per rerum naturam renasci non potest, non tantùm, quia ad habitum à privatione non datur regressus, sed etiam, quod si renasceretur, alius homo esse intelligeretur. *l. servus legatus 27. in fi. de adim. legat. l. ususfructus de. usu & usufr. leg.* Atqui servus, quamdiu servus est, potest fieri statu liber, adeoq; liber Ergo in eo statu servitutis pro nullo habendus est, non pro mortuo. Resp. Servitutem & mor-

9. *Fictio juris multa introducit contra veritatem.*

tem comparari tantum inter se, quoad statum, non quoad cætera, quæ utriq; peculiariter insunt. Nam naturæ non magis possibile est, ex nihilo quicquam facere, quam ex morte idem individuum reducere. Ideoque si argumentum efficaciter concluderet, perinde tolleret servos ex numero Nullorum ac Mortuorum. Sed aliud est factum naturæ, quod verum est, aliud figmentum juris, quod ex veris falsa, ex falsis vera comminiscitur, prout Reipub. utilitas exigit. Non continuatur possessio naturaliter, quando hæreditas jacet, & post intervallum novum eadit dominium: Usucapio nihilominus procedit, quia fingit cum tempore lex possessionis continuationem durare, quæ reverà non durat. Ita quid vetat, mortuum fictione juris, qualis est legis Corneliæ, reviviscere, & spiritum priorem assumere? Annon *impossibile est ipsi DEO*, ut ait Hier. *Virginem resuscitare post ruinam*, & factum reddere infectum? Et tamen, nihil obstante hac implicatione contradictionis, honoribus & famæ lex restituit. Quin etiam statu liber, qui statutam & destinatam in tempus vel conditionem, libertatem habet, *l. 1. in pr. de statulib.* etiamsi propter suspensi juris constitutionem. *l. pen. de suis & leg. l. illa institutio 32. §. 1. de hared. instit.* ambigat inter libertatem & servitutem: tamen in rei veritate aut servus est aut liber, quia cum servitus opponatur contradictoriè libertati, tertium nullum inter utramque datur, *l. 1. in fi. princ. C. de lat. lib. toll. l statu liberum 9. de statul. l. statuliberum, 11. de legat. 11.*

Quod si jam servi pro mortuis & pro nullis habentur, consequens est, quod vivis, & caput habentibus annumerari nequeant, quemadmodum Martianus ait: *l. nullo modo 7. ad l. Cornel. de fals. Nullo modo servi, cum Dominis suis consistere possunt, cum ne quidem omninò jure civili, neq; jure prætorio, neq; extra ordinem computantur*, sed sunt ἀπρόσωποι, dicente Theoph. *in princ. de stipul. serv.* & statu omni destituuntur, *l. 3 in fi. de cap. min. Quid facerent prius inter servos jura publica, qui personam legibus non habebant?* ait Cassiod. *lib 6. Var. Epist 8.* Unde, sicut Philosophi creationem docent procedere sine transmutatione, quia per eam, quod nullum præfuit, exit è nihilo in actum, cum in alijs mutationibus semper præsupponatur unum & idem subjectum sub utroque termino: Ita, quando manumittitur servus, non dicitur mutare statum, quia statum nullum habuit servus, sed hodie primum ipsum nanciscitur *in l. 4. de cap. min.* Nec sub pecuniaria aut capitis civilis pœna continetur servus, quia in eo multari non potest quod non habet, *l. hos accusare 12. de accus. & inscript. l. servus 6. C. de jud.* Quis enim unquam e civitate relegatum vidit, qui in civitate nun-

... *... status ...* (margin)

11. *Non ...* (margin)

nunquam fuit? Solemus autem proverbio o usurpare *ὄνου πόκας* pro re impossibili quia ex servis non magis conflari potest vita, quàm ex truncatis cadaveribus exercitus. Unde meritò, quoad jus civile, pro Nullis habet servos Ulpian. *in d.l. quod attinet 32. de R.I. l. 1. in pr. de jur. delib.* adeoque detrahit illis omnia jura, quibus jure civili gaudent homines, utpote testamenti factionem passivam & activam, *l. non minus 31. de hared. instit.* quia id privilegium solis civibus à lege 12. tab: datur *l. Verbis legis. 120. de V.S.* ideoque deportatis & peregrinis denegatur, *l. 1. C. de hared. instit.* quia deportatione civitas admittitur, *§. minor. Inst. de cap. min.* & *ἀπόλιδες*, id est, extorres dicuntur, quibus aqua & igni interdictum est. *l. 1. §. hi quibus. de leg. III. l. sunt quidam 17 §. de pæn.* Item vetat eos ad solemnia testamenti adhiberi, & rationem hanc assignat: Cum juris civilis communionem non habeant in totum, ne prætoris quidem edicti. *l. qui testamento 20. §. servus. Qui test. fac. poss.* Multò magis arcentur servi à prætura, *l. 3. de offic. prat.* & officiis omnibus civilibus *l. 12. §. fin. de jud.* adeò ut ne tabularii quidem esse possint, *l. generali 3. C. de tabul. lib. 10.* ne actibus publicis immisceantur servitia, quæ cum Dominis rel gio est stare in judicio, *d. l. 7. ad l. Corn. de fals. l. 7 C. an serv. ex suo fact. post man.* aut militia. *l. 6. & 7. C. qui milit. poss. lib. 12.* idque *prohibentibus moribus*, ut ait Paul. *l. cum prator. 12. §. penult. de jud.* qui ab omnibus civilibus officiis servos repellunt, *ne dignitas Latialis causam videretur habere cum famulis Cassiod. lib. 6. Var. Ep.* Narcisso liberto Claudii à patrono ad gliscentem exercitus seditionem reprimendam misso, ignominiosè acclamatum fuit, *Io Saturnalia*, quasi tàm ardua legatio servili conditioni minus conveniret. *Xiphil. in Claud.* & Adrianus servo suo ambulanti inter duos Senatores, colaphum jussit infligi, addi que: *Noli inter eos ambulare, quorum adhuc potes esse servus. AEl. Spart. in Adrian.* Servus quippe, qui caput non habet, non potest stare in judicio *l. servus 6. in pr. C. de jud.* ideoque contra illum actio nequit intentari, *l. cum debitoris, 7. C. de jud.* *l. 1. C. An. serv. ex suo fact. l. 22 & l. 207. de R. I. l. 15. si quis cautien.* quia quid est actio, *nisi jus persequendi in judicio quod sibi debetur? in pr. Instit. de act. l. nihil 51. de oblig. & act.* nec per procuratorē quidē servus alteri actionem intendere potest, *l. servum quoq; 33. in fi. pr. de procurat. l. ab hostibus 15. in pr. ex quib. caus. maj.* nec interrogare vel interrogari in jure, *l. si sine 9. §. Sed si servus. de interrog. in jur. faciend.* & quæ præterea ad solennitates & jura civilia attinent, quæ servis, utpote jure civili nullis, prorsus denegantur, usq; adeò, ut nec parentes, nec agnatos nec cognatos habeant, nisi naturales. *d. l. hos accusare §. 4. vers. Item nec lex Pompeia: de accus. l. 1. §. 2. Unde cog. l. 4. in fi. l. 5. & 6. de in jus voc. Paul. 4. sent. t. 10. ad SCt. Orfic. Alex. ab Alex. lib 5. gc. dier. c. 4. Mercer. lib. 2. opin. c. 18.* Nam cum quidam patrem suum nominaret *apud. Plaut. in Captiv: Quomodo*, ait alter, *patrem, qui servus es?* Pater enim est, *quem nuptia demonstrant. l. quia semper 5. de in jus voc. l. filium 6. de his, qui sunt sui.* Cum ancillis verò non potest esse connubium, *l. cum ancillis 3. in pr. C: de incest. nupt. l. si ignorans 3. C. Sol. matr. Nov. 22. c. 10. Ulpian. t. 5. §. 1.* sed *contubernium* tantum, *l. 12. §. 33. de instruct. & instr.* ob cujus violationē non datur actio adulterii. *l. servi 23. l. seq. C. ad l. Jul. de adult. l. Inter liberas 6. in pr. ff. Eod.* quia adulterium non committitur, nisi in uxorem. *l. si uxor 14. ff. Eod.* Prout iterum insinuat Plautus *in prolog. Asinar. Quid istuc est, serviles nuptia? Servine uxorem ducent aut poscent sibi? Nomen attulerunt, quod sit nusquam gentium.*

15. Nec parentes aut agnatos habere.

16. Nec contrahere matrimonium.

At ego aio hoc fieri in Gracia & Carthagini
Et hic in nostra terra, atq; in Apulia
Majorēq; opera ibi serviles nuptia
Quam liberales etiam curare solent.

Usque cætera omittam, cum familiam & genus non haberent servi, ne cognomine quidem uti poterant, *l. cum precum 9. C. de lib. caus.* solo nomine simplici, quod pro arbitrio imponebat Dominus, contenti, ut ostendit Aiton Aug *Emend. lib. 3. c. 8.* reprehendens ex eo Theophilum, & dum manumittebantur, transibant in nomen patroni, ut testatur Artemidor. *1. de somn.* & in- 17. Nec uti cognomine.

 nuit

nuit Persius, inquiens: *Verterit hunc Dominus, momento turbinis exit Marcus Dama.*

Quemadmodum verò personam nullam habet servus: ita nec bona ex eadem ratione, quia possessio non possidet, *l. qui in servitute 118. de R. I. l. 1. §. sed & per eum de acquir. poss.* & *qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest*, ut ait Cajus *lib. 2. Inst. l. acquiruntur 10. §. 1. de acquir. Dom.* & ex eo Iustin. *§. Item vobis 3. Inst. per quas*

18. Nec possidere quicquam.

pers. nob. acquir. seu ut Vlpianus: *in sua potestate non videtur habere, qui non est suæ potestatis, l. sic eveniet 21. in fi. ad l. Iul. adult.* Nec dubium est, quin à possessione bonorum abigatur servus jure civili, *l. rectè Labeo 13. in pr. ex quibus causis maj 25. ann.* adeò ut nec Dominus ipse, præter alimenta, *l. servos 17. de alim. legat.* quicquam servo sine libertate legare possit, *l. servus uxoris 76. de hæred. inst.* nisi æquitate summū jus temperare velit, *l. 5. §. 2. C. de necess. serv.* & ut ait Vlp. *l. is qui suus 4. §. 3. de manum.* *connibentibus oculis peculium indulgere*,

19. Quid sit peculium.

quod definit Theophil. *in §. Cum autem Inst. quod cum eo, qui in pot. al.* [illegible] in quem sensum & Isidorus ait: *Peculium est. quod pater vel Dominus servum pro suo tractare jure patitur. lib. 5. Etymol. c. 15.* Nam *dubium non est*, ait Senec. *quin servus cum peculio Domini sit. Nec verò ideò nihil habet servus, quia non est habiturus, si Dominus illū habere noluerit. Senec. 7. de benef. cap. 4.* Sed Dominus magis ex æquitate, quàm quod de jure teneatur, quod

20. Quod per conniventiã Domini servo indulgetur præter eum.

Is unciatim vix de demenso suo
Suū defraudans genium, comparsit miser.

Ter. in Phorm. ad se non abripit. Quanto labore partum cogitans, & hoc peculium vocat Florent. *in l. peculium 39. de pecul.* inquiens: *Peculiū & ex eo consistit, quod parsimonia sua quis paravit, vel officio meruit à quovis sibi donari: idq; velut proprium patrimonium, servum suum habere quis voluerit.* Sed hoc peculium bonis opponit. Vlp.

21. Peculium non accensetur bonis.

in l. paterfam. 182. de V. S. quia bona servus habere nequit, *d. l. 182. d. l. rectè Labeo 13. ex quib. caus. maj.* nec successores. *l. 4. Com. de succeß. l. lex Cornelia 28 ad fi. vers. quia non efficitur. de vulg. & pup. subst.* cū hæreditas, quæ repræsentat defuncti jus & personam, *l. nihil est aliud 24. de V. S.* lege civili detur, *l. lege obvenire 130. de V. S.* & proinde in servum non cadat *l. 3. §. 1. de V. S. servus C. Com. de succ.* Vnde nec testamentum, cum sit juris publici, *l. 3. qui testam. fac. poss.* facit servus, nec usucapit, *l. qui in servitute 118 de R. I. l. Item ait prætor. in pr. ex quib. caus. maj.* 22. Servum ne[c] te[stari, nec] usucapere.

tum quia sine possessione usucapio non procedit. *l. sine possessione 25. de usuc.* tum quia usucapio adjicit dominium, *l. 1. ibi, ne dominia sint incerta. l. 3. de usuc.* In servum verò nec possessio cadit, nec dominium. Imo eadem de causa nec stipulari potest, nec contrahere suo nomine, quia nec debere potest, nec ipsi deberi, *l. nec servus de pecul.* & in stipulationem venit, quod mea interest, *l. stipulatio ista 38. §. alteri, l. si pœna 68. de Verb. Obl.* Servi verò non interest, cum bona nulla habeat. Nam ejus interest, qui lucrum percepturus est vel damnum. *l. si commissa 13. Rem rat. hab.* Ideoq; absoluiè & in genere dicit Vlpianus, *l. 22. de R. I. in personam servilem nullam cadere obligationem*, & Iavol. *in l. sed & si servi 20. de fidei.* servum fidejussionis nomine negat obligari posse: *l. 3. in pr. Eod.* ubi licet plerique ICtorum distinguant inter obligationem naturalem & civilem, eò quod Paulus *l. 13. de cond. in deb. naturaliter* affirmet servum obligari: tamen quia jus naturale nullam inducit vim, impropriè vocari obligationem, quæ ad naturam refertur, rectè notat Connan. *l. 2. Comm. c. 3. n. 2. & seqq.* Naturaliter enim obligari servū, nihil est, quam *ex facto* & non ex jure, ut explicat ipse Vlp. *l. si serv. 41. de pecul. l. 44. de cond. & dem. l. 38. §. 6. de Verb. obl. §. 1. Inst. per quas pers. cuiq; acq. §.* . *Inst de stip. serv.* Sic quippe *naturalem* dationem pro *reali* dixit Paulus *l non statim 3.* & Vlp. *naturaliter* se vulnerare, pro *realiter l. sed si 9. § si ipse servus 7. de pecul.* Ex facto enim reali teneri & obligari servum patet *ex d. l. hos accusare §. fin de accus.*

23. Nec co[ntrahe]re.

24. An [servus] obligetur saltem naturaliter.

Constat ex his, quæ diximus, ab omnibus iis, quæ concernunt jus civile, sive de personis agatur, sive de bonis, arceri profanum vulgus servorum: se utrum solo jure ci-

...detur velle Vlp. *in d. l. quod attinet. de R. I.* an etiam jure gentium? Nam Alciat. *ad l. l. ... famil. 192 de V. S.* jure gentium non dubitat servis bona tribuere, quia naturaliter dicuntur possidere, *l. quod servus 24. de acquir. poss.* quanquam Iavolen: tàm hic, quam Vlpian. *in d. l. quod attinet.* dum civile opponunt naturali, sub civili complectantur jus gentium. Si enim jure gentium ... ducta est servitus, & juris ejus introductione servus constitutus pars possessionis Domini, *l. 1. Vers. Igitur in potest. Domin. de iis, qui sui vel alien. l. si quod Dominus 64. de cond. indeb.* quia ex jure gentium possidere nequit, qui possidetur, ut paulò ante ex rationibus ipsorum ICtorum diximus, non tantum civili, sed & gentium jure abigitur servus ab omni bonorum possessione, & ex jure gentium introductis privilegiis, juribus & officiis; *Connan. d. c. 3. n. 4. Anton. Fab. Iurispr. Pap. t. 3 pr. Illat. 2. Gedd. ad l. 3. §. 1. n. 1. de V. S.* Nec obstat, quod 1. *Reg. c. 9.* Cananæorum reliquiis à Salomone non adimatur possessio bonorum, sed imponatur tributum, quoniam paulò post de eorum ordine disputabimus, utrum veris servis annumerari debuerint vel minus. Idem enim dicendum erit de Ægyptiis *Genes. 47.* Quod ... verba Abrahæ, *Genes. 15. V. 3.* quibus ... minuere Eleasaris filium, futurum sibi hæredem, parum ad rem faciunt, quia, ut fuisset Eleasar verus Abrahami servus, cui ... non tantùm familiæ totius, sed & filij gubernationem concesserat, *Genes. 24.* nihilominus non sequitur, filium ejus Domino successurum in conditione servili, cum simul & hæres institui potuisset, & manumitti prout apud Romanos usu receptum erat. *l. servus 76. de hæred. instit.* Ab Aristotele verò 4. *Polit. c. 5.* nihil tale affirmatur, quod scilicet servi opulentiores ad munera publica accersantur; sed distribuit curationes Reipubl. in Civiles, Oeconomicas, & Administratas. Administras vocat corniculariorum, accensorum, scribarum, viatorum, lictorum, carnificum, quas dicit attribui ..., si sit copia, se servorum. Nec enim ... opulentia opus erat ad hæc officia; nec illam ad hæc exigit Arist. sed usu receptum dicit, ut vilia munia servilibus personis attribuantur, quod nostræ assertioni ne minimum quidem adversatur.

Si igitur servi in se nulli sunt, & æquiparantur mortuis, consequens est, ut quicquid sint, Domini sint, & proinde Domino acquirant, Domino vitam & sanguinem debeant, Domino vel stent, vel cadant. Possessionis enim pars sunt, rebusque moventibus annumerantur *l. 2. de supell. leg. l. ult. §. 1. de reg. reu. l. moventium 9. de V. S.* aut si sint ascripti glebæ, immobilibus, *l. 3. ubi Zas. n. 3. ... vers. temp. præscr.* *Servus mei man... cipij res est*, ait Senec. *mihi servatur, mihi perit, ... de benef. cap. 18.* Arist. 1. *Polit. c. 3.* tria proponit, quæ in definitione servi locum habere possunt: *Hominem, κτῆμα & Instrumentum*. Montecar. quidem *ad tex. 31.* servum definit per hominem, cum res naturales, etiamsi definiantur ut civiles, loco generis habeant materiam, sed tum hoc ipso errat, quia nemo, qui rectè definiturus est, dicet Regem esse hominem, censorem esse hominem, seu personam; tum illud non rectè accommodat ad servum, qui nihil in se absoluti habet, sed quantus est, totus est Domini, ideoque Thomæ & Acciajol. *d. cap. 3.* definitur per Instrumentum, Victorio per possessionem. Possessio enim tota pertinet ad Dominum, ut pulcrè evincit ratio Aristotelis 1. *Polit. cap. 3.*

Distrahebantur enim non secus ac alia bona mobilia, & vulgò æstimabantur 20. aureis, *l. 1. C. de comm. serv. manum.* & quicquid iis per legata, vel aliunde accedebat, id non sibi sed Domino acquirebant, quam speciem acquisitionis transeuntem vocat Bald. *in l. placet 79. de acquir. hær.* quia ne momento quidem subsistit in persona acquirentis, sed transit ad eum, in cujus potestate est acquirens. *d. l. placet 79. lib. 1. §. 1. de his qui sunt sui. l. qui liberis 8. §. hac verba. de vulg. & pup. subst. l. cum filiof. 11. de leg. 1. l. si tibi homo §. 2. Eod. l. Etiam 32. de acqu. rer. Dom.* Generalis enim regula est, ut cum incapax sit legati is, qui in potestate alterius est, legatum vires sumat ex conditione illius, in cujus potestate est legatarius, *d. l. 11. de leg. 1. §. 1. Vobis Inst. per quas pers.*

29. *Servos se & omnia sua debere Domino.*

30. *Cuius sunt possessio s. κτῆμα.*

31. *Vtcunque aliàs Definiantur civiliter.*

32. *Possessio à servo statim transit ad Dominum.*

perf. eniq. acquir. ex l. adquiruntur 10. §. 1. de acquir. rer. Dom l. stipulatio 38. §. Hi qui sunt 6. de Verb. oblig. l. 1. §. per servum 3. de succ. edict. Ideoq. *si servus fuerit institutus hares, non ipsi*, ait Vlpian *praestituimus tempus ad deliberandum, sed ei, cuius servus est, quia servi apud praetorem pro nullis habentur. l. 1. in pr. de success. edict.*

33. *Domino competere ius vitae & necis in servos.*

Nec verò bona tantùm servorum sunt in manu Dominorum, sed etiam corpus & vita & hoc *apud omnes peraque gentes*, ait Cajus, *adVertere possumus, Dominis in servos Vitae neciúq. potestatem fuisse. l. 1. §. 1.* [illegible] *qui sunt sui.* Nam licet Germani adeò molliter servos tractarint, ut dubitet Tacit. an servorũ nomine eos exprimere debuerit, *de mor. Germ.* & apud Russos nemo habeat potestatem interficiendi servum, praeter solum principem, *Sigism. Bar. in hist. MuscoV.* tamen pauca haec praejudicia, non impediunt generale jus gentium, quò minus omnibus gentibus attribuerit Cajus, quod apud plerasque observarat. Recipere enim vocabulum OMNE limitationem ex subjecta materia traditur ad *l. omnes de justit: & jur. per l. ut gradatim §. 1. de mun & hon: & sim.*

34. *Et quidem de iure omnium gentium.*

Lacedaemonij Helotas suos per cryptas, quot vellent, occidere consuevisse, supra diximus *ex Polit. Heraclid* Athenienses item lege lata coacti fuerunt prospicere injuriis, servorum, cum potestate herili lasci vi Domini abuterentur. *Athen. lib 6. cap. 7.* Scythae solebant servos visu orbare, ut fortius inflarent vulvas asinarum, dum mulgebantur. Hinc enim copiosius lac extrudi credebant. *Herod. lib. 3.* Persae non tantum in servos, sed & liberos tantam potestatem exercebant, *Arist. 8. Eth. c. 10.* ut & Galli, de quibus *Caes. lib. 6. Bell Gall.* quam licet Arist. respectu filiorum Tyrannicam vocet, respectu tamen servorum legitimam esse non negat. *Dominorum enim potestatem in servos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi*, ut scripsit Antoninus Pius *in lib. 2. in pr. de his qui sunt sui.* Potest enim re suâ quis uti & abuti. *l. sed & si §. Consuluit. de pet. hared. l. 2. si quis à patr. fuer. manum.* Servum verò totum esse Domini, & possessionis partem, saepius ex Arist. repetivimus.

35. *Quid dominus acquirat, ...tique*

Nihilominus huic potestati, cum dic per aequitatem sensim detractum fuit, idque ob multas causas. Nam etiamsi dominium in eo consistit, ut quis re sua pro arbitrio utatur: tamen hoc dominium privatum subjicitur & includitur dominio publico, nec ruiquam fas est, re sua in praejudicium salutis publicae abuti, cũ ne quidem privatis commodis suo arbitrio nocere queat. Proinde sicut prodigo curatores dant leges, & libertatem, nisi in paenam, vendere cives prohibent: Ita semper operam dederunt praesides Reipub. ne quis servis privatis pro libidine, ad peccandum & infamem injuriam abuteretur: *d. l. 2. de his qui sui Vel* C. Publius ob aes alienum paternum nexum se dederat L. Papyrio, illique operas serviebat, sed cum improbus foenerator, florem aetatis ejus fructum adventitium crediti ratus, perlicere adolescentem sermone incesto conaretur; deinde postquam aspernabantur flagitium aures, minus terriraret, atque identidem admoneret fortunae: Postremò, cum ingenuitatis magis, quàm praesentis conditionis memorem videret, nudari juberet, verberaque afferri, laceratus juvenis in publicum se proripuit, & non tantum à se, sed ab omnibus nexis vincula amovit. *LiV. lib. 8.* Per operas enim non intelliguntur, nisi quae honestè fieri possunt, *l. filius 15. de cond. instit.* cum ad scelera vocati servi, Dominis parere non teneantur. *l. n. qui puteum 11. §. an ignoscetur. Quod Vi aut clam. l. servus non in omnibus 20. de oblig. & act.* Adrianus servos & ancillas Lenoni & Lanistae etiam vendi vetuit, causa non praestita, *Spart. in Adrian.* Item castrari & thlibias fieri, tàm servos quàm liberos prohibuit, *lib. 4. in fi. l. 3. ad L. Corn. de Sic.* nec Severus quenquam ex iisdem prostitui voluit, *lib. 1. §. 6. in fi. de off. praef. urb.* & quamvis Imperatores non patiantur Dominos à servis accusari. *l. si quis 20. C. de his qui accus. non poss.* tamen Antoninus Pius & Severus proconsules in provinciis, praefectum urbi Romae in patrocinium jusserant recipere verecundè expostulantes, aut ad statuas confugientes eos, qui ad impudicitiam turpemq; violationem compulsi, infami ve injuriâ affecti fuerint. *l. 2. de his qui sui. Vel absen.*

36. *Non posse quenquam servos ...*

37.

alien. l. 1. §. 1. & §. Quod autem 8 de off. præf. Vrbi. Publica enim delicti, prætextu dominii domestici excusari non possunt, & quoad naturam, quam in commixtionibus inspicimus, *l. 4. 5. & 6. de in jus voc. l. adoptivus §. 2 & 3. de rit. nupt:* Servus non est pars Domini, sed concivis, imò *Domini ipsius*, ut ait Sen. *Ep. 47. conservus.* Meritò insectatur Seneca crudelitatem eius, qui inter temulentas reliquias sumtuosissimæ cœnæ & fastidiosos sub ebrietate cibos, rogatu meretricis, quæ hominem decollari nunquam viderat, ex carcere damnatorum aliquem, tanquam victimam produci, & ante mensam & Deos trucidari jusserat, non quod securi percuti non debuisset, qui mortem scelere promeritus fuerat, sed quod legi potiùs, quàm scorto cadere debuisset. Imperio enim terrorem quæri oportuit, non oblectamenta mulierculis. Vbi Iulius Bassus addit: *Servum si verberare voluisses, extra convivium abduxisses.* Et Cassius Sever. *Ne de servo quidem aut captivo, omni loco, aut omni genere, aut per quos libebit, aut cum quibus libebit, supplicium sumi fas est. Sen. 4. decl. 25.* Et hic quidem ad mortem à lege damnatus erat: servus verò, in quem Flaminius fasces expedierat, ut cum scorto cœnaret jucundius, quidnam mali promeritus erat, nisi quod cogeretur pro Domini libidine innocentem sanguinem profundere? *Plutarch. in Flam.* Nec id huc affero, ut ex unius crimine omnes alios damnem, sed ut quam impunè hoc Dominus tulerit, simul demonstrem. Nam Cato Censorius, cum videret, gravius hoc scelus esse, quàm cui censor connivere posset; licet per leges inultum futurum esset, tamen ulterius severitatem extendere non potuit, quam ut Flaminium senatu moveret, idque non sine invidia fratris Quintii, & indignatione totius populi, qui paulò post damnatum honoribus restituit. *Plutarch. in Cat. Maj.* Tàm parvo tùm in pretio habebatur sanguis servilis, tàm nihil erat, hominem occidisse. Olim, suspecto de crimine Domino, omnes servi in caput eius torquebantur, *l. 2. 3. 4. de quæst. l. vim passam 39. §. fin. ad l. Iul. adult. Cic. pro Cluent. & Milon. ubi Ascon.* quemadmodum in Q. Vibium Sereum, à filio delatum, quæsitum est per servos *Tacit. 4. Annal.* licet illa crudelitas jam vetere SCto sublata esset, *Cic. pro Dejot. & in partit.* cui fraudem facturus Tiberius in judicio Libonis Drusi, callidus novi juris repertor, singulos eius servos mancipari actori publico jussit, scilicet, ut in Libonem ex servis, salvo SCto quæreretur. *Tacit. 2. Annal.* Occiso verò Domino intra ædes, vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oportebat, qui casus cum sub Nerone incidisset, & Pedanium Secundum præfectum urbis servus occidisset, seu negata libertate, cui pretium pepigerat, sive amore exoleti infensus, & dominum æmulum non tolerans, concursu plebis, quæ tot innoxios protegebat, usque ad seditionem ventum est, senatuque in ipso studia fuisse ait Tacit. 14. *Annal.* nimiam severitatem aspernantium, pluribus nihil mutandum censentibus. Prævaluit tamen pars, quæ supplicium decernebat: sed obtemperari non poterat, conglobata multitudine, saxa ac faces minitante, donec Nero populum increparet, atque omne iter, quo damnati ad pœnam ducebantur, militaribus præsidiis sepiret. Mox verò Adrianus, qui multum dedit favori servorum; si dominus in domo interemtus esset, non de omnibus servis quæstionem haberi, sed de his, qui per vicinitatem poterant sentire, præcepit. *Spart. in Adr.* Mos antiquus, quem Crassius propugnat, *Tacit. 14. Annal.* ad securitatem Dominorum faciebat: hoc edictum ad humanitatem pertinet. Nam, quoad delicta, quæ in facto consistunt, servus non est servus, ut supra diximus, & tractari debet, ut homo. Nec enim per servitutem desinit esse naturalis homo, & tàm ad eum extenditur præceptum: *Non occides, Nec profundas sanguinem humanum,* quàm ad liberum. *Servi sunt?* ait Senec. *Ep. 47. imò homines. Servi sunt? imò contubernales. Servi sunt? imò humiles amici. Servi sunt? imò conservi, si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunæ. Quoties in mentem venit, quantum tibi in servum liceat, veniat in mentem, tantundem in te Domino tuo licere. Item lib. 1. de Clem. cap. 18. Servis imperare moderatè, laus est: & in mancipio cogitandum*

38. *Impunita crudelitas Romanorum in servos.*

39. *Servi torquebantur in caput Domini.*

40. *Et propter suspicionem occisi domini omnes aliquando ad supplicium rapti.*

41. *Quod mitigavit Adrianus.*

42. *Quoad delicta, servus non est servus.*

dum est, non quantum illud impunè pati possit, sed quantum tibi permittat aequi bonique natura, quae parcere etiam captivis & pretio paratis jubet. Et paulò post: *Servis ad statuam licet confugere. Cum in servum omnia liceant, est aliquid, quod in hominem licere commune jus vetet. Quis non Vedium Pollionem pejus oderat, quam servi sui, quod muranas sanguine humano saginabat: & eos, qui se aliquid offenderant, in vivarium, quid aliud, quam serpentibus objici jubebat. O hominem mille mortibus dignũ: sive devorandos servos objiciebat muranis, quas esurus erat, sive in hoc tantum illas a-*

43. Taxatur nimia in servos crudelitas. *lebat, ut sic aleret* Nota autem est Pollionis crudelitas ex *lib. 55 Dion. & Xiphil. in Aug. Tert. de Pall.* qui secius in historia tantùm mentionem facere dicunt, quod crudelitas famam publicam ipsi pepererit, quodque murænas sanguine servorum, supplicium meritorum aluerit. Contigit forte fortuna, ut cum Augustum convivam haberet, frangeret unus ex servis crystallinum (Verba sunt Senec. ex *lib. 3. de Ira cap. 40*) *Continuò ad mortem rapi eum Vedius jussit, nec vulgari quidem periturum morte. Muranis objici jubebatur, quas ingens piscina continebat. Quis non hoc illum putaret luxuria causa facere? saevitia erat. Evasit è manibus puer, & confugit ad Caesaris pedes, nihil aliud petiturus, quam ut aliter periret, nec esca fieret. Motus est novitate crudelitatis Caesar, & illum quidem mitti, crystallina autem omnia coram se frangi jussit compleríque piscinam.* Dion addit, conatum Augustum primùm persuadere Vedio ne deprecantem puerum projiceret, sed cum ille non obtemperaret, jussisse afferri caetera crystallina & quaecunque pretiosa haberet, ut iis quoque uteretur, post, ubi allata fuerunt, confregisse. De piscinae verò suffocatione non meminit. Luculentum verò securae servorum securitati initium dedit Augustus, & facto ipso vatis sui verba rata habuit, quod

44. Cui Impp. modum ponere sensim coeperunt.

Si quis eum servum, patinam qui tollere jussus,
Semesos pisces, tepidumve ligurierit jus,
In cruce suffigat Labeone insanior inter
Sanos dicendus siet. Horat. 1. Sat. 3.

Claudius enim cum quidam aegra & affecta mancipia in insulam Aesculapii taedio medendi exponerent, omnes, qui exponerentur, liberos esse sanxit, nec redire in ditionem Domini, si convaluissent: quod si quis necare quem mallet, quam exponere caedis crimine teneri. *Suet. in Claud. cap. 25.* Solebant enim confecti vel aetate vel morbis servi venum exponi, ut de Catonis ipsius tenacitate testatur Plut. *in Cat. Maj.* & de Turca refert Busb. *Ep. 3.* quod ex vulneribus debilitatum militem ad anserum praepes in Asia pascendos, cum aliud lucellum inde trahere nesciret, damnarit, quam immisericordem ferocitatem corrigere voluit Claudius. Adrianus etiam Imper. servos à Dominis occidi vetuit, eosque jussit damnari per judices, si digni essent: *Spart. in Adr.* & Vmbriciam quandam matronam, in quinquennium relegavit, quod ex levissimis causis ancillas suas atrocissimè tractasset. *Vlpian. lib. 8. de off. procons. l. 2. in fi. de iis, qui sui. vel al.* D. Pius rescripsit ad Alium Martianum proconsulem Baeticae: *Dominorum interesse, ne auxilium contra saevitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam, iis denegetur, qui justè deprecantur.* Ideoque ait, *cognosce de querelis eorum, qui ex familiâ Iulii Sabini ad statuam confugerunt, & si vel durius habitos, quam aequum est, vel infami injuria affectos cognoveris, venire jube, ita ut in potestatem Domini non revertantur. Quod si mea constitutioni fraudem fecerint, scient me admissum, severius executurum: lib. 2. in fi. de his, qui sui vel alien. §. 2. in fi. Inst. Eod.* Severus Imp. jussit distrahi servum, qui de se falsum confessus homicidium, metu ad dominum revertendi, confessionem postea in tormentis retractaverat. *lib. 1. §. ult. de quaest.* & hoc quoque officium praefecto urbi dedit, ut mancipia tueretur, ne prostituerentur. *l. 1. §. Quod autem 8. in fi. de off. praefect. urb.* Omnes verò, ne videantur alienos servos Dominis cum injuria subtrahere, *l. si servo 20. & seqq. qui & à quibus manum. l. Stichum 39. de manum. test. l. servus 9. Cod. Eod.* rationem eam addunt, quam luculentius expressit Iustinianus, *d. §. 2. Inst. de his, qui sui vel alie: Expedire* 45. Ratio, quâ moti: quod viderent & publici-

si. rei-

ſc. reipubl. ne ſuâ re quis malè utatur: unde ſolvimus argumentum, pro vitæ necisque liberâ poteſtate, quam ἄκραν ἐξουσίαν vocat Theoph. *Inſt. Eod.* ab initio propoſitum. Sed ne ex ſolâ publica cauſa viderentur Imperatores juri privato detraxiſſe, addit Antoninus, etiam Dominorum intereſſe, ne ſæviant in ſervos, & Severus, propterea diſtrahi poſſe ſervum putat, quia precium libenter pro fugitivo ſervo recepturus præſumitur. Si enim privata vindicta daretur irato Domino in pœnitendam præceps rueret vindictam, & plus ageret, quàm excuſſa ira, a ſe actum vellet. *Malè irato ferrum committitur,* ait Sen. 1. *de Ira cap. ult.* & Charillus Lacedæmonius ſervo cuidam audacius ſecum agenti, *niſi iratus eſſem,* inquit, *occiderem te. Plutarch. in Apophth. Lacon.* potuit cum Platone ſervum caſtigare volenti iræ manum ſubtrahere: Sed id non niſi Philoſophis datum eſt, & qui in porticu Stoicorum affectuum induvias reliquerunt. Tum etiam ſævitia illa locum fecit proverbio: *Suum cuiq; ſervum hoſtem eſſe. Non habemus illos hoſtes, ſed facimus,* ait Sen. *Ep.* 47. & Macrob. 1. *Sat. cap.* 11. Conqueritur Caſſius *in orat. contra familiam Pedanii apud Tacit.* 14. *Annal.* non poſſe, niſi metu coërceri ſervos, & hoc argumento perſuadet ſeveritatem moris antiqui, ut occiſo intra tectum Domino, tota familia trahatur ad contagium ſupplicii, quo diligentiores fierent aut ad prodendum, aut ad reſiſtendum. *Sed non eſt,* ait Senec. *quod amicos tantum in foro, & in curia quæras: ſi diligenter attenderis, & domi invenies. Sæpè bona materia ceſſat ſine artifice. Tenta & experire. Dum verò infelicibus ſervis, movere labra, ne in hoc quidem, ut loquantur, licet: Virga murmur omne compeſcitur, & ne fortuita quidem verberibus excepta ſunt, tuſſis, ſternutamentum, ſingultus: magno malo ulla voce interpellatum ſilentium luitur, nocte tota jejuni mutiq; perſtant. Sic fit, ut iſti de Domino loquantur, quibus coram Domino loqui non licet. At illi quibus non tantum coram Dominis, ſed cum ipſis erat ſermo, quorum os non conſuebatur, parati erant pro Domino porrigere cervicem, periculum imminens in caput ſuum avertere. In conviviis loquebantur, ſed in tormentis tacebant.*

46. *Et privatim intereſſe, ne ſeverius, quàm par eſt, tractentur ſervi.*

47. *Crudelitas ex ſervis facit hoſtes.*

Propter has igitur cauſas, utilitatem tàm publicam, quàm privatam & æquitatem, omni curâ in id incubuerunt boni legum latores, ut ſi jure gentium introductam poteſtatem, *§. 1. Inſt. de his, qui ſui lib. 1. ff. Eod.* radicitus tollere non poſſent, æquitatis cancellis humaniter circumſcriberent. *Poſitum eſt,* ait Sen. 3. *de benef. cap.* 22. *de injuriis Dominorum in ſervos, quod audiat, qui & ſævitiam, & libidinem & in præbendis ad victum neceſſariis avaritiam compeſcat.* Nam lex Aquilia locum habuit, ſi ſervus ſervaque injuriâ occiſus fuerit, *l. 3. ad l. Aquil.* quod non tantum de alieno, ſed & proprio ſervo interpretatur Epiſtola Antonini *§. 2. Inſt. de his, qui ſui.* Lex Petronia & SCta ad eam rem pertinentia Dominis poteſtatem auferunt, ad beſtias depugnandas ſuo arbitrio ſervos tradere: oblato tamen judici ſervo, ſi juſta ſit Domini querela, ſic pœnæ tradetur. *l. Circumcidere* 11. *§. ult. ad l. Corn. de ſicar.* Petroniam autem latam credit Hottom. anno V. C. 823. *in tract. legum,* ex quo ceptum eſt conſuli ſervili fortunæ, & à ſervorum tergis vis omnis privata amota uſque ad virgas & lora *l. un. C. de Emendat. ſervor.* quam propriam ſervorum pœnam vocat Acron. *in illud Horat.*

In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ.

Athenienſes non tantum lege lata voluerant ſervorum querelas & injurias audiri: *Ael. lib. 6. cap. 7.* ſed & de bobus legem talem habuerunt: *Bovem aratorem, qui jugum trahit, vel cum aratro, vel cum plauſtro, ne mactes, quoniam & illi agricola eſt, & humano generi laborum ſocius, Aelian. lib. 5. cap. 14.* quæ ratio, facit ad id. quod ſupra Dixit Antoninus, Dominorum intereſſe, ne ſervis noceatur.

Apud omnes autem ferè gentes, cum à judiciis & accuſationibus arcerentur ſervi, ad aſyla ſeſe recipiendi iis facultas data fuit, ſive ad templa, ſive ad ſtatuas principum. Hoc enim fine Cadmus omnium primis Thebis, & mox Theſeus Athenis erexit aram miſericordiæ, βωμὸν ἐλέου,

48. *Captum eſt de injuriis ſervorum cognoſci.*

49. *Virga & lora propria pœna ſervorum.*

50. *Apud omnes gentes cautum fuit innocentia ſervorum, Aſylis.*

Plut. in Thes. quarum apud Græcos tantus repentè emersit numerus, tantaque per urbes accrevit licentia atque impunitas asyla statuendi, ut, accedente imprimis superstitione, quæ Deorũ irâ territabat eos, qui noxios inde avulsum venirent, omnia templa complerentur pessimis servitiorum, eodemque subsidio obærati adversum creditores, suspectique capitalium criminum receptarentur: nec ullum satis validum imperium esset coercendis seditionibus populi, flagitia hominum, ut ceremonias Deum, protegentium. Quo abusu permotus Tiberius patribus negotium dedit, Majorum beneficia sociorum pacta, Regum, qui ante vim Romanam valuerant, decreta, ipsorumque numinum religiones, & quæ præterea prætexebantur, introspiciendi; qui per SCta, magno tamen cum honore, modum præscripserunt, jusseruntque ne specie religionis in ambitionem delaberentur. *Tacit.* 3. *Annal.* Nam & Augustus eâ de causa, asyla
51. *Abusus asyli locum meritò corrigi debet.*
à Veteribus constituta abrogavit; ne proposita immunitatis spes causam facinoribus daret; *Alex. ab Alex.* 3. *gen. dier. cap.* 20. quò ferè evaserunt sanctuaria Pontificiorum, à quibus etiam nocentissimos quosq; avelli vetabant, ne violaretur religio loci, aut honor Ecclesiæ, *c. reum ad Eccles.* 17. *q.* 4. *c. inter alia: de immun. Eccles.* quasi divina lege non jussi essent magistratus ab ara ipsa arripere facinorosos, *Exod. c.* 21. *Deut.* 19. 1. *Reg.* 2. 2. *Reg.* 11. & urbes refugij non patrocinabantur, nisi involuntarijs & insciis cædibus. *Exod.* 21. *Deut.* 19. *Jos.* 20. 2. *Maccab. cap.* 3. Nulli enim Deo tantum tribuerunt Romani, ut ad eius aram scelestis confugere liceret, *teste Dione in Aug.* imò nullius justitiam tàm impiâ superstitione deturpare mortalis error debuit, ut crederet, à Deo defensum iri, qui in DEUM & leges eius superbè peccasset. Rectè C. Cestius disseruit: Principes quidem instar Deorum esse, sed neque à Diis nisi justas supplicium preces audiri, neque quenquam in Capitolium, aliave urbis templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia abutatur. Abolitas leges & funditus versas, ubi in foro, in limine curiæ ab Annia Rufilla, quam fraudis sub judice damnavisset, probra sibi & minæ intendantur, neque ipse audeat, jus experirii, ob effigiem Imperatoris oppositam. Effecitque, ut accitam Rufillam convictamq; attineri publica custodia Drusus Cons. juberet. *Tacit.* 3. *Annal.* Propterea, ut abusus hic tollatur, omninò Reipub. interesse docuerunt Thom. Morus *in hist. Eduard. V.* Petr. Martyr *loc. comm. class.* 4. *loc.* 14. Ærod. *rer. jud. lib.* 1. *t.* 9. *cap.* 4. Tholos. *lib.* 13. *de Rep. c.* 23. Iun. *qq. Polit. lib.* 2. *q.* 65. Covarr. *lib.* 2. *Var. resol. cap.* 20. Heig. *lib.* 2. *q.* 26. *n.* 47. *& seqq.* unâ cum multis aliis. Cæterum, quod ad servos attinet, nihil videtur 52. *Servis iure aperiri asylum.*
æquius, quam ut contra privatas injurias, de quibus judicem adire prohibentur, receptaculum habeant, tam diu, donec de sævitia Domini, aut pervicacia servi à judice cognosci queat, secundum Antonini Pij pia rescripta *in l.* 2. *de iis, qui sunt sui, in §.* 1. *&* 2. *Inst. Eod. in l.* 1. *§. ult. de Quæstion.* Nam hac de causa Senatus statuam Romuli pro Asylo decrevit, *Halyc. lib.* 2. cui Servius templum Dianæ, quod huic usui inserviebat etiam apud Ephesios, *Plut. in lib. ne quis usur.* Magnetis Hierocæsarienses, Sardianos & Milesios, *Tacit.* 3. *Annal.* adjecit, *Halyc. lib.* 4. Imperatores verò suas ipsorum statuas demum proposuerunt, *tot. t. C. de his qui ad stat. conf.* & Pontifices tandem per templa ipsa ad aras & sacrarium viam aperuerunt, de quorum usu & abusu nunc non est dicendi locus. Saltem enim piorum hominum, quam de servis & eorum injuriis habuerunt, sollicitâ curam hinc conjicere voluimus, indeque temperatæ æquitatis nos admonere, qua rigorem summi juris moderati sint Majores nostri. Illi enim,
53. *Majorum nostrorum sollicitudo pro servis.*
ut omnem invidiam Dominis, omnem contumeliam servis detraherent. Dominum patremfamiliæ appellaverunt, servos, (quod etiam in mimis suo tempore durasse scribit Seneca & Macrobius) *familiares.* Instituerunt diem festum, quo non solùm cum servis Domini vescerentur, sed utiq; honores illis in domo gerere, jus dicere permiserunt, & domum pusillam Remp. esse judicaverunt *Sen. Ep.* 47. *& ex eo Macrob.* 1. *Sat.* 11 Atque hoc ut ferè alia, ad superstitionem tractivis animis fabulâ T. Latinij, seu Atronij, persuadere voluerunt.

Cum

Cum enim. Mane quidam paterfamiliæ nondum commisso spectaculo servum sub furca cæsum medio egisset circo, & postea quasi ea res nihil ad religionem pertineret, ludi cepti essent, haud multò post T. Latinio de plebe homini somnium fuit. Visus Iuppiter dicere, sibi ludis præsultatorem displicuisse, nisi magnificè instaurarentur hi ludi, periculum urbi fore: Iret, ea Consulibus nũciaret, &c. Et quæ præterea miraculosè facta ludis Instauratitiis originem dedisse fingunt Liv. *lib.* 2. Macrob. 1. *Sat. c.* 11.

SECT. 9.

De ascriptis glebæ, hominibus propriis, seu manibus mortuis.

1. *De novo quodam & innominato genere servorum orto apud Christianos.*
2. *Quibus nominibus apud quos populos exprimatur.*
3. *Non esse omnium eandem ubique conditionem.*
4. *Commune omnibus esse, quod sint annexi ditioni Domini.*
5. *A qua interdum, invito Domino, ob favorem libertatis, eximuntur.*
6. *Ex quibus causis liberentur homines proprii à potestate Dominorum.*
7. *Non posse eos liberè sine consensu Domini matrimonium contrahere.*
8. *Nec sibi, sed Domino possidere.*
9. *Quibusdam tamen licere bona ad hæredes transmittere.*
10. *An operæ propriorum hominum debeantur Domino in universum.*
11. *Quinam hoc hominum genus servorum ordini ascripserint.*
12. *Alij eos inter liberos & servos ambiguos faciunt, quorum sententia probatur.*
13. *Differentia quamplurima inter servos & homines proprios.*
14. *Instinianum ipsum per colonos hoc genus hominum excipere à conditione servili.*
15. *Non obstante l. 21. & ult. Cod. de agric. lib.* 11.
16. *Nec generali divisione hominum in liberos & servos.*
17. *Interim tamen non posse proprios homines immisceri ingenuis.*
18. *Quantum differant ab ingenuis.*
19. *An denique possint referri ad libertos.*
20. *Esse eos Veteri juri incognitos, sed tamen ad ordinem libertorum quadamtenus accedere.*

Postquam inter Christianos antiqua servitus desiit, inopia plebis & amplitudo divitum familiarum, plerisque terris, Gallorum, Germanorum, Polonorum, Vngarorũ, Russorum, Danorum, Suecorum induxerunt novum genus servorum, quos anonymos vocat Zasius *lib.* 2. *respons. sing. c.* 7. *nu.* 8. ubi agit de rebus in jure innominatis. *Nec enim,* inquit, *ascriptitii sunt, nec coloni, nec capite censi, nec statuliberi, nec liberti: de omnium tamen natura aliquid participant.* Eos Poloni vocant *Kmetones*, Dani *Bondons*, quod rustici ferè sint ejus conditionis, Germani Leibeigen/ & veteri idiomate, quod in literis nativitatis imitatur Saxones, Leben und Eigen/ Galli *Taillables ou mainns mortes*. Conditio verò omnium ubique non est eadem. Nam in Suevia, quos describit Zas. 1. *respons. sing. c.* 3. *n.* 77. *& seqq.* propè accedunt ad ingenuos, ut & *Taillables* in Burgundia & Sabandia: in ducatu verò Megapolitano, Pomerania, Polonia, Russia, parum absunt ab antiquorum servitute. Omnes verò id commune habent, quod ita sint annexi ditioni Domini, ut ipso invito sese emancipare, aut aliò conferre, vel ad municipia civitatum, vel ad capessenda sacerdotia; *c. ult. de serv. non ordin.* vel ad alium Dominum non possint, & scio in ducatu Megapolitano, quà jungitur Pomeraniæ, ante hominis memoriam, propriorum hominum quẽdam in vicinam urbem se recepisse mox Domino in solitudine obviam factum, agnitumque, atque adeò vivũ, ut occurrerat, in media Domini silva combustum fuisse. quod factum in pecunia tantum, ut tunc erant mores, vindicatum fuit, quasi non homicidium, sed excessus crudelitatis tantum, ad pœnam raptus fuisset. Solent tamen tàm in Germania, quàm Polonia civitates fugitivos servos & ancillas contra Dominos tueri; quod etsi iniquum sit, tamen in favorem libertatis à principe toleratur, quemadmodum & literas ingenuitatis sine venia patroni concedit Rex Galliarum, modò bona, ante restitutionem acquisita à libertis relinquat Domino diripienda:

1. De genere servorum innominato apud Christianos.

2. Quomodo nominatur.

3. Eorum conditio varia.

4. Quid habeãt commune?

5.

Bodin. 1. *de Republ. c.*8. quod tamen precio hominis, alicujus proprii, ignorante Domino, dare negavit Maximilianus Imperator. *Zas.d.c.*3.*n.*81.*arg.l.fin.de nat.rest.* Nec desunt colonis exceptiones, quibus se ab imperio hæreditario extricare possunt. Imprimis serviũt iis omnes illæ, ob quas servi eximuntur ditione Domini, si sc. ob sævitiam, duritiem & famem, qua premantur, ob obscœnitatem, ad quam compellantur, recesserint, *l.2.de his, qui sunt sui.* §.2.*Inst.Eod.l.*1. §.8.*de offic.præf.urb.l.*4.§.*fin. de sicar. l.*1.§.*fin. de quæstion.* Poloni suis Kmetonibus faciunt copiam mutandi Dominos: si Dominus opptimat filiam vel uxorem ejus: si Dominus maneat excommunicatus per annũ:

6.
Quibus ex causis liberentur homines proprii à potestate Domini.

si bona ejus dilapidantur ob delictum Domini. *Lib.* 1.*Stat.Pol.Prilus.cap.*17.*art.*5.*l.*11. In tractatu Passaviensi consensum est, ut subditis liceat amore religionis Dominum ejurare, modò ipsi satisfiat der Leibeigenschafft vnd Nachstewer halben. §. Wo aber vnjere. Quin & per rescriptum Casimiri M. Kmeto se à servitio expedire potest, si alium substituerit æquè divitem, in locum sui succedentem. *dict. art.*5.*l.*2. De cætero fugitivus Kmeto perdit omnia sua bona, si quartum revocatus non redierit. *d.lib.*1.*Stat.Pol.c.*17.*art.* 1. *l.*4. *art.*4.*l.*7. *art.*5. *l.*1.3.4.8 & *tot. art.*8. Colonus enim ita mancipatur agro, ut ejus pars cẽseatur, *And.Gail.de arrest.Imp. c.*8. *num.* 14. & inde ne pacto quidem avelli queat. *l.*2.*l.omnes omnino* 6.*Cod.de agric.* & *cens.* & *col.lib.* 11.

7.
Propii homines sine consensu Domini non cõtrahunt matrimonium.

Huic consequens est, cum non sit sui juris proprius homo, quod nec sine consensu & voluntate Domini matrimonium contrahere queat. Idem enim juris hic est, quod in filiofamilias, propter subjectionem, *l.* 2. *de rit.nupt.* In libertis alia res est, qui cum nacti sint plenam libertatem, ad colliberiam ducendam cogi non possunt à patrono, nisi is malit jus patronatus perdere: *l. intestatò* 3.§.*si quis libertam* 5.*de suis & legit. l. ad opus vum* 8. §.*sed si. de in jus voc.* Sed quia plenum consensum sine Domino non habent proprii homines, nec ipsi solo suo consensu matrimonium contrahunt. *Bodin.* 1. *de Rep.c.* 5. Interest etiam Domini, ut sciat, quos in potestate sua & familia sit habiturus, quibus bona sua concrediturus. *Rauchb. lib.*2.*qq.q.*22.*nu.*23. Nam plerisq; in locis, quicquid in bonis habent id genus homi-

8.
Nec sibi, sed Domino possident.

nes, agri, pascua, ædes, boves, equi, pecudes, utensilia, apud Polonos etiam elegantiores vestes, pertinent ad Dominum. Ipsis solus conceditur usus ad nutum & commoda Domini, prout de colonis censibus adscriptis sancitum est *in l. colonis. C. in quib. caus. col. libr.*11.*Cujac.ibid. in rubr.l.litibus* 20. *C.de agric. cens.libr.* 11. quod non sibi sed Dominis possideant. *l.*2.*C.de præscr.* 30. vel 40.*an. l.*2.*C.comm.de usuc. l. communi* 7. §. *neque* 11 *Comm.di vid.Pet.Fred.de caus. & mate. succ.c.*2.*n.*14.*c.*3.*n.*20. nisi quantum sagacitate, suum defraudantes genium, comparcere & peculium inde condere possunt. In Sabaudia tamen & Burgundia liberè bonis à Domino sibi traditis fruuntur. & testamenta inter suos faciunt, quamdiu cognatorum quisquam superest. Cum ultimo verò eorum moritur libertas, & bonorum, non tantum à Domino dependentium, sed quæcunque industriâ colonorum parta sunt, possessio redit ad Dominum. *Anton. Fab. Iurispr. Pap.t.*5. *pr.* 2. *Illat.*7. Poloni nobiles olim, dum iter faciebant, diripiebant villas rusticorum, & eorum sumtu proficiscebantur:

9.
Quidam tamen ad hæredes bona transmittunt.

Sed Casimirus I. illud correxit, *Anno* 1180. & Kmetonum possessiones tutas à vi Dominorum reddidit. *Crom. li.*6.*hist.Pol. Michov. lib.*3.*cap.*24. ex quo ceperunt bonis suis pro arbitrio, salvo jure Domini, uti & possessionem ad hæredes transmittere. *Libr.* 1. *Stat. Pol.cap.*17.*art.*1.*l.* 4. & 8. Alibi, defunctis in aliqua portione Domini succedunt, observatione non eadem. Nonnulli dimidiam, alii tertiam, aut quartam partem bonorum accipiunt, quidam vestibus aut supellectile contenti sunt. Aliis annui census, aut Canones præstantur, ut olim à rusticis colonis *l.*5. 8.10.23.*Cod. de agricol. cens. libr.* 11. *Zas.* 2. *resp sing.cap.*3.*num.*79. Salomon Cananæorum reliquiis, ad servitutem redactis, imponit annuum censum. 1. *Reg.*9 v.21. Iosephus Aegyptiis, à se in dominium Pharaonis coemtis, imperat quintam partem fructuum,

10.
De operis rerum, cui debeantur.

Genes. cap. 47. Russi sex dierum operas debent Dominis. septimum suis commodis integrum habent, quia Semitarii illic ferias

nullas

nullas observant: *Sigism. Baro in hist. Muscov.* quod quidem æquitati & juris civilis regalis repugnat, cum liberti, ad quos anonymi hi servi propè accedunt, ad operas amplius non obligentur, nisi ne ipsi egeant, aut ne ad inopiam operis redigantur, *l. nec audiendus 17. l. cum patronus 22. §. fin. l. Inter dum 34. l. Operarum 50. § 1. de oper. libert.* In Germania variè sunt divisæ operæ, & plerisque in locis numeratæ, vel etiam scriptis pactis comprehensæ, *Zas. d. cap. 3. num. 82.* ultra quas coloni gravari non possunt. *l. Domini 5 l. cum satis 23. Vers. caveant. C. de agric. cens. lib.* 11. Sigismundus etiam Rex Polon. *Anno* 15. o per rescriptum arbitrariam operarum exactionem correxit, statuens: *Ut pro quolibet Lanco, septimanatim singuli coloni unum tantum diem Dominis vel Regi laborare cogantur. libr. 1. Stat. cap. 17. art. 4. l. 15.*

11. *Quinam hoc genus hominum servis adscripserint.* Et quanquam multis articulis servorum naturam, hi coloni imitantur, tamen servis cum Donello *lib. 2. Comm. jur. c. 9 in fi.* Cromer *lib. 1. de gente Polon.* Prilus. *in præfat. d. c. 17. lib. 1. Stat. Polon.* Waremb. ab Erenb *de subs. reg & one. subd. c. 4. n. 17.* Setser. *disp. 3. Inst. th. 1* Forster *disp. 2. Exerc. Inst. th. 3.* Arumæ. *exerc. 1 Instit. th. 25.* asscribi non debent,

12. *Qui negent.* cum mixtum quoddam genus inter servos & liberos ambiguum, constituant, ut demonstrat Zas. *d. c. 3. à n. 76. ad nu. 86 libr. 2. resp. sing. c. 7. nu. ult. in parat. ff. 1. 6. n. 3 5.* Anton. Fab. *l. 3. pr. 4. Illat. 1 & l. 5. pr. 2. Illat. 7. Jurispr. Papin.* Gail *de pignor. c. 8. num. 3. de Arrest. c. 8. n. 14. 18.* Bodin. *1. de Rep. c. 5.* Chassan. *comm. in consuet. Burgund.* Vultej. *in § Servi n. 6. Inst. de jur. person.* Connan. *libr. 2. Comm. c. 10. n. 1.* Cujac. 12. *observ.* 35 Hœnon. *disp. 1. Inst. th. 20* Nam, etiamsi ad operas teneantur: partes tamen familiæ non sunt, sed jure proprio fruuntur; nec Domino subjiciuntur nisi secundum quid, quod in servis secus se habet, quippe, qui nihil sint, nisi

13. *Differentia inter servos & homines proprios.* quod sunt Domino. Cædi enim, verberari, affligi, torqueri homines nostros, receptum non est, *notante Zas. d. c. 3 num. 79.* & quanquam Cromer. *lib. 1. de gent. Pol.* Dominis Polonorum in Kmetonas tribuit jus vitæ & necis, idq; ita se habere affirmet Bodin. 1. *de Rep. cap. 5.* tamen ex constitutione Vladislai Jagell *Anno* 1423. confirmata à Sigismundo *Anno* 1511. Si Kmeto vel Schultetus evadat rebellis, patronus tantùm potestatē habet, sufficiens precium, duorum virorum æstimatione, Schulteto numerandi & Scultetiam sibi retinendi. Item, ut scribit Pril. *ad d. c. 17. in præfat. art. 1.* Cum aliquis citatur, quod pro hac vel illa injuria de Kmetone suo non administraverit justitiam, in primo termino offerat, se illam facturum: Alioquin in secundo termino cum pœna 1. Marc. faciet. Si autem jus Polonicum de Kmetone dicturus est, judicem & subjudicem nobiles, & notarium more terrestris judicii locet. Si Teutonicum, Advocatum cum Scabinis. Quod si quis alienum Kmetonem occiderit, non tantùm Marcam solvit patrono, sed & hæredibus ejus satisfacere cogitur. *Lib. 1. Stat. Pol. c. 17. art. 2. l. 1. 3. 5. 6.* Constat verò ex jure civili, servo nec hæredem esse, cum hæreditas jure civili obveniat; nec liberos, quia non contrahit nuptias. Kmetones verò & homines proprii matrimonia incunt, *dict. cap. 17. art 6. l. 3.* cognationes habent civiles. *art. 3. l. 8* bona propria possident, *d. art 3. l. 4* quæ ad hæredes transmittunt, *d. art. 3. l. 8.* ideoque in rem suam negotiantur, cum Dominis contrahunt, iisque civiliter obligantur. *Zas. d. cap. 3. num. 77. & in parat. ff. 1. 6. num. 1.* Quin & mansa alienare aut oppignorare, Domino conscio, possunt, nec is causam reluctandi habet, nisi inde sibi videat periculum oboriturum. *art. 4. l. 4.*

Proinde cum dubitaretur, utrum colonorum liberi, qui fundis, eá lege asscripti erãt, ut inde separari non possent, *l. colonos 15. C. de agric. cens. lib.* 11. non obstante hoc nexu, secundum legem Anastasiani pro liberis haberi, vel servis deberent, Iustinianus sancivit, *in l. cum satis 23. §. Cum autem C. Eod. Liberos quidem colonorum esse secundū præfatam legem in perpetuum liberos, & nullâ deteriori conditione prægravari: non habere autem licentiam, relicto suo jure ad aliud migrare, sed semper terræ inhæreant, quam semel colendam patres eorum susceperunt.* Quod si nexus ille non impedit libertatem in colonis, quâ ratione impediet in hominibus propriis? Imò idem Iust. *in c. si servus 17.* 14. *Iustin. ipsos colonos eximit conditione servili*

Nov.

Nov. 123. adscriptitios distinguit à servis, dum hos præter voluntatem Domini, Clericos fieri vetat, illos non vetat, & *in l. coloni* 2. *C in quib. caus. col. lib.* 11. benè esse dicit, ut coloni censibus adscripti, quasi dediti quâdam servitute videantur, cujus respectu libertatem sibi vendicare, & secundum exemplum servi fugitivi sese diutinis insidiis furari dicitur, *in l. cum satis* 23. *in pr. C. de agric. cens. lib.* 11. qui ex adscriptitiis terras deserit. Nec

15. *Resp. ad l.* 21. *& l. ult. C. de agric. &c.* refert, quod idem Iustin. adscriptitio Dominum assignet, perinde, ut servo, *in l. ne diutius* 21. *& l. ult. Cod. Eod.* quoniam id fit non tàm respectu personæ, quàm terræ, cui persona adhæret tanquam membrum. *l.* 15, 22. 23. *in pr. C. Eod.* Nam *in d. l.* 21. tres ordines distinguit Imp. liberorum, adscriptitiorum, & servorum, & hos posteriores quoad quid inter se confundit, *in fin.* eum utrique sint in potestate Domini, sed hi ratione personæ, illi ratione terræ, cujus cēsibus adscripti sunt, *l. colonos* 19. *Cod. Eod.* aut adnotati. *l. quisquis*

16. *Itē ad aliud argum.* 16. *C. de Episc. & Cler.* Nec generalem divisionem hominum in liberos & servos *Inst. in pr. de jur. person. l.* 3. *de stat. hom.* rectè objicit Donell. quia simplices hominum, ut sic loqui liceat, status tantum illac exprimuntur: Proprii verò homines mixtum genus sunt: aut dic eos contineri, sub liberis, perinde ut libertos, *l.* 4. *de just. & jur. l.* 9. *de stat. hom. in pr. Instit. de libert.* licet non habeant summum libertatis gradum, quem nec colonorum liberi attingunt, & tamen liberi pronūtiantur *d. l. cum satis* §. 1. *C. de agric. & cens. libr.* 11. Aut dic divisionem adæquatam esse jure civili Rom. non illarum gentium, quæ ex duabus formis simplicibus, tertiam novam composuerunt. Nec deniq; officit, quod servitutis definitio cadat in homines proprios, quia si dominium propriè accipias nō sunt in dominio, si impropriè, multis quoq; liberis hominibus competet, utpote magni animi & bellicosis viris, qui Tyrannis aut corruptæ subsunt Democratiæ.

17. *Homines proprios non esse ingenuos.* Non sunt igitur id genus homines servi per omnia, nec tamen ingenui, *Anton. Fab. Iurispr. Pap. t.* 5. *princ.* 2. *illat.* 7. quia Saxones olim eos non tantum à judiciis & dignitatibus, sed & tribubus & commerciis rejiciebant, cujus vestigia adhuc supersunt in vulgari formula literarum nativitatis. Nec enim recipiuntur, Leben vnd Eigen / id est, proprii homines seu sui, *ut vocantur in cap. ult. de serv. non ordin.* quorum cum plena ea Westphalia. post introductas Francorū à Carolo M. colonias, & incolas in servitutem, ob reiteratas defectiones, condemnatos, inde factum autumo, ut in Saxoniæ inferioris civitatibus ne Westphali quidem reciperentur, quod in plerisq; dies jure abolevit. Ad dignitates certè, quam diu in statu suo permanent, à Germanis non admittuntur, *Gail de Arrest. c.* 8. *n.* 18. cujus ratio petitur *ex l.* 1. *Cod. de agr. & manc. Dom. libr.* 11. 18. *Differentia horum & ingenuorum* Non enim civitatum ordinibus & cæteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florētibus ad hæc supremа præsidia, injuriosa nominatione descendēdum est. Non est, scil. Domino jus suum in favorem servilis conditionis eripiendum, *l. originarios* 11. *C. de agr. cens. Eod. cap.* 1. 2. *& ult. de serv. non ordin.* nec indignitate personarum dignitas commaculanda. Casimirus rex Pol. *in comitiis Vislicensib. Anno* 1368. vetuit ingenuas personas in Schultetos assumi, cujus rationem addit: *Cum officiū Schultetorum semper existat servile, & ad nutum Dominorum suorum stare & facere jure teneantur, indecens est, ut majores aut potentiores persona in Schultetias aliquas præter Dominorum voluntatem assumantur.*

Quid si deniq; inter libertos annumerentur, quorum conditionem in plerisq; æmulantur, sive subjectionem, sive operas & debitam spectes reverentiam? 19. *An possint referri ad libertos.* Nam & illi libertatem quidem habebant, sed imperfectam & limitatam. Propriè verò liberti dici nequeūt, quia manumissi non sunt, *in princ. Inst. de libert.* & deterioribus illigantur conditionibus, tàm quoad matrimonium, *l.* 3. §. *si quis libertam. de suis & legit.* quàm quoad subjectionem perpetuam & operarum multitudinem. Nam in bona ipsa jus competit Domino, & liberi colonorum patroni liberis eodem servitutis vinculo perpetuò manent obstricti, quod in libertis secus est, quos à justa negotiatione patronus prohibere non potest, *l.* 2. *de jur. patr. l. libertus* 45. *de oper. libert.* nec, si sine operis impositis dimissi sint, aliter, quàm ad obsequium & reverentiam

tiam obligatos habet, *l.* 1. *C. de oper. libert. l. liber. os* 6. *Cod. de obl. patr. praest.* quam & solam de... patroni filius, licet operæ sub manumissionem impositæ fuissent *l penult. Cod. de oper. libert.* Novum igitur genus hominum & juri veteri incognitum. *Foreat. in l.* 1 *num.* 11. *de servit. in l.* 4. *num.* 15. *de just. & jur.* constituunt id genus homines, quos non ineptè Antonius Faber *d. illat.* 7. ingenuos esse negat, & in statu medio perinde collocat inter ingenuos & servos ut libertos, nisi quod liberti ex servitute emergant, hi ad servitutem tendant: illi gerant vestigia præcedentis maculæ, hi memoriam ingenuitatis, à qua cadere ceperunt. Et sicut qui è termino redit, & qui ad terminum properat, uterque eandem viam emetitur, & in eodem medio consistit, ita liberti, dum servitutem pedibus subjecerunt, & proprii homines, dum in servitutem vergunt, quam tamen hodierno jure assequi prohibentur, in media via sibi obviam veniunt, & eodem gradu locove censentur, licet quoad magis & minus differant, prout jura civilia, vel moribus vel legibus variantur.

CAPVT. IV.

DE PATRE ET LIBERIS.

SVMMARIA.

1. *Liberos esse in potestate parentum, & quo jure.*
2. *Vtrum potestas patria extendatur ad vitam & libertatem liberorum.*
3. *Quibus in rebus consistat patria potestas.*
4. *Ad quid parentes obligentur liberis.*
5. *Ad quid liberi obligentur parentibus.*
6. *De crimine & pœna parricidii.*
7. *Vtrum potestas & jus publicum extinguat jus & potestatem patriam domesticam.*

SECTIO I.

Liberos esse in potestate parentum, & quo jure.

1. *Quo respectu de liberis agatur inter partes familiæ.*
2. *Inter parentes & liberos, ut amicitiam, ita jus cadere inæquale.*
3. *Liberos apud omnes gentes esse in potestate parentum.*
4. *Non apud solos Romanos.*
5. *Antonij Fabri opinio de origine juris alicujus ficta.*
6. *Rejicitur, & docetur, jus non esse spectandum ex arbitrio hominum, sed sua natura.*
7. *Quatenus usucapio subsistat in foro conscientiæ.*
8. *Patriam potestatem latè transcendere limites Reipub. Rom.*
9. *Rejicitur ficta & falsa ratio Fabri.*
10. *Matri quoque competere potestatem in liberos.*
11. *Sed patri majorem, & ante matrem.*
12. *Error Iustiniani, qui nullis aliis gentibus talem potestatem in liberos tribuit, qualem habeant Romani.*
13. *Super qua re afferuntur variæ excusationes Iurisconsultorum & simul rejiciuntur.*
14. *Philosophos accersere potestatem patriam ex jure naturæ.*
15. *Imo ICtos ipsos.*
16. *Patris nomen includere dominium.*
17. *Non tantum à naturâ introductum, sed ab omnibus gentibus receptum fuisse jus patriæ potestatis.*
18. *Licet apud Roman. multo præstantiores effectus sortitum fuerit.*
19. *Originem patriæ potestatis non aliunde accersendam, quàm à naturâ.*
20. *Quod confirmatur ex lege divinâ.*

DEventum est ad tertiam partem, quam in familiis exprimit Aristot. 1. *Polit. c.* 2. 1. *Quo respectu*

R *& in*

agatur hic de liberis.

& in princ. cap. 9. non quod liberi sint pars familiæ constituens, ut paterfamilias, uxor & servi, sed quod intra ambitum familiæ tãquam effectus, & ut possessio contineantur, de qua re ex professo disputatum fuit supra *cap.1.sect.*8. Hoc verò capite de eo jure, quod versatur inter parentes & liberos, eò agemus brevius, quò prolixius idem pertractatur à ICtis.

2. *Quomodo sint inter se affecti parentes & liberi.*

Et quidem Aristot. 8. *Eth. Nicom.* cum præsupposuisset *cap.* 9. jus & amicitiam in iisdem versari, & communium civilium, quę juris sunt participes, tres species subjunxisset, iisque totidem societates domesticas æquiparasset, *cap.* 10. pergit, ut juris, ita amicitiæ diversitates iis, *cap.*11. accommodare, dicens: *In unoquoque autem civili statu amicitia apparet, quantum & jus: Regi quidem erga eos, quibus regnat in beneficij excellentia.* Et paulò post: *Talis autem paterna etiam est, tametsi differat magnitudine beneficiorum. Autor enim est, ut summi, quod videtur esse maximum, καὶ τροφῆς, καὶ παιδείας: quæ majoribus quoque attribuuntur. Natura enim præest, pater filiis, & majores nepotibus, & Rex iis, quibus regnat. Atque amicitiæ hæ in excellentia sunt, idcirco honorantur parentes: Ac jus inter hos non idem est, sed pro dignitate. Sic enim fit & amicitia.* Eandem amicitiæ speciem vocaverat Aristot. *cap.*7. *lib. ejusd. inæqualem*, eò quod diversa sint parentum & liberorum officia, ut idem contra Platonem disputat 1. *Polit. cap. ult.* diversæ res, quæ ab utrisque curentur, & proinde ex diversis objectis & actibus diversi nascantur amores. Inæqualitas autem derivatur, tum *dict. cap.*7. *lib.* 8. *Eth.* tum 1. *Polit. c. ult.* ex inæqualitate personarum, quæ inferiorem subjicit superiori, indigniorem digniori, minus utilem utiliori, imperfectum perfectiori. Vnde fit, ut liberi apud omnes gentes redigantur sub potestatem parentum, quod nec illi negare possunt, qui jus patriæ potestatis proprium faciunt civium Romanorum, moti verbis Caij, *l.*1. *& 3. de his, qui sunt sui. vel.* & Iustiniani *§. Ius autem 2, Instit. de patr. potest.* Nam hinc tàm variæ ortæ sunt interpretationes excusantium tàm Cajum, quam Iustinianum, eò quod, ut Connan. *lib.* 2. *Comment. cap.* 1., *num.* 2. & Coras. *ad l. quod vero proprium civium Romanor. de his qui sunt sui*, & ibi Gothofred. & *ad d. § 2. Instit. de patr. potest.* confitentur, animadverterent, patriam potestatem, nec ex ratione civili prodire, nec à solis Romanis receptam fuisse, sed tum omnes gentes pervagari, tum ex ratione naturali derivari. Illud autem est jus gentium, quod apud omnes gentes recipitur. *l.* 1. *§. ult. de just. & jur.* aut quod naturalis ratio constituit. *l. omnes 9. in fin. Eod. §. Ius autem. Inst. de jur. nat. gent. & civ.*

3. *Liberi apud omnes gentes sunt in potestate parentum.*

4. *Non apud solos Romanos.*

5. *Antonii Fabri opinio de origine juris alicujus.*

Antonius verò Faber *in Iurisprud. Papin. t.*2. *pr.*4. *cum illat. sequentib. t.* .. *pr.*1 *& illat.* 1. non vult attendi rationem, ex qua aptum sit jus quodque induci, sed ex qua inductum sit. Nam pupillaris obligatio, liberorum in bona parentum successio, testamentum condendi facultas, & quæ sunt his similia, rationem quidem habent naturalem, & tamen, quia non ex ratione naturali, sed civili robur acquisiverunt, non referuntur ad jus gentium, sed solis civibus Romanis reservantur. Rationem verò civilem talem excogitat, *d. t.* 8. *pr.* 1. Romanos, inquit, præ cæteris populis consuluisse amplitudini familiarum, *l.* 1, *§. sed etsi servus. de inspic. ventr.* Familias autem conservari per masculos. *l. maximum vitium* 4. *Cod. de liber. præter. l. lege* 14. *C. de leg. hered.* ac proinde masculos multis privilegiis invitatos fuisse ad justas nuptias quærendas, quorum præcipuum est patria potestas, quia, nisi ad nutum ex se genitos componere pater posset, sed cogeretur nolens volens beneficia conferre in degenerem & ingratum filium, à voto procreandorum liberorum, metu pœnitendæ sobolis, retraheretur. Addit deinde melius conservari familias, si ab unius, quam si à multorum manu pendeant. Cæterum hæc omnia & per se imbecilla sunt, & ex falso fundamento extruuntur. Nam quando agitur de natura juris alicujus absolutè, non id respiciendum venit, quod ex errore hominum accedit, sed quod ipsi competit per se. Fieri enim potest, ut dissimulata ratione naturali, jus aliquod originem trahat & invalescat per rationem mere civilem, quemadmodum bono publico inducta dicitur usucapio, *l.* 1. *de usurpat. & usur.* quam tamen

6. *Rejicitur.*

7. *Quatenus*

… en in foro conscientiæ non aliter, quam ex naturali ratione defendere possumus, … inde, ut de servitute cap. 3. sect. … diximus: … quippe naturæ est, ne suum cuique sine culpa auferatur. Vsucapio verò aufert possessori rem suam sine culpa & causa; nisi prætexatur bonum publicum ex jure civili, & puniatur culpa ex naturali ratione. Qui enim res suas tam negligenter habet, ut toto illo intervallo, quod usucapioni indul… … conniventia principis, earum curam non habeat, cum graviter delinquat in Rempublicam suadente naturali ratione, ne crimina maneant impunita, meritò jacturâ rerum neglectarum punitur, & eo intuitu, non tantum Romanorum propria, sed apud alias quoque gentes recepta legitur usucapio, utpote apud Hebræos, *Levit.* 25. *Deut.* 15. *Iud.* … *cap.* 11. apud Græcos, *Plat.* 12. *de legibus* Athenienses, *Demosthenes contra Midiam & Nausimach.* Sycionios, *Pausan. in Corinth. Cic.* 2. *Offic.* Gothos, *Cassiod. li.* 5. *Epist.* … Saxones, Landrecht *lib* 1. *artic.* 28. 29. Weichbildt. *art.* 4 *ubi gloss num.* 4. & *gloss. art.* … *num.* 4. *gloss. art.* 21. Gallos, *Tiraq. in præfat. retract.* & Hispanos, *Covarruvias in* … *cap. possessor. de R. I. in* 6 quemadmodum 8. & patria potestas limites imperii Romani latè transcendit, & universali impetu omniũ hominum animis sese arctissimè insinuavit. Sicut igitur ratiocinatur Hippocr. *in libr. de nat. hum.* Morborum Epidemicorum communes esse causas: Ita rectè, ni fallor, ex communi omnium hominum lege, concludimus communem aliquam rationem, ex quâ illa lex prodeat, nisi pro communi ratione communis error irrepserit. Rem verò quãque ab æstimio rationis dependentem, æstimare debemus, non ex hujus vel illius, sed ex omnium animis, ut de bono tradidit Aristot. … *Eth. cap.* 4. 10. *Eth. cap.* 2. & … *Polit. cap.* 1. Et quia potestas patria latius patet, quàm Respubl. Romana, latius quoque patere ejus rationem oportet. Ea verò ratio, 9. quam affert Faber, & imperfecta est, & veram rationem supprimere non sufficit. Nam si patria potestas constituta fuit ad inducendum homines ad honesta conjugia, cur non utrique conjugum attributa fuit, cum utriusque consensus ex æquo sit necessarius, nec possit familia magis sine matre, quàm patresfamilias subsistere? Quæ verò mulier à voto tollendorum liberorum non retrahetur, si se non sibi, sed marito, sed mariti avo abavoque parituram prænoverit? si sibi nihil instare sciat, præter pericula & molestias. tàm in pariendo, quàm educando; partus verò usum & commoda ad solos mariti parentes perventura? Debetur enim etiam matri in liberos quædam potestas ex jure divino & naturæ, per ea, quæ tradit Aristot. 8. *Ethic. cap.* 7. 11 & 2. 1. *Polit. cap.* 9. quia pars continetur in toto & sequitur regimen totius. Liberi verò sunt germina & quasi partes, non tantùm patris, sed & matris. 8. *Ethic. cap.* 12. Porrò, qui accipit beneficium, perdit libertatem, & redit in dominium ejus, à quo afficitur beneficio, ex quo fonte derivat Aristot. 8. *Ethic. cap.* 11. amicitiam & jus καθ' ὑπεροχὴν, quod collocat inter parentes & liberos, quia scilicet magnitudine beneficiorum parentes tenent sibi liberos devinctos & subjectos. Constat verò, & monet Tobias *Tob. cap.* 4. matrem plus molestiæ devorare, dum utero gerit, plus periculi sustinere in partu, plus diligentiæ impendere, dum lactat & educat, quàm patrem. Ideoque, licet patri ex alio capite plus debeatur reverentiæ, ut mox subjiciemus non potest tamen mater omni vel potestate vel reverentiâ exui, & Clytemnestra *apud Eurip. in Iphig.* non soli marito, sed & sibi sumit potestatem elocandi liberos, quos pepererat, id quod in foro Saxonico observari, *in tract. de matr. cap.* 3. *sect.* 10. *num* 27. prolixiùs ostendimus. Accedit, quod pueros sub adultorum, imperfectos sub perfectorum imperium condemnet Aristot. 1. *Polit. cap.* 9. Non solùm verò pater, sed & mater tum ætate superat, tum prudentia anteit liberos. Quia verò pater principium est totius generationis, adeoque autor vitæ: quia ejus cura & sumtu instituuntur liberi: quia ætate, prudentiâ, perfectione uxorem exuperat, & denique quia matrem ipsam in autoritate & imperio suo detinet, ex his rationibus fit, ut liberi magis sint in potestate patris, quàm matris, & si per jus civile ita limitetur potestas in liberos, ut nõ possit attribui, nisi uni, quemadmodum se res habet de

10. *Matri quoq; potestatem in liberos competere.*

11. *Sed patri magis.*

12. *Error Iustiniani.* potestate Roman. necessarium est, rationique consonum, ut patri potiùs tribuatur quàm matri. Hæ verò rationes, cùm non sint civiles, sed naturales, non constituant jus aliquod civile, sed naturale, & errare Iustinianum dicit Connanus, dum nullis aliis hominibus talem in liberos potestatem cõpetere scribit, qualem habeant Romani. Sanè Bodinus à ICtis passim reprehenditur, quod 1. *de Republ cap.* 4. pro *tali* potestate, *Tantam* legat, licet res eòdem redeat, ut post dicemus: Ipsi verò Iustinianum excusant, quod per *Talem* potestatem, nõ ipsam potestatem, sed conditiones & qualitates potestatis, quas soli Romanorum juri proprias fecerint inveterati mores, intelligat. *Vultej. in comm. ad d. §. Ius autem. Instit. de patr. potest. Alber. Gent. lib. 4. de nupt. cap.* 1. Sed quod Iustinianus potiùs, de ipsa potestate, quàm qualitatibus supervenientibus loquatur, ex verbis Caij patet, *l. 3. de his, qui sunt sui.* quæ illic Iustin. imitatur. Nec enim

13. *Excusationes ICtor rejiciuntur.* is, modificatam aliquam potestatem, sed ipsum jus potestatis civium Romanor. proprium esse dicit: nec satis scitam rationem assignaret Iustinianus, *in dict. §.* 2. si de qualitatibus loqueretur. Propositio enim ex Cajo desumta est: *Ius potestatis, quod in liberos habemus, proprium est civium Romanorum:* cujus rationem subjicit: *quia nulli alij homines talem potestatem habent.* Si per talem potestatem accipias eam, quæ certis qualitatibus circumscripta fuit apud Romanos, perinde esset, ac si diceret; Vsucapio propria est Saxonum, quia ad tot annos determinatam, tabulisque requisitis illigatam, nulli alii populi habuerunt. Nec repugnant vocabula TALIS, QUALIS, *l. stipulationum 74 §. 1. & l 75 in princ. de verbor. obligat.* quia in rebus, ad Categoriam Qualitatis pertinentibus, denotant ipsam essentiam, ut in illo Trajani: *Talem me præstabo Imperatorem aliis, qualem optarem ipse privatus:* & *in l. certum est 6. de rebus cred.* qualem accommodat Paulus ad speciem ipsam: aut cum dicit Porphyrius, differentiam reddi ad quæstionem: QUALE, QUID, ubi qualitas in genere denotat omnium rerum essentias, ut docet Aristot. 5. *Metaph. text.* 19. Caij verò thesin aliis circuitionibus excusare aggrediuntur, dum alii proprium accipiunt in secundo modo, quod soli speciei, sed non omnibus cõpetat: alii jus illud proprium inde dici putant, quod non translatum sit à Græcis, ut multæ aliæ leges 12 tab. sed moribus pop. Rom. invaluerit: *l. patre 8. Vers. Idem de adoption.* alij, quod civibus Romanis tantum tributum, ut & jus nuptiarum, quod cives sibi proprium, hoc est, cum peregrinis non habebant commune. *§. Iustas Instit. de nupt.* Cæterum, si interpretem Caij Iustinianum audiamus, *ex d. §. Ius autem Instit. de patr. potest.* ubi ait: *Nullos alios homines talem potestatem in liberos usurpasse*, non licet in hos sensus verba Caij trahere, imò si conferamus *l. 3. cum l. 1. § igitur. de his, qui sunt sui.* Videbimus à Caio potestatem Dominicam, ex jure gentium profectam, opponi potestati patriæ, ex jure civili derivatæ, & proinde per jus proprium. non intelligi, nisi jus civile, juri gentium, quod aliis gentibus commune est, ut jus herile in servos, oppositum. Ne dicam interim, quod Sex. Empirius *lib. 3. Pyrrhon. hypotyposeon.* Solonem Athenis lege [illegible] tulisse referat, qua filium parenti necare permiserit.

Si vero sepositis autoritatibus & remotis circumscriptionibus, quas quisq; populus sibi privatim affinxit, originem patriæ potestatis à nativo suo fonte accersamus, non aliunde eam profluere comperiemus, quàm à natura ipsa, quemadmodum uno ore docent Philosophi, post Platonem 11. *de legib.* Arist. 8 *Ethic.* 11. *Natura præest, pater filiis & majores nepotibus:* 1. *Pol. c. ult. in pr. Mas quam fœmina ad imperandum aptior, (nisi sicubi sit contra naturam) atque ætate superans & perfectum, quam id quod ætate superatur & imperfectum. Vide in utrumq; locum Interpretes. & præ cæteris Montecat. Pol. text.* 140. Epictetus *in Enchirid.* non tantùm bono, sed & malo patri obediendũ esse præcipit, quia & *malus naturâ præest.* & ut ait Quintil. *declam.* 5. *Personæ gratia non potest, nec malo patri,* quod prolixè sic explicat Simpl. *in Comm. Voluntaria quæ sit affectionem etiã alter, bonã malave voluntate dirimere potest, amicitiã mala, inimicitiã bona. Etenim voluntate eã affectionem cõstituunt* 14. [illegible] a natura.

na...

naturalem vero non voluntas, sed natura. Quamobrem si amicus noster ob pravam voluntatem sit inimicus: solvit affectionem nostram, nec jam ei debemus amicitiæ officia, qui amicus esse desiit & inimicus esse voluit. Verum si pater improba voluntate fuerit, patris affectionem non solvit voluntas. Ea enim naturalis est, & non voluntaria. & talis affectio est erga patrem, non aliqua erga bonum patrem. Etsi igitur malus fuerit pater, tamen officia, quæ patri debentur, ei præstanda sunt. Item paulò post: Si fortuitis Dominis, argento numerato, & corpora & peculia servorum parent: quanto magis parebunt eadem illis, qui naturales ortus nostri autores fuerunt. Quare & verbera patrum æquioribus animis ferenda sunt filiis, quam servis Dominorum, multoque magis convitium aut contumelia, &c. Plutarch. in lib. de frat. amor. Παισὶ λέγειν καὶ ἀκούειν, ὡς γονέων τιμὴν μετὰ θεοὺς πρώτην καὶ μεγίστην ἥ τε φύσις, ὅ τε τὴν φύσιν σώζων νόμος ἀπέδωκε. Coriolanum his verbis increpat mater apud Halycarn. lib 8 Nec Volscorum beneficia tantum apud te valere sineres, ut etiamsi magnitudine cœlum attingerent, ut his naturæ jus violari & aboleri paterere. sed mihi omnium primæ debes vitæ pretium & obsequium: Τοῦτο γὰρ ὁ τῆς φύσεως νόμος ὥρισεν ἅπασι τοῖς αἰσθήσεως καὶ λόγου μετέχουσι τὸ δίκαιον. Hanc enim legem fixit natura omnibus, qui sensus & rationis sunt compotes. Chrysostom item orat. ult. ad vers. Iuda. Et naturæ leges, & quas homines instituerunt, sic præscribunt: Etiamsi cædat, ædibus exigat, quocunque modo puniat pater, fortiter tolerandum esse, nec veniam filio largiuntur, qui paruerit pertuleritque. Pater enim est, qui cecidit, habetque potestatem in te faciendi, quod vult. Plinius verò in Paneg. ait: Lex & vis naturæ semper in ditione parentum liberos esse jussit, nec ut inter pecudes, sic inter homines potestatem & imperium Valentioribus dedit. Ipse Vlpianus idem confitetur in l. pronunciatio 195. §. familiæ 2. vers. jure proprio. de Verb. sign. dum plures personas in familiam unius potestati subjici scribit, aut natura, aut lege. Si enim natura subjicimur liberi patri, natura habet in eos potestatem pater. Pomponius in l. Veluti 2. de just. & jure ad jus gentium refert, ut parentibus & patriæ pareamus. Obedientia autem præsupponit potestatem, tanquam suum correlatum. Imò Iustinianus ipse in l. 10. §. Sed ne articulum 1. vers. Neque enim. vers. Et ideò sancimus. C. de adopt. jura naturæ vocat, quæ cadunt inter patrem Naturalem & filium familias à natura factum, ut loquitur Modestinus in l. 1. in pr. de adopt. & Iustin. in pr. Inst. de adopt. Nam si educatio liberorum censetur juris naturæ, in pr. Inst. de jur. nat. gent. l. 1. de just. & jur. quia omnia propè animalia juris ejus perita censeri videmus, cur non & inde accersamus potestatem patriam, quia videmus omnes propè pullos parentibus cedere & obsequi. Accedit, quod educatio sine potestate nulla esse queat Nam Iovem patrem hominum dixerunt Poetæ, quorum se Dominum gerit, quia sub patre Dominum complecti voluerunt: id quod prolixè explicuit Lactantius, inquiens: Dominum 16. Nomen patris includit dominium.
eundem esse, qui sit pater, etiam juris civilis ratio demonstrat. Quis enim poterit filios educare, nisi qui habeat Domini in eos potestatem? Nec immeritò paterfamilias dicitur, licet tantùm filios habeat. Videlicet nomen patris complectitur etiam famulos, quia pater antecedit. Vnde apparet, eundem ipsum & patrem esse servorum & Dominum filiorum. Denique & filius manumittitur, tanquam servus, & servus liberatus patroni nomen accipit, tanquam filius. Quod si propterea paterfamilias appellatur, ut appareat duplici potestate præditum, quia indulgere debet, quà pater, & coercere, quà servus. Ergo idem servus est, qui & filius; idem Dominus, qui & pater. Innuit etiam Dion. lib. 13 Patris nomen Regibus tributum, dicens, ut tale jus iis assignaretur, quale patribus olim erat in liberos. Sæpius verò monuimus ab Aristotele, inter jus naturæ & omnium gentium nullum discrimen poni, nec ante illud, quod naturalis ratio omnes homines docet, ullum jus univocum reperiri posse. Ius autem patriæ potestatis non tantùm naturales rationes introducunt, sed omnes gentes unanimi consensu receperunt. Gyphanium enim qui

17. *Patria potestas ab omnibus gentibus recepta fuit.*

negat moribus nostris superesse patriam potestatem, *in pr. Inst. Quibus mod. jus patr. potest. solv. Vers. hi vero.* refutat Pensold. *in addit. ad decis. Coler. 222. n. 2.* Ne ipsum quidem Saxonicum, quod patriæ potestati maximè videtur perniciosum, radicitus eam extirpat, *per gl. Lat. ad tex. Germ. art. 31. lib. 1. lit. F. & gl. Lat. ad tex. Germ. art. 45. lib 3.* Landr. sed loquitur de tali potestate, quæ non extinguat tutelam viri *Consult. super constit. Elect. Sax. Vol. 1. part. 1. q. 43. in pr. Vol. 2. p. 1. q. 50. n. 1. Moller. n. 1. ad constit. Elect. 10. part. 2.*

18. *Licet præstantiores effectus sortita apud Rom.*

Nec enim dubium est, quin Romanæ leges, ut confitetur Simplic. quo supra laudavi loco, *in Epict.* patriæ potestati multò excellentiores addiderint effectus, adeoque, quod à rudi natura inchoatum receperunt, in splendidam juris formam elaborarint, *freta sc.* ut ait Simpl. *naturali liberorum erga parentes pietate.* Cæterum Aristotelis artificio, ratiocinandi origo, quæ à naturali inclinatione dependet, propterea asscribenda non est, quia is id sibi putat palmarium, *lib. 1. Sophist. Elench. c. 1.* quod ad perfectionem facultatem eliciendi unum ex altero primus perduxerit. De perfectione & culturâ hîc sermo non est, sed de origine. Originem autem trahit potestas patria ex rationibus naturalibus, quas enarrat Arist. *1. Polit. 4. & ult. 8. Eth. 11.*

19. *Origo potestatis patriæ dependet ex natura.*

Naturâ enim dominatur senior juveni, perfectum imperfecto, totum parti, & id, quod beneficium accipit, inferius est, eo quod confert. *Sen. 2. de benef.* Parentes verò non tantùm sunt post DEUM vitæ autores, quod beneficium inter minora condemnat Senec. 3 *benef. ad fin.* ut ostendat, patrem posse à filio beneficiis vinci, sed, *ut ait Simpl. ubi supra,* parentum cura & caritate muniti eò processimus, unde bellum iis movemus. Propterea enim cura parentibus reddenda, ut quam ab illis mutuam accepimus, gratis animis atque uberiori mensurâ refundamus.

20. *Quod confirmatur ex lege divina.*

Convocet quisq; suorum sensuum internum Senaculum, & fronte imperterrita profiteatur, an nullas reverentiæ erga parentes scintillas innatas secum circumferat. Totus quidem Decalogus ex principiis, quæ vocant, nobiscum natis, educitur, & secundum Thomam 1. 2. q. 100. *art. 1.* continet explicatam legem naturæ. Atqui inter præcepta secundæ tabulæ primo loco occurrit lex, quâ cavetur parentibus de honore debito, eamque solam adjecta pœna præ novem reliquis commendatam nobis facere voluit Moses, dum longam vitam promittit parentes honorantibus, & inopinam mortem interminatur iis, qui secus fecerint, ut vitæ usurâ maturè priventur, qui vitæ autorem non justo habuerunt in pretio. *Qui enim parreddit parentibus,* ait Paulus, *rectè facit & acceptus est* DEO. *1. ad Timoth. 5.* Moses, *Deut. 21.* pœnam quoq; corporis adjicit, de quâ agemus *sect. 3.* Item Paulus *ad Colos. 3. Auscultate parentibus in omnibus,* & *ad Ephes. 6. Obedite parentibus in Domino, Iustum enim est, honorari patrem & matrem, idq; praeceptum primum omnium habet promissionem.* Vnde Iustin. *in d. l. 10. C. de adopt. nexu divino* dicitur patria potestas copulata, quod nisi ita se haberet, & naturæ insitum esset jus hoc potestatis, consensus parentum in nuptiis, de jure divino & civili, necessariò requisitus sine injuria & præjudicio parentum deleri posset, cujus contrarium supra *in tract. de conjug. c. 3. sect. 10.* demonstratum fuit, eoque ex præsupposito pro Canonum sententia pugnant Contius t. *subces.* 2. & Constan. 1. *de matrim. q. 12.* quod sc humanâ autoritate introductus consensus ab hominibus tolli posset.

Vtrum potestas patria extendatur ad vitam & libertatem filiorum. SECT.

1. *Potestatem patriam à natura ortam, multifariam moribus & legibus limitatam fuisse.*
2. *Romanos eam extendisse usq; in vitam & necem liberorum.*
3. *Cuius rei exempla ex omni ætate, inde usq; à primordiis Resp. afferuntur.*
4. *Ius idem locum habuisse in filiis adoptivis.*
5. *Et hoc jus non fuisse proprium Rom. sed multis gentibus commune.*
6. *Examinantur & explicantur verba Iustin. ex §. 2. Inst. de patr. potest.*
7. *Quo jure Iudæi usi fuerint in liberos.*

S. I. e

8. Item AEgyptii, Sclavi, Arabes, Muscovita, Persae, Parthi, &c.
9. De lege Gallorum explicantur verba Caesaris.
10. Quae non sunt trahenda ad Francos.
11. Patria potestas apud Briton. Saxones & Anglos, quantum evanuerit.
12. Qui Rom. eidem modum posuerunt, non lege aliqua scripta, sed contraria consuetudine.
13. Eiusq; rei jacta sunt fundamenta etiam ante aetatem Imperatorum.
14. Quinam severam illam potestatem patriam propugnent.
15. Simplicia argumenta proponuntur.
16. Et mox dissolvuntur.
17. Potestatem illam patriam non posse defendi ex lege Mosis.
18. Sed repugnare naturali pietati.
19. Vt patet ex communi judicio omnium hominum.
20. Qui ad notas Tyranni referunt, si parentes cogantur spectare neces liberorum.
21. Nedum ut ipsi manus proprias sanguine suorum commaculare piè possint.
22. Filium, quantumvis morte dignum, non tamen excidere jure agnationis naturalis.
23. Cur pater non numeretur inter parricidas in l. 1. de parricid.
24. Posse etiam patrem in liberis parricidium committere.
25. Graviusque multò peccare filium, quàm extraneum occidendo.
26. Hippolitus de Marsil. quadam limitatio redarguitur.
27. In parentis nomine residere admonitionem pietatis.
28. Liberos esse parentum partes, non fictione juris, sed naturâ.
29. Non posse autem quenquam sibi, suisve partibus vim inferre.
30. Nec eum filio furto agere.
31. Nihil esse parentibus carius, quàm liberos.
32. Filio parcitur, si à patre exhibitus fuerit.
33. Ne contra pietatem paternam videatur exhibitus ad supplicium.
34. Contra naturam agere, qui liberis vim inferant.
35. Affectum nullum dari suprà paternum.
36. Sed eum a nemine satis intelligi, nisi qui liberos habeat.
37. Licet omnibus insculptus sit à natura.
38. Vnde & a nemine supprimi potest.
39. Exempla quaedam storges & affectus paterni.
40. Domestica mala majora esse lachrimis & nimium amorem vertere in furorem.
41. Quare res laesae Maj. absterreantur cade posteritatis.
42. Parentibus innatum esse majorem amorem erga liberos, quam liberis erga parentes.
43. Probatur experientia.
44. Et rationibus Arist. plenius explicatis.
45. Cur matres impensius ament liberos, quàm patres.
46. Parentes ex salute liberorum promittunt sibi diuturnitatem memoriae.
47. Quantum repugnet potestas patria Rom. pietati naturali.
48. Privata judicia esse omni jure interdicta.
49. Nec quicquam iis facilius saepiusq; quassare quietem Respub.
50. Argumentum unum Bodini pro patria potest. proponitur & rejicitur.
51. In quo is imitatur malos medicos.
52 Et tollit majori malo minus.
53. Nemini indulgenda jurisdictio privata in se ac suos.
54. Ob praesumtam iniquitatem, quae judiciis privatis innectitur.
55. Parentibus de alienis injuriis filios judicaturis, videtur obstare nat. amor.
56. Vnde plerumq; deprehenduntur illis adjumento esse contra adversarios.
57. Amor paternus superat conjugalem.
58. Storge innata videtur parentes retractura ab iniquo & severo supplicio.
59. Caritas parentum & liberorum non nisi detestabili scelere tollitur.
60. Patrem gravissimam iram concipere contra liberos.
61. Iram excedere modum vindictae.
62. Parentes, ad castigandos liberos provocatos, nescire servare modum.
63. Summo amori plerunq; succedere par odium.

64. Idq;

64. *Idq; non tantum inter fratres & conjuges, sed & parentes liberosq; observari.*
65. *Odium parentum in liberos manifesta iur multis exemplis.*
66. *Qui fiat, quod ex summo amore parentum nascatur summum odium.*
67. *Eam demùm summam esse injuriam, quæ benè meritò inferatur à cliente.*
68. *Vnde justissima succensendi causa nascitur parentibus, si filii degeneret.*
69. *Renubentes ut plurimum rapi in odium liberorum.*
70. *Avias interdum tenerius curare liberos, quàm patres interdum minus.*
71. *Parentes adeò molles sæpè esse in liberos, ut ne peccantes quidem corripere audeant.*
72. *Iudicia liberorum tutius & melius committi magistratibus publicis.*
73. *Solvantur argumenta Bodini, quæ fuêre reliqua.*
74. *Virum potest: patria Rom. fluxerit ex jure gentium.*
75. *Quatenus consuetudo vincat legem.*
76. *Fallacia causæ commissa à Bodino.*
77. *Educationi liberorum sufficit coërcitio domestica moderata.*

1. *Potestas patria à natura orta, multifariam moribus gentium limitata fuit.*

POstquam constat de patria potestate, quod quidem ex naturali, adeoque universim ex insculpta omnium hominum animis ratione eliciatur, sed tamen à diversis gentibus diversimodè restringatur, consequens est videre, quibus eam terminis circumscribi, tum rationi primæ, tum utilitati publicæ, quam maximè conveniat. Persarum enim jus reprehendit Arist. 8 *Eth cap.* 10. tanquam Tyrannicum, & Romanos plurimi eo nomine insectantur, quod jus vitæ & necis in liberos sibi sumserint, sive moribus, non quidem omnium gentium, *ut explicat Corras. in d. l. 5. in fin n. 8. & l. 8. n. 2. de his, qui sunt sui.* sed populi Rom: *d. l. 8. vers. Nam cum jus. Eod.* sive lege curiata Romuli tanta potestas introducta fuerit. *ut refert Halycarn. lib. 2. Cicer pro Cæcin. ubi Hottom. & Petr. Psellitas. in comm. in fin. Simpl. in comm. in Ench. Epict. mihi pag.* 233. *Montecat. in* 3. *Polit. text.* 140. Nam quod non tantùm vendere, sed & occidere patri liberos liceret, jure seu consuetudine, tàm ex legibus, quæ ad antiquitatem se recipiunt, *l. in suis 11. in fi. de lib. & posth. Vlpian. in Inst. t. 10 §. 1. l. 1. C. de patr. qui fil. distrax. l. ult. C. de patr. potest* quam ex universa historia patet. Quippe statim sub initium nascentis Romæ, dum Hostilius Duumviros: qui Horatio tergemino perduellionem judicarent secundum legem: creari sivisset, & ab his ad populum provocatum esset; Horatij patris proclamantis & pro filio deprecantis vocem hanc refert Livius *lib.* 1. *Se filiam jure cæsam judicare: Ni ita esset, patrio jure in filium animadversurum fuisse.* Patrium jus vocat, quo jam tum potuisset perduellionis crimen vindicare, quemadmodum anno ab hinc centesimo octuagesimo quarto Cassius, qui agraria largitate inciderat in suspitionem quæsiti regni, à patre damnatus fertur, & necatus, cognita domi causa, licet propius fidem videatur Livio. *lib.* 2. A quæstoribus Cæsone Fabio & L. Valerio diem dictam perduellionis, damnatumque populi judicio. *Halycar. lib* 8. *Valer. lib.* 5. T. Manlius Torquatus filium Syllanum damnavit ob pecunias à sociis acceptas, *Valer. ibid. c.* 8. C. Flaminium tribunum plebis concionantem à rostris Dei erit pater, fretus autoritate patriâ, cum aliàs potestas tribunitia sine sacrilegio impediri non potuisset. *Cic. lib.* 2. *de Inv.* Senatus de iis, quæ sacris Bacchanalium ad profanationem incestuosam abusæ fuerant, cognatos supplicium sumere jussit, *Val. lib.* 6. *c.* 1. quod tamen Livius *lib.* 29. imbecillitati sexus datum putat, ut in privato in eas animadverteretur. Publiciam, quæ Posthumium Albinum Consulem, & Liciniam, quæ Claudium Asellum maritum veneno necarat, propinqui, domestico judicio, strangularunt. Liv. *lib.* 48. *Val.* 6. *c.* 4. P. Atilius Philiscus filiam, stupri convictam, ipse intra privatos parietes interemit. *Salust in Catilin. Val.* 6. *c.* 1. A. Fulvium Senatorem, partes Catilinæ fugâ secuturum, pater itidem retraxit, suâque autoritate interfecit, *Salust. in Catil. Valer.* 5. *c.* 8. L. Gellius, adhibito in consilium propè universo Senatu, filium de incestu & parricidio, domi causam dicere coëgit, quem, tum de concilij, tum etiam sua sententia absolvit.

2. *Rom[illegible] exi[illegible] in vit[illegible] necem.*

3. *Cassius [illegible] exemp[illegible] feru[illegible] omnis a[illegible]*

Val. Max. lib. 5 *c.* 9 nec hic tantum, sed & ... ad omnem dignitatem, aut potestatem publicam constitui. idem judiciũ ... eodem tempore ex eadem causa exercuerunt, *ut addit Dion. lib.* 37. Fabius item Eburnus de filio impudico domi causam cognovit, & criminis convictum necavit. *Quintil decl.* 3. Cum Macedonum legati conquestum venissent de Iunio Syllano Prætore, quod acceptis pecuniis provinciam spoliasset, & Senatus de querelis eorum vellet cognoscere, T. Manlius Torquatus Syllani pater petijt, impetravitque, ut sibi hujusmodi causæ cognitio mandaretur, & domi causa cognita filium condemnavit, abdicavitque, ac ne funeri quidem eius, cum suspendio vitam finisset, interfuit, sedensq; domi potestatem consultantibus ex instituto fecit. *Flor. Epit.* 54. S. Arius jus dicturus de filio parricida, advocavit in consilium Cæsarem Augustum, qui venit in privatos penates: Assedit, pars alieni consilij fuit. Non dixit: Imò in meam domum veniat. Quod si factum esset, Cæsaris futura erat cognitio, non patris. Audita causa, excussisque omnibus, & his, quæ adolescens pro se dixerat, & his quibus arguebatur, petit ut sententiam suam quisque scriberet, ne ea omnium fieret, quæ Cæsaris fuisset. Et tandem dixit, relegandum esse, quo patri videretur, memor non de quo censeret, sed cui in consilio esset. Arius verò filium exilio Massiliam damnavit. *Senec. 1. de Clem. c.* 15. *pertot.* Tantâ modestiâ cessit Augustus potestati patriæ: Sed & Tiberius Apuleiam lege Majestatis liberatam, postquam ei adulterij graviorem pœnam deprecatus erat, ut exemplo majorum propinquis suis ultra 200. lapidem removeretur, suasit, *Tacit. lib. 2. Annal.* & Claudius Imp. Censor, recognitione equitum, juvenem probri plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia, domum demisit, habere, dicens, Censorem suum. *Suet. in Claud c.* 16. Vsque adeò inde à primis Romani Imperij incunabilis ortum traxit jus vitæ & necis, quod parentibus dabatur in liberos. ut idem ne adoptivis quidem denegaretur, ut arguunt verba Ciceronis, quibus alloquitur Clodium: *pro domo. Credo,* inquiens, *quanquam in illa adoptione legitimè factum est nihil, tamen te esse interrogatum: Autor ne esses, ut in te P. Fonteius vitæ necisq; haberet potestatem, ut in filio.* Adoptio enim naturam imitatur, eiusq; imago quædam est & similitudo, *§. minorem Inst. de adopt. Casus Inst. de adopt. in pr. l. filio* 23. *de lib. & posth.* ideoque perinde adoptatum subjicit patri, *l.* 1. *§ sui* 5 *de suis & leg l. nec in ea* 22. *in pr. ad l. Iul. de adult.* atque natura jubet in potestate ejus esse filium naturalem, sive à natura adgenitum. *l.* 1. *in pr. de adopt.*

4. *Idem ius liberos habere ... adoptivos.*

Nec verò solis Romanis tanta in liberos usurpata fuit potestas, ut rectè deducit Bodin. 1. *de repub. c.* 4. sed & aliis permultis gentibus. Nec eam Iustiniano sententiam affingi à Bodino rectè censent ICti, *in §.* 2. *Inst. de patr. potest.* cum non dicat *Tantam,* sed *Talem* potestatem: quamquam nihil interest, utro vocabulo utaris, quia, cum Talem potestatem accipere debeamus non de qualitatibus quibusdam externis & solemnitatibus apud Romanos usu receptis, sed de specie ipsa potestatis, ut *sect.* 1. paulò ante ostendimus, constat, quod potestas summa scil. vitæ & necis sub Tali potestate ab Imperatore omninò comprehendatur. Vnde Montecatinus *in* 1. *Polit. ad tex.* 140. aliter defendit Iustinianum, præsupponens, quod phrasi hac quantitatem quoque potestatis comprehendat, sc. quod licet jure vitæ & necis aliæ gentes præter Romanos in liberos usæ fuerint, Romani tamen ulterius processerint, & quod morte gravius, ter venundare eosdem potuerint, qua in re acerbiorem dicit esse potestatem patriam herili, quippe cum servus semel venditus, etiamsi ex servitute redimeretur, non recideret in potestatem Domini, sed liber esset ab omni nexu. Errat autem dum servitium, in quod vendebantur liberi, confundit cum servitute vera. Nam libertas à nullo parente, etiamsi jus vitæ & necis haberet, ulli filio eripi potuit, *l. ult. C. de patr. potest. l.* 2. *in fi. C. de patr. qui fil. distrax.* ideoque quod in patria potestate Romanorum summum fuit, in vita desiit, salva libertate, & hac tantâ potestate multi alii populi sunt usi. Vestigia eius plurima colliguntur ex

5. *Eodem iure in liberos usi aliæ etiam gentes.*

6. *Examinantur verba Iustiniani.*

7. *Lex Iudæorum.*

Rep. veteri Iudæorum & libr. Genes. Nam vendi poterant liberi in servitutem ad tempus *Exod.* 20. *Levit.* 28. *Deut.* 15. *Ose.* 2. *Iun in c.* 50. *Esaia.* & Abraham ex patriæ potestatis autoritate Ismaelem ejecit domo, *Genes.* 21. Isaac non defugit mortem, quam à patre sibi imperari videbat, *Genes. c.* 22. ut observat Ambros. 1. *de offic. c.* 17. Iephtah privato imperio condemnavit filiam, sive ad supplicium, *Ambros. lib. de offic. c. Vnusquisq. §. Miserabilis* 22. q. 4. sive ad perpetuam virginitatem. *Iudic. c.* 11. & *Deut.* 21. ubi agit Moses de pœna contumacium liberorum, etiamsi judicium tribuat senioribus & lapidationem populo: tamen sententiam relinquit parentibus, quemadmodum & Alexander Imp. contumacem filium præsidi provinciæ offerri jubet, dicturo sententiam, quam pater dici voluerit. *l.* 3. *C de patr. potest.* Herodes licet filios suos coram Augusto accusaret, tamen quod id magis fecerit ad declinandam invidiam, quàm jure coactus, ex oratione liberorum paret, *apud Ioseph lib.* 16. *c.* 8. quam sic exorditur Alexander: *Potuisses de nobis supplicium sumere, e.s. quam in nos habes potestate, quà Rex, quà Pater, nisi nos ad servatorem potius, quàm judicem deducere voluisses,* &c. AE-
8. gyptios item vitæ & neci liberorum dominatos fuisse, testatur Diod. Sic. *lib.* 2. Sclavos Accursius. *Inst. de patr. potest.* Muscovitas, Sigism. Baro *In hist. Musc.* Arabes, qui Mirmaricam incolunt, si ad inopiam redacti non sint solvendo potestatem habent filios distrahendi, & ad id à creditore compelli possunt. *Leo lib.* 6. *hist. Afric.* In Iaponia, quæ est insula regno Chinæ contermina, par potestas data est patrifam. in liberos & servos, adeòque totam familiam, quos verberare, cædere, occidere, suâ unius autoritate potest, nec quò minus officium suum exequatur, a quoquam mortalium prohiberi potest. *Iohan. Hugo L. ad Schott. in relat. Ind. c.* 26. *part.* 2. *hist. Ind. Orient.* In urbe & regno Patani pater non tantum cognoscit de crimine liberorum, sed suâ quoque manu mortem, cujus ipsis electio datur, infert, quemadmodum Belgæ, cum illuc anno 1602. appulissent, adulteram strangulatam, & adulterum pugione transadactum, à suo quemque parente, videront. *Relat. itin. Iacobi de Nek. part.* 8. *hist. Ind.* & de Persis scribit Arist. 8 *Eth. c.* 10. Apud Persas patris imperium Tyrannicum est. Vtuntur enim, ut servis, filiis. Apud Achæos Rhisiasus Pellenensis, cum filium Memnonem ad Macedonum partes inclinantem, quantumvis gentis Demiurgum, precibus à sententia avertere non posset, ad minas confugit, jurans, se cum suâ manu interemturũ, nec pro filio sed hoste habiturum, itaque pervicit, ut postero die filius se iis conjungeret, qui de societate Romanorum perferri sinebant. *Liv. lib.* 32. Hyrodes Parthorum Rex Phraatem filium ipse strangulavit, quod ex hydrope laboranti finem vitæ acceleraturus, aconitum propinasset, versoque in contrarium eventu, expugnato per vim veneni morbo, valetudinem restituisset. *Plut. in Crass. in fin.* Rex Thracum sex filiis, qui se invito Xerxis castra secuti fuerant, oculos eruit, *AElian. lib.* 5. *c.* 11. & Dejotarus filios omnes suâ manu interemit, ne impedimento essent illi uni, quem ad capessenda sceptra delegerat. *Plutarch in Cicer.* Sed hi fortè non patriâ, sed regiâ potestate in liberos usi fuerunt, quemadmodum nostro tempore solet Turcarum Imperator. De Gallis verò in universum scribit Cæsar *lib.* 6. *bell. Gall. Viri in uxores, sicut in liberos, vitæ necisq. habent potestatem,* quæ verba perperam adducit Bodinus. 1. *de Repub. cap.* 4. hoc sensu: *Galli in uxores & liberos æquè ac in servos vitæ jus ac necis habent.* Nam priora aliam interpretationem recipiunt, quam tangit Alber. Gent *lib.* 4. *de nupt. c.* 1. ut sc. hæc verba: *sicut in liberos*, referantur ad Romanum jus. & explicetur potestas maritalis Gallorum, per potestatem patriam Romanorum, sensusque sit: *Viros in uxores habere vitæ necisq. potestatem, perinde ut patres habent in liberos apud Romanos.* Sæpè enim Quintil. & Sen. leges Græcorum controversiis præfigunt, deque iis non secus disputant, ac si apud Roman. usu receptæ essent, ut ex gr. dum abdicatos in scenam reducunt, *Quint. lib.* 7. *cap.* 1. & 4. *lib.* 9. *c.* 2. *decl.* 2. 9. 260. 271. *Sen. lib.* 1. *Contr. lib.* 2. *declam.* quos jus Roman. non agnoscit.

Aliorum populorum.

9. *De lege Gallorum explicantur verba Cæsaris.*

[illegible] *l.* 6. *C. de patr. potest. Connan. lib.* 2. [illegible] *cap* 13. *num.* 5. Hunc, inquam, in [illegible] haec verba Cæsaris interpretari, sed [illegible] & planius referuntur omnia ad unum [illegible] ectum, sc. ad Gallos, quibus patrem potestatem in uxores & liberos videtur velle tribuere, & huic interpretationi nihil obstat, quod Hottom. *libr.* 3. *de jur. regn. Gall. vers. Itaq; non modò* nullam unquam istiusmodi potestatem in regno Francorum usurpatam fuisse asserat, quia à legibus Francorum ad mores Galliæ non satis firma texitur consequentia, cum ut populi, ita leges utriusque fuerint distinctæ. Franci enim ex Germanis oriundi, apud quos nullam veram servitutem unquam invaluisse

10. *Qua non sunt inhærendum Francis.*

testatur Tacit. *de morib. Germ.* cum armis & imperio novo, novas mitioresque leges sensim introduxerunt, adeoque patriæ potestati, antiquis moribus receptæ, modum aliquem, ad Imperatorias eius temporis leges propè pertingentem attulerunt, *filiosq;, decente Accurs. in §. Ius autem Inst. de patr. potest. tanquàm absolutos tenuerunt*, adeò ut apud Britones jus patriæ potestatis esse neget Bald. *in c. si duo fratres. de fratrib. de nov. benef* quemadmodum apud Saxones, originarias consuetudines pro legibus habentes, in tantum eadem decrevit, ut nulla penè videatur, quæ lex ab iis transiit ad Anglos, dicente Smit: *lib* 3. *de Rep. cap.* 9. *Our Children be not in potestate parentum, als the children of the Romans vvere, but as scone, as thei be puberes, vvhich vve call the age of discretion, before that time nature dothe tel thei be but as it vvere partes parentum, that, vvhich is theirs, thei may give or sel, and pourchase to themselves either lands and other moveables, the father having nothing to do therewith. And therefore, emancipatio is cleane superfluous. VVe knovv not, vvhat it is*, &c. Ipsi Romani perinde siverunt evanescere patriam, ut maritalem potestatem, iniquum rigorem sensim mitigante cultura & die. Nam, quod Donell. *lib.* 2. *Com. jur. cap.* 25. *post. pr.* jus vitæ & necis patribus ademtum conjectet per legem scriptam, quemadmodum pessum iit potestas herilis in servos, rescripto Anto-

11. *Apud quos patria potestas videatur abolita esse.*

12. *Ipsi Rom. eam siverunt sensim decrescere.*

nini, *l* 2. *de his qui sunt sui.* istuc historiæ veritati non consonat, cum de lege illa nullibi constet, nisi fortè ad universalem legum 12. tab. abrogationem, lege AEbutia factam, redeamus, *Gell. lib.* 16. *c.* 10. & lensim hinc inde rigori potestatis, aliquid decerptum inveniatur. Nam D. Adrianus fertur cum in venatione quidam filium interfecisset, quod novercam adulteraret, in insulam eum deportasse, quod *latronis* magis quàm *patris* jure eum interfecit. Nam *patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere, l. Divus Adr.* 5. *de parricid. Nov.* 105. *Leon. in pr.* Imò ante Imperatorum ætatem, si capita legis Corneliæ de sicar. & Iuliæ de adulter rectè recensent & interpretantur posteriores ICti, opus fuit singulari concessione, ut licitè liberis vis inferretur à Patribus in certis casibus, ut puta, si cum filia adulterum, deprehendisset, in sua aut generi domo & quidem, ut lex Solonis habebat, ἐν ἔργῳ, gladiumque mortiferum in utrumque æquè strinxisset, *l. Quod ait* 23. *per tot. junct. l. seq. de adult.* Alias enim lege Cornelia de sicariis reus erat, *l. nihil interest* 32 *Eod.* inter cujus capita & hoc reponit Vlpi: *Inauditum filium pater occidere non potest*, quod ab Impp. sæpius postea repetitum invenitur, *tot. t. C. de patr. qui fil. distr. l. si filium* 3. *C. de pat. pot. l. un. C. de emend. propinq. Novell.* 105. *Leon.* quibus omnibus atroci supplicio interdicitur patribus, idque reservatur magistratui publico, prout subjicit Vlpian *in l.* 2. *ad l. Corn. de sic Sed accusare eum apud præfectum præsidemve provinciæ debet.* His quippe verbis eliditur conjectura Budæi, qui in vocabulo: *Inauditum* vim facit, & quia lex vetat interfici inauditum, *Auditum* censet relinqui in potestate patris, ut refert exemplum T Arrij Sen. 1. *de Clem. cap.* 15. Nam, dum patrem ablegat ad præsidem provinciæ, etiam cognitionem & judicium ipsi adimit, ut confirmatur *in d. l.* 3. *C. de pat. potest* Quorsum enim adeat præsidē, si domi & cognoscendi & condemnandi facultatē habeat? *Arr. Pinell. rub C. de bon. mat.* 2. *part. part.* 1 *n* 18 & 31. *Alb Gent.* 4. *de nupt. c.* 1.

13. *Etiam ante ætatem Imperatorum.*

Age igitur, quandoquidē antiquam Rom.

14. *Quinam severam illam potestatem patriam propugnent.*

potestatem, quam in vitam liberorum extensam fuisse diximus. Simplic. *in d. §. Officia Enchir. Epict.* naturali pietati consonam deprædicat, Alber. Gent. 4. *de nupt. c.* 1. sanctissimè defendi dicit, multisque argumentis restituendam esse disputat Bodin. 1. *de Rep. cap.* 4. paucis cum his Autoribus experiamur, Vtrum Græcorum humanitas, quæ ultra abdicationem, quam ἀποκήρυξιν *l. 6. C. de patr. pot.* ἀποκήρυξιν, ut legit Alciat. 2. *d.* 28. Connan. *d. c.* 13. *n.* 5. vocabant, non progrediebatur, præ Romanorum rustica severitate, quam ipsi per desuetudinem sensim in melius demutarunt, benè constitutis Rebuspubl. potius imitanda & reducenda sit.

15. *Simplicii argumenta.*

Simplicius Romano juri tria argumenta dicit, quæ potestatem quidem patriam necessariam & justam esse demonstrant, sed eum gradum, de quo nobis quæstio est, non attingunt, *Veteres*, inquit, *Romanorum leges, tum excellentia naturæ considerata, tum laboribus, quos filiorum causa parentes capiunt expensis, tum eo etiam consilio, ut liberos omninò patriæ potestati subjicerent (freta scil. naturali parentum erga liberos pietate) & vendendi illos, si vellent, potestatem dedere parentibus, & impunè occidendi.*

16. *Refutantur.*

Quod attinet præscriptum naturæ, originem potestatis inde quidem *sect.* 1. accersivimus, sed gentes quæcunque, *dicente Halyc. lib.* 2 modum illi, suo arbitrio, posuere, quemadmodum etiam in potestate maritali, herili & magistratuum patet, quæ omnes ab excellentia naturæ prodeunt, sed determinationem recipiunt à jure quarumque gentium. Porrò laboribus parentum pretium persolvi potest, ex operis, bonis, reverentiâ & universali obsequio liberorum, licet vitam cum libertate integram retineant. Vitam enim, quam nec dedit pater, nec ablatam restituere potest, pro arbitrio diripiendam sibi vendicare nequit. Denique, utrum expediat Reipubl. ut omninò liberi subjiciantur patribus, idipsum in controversia versatur, & aliis argumentis disputandum est. Nam quod Bodin. *d. c.* 4. subinde provocet ad legem divinam, *Deut.* 21. suo se jugulat gladio. Verba enim legis judicium tribuunt senioribus in contumacem & rebellem filium, executionem verò omnibus civitatis civibus: parentibus hunc honorem relinquunt, ut eorum testimoniis de genere filio credatur, & executio ad eorundem excusationem, ex sententia legis, paretur, quam legem, non tantùm quod juri civili posterioris ætatis consonet, *l. si filium.* 3. *l. congruentium* 4. *C. de patr potest. l.* 1. *C. de emend. prop. l. si quis. C. de his, qui par. vel lib. occid. Nov.* 115. *Leon. in p...* sed quod justissimæ innitatur rationi & utilitatem publicam intimius, quam sententia Bodini, innexam habeat, præ exoleto illo rigore, quem atrocitatem rectè cognominant Impp. *d. ll.* retinendam concludemus.

17. *Potestas illa patria nequit defendi ex lege Mosis.*

18. *Repugnat naturali pietati.*

Ecquid enim à pietate patriá, quam implantavit omnium animis naturæ providentia, alienius cogitari potest, quàm si Brutus sedeat non tantùm spectator, sed & judex imò executor necis filiorum, cui huic pœnæ capiendæ ministerium de liberis publicus consulatus imposuit, & qui spectator erat amovendus, cum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit, *Liv. lib.* 2. *Valer. lib.* 5. *cap.* 8 *Sabell. lib.* 3. *cap.* 3. *exemplor. Ethn. Platin. de optim. cive*, nec tamen effugit, quin ab Augustino, *de Civ. Dei*, quasi contra pietatem naturalem & storgen fraternam nefariè deliquisset, exagitetur. Ne ipsi quidem Romani probarunt severitatem T. Manlii, licet is non tantum majestate patriâ, sed & imperio consulari, & utilitate evidentissima, ne sc. per indulgentiam paternam, disciplina militaris, qua steterat ad illum usque diem Romana res, solveretur, acerbitatem supplicii excusaret.

19. *Quod probatur ex communi civium omnium.*

Nam ut primùm audita fuit vox: *I lictor, deliga ad palum, Examinati*, inquit Liv. *lib.* 8. *omnes, tàm atroci imperio: nec aliter, quàm in se quisque districtam cernentes securim, metu magis, quàm modestia quievere. Itaque velut emerso ab admiratione animo, cum silentio defixi stetissent, repentè postquam cervice cæsa fusus est cruor tàm libero conquestu coorta voces sunt, ut neque lamentis, neque execrationibus parceretur, Manlianaque imperia, non in præsentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent.* Romam verò redeunti sanguinolento patri, seniores tantum obviam exisse constat,

[illegible]r, juventutem & tunc & omni vita deinde [illegible]tam eam execratamque. *Liv. lib.* 8. *Plut. in Fab. Max. Frontin. lib.* 4. *c.* 1. *Sa-b[illegible], lib.* [illegible] 3. Denique ne immanitatem ulla ætas deleret, *Manliana* imperia, ut ab Athenienſibus leges Draconis ſanguine ſcriptæ, adagii vice pro truculentis de ſeculo in ſeculum tranſmiſſa fuerunt, quo argumento Liv. *lib.*3. earum narrationem redarguit, qui filium ab A. Poſthumio Dictatore *Anno U. C.* 77. quod occaſione benè pugnandi captus, injuſſu diſceſſerit præſidio, victorem ſecuri percuſſum tradunt, in quorum numero inveniuntur Val. Max. *lib.* 2. *c. de diſcipl. mil.* & Gell. 1. *noct. Att. c.* 13. *Poſthumiana* imperia ante Manliana nominans. *Argumento,* inquit, *eſt, quod imperia Manliana, non Poſthumiana, appellata ſint, cum, qui prior auctor tàm ſævi exempli foret, occupaturus inſignem titulũ crudelitatis fuerit.* Idem paulò ante dixerat, qui hæc Poſthumio tribuãt, *Egregia Dictatura triſtẽ memoriã facere,* quia ut *ſanciendà fuerit diſciplina militaris nec temeraria victoriæ,* quemadmodũ Manlius exercitui ſe excuſabat & proliſius edisſeruerat Papirius Dictator cõtra Fabium Magiſtrum Equitum, *Liv. lib.*6. itemq; ut proditores ex lege [illegible]endi criminis judicari debuiſſent, *non tamen exigenda pœna miniſterium paternæ pietati competebat.* Majorem enim amòrem imperat natura parentibus erga liberos, quã ut ſanguine illorum, manus conſpergere ſine ſacrilegio poſſint. Inter Tyrannica Tiberii accenſet Sueton. *c.* 61. etiam hoc, quod interdixerit, ne capite damnatos propinqui lugerent, ipſe à ſtorga adeò alienus, ut Felicem Priamum vocaret, quod ſuperſtes omnium

20. *Tyrann[illegible] co-[illegible] necis [illegible]*

ſuorum extitiſſet. *in Tib. c.* 62. Caligula longiùs ad feritatem receſſit, cum parentes ſupplicio filiorum intereſſe cogeret, quorum uni, valetudinem excuſanti, lecticam miſit, alium e ſpectaculo pœnæ, epulis ſtatim adhibuit, atq; omni comitate ad hilaritatem & jocos provocavit. *Suet. Calig. cap.* 27. Ecquid acerbius in afflictos parentes, humanitatiq; naturali magis contrarium à Phalaride, aut ſi quis hoc reperitur in fabulis violentior, excogitari potuit? Reges à ſpectaculo ſuppliciorum deterrent frugi politici, ne vel labem crudelitatis vel Tyrannidis ſuſpitionem contrahant. *Aercd. lib.* [illegible] *judic. l.* 14. *c.* 2. *Hieron. Cagnol de regim. princ. boni. nu.* 150. Pontifici Max. Romanorum ne quidem intereſſe judicio ſanguinis licebat, *Suet. in Tit.* & à verberibus liberabatur, qui procubuiſſet ad pedes Flaminis Dialis, *Gell. lib.* 20. *c.* 15. *Plut. in probl.* Auguſtus obſervari voluit, ne, quoties introiret urbem, ſupplicium de quoquam ſumeretur. *Sueton. in Aug. c.* 57. Ferè enim eſt, ut delectari videatur, qui properè damnat, & oculos ſpectãculo ſuppliciorum paſcit, id quod clemẽtia, quam ſceptris innatam dicebat Diocletianus, *Pomp. Lat. in Dioclet.* aut humanitas, quam peculiariter Imperatoriæ Majeſtati aſcribit Iuſtin. *l. rex uxoris. C. de donat. inter vir. & uxor. l. ſancimus, ubi Accurſ. C. de nupt.* non patitur, quippe cui illachrymandũ putabat Bias, quoties ſuorum civium uno depauperaret Rempublicam, dicens: *Sceleri quidem iraſcendum, ſed naturæ condolendum,* & Neronis ſimulata vox fertur, quoties capitali ſententiæ ſubſcriberet: *Quam vellem, ſcribere non didiciſſe. Suet. in Ner.* Quod ſi Regibus,

quos maximà ex parte pactum aliquod aut conventio humana conſtituit, fas non eſt in obtutu ſuo, quantumvis malè meritos cives trucidare: multò minus naturali patri, quem domus ſeu familiæ Regem vocat Homer. *Odyſſ.* 1. licebit ſanguine ſuo parricidiales conſcelerare manus, quia paternam conjunctionem impietas filii non extinguit, ut ait Iuſtin. *§. Si verò in fin. Nov.* 12. *Quamvis legum contemptor, quamvis impius ſit, tamen pater eſt,* & pulcrè Epictet. in Enchirid. Ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι; μή τι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει ᾠκειώθης; Οὐκ, ἀλλὰ πρὸς πατέρα, quæ verba ſic interpretatur Simplicius: *in comm. Cum alia affectiones naturæ, alia voluntate conſiſtant, quacunq; harum cum aliquo conjuncti ſimus, ab ipſa affectionis forma officium adverſus eum & reperiemus & conſervabimus, ſive id ille conſervet, ſive non, in naturalibus officiis præſertim. Nam voluntariam affectionem etiam alter, bonâ malâve voluntate dirimere poteſt. Etenim voluntas eam affectionem conſtituit: Naturalem verò non voluntas, ſed natura. Quamobrem ſi amicus noſter ob pravam voluntatem*

21. *Multo minus ipſis licet manus ſanguine ſuorũ maculare.*

22. *Filius ſcelere non excidit ſuo jure aut agnatione.*

tem sit inimicus, solvit affectionem nostram, nec jam ei debemus amicitiæ officia, qui amicus esse desiit, & inimicus esse voluit. Verum si pater improba voluntate fuerit, patris affectionem non solvit voluntas. Ea enim naturalis est, & non voluntaria: Et talis affectio est erga patrem, non utiq; erga bonum patrem. Etsi igitur malus fuerit pater, tamen officia, quæ patri debentur, ei præstanda sunt. Pariter nec filius solvit affectionem naturalem, etiamsi degeneret, & sceleribus sese obruat, eaq; affectio facit, ut contra pietatem naturalem peccet pater, quoties filiū *privata autoritate acriori*, ut loquitur Alex. *in l. 3. Cod. de pat. potest.* aut atroci remedio corrigit. Non exprimitur quidem pater inter parricidas, *l. 1. ad l. Pomp. de parricid.* cujus rationem reddit Bartol. *l. 5. Eod.* quia jus filiationis per delictum perit, *gl. ult in cap. quinta vallis. de jurejur. Hippol. de Marsil. in d. l. 5. nu. 15. de parricid.* Sed, uti paulò ante diximus, delictum non extinguit naturam, nec civitas aut libertas amittitur ante sententiam condemnationis. Nam si ratio hæc valeret, quod scil. ingratitudine, aliove scelere filiatio deleretur, & proinde parricidium in filium abdicatum non committeretur, cur non itidem valeret in privigno & matre. Nā & hi à lege unà cum filiis & patribus excipiendi essent, quia, si se impiaverit filius erga matrem, si privignus erga vitricum, jus filiationis itidem perdunt, & tamen mater in filium, vitricus in privignum, ut & socer in generum sponsamve filii, parricidium committunt, *d. l. 1. & l. cum pater 4. de parricid.* Ratio igitur diversitatis non aliunde, quàm ex potestate patriâ petenda est, oletque hæc Martiani *in d. l. 1.* enumeratio jus antiquū, quo patri impunè licebat filium interficere, non matri quippe cujus de jure civili potestas nulla est: nec patris potestas in generū, filii sponsam, aut vitrici in privignum extēdebatur, quia neminem horum in sua potestate habebat, manente unoquoque in patris aut avi sui potestate. Constantinus verò *l. un. in pr. C. de his, qui par. vel lib. occid.* parricidis annumerat etiam patres, qui filios occiderint, & jam ante Vlpian. lege Cornelia de sicariis, quæ pœna parricidarum plerisque præfinitur *in l. pœna 9. §. qui alias 1. de l. Pomp. de parric.* teneri patrem scribit, qui inauditum filium occiderit, nec ad præsidem provinciæ detulerit, *l. 2. ad l. Cornel. de sicar.* Imò ipse Martianus ex D. Adriani rescripto, parentes pœnæ obnoxios dicit, etiamsi justa ira in flagranti crimine deprehensum filium occidissent. Nam, nisi pater gravius peccasset filium, quàm extraneum occidendo, non debuisset in insulam deportari, sed mitius multò puniri, quoniam Alexander rescripsit *l. Gracchus 4. C. de adult. Si inconsulto dolore adulterum interemit, quamvis homicidium perpetratum sit, tamen, quia & nox & justus dolor factum ejus relevant, potest in exilium dari.* Hic autem maritus filium novercæ adulterum cū ipsa deprehenderat, ut ex verbo præsentis temporis: *Adulterabat*, & cum graviori dolore, cujus intuitu excusatur cædes, *dict. l. Gracchus*, incenderet justam iram patris, minus puniri debuit pater, quàm si extraneum occidisset. Propterea enim Vlpianus supplicio eripit patrem, qui domi suæ generive sui adulterum cum filia interfecit, quod majorem injuriam putaverit legislator, quod in domum patris aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere. *L. quod ait lex 23 §. quare 2. ad l. Iul. adult.* Major enim injuria majorem incutit dolorem, & quò justior dolor, eò magis excusat. Sed Adrianus Imper. duplici ex causa pœnam parenti augere voluit, partim, quod non in ipso fervore filium jugulasset, cum lex Iulia diceret: *In continenti occidat, d. l. 23. §. ult.* sed latronis magis, quā patris jure grassatus esset, *argum. c. admonere 33. quæst. 2.* partim, quod pietas & conjunctio naturalis tantam sævitiam in patre abominabilem faceret, prout in ultimis verbis *d. l. 5. de parr.* continetur, dum rationem subnectit ipse Martianus: *Quod patria potestas in pietate debeat, non in atrocitate consistere.* Malè Hippol. de Marsil. *in d. l. 5. num. 1*[illegible] id accipit de levioribus criminibus, ob quæ negat patri licere sævire atrociter in liberos. Nam Valentin. & Valens, *in l. un. C. de emend. propinq.* etiam enormis atrocisve delicti castigationem, tanquam pietatis paternæ & domesticæ, emendationis fines excedentem, è domo ad forum rejiciunt, adeoque atrocem & storge paterna indignam pœnam

23. *Cur pater non numeretur inter parricidas.*

24. *Posse eum Parricidium in filio committere.*

25. *Gravius peccare filio quam extraneum occidendo.*

26. *Limitatio qua[illegible] pol. a M[illegible] reiectam.*

... statuunt non tantum illam, quæ levibus criminibus, injustè, sed & gravibus ex præscripto legum publicarum, sed privata patris autoritate irrogatur. Quorsum enim hanc rationem adduceret Marcianus, si atrocitas non consisteret in atroci atrocium injuriarum vindicta. Causam enim reddit, quare gravius putaverit Adrianus cædem filii in venatione à patre factam vindicandũ, quia pater abusus erat potestate patria, pietatemque in atrocitatem converterat, licet atrocissimum delictum adulterando novercam suam, filius commisisset. Nam si ob leve delictum pater latronis in modum filium occidisset, non tantum deportatione in insulam, sed, ut latro, extremo supplicio affici debuisset. Denegat igitur ipse sui interpres Marcianus patri in filium atrox supplicium, intuitu pietatis, quâ sibi invicem pater & filius obligantur. Dion. *lib.* 53. patris nomen dicit Imperatoribus primum impositum, non tam, ut haberent ἐξουσίαν, ἥν ποτε οἱ πατέρες ἐπὶ τοὺς παῖδας ἔχουσι, sed honoris gratia, ἀλλ' ἔς τε τιμὴν καὶ ἐς παραίνεσιν, ἵν' αὐτοί τε τοὺς ἀρχομένους, ὡς καὶ παῖδας ἀγαπῷεν, utiq; paterni amoris potius, quàm Tyrannicæ potestatis, eo nomine admonerentur. *Patrem patriæ* inquit Seneca, *appellavimus, ut sciret potestatem sibi datam patriam, quæ est temperatissima, liberis consulens, suaq; post illos ponens. Senec.* 1. *de Clem. c.* 14. *Quis enim carnem suam unquam odio habuit? ad Ephes. c.* . Quis non, si jubeatur suis membris vim facere, ad summam se adigi injuriam censet? *Quam difficile est*, inquit idem Senec. ibid. *patri membra sua sibi amputare? quæ suspiria ducit secando? quoties amputata luget: quoties eadem restituere conatur?* Accedit severa animadversio, quæ pleræque nationes membrorum suorum impios violatores prosecutæ sunt, quoniam Dominus eorum nemo videtur esse; *l.* 13. *in pr. ad l. Aquil.* & Jovem ipsum, non sine crimine Majestatis, oppugnat, qui amorem sui & liberorum a natura insculptum usque adeò exuit ut supplicium de suis ipsius membris sumere non veretur. Liberi verò annon sunt partes parentum? *l. cum scimus* 22. *in fin. C. de agric. & cens. lib.* 11. *ubi multa collegit Luc. de pen. & Tiraq. in l. si unquam præfat.* *n.* 15. *C. de revoc. don. Paul. Montan. de jure tut. c.* 3. *n.* 36. non tantum fictione juris civilis, ob patriam potestatem, *l.* 8. *in pr. de adopt.* ut disputat Anton. Fab. *Iurispr. Papin. tit.* 8. *pr.* 7. *in pr.* sed potius naturâ ipsa & rei veritate, ut docet Aristot. 8. *Ethic. c.* 12. quia nascuntur ex semine & sanguine parentum, suntque quasi appendices horum. Nam licet personam completam Physicè referant: tamen nihil obstat, quò minus, diverso respectu, idem quod completum est, ab altero dependere, ejusq; pars esse possit quemadmodum servum aliter considerandum proponit Aristot. *d. c.* 12. ut hominem, aliter ut instrumentum. Vt homo, in se subsistit & jus habet: Vt instrumentum, totus refertur ad Dominum, & jure proprio caret. Filius quoq; personam completam sustinet, sed ut filiusfamilias, pars familiæ censetur & à patre, tanquam ab origine & principio, dependet. Est enim *caro patris ancta, & novâ animâ animata*, ut ait Paul. Castr. *cons.* 264. *incip. in pr. al. caus. col* 3. *lib.* 2. licet secundum rectius sentientes, & anima filii extrahatur parentibus ut alibi novè declaravimus: Adam ex costa sua ædificatam Evam nihilominus vocat os ex ossibus & carnem de carne suâ, *Gen. c.* 2 unde Stephanus V. Papa, uxoris adulteræ parricidam, hoc argumento insectatur: *c. admonere, in pr.* 32. *quæst.* 2. *Occidisti uxorem, partem corporis tui c. Agathosa in fi.* 27. *q.* 2. *c. in nuptiis.* 31. *q.* 1. Quantò magis partem sui occidit pater, qui filium à natura sibi annatum, *§. hac autoritate dist.* 3 *gl. in c. studens verbo sur. dist.* 54. *in d. c. admonere ver. partẽ* 73. *q.* 2. *in l. super eo. de testib.* occidit, id quod Iustin. ultrò cõfitetur, *in l. ult. in fin. C. de impub. & al. subst.* dum ait: *Natura pater & filius eadem persona esse penè intelliguntur.* Verbum quippe *penè*, non ad verbum *intelliguntur*, refertur, sed ad *partem*, ut sensum eundem edat, quem repetit Iustinian. *in l. cum scimus* 22. *C. de agric. & cens. lib.* 11. nimirũ: *Filius pars patris quodammodo est*, quoniam nõ omninò patris portio est filius, cũ innatum per se ut persona distincta subsistat & in civitate proprium caput habeat, sed ex parte tantum, quatenus ex succo & sanguine patris constituit. Verbum *intelligitur*, insinuat quidem improprietatem

27. *Patris nomen ... ... pietatis.*

28. *Liberos esse ... ...*

29. *Non posse quenquam sibi iniquè partibus vim inferre.*

tatem aliquam, nisi extera verba reclament, ut hoc loco, dum *naturâ* dicuntur filius & pater una persona. Nam fictione, seu, ut loquitur Ulpianus *in l. filio 23. de lib. & posth.* *imagine* Veritas naturæ tollitur. *Dec. ius in l. 5. de R. I.* Quodq; ex natura prodit, ex fictione nō constat. Ex hac identitate personæ deducit Faber. *d. pr. 7. illat. 4.* jus & originem sui hæredis. Atqui suum hæredem patri non fictio juris, sed natura, seu *naturalis ratio*, ut ait Paul. *in l. ult. de bon. damnat.* assignat. Et sic licet interpretari legē 16. *ne eum filiof. de furt.* ubi, Paul. ait: *Nō juris constitutionē, sed naturā rei impedimēto esse, ne pater cum filiofam. furti agere possit, quod nō magis cum*
30. Non posse patrem cum filio furti agere.
his, quos in potestate habemus, quam nobiscū ipsi agere possimus. Natura enim nobiscum q; coalescunt, ideoque sicut nemini in sua membra, ita nec in liberos potestas summa concedenda, obstante perpetua illa pietate, qua quis tàm membris, quàm liberis suis obligatur. Aequè enim parentibus liberorum vitam caram esse, atq; suam, docet Aristot. 8. *Eth. cap. 12.* & exemplo suo confirmat Virginius *apud Liv. lib. 3.* nec non Cic. *in Orat. ad Quirit. post redit.* inquiens: *Quid dulcius hominum generi à natura datum est, quàm sui cuiq; liberi? Mihi verò & propter indulgentiam meam & propter excellens eorum ingenium, vita mea sunt cariores.* Idquè *instituente natura* fieri dicit Pacatus *in Paneg. Theod. ut se plus ferè filios, quàm nosmetipsos diligamus*, quemadmodū Accurs. non ineptè elicit *ex l. isti quidem 9. §. 3. in fi. quod metus causa* ubi dicitur: *Pro affectu parentes in liberis magis terreri, quam se ipsis*, & *§. ult. Instit. de noxal. per filij corpus patrem magis perdelitari*, &c.

31. Nihil carius parentibus quam liberi. Huic pietati & rationi naturali, quam vocant Impp. *in l. propter insidias 14. C. de his, qui accus. non poss.* tantum dedit D. Pius, ut filium desertorem, qui capite puniri debuisset, *ex l. 5. §. 1. de re milit.* si à patre oblatus fuerit, remissa pœna capitis, in deteriorem tantum militiam condemnaverit, ex hac generali ratione, *ne videatur pater ad supplicium filium exhibuisse, l. milites agrum 13. §. ult. in pr. de re mil. l. qui cum uno 4. §. qui filium* 11. *Eod.* quam ICti postea ad omnes casus extenderunt, quibus pater filium detulerit, *Felin. in c. quarenti col. 3. n. 6. de offic. deleg. Accurs. in d. l. 13. verb. desertorem de re mil. Hippol. Mars. in l. inauditum 2. nu. 8. ad l. Corn. de sicar. in l. Divus 5. n. 13. de parricid. Alciat. de præsumt. reg. 1. præs. 4. nu. 1. Menoch. arb. jud. cas. 347. Tiraq. caus. 18. n. 1. Carrer. in pr. tract. de homicid. §. nono quaero. Plach. Epit. delict. lib. 1. c. 38.* Eamq; opinionem, licet in praxi difficulter observari posse, & rarò solere testentur Cæpoll. *caut. 1. in* 13. Contra [illegible] tempore [illegible] filium [illegible] supplicio patris.
fin. Carrer. *ubi supr.* Clar. *in §. fin. q. 60. n. 25.* rationi tamen & juri communi apprimè cōsentaneam, *cum Farinac. q. crim. 9. nu. 172.* statuunt, quippe, cum nihil sit indignius, pietati & rationi naturali magis adversum, quàm filium ad supplicium vel offerre, *d. l. 14. C. de his qui accus.* vel certo periculo prodere, *arg. l. 2. & ubi gl. de recept. Dec. in c. 1. n. 37. de offic. deleg. Petr. Plach. Epit. delict. c. 38. Anton. Gabr. conclus. ult. n. 6. lib. 7. Osasc. decis. pedem. 80. n. 9. 11.* quemadmodum vasallus, sub pœna amissionis feudi, jubetur filium Domino prodere, *Zas. part. 10. de feud. num. 57. Sonsb. part. 12. nu. 60. Rosenth. c. 10. concl. 73. Moz. z. Ex quib. caus. feud. amitt. nu. 117.* Nam apud Persas homo quidam genere Mardus, cum filium haberet bonis infestum sibiq; refractarium, postquam parentis monita satis diu elusisset, ad judices loci vinctum adduxit commemoratisq; ejus virtutibus damnari petiit, quod cum durum videretur & insolitum judicibus, rem deferendam censuerunt ad Artaxerxem, à quo cùm idem pater petere obstinaret, Rex, *potune*, ait, *ferre, ut filius in tuo conspectu vita exuatur? Quid ni*, respondet ille. *Nam in horto, dum lactucam defrondo, amaros surculos amputando, tantum abest, ut matri noceam, ut occasionem potius illi præbeam & latius exurgendi, & reliquos ramulos insolentius circumferendi.* Miratus responsum Rex, patri quidem locum fecit inter judices, incorruptissimè de aliis judicaturum dicens, qui tàm sincerè judicasset de suis, filio verò vitam in gratiam parentis donavit. *Aelian. lib. 1. var. hist. c. ult.* Quantò illi aliter ac dubito annon rectius, de affectu paterno & vi agnationis naturalis censuerunt, quàm convenæ Romani? Nam naturæ semina necesse est corrumpant prius, qui contra affectum 14. Contra [illegible]
natura-

qui liberis vim inferunt.

naturalem parentes armant in *propria viscera*, quo nomine liberos vocat Hieronym. *in Epist. Paul. ad Philem.* Bald. *in auth. ex causa col. 7. Vers. Secundò excipio. C. de lib. prat.* *morbum cerebri videri habere scribit, qui naturalem erga liberos caritatem non curat. argum. l. amicissimos §. Lucius de excus. tut.* Multa licent extraneis, quæ non licent agnatis, propter unionē sanguinis, *Hipp. de Mars. in d. l. 5. nu. 2. de parr.* & Nellus rectè docuit: *quod stante statuto, bannitum impunè posse occidi, frater tamen nequeat vigore talis statuti impunè occidere fratrem. in tr. de bannit. 3. part. 2. temp. quæst. 53. Cepoll. in cens. 5 incip. Casus talis est. Dyn. in l. si adulterum cum incest. & liberte de adult.* Et quid opus est in hunc campum digredi, & affectum paternum pluribus ob oculos ponere, cum nō tantum Bodin. sed & Simplic. hinc solutionem nostrorum argumentorum desumat, de qua agemus paulò post.

15. *Nullus affectus superat paternum.*

Affectum verò paternum summum vocat Tryph. *in l. non solū 67. §. 1. in fi. de rit. nupt.* & Iustinian. ait, *l. ult. in pr. C. de curat. furios.* *Quis talis affectus extraneus inveniatur, ut vincat paternum?* Bald. ubiq; *ardentissimū, in l. precib. passim C. de impub. & al. subst. in c. per tuas. col. 2. de prob.* & gl. ait: *Non posse filium patre meliorem amicum invenire, in l. quidam cum filium de hared. instit.* id quod in plurimis legib. & decisionibus præsupponunt ICti. *l. isti quidem in fi. Quod met. caus. l. nec in ea 22. ad l. Iul. de adult. d. l. quidā de hared. inst. l. Paula Callin. §. Pēpeius de leg. III. l. ex facto. de vulg. & pup. subst. l. pen. de iur. C. l. tale pactū § ult de pact. l. 3. l. filio. de confirm. tut. l. pater. § cum à patre. l. si pater. l. iure nostro §. ult. de testam. tut. l. cū pater 77. §. Mando in pr. de legat. II. l. amicissimos 36. §. Lucius in fi. de excus. tut. l. 27. de Episc. audient. l. humanitatis 9. de impub. & al. l. propter insidias 13. C. de his, qui accus. nō poss. l. si unquā C. de revo. cen. l. cum avus. de cōdit. & demonstr. l. cum acutissimi C. de fideic. l. generaliter §. ult. C. de instit. & subst. l. sicut certi. l. si cum vel in utero. C. de test. milit. l. si pater. C. de sponsal. l. pen. C. de bon. libert. & infinitis aliis*, quæ aut ex affectus paterni vehementia extrahuntur, aut illi, tanquā fundamento innitūtur. Id quod neminem ignorare, aut mirari, dicit Quintil. *declam. 11. cui tit. Dives accusatus proditionis.* nisi *qui liberos non habet*, & Strigelius, explicans versum Virgil. 1. *Aeneid.*

Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.

Emphasin & sententiam ejus à nemine penetrari addit, nisi liberis à Deo donatum: sicut Agrippina mater Neronis ait: Non miror: Silanam nunquam edito partu, matrum affectus ignotos habere. *Tacit. 13. Annal. n. 6.* Agesilaum, eum amicorum quispiam offendisset equitantem in arundine longa, pueris-que par impar colludentem & magnum bellatorem eo nomine, cachinnis excepisset: *Nescis*, inquit Agesilaus, *quid hoc rei sit, qui liberos nondum genuisti.* Nam quantus sit affectus parentum in liberos, & quidem à natura adeò arctè insitus, ut nulla, quam sit improba, dissimulatione supprimi queat, ex uno Salomonis judicio abundè patet, apud quem, cum duæ mulieres de in fante, utrius esset, disceptarent, nec argumenta aut conjecturas ullas afferrent, sapientissimus Rex confugit ad impetus naturales, & jussit infantem medium dividi inter contendentes mulieres. Nescia enim se materna pietas continere, maluit partum suum vivum integrum adversariæ cedere, quam præsentaneo mortis periculo exponere. 1. *Reg.* 3. Idem ferè judicium dedit Claudius Imp. in mulierem, filium agnoscere negantē, quam jussit ipsi misceri, eoq; pudore conscientiam illius cōvicit, *Suet. in Claud. c. 15.* sed quod de Carolo II. Imp. refertur, propius ad propositū accedit: Nam cum pater & filius accusarentur cædis, constaretq; alterutrum horum ejus autorem esse, sed ignoraretur, utri culpa imputanda, Imperator, jussit filium ad patibulum rapi. quod cum inaudiret pater, sive innocentiam filii liberaturus, sive quod filio suspenso ingratam vitam trahere nollet, facinus confessus, pro eo pependit. *Refert Andr. Isern. in c. 1. §. publici Latrones in fin. de pac. ten. Barbat. in rep. c. Raynald. col. 43. & seq. de testib.* Amorem enim parentum abscondi non posse, tradunt Accurs. & Bald. *in utraq; lect. in l. 3. C. de patr. potest.* eumque luculentissimè expressit Mitio *apud Terent. act. 1. Adel sc. 1.*

16. *Quem tamē nemo, nisi qui liberos habet, satis assequitur.*

17. *Est autem affectus ille a natura.*

18. *Amor parentum abscondi non potest.*

Ego quia non rediit filius, quæ cogito &

T *Quibus*

Quibus nunc sollicitor rebus ne aut ille alserit,
Aut uspiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid: Vah, quemquamn. hominem in animo instituere, aut
Parare, quod sit charius, quam ipse est sibi?

Quis sceleratius unquam in patris cubile, vitam, & honorem insurrexit, quàm Absoló: nec tamen tot tantaq; crimina pietatem patriam imminuerunt, quin, audito filii suspēdio exclamaret: *O Absalon, fili mi, ô Absalon, Quis mihi tribuet, ut pro te moriar? O fili mi Absalon* 2. *Sam. c.* 18 *in fin.* eò minus mirum sit, si Iacobus Patriarcha, omnium liberorum preces, & ingesta solatii argumēta repulerit, id unicum ingeminans: *Descendam ad filium meum lugens in infernum, Genes.* 37. Fodicabat ægrum animum pueri indoles, eò impensius capita, quò maturius erepta, *cum ea sit natura mortalium, ut nihil magis placeat, quàm quod amissum est, & iniquiores simus adversus relicta, ereptorum desiderio. Sen. c.* 10. *consol. ad Mar.* *quamtoque quicquam longius Abest magis tantò cupimus & magis desideramus. Terent. Heaut. Act* 3 *scena.* Obversabatur præsagium & spes ex duplici hausta somnio te vivificebat per ejus memoriam adamata matrem: ante omnia verò stringebat amor, quo omnes quidem ex se genitos, sed maximè, qui uterum claudunt & cunctas amoris reliquias secum auferunt, parentes prosequi solent. Nam impossibile ferè censet Propheta, ut mulier obliviscatur ureti sui: *Esai. c.* 49. & vi exuat memoriam seminis sui. Hispana quædam mulier, cujus filius è navigatione Indica non redierat, in insaniam hac de causa redacta fuit, quod filium sibi vivum torreri ob oculos continuò clamaret. *Mart. in append. Decad. Indic.* Hoc enim supplicii paratum hospitibus apud Indos à sociis itineris audierat. Apud Romanos, cum clades, quam perpessi erant ad Thrasymenum Romam nunciaretur, fœminam unam, in ipsa porta, sospite filio repentè ex improviso oblato, in conspectu ejus expirasse ferunt, alteram, cui mors filii falsò nunciata erat, mœstam sedentem domi, ad primum conspectū redeuntis filii gaudio nimio examinatam

39. *Exempla quædam storges parentum.*

Liv. lib. 22. Theoxena princeps Thessalicæ, suum & sororis liberos, partim gladiis, partim veneno extinguere maluit, quàm regiæ Macedonum superbiæ ludibrio expositos videre. *Liv. lib.* 40. *in pr.* Virginius, cum velut servam ad stuprum rapi videret, morte amitti melius ratus, quam contumelia filiā, misericordia in speciem crudelitatis lapsus, pectus illius transfixit, *Liv. lib.* 3. & mortuæ tale Epitaphium adjecit, quod refert Appianus: *D. M. Virginiæ filia mea carissima Virginia nimian. ob pietatem propriis meis manibus interemta, proh dolor, quantum fuit carissima.* Octavius Balbus proscriptus à Triumviris, cum domo postica clam esset egressus, jamque fugæ expeditum initium haberet, postquam intus filium trucidari, falsus clamore è vicinia accepit, ei se neci, quā evaserat, obtulit, occidendumque militibus præbuit: pluris nimirùm illud momentum, quo illi præter spem videre filium incolumem contigit, quam salutem suam æstimās. *Val. Max.* 5. *c.* Quid Aegeum adjiciam, Thesei parentem, qui

ut summa prospectum ex arce petebat,
Anxiam assiduos contollens lumina fletus,
Cum primùm inflati conspexit lintea veli,
Præcipitem sese scopulorum è vertice jecit
Amissum credens immiti Thesea fato:

Catull. in nupt. Pel. & Thet. Plut. in Thes. Solon, quantumvis unus ex septem sapientibus, à Thaletis tamē sapientioris commento delusus, non propè abfuit, quin corpori suo impatientiâ ægrè faceret, cum de filii morte suborn atum nuntium accepisset, nisi dolum Thales maturè detexisset. *Plut. in Solo:* Gordianus Senior comperta morte filii & strage exercitus, laqueo vitam finivit, vitāque cum imperio reliquit, sive acri dolore filii occisi percitus, sive vires desperatas considerans, & ut vincula hostium vitaret. *Capitol. in Gordiano.* Tanto amore, ut pleraque alia, quæ nobis commendata esse voluit, ira & pietatem parentum confirmavit natura, ut Timantes Cinthius eum assequi desperans pictura, cum in Iphigeniæ immolatione pinxisset tristem Calchantem, tristiorem Vlyssem, addidisset Menelao, quem sum- 40. *Domestica mala extinguüt latitiā mox.*

summum poterat ars invenire mœrorem consumtis affectibus, non reperiens, quo digno modo patris vultum possit exprimere, velavit ejus caput; & suo cuique animo dedit æstimandum. *Quintilianus lib. 2. cap. 11.* Psammenitus Rex Aegypti, fortunæ injuria detrusus in manus Cambysis, cum amicos & propinquos ad mortem duci videret, largis lachrymis funera cujusque ex iis prosecutus est, sed liberorum cædes siccis oculis aspexit, rogatusque causam & illarum lachrymarum & hujus stuporis, *domestica mala*, respondit, *profundiora esse, quam quæ lachrymis exhauriri queant. Herod. lib. 3.*

Quodq; in extremis solet,
Periere lachrymæ. Sen. Oedip. in princ.

Qualem quidem senem depingit Apul. 9. *Metam.* qui *audita trium filiorum nece, nec ullum verbum, ac nec tacitum quidem fletum, tot malis circumventus quivit emittere.* Mauritius item Imperator, cum, *dicente Diacon. in Vita Maur. in fin.* Phocas *eum primum cruciaret cædibus filiorum, quorum quinque coram vestibus suis praeccidebantur, quasi in stuporem mole calamitatis actus, vocem emisit, non aliam, quàm hanc. Iustus es, Domine, & rectum judicium tuũ.*
41. *Zonar. in Maur.* Nec gravius supplicium contra perduelles, *communis civitatum institutio, ut ait Cicero,* excogitari potuit, quàm quod parentes scirent, filios secum interituros. *Curt. lib. 8. Halyc. lib. 8 Cicer. lib. sing. ad Brut. Epist. 12. & 15. l. quisquis §. filij. C. ad l. Iul. Maj.*
42. *Maior est amor parentum quàm liberorum.* Nam etiamsi filios morte parentum terrerent Macedones, *Curt. lib. 8* magis tamen deterreri parentes cæde liberorum certum est. quia *amor magis descēdit, quàm ascendit*, & parentes impensius amant liberos, quàm viceversa, ut docet Aristot. 8 *Eth. cap. 21.* In Evangelica historica, cum toties occurrant parentes, qui salutem liberis exorant, nullibi prodit filius deprecatum pro patre: Et cum sæpè evenit, ut,

Filius ante diem patrios inquirat in annos. Ovid. 1. Metam. de quo Senec. 5 *benefic. cap. 17. Quis non patri suo supremum diem, ut innocens sit, optat? ut moderatus expectat? ut pius cogitat?* ubi auditum fuit, *ait gloss. in l. ult. Cod. de pact.* parentes vitæ filiorum insidiatos fuisse? De insidiis à filiis in parentes locatis, testem se offert etiam Iustin. *in §. illud propriè 7. in fin. instit. Quod cum eo, qui in pot. in c. mater 15. in fin. Nov. 22.* & Philippus rex Macedon. Perseo & Demetrio filiis eadem objicit, *apud Liv. li. 40.* sed Dioclet. & Maxim. *in l. 14. C. de his, qui accus.* dum propter insidias locatas potestatem dant patri, filium accusandi apud præsidem provinciæ, hanc tamen exceptionem addunt: *si pietas & naturalis ratio animi tui non revocat intentionem.* Vultis scire quantum inter parentum liberorumque affectus intersit, 43. *Probatur experientiâ.* C. Toranium cum patre voces propono, quorum filius Triumvirûm partes secutus, præscripti patris sui Prætorii & ornati viri latebras, ætatem, notasq; corporis, quibus agnosci posset, Centurionibus edidit, qui eum persecuti sunt. At bonus Senex de filii magis vita & incrementis, quam de reliquo spiritu suo sollicitus, an incolumis esset, & an Imperatoribus satisfaceret, interrogare eos cepit, donec ex iis unus: *Ab illo*, inquit, *quem tantoperè diligis, demonstratus nostro ministerio, filij indicio occideris*, protinusque pectus ejus gladio trajecit. *Valerius lib. 9. cap. 11.* Aut si mavultis exemplum recentius, quodque eò fortius moveat. quo tenacius illius memoriam adhuc hodie æreis statuis, publico loco servant Gandavenses. Eâ ætate, cum carnificem nondum sontibus plectendis constituissent, capitis damnati fuerunt, pater & filius, sorte ducta, uter utrius carnifex esset, provincia istæc obvenit patri, quàm cum detrectaret, nec canos suos sanguine filii cruentare vellet, filius in patris successit locum, ejusque jugulum intrepidè hausit, tantò ad hoc scelus audacior, quantò impensius illud prætor à se amoverat. Nec enim ullâ ætate, ullâve regione desunt exempla miserorum parentum, imprimis segnioris sexus, qui omnes liberorum injurias perferunt domi, nec eas foras enunciant, ne in eos quicquã vel duriter vel ignominiosè statuatur, veriti. Novi fœminam, quam à filia non tantum opprobriis quotidiè proscindi, sed nonnunquam etiam vapulare, apud omnes constabat: ipsa tamen de filię petulãti à

rogata, tàm constanter negabat, quam constanter id tota civitas credebat. Apud Sen. *Contr.* 27. quàm sollicitè pater filium de verberibus, jussu Tyranni, sibi illatis, excuset, Declamatores certant. In agro Brunsvvicensi filium quidam obstinatus pater, ad patibulum damnandum, magistratui exhibuerat, qui ab eo tempore in omnium odiis vixerat, & cum copiæ ejus in angustum subinde cogerentur, ab omnibus divina vindicta percussus credebatur. Ne Davidis planctus repetam, qui etiam pro filio perditissimo mori optabat. Tanta pertinacia, tantoq; ue cum impetu propendemus, quotquot à nobis humani nihil alienum putamus, in affectum paternum, tantoque odio detestamur sævitiam, si quam exerceat pater in liberos, nedum ut gladium ipsi in manus, per naturalem rationem, tribuendum

44. *Et Aristotelis rationibus.*

putemus. Aristot. *dict. cap.* 12. tres rationes subjicit, quare parentes majori amore liberos, quàm liberi parentes prosequantur. 1. *Magis*, inquit, *norunt parentes, qui ex se sint, quàm liberi, se ex parentibus esse.* Mater enim semper certa est, pater incertus. *l. quia certa. de in jus voc.* ut & Telemachus apud Homerum. *Odyss.* 1. se matri fidem habere de patre dicit, præter ejus testimonium nihil sibi esse cognitum. 2. *Propius conjunctum est genito, id à quo est, quam procreatum procreanti. Est enim quod à quopiam est, proximum ei, ex quo est. ut dens, pilus, aut quidvis aliud habenti. Illorum verò nulli id, ex quo est, vel minùs.* 3. Idque etiam multitudine temporis. *Parentes enim quam primum natos diligunt, illi verò progressu temporibus parentes, cum intelligentiam*

45. *Cur matres impensius ament liberos quam patres.*

vel sensum nacti sunt. Atque huic simul constare dicit, cur matres magis ament. 9. *Ethic.* 4. *Parentes igitur liberos, ut seipsos, amant: Qui enim ex ipsis oriuntur, sunt quasi alteri ipsi, quia separati sunt: Filij autem parentes, ut ab illis enati.* Id quod paulò latius explicat 9. *Ethic. c.* 7. *Benefici beneficijs affectos amare magis videntur, quàm affecti eos qui affecerunt. Quod etiam in artificibus contingit. Quisque enim opus suum carius habet, quàm ab opere charus haberetur, si animatum fieret, ut in Poetis & Poematis eorum patet.* Et paulò post: *Hujus rei causa, quod esse omnibus expetendum est & amabile, sumus autem actu, vivendo & agendo. Ideo amat opus, quod fecit, quia amat suum Esse*, &c. Accedit quarta 46.

Parentes ex salute liberorum spectant memoriæ diuturnitatem.

ratio *ex Oecon. Arist.* scilicet spes posteritatis, qua, ut ait Quintilianus *decl.* 254. *cognitionem mittimus in extremos nepotes.* Idcircò enim *filios filiasve concepimus, atque edimus*, ait Callistratus *in l. liberorum* 220. *§. ultim. in fin. de V. S. ut ex prole eorum, earumve diuturnitatis nobis memoriam in ævum relinquamus.* Spe autem hac cadunt parentes, dum privantur liberis, ejusque nihil sperare habent liberi à parentibus. Sic enim Seneca *in consol. ad Marc. c.* 1. *Non est ignotum, qualem te in persona patris tui gesseris, quem non minus, quàm liberos dilexisti: excepto eo, quod non optabas superstitem.* Quæ cum ita sint, & naturali odio 47.

Quam sit potestas Rom. contraria pietati naturali.

soleamus parentum in liberos sævitiam detestari, meritò damnanda nobis erit, sive Romuli lex, sive Romulidum consuetudo, quæ manus paternas armat in sanguinem proprium, tanquam pietati paternæ, liberorum cum parentibus unioni, & cæteris, quæ prolixius deductæ sunt, rationibus naturalibus, *d. l.* 14 *C. de his qui accus.* inimica, & ut ait Paulus *l. amicissimos* 36 *in fin. contra stimulos naturales*, hoc est, Deo ipsi & naturæ bellum movens.

48. *Privata iudicia omni iure esse prohibita.*

Sequitur, ut eandem ex aliis castris utilitatis publicæ & Iustitiæ expugnatum revertamur. Regula quippe juris est, tranquillitate publica & lege juris æquique vallata: *Non est singulis concedendum, quod per magistratum publicè fieri possit. l. non est sing.* 176. *de R. I.* Si quis enim putat, *vim esse solum, si homines vulnerentur*, ex decreto D. Marci errat. *Vis est & tunc, quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per judicem reposcit. l. Extat.* 13. *quod met. caus. l. creditores* 7. *ad l. Iul. de vi priv.* seu vim facit, quicunque sine autoritate publica manum privatam alicui injicit. *l. si quis aliquem* 5. *de vi priv.* Per vim verò non est dubium, quin vehementer concutiatur compages Reipubl. ut Theodoricus Rex *apud Cassiod.* . *var. Epistol.* 10. dum pignorandi studium condemnat, & quod quis cum repetere debuisset, pignorandi vi invaserit, pignoranti voce jure abjudicat, scribit:

scribit: *Quid enim à bellica confusione pax tranquilla distabit, si per vim litigia terminentur? Hinc est, quod legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu* Ipse Paulus regulæ suæ hanc rationē assignat: *ne occasio sit majoris tumultus faciendi.* Cū igitur privatis hominibus potestas publica, de vita & sanguine judicandi, ex sententia Bodini tribuitur, quid ex privata illa jurisdictione expectandum, nisi quod lex præsumit, sc. vim, *d. l. extat & d. l. creditores*, & tumultus, ex privatis ædibus in rostra & curias procursuros? Perit enim omnis imperantium, adeoque totius Reipub. ordo, si privata imperia subtrahantur censuræ publicæ, & domi quisq; magistratuum jussa vel antevertat, vel destruat. Rectè enim adolescens, quem Augustus ipse forte fortuna in eum incidens, verberaverat, propterea, quod Iuliam filiam stupraverat, excepit: *Atqui legem tulisti, Cæsar*, admonens se non privatim, sed secundum legem ab Augusto, de puniendis adulteris latam, castigandum. *Plut. in problem.*

49. *Et vergere ad turbandam Remp.*

50. Bodinus inter cætera utitur hoc argumento, quod post sublatam antiquorum potestatem, repleta fuerint tribunalia litibus inter virum & uxorem, parentes ac liberos, fratres ac sorores, quas olim pater facilè autoritate suâ compescebat. Imitatur autem malos medicos Bodinus, qui sentinam humoris gravantis ab uno membro rejiciunt in alterum, & gloriantur interim, quod à morbo ægrotum liberarint. Non est illi Crisi fidendum, quæ cum incommodo unius ventris, alterum exonerat, quave caput, ut se fasce suo levet, prægravat pulmones, aut inferius situm ventriculum: sed tum demùm probè officio defuncta est natura, quando extra corpus fomitem morbi averruncavit, & totum corpus sanum reliquit. Bodinus liberat litibus curias, sed iisdem replet familias, dum parentibus domum remittit expedienda, quæ tot viri prudentes, tantæ potestatis, conjuncto consilio expedire nescierunt. Quod enim suâ potestate patrem potuisse fingit, cur non idem possit, & quidem æquè facilè judex autoritate multò majore. Æquè verò pernitiosum est, si domos singulas perstrepant litigia, ac si

51. *Bodin. imitatur malos Medicos.*

si in senaculum unum concludantur. Tum etiam malo medendum est sine impietate & injuria. Tum verò, si lites auferantur è foro & retrudantur in privatas ædes, non tantū violatur pietas paterna, & cogitur pater sibi ipsi & sanguini suo vulnus inferre, ut jā latius diximus, sed & parti læsæ privata indulgetur vindicta, quo nihil est saluti publicæ magis inimicum, nec justitiæ contrarium. Nam si jus est, eo modo litium segetē demetere, cur non duella antiquorum, & Saxonum Faustrecht/ postliminio redire jubemus: aut arbitrio boni viri causas compendio decidendas committimus? Compendiosæ sunt hæ viæ, sed periculosæ, & in præceps ducentes. Nec id tantum curandum, ut incommoda publica tollamus, sed ut sine incommodis. Egregiè rationabatur T. Manlius, dum se in eam necessitatem adductum dicit, ut aut Reipubl. sibi aut sui suorumq; obliviscendum sit, ideoque ait: *nos nostro delicto plectamur potius, quam Respub. tanto suo damno nostra peccata luat. Triste exemplum, sed in posterum salubre juventuti erimus: cujus documentum capesis in arena, dum statim subjecit* Liv. *lib. 8. Fecit atrocitas pœna obedientiorem Duci militem, & præterquam, quod custodia vigiliæ, & ordo stationum intentioris ubiq; curæ erant, in ultimo etiam certamine, cum descensum in aciem est, ea severitas profuit.* Nec tamen publici boni prætextu Manlius vel exercitui & Romanæ juventuti, vel sanctis etiam Patribus se satis excusatum reddidit, propter atrocitatem, qua pietatem patriam everterat. Multò minus crudelitas patriæ potestatis palliari potest publica fori tranquillitate, cum & ipsa per se funesta sit, & divinis literis, vindictam omnem privatam detestantibus, præscriptisque justitiæ magnoperè adversetur, ut porrò nobis demonstrandum incumbit.

52. *Et curat malum minus malo majori.*

Nam præter turbationem publicæ pacis, si sese ulciscendi erga impium filium potestas patri detur, annon, cum filius & pater una persona sint, *l. ult. in fin. C. de impub. & al. subst. l. ne cum filiof. 16. de furt.* eidem datur jurisdictio in seipsum, quod universa Ethica & Iurisprudentia abhorret, & Theodoricus quoque Rex detestatur, inquiens:

53. *Nemini danda in se & suos jurisdictio.*

quiens: *Fœdum est inter jura publica privatis odiis licentiam dare, nec ad arbitrium proprium judicandus inconsultus fervor animorum: apud Cassiod. lib. 4. Epist. 20.* Paulò concisius Iulianus: *Iniquum est, aliquem suæ rei judicem fieri. l. Iulianus 17. de judi. & ubi.* & Vlpianus eum, qui jurisdictioni præest, vetat omninò jus dicere. *Vel sibi, vel uxori, vel liberis & libertis, & quos præterea secum habet. l. qui jurisd. 10. de jurisd.* quod licet ad patrium judicium non

54. *ob præsumtam iniquitatem.* trahatur, cum judicare sit munus publicum, *l. quippe de jud.* & publicis non misceatur jus potestatis. *l. Nam quod 14. in pr. ad Trebell.* tamen huc à nobis extendetur propter generalitatem rationis. Iniquum enim id esse dicit Iulian. *d. l. Iulianus 18.* & Imp. *in l. un. C. ne quis in sua caus.* Iniquitas autem in eo consistit, quod qui de suo negotio jus dicit, aut plus sibi tribuat, quàm oportet, aut adversarium durius ulciscatur, quàm qualitas facti exigat, quâ de causa Papa ad superiorem remittit, qui temerè prorupit contra assertionem judicis, ne quem sibi inimicum fecit, negotii injuriarumq; suarum arbitrum suspectum habere cogatur. *c. delectus de pœnis.* Ista verò iniquitas ita innectitur privato judicio patris, ut ex præsumtione naturali, fieri vix possit, quia in alteram partem peccet, liberosque puniat aut nimis molliter aut nimis duriter. Si enim

55. *Amor pervertit judicium.* quæstio sit de vindicandis alienis injuriis, non fallet pater præsumtionem illam juris, ex naturali affectu & identitate parentis & filii desumtam, quod *proximus sit quisq; sibi, & sibi suaq; benè malit, quam alteri. Bonos judices habemus patres*, ait Salvian. *in Epist. Affectus ipse pro nobis orat, natura ipsa nobis postulat, suffragia causarum in mentibus judicum habemus. Citò adnuunt, qui suo ipsi amore superantur.* Et paulò post: *Certè etiamsi justas causas succensendi parentes habeant, nihil contingere iis felicius, nihil optatius potest, quam ut sic iis pro reatu filii satisfaciant, ne necesse habeant vindicare. Familiariter enim,* ait Sen. *domestica aspicimus, & semper judicio favor officit. de tranquill. anim. c. 1.* Imò ipse Arist. *3. Polit. c. 6. in pr. Plerique ferè mali sunt judices, de suis rebus.* Excellentium tantum est, judicio affectus subtrahere, & cum Phocione, qui Charicli genero in causa injusta præsidium negabat, cumq; Agide, qui rogatus à parentibus, ut pro se pronunciaret, memor gratitudinis, quam parentibus debeat, respondit: *Quando in vestra eram potestate, vobis obtemperavi: postquam me voluntatis obedire legibus, secundum illam voluntatem vestram, non secundum quod rogatis, faciam. Plut in Phocid. & Agid.* amori paterno renuntiare. Plerosque abripit vis naturæ, ut misericordia corrumpant justitiam. 56. *Parentes plerumq; adsimentes faveat liberis contra alienas injurias.*

An eò fit, quia nostra in re, aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine.
Ter. Heaut. 3. sc. 1.

Nec enim solum *Matres omnes filiis*
In peccato adjutrices, auxilio in aliena injuria
Solent esse. Ter. Heaut. Act. 5. sc. 2.

sed & patres sic solent filiorum injurias accusare: *apud Ter. Adelph. 1. sc. 2.*

Non est flagitium, (mihi crede) adolescentulum
Scortari, neq; potare: non est, neq; fores
Effringere. Hæc si neq; ego, neq; tu fecimus,
Non sivit egestas facere nos. Tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tū fecisti inopia, &c.

Et quis dubitat, uter tali judice sit victurus, filiusne, cui precator potius, quàm judex sedet pater, an is, qui cū filio injuriarū agit? Nam si tantum erga liberos amorem in parentibus agnoscit Bodin: ut pro iis etiam, à quibus lethalia vulnera acceperunt, deprecentur, quemadmodum exemplo uno atq; altero demonstrat, quantò magis iisdem favebant in causa aliena, quâ ipsi læsi non sunt. *Vna mehercule falsa lachrymula, Quam illi oculos terendo miserè vix vi expresserint,* extinguet tercentum adversarii argumenta, quemadmodum Alexander, cum Antipater prolixam scripsisset Epistolam, ad Alexandrum contra Olympiadem, *Nescis,* inquit, *quod una matris lachrymula multas delebit Epistolas. Plut. Apophth.* Flagitia Messalinæ & novas nuptias, vivo marito, impudenter constitutas non ignorabat Imperator, nec poterat non vehementer illi succensere, quæ in tantam infamiam domum Imperatoriam conjecerat, in sacrum

cubile

cubile profanorum adulterorum turbam protraxerat, non dubia spe, novo marito imperium cum nuptiis tradendi. Et tamen, tot injuriis lacessitus, cum preces uxoris è longinquo audiret, communes liberos objicientis & petentis: *Octaviæ & Britannici matrem audiret*, ab ira ad misericordiā recessisset, nisi Narcissus libertus, ea propere amota, totius negotij judicium in se transtulisset, & cædem adulteræ anteverrisset. Nam, ut scribit Tacit. 11. *Annal in fi. Claudius domum regressus, & tempestivis Epulis delinitus, ubi vino incaluisset, ire jubet, nunciariq; misera, (hoc enim verbo usum ferunt) dicendam ad causam postero die adesset. Quod ubi auditum, & languescere ira, redire amor, ac si cunctarentur, propinqua nox, & uxorij cubilis memoria timebantur, prorupit Narcissus, mandavitq; Centurionibus & tribuno, qui aderant, exequi cadem.*

17. *Amor paternus superat conjugalem.* Tàm facilè potuit tantoperè læsum animum reflectere amor conjugalis, quem tamen post paternum multis parasangis relinqui, scribunt Accurs. & Bart. *in l. Lucius de vulg & pupill. Tiraq. in l. si unquam in præf. n. 12. & in gl. verb. Libertus n. 1. 7. C de revoc. donat.*

Si verò ab altera parte quæstio incidat de vindicandis injuriis, à filio in patrem ipsum commissis, multò minus pater in suo ipsius negotio judex esse potest, quia aut præ nimio amore dissimulabit facinus, & crimina remanebunt impunita, aut præ nimia ira plus ager, quàm oportet & æquitas fortè permitteret. Prius confitetur Simplic. ipse, *d. loc.* dum ait: *Romanos fretos pietate naturali*, tantum potestatem patribus indulsisse, & Bodin. ex priori solvit posterius.

18. *Amor videtur retractu[illegible] parentes a severo supplicio.* Nam cum sibi objecisset periculum, quod liberis creatur ex tanta parentum potestate, respondet: *Pater, qui sapit, sine causa filium non necabit, eum ne merentem quidem castigare velet. Tantus est parentum erga liberos amor, ut nihil in eos turpiter, nihil indecorè moliri, sed justè ac utiliter consilia pro iis capere censeantur. l. cum furiosus C. de cur. fur. l. ult. C. fam. ercisc.* Nec inficior hanc rationem ab ipso Papiniano allegatam *in l. nec in ea 22. in fin. ad l. Iul. de adult.* dum ait: *Ideò autem patri, non marito mulierem & omnem adulterum remissum est occidere, quod plerumq; pietas paterni nominis consilium pro liberis capit: cæterum mariti calor & impetus facilè decernentis fuit refrenandus.* Verum in hoc casu, pater à filia adultera; non tàm læsus est, quàm maritus: ideoque marito ea potestas subtrahitur, quæ datur patri. Quod si patrem in eodem loco constituas cum marito, hoc est, pari injuria læsum & commotum, idem jus ex eadem causa statuendum. Difficulter quidem ad vindictam à filio sumendam exverberatur parens, & quamdiu affectui indulget, minus punit, quam debet, dum ne merentem quidem, ut confitetur Bodin. castigare vult. Vbi verò ad iram provocatur, quod non nisi gravissimâ ex causa factum præsumitur, teste Cicer. qui dicit *in Lal. in pr. Caritas, qua est inter natos & parentes, dirimi nisi detestabili scelere non potest.* Sicut periculosius decumbere scribit Hippocr. quorum naturæ, & ætati & habitui & anni tempestati morbus magis adversatur, *lib. 2. Aph. 34.* cujus rationem *in comm. Aph.* aperit Galen: qui contra naturam & temperiem morbus non incutitur, nisi à causa vehementissima, quæ proinde gravissimum arguit affectum: Tum nescit iræ modum ponere, *quaq; apud concordes*, dicente *Tacit. lib. 1. Annal Vincula caritatis sunt, incitamenta irarum fiunt apud infensos*, ut ex iis, quæ subjiciemus, videre licet. *Iram* enim *& spem* jure *fallaces autores* vocat Seneca, & Arist *lib. 7. Eth. c. 6.* licet iram tolerabiliorem faciat cupiditate: tamen in hoc reprehendit: quod præceps feratur, & pœnitendæ plus æquo indulgeat vindictæ. Architas Tarentinus rura sua corrupta à villico intuens, *Sumsissem*, inquiebat, *a te supplicium, nisi tibi iratus essem.* Maluit impunitum dimittere, quàm propter iram gravius justo punire. *Val. lib. 4. c. 1.* Nec enim soli T. Quintio Flaminio hoc vitium fuit, ut quem in irâ castigabat, præter modum castigaret: *referente Plut. in Flam. in pr.* non soli Theodosio legē hanc præscripsit Ambrosius, ne sententiæ de cæde vel bonorum publicatione latæ, ratæ essent

19. *Caritas erga liber. nonnisi detestabili scelere minuitur.*

60. *Gravissimè irascitur pater liberis.*

61. *Ira modum excedit vindictæ.*

ante 30. diem elapsum, cum Thessalonicenses ex furore injustè cædi jussisse. *Niceph. lib. 12. c. 41. Ruffin. lib. 2. c. 18. Otto Frising. lib. 6. c. 18.* sed vel sapientissimis mortalium idem accidit, ut ab ira in præcipitium inopinò trahantur, quemadmodum exemplo Platonis proponit Valer. Max *ubi supra* & Senec. 3. *de Ira c. 12.* inquiens: *Non potuit imperare Plato à se tempus, cum servo suo irasceretur, sed ponere illum statim tunicam, & prabere scapulas verberibus jussit, suâ manu ipse percussurus. Postquam intellexit irasci se, sicut sustulerat, manum suspensam detinebat, & stabat percussuro similis. Interrogatus deinde ab amico, qui fortè intervenerat, quid ageret. Exigo, inquit, pœnas ab homine iracundo, velut stupens, gestum illum deformem sapienti viro servabat, oblitus jam servi, quia alium, quem potius castigaret, invenerat. Itaq; abstulit sibi in suos potestatem. & ob peccatum quoddam commotior: Tu, inquit, Speusippe, servatum istum verberibus objurga. Nam ego irascor. Ob hoc non cecidit, propter quod alius cecidisset. Irascor, inquit, plus faciam, quam oportet. Libentius faciam. Non sit iste servus in eius potestate, qui in sua non est. Aliquis vult irato committi ultionem, cum Plato sibi ipsi imperium abrogaverit? Nihil tibi liceat, dum irasceris. Quare? quia vis omnia licere.* Iam verò pater ad puniendum filium non prodit, nisi iratus, quia absque illo impetu sit, ab omni duritie, lenitate & indulgentiâ retrahitur. In iram verò erga sanguinem suum non exardescit, nisi oppidò graviter læsus, & vehementi injuria provocatus, quo quidem in articulo nemo tàm sui potens est, quin vindictæ non plus æquo indulgeat. *Difficilius enim est moderari, ubi dolori debetur ultio, quam ubi exemplo. Sen. 1. de Clem. c. 20.* Et ut sæpius læsa patientia degenerat in furorem: Ita summo amori summum succedit odiũ, cujus documentum capere licet ex dissidiis fraternis, quæ evadunt omnium maximè exitialia, ut docet Plutarch. *in lib. huius tit.* & notat Perer. *in c. 37. Genes. disp.* 4. de pertinaci fratrum Iosephi odio agens, nec non divortiis & frivusculis conjugum; quæ difficilimè placari dicit Salom. *Proverb. c. 6.*

62. *Patrem non servare modum, dum ad castigandum filium exardescit.*

63. *Summo amori succedit par odium.*

prout & lex mariti erga uxorem fœdifragam iracundiæ nullo modo fidit. *l. nec in ea 22. in fi. de adult.* licet multi conjuges impensius sese quàm liberos ament, ut idem Bart. quem suprà diximus prætulisse amorem liberorum, sibi contrarius asserit. *in l. pater 101. §. Socius 3. de cond. & demonstr. in l. precibus. C. de Impub. & al. subst.* Cicer. *in Lal. in pr. P. Sulpitius tribunus pl. capitali odio à Q. Pompeio, qui tum Consul erat, dissidebat, quo cum conjunctissimè & amantissimè vixerat.* Præsumtio quidem ex affectu naturali deprompta, satis violenta est, nec tamen illi plus tribuendum, quàm factorum veritati. Nam & Solon ex verisimili conjectura collegit, per rerum naturam futurum non esse, ut filius manus mortiferas inferret patri, qua de causa in parricidas supplicium nullum constituit: paterq; quidam, cujus nomen non exprimit Valer. *lib. 5. c. 9.* cum à filio necti sibi insidias comperisset, nec inducere in animum posset, ut verum sanguinem ad hoc sceleris progressum crederet, seductam uxorem suppliciter rogavit, ne se ulterius celaret, sed diceret, sive illum adolescentem subjecisset, sive ex alio concepisset: Multorum tamen improbitas, perrupto naturæ vinculo, viam futuris pœnis aperuit, nihilque ostendit tàm naturale esse, quod perversitas humana expugnare & in contrarium vertere non possit. Saltem igitur in hunc evẽtum absoluta potestas deneganda fuit patribus, ne quâ, exuta nativa humanitate, in sui dedecus & liberorum immedicabile dispendium illa abuterentur, & ut ait Papinianus: *Filios malè contra pietatem afficerẽt. l. ult. in pr. Si a. par. quis manum.* Quam multos enim parentes in liberorum capita armatos protrusit vel insatiabilis cupido dominandi, vel novellus & reiteratus amor, vel præceps & sontica iracundia? Erixo Eques Rom. flagellis occiderat filium, quem populus ob eam causam in foro graphiis confodisset, nisi Augusti autoritate ereptus fuisset. *Senec. lib. 1. de Clem. c. 14.* Lysimachus, qui ex Duce exercitus Alexandri, Regem Ponti se constituit, Agathocli filio venenum propinavit, ne is novercæ regnum præriperet. *Iustin. lib. 17.* Herodes quot filios Diti consecravit, antequam ipse seque-

64. *Idq; non tantum inter fratres & conjuges sed & parentes & liberosq; observari.*

65. *Exempla probatur variorum parentum in liberos.*

sequeretur affectati regni magis suspectos, ...u convictos. *Ioseph lib. 16. ant. g. Iud.* E... filium Antipatrum prodidit ipsa mater filia summi Pontificis, *ut idem refert lib. 17. c. 7.* Constantinus Imp. (*Verba sunt Zosimi in Const.*) Cæsaris ornatum titulo, quod in suspitionem venisset, quasi cum Faustæ noverca consuesceret, nullâ ratione juris naturalis habita, sustulit. Cumque Constantini mater Helena tantam calamitatem ægro ferret animo, & intolerabilem ex cæde juvenis dolorem perciperet, quasi consolans eam, malum malo majori sanavit. Nam cum Balneum supra modum accendi jussisset, eique Faustam inclusisset, mortuam inde extraxit. Quod si Zosimus parum sinceræ tibi videtur fidei, audi victorem: Constantinus, Fausta uxore, ut putant, suggerente, Crispum filium necari jubet. Dehinc uxorem suam Faustam in balneas ardentes conjectam interemit, cum eum mater Helena ardore nimio nepotis increparet. Omitto Ptolemæos AEgypti, quorum vix quisquam ab hoc crimine puras habuit manus: Prætereo Artaxerxem Persam, *Plutarch. in Artax.* & Solymannum Turcam, qui Mustapham, fraude novercæ dementatus, perire coegit, ne Selymo & Bajazethi in adeundo regno obstaculo esset *Busbeq. Epist.* 1. Laodice Ariarathis Regis Cappadociæ uxor 5. filios veneno sustulit, ut sola regno potiretur. *Iust. lib.* 37. Irene Imperatrix filio a solio dejecto, ne amplius ad idem reditum sperare haberet, oculis multari curavit, ex quo ille vulnere statim interiit, Tum per XVII. dies Sol non splenduit, dieque extiterunt adeò tenebricosi, ut naves à portu aberrarent, quod vulgo ab omnibus divina providentia creditum est accidisse, sole a tam indigna clade, filio per matrem illata, faciem avertente, ut tum Zonar. tum Diac: *in Const. & Iren* posteritati legendum reliquerunt, quemadmodum post parricidium Neronis Solem repentè defecisse notat Tacit. 14 *Annal.* sive in medio sacrificii quæ Agrippinæ causa, decreto Senatus fiebant, ut refert Dion *in Ner.* Et ... quidem ex insania dominandi, liberis ... fecerunt, Constantinus verò M. do... cum scelus seu potius suspitionem in filio puniit, quemadmodum & Machæus Carthagini dux filium in crucem egit, quod exuli & mœsto patri non horruisset, habitu Pontificali, obviam procedere, quem ob id factum Carthaginenses parricidii jure damnarant. *Iustin. lib.* 18. Foxans Comes filium, ad venenum cibo patris inspergendum, præter scitum suum subornatum, adacto in jugulum cultello, furibundè interemit. *Froissard. lib. 3. c. 8.* Primus quoque Flandriæ Forstarius Iohannem primogenitum capite multavit. *Henning. in Geneal. Com. Flandr.* & Philippus II. Rex Hispan. filium Carolum, incertum, an sua manu, in carcere jugulavit. Guilielmus Mantuæ Dux, unicum filium & hæredem, ob perpetratum homicidium proscripsit, fortè in eum animadversurus, nisi fugâ iram paternam declinasset. *Bess. de pact. famil. Illustr c.* 8. Quid ita, inquit eum de magnitudine affectus paterni, tàm magnificè multa sint disputata. Vbi in uno subjecto affectus plures concurrunt, sive innati sint, sive prævia notitia ab objecto eliciti, fortior suffocat debiliorem, & ut ignes solent, major consumit minorem. Natura quippe intus impellens, hortatur irasci sceleribus, & quo scelera sunt graviora, eò acrius insurgit τὸ θυμικόν. Nihil autem est, quod animum profundius vulneret, quàm injuria profecta ab quo, *ut dicit Cicer. nefas putares te decipi.* & propterea censet Albutius Popilium, cujus causam Cicero dixerat, ab Antonio ad cædem Ciceronis missum fuisse, *ut molestius ferret se à Popilio occidi, quàm occidi. Senec. Contr.* 17. quem colorem illic latius diducit Marcell. *Cogitabat*, inquit, *Antonius, quod Ciceroni excogitabat supplicium Occidi jussero? Olim iam adversus hunc metum emunivit animum. Scit mortem nec immaturam esse Consulari, nec miseram sapienti. Fiat aliquid novi, quod non expectat, quod non timet: Non indignabitur cervicem hosti porrigere, indignabitur clienti. Popilium aliquis vocet, ut sciat, quantum illi res defensi profuerint.* Rationem, unde id fiat, aperit Arist. 7. *Polit. c.* 7. & nos ex eo retulimus *de Connub. cap. 7. sect. 5. num.* 22. *Si inimicus homo maledixisset mihi*, dicit Psalmista loquens in persona Christi, *sustinuissem*

66. *Qui fiat, quod ex summo amore nascatur odium.*

67. *Summa est injuria quæ à benemerito infertur.*

nuissem utique: Tu verò unanimis & notus meus, qui dulces mecum capiebas cibos: Psalm 54. Item: *Qui panem meum comedit, calcibus mihi insultat. Psalm. 41. Iohan. cap. 13. Detestabilis quidem est omnis injuria, & quicquid contra leges admittitur, justa execratione damnatur. Sed malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta suscipere, unde credebantur auxilia provenire. Exaggerat enim culpam in contrarium versa crudelitas, & majus reatus pondus est, inopina deceptio. Cassiod. 4. Var. Epist. 27. in pr.* Cicero hunc decimum tertium locum exaggerandi constituit, seu misericordiæ, *per quem,* inquit, *indignatione conquerimur, quod ab iis, à quibus minimè conveniat, malè tractemur, propinquis, amicis, quibus benefecerimus, quos adjutores vitæ putaverimus, aut à quibus indignum est, ut servis, libertis, clientibus, supplicibus, 1. de Invent. in fin.* Cum verò non sint, quibus post DEUM immortalem plus debeamus, quàm parentibus, nullis quoque mortalium justiorem bilem ingratitudine in nasum concimus, quam illis ipsis: *συγγιγνώσκοντες,* ait Aristoxenus, *ὡς εἰκότως μάλιστα πατὴρ ὑιῷ δοξάζων ἀδικεῖσθαι θυμοῖτ' ἂν ἀλφιζόμενος,* non ignorantes, jure admodum filio succensere patrem vehementer, si quando ab eo injuriam sibi fieri arbitretur. *lib. 4. sentent. Pythagor. Grave repelli à domesticis. Senec. 1. controv. 1.*

68. *Justissima succenendi causa est parentibus, cum liberi degenerant.*

Et hæc tanta, tamque justa ira supprimit affectum alterum, pietatique tàm diu silentium imponit, quam diu frementes parentes justissimo dolore, rapit extra se. Id quod non tantum hoc casu accidere videmus, sed & si novos amor excutiat veterem, incipiens cessaturum, violentes delassatum.

69. *Secundò nubentes obliviscuntur liberorum.*

Quoties enim videmus parentes ad secunda vota transeuntes, liberorum curam novi conjugis amori adeò postponere, ut Iustin. renubentem uxorem dicat trium oblivisci, *DEI, mariti defuncti, & liberorum, Auth. de nupt.* Germanicè dicere solemus: *Paratum esse vitricum liberis, quibus superinducitur noverca,* cujus rationem expressit Homer. *Odiss. 5.* quod, qui novis amoribus se implicat omnia còrcferre cogatur, ut promereatur gratiam ejus, cui placere studet. Unde renuptæ matres non tantum abigúntur à tutela liberorum, *Auth. Sacramentum. C. quando mul. tut. off.* quod lex earum diligentiæ tum non amplius confidat, *l. lex quæ tutores C. de admin. tutor.* Sed injuriam quoque, liberis per reiteratas nuptias, illatam, pro modo noxæ leges vindicant, *l. fœmina. C. de sec. nupt. l. fin. ubi not. Dd. C. de bon. mat. Auth. cui relictum. C. de ind. vid. toll. Auth. quod locum. C. si mulier sec. nups.* de quibus pœnis diximus *in lib. de Connub. cap. 5. sect. num. 11.* quod à Iure Canonico non sint sublatæ. Eruitur autem ex his ll. præsumtio juris, contra eos, qui nuptias repetant, quod sc. præ novo amore nuptiarum sint exuturi, aut saltem imminuturi affectum paternum, quemadmodum innuit Valer. Max. *lib 2. cap 1.* de repetitis nuptiis agens: *Spernis, quos genuisti: Nubis effœta.* & Hieronym. *Inflammata libidine obliviscitur uteri sui, & inter parvulos, suas miserias nescientes, nova nuptia componitur.* Quintil. verò *declam. 6.* patrem sic loquentem ad filium introducit: *Filium & virum reddere non poterat: Reddidit, quem magis amabas, scil. virum.* Hinc fit, ut avis in nepotes plus tribuat Cassiod. *lib. 4. Epist. 12.* quàm parentibus ad secunda vota transgressis, dum ait: *Avia cura tenerior suorum:* 70. *Avia [illegible] dum: [illegible] curato liberos, quam parentes.* & apud Senec. *4. controv. 28.* avus nepotem ex domo filii, qui novercam superinduxerat, rapit, in securiorem locum transducturus, quod binos eius fratres suspecta morte periissent, pro cujus paterni affectus æquitate & excusatione multa illic disputantur, licet alias Marcianus à crimine parricidii avum, non perinde excipiat, ut patrem, *in l. 1. ad l. Pompej. de parr.* quod in eadem Controv. innuit Gallio: *Habet sua jura natura, & hoc inter avum patremque interest, quod avo suos servare licet, patri etiam occidere.* Nimirum, quia dicente Acron. *ad Od. 12. lib. 1. Horat. Patrui adolescentibus corripiendis austeriores esse solent, quam patres, quibus natura ipsa indulgentiam plerunque extorquet.* Unde Horat. in *d. Od.* 2. *Patruæ verbera linguæ,* dixit pro: *Severa,* & Cicer. de severitate censuræ: *Patruus quidem magister hoc diceret.* Sæpius igitur violentiores impetus, si non radicitus extirpant

71. [illegible]mia in[illegible]tia patrum.

pant, multis saltem modis convellunt affectum paternum, ræque ultra modum frena relaxant, aut si pietas naturalis prædominetur, iramque elanguescere faciet, minus in libero, animadvertet, quàm facinorum conditio sæpè mereatur. Fulvius etiamsi auxilium senatus implorasset, ut suspectus parricidii filius & ob id latens per trium virum conquireretur, ac jussu patrum conscriptorum comprehensus esset, post non solum eum non notavit, sed etiam decedens Dominum omnium esse voluit. L. Gellius, cum gravissima crimina de filio, cum noverca commissum stuprum & parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet, non ad vindictam procurrit continuo, sed penè universo Senatu adhibito in consilium, expositis suspicionibus defendi se adolescenti copiam fecit, inspectaque causa, de concilij, tum etiam sententia sua *Valer. Max. lib. 5. cap. 9.*

Qui enim leni victoq; animo sunt in suos,
Vehementes in utramq; partem plerumq; sunt nimis,
Aut duritie nimia aut indulgentiæ,
In utramq; fraudem, ex hac re, atq; ex illa incidentes.

Terent. Heaut. Act. 3. sc. 2. cujus rei vivum exemplum in Menedemo depinxit Terent. qui cum

Non ut animum decuit ægrotum adolescentuli,
Tractaret, sed vi & via pervulgata patrum
Quotidie accusaret filium, eoq; adigeret
Sæpe eadem & graviter obtundendo, victus ut
In Asiam ad regem militatum abiverit,
Daturus de se supplicium usq; filio
Decernit tantisper se minus injuriæ
Suo gnato facere, dum fuit miser,
Nec fas esse ulla se voluptate huc frui,
Vsq; dum ille vitam illam colat,
Inopem carens patria, ob injurias patris.
Heaut. Act. 1. sc. 1.

72. Vtroque modo iniquitatis summæ alligabitur potestas patria, tutiusque causæ rejicientur ad magistratus publicos, qui prætorquam, quod exemplo non ultioni pœnam infligentes, facilius sibi moderari queant, publica & magis infami pœna, pervicaces animos efficacius intra limites officij compellent. Si enim filiorum, fratrumque & uxorum lites domi paterfamilias disputare omnes debent, ut contendit Bodin. 1. *de Rep. cap. 3. & 4.* quot bonæ causæ peribunt ignorantia judicis? Quotus enim quisque patrum familias tàm provecti judicij est, ut tot controversias, quot quotidiè in ampla familia, incidere solent, ex æquo & bono componere, vel tantæ eruditionis, ut ex scrutiniis legum decidere queat?

Non potest igitur privatis familiis absoluta in vitam & necem potestas sine summa iniquitate & jactura tàm pietatis, quàm justitiæ & publicæ utilitatis, restitui, quemadmodum pluribus huc usque disputatum fuit, & disputant etiam alij. *Montecat in 1. Polit. Schol. tex. 140. Otto Meland. in Ida. Polit. Bersi. cap. 8. de pact. famil. Illustr.* 73.
Nec nos permovent adversariorum argumenta, quorum pleraque suis locis soluta sunt. Quod adhuc Bodin. pergit eam astruere ex jure gentium, id *ex princ. hujus sect.* solvitur ubi, quam paucæ gentes cum Romanorum antiquâ severitate fecerint, enumeravimus: & illæ tamen ipsæ errorem suum tacitè & agnoverunt, & desuetudine correxerunt. Extiterunt enim multæ tam Romuli, quàm Decemvirorum leges, ultra æquum & bonum duræ, ut quam in mulieres vinum gustantes, *Plut. in Rom.* & in adulterio deprehensas, *Gell. lib. 10. c. 23.* tulit Romulus, Decemviri, in judicem arbitrumve jure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse convictus esset, aut de rumpendo brachio lege talionis illi, qui rapit, aut de abducendo fure diurno in servitutem, dividendis membris debitoris, qui solvendo non sit, inter creditores. Nam *ipse populus Roman. non levis æstimator, neq; aspernabilis*, ut ait Phavorinus, *delicta quidem istæc vindicanda, sed pœnas hujusmodi nimis duras esse censuit.* Passus enim est leges istas de tam immodico supplicio, situ atque senio emori. *Gell. lib. 20. c. 1.* Nec obstat, quod consuetudinem Constantinus neget vincere rationem aut legem,

74. *Potestas patria Rom. non fluxit ex jure gentium*

75. *Consuetudo quatenus vincat legem.*

l.2, C. quæ sit long. consuet. quia id intelligendum, de consuetudine speciali; quæ nescit abrogare legem rationemve generalem. Alias enim Sex. Cæcilius Phavorino id non consensisset, quippe cujus singula proloquia ad calculum revocat, *apud. Gell, d. c.1. lib. 20.* & ad hanc objectionem respondet per concessionem: *Nec ideò contemnas legum istarum antiquitates, quod pleraq; ipsis jam populus Rom, desiverit. Non enim profecto ignoras legum oportunitates & medelas pro temporum moribus & pro rerumpubl. generibus, ac pro utilitatum præsentium rationibus, proq; vitiorum, quibus medendum est, fervoribus mutari atq; flecti.* Iulianus expressè *in l. de quibus 32. in fi. de legib.* rectissimè illud receptum esse dicit, *ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur*, cujus exemplum notat Obertus in usibus feudorum, *c. un. Vers. In judicio. de feud. cognit.* & cunctas per regiones patet, quibus statuta municipalia, ex moribus non scriptis collecta, pro legibus dominantur. Proinde committit Bodinus fallaciam causæ, quando ambitiosis decretis judicum causas domibus evocatas fuisse scribit, imperiisque domesticis silentium impositum. Nàm quod ex Seneca profert, *1. de Clem. cap. 23.* id aliò ab ipso Senec. applicatur, sc. ut ostendat, ea sæpè committi, quæ sæpè vindicantur, Quin & tum primum cepit numerus parricidarum apparere, cum in eos, quo simulatio & indulgentia paterna, suppliciis eripuerat, publica & minimè fucata judicia constituta sunt.

67. *Bodin. committit fallaciam caussæ.*

77. *Educationi liberorum sufficit coercitio moderata.*

Deniq; quod de educatione liberorum, per potestatem patriam facilius expedienda subtexit; nullius momenti est, quia ad regendos liberos sufficit coërcitio domestica, quæ nulli propinquorum ne dùm parentum denegatur, *l. un C. de emend. prop. l. 3. & 4. C. de patr. potest.* Iis verò peccatis, quæ atrocitate suâ castigationem familiarem excedunt, publicæ vel censuræ constitui debent, ut in aleatores & ebriosos, vel judicia jam constituta sunt, quibus si parentes detrectent liberos deferre, ne disciplinæ suæ domesticæ mollitiem & incuriam produnt, multò minus capite eos plectent cum ne id quidem, exequi queant, quia in o[...] & odia totius civitatis incurrant. In o[...] hæc potissima causa est, quare causæ publicè disceptari debeant, ut minora errata, qui infamiæ metu percelluntur, supprimere tacitè malint, quam accusando prolatare: a majoribus verò eò fortius absterreantur, quo majori cum infamia, publicam, quàm privatam sint experturi pœnam.

Quibus in rebus consistat patria potestas. SECT. 3.

1. *Patriam potestatem quinq; in rebus consistere posse.*
2. *Quatenus libertatem filij tollat potestas patria.*
3. *Ius libertatis eâ non tolli, sed confirmari fortius.*
4. *Filiumfam: non prohiberi à muneribus publicis & privilegiis civium.*
5. *Imò ad ea posse pertrahi, invito patre.*
6. *Filiumfam. obligari & actione impeti perinde ut patrem.*
7. *De jure patris in corpus liberorum.*
8. *Castigationem non posse patri subtrahi.*
9. *Sed intra terminos domestica disciplinæ debere contineri.*
10. *Filio non competere actionem contra patrem.*
11. *Quod liberis etiam injuria parentum devoranda sint & dissimulanda.*
12. *Pietas quorundam liberorum in sævos & austeros parentes.*
13. *De jure parentum in operas liberorum.*
14. *Quod liberi debeant operas parentibus.*
15. *Lex Romuli.*
16. *A Romanis quatenus retenta.*
17. *Operas obsequiales, non industriales debent liberi parentibus.*
18. *De jure parentum in Bona liberorum.*
19. *Filiosfam. nihil posse habere proprium.*
20. *Aliter acquiri per servum, quam per filiumfam.*
21. *Unde ortum & quid sit peculium.*
22. *Filiumfam. non posse testamentum condere.*
23. *Et qua de causa quo jure ea potestas sit ablata.*
24. *Examinatur ratio Iustiniani.*

25. *Subucitur alia.*
26. *Ratio juris Veteris ex l. 12, tab: extrahitur & defenditur.*
27. *[illegible] mens posse aufferri jus testandi de re sua, ne quidem filiofam.*
28. *Nisi habeat bonorum possessionem cum conditione.*
29. *Peculium alio modo significare pecuniam sepositam.*
30. *Quid sit propriè peculium.*
31. *Peculium dependere à manu & arbitrio Domini.*
32. *Peculij Castrensis privilegia.*
33. *Ad quos fuerint extensa.*
34. *Quid sit peculium paganum.*
35. *Quid profectitium.*
36. *Quid Adventitium.*
37. *Nomina patriæ potestatis.*

1. [illegible]

Libertatem & vitam liberorū eximimus, *sect. proxima*, manu, potestate & mancipio parentum, adeoque patriam potestatem [illegible] mo illo gradu multavimus, quem contra pietatem & justitiam sibi arrogaverat: sequitur de residuo videamus, quidnam juris patribus in filios ex hac potestate remaneat. Considerantur enim in homine libero ordine *Bona* seu *Rès*, quas possidet, *Opera*, quas præstare potest, *Corpus*, *Libertas* & *Vita*, de quorum postremis duobus jam satis actum [illegible].

2. *[illegible] libert[illegible]*

De libertate hoc tantum addo, quod libertas accipiatur, aut pro facultate agendi, quæ velis, *l. 4. de stat. homin. l. Velle de R. I.* [illegible] pro jure, quod contra distinguitur à servitute *l. 4. de just. & jur.* Si libertatem speciei, quæ in facto consistit, filiusfamilias liber non est. quia potestati alterius subjici, [illegible] patere habere necesse. & Liberum esse, seu posse agere, quæ velis, cōtraria sunt, quæ [illegible] in eodem subjecto subsistere prohibentur. Ideoque, licet species servitutis sit, [illegible] uni loco, ita ut ab eo recedere non li[illegible] *l. Titio. ubi Dd. de cond. & demonstrat.* [illegible] *in l 2. de exh. lib.* filius tamen sequi co[illegible], quo a patre ducitur: *l. 3. in pr. & §. 1.* [illegible] *lib. exhib.* Imo licet Canonistæ libertatem [illegible] matrimoniis debitam impediri debeāt, [illegible] voluntas liberorum arctetur ad cōsensum [illegible] *c. cum locum c. requisivit. de spons.* [illegible] tamen inter illegitimas nuptias damnāt JCti eas, quas filiusfamilias contraxit sine consensu parentis: *l. 2. de rit. nupt. l. sic eveniet. ad l. Iul. de adult. in pr. Instit. de nupt.* quia qui sui juris non est, nec completum habet arbitrium, non potest jus aut corporis sui usum, invito patre, cujus interest, in aliū abalienare, *ut in lib. de jur. Connub. c. 2. sect. 20. n. 5. & seqq. diximus.* Si verò per libertatem intelligas jus, quo liberi homines utuntur, quove destituuntur servi, certū est, quod liberis in patria potestate constitutis nihil decedat cum Vlpian. *in reg. Potestatem ad filios, mancipium ad servos* referat, & Paulus aliter accipi moneat potestatem in liberos, aliter in servos, & hoc quidem pro Domino. *l. potestatis 215. de V. S.* Potestas enim patria non est nisi in cives Romanos. *§. cum autem. Instit. quibus mod. jus patr. potest.* & proinde, cum liberi hominis, tanquam inæstimabilis: *l. 3. si quadr. paup. l. 106. de R. I.* non sit commercium, *l. & liberi 4. l. Sed Celsus 6. in pr. l. si in emtione 34. §. liberum 2. de contr. emt.* ne quidem venditio terna, quam Romulus primùm patribus concessit, *Haly. lib. 2.* in servitutem liberorum corpora detrusit; *l. ult. C. de patr. potest.* sed pignoris loco emtori ea obligavit, donec aut ære, aut alio mancipio se redimerent, & sine postliminio in nativam ingenuitatem reverterentur. *l. 2. in fin. C. de patr. qui fil. distrax.* Itaq; & filiifamilias non prohibentur esse judices, *l. cum prætor. 12. §. fin. de jud. & ubi*, aut ipsos curales magistratus adire, ut paulò post dicemus, *sect. 6.* nec tutelas gerere. *l. si filiusfam. 7. de tutel. l. Lucius 21. de admin. & peric. tut. §. 1. qui test. tut. Inst.* quia & tutela munus publicum est, *l. non tantum. §. eos quoq; de excus. tut. in pr. Inst. de exc. tut. Cujac. ad eum t. in comm. Pet. Fab. in l. 2. nu. 10. de R. I.* & in publicis causis filiusfamilias habetur loco patrisfamilias; *l. filiusfam. 9. de his, qui sunt sui.* Quia enim caput habet in civitate filiusfam. & civis est, quantumvis imperfectus, *ut placet Aristoteli 3. Polit. c. 1.* nihil causæ est, quare à privilegiis & prærogativis civium repelli debeat. Servis enim aditus, ad quosvis actus civiles, *l. qui testamento 20. §. Servus 7. Qui testam. fac. poss. l. generali 3. C. de tab. lib. 10.* item ad munera & honores non patet. *l. Barbarius. de offic. prat.*

3. *Ius libertatis non tollit sed firmat patriam potestat.*

4. *Filiumfam. non prohiberi à muneribus publicis.*

75. *Consuetudo quatenus vincat legem.* *l. 2. C. quæ sit long. consuet.* quia id intelligendum, de consuetudine speciali; quæ nescit abrogare legem rationemve generalem. Alias enim Sex. Cæcilius Phavorino id non consensisset, quippe cujus singula proloquia ad calculum revocat, *apud. Gell. d. c. 1. lib. 20.* & ad hanc objectionem respondet per concessionem: *Nec ideò contemnas legum istarum antiquitates, quod plerique ipsis jam populus Rom. desiverit. Non enim profectò ignoras legum opportunitates & medelas pro temporum moribus & pro rerumpubl. generibus, ac pro utilitatum præsentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, fervoribus mutari atque flecti.* Iulianus expressè *in l. de quibus 32. in fi. de legib.* rectissimè illud receptum esse dicit, *ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur,* cujus exemplum notat Obertus in usibus feudorum, *c. un. Vers. In judicio. de feud. cognit.* & cunctas per regiones patet, quibus statuta municipalia, ex moribus non scriptis collecta, pro legibus dominantur. Proinde committit Bodinus fallaciam causæ, quando ambi-

67. *Bodin. committit fallaciam. causæ.* tiosis decretis judicum causas domibus evocatas fuisse scribit, imperiisque domesticis silentium impositum. Nam quod ex Seneca profert, *1. de Clem. cap. 23.* id aliò ab ipso Senec. applicatur, sc. ut ostendat, ea sæpè committi, quæ sæpè vindicantur. Quin & tum primum cepit numerus parricidarum apparere, cum in eos, quo simulatio & indulgentia paterna suppliciis eripuerat, publica & minimè fucata judicia constituta sunt.

77. *Educationi liberorum sufficit coercitio moderata.* Deniq; quod de educatione liberorum, per potestatem patriam facilius expedienda subtexit, nullius momenti est, quia ad regendos liberos sufficit coercitio domestica, quæ nulli propinquorum ne dum parentum denegatur, *l. un. C. de emend. prop. l. 3. & 4. C. de patr. potest.* Iis verò peccatis, quæ atrocitate suâ castigationem familiarem excedunt, publicæ vel censuræ constitui debent, ut in aleatores & ebriosos, vel judicia jam constituta sunt, quibus si parentes detrectent liberos deferre, ne disciplinæ suæ domesticæ mollitiem & incuriam prodant, multò minus capite eos plectent, cum ne id quidem, exequi queant, quia in ora & odia totius civitatis incurrant. Imò hæc potissima causa est, quare causæ publicè disceptari debeant, ut minora errata, qui infamiæ metu percelluntur, supprimere tacitè malint, quam accusando prolatare: a majoribus verò eò fortius absterreantur, quò majori cum infamia, publicam, quàm privatam sint experturi pœnam.

Quibus in rebus consistat patria potestas. SECT. 5.

1. *Patriam potestatem quinque in rebus consistere posse.*
2. *Quatenus libertatem filij tollat potestas patria.*
3. *Ius libertatis eâ non tolli, sed confirmari fortius.*
4. *Filiumfam. non prohiberi à muneribus publicis & privilegiis civium.*
5. *Imò ad ea posse pertrahi, invito patre.*
6. *Filiumfam. obligari & actione impeti perinde ut patrem.*
7. *De jure patris in corpus liberorum.*
8. *Castigationem non posse patri subtrahi.*
9. *Sed intra terminos domesticæ disciplinæ debere contineri.*
10. *Filio non competere actionem contra patrem.*
11. *Quod liberis etiam injuria parentum devoranda sint & dissimulanda.*
12. *Pietas quorundam liberorum in sævos & austeros parentes.*
13. *De jure parentum in operas liberorum.*
14. *Quod liberi debeant operas parentibus.*
15. *Lex Romuli.*
16. *A Romanis quatenus retentæ.*
17. *Operas obsequiales, non industriales debent liberi parentibus.*
18. *De jure parentum in Bona liberorum.*
19. *Filiosfam. nihil posse habere proprium.*
20. *Aliter acquiri per servum, quam per filiumfam.*
21. *Vnde ortum & quid sit peculium.*
22. *Filiumfam. non posse testamentum condere.*
23. *Et qua de causa quo jure ea potestas sit ablata.*
24. *Examinatur ratio Iustiniani.*

25. *Subnectitur alia.*
26. *Ratio juris veteris ex l. 12. tab. extrahitur & defenditur.*
27. *Neminis posse auferri jus testandi de re sua, ne quidem filiofam.*
28. *Nisi habeat bonorum possessionem cum conditione.*
29. *Peculium alio modo significare pecuniam sepositam.*
30. *Quid sit propriè peculium.*
31. *Peculium dependere à manu & arbitrio Domini.*
32. *Peculii Castrensis privilegia.*
33. *Ad quos fuerint extensa.*
34. *Quid sit peculium paganum.*
35. *Quid profectitium.*
36. *Quid Adventitium.*
37. *Nomina patriæ potestatis.*

1. *[illegible] tra potest quoq; in rebus.*

Libertatem & vitam liberorũ eximimus, *sect. proxima*, manu, potestate & mancipio parentum, adeoque patriam potestatem summo illo gradu multavimus, quem contra pietatem & justitiam sibi arrogaverat: sequitur de residuo videamus, quidnam juris patribus in filios ex hac potestate remaneat. Considerantur enim in homine libero, ordine *Bona* seu *Res*, quas possidet, *Operæ*, quas præstare potest, *Corpus*, *Libertas* & *Vita*, de quorum postremis duobus jam satis actum fuit.

2. *Quam libertatem non sublata extinguat patria potestas.*

De libertate hoc tantum addo, quod libertas accipiatur, aut pro facultate agendi, quæ velis, *l. 4. de stat. homin. l. velle de R. I.* aut pro jure, quod contra distinguitur à servitute. *L. [illegible] de just. & jur.* Si libertatem species, quæ in facto consistit, filiusfamilias liber non est, quia potestati alterius subjici, seu parere habere necesse, & Liberum esse, seu posse agere, quæ velis, cõtraria sunt, quæ simul in eodem subjecto subsistere prohibentur. Ideoque, licet species servituris sit, alligari uni loco, ita ut ab eo recedere non liceat *l. Titio. ubi DD. de cond. & demonstrat. DD. in l. 2. de exh. lib.* filius tamen sequi cogitur, quo à patre ducitur *l. 5. in pr. & §. 1. de lib. exhib.* Imò licet Canonistæ libertatem matrimonii debitam impediri debeãt, si eo unitas liberorum adstetur ad cõsensum parentum: *c. cum locum c. requisivit. de spon.* [illegible] *l.* tamen inter allegitimas nuptias damnãt iCti eas, quas filiusfamilias contraxit sine consensu parentis, *l. 2. de rit. nupt. l. sic eveniet. ad l. Iul. de adult. in pr. Instit. de nupt.* quia qui sui juris non est, nec completum habet arbitrium, non potest jus aut corporis sui usum, invito patre, cujus interest, in aliũ abalienare, *ut in lib. de jur. Connub. c. 3. sect. 20. n. 5. & seqq. diximus.* Si verò per libertatem intelligas jus, quo liberi homines utuntur, quove destituuntur servi, certũ est, quod liberis in patria potestate constitutis nihil decedat cum Vlpian. *in reg. Potestatem ad filios, mancipium ad servos* referat, & Paulus aliter accipi moneat potestatem in liberos, aliter in servos, & hoc quidem pro Domino. *l. potestatis 215. de V. S.* Potestas enim patria non est nisi in cives Romanos. *§. cum autem. Instit. quibus mod. jus patr. potest.* & proinde, cum liberi hominis, tanquam inæstimabilis: *l. 3. si quadr. paup. l. 106. de R. I.* non sit commercium, *l. & liberi 4. l. Sed Celsus 6. in pr. l. si in emtione. 34. §. liberum 2. de contr. emt.* ne quidem venditio terna, quam Romulus primùm patribus concessit, *Haly. lib. 2.* in servitutem liberorum corpora detrusit: *l. ult. C. de patr. potest.* sed pignoris loco emtori ea obligavit, donec aut ære, aut alio mancipio se redimerent, & sine postliminio in nativam ingenuitatem reverterentur. *l. 2. in fin. C. de patr. qui fil. distrax.*

3. *Ius libertatis non tollit sed firmat patria potestas.*

Itaq; & filiifamilias non prohibentur esse judices, *l. cum prætor. 12. §. fin. de jud. & ubi*, aut ipsos curales magistratus adire, ut paulò post dicemus, *sect. 6.* nec tutelas gerere. *l. si filiusfam. 7. de tutel. l. Lucius 21. de admin. & peric. tut. §. 1. qui test. tut. Inst.* quia & tutela munus publicum est, *l. non tantum. §. eos quoq; de excus. tut. in pr. Inst. de exc. tut. Cujac. ad eum t. in comm. Pet. Fab. in l. 2. nu. 10. de R. I.* & in publicis causis filiusfamilias habetur loco patrisfamilias, *l. filiusfam. 9. de his, qui sunt sui.* Quia enim caput habet in civitate filiusfam. & civis est, quantumvis imperfectus, *ut placet Aristoteli 3. Polit. c. 1.* nihil causæ est, quare à privilegiis & prærogativis civium repelli debeat. Servis enim aditus, ad quosvis actus civiles, *l. qui testamento 20. §. Servus 7. Qui testam. fac. poss. l. generali 3. C. de tab. lib. 10.* item ad munera & honores non patet, *l. Barbarius. de offic.*

4. *Filiumfam. non prohiberi à muneribus publicis.*

prat.l.non mutant 11.*l.non ideirco* 8 *C de lib.caus.* quia juris civilis communionem nō habent, *d.l.qui testamento* 10. & civitate vel capite in civitate carent. *l.* 4. *de cap. minut.* Filii verò familiarium, quia inter cives annumerantur, *l.nam civiū* 4. *de his, qui sunt sui.* à Rep. rejici non possunt, si digni sint, nec à patresfamilias prohiberi, quia, quod ad publica attinet, non sequuntur jus potestatis, *l.nam quod ad Trebell.* sed habetur loco patrumfam. *d.l.* 9. *de his, qui sunt sui.* ideoq; de patris negotio cognoscunt, *l. in privatu* 77. *de jud.* & reluctantem cogunt, *l.ille à quo* 13 *§.ult.ad Treb.* dum divisa est potestas patria à publica. Nam qui in potestate patris est, idē est in potestate avi propter patrem. Qui jam est in potestate civitatis, eundem oportet esse in potestate civitatis, & quidem magis in hujus, quàm illius, quia prius nascitur fœtus Reipub. quàm familiæ, *l.1.§ generaliter* 15. *de vent. in poss. mitt.* & jure patriæ potestatis nemo prohibere potest, quin filius obsequatur patriæ, *l.honor.* 1 4. *§.plebeij* 4. *de muner. & honor.* cum salus publica bonis civibus semper fuerit antiquior caritate liberorum, *l postliminium* 19. *§.filius* 7, *de capt.& postl,* Manlioq; diem dixerit tribunus, quod rusticus opere gravatum filium publicis usibus subtraheret *Val. Max.*5.*c.*4. *Patria* enim *una omnium caritates complectitur*, ut ait *Cic.*1. *Offic.* & de parentum salute frustrà sollicitus sit quispiam, qui non fuerit de patriæ incolumitate prius. *Patrem perdēdo, nequaquam peris*, sed patriæ ruina in omnium penates uno procumbit impetu. Idq; adeò verū est, ut ad publica officia filiifamilias protrahi possint, non tantùm ignorāte, *l Lucius* 21. *de admin. tut.* sed & invito patre, *l. si filiusfamil.* 3. *C.ne filius pro patr. l.filios* 5. *C. de decur.lib.*10. quoniam patriæ major & antiquior est potestas, quàm patris. Quin etiā filiusfamilias ex omnibus causis, tanquam paterfam. obligatur, & ob id agi cum eo, tanquam cum patrefam. potest, *l. filiusfam.* 39. *de obligat.& contr.l. tam in contract.* 57. *de jud.* & multas actiones suo nomine habet, *l. filiusfam.* 9. *de oblig* injuriarū, *l.sed si unius* 17. *§. ait prætor* 10. *& §. quod deinde* 18. *de injur.* quod vi aut clam, *l. deniq;* 13. *§.*1. *l. interdictū* 19. *Quod vi aut clam*, depositi, *l. Julian.* 19. *depos.* & commodati: *l.*3.*§.si filiosfa. commod.* quod per has patri nullum dominium vel jus aufferatur, *l. res commodata* 8. *Commod.l.licet* 17. *§. res deposita. Depos.* cum è contrario servi nec obligentur, nisi naturaliter *l.servi* 14 *de oblig. & act. l. nec servus* 41. *de pecul.l in persona* 22. *de R.I.* nec actione impeti possint. *l. cum servo* 107. *de R. I.* Imò, ne in manumissos quidem datur actio de eo, quod in servitute sine obligatione gesserūt, *tot.t.an serv.ex suo fact.* quia per παλιγγενεσίαν prorsus alii nati sunt, quàm fuerunt, *l.* 4. *de cap.min.l.servi.*17.*§.*1. *verb. hodie de furt.* In filios verò emancipatos restituit prætor creditoribus actionem, quam ante emancipationem habere poterant & exercere, *l.*2. *& tot.t de cap.min.*

5. *Imò ad ea pertrahi posse, invito patre.*

6. *Cum filiofa. agitur perinde, ut cum patre.*

7. *De iure parentum in castigandis liberis.* Post libertatem offert se corpus, in quod tàm divina, quàm humana jura parentibus jus castigandi tribuunt. *Qui* enim *odit filiū, parcit virga*, ait Salomon: *qui diligit, castigat.* Et *Prov* 1. *Fili obsequere disciplinæ patris, & præcepta matris ne contemne. Prov.* 4. *in pr.& c.*6 *v* 20. *& seqq.c.*13 *in pr.* Potestas enim sine coërcitione quid est nisi ludibrium? nec animos dicto parentum multi liberorum adverterent, nisi metu pœnæ quę huc traherentur. Inde usq; à prima pueritia ad adultam adolescentiam coactione opus est. *Nonne vides*, ait Senec.6. *ben.c.*24. *ut teneram liberorum infantiam parentes ad salubrium rerum patientiam cogant. Flentiū corpora ac repugnantium diligenti cura fovent, & ne membra libertas immatura detorqueant, in rectum exitum constringunt, & inde liberalia studia inculcant, adhibito timore nolentibus. Ad ultimum audacem juventam frugalitatis, pudoris, moribus bonis, si parum sequitur, coactam applicant. Adolescentibus quoq; ac jam potentibus sui si remedia metu aut intemperantia rejiciunt, vis adhibetur ut servitus.* Vnde Impp. in corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis potestatem tribuunt, ut quos ad vitæ decora domesticæ laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat, *l.*1. *C. de emend.propin.* Sed tamen intra terminos privatæ & domesticæ animadversionis autoritatem juris patrii consistere jubent, ut & Alexand. *in l* 3.

8. *Castigatio liberorum propinquis permissa.*

C. de

9. [illegible] C. de patr. pot. & Leo approbat, Nov. 105. in quiens *Pater, donec benigne delinquentem filium castigat, simul prudentiæ, simul castigationis nomine laudandus est: ubi verò paterno affectu abjecto, non ut patrem decet, sed atrocem in modum pœnam filio infligit, non paterno more castigat, neque quicquam atrocitatem approbat.* Divus Trajanus patrem, qui filium malè contra pietatem adfecerat, coëgit emancipare, cumque is, defuncto filio, ut manumissor, bonorum possessionem sibi competere diceret, de consilio Neratii Prisci & Aristonis, ei propter necessitatem solvendæ pietatis denegata est. *l. ult. Si à par. quis manum.* Voluit Trajanus remedio aliquo miseriæ filii subvenire, cum alias pater ad emancipandos liberos cogi non possit. *l. 3. & 4. C. de emancip. l. pen. Unde lib. §. ult. Instit. quib. mod. jus patr.* sed ad resistendum, quantumvis sævienti patri viam hac via prorsus præclusam voluit. Nam ne actio quidem, contra patrem competit filio injuria affecto tàm quia inter parentes & liberos actio non cadit. *§. his, quæ Inst. de obligat. quæ ex delict. l. Lis nulla 4. de jud. l. servus 17. in pr. de furt.* quàm quod injuria filius à patre non afficiatur, magis, quàm si seipsum verberet aut convitiis proscindat. *Aristot. 5 Eth. c. ult.* Itaq. quicquid hujus facit pater, sive verbis, sive verberibus puniat, *patri, ma[illegible] ait* Origen *hom. 11. in Levit. contradicere non debemus ullo modo, dicant, faciant, quæ volunt*, & prolixius magisque apposité Ioh. Chrysost. *orat. ult. contra Iudæ*: καὶ γὰρ οἱ τῆς φύσεως [illegible] παρὰ τῶν ἀνθρώπων [illegible] κἂν μαστίζῃ, κἂν τραυματίζῃ, κἂν ἐκβάλλῃ τῆς οἰκίας, καὶ πᾶσι κολάζῃ τρόποις. κελεύουσι [illegible] Φέρειν γενναίως, καὶ εἰ μὲν παιδεύσαιτο, μὴ δὲ [illegible] οὐδεμίαν οὐδεὶς [illegible] δίδωσι συγγνώμην. [illegible] μυρία ἀποδυσηται μαστιχθεὶς, ὁ παῖς [illegible] αὐθάδως λέγουσα τὰ ῥήματα: Ὅτι πατήρ ἐστιν ὁ μαστίξας, καὶ κύριος, καὶ ἐξουσίαν [illegible] καὶ [illegible] καὶ δεῖ [illegible] Φέρειν. Naturæ quippe & hominum leges, aiunt, veniam negare filio, nisi patienter pertulerit, patrias injurias, sive flagris coërceat, sive à mensa abigat, sive ædibus expellat. Esse enim patrem, Dominum, eáque potestate præditum, qua id ipsi liceat. Item *Chrysost. hom. 11. ad Timoth. 2. cap. 1.* Ἄν πατέρα [illegible] ἔχῃ, κἂν μυρία ἔχῃ δεινὰ, πάντα ὑπομενεῖ. Qui parentem habet, etiamsi mille ab eo patiatur incommoda, cuncta contegit reverentia patris. Latinè Cicero *pro Cluent.* sed fere in hunc sensum: *Facilè intelligo, non modò reticere homines parentum injurias, sed etiam animo æquo ferre oportere.* Injurias, inquit, quia & malus pater jura parentis retinet, *§. Si verò. Novell. 12.* & satius est, injurias cum laudabili patientia mussitare, quam cum execrabili impietate vindicare, id quod Epictet: quo supra sæpius laudavi loco, iterum nos docet inquiens, *interprete VVolfio: Pater est? præcipitur curam ejus agendam, cedendum ei in omnibus: si convitietur, si verberet, ferendum esse. At pater malus est? Nunquid igitur naturâ cum bono patre conjunctus es? Non, sed cum patre.* in quem locum sic scribit Simplic. *Quare & verbera patrum æquioribus animis ferenda sunt filiis, quam servis Dominorum, multoque magis convitium aut contumelia.* Telecrus nuncianti, patrem de eo malè loqui: *Nisi*, inquit, *illi dicendum esset, haudquaquam diceret.* Maluit in se transferre culpam, quàm falsi convitii aut temeritatis patrem alligare. *Plutarch. in Apopht.* 12. Pietas liberorum in austeros parentes.

11. [illegible]

L. Manlium Imperiosum Pomponius trib. pl. ad populum detulerat, inter cæteras, ex hac etiam causa, quod filium optimæ indolis juvenem, rustico opere gravatum, publicis usibus subtraheret. Id postquam Manlius adolescens cognovit, protinus urbem petit, & se in Pomponii domum prima luce direxit, qui existimans in hoc eum venisse, ut patris crimina, à quo plus justo asperè tractabatur, deferret, excedere omnes jussit cubiculo, quo licentius remotis arbitris judicium perageret. Nactus occasionem oportunam proposito suo juvenis, gladium, quem tectum attulerat, distrinxit, tribunumque minis & terrore compulsum jurare coegit, à patris ejus accusatione recessurum: eoque effectum est, ne Imperiosus causam diceret: Commendabilis est pietas, quæ mansuetis parentibus præstatur: sed Manlius, quò horridiorem patrem habuit, hoc laudabilius periculo ejus subvenit: quia ad eum diligendum, præter naturalem amorem,

nullæ indulgentiæ blandimento invitatus fuerat. *Valer. Max. lib. 5. c. 4. Sen. 5. de benef. c. 37.* Durius habitus fuerat Ludovicus Dives Dux Bavariæ, stirpis Landshutensis, quẽ pater usq; ad annum ætatis 33. omni opprobriorum & injuriarum genere emaciarat. nec tamen suadentibus amicis, ut in Austriam ad cognatos se reciperet, aures ut præberet, induci potuit, subinde respondens: *Autorem vitæ meæ non deseram, nec quoad mentis compos fuero, offendam. Henning. in Geneal. Duc. Bavar.* Lysimachum commendat Iustin. *libr. 15.* quod Leoni objectus ab Alex. M. nihilominus *injuriam Regis, velut parentis* magno animo tulerit. Qui enim jure suo utitur, non facit injuriam: & excessus, qui carent dolo, pœnitentia, paulò post secutum, abundè expiantur. Parens quidam, *apud Quintil. declam. 5. Clauserim,* inquit *pater nos penates, de testamento, de spe successionis expulerim, oneraverim vinculis manus, fœdaverim membra verberibus, persolvi gratia non potest, nec malo patri.*

13. De iure parentum in operas liberorum.

Vtrum porrò patri operas debeant liberi, in dubium vocari non potest, ab eo, qui corpus, bona, adeoq; omnia, quæ sunt filii, debere parentibus consentit, exceptâ vitâ & libertate. Si enim uxor debet operas marito, saltem officiales, *ut constat ex l. sicut in pr. de oper. libert.* quæ de jure civili non est in potestate mariti, sed patris, cui acquirit, quicquid ex hæreditate, legatis, donatione aut operis suis negotiationum, acquirit. *tot. t. C. de bon. quæ lib. in potest. pat. const.* multò magis ad eas obligabitur filius, qui totus est in potestate paterna. Quorsum enim operas liberas habeant liberi, cum sibi iis, nisi ex connivẽtia patris nihil acquirere possint? ut paulò post subjiciemus. Peculium enim mortuo filio, rebus patris commiscetur. *l. fi. C. de inest.* & in hæredes æquis portionibus distribuitur. *l. frater à fratr. de condict. indeb. l. certum C. fam. ercisc.* Romuli legis verba & sensum sic refert Dion. Halyc. *lib. 2. Romulus omnem parentibus in liberos potestatem in perpetuum dedit, coërcendi, verberandi, rusticis in operibus habendi, ac demum occidendi*, quod posterius delevit dies, cætera, quia ex jure gentium prodeunt, servavit usus. Nam L. Manlius, filium T. quod infa-

14. Liberi debent operas parentibus.

15. Lege Romuli.

cundior esset, & lingua inpromtus, rus ad plaustrum & aratrum damnavit, seu *rustico opere gravavit*, ut Valer. dicit, aut ut Liv. *lib. 7. in pr. tarditatem ingenij insuper pressit. & si quid in eo exiguum naturalis vigoris fuit, id extinxit vita agresti, & rustico cultu inter pecudes habendo.* Nam licet patri M. Pomponius diem ad populum eo nomine dixerit, constat tamen id non alio consilio factum, quã ut atroci ingenio & Imperioso nomini majorem inde invidiam crearet, & severitatem delectus habiti odiosiorem redderet. Tum etiam non accusatur Manlius, ob operas filio indictas, sed quod indictæ operæ indignæ fuerint Dictatorio juvene: & denique quod sine crimine non operas solùm, sed & in exilium & carcerem simul detrusus esset. *Criminis*, inquit Livius, *et tribunus inter cætera dabat, quod filium juvenem nullius probri compertum, extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congressu æqualium prohibitum, in opus servile, propè in carcerem atq; ergastulum dederit: ubi summo loco natus dictatorius juvenis, quotidiana miseria disceret verè imperioso patre se natum esse. At quam ob noxam? quia infacundior erat & lingua inpromtus, quod naturæ damnum utrum metuendum patri, si quid in eo humani esset, an castigandum, an vexatione insigne faciendum esse? ne mutas quidem bestias minus alere & fovere, si quid ex sua progenie parum prosperum sit.* Quæ omnia cum ad invidiam patris exaggerari filius animadverteret, pietate & cõscientia permotus, rustica audacia tribunum ab accusatione desistere coëgit. Inde est, quod Demea filium minitatur rus abripere, atque illic, *exercere opere rustico.* Quin & istam Psaltriam, ait, *Vnà illuc mecum hinc abstraham,*

16. A Romanis retenta.

Atque ibi favillæ plena, fumi ac pollinis
Coquendo, sit faxo, & molendo: Præter hæc
Meridie ipso faciam, ut stipulam colligat.
Tàm excoctam reddam atq; attam, quàm carbo est Ter. Adel. Act. 3. sc. 3. & Act. .3.

Augustum ipsum usum opera filiarum in texendis & suendis vestibus, ex eo patet, quod Sueton. scribit. c. 72. *Veste non temerè alia*

17. *Sc. ut obsequiales operas deberent, non industriales.*

ali.1, quam domestica usus est, ab uxore, & sorore & filia n-pribusq; contexta. Vide de debito operarum Montecat in lib.1. Pol. text. 140. quem lapsum dicit Scipio Gent. odio magis ICtorum, quàm inscitia l.1.2. de don. inter vir & uxor. c.19. Industriales autem operas filius non debet patri, *l. nullum* 10. *in fin. de obseq. l. 4. si quis à parent.* ut ex ratione *l. cum oportet 6. C. de bon. quæ lib. & §.1. Instit. per quas pers. nob. acqu.* deducunt. *Spec. t. de jud. §. sequitur. vers. quod si alter fil. Bald. & Castr. in l. certum. C. fam. ercis.* sed obsequiales perinde ut servus & uxor. *l.1. de obseq. l. 3. §. si quis servum. de statul. l. sicut. de oper. lib.*

18. *De jure parentum in bona liberorum.*

Superest agamus de Bonis filiorumfamilias, qui non magis possident, quàm servi. ut ait Philo περὶ δικαιολογίας: Παῖδα μὲν οὐδὲν ἴδιον, ὃ μὴ γονεῦσιν ἐστί, ἢ οἰκέτας ἐπιδεδωκότων, ἢ τῆς αἰτίας τῆς κτήσεως ἐπιπαρεσχημένων, quoniam *ex jure gentium, in potestate suâ habere non potest, qui non est suæ potestatis, §. item vobis 3. Instit. per quas pers. nob. acquir. l. sic eveniet 21 ad l. Iul. adult.* Theophil. sic extulit: κατὰ νόμους οὐσίαν ἔχειν, ὑπεξούσιος οὐ δύναται. *§. cum autem. Inst. Quod cum eo, qui in alien.*

19. *Filiusfam. nihil possidet, vel acquirit.*

pot. ideoque ut à servis, ita & à filiisfamilias quodcunque acquiritur, acquiritur illi, in cujus potestate est acquirẽs. *l. cum filiofam. 11. l. si à plurib. 107. §. 1. de legat. I. l. qui liberis. §. hæc verba. de vulg.* adeo, ut dicente Vlpian. *in l. placet 79. de adquir. her.* ne momento quidem res acquisita cõsistat in persona acquirentis, sed statim transeat ad eũ, cui acquiritur. *l. 1. in pr. si à par. quis manum.*

20. *Aliter acquiritur per servum, aliter per filiumfam.*

Interest autem inter acquisitionem per servum & per filiumfamilias, quod illa immediatè subsistat in Domino, quia servum jus civile non agnoscit, tanquam hæreditatis incapacem: hæc verò incipiat à persona filiifamil. & transeat ad patrem, ut docet Bald. *in d. l. placet per d. l. qui liberis. & d. l. cum filiofam.* quia in filiumfam. cadit possessio: Vnde fit, ut Dominus delatam sibi per servum hæreditatem, sine consensu servi, repudiare queat, quia servo, utpote qui possidere prohibetur, non præjudicat, *l. 1. §. per servũ 3. de successs.* Pater verò, delatam filio hæreditatẽ, sine filio repudians, non magis nocet filio, quã filius noceret patri, si repudiaret delatam patri, sine patre, *l. is qui hæres 3. in fi. l. seq. de acquir. her.* quia suam tantùm, non alienam hæreditatem cuiq; repudiare licet. *l. 1. §. 1. de succ. edict.* Filius verò, etiamsi adeundo non consequatur hæreditatem, qui delatæ hæreditatis effectus est, *l. delata 151. de V.S.* tamen nihil obstat, quò minus illi deferri queat, qui civis Roman. est, & jure suo, præter scitum & contra voluntatem privari non potest. Nam ex eadem causa servus acquirit Domino non tantùm ignoranti, sed & invito, *l. Etiam invitis 32. de acquir. rer. domin. l. servus vetante 62. de V.O.* sed filius patri tantùm ignoranti, non invito, quia repudiata hæreditas à patre resilit in filium & in eo subsistit, quæ nulla potest recidere in servum incapacem.

Ex æquitate verò à regula juris sensim recessum est, & ut servis ex conniventiâ Domini, ita liberis ex indulgentia parẽtis primùm concessum est aliquid peculiolæ, quam *peculium*, à *pecu*, ut ait Festus, unde & pecuniæ nomen prodiit, dixerunt. *Peculium autem* ὑποκοριστικῶς *interdũ dicitur pro pusilla aut paupere substantia, ut cum dixerit testator: Peculium meũ, res, facultates, censum, fortunas, substantiam intelligere debemus,* ait Vlp. *quia plerique* ὑποκοριστικῶς *patrimonium suum peculium dicunt. l. cogi 16. ad Treb.* Ratio interpretationis est, quod, si peculiũ propriè, quod Bonis opponitur, *l. paterfam. 182.* 21. *Unde ortum, & quid sit peculium.*

de V.S. acciperemus, testamentum non subsisteret, cum filiusfam. aut servus, qui peculiũ propriè possident, testari prohibeantur, *l. qui in potest 6. Qui testam. fac. probib.* idq; ex lege 12, tab. in qua ita sancitum erat: *Paterfamilias, uti legaßit super re sua, ita jus esto, l. sæpè 5. l. verbis 120. de V.S. Nov. 21. Theoph. Inst. t. de l. Falc. Vlp. t. 11. fragment. §. testam.* 14. Nam cum potestas testandi profecta sit ab autoritate juris civilis, unde eam delendã disputat ubiq; Bodin. 1. *de Rep. c. 4. lib. 5. c. 2.* remq; deducẽdam ad successionem à natura ab intestato monstratam, non data fuit nisi patribusfamilias in hac lege 12. tab. adeò, ut de jure veteri filiisfamil. fas nõ sit testari, ne de rebus quidem propriis, *l. Imperator 50. ad Treb.* quia *testamenti factio, non privati,* 22. *Filiusfam. non potest testari.*

sed publici juris est, l. 3. qui testam fac. Publicum verò jus, quod testamentis legẽ dedit, potestatem filiisfamilias in universum ne- 23. *Qua de causa id negatum sit.*

X gavit

gavit. Nam etiamsi constitutiones Imperatoriæ de Castrensi & q: Castrensi peculio filiisfam. testandi potestatem reddant: tamē id non aliter faciunt quàm cum fictione, habētes sc. filiosfam. loco patrūfamilias, aut hominum sui juris, *l. ult. in fi. C. ad SCt. Maced.* quemadmodum & Vlp. scribit: *Filiosfamilias in Castrensi peculio patrumfamilias vice fungi. l. 2. C. ad SCt. Maced.* Pertinet etiam Adventitii & Profectitii peculii proprietas ad liberos, usufructus ad patrem: Et tamen Iustinianus, antiquam Iuris dispositionē relinquens, vetat filiosfam. de his testari, *l. ult §. Filiu. C. de bon. qua lib. in pot.* rationemq; hanc adjicit: *Melius enim est, coarctare juveniles calores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum expectat*

24. *Examinatur ratio Iustiniani.*

patrimonium. Cum enim parentes alere eos secundum leges & naturam compellantur, quare ad venditionem rerum suarum prosilire debeant? quæ ratio quidem, quoad alienationes efficax est, factas inter vivos: quoad testamenta nihil operatur, cum ea effectum non sint habitura ante mortem testatoris, quando præsumtio de tristi exitu locum amplius non habet, nec illud alterum, quod de nutriendi debito adjicitur. Quid quod donare mortis causâ potest filiusfam. consentiente patre, *l. tam 15. 25. §. 1. de mort. caus. donat* aut Castrense peculium abalienare, sine patris consensu, *d. l. 2. ad SCt. Maced.* nec tamen impedimento est præsumtio depauperationis, quæ prohibet testamentum facere.

25. *Adjicitur alia.*

Propterea Connan. *lib. 9. com. Iur. c. 4. n. 1. & 4.* Anton Faber *3. de patr. potest. pt. 3. Illat. 4.* non aliam in jure civili rationē agnoscunt, ob quam filiisf. sit prohibita testamenti factio, quam, quod sic placuerit legis conditoribus, eò, quod ne parens quidē consensu suo facere possit, ut filiusfam. testamento de bonis suis disponat, *in princ. Quib. non est perm. fac. test. Inst.* quod sic enarrat ibid. Accurs. *quia jus publicum privatorum pactis lædi non potest.* Quia verò Decemviri non sine ratione filiisfam. hanc potestatem adimere voluisse videntur, non rectè redarguuntur illi, qui hujus interdicti causam hinc accersunt, quod filiif. proprium nihil possideant, & proinde hæredem habere non possint. *l. lex Cornelia 28. de vulg. & pup. subst. Donell. lib. 6. c. 5. & Dd. comm.*

26. *Ratio juris veteris assignatur.*

Nam in ipsa lege 12. tab. additur: *De re sua.* Filii verò jam cum jure veteri nihil haberent suum, inopiâ amiserūt potestatem testandi, quia non testarentur, nisi de alieno. Et Iustinian. *in d. pr. Quib. non est perm. Inst.* fundamentum interdicti ponat in eo, quod sint subjecti alieno juri. Hinc verò prohibentur possidere. *§. Item vobis 3. Inst. per quas pers. nob. acquir.* Apertè vero autor Satyræ *ult.* quæ Iuvenali adscribitur, propterea militem posse testari scribit, quia bona castrensia non sunt in dominio patris.

Solis præterea testandi militibus jus
Vivo patre datur. Nam quæ sunt parta labore
Militiæ, placuit non esse in corpore census
Omne tenet cujus regimen pater.

27. *Nemini potest auferri jus testandi de re sua.*

Nam qui disputant testandi facultatem à principe auferri, aut testamenta rescindi non posse, *per l. si testament. C. de testam. l. si donationem. C. de revoc. donat.* illi fundamento innituntur, quod dominium privatum nemini sine causa eripi queat, *l. Item si verberatum 15. §. 1. de rei vindic. l. venditor. §. si constat comm. prædior.* quodque libertas testandi jure gentium & naturali competat. *l. nec enim. §. deport. l. milites. C. de milit. test.* Si jam filiisfam. rerum quarundam sunt Domini non poterit iis, nisi summa cum injuria facultas iis utendi, & per conseq. de iis disponendi auferri. Quod cum adverterent Impp. postquam Castrensium, & quasi Castrensium bonorum filiosfam. Dominos cōstituerunt, non potuerunt iis testandi facultatem denegare. *d. pr. Quib. non est perm. in Inst.* Quod enim ea bona excipit Iustinian. *l. cum oportet 6 l. ult §. Ipsum autem. Cod. de bon. lib. qui in pot*

28. *Limitatio*

in quibus usufructus acquiritur patri, proprietas filio, quia nō sunt in solida alterutrius proprietate, à neutro distrahi possunt, & proinde res redit ad hanc causam, quam primam & immediatam in hoc negotio ponimus, quod eatenus quodque alienari possit, quatenus in alienantis potestate est. Quæ contra jus commune à principe, sive in pœnam, *ut in l. Imperator 50. ad Trebell.* sive ex indulgentia singulari, *ut in Auth. ut lic. matr. & av. in pr. in Auth. de hæred. ab intest. §. si verò. In Auth ut null. jud. §. quia verò filiis* in potestate constitutis

ratio-

ratione Dominii attribuuntur, præciso usufructu, qui inde debebatur patri: iis potuit princeps etiam hanc conditionem adjicere, ne in fraudem parentis distraherentur, quia, quæ dat dominium potestas, aut limitatum dare potest aut absolutum. Hic verò, dum dat dominium filio, contra regulam, quod qui alterius est, non habeat res suas in potestate, *d. §. Item Vobis. Inst. per quas pers.* quantum fieri potuit, ad jus commune se reflexit, ideoque plenam & solidam proprietatem filio non indulsit, etiamsi usumfructum patri detraxerit, quia liberam facultatem utendi, quæ est dominium, *l. in re mandata, C. Mandat.* possessori filio denegavit. Res igitur iterum redit ad proprietatem, quæ quatenus alicui datur, eatenus habet vim re sua utendi & de eo per testamentum legata, codicillos, quæ pari passu ambulant, *l. 2. de leg. 1 l. Divi. de jure Codic.* disponendi: cumque filiusfamil. proprium nihil habeat, ut dictum est, ne quidem jure communi testari potest, ob defectum rei, de qua testandum esset. Peculium igitur in tabulis testamenti, quæ ut jure validæ præsupponuntur, Vlpian. rectè interpretatur pro subjecta materia, *l. Labeo. de supell. leg.* de substantia testatoris, quam is modestiæ gratia, diminutivo hoc vocabulo nominaverit. *d. l. 16. in princ. ad Trebellian.* Et hæc una est Peculii abusiva significatio: Altera, *in l. si chorus 79. §. 1. de legat. III.* ubi Proculus ait: *audisse se rusticos senes ita dicentes: Pecuniam sine peculio fragilem esse, peculium appellantes, quod præsidij causa seponeretur.* Exemplo explicat Celsus ex bello civili petito, quo minitante exitium rebus immobilibus, quippe quæ latére facilè non possunt, *l. 2. C. quand. & quib. quart. pars deb.* providè quidã eas distrahebant, & pecuniam facilè loco mobilem, extremi præsidii causa clanculum reponebant, quemadmodum à Tiberio nonnullis per calumniam objectum memorat Sueton. *cap.* 49. quod partem rei familiaris in pecunia haberent: Eamque peculium vocatam scribit Celsus, quasi reservatum sacrũque thesaurum, *Corras. lib. 1. Misc. c. 13. Forner. ad d. l. 182 de V. S.* qualẽ in æde Saturni reservabãt Romani, non tangendũ, nisi Galli imminerent Capitolio, *Macr. 1. Saturn. c. 8,*

29. *Alia significatio peculii.*

Propriè verò peculium opponitur Bonis, *d. l. 182. de V. S.* & definitur à Tuberone, ut Celsus *lib. 6. digest.* retulit, *quod servus domini permissu, separatum à rationibus Dominicis habet, deducto inde, si quid domino debetur. l. deposití 5. §. 4. l. seq. de pecul.* Quia vero hoc peculium tàm pertinet ad servum, quàm ad filiumfam. & servus non potest in civitate quicquam possidere, *ut supra dictũ fuit c. 3. sect. 8. num. 18. & 32.* constat, nec filiumfamilias possessorem peculii esse, nisi quantum dominus servo, paterfamilias ex conniventia indulserit. *Nonne servus cum peculio Domini est?* ait Senec. *7. de benefic. cap. 4.* Item: *Omnia patris sunt, quæ in liberorum manu sunt.* Ibid. & Pomponius: *Peculium est, non id, cujus servus seorsum à Domino rationem habuerit, sed quod Dominus ipse separaverit, summa servi rationem discernens. Nam cum servi peculium totum adimere, vel augere vel minuere Dominus possit, animadvertendum est, non quid servus, sed quid Dominus, constituendi servilis peculij gratia fecerit. l. peculium 4. de pecul.* Theophilus ait, κατὰ γνώμην πατρὸς ἢ δεσπότου. *§. jus autem. Instit. quod cum eo, qui in al. potest.* Cum tempore verò favor filiorum meliorem fecit conditionem filiorum, quam servorum. Nam servi non habent, nisi unum peculium, quod dependet à nutu & potestate Domini: filiis verò primum indultum fuit peculium *Castrense*, quod vel per militiam acquisiverint, *l. Castrense 11. de castr. pec.* vel iis intuitu militiæ aliunde obvenerit, *dict. l. 11. & l. de hæreditate 19. Eod. l. 1. C. Eod. libr. 12.* eâ lege, ut de illo disponant, non secus ac patresfamilias, *l. 2. ad Maced.* per testamentum, aut alio modo, *in princip. quib. non est permiss. fac. test. Instit. l. ult. C. de testam. milit. l. ult. C. qui testam. fac.* nec patri jus ullum in id competat. *l. 3. C. de Castr. pec lib. 12. & pr. Inst. Quib. non est perm. fac.* Deinde tam ex auctoritate Divi Augusti, quam Nervæ, nec non optimi Imperatoris Trajani, postea verò subscriptione Divi Adriani, etiam dimissis à militia, id est, veteranis, idem jus concessum est. *Institut. & Cod. de testam. milit. l. ult. C. de inoff. test. l. ult. C. qui testam fac.* & procedẽte tempore iis, qui in diversis dignitatibus

30. *Quid propriè peculium.*

31. *Peculium dependere à manu & conniventia Domini.*

32. *Privilegia peculii Castrensis.*

positi, à liberalitate principum quid consequuntur. vel ex salariis publicis, *d. l. ult. post pr. C. de inoff. test.* vel ex clientelis, *l. fori 4. C. de adv. div. judicior.* vel sacerdotiorum redditibus, cum sacerdotes militibus in multis æquiparentur. *Tiraq. de nobil.* Hæc enim omnia vocantur, quasi Castrensia peculia. *in dd. ll.* & subjacent arbitrio dominioque non patris, sed filii acquirentis. Post ista verò

34. *Peculium paganum.* nominat Iustin. *d. l. fin. Cod. de inoffic.* peculium *Paganum*, quod Accurs. *in l. cum oportet in princ. C. de bon. quæ liber.* subdividit in *Adventitium & Profectitiū*: Illud definiens, quod filius sua industria, aut prospera fortuna acquirit, *d. l. cum oportet. §. 1. Inst. per quas pers. nob. acquir. l. avus de jure dot.* hoc, quod contemplatione patris illi obvenit. *l. profectitia de jure dot. l. sed si plures §. in arrogat. de vulgar. l. adeo §. fin. de acquir. hæred.*

35. *Profectitiū* In *Profectitio* durat jus antiquum, quia per leges Iustiniani revocatum non fuit. *l. cum oportet 6. l. ult. §. ipsum autem 5. C. de bon. quæ lib. in potest*: ut scil. tàm proprietas, quàm ususfructus rediret ad solùm patrem, cujus intuitu res parta erat filio. *l. pater. de adquir. hær. l. quodcunq; de Verb. Oblig.* sed

36. *Adventitiū.* quod Vlpianus *in l. placet 79. de adquir. hær.* idem juris statuit in *Adventitio*, inhumanū censuit Iustin. *in d. l. cum oportet. circa fin. C. de bon quæ lib. in pot. §. igitur 1. Instit. per quas pers. nob. acquir.* ideoque generali constitutione emissa, cum jam Constantinus bona materna, *l. 1. C. de bon. mat.* Arcadius bona materni generis, *l. 2. C. Eod.* Theodosius bona ex matrimonio obvenientia, *l. 1. Cod. de bonis. quæ lib. in pot.* Leo & Anthemius, quæ sponsalibus acquirerentur, *l. 5. Eod. C.* excepissent; omnia adventitia, quoad proprietatem filiis adjudicavit, quo ad usumfructum, parentibus; filiis parcendo, & parentibus nihilominus debitum honorem servando: *d. §. 1. Instit. per quas pers.* parenti enim usumfructum possidenti nihil derogatur, & filii non lugebant, quæ & suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda aspicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres suos, quod etiam gravius multis esse videtur. *d. l. cum oportet 6. C. de bon quæ lib. in pot.*

37. *Romana pa-* Ex quibus omnibus perspicuum, quid Iustis potestas patria parentibus tribuat in *Vitam. Libertatem, Corpus, Operas & Bona liberorum*, quæ quia longè lateq; se diffundit, *tria potestu.* propterque summam autoritatem inæstimabilis est, *l. filiusfam. 114. §. sed si liberos. de legat. 1.* Platoni nominatur διοπλασία ἀρχὴ *Epist. 7.* Manlio, *apud Liv. lib. 8. post princ. Majestas patria.* Vlpianus κατ᾽ ἐξοχὴν, nominat *legem Quiritium, l. 1. §. 2. in fin. de rei vind.* quod Romani præ cæteris nationibus acerbè potestatem patriam stringerent, unde & *vinculum familiæ* Papiniano dicitur. *l. Eum bonis 87. de adquir. hæred.* & *nexus paternus. l. cum oportet 6. C. de bon. quæ lib. in pot.* Vulgò *sacra parentum*, *l. cum furiosus 7. in pr. C. de curat. fur. l. ult. §. ult. C. ad SC. Tert. l. fin. §. fin. C. de inoff. test. l. 2. C. de bon. quæ lib. in pot. l. pen. C. de adopt. l. 3. C de bon. mater.* aut *sacra* absolutè, *l. in conjunctione 20. C. de nupt. d. l. 2. C. de bon. quæ lib. apud Cassiod. lib 6. c. 2.* aut *jura sacrata* dicuntur, ut in illo Ovidii: 10. *Metam.*

Dii precor, & pietas, sacrataque jura parentum,
Hoc prohibere nefas, scelerique resistite nostro.

Ad quid parentes obligentur liberis. SECT. 4.

1. *Quare prius agendum de obligatione parentum, quàm liberorum.*
2. *Parentes & liberos sibi invicem non obligari ad officia paria.*
3. *Parentum officium consistere in tribus beneficiis.*
4. *Quantum beneficium sit vita, quam liberi debent parentibus.*
5. *Etiam illa esse parentum, quæ liberi retribuunt.*
6. *Disputatio Senecæ in contrarium.*
7. *Pietatē deberi etiam injustis genitoribus.*
8. *Sed majorem deberi justis, & qui simul educaverint.*
9. *Filius non benefacit patri, sed reddit gratiam pro beneficio: contra Senecam.*
10. *Facta liberorum per se imputare etiam parentum.*
11. *Vtrum Medicis & parentibus solvatur precium pro opera aut pro beneficio.*
12. *Filium nunquam superare beneficia paterna.*

13. Pa-

13. *Parentes ex jure naturæ debere nutrimentum ex se genitis.*
14. *Natum generali enim providentia unicuiq; destinat alimentum ex eo, unde genitum fuit.*
15. *Sic Naturam præparasse alimenta liberis in uberibus maternis, antequam nascerentur.*
16. *Et Patrem, qui non alit liberos, necare videri.*
17. *Suos hæredes, quos vocant ICti à naturâ vocati, ad hæreditatem paternam.*
18. *Filium parentis esse hæredem necessarium.*
19. *An igitur patri liceat filium exhæredare.*
20. *Quid sit abdicatio.*
21. *Differentia inter abdicationem & exhæredationem.*
22. *Duæ formæ abdicationis.*
23. *Exhæredationis unicam causam esse, sc. Ingratitudinem.*
24. *Ob quam & libertus retrahitur in servitutem.*
25. *Et filius emancipatus in potestatem patriam.*
26. *Ingratitudo emancipatorum consistit in convitio & injuria.*
27. *Imò etiam in denegatione alimentorum.*
28. *Multas esse causas exhæredationis.*
29. *Sed quæ contrahi debeant ad unam ingratitudinem.*
30. *Ad quam revocantur, quæ longiusculè abesse videbantur.*
31. *An licitum sit parentibus, abdicare liberos.*
32. *Parentes non agnoscere insaniæ est.*
33. *Contra jus naturale non valet humana dispositio.*
34. *Exhæredationem non evertere jus ullum naturæ.*
35. *Quid & quantum per alimenta intelligatur.*
36. *Utrum legitima statuto tolli possit.*
37. *Quantitas legitimæ tolli potest à jure positivo, non tota legitima.*
38. *Parentibus licere de bonis disponere pro arbitrio, modò liberis maneant alimenta.*
39. *Exceptis quibus tasibus quibus filiis competit querela inofficiosæ alienationis.*
40. *Alimentorum æstimatio desumenda ex facultatibus, loco & arbitrio judicis &c.*
41. *Quousq; pater alimenta debeat liberis.*
42. *Liberis locupletibus aut seipsos sustentare valentibus non videri deberi alimenta.*
43. *Contraria sententia magis probatur.*
44. *Nisi paterno ære filius dives evaserit aut opificium didicerit.*
45. *Dissipatis primis alimentis, utrum pater teneatur ad nova.*
46. *Tertium, quod debet pater liberis, est Institutio.*
47. *Taxatur crudelitas earum gentium, quæ imperfectiores fœtus impunè exponebant.*
48. *Rejicitur lex Solonis de non alendis parentibus, qui filium non docuerint artificium.*

De potestate, qua dominantur parentes, & subjectione qua obediunt liberi, huc usque egimus: Consequens est, ad alterum caput deflectamus, & cum sæpè fuerit mentio pietatis, qua parentes & liberi sibi invicem obligentur, injecta, in qua re illa consistat subnectamus, hoc est, quidnam parentes liberis ex pietate naturali debeant, & viceversa, quid liberi parentibus. De debito parentum agemus prius, quia filij maxima ex parte obligantur parentibus propter beneficia, quæ ab iis receperunt, ut ita necesse sit, beneficiorum paternorum magnitudinem prius cognitam esse, quam de obligatione filiorum, quæ hinc nata fuit, decernere queamus. 1. *Quare prius agendum de obligatione parentum.*

Reperiendum verò est ex 8 & 9. *Eth* duplicem esse amicitiam, ἐν ἰσότητι & καθ' ὑπεροχήν, 8. *Eth. cap.* 13. *in pr.* quarum hanc differentiam ponit Arist. 8. *Ethic. c.* 7 11. & 12. quod in amicitia parili idem sit affectus, eadem officia, sed in impari. omnia diversa. Nec enim eadem est amicitia, inquit, *d. c.* 7. *parentum erga liberos, principum erga subditos, aut vice versa, nec viri erga uxorem. Diversa quippe unicuiq; horum virtus & opus est: diversæ etem ea, ob quæ amant, diversi igitur amores & amicitiæ. Atq; eadem quidem utriq; ab altero neque fiunt, neq; sunt requirenda: sed cum parentibus* 2. *Parentes & liberos non obligari ad paria.*

tibus liberi ea retribuunt, quæ opus est iis, qui genuerunt, & parentes filiis ea, quæ filiis opus est, stabilis talium ac æqua amicitia est. Ex proportione autem in omnibus amicitiis, quæ sunt in excellentia, amor etiam fieri debet, ut meliorem amari magis, quàm amare, & utiliorem & aliorum unumquemq; similiter. Cum enim pro dignitate amor oritur, tunc quodam modo paritas fit, id quod esse amicitiæ videtur. Proportionem hanc, *cap. 11. & 12. lib. 8. Eth.* sic declarat, quod qui dignior est & superior in amicitia, ex lege inæqualis amicitiæ obligetur ad beneficia inferiori præstanda: Inferior verò ad honorem & reverentiam unà cum recompensatione acceptorum beneficiorum pro virili exhibendum. Cumq; pater in societate domestica & per conseq: in familiari amicitia, quæ in societate fundatur. 8. *Eth. c. 9.* primas teneat, amorem suum erga liberos beneficiorum excellentiâ prodere debet, consistitque eius officium respectu liberorum, in tribus beneficiis, quæ omnium maxima vocat Arist. 8. *Eth. c. 11. & 12.* sc: in *generatione, nutritione & institutione*. Auctor quippe est, τοῦ εἶναι, καὶ τροφῆς, καὶ παιδείας: & hæc quidem ex præscripto naturæ, unde amicitia hæc originem trahit, debet, *ut ibid. d. c. 11. addit Philosophus.*

3. *Parentum officium consistere in tribus beneficiis.*

4. *Quantum beneficium sit vita quam liberi debent parentibus.*

Primum, quo parentes afficiunt liberos, beneficium consistit in vita, αἴτιοι γὰρ τοῦ εἶναι, δοκοῦντος μεγίστου εἶναι, 8. *Ethic. c. 11.* Nam si mors inter terribilissima mala reponitur, 3. *Eth. c. 6.* vitam oportet in opposito ordine optabilium primas tenere, & *Quicquid habet homo, dabit pro anima sua. Iob. 2.* Idque beneficium altius exurgit ex eo, quod vita sit, quasi basis & inchoamentum omnium, quæ à liberis proficiscuntur. Nam nisi parentium beneficium antecessisset, non potuisset quicquam sequi. *Quicquid est, quod dat patri filius utiq; minus est, quia hanc ipsam dandi facultatem patri debet. Ita nunquam beneficio vincitur, cujus beneficium est ipsum, quod vincitur*: ex verbis *Sen. lib. 3. de benef. c. 28.* Brevius Ambros. *in c. 18. Lucæ: Illi debes, quod habes, cui debes, quod es.* & Philo *in lib. de Decal. unde proximè citavimus sect. 3. Nihil filiorum* dicit *esse proprium, quod non sit parentum, à quibus vel acceperunt, vel in acquirendo adjuti sunt.* Latius Aristoxen. *lib. 4. sent. Pyth.* Græcè quidem, sed in hunc sensum: *Persuadere sibi quemq; oportet, quæcunq; possidet vel habet, genitorum esse & nutritorum,* πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἐκείνοις κατὰ δύναμιν πᾶσαν, *& primum quidem bona externa, deinde corpus & deniq;* τὰ τῆς ψυχῆς ἀπλῶς ... *Omnia hæc quippe mutuò data persolvere & procuris doloribusq; indigentibus in senecta parentibus reddere tenemur.* Hierocl. *in lib. de off. liber.* similitudine quadam idem declarat, dum ait: *Quin etiam propemodum actiones nostræ omnes illorum videri possunt, ut qui nos etiam hæc agentes produxerint. Quemadmodum enim Phidiæ aut aliorum artificum opera, si & ipsa rursus alia quæpiam facerent, ea quoq; non dubitaremus opera nominare artificum. Eodem modo actiones etiam nostra parentum nostrorum opera esse dicentur, per quos & nos nati sumus.* Vnde fit, ut quicunque ad αἰδῶ hortantur liberos, vitam, tanquam principium reliquorum beneficiorum primo loco exprimant, ut Arist. 8. *Eth. c. 11. & 12. 9. Eth. c. 2.* & Lycurg. *contra Leocrat.* παρ' ὧν τὴν ἀρχὴν τοῦ ζῆν εἰλήφαμεν, adversus eos peccare summa est impietas, μέγιστον ἀσέβημα. Ipse Epictet. *in Enchirid.* & Simpl. *in comm. Omnibus modis observandum & curandum* præcipit *parentum tanquam vitæ nostræ post Deum autorẽ,* ut eò magis mirer, Senecã. *in 3. de benef. ultimis 10. capitib.* ut demonstret, filium posse patrem beneficio afficere, adeoq; plus rependere, quam acceperit, hoc beneficium tantoperè ire extenuatam. *Nam si intuearis,* inquit, *per se, quale sit, quod natus es, animadvertes exiguum & incertum, & boni maliq; communem materiam, sine dubio primum ad omnia gradum, sed non ideò majorem omnibus, quia primum c. 30. d. lib. 3. Est sanè aliquid vita melius, cujus gratiâ Vir bonus non dubitet illam ejurare: Sed nunquid propterea vita non est bona? Nimis arctè concludunt vim bonitatis, qui id tantum bonum definiunt, quo non licet abuti. Nam & corpus & vita & quæcunq; sunt hujus ordinis, per se bona sunt, licet malitia hominum*

5. *Etiam quæ retribuunt liberi, habent à parentibus.*

6. *Disputatio Senecæ in contrarium.*

minum iis abutatur per accidens. Nec verò satis fideliter beneficia paterna proponit, qui ea coarctat ad solam vitam liberorum seu unde ea emergit, patris matrisq; concubitum. d.c.30.31.34. Principium hoc saltem est, quod sequentia magnitudine sæpe vincunt, imo non rarò gratiam beneficij perdit, dum parentes voluptatis suæ magis, quam animandæ sobolis causa miscentur, dum vel legi patriæ libidinem accommodant, vel premiis patrum jure ve liberorum ad conjugia proliciuntur, dū domus & familia perpetuitatem, omniaq; potius spectant, quàm eum, quem genuere. Invitus enim aut ignorans qui beneficium dat, nihil dat. prout *lib. 6. benef. c.7. & seqq.* plurimis disputat Senec: Et tamen addit idem *c.23. Debemus parentibus nostris pietatem, & multi non ut gignerent, coierunt.* Quin & Solonis legem infra condemnabimus, qui spurios absolvebat ab onere parentes alendi, *Plut. in Solon.* quia & injustus parens, quoad naturam, parens est & reverenter habendus, *l. par. ntes nat. 6 de in jus vocand.* & si parentes etiam naturales obligantur ad alendum spurios, nisi ex coitu damnato aut incestu conceptos, *Authent. ex complexu C. de incest. nupt. §. fin Auth. quib. mod nat. effic. sui.* imò secundum juris Canonici dispositionem, nec his subtrahi alimenta possunt. *c. cum haberet. de eo, qui duxit in matr* quam usu receptam etiam in foro civili ICti testantur, *gl. Card. & Abb. in d. c. cum haberet. Barth in d. Auth. ex complex. & Neotericis passim.* nihil est, ex quo spurij excusari possint, quò minus ad retributionem parentibus obligentur. Illi verò maximè parenti liberorum vita beneficii loco imputatur, qui hoc egit, ut vivū sui exemplar relinqueret: quod si ad virtutem simul εἰκόνα manuduxerit, aut ait Philo, *lib. de Decal:* τῆς ἀρετῆς τὰς χεῖρας porrexerit, tum demum, nihil habet filius quod non debeat parenti, quemadmodum & Aristoxen: *lib. 4. sent. Pythag.* τοὺς γονέας καὶ θρεψαμένους conjungit, quando parentibus & nutritoribus negat parem posse referri gratiam. Et disertius Simplicius in *Enchirid. Epictet. Si parentes nostri bonarum etiam artium Doctores fuerunt, tum binis affectionibus conjunctis etiam officia, utrumq; tàm præceptoribus, quàm parentibus debita præstanda erunt, ipsiq; ut divina quædam imago adorandi, quod & ut essemus & ut benè essemus, hi non secus ac DEVS, autores fuerint.* Quantocunq; enim beneficio filius beet parentem, *qui dat, si prior accepit, non obligat, sed reddit, ut ait Silen lib. 3. contr. 4. modo is esse præsupponatur.* Scipionem tibi ob oculos pone, qui ut perveniret ad patrem, tot pericula, tot maximos Duces cum maximè prementia contemsit, tot oppositas difficultates. Adjice, ut idem patrem reum defendat & conspirationi inimicorum potentium eripiat: ut alterum illi consulatum ac tertium, aliosque honores etiam Consularibus concupiscendos congerat, ut pauperi raptas belli jure opes tradat, & quod est militaribus viris speciosissimum, divitem illum spoliis hostilibus faciat. Si adhuc parum est, adjice, ut provincias & extraordinaria imperia continuet: adjice, ut dirutis maximis urbibus, Romani imperij sine æmulo ad ortus occasusq; venturi defensor & conditor, majorem nobilitatem nobili viro adjiciat. Annon generandi vulgare beneficium egregiè vicisse eximiam pietatem & virtutem putas? imò si Scipio nihil patri debuisset, præter guttam percocti sanguinis, & non ipsum tantorum operum autorem animum ab eodem traduxisset, jure istuc diceres.

7. *Pietatem debemus etiam invitis genitoribus.*

Quanti verò illud æstimas, quod benè natam indolem, ac nescio annon. si improbum nacta fuisset magistrum, in deterius deflexuram, unius parentis cura ad tantum tot virtutum apicem deduxerit, viamque, unde lapsuro patri dexteram porrigere justa erat, exemplo præceptisque, quâ sui ipsius, quâ suo ære conducti, suaque prudentia delecti magistri monstraverit. Vitam circumvento ab hostibus patri servavit Scipio, (si vera sunt, quæ narrantur à Valer. *libr. 5. cap. 4.* Senec. 3. *benef. cap. 33.* Liv. *lib. 21.* licet fama & eum cā Cælius Servati Cons. decus ad servum, natione Ligurem delegaverit. *Liv. 21.*) specimenque edidit & originis & domesticæ institutionis: Beneficio verò nullo patrem sibi demeritus est, nisi novo Etymologiæ artificio, beneficium interpreteris eum

9. *Liberi nunquam benefaciunt patri, sed reddunt tantum beneficia.*

8. *Sed maiorem debent iis & qui simul educaverint.*

Adria-

Adriano Pontifice Rom. *bonum factum. Radevvic. c. 22. Advent. 6. Annal.* Nec civicam quidem coronam meritus esset, quæ dabatur servatori civis, non Imperatoris, si Catonem nactus fuisset præmiorum diribitorem. Annon enim miles sanguinem suum devovit Imperatori? annon filius animam habet consecratam saluti parentis, *pro quo ipsum, si res postulet, ut ait Cic. mori jura divina & humana cogunt?* Quid superest igitur, de quo Scipioni triumphus, tanquam servatori patris, decerni debeat, nisi fortè eò res redit, ut, de quo Comicus conqueritur, *si quis quid reddit, magna addenda sit gratia.* Rectè pater *apud Quintil. decl. 258. in pr. Quantum mihi præstare poterat, ut paria redderet? Non jam imputo illa vulgaria, lucem, & jus libertatis & usum vitæ. Hoc hoc imputo, quod fortiter fecisti roboris & corporis mei meum est, Animus iste ad contemnenda pericula ex meo fluxit. Ego te diu præceptis feci virum fortem,* &c. At, inquis, magnum attulit patri solatium, virtutibusque juventutis suæ, senectuti paternæ oblectamento fuit: Et hunc fructum sollicitudini & sumtibus paternis debuit. Qui consevit agrum coluitque, eum metere laboris præmium, oportet. & vix est, ut tot annorum molestias, tot insomnes & sollicitas noctes, tot ærumnosos dies, sera una & citò desitura delectatio recompensa-

10. *Seneca committit fallaciam accidentis.*

re queat. Nam cætera, quæ congerit in parentem Seneca, fortuito casui non sunt imputanda, sed virtuti & autoritati parentis, quemadmodum toto *c. 29. 31. 34.* disputat ipse. Qui enim vel dat vel conservat vitam, non efficit, quæ is, cui vita feliciter contigit, propria virtute effecturus est.

Nulla non res principia sua magno gradu transit, &

Omne quod excellens opus & sublime futurum est,

Difficiles ortus habet incrementaq; parva.

Id quod, si Philosophicè dicendum, ex varia principij natura & ambiguitate evenit. Nam & dimidium plus toto est, & totius orbis compendium Roma *quondam saltus erat, congestaq; cespite casa.* Verum, & principium, quod causæ efficientis, quam vocant Peripatetici, characterem impressum habet, inferius sit effecto, per rerum naturam fieri non potest. Ideoque *causam causæ* dicunt *causam causati*, qui eruditè quidem sentiunt, sed Barbarè loquuntur, & qui vitam debet patri, eidem debet, quæcunque vitam per se sequuntur: Unde didicisti virtutem, verumque laborem, eidem habes acceptam referre, quam hujus beneficio per se assecutus es fortunam. Semina, fontes, radices, fundamenta, & id genus inchoamenta, quæ vulgus principia rerum vocat, nihil moror, cum nihil minus sint, quam causæ efficientes, de quibus Philosophi loquuntur. Nec nutricum, aut Medicorum, aut præceptorum exempla permovent, quibus adversarios premit Sen. *d. lib. 3. de ben. c. 29. 30. 34.* quoniam postquam operas suas vendiderunt, quorsum jactitant beneficium, quod nequit esse, nisi gratuitum. Et nutrices quidem & præceptores, qui prima Elementa docuerunt, nullo negotio à scena amovemus, cum argentum acceperint pro opera, juxta illud ejusdem: *Quod emi, non debeo. 6. benef. c. 14. in fin.* Iis verò, qui ad veram virtutem iter monstrant & ad sapientiæ castra perducunt, *τοῖς μὲν σοφίας κοινωνήσασιν, ἡ τιμὴ ἰσόῤῥοπος οὐκ ἂν γένοιτο*, ut ait Arist. 9. *Eth. c. 1. 8. Eth. c. 14.* aut ut vulgò dicere solemus: *Diis, parentibus & Magistris nunquam par rependitur gratia*: Simplic. ubi supra, amplius fortè aliquid vult deberi bonarum artium Doctoribus, quàm parentibus, quod illi altores & curatores non corporis nostri, sed nostri ipsorum sint, idque nec naturali necessitate, ut parentes tum apud brutas animantes, tum apud homines, sed bonâ voluntate, divinam bonitatem imitante, quæ animas in ortum delapsas, eò, unde venerunt, reducere conatur: quod tacitè innuit Papin: *in l. Attilius Regul. 27. de dona.* quando concessionem cœnaculi factam Nicostrato Rhetori, cum mentione, quod Regulum donantem eloquentia & diligentia meliorem reddidisset, non per meram donationem interpretatur, sed officium Magistri quadam mercede remuneratum Regulum; Paulus dum ait certo pretio æstimari non posse, quod servatori suo dat ereptus ab hostibus aut latrunculis, *l. pen. de donat.* & proinde donationem valere in infinitum,

11. *Quomodo Medicis & præceptoribus pretium solvatur.*

nitum, *lib.* 5. *c.* 11. §. 5. annon multò magis idem dicturus erit de parentibus & præceptoribus, quibus ipse Seneca, perinde ut Medicis, hanc laudem relinquit. *lib.* 6. *de benef. c.* 15. 16. 17. quod pluris sint eorum merita, quam emantur. *Emis à medico rem inæstimabilem, vitam ac valetudinem bonam: A bonarum artium præceptore studia liberalia & animi cultum. Itaq; his non rei pretium, sed opera solvitur, quod deserviunt, quod à rebus suis avocati nobis vacant: mercedem non meriti, sed occupationis suæ ferunt.* Nam Canones quoque, quando advocato mercedem solvi jubent, Medico adjudicant honorem, quod ipsius necessitudini condignum precium persolvi non possit. Verius tamen est, quod subdit Seneca, *etiamsi pluris sint ista, quam veneant, nullum tamen munus esse vendentis, quia nihil interest, quanti sit res, postquam de pretio inter ementem & vendentem convenit. Non vanit illa suo pretio, sed tuo. Pluris, inquit alter, est, quàm vanijt. Sed pluris venire non potuit. Pretium autem cujusq; rei pro tempore est. Cum benè illam laudaveris, tanti est, quanto pluris venire non potest. Præterea nihil venditori debet, qui benè emit.* Alia igitur ratio est Medici, præceptoris & nutricis: alia parentum: Illi nos non obligant arte, quam vendunt, sed benignâ & familiari voluntate, ideoq; pretium operæ, quod pacti sunt, solvitur; animi debetur: Sed parentum beneficia, quibus vitam, libertatem, civitatem, quæ omnia sunt inæstimabilia, gratis debemus, præsertim, si cultura animi accesserit, quid est, quod reponere possimus? Etiamsi per medios ignes cum AEnea eos portemus, aut faucibus ardentis AEtnæ cum Amphinomo & Anapo eripiamus, vitamque cum libertate in periculo ponamus, nullus beneficio locus est, ne tunc quidem, quando ad summos honores eos nobiscum pertrahimus, & precium laboriosæ educationis persolvimus: *Reddimus, quod debemus.* Id quod autoritate Aristot. confirmo, qui *lib* 7. *Eth. c.* 14. *in fin.* sic concludit: *Nemo dignam referre gratiam potest Diis & parentibus: sed qui pro viribus eos colit, probi viri officio defunctus putatur, non quod fecerit, quantum debuerit, sed quantum potuerit. Reddere enim oportet eum, qui debet. Ac quicquid fecerit filius, nihil dignum collatis beneficiis fecit. Quare semper debet.*

12. *Nunquam superat filius beneficia paterna.*

Alterum beneficium parentum collocat Arist. 8. *Eth. c.* 11. & 12. in nutritione, ad quam eos naturaliter obligari ex providentia naturæ patet. Cum omnibus enim rebus ita comparatum est, ut incrementum inde expectare habeant, unde nactæ sunt initium. Improvidè enim ageret natura, si fœtus suos terris ostenderet tantum, neque ultra esse fineret, defectu nutrimenti ortus suos repetituros, ut herba solstitialis manè floret, cum vesperâ emoritur. *Dii*, inquit Sen. 6 *benef. cap.* 23. *omnibus alimenta protinus & alia utilia providerunt, nec eos per negligentiam genuerunt, quibus tam multa genuerunt. Cogitavit nos ante natura, quam fecit.* Unde autem incrementum peterent, nisi ab iis, quibus natura ad hoc stimulum & facultatem addidit. Phavorinus *contra naturam imperfectum ac dimidiatum matris genus vocat, perpetrasse, ac statim ab sese abjecisse, nec aluisse.* Gell. *lib.* 12. *c.* 1. Quam primum ex utero prodit infans, paratam sibi habet cornucopiam sex menses ante, quàm nascatur. Ut primùm enim in utero moveri incipit fœtus, quod Hippocr. *de nat. puer.* & *libr.* 1. περὶ γυναικ. tertio mense in maribus, quarto in fœminis accidere tradit, lactis copia se prodit in mammis matris, ut his verbis docet Hippocr. *de nat. pueror.* Ὁκόταν δὲ κινηθῇ τὸ ἔμβρυον, τότε δὲ ἐπισημαίνει καὶ τὸ γάλα τῇ μητρί. Cujus rei caussam hanc reddit Hippocr: *ibid.* quod fœtus jam grandior factus & se circumvolvens acetabula uteri comprimat, & sanguinem regurgitare faciat ab utero ad mammas. Quare verò ex compressis venis repulsus sanguis non deorsum potius delabatur, aut esurientibus membris in corpus distribuatur, quam per tot anfractus, tamque longo & incerto itinere ad mammas vergat, eius non aliam causam excogitarunt Medici quam consensum partium, à provida natura in eum finem implantatum, ut per subtractionem sanguinis fœtus exitus admoneatur, & per generationem lactis exituro cibus familiaris præpare-

13. *Parentes teneri ad nutritionem liberorum.*

14. *Generali enim naturæ providentiâ unicuiq; debetur alimentum ex eo, unde genitum fuit.*

15. *Natura præparat alimenta liberis in maternis uberibus.*

præparetur. Probè Phavorinus: *Nonne hac quoq; in re solertia naturæ evidens est, quod posteaquam sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus hominis finxit, adventante jã partus tempore in supernas se partes proferi & adfovenda vita atq; lucis rudimenta præsto est, & recens natis notũ & familiarem victum offert. Gell. 12. c. 1. Si enim parentes*, ait Seneca, *exponerent. nec ut ursi lambendo dicuntur formare: ita fovendo imbecillem fœtum perficerent, nempe, injuria erat genuisse, quo quidem colligo, minimum esse beneficium, patris matrisq; concubitum, nisi alia accesserint, quæ prosequerentur hoc initium muneris, & aliis officiis ratum facerent. 3. de benef. c. 31.* Qui præstinat sibi finem, præstinat etiam omnia, sine quibus ad finem pervenire non licet. Finis naturæ est, ut parentes per liberos reviviscant, & series viventium interrupta procurrat. *Arist. 1. Oecon. c. 3.* quod per nativitatem assequi non licet, nisi educatio accesserit, quia, quod natum est, nisi continua nutricatione conservetur, denasci properat, & suopte impetu ad principia revolvitur. Imò, quod crudelius est & inhumanius, si quis, quem natura ad alimenta subministranda obligavit, vadimonium deserat, nec à debito sese expediat, eum Paulus ICtus in-

16. *Et Pater, qui non alit liberos, necat.*

ter homicidas condemnat, dum ait: *Necare videtur non tantum is, qui partum præfocat, sed & is, qui abjicit, & qui alimonia denegat, & is, qui publicis locis misericordiæ causa exponit, quam ipse non habet. l. Necare 4. de agnosc. lib.* Quicunque igitur edito partu, rem factam putat, nec ad educationem sese teneri, in naturam ipsam peccat, cum dicente Iustin: *ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortetur, l. un. §. Taceat 5. vers. Sileat. C. de rei uxor. act.* & prolixius *l. ult. §. Ipsum 5. C. de bon. quæ lib. in pot. Ipsum filium vel filiam, filios vel filias, & deinceps, alere patri necesse est, non propter hæreditates, sed propter ipsam naturam & leges, quæ à parentibus alendos esse liberos imperaverunt.* Lactantius *libr. 5. de fals. sapient. & de opific. DEI.* proponit volucres, *quæ penè omnes faciunt matrimonia, & paria jungunt, & nidos suos, tanquam genitales thoros concordi mente defendunt fœtus, qui certi sunt, amant: si alienos objeceris, abigunt. Quid bestiæ? nonne frigus & famem patiuntur, & pro suo partu ita propugnant, ut nulla vulnera, nullos ictus reformident?* Vnde Apolonius jure optimo reprehendit illud Euripidis: ἅπασι δ' ἀνθρώποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα, cum rectius dixisset ἅπασι δὲ ζώοισι. Nec enim infra hominum tantum, sed infra omnium animalium, sortem consistunt, & judice Paulo, *contra naturales stimulos* faciunt, qui natorum curam ejurant, nec alere satagunt, quod procreant, *l. amicissimos. §. Lucius in fi. de excus. tutor: Neq; boni est, neq; liberalis parentis*, ait Cic. 2. *de Orat. quem procrearit & eduxerit, eum non vestire & ornare.* Censoriam vocem in Cælibes talem profert Valer. Maxim. *libr. 2. c. 9. Natura, sicut nascendi, ita & gignendi legem scribit, parentesq; vos alendo, nepotum nutriendorum debito (si quis est pudor) illigaverunt.*

17. *Vnde origo suorum hæredum.*

ICti hinc derivant nomen suorum hæredum, quod liberis. qui in potestate sunt, de jure veteri, ex naturali verò æquitate, etiam emancipatis, competit. *l. cum ratio 7. in pr. de bon. damnat. l. scripto 7. in fi. Vnde lib.* Suum enim hæredem inde denominant, quod filius, qui patri necessarius hæres est, contemplatione naturæ, sit jam quasi in dominio & possessione paternorum bonorum constitutus, *l. in suis 11. de lib. & posth. l. in suis 14. de suis & legit. l. licet 58. §. paternos. de verb. sign. d. l. cum ratio 7. §. fin. Inst. de hæred. qual. & diff.* propter spem successionis & alimentorum intentionem in bonis paternis fundatam. *Bart. in rubr.*

Qui naturâ destinantur ad hæredit. paternam.

de pecul. Ias. in d. l. in suis. num. 17. 18 Commune quippe naturæ & parentum votum vocat liberos ad hæreditatem, *d. l. scripto 7.* seu ut ait Paulus: *Ratio naturalis, quasi lex quædam tacita, parentum hæreditatem liberis addicit, veluti ad debitam successionem eos vocando. d. l. cum ratio 7. in pr.* Vnde filios naturali causa inspecta, seu *secundum naturam*, hæredes parentibus designatos dicit Iustin. *Nov. 1. §. primum itaq. Auth. in successionem in fi. C. de suis & legit. Nov. 18. §. hæc nos. 1. ibi.* Natura primò curata competenter, & naturæ vim inferri dicit: quando

quando fœminæ à successione paterna arcentur, *l. fin. C. de lib. prater*: eò quod iis nō minus alimenta debeantur, quam masculis. In princ. verò *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* educationem liberorum tàm accersit ex jure naturæ, quàm conjunctionem maris & fœminæ; quam sententiam desumsit *ex l. 1. §. jus naturale. de just. & jur.* nec de eo ullum dubium apud quenquam esse dicit Rochus Curt, *in c. fin. col. 3. secundum Abbat ibid. n. de consuet.*

18. *Filius parentis est hæres necessarius.*

Quæ cum ita sint, & parentes adeò teneantur liberis de alimentis prospicere, ut si id facere negligant, à judice compelli queant, *l. si quis a liberis 5. §. si vel parens 8 §. idem judex 11. de agnosc. lib. l. nec filium 9. junct. gl. C. de patr. pot. l. 3. & 4. C. de alend. lib.*, testamentum, in quo filius sit præteritus, ipso jure perimitur, proq; inutili habeatur, *in pr. Inst. de exhar. lib.* quia non videtur penes se fuisse, qui filij usq; adeò oblitus est, ut nec eum hæredem instituere, nec exhæredem declarare voluerit. *l. inter cætera. de lib. & posth. l. 1. l. filio præterito. de injust. rupt. l. Maximū vit. C. de lib. pratex.* Quemadmodum Albatius Rhetor, cum patrem, qui rogatus à filio, quem Piratæ captivū detinebant, precium redemtionis, non tantum id denegarat, sed insuper duplum Piratis promiserat, si manus captivo præscinderent, alter excusari non posset, eò, cum Latrone effugit, ut patrem insanū fingeret eo momento, cum literas dictasset. *Hoc*, inquit, *respondeo, nescit, quid fecerit, insaniā malu actum est.* Et Latro: *Nescio, quid scripserim, Olim jam mihi excussa mens est*, & c. *apud Senec. 1. contr. 7. in color.*

19. *De exhæredatione.*

Qui fit igitur, quòd lege 12. tabul. patri data fuerit potestas, quacunq; de causa filium ab omni hæreditate abigendi, quod & in l. Romuli continebatur *Dion. Halyc. lib. 2.* Qui enim *non liceret exheredare*, ait Paulus, *quos licebat occidere? l. in suis 12. in fin de lib & posth.* Et Latro: *Ego te non abdicem, quem possem occidere. apud Sen. 1. contr. 4.* Græcis in usu erat ἀποκήρυξις, *l. 6. C. de patr. potest.* seu ἀποκηρύξεως, *Alciat 2. disp. 28. Ioh. Ferrar. in l. jura sanguinis. de R. I* seu ut alij legunt ἀποσίρεσις, quam Latini vocant *Abdicationem. Senec. in controv. & Quintil. in Declam. passim Plin. lib 7. c. 45.*

Abdicare, ait Festus, *est domo & familia ejicere, q: non dicere, id est, negare*, ut apud Pacuvium: *Consanguineum abdicant, id est, negant*, & Dioclet. Maximianusque Impp: qui abdicationem, Græco more ad alienandos liberos usurpatam, Romanis legibus non probari testantur, *d. l. 6. C. de patr. potest.* alibi utpote *l. 9. in pr. Eod.* pro *Abdicare* dicunt, *Negare liberos.* Paulus fortè eò allusit, quando ait: *Si postmodum domo propulerit, vel moriens nihil testamento reliquerit, l. quidam cum fil. 132. de Verb. Oblig.* Nam in jure Pandectarum abdicatio evanuit, non quod priori seculo in nullo usu fuerit, imprimis in adoptivis, de quibus loquitur Paulus *in d. l. 132.* sed quod mentio eius à Iustiniano omissa: Plinius enim ait *lib. 7. c. 45. Abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem secuta est*, & Valer. *lib. 5. cap. 6.* Cæsetij Equitis Romani amorem in liberos his verbis refert: *Cæsare, omnium jam externorum ac domesticorum hostium victore, eum abdicare filium suum juberetur Cæsetius, quod is tribunus pl. cum Marullo collega, invidiam ei, tanquam regnum affectanti fecerat, Plut. in Cæs.* in hunc modum respondere sustinuit: *Celerius tu mihi Cæsar omnes filios meos eripies, quam ex his ego unum nota pellam mea.* Tertullianus *de prascript.* abdicationem conjunxit, cum exhæredatione, inquiens: *Quos exhæredaverunt semper, & abdicaverunt, ut extraneos.* Differunt tamen Abdicatio & Exhæredatio, quia illam extinxit jus Romanum, *l. 6. & 9. C. de patr. potest.* hanc in eius locum subintroduxit, *Nov. 115. & Inst. de Exhar. lib.* Abdicatio fit inter vivos: Exhæredatio causa mortis. Quin & abdicatus, nudus, sine vestitu, ignominiosè ejiciebatur domo, *Luc. in Abdicat.* & causæ abdicationis aliæ perscribebantur, *teste Luciano in Abdic* aliæ exhæredationis. Quintilian. *lib. 7. c. 4.* Abdicationum formas duas proponit, ex duplici diversa causa. *Altera*, inquit, *criminis perfecti est, ut si abdicetur, raptor, adulter: altera imperfecti, velut pendentis & adhuc in conditione positi, quales sunt, in quibus abdicatur filius, qui non pareat patri. Illa semper asperam abdicantis actionē habet. Immutabile enim est, quod factum est. Hæc ex parte blanda & suadenti*

20. *Quid abdicatio.*

21. *Quid differat ab exhæredatione.*

22. *Duæ formæ abdicationum.*

suadenti similis. Mavult enim pater corrigere, quam abdicare. At pro filiis in utroq; jure summissa & ad satis faciendum composita. Sic Pericles filium Xantippum, domo exclusum, de suo vivere jussit, cum patrias opes prodigè dilapidaret, *Plut. in Pericl.* & Neocles Themistoclem, quo respiciens ait Marillius *ap. Sen. lib. 1. cont. 8 Pugnabo & abdicatus: nec verebor, ne vilis sit opera mea patriæ. Athenienses abdicato vicerunt duce. Plut. in Them.* Apud Sen. *lib. 1. contr.* 1. Abdicatur filius à patre, quod patruum, vetante patre, aluisset, & cum adoptatus à patruo esset, ab eodem iterum abdicatur, quod contra vetitum suum ad inopiam redacto patri alimenta suppeditasset, ubi formulam abdicationis adumbrat Argentarius: *I ad illum, quem magis amas, quàm patrem.* Ibid. *contr.* 4. Abdicatur filius, qui patri manus commodare noluerat ad occidendam matrem à patre in adulterio

23. deprehensam. *Contr* 6: qui recusabat dimittere Archipiratæ filiam, quam, desertus à patre, ut eius opera ex servitute liberaretur, duxerat. Et in singulis penè *lib. 1. & 2.* controversiis hoc argumentum datur. Ad exhæredationem autem non aliam causam sufficere sanxit Iustin. *d. Nov. 115.* quam *ingratitudinem. §. Aliud quoq; capit. in pr.* Nam licet multò graviora crimina committere possit filius, in patriam, principemque, qui communis parens est, in DEUM & proximos: tamen, quia ingratitudo liberorum directò dissolvit pietatem & honorem, quem sacræ literæ parentibus tribuunt, adeoque hâc in parentes ipsos peccatur, plus facit ad exclusionem & pœnam domesticam, quàm illa cætera multò atrociora. Nam & parricidium & perduellio, & quæ sunt id genus exitialia peccata, hæresis, blasphemia in DEUM, adulterium multis parasangis antecedunt: nec tamen cuiquam istorum inest facultas, solvendi vinculum conjugii, perinde, ut adulterio, quia vagantur extra ambitum fidei conjugalis, unionisque nexum non attingunt. Solam ingratitudinem, tanquam propriam filiorum peccatum contra parentes, privata exhæredatione patri puniendam remiserunt Imperatores, quoniam eâdem de causa in

Ex hæredationi unicam causam esse, sc. ingratitudinem.

gratum libertum in servitutem retraxerunt. *l. 1. penult. & ult. C. de libert. & c. or. lib.* id quod nominatim de Claudio refert Suet. *cap. 25.* quod sc. *libertinos ingratos, & de quibus patroni conquererentur, in serviles conditiones revocaverit,* cum sub huius & Neronis imperio nihil aliud liceret patrono, quàm ingratum libertum vicesimum ultra lapidem in oram Campaniæ posse relegare, cui consuetudini in commune nihil derogari voluit Nero, cum de ingratis libertis ageretur in Senatu, sed jus revocandi in servitutem sibi soli reservavit, *ut ex Tacit. 13. Annal. annotat Ravard. 1. Conject. cap. 11.* Quid illud institutum Atheniensium, quam memorabile? quod convictus à patrono libertus ingratus jure libertatis exuitur. *Supersedeo te,* inquit Patronus, *habere civem tanti muneris impium æstimatorem. Nec adduci possum, ut credam, urbi utilem, quem domus sceleratum cerno. Abi igitur & esto servus, qui liber esse nescisti. Valer. lib. 2. cap. 6 Donat. in Andr. Ter: Plut. in Sol.* Massilienses toties rescindi manumissionem voluerunt, quoties à manumisso Dominum a deceptum cognoscerent. *Valer. d. cap. 6.* Imò ingratos filios post emancipationem, qui convitium dixerint patri, aut atroci injuriâ eum affecerint, jusserunt Romani in patriam potestatem redire, *l. un. C. de ingrat. liber.* non ut privilegia, quæ suis hæredibus & in potestate constitutis debentur, de novo acquirant, & emolumentum ex supplicio sentiant, de qua re operosè disputat Anton. Fab: *Iurispr. Papin. t. 8. pr. 5. Illat. 2.* sed ut patris potestati redditi, ab eodem pœna possent affici, cujus beneficio erant abusi. Nec enim verisimile est, voluisse Iustinianum, per hujus legis, quæ Valenti, Valentiniano & Gratiæ: debetur, approbationem, parentibus eos obtrudere necessarios hæredes, quos *Nov. 115.* exhæredes & omni favore parentum indignos pronunciavit: sed damno libertatis immeritæ propterea eos mulctavit, ne in jure libertatis & emancipationis contra patris supplicium, sive exhæredare voluerit, sive acrius permissu legum in eos animadvertere, aliquid præsidii haberent. Exempla verò in-

gratitu-

24. *Ob quam & libertus in servitutem retrahitur.*

25. *Et filius emancipatus in potestatem patriam.*

gratitudinis duo proponuntur *in d. l. un. acerbum convitium & atrox injuria*, ultra quæ nullam aliam causam, ex qua retrahi in potestatem patriam possent emancipati liberi, agnoscit Donell. *lib. 2. Comm jur. civ. c.* 24. ne tum quidem, si egenti & morituro patri alimenta filius deneget, cum multum intersit inter factum & omissionem, *arg. l. si cujus 13. alias. l. si usufructus. §. deniq. de usufr.*

26. Ingratitudo emancipatorum duobus exemplis declarata.

Verba enim spectat non mentem legis. Nam, si alimonia denegans, non obmittit tantum aliquid, sed ex consequenti necat, ut concludit Paul. *lib. 4. de agnosc. lib.* non video, quomodo sub atroci injuria parricidium hoc non contineatur. Nam & propter omissionem, quæ damnum infert patrono, libertus in pristinam servitutem repetitur, *l. ingratus. de jur. patron. l. alimenta 6. §. 1. de agnosc. lib. l. ult. Cod. de libert. & eor. lib.* Non debet autem deterior esse conditio patris, quàm patroni, quia prætetquam, quod pater est, *patronatus quoq; jura habet*, ut ait Vlpian. *in l. 1. §. ult. in fi. Si quis à parr. manum.* & emancipatus filius liber factus dicitur, quasi manumissus. *l. si filius 8. de probat. l. un. ubi immerita libertatis. Cod. de ingrat. lib.*

27. In potestatem patr. retrahitur & n. qui negat alimenta patri.

28. Multas posse esse causas exhæredationis.

Quemadmodum verò ex pluribus causis, quam verbotenus *in d. l. un.* expressis, filius immeritæ libertatis damno mulcatur, si mentem legis potius, quàm verba intueamur: ita se rem quoq; habere de causis exhæredationis certum est, ut communiter traditur *in Auth. non licet. Auth. ex causa. C. de lib. præter. Ripa in l. ult. q. 42. de secur. Car. Molin. in consu. Paris. t. 1. § 30. q. 37. Guil. Bened. in c. Raynut. Verb. Eodem testamento n. 19. Covar. ibid. in pr. n. 23. de testam.*

29. Sed quæ contrahi debeat ad ingratitudinem.

Quod enim Vigl. *in §. ult. Inst. de exhær. lib.* nolit tantam fenestram aperiri licentiæ paternæ, ut quavis ex causa, per invidiam filio necessariam hæreditatem auferre queat, cum id adversetur primis verbis & intentioni Imperatoris, *in d. §. Aliud quoq;* id ita esse non negamus, & proinde constringimus licentiam patris intra ambitum ingratitudinis, *d. § Aliud. in pr. l. si quis in suo. §. Legis. C. de inoff. testam.* ut licet scortator, homicida aut nequã, nulliusq; frugi sit filius, tamen exhæredatione puniri à patre non possit, quam diu pietatem paternam ingratitudine enormi insigniter non læserit. *gl. in c. Quintavallis Verb. exhæredaret. de jurejur.* Si petrexeris urgere verba Iustiniani, quibus vetat alias ingratitudinis causas apponere, præter eas, quæ nominatim in Novellæ Constitutionis serie continentur, & id facilè concedimus, & cæteras, si quæ adduntur, quæ sint alicujus põderis, dicimus comprehendi sub generalitate causæ secundæ, quæ continet graves & inhonestas, quascunque injurias, patri ingestas, aut sub cæteris, ut si quæstum ex lenocinio filius faciat.

30. Ad quam revocantur.

Mimi enim, & arenarii propter inhonestum vitæ genus, & turpem quæstum indignos se faciunt opibus paternis, quæ ratio eò efficacius pugnat contra lenones & meretricios, quò turpius quæstum faciunt in prostibulis, quàm in arena aut scenis. Arenarios autem, sunt, qui nihil putent ad pietatem domesticam convellendam facere, ut nec veneficos: id quod, si de crimine solum accipiant, confitemur; sed Iustinianus cautè talem addidit circumscriptionem, secundum quam necesse sit per veneficos aut mimos intelligeos tantum, qui tales artes profitentur & in ea possessione permanent. Hi enim dum vitiosam & infamem posteritatem familiæ inferunt, & deditâ operâ in opprobrium parentum degenerant, majori contumelia parentes lædant, quam qui in homicidium calore iracundiæ, in adulteriũ furore libidinis, in crimen majestatis stultâ quadam pertinaciâ ruant, ideoq; hæc injuria, tanquam quæ sit cæteris pensior, causis exhæredationum meritò annumerata fuit. Vltima causa jam in Gallis ex constitutione Henrici III. *An. 1576. lib. 6. Corp. Gall. t. 3. l. 3.* & in Germaniâ per transactionem Passaviensem expiravit, de qua alibi erit agendi locus.

31. An liceat fit parentibus liberos abdicare.

Licuit igitur omni tempore, & licet etiãnum parentibus filios ἀποκηρύξαι, cujus sive abdicationis, sive exhæredationis rationem talem reddit Arist. 8. *Eth. c. 14. in fin.* Quod filii semper debeant parentibus, quantacunque munera iis reddiderint: parentes autem liberis nihil debeant. Is autem remittere potest, cui debetur: qui debet, invito creditori se nequit subtrahere. Parentibus igitur licet filius debitum remittere, eosq; ab hæreditate

ditate semovere: filiis non licet ejurare parentes, quibus naturaliter semper manent obligati. Quin etiam, absq; hac amicitia & obligatione naturali fit, improbi hominis esse addit Arist. velle εὖ πάσχειν, & cum ad restitutionem beneficii deveniendum sit, τὸ ποιεῖν φεύγειν ὡς ἀλυσιτελές. Nam humanum

32. *Parentes non agnoscere, insania est.*

est, suæ benevolentiæ fores nemini claudere: Qui verò nec beneficium reddit, impius est, ut ait Senec. 3. *de benef. c. 1. Parentes suos non amare, impietas est, non agnoscere, insania*: & ut August *lib. de 10. plagu*: *Caninum est parentes non agnoscere.* Sueton. *in Calig. c. 2.* Inter maximas impietates Caii reponit, quod se Agrippæ nepotem nec dici, nec credi vellet ob ignobilitatem, majori, ut sibi videbatur, cum splendore, seu, ut aliis, majori cum infamia ex Augusti cum filia Iulia incestu se natum fingens. Iustinianus nihilominus parentibus quoq; alimenta, quæ iis naturali ratione à liberis deberi scribit Vlpian. *l. 5 §. Patrem 16. de agnosc. lib.* ex certis causis subtrahit, *d. Nov. 115 §. Iustum autem.* quod quid aliud est, quàm parentes abnegare? nisi cum Latrone dubitemus, an Abdicatus sit filius aut parens, *apud Sen. li. 1 contr. 1.* Cæterum, an pater possit abdicari à filio, *sect. 5.* videbimus: hic postquam constat meritis de causis, ut loquitur Paulus *in l. 7. in pr. de bon. damnat.* (sic enim potius *cum Cujac. Nov. 18.* lego, quàm certis de causis, quandoquidem *ante Novell. 15.* certæ causæ non fuerunt, *d. §. Aliud quoq; in pr.*) filium posse à natura sibi debitis alimentis privari, etiam militem, cui Augustus hoc privilegium dederat, ne posset exhæredari, *l. filiusfam. 26. de lib. & posth.* cum militia ab obsequiis naturalibus neminem absolvat, *l. 1. de obseq.* breviter enucleandum est, quo pacto contra jus naturale, quod est immutabile, *§. penult. Inst. de jur. nat.* potestas exhæredandi invalescere potuerit. Nam quod vulgò respon-

33. *Contra jus naturale non valet dispositio humana.*

deri solet, Ius naturale neminem cogere, sed esse nudam notitiam, cui vim addat autoritas principis, *l. 1. de just. & jur. in pr. Inst de jur. nat. c. jus naturale. dist. 1. Vasq. Illustr. controv. c. 35. nu. 15.* ideoq; humanam constitutionem, quæ filios coegit alimenta parentibus præstare, posse ab homine relaxari, *Dec. in l. 8. ubi Car. Molin, de R. I. Vesenbec, in parat. ff. de agn. liber.* nodum difficultatis non solvit. Nam nulla autoritas humana potest contra principia & inclinationem naturæ dispensare, etiamsi sit inclinatio tantum. Id enim tantum posse dicimur, quod honestè possumus, *l. filius 15. de condit. Inst. c. 58. de R. I. in 6.* licet pietas, honestas, boni mores neminem cogant, sed reclament tantum & tacitè vellicent aures contrà nitenti. Quod si licet autoritati humanæ hoc casu disponere contra jus naturæ, sub hoc prætextu, quod tribuat ipsi efficaciam, idem juris sibi tribuet in cæteras illius juris partes, & nihil erit iniquum, quod vi humana sese circumdederit. Oculatiùs igitur rem totam inspicienti nulla hic suboritur major repugnantia, quàm in cæteris suppliciis, quibus vis infertur naturæ. Quid est naturæ magis

34. *Exhæredatio non evertit jus naturæ.*

insitum aut amicum, quàm vita? Et tamen hanc leges auferunt facinorosis: Quid libertate prius homini à natura datum? nec tamen huic parcunt justi victores. Natura quippe non obsistit justis suppliciis, licet nullum eorum infligi possit, quin vis fiat naturæ. *Magnis sceleribus*, ait Senec. *jura naturæ intereunt. lib. 1. Controvers. 7.* Perinde enim cōsentaneum est naturali rationi, maleficia puniri, quam rem suam cuique relinqui. Nam, qui contra naturam egit, naturæ privilegia perdidit, & quæ procurante natura coaluerunt, dissolvente eadem dissiliunt. Deus conjunxit virum & uxorem, vetatque, quod à se conjunctum est, ab homine separari. Adulteris tamen, qui se conjunctione divinâ indignos reddiderunt, non patrocinatur, quia dona Dei & privilegia naturæ iis debentur tantum, qui secundum naturam se habent. Filiis verò, qui perrupto divino & humano jure, contra parentes scelestè insurgunt, & nihilominus à parentibus sibi benefieri postulant, regeri debet illud Cicer. *pro Milon. Nolunt spectari leges, quando ei, qui spectare velit, ante injusta pœna luenda est, quam justa repetenda.*

Constat ex iis, quæ modò disputavimus, nō posse à patre, imò ne à principe quidem, filiis auferri, quod iis jure naturæ debetur, nisi jus suum maleficio perdiderint. Ex jure

35. *Quid per alimenta intelligatur.*

verò naturæ debentur liberis alimenta, ut retrò deduximus; quorum nomine complectimus,

mur, non tantùm, quæ cibo potuique, quæ Diariorum cibariorumque nomine intelligimus, *l. diarius 21. de aliment. legat. Alciat. in l. Verb. Victus 43. de Verb. signific.* sed quæ usui cultuique corporis, quæque ad vivendum homini necessaria sunt, ita ut vestem quoque victus vicem habere tradat Labeo, & lectum & habitationem, & stramenta, *l. verbo Victus 4. l. quos nos 234. §. 2. de V. Sign. d. l. 5. §. Non tantum 12. de agnosc. lib. l. legatis 9. l. ult. de alim. & cibar. legat.* imprimis si voluntates hominum largius interpretandæ sint. *l. in testamentis 12. ubi Faber. nu. 15. de R. I.* Nam, qui transactione alimentis renunciat, non videtur vestiario, vel calceario renunciasse, *l. cum hi. §. qui transigit de transact.* nec qui famulo victum promisit, ad vestimenta & alia onera tenetur. *Bart. in d. l. legatis 9 de alim leg.* Pietas verò, ex qua alimenta liberis debentur, constringenda non est, sed potius amplianda, & nomine alimentorum intelligendum, quicquid ad educationem necessarium est. Quod inde excurrit, & præter victum est, cum non debeatur ex jure naturæ, sed ex æquitate aliqua per humanas rationes introductum sit, eadem autoritate

36. *Vitam legitimam statuto tolli posse.* tolli potest, qua fuit introductum. Etenim legitimam, quæ de jure civili filiis non ingratis nec exhæredatis, relinquenda est, usque eò decrescere statuto posse, ut, præter alimenta prorsus evanescat, docet Bald. *in l. 1 §. jus natur. col. fin. de just. & jur.* nec id negant, qui legitimam censent in universum extingui non posse, *Iason in l. quoniam in prior. C. de inoff. test. in l. si pater. nu. 21. C. de inst. subst. Dec. cons. 106. n. 4.* & alii, quia alimenta ad minimum, in legitimam imputata, excipiunt, id quod & illi concedunt, qui contrarium tenent, *Franc. Ripa lib. 1. resp. c. 7.* nisi, quod alimenta computent præter legitimam.

37. *Quantitas legitimæ tolli potest.* Legitimæ verò quantitatem, cum solùm jus civile præfinierit, solum idem tollere potest. Nam cum iniquum censerent legumlatores, patri adimere facultatem de bonis suis pro arbitrio disponendi, *l. non usque adeo. Si quis à par. manum. l. nemo 9. C. de Iud. & Calic. l. 1. C de sacros. Eccl. Nov. 22. de nup. §. Secundum.* nec tamen tantum libertati ejus indulgendum putarent, ut ex odio & invidia uni filiorum totam hæreditatem abjudicare, & ex favore inconsulto in alterum amovere posset, cum filii à natura hæredes & condomini constituti sint. *l. in suis. de lib. & posth. l. cum ratio. de bon. damnat. §. Sui. Inst. de hær. qual. & diff.* rationem inierunt mediā: quæ simul libertatem parentum tēperarent, simul liberorum injuriis consulerent. Reliquerunt enim patri facultatem inæqualiter bona sua distribuendi, *l. hac Edictali. §. 1 C. de sec. nupt.* modò certam portionē prægravatis sartam tectam seponeret, quam legitimam vocarunt, ab exæquatione, quam natura inter liberos instituit, quantum fieri potuit, deductam, *l si ita legatum, de cond. & demonstr. §. 1 Nov. 22. de nupt.* eamque antiquitus determinarant ad quartam portionis virilis, quæ cuique liberorum, si ab intestato successissent obvenisset *l. Papin. §. quoniam. de inoff. test.* Iustinianus verò ad trientem, si non nisi quatuor liberi superessent, aut si plures ad semissem traxit: *Nov. 18. c. 1. Nov. 39. c. 1. Nov. 1 c. 43* nec minus vel consuetudini, vel principi licet in quaque Republ. cum determinatio legitimæ ad certā quantitatem ex nudâ voluntate hominum dependeat.

Si enim alimenta habeant liberi ex bonis parentum, etiamsi omnia distrahant parentes, non datur liberis querela inofficiosæ alienationis, *ut ait Cujac. in parat. C. de inoffic. don. in fi. Dd. & præcipuè Dyn. in l. hereditarium 17. de bon. aut. jud. poss. Dd. Ioh. Andr. Card. Cald. Abb. in c. cū contingat. de jurej. Clar. §. donatio. q. 24. n. 5. Marcus Mantua in tr. de legit. mihi pag 24.* quia ante obitum patris in bona ejus nihil juris competit liberis, *l. 1. §. si impubere 21. de Collat. l. 1. §. largius de succ. edict.* & hæredes tenentur cōtractus parentum ratos habere, *l. cū à matre 14. C. de rei Vind. l. 3. C. de reb. al. non alien. l. si uxor. 7. de bon. aut. jud. poss. l. ea qua à patre 7. C. de restit. milit.* Legitima enim à vivis non assignatur, *Mynsing. cent. 4. obs. 25.* sed æstimatur ex quantitate bonorum, quæ in articulo mortis, deducto ære alieno & sumtibus funeris superest. *l. cum quæritur, C. de inoff. testament.* Cum tamen inveniantur parentes, à liberorum commodis usque adeò alieni, sive à novercis contra propria viscera incitentur, sive à parasitis à natu-

38. Liberis non competit querela inofficiosa alienationis erga parentes.

39. Exceptio quibusdam casibus.

naturali forge abducantur, ut non dubitent in fraudem hæredum bona vel dilapidare, vel in combibones ex consilio Dyni *in d. l. 17.* ante obitum trãsferre, exceptiones quasdam excogitarunt nuperi ICti in solatium supplantatorum liberorum, iisque volunt copiam fieri debere & facultatem revocandi, quicquid alienatum fuerit in fraudem hæredum, *arg. l. 1. & 2. C. si in fraud. patr. à lib. alien. Bart. in l. non usq; adeò 2. nu. 1. Si quis à parent. manum. & in d. l. hæreditar. 17. Pinell. in l. 1. part. 3. n. 76. & seq. C. de bon. mat. Molin. ad consuet. Paris. t. 1. §. 8. gl. 3. n. 20. & seqq. Rauchb. qq. Iur. Civ. & Sax. lib. 1. q. 43. nu. 30. & seqq. Heig. q. 25. lib. 1. nu. 39. Mascard. de probat. conf. 446. n. 4. in fin. vol. 1. Grass. in § legitima. q. 44. nu. 3. & 4. Em. Costa in 3. part. c. si pater. verb. privare non posset. n. 23 de testamẽt. Covar. in c. Raynut. §. 10. nu. 18. 19. Eod. & de matr. part. 2. c. 8. §. 6. nu. 5. & seqq. Eman. Soar. in thes. rec. sent. verb. filius. num. 186. 187.* aut multò minoris venditum, *l. si sponsus 5. § circa vendit. de donat. inter vir. & uxor. l. 2. Cod. de rescind. vend. Bart. in d. l. non usq; adeò. Alex. conf. 55. col. 2. lib. 1. Tiraq. in l. si unquam. verb. donatione largitus. num. 10 per l. cum te, C. de pact. int. emt. & vend. Covar d. §. 10. nu. 20. Rauchb. d. q. 43. nu. 48.* aut simulatione alienatum, sub specie contractus eum inofficiosè donaretur, *d. § Circa l. 1. & tot. t. de inoff. don. Cod. Tiraq. d. verb. donatione larg. in pr.* Nam hæc omnia revocant hæredes liberi ex eo, quod successionis intentionem in bonis paternis fundatam habeant, quam invitis pater antevertere aut præripere non potest, quantum attinet ad quantitatem legitimæ, quam quisque, qui potestatem condendæ legis habet, in sua Republ. præfinire solet. Ubi verò præfinita non est, saltem alimenta cogitur pater liberis relinquere, quorum nomine tacitam hypothecam in bonis paternis ipsis dedit natura. *Durand. Gualdens. in lib. de art. test. t. de hær. Inst. caut. 17.*

40. *Unde desumenda alimentorum æstimatio.*

Alimenta autem assignanda sunt ex arbitrio judicis. *l. 2. ubi pupill. educ. vel mor. deb.* pro modo facultatum & dignitate personæ, *d. l. 2. & 3. ubi pup. l. 1. §. si mulier. de ventr. in poss. l. 1. C. de alim. præst. l. si competente. l. ult. C. de alend. lib.* nec non secundum consuetudinem loci & familiæ. *Menoch. arbit. jud. cas. 1[illegible]. num. 3. 4. 5. ut dicemus lib. 2. cap. 2. sect. 9.*

41. *Quousq; pater alimenta debeat.*

Utrum verò alimenta debeat pater filio, quam diu vivat filius, an ad certam usque ætatem, quemadmodum statuta quædam citat & improbat Anchor. *in c. 1. de constit. q. 11. princip.* quæ à præstandis alimentis post annum ætatis filii 18 parentes liberent, ex iis, quæ diximus facilè cuivis patere potest. D. Pius ita rescripsit: *Adeis à te competentes judices ali te à patre jubebunt, pro modo facultatum ejus. si modo, cum opificem te esse dicas, in ea valetudine es, ut operis sufficere non possis. l. 5. §. Sed si filius 7. de agnosc. lib.*

42. *Filio diviti alimenta nõ deberi.*

Unde concludunt ICti, cum alimenta præbeantur saltem in subsidium, ad eorũ præstationem non teneri patrem, si filio aliunde sit prospectum, aut si ex opificio se sustentare possit. *Panorm. in d. c. Rainut. n. 11. de testam. Mart. Land. de primog. col 7. vers. Ultimo quaro: An primogenitus. Ciner. de primog. lib. 2. q. 16. Borcholt. lib. 2. conf. 13. q. 4. in pr. Ioh. Lupi in c. per vestras. not. 3. §. 2. in pr. de donat. int. vir. & uxor. Covarr. part. 2. de Matr. c. ult. §. 6. n. 5. & 13. Gothofr. ad d. § sed si filius 7.* Lege 12. tab. per emancipationem ab omni hæreditate, & in consequentiam à perceptione alimentorum excludebantur liberi. *§. emancipati 9. Inst. de hæred. quæ ab intest.* quod Iustinianus novo jure correxit, *d. § emancipati. l. meminimus. Cod. de legit. hæred. Auth. in successionem. C. de suis & legit.* naturali æquitate se motum dicẽs, quia ex instituto naturæ non minus filius manet, qui emancipatur, quam qui potestati subjicitur, ideoque ejus juris, quod ex natura fluit, tàm particeps est, quàm hic. Montecat. verò *in lib. 1. Polit. ad tex. 140.* etiam naturali ratione disputat, alimenta non deberi filiis locupletibus, & hinc pergit laxare Romanorum patriam potestatem in eo, quod fuerit perpetua. Ex præscripto enim naturæ propterea subjiciũtur potestati patriæ, quia consilio nequeunt seipsos regere, 1. *Pol. tex.* 13. & 140. & propterea aluntur, ne alimentis destituti in nihilum recidant. Iam qui victum sibiipsis quærere valent, nec consilio carent, nec in periculo interitus versantur. De potestate, utrum extendi debeat in liberos

berot nuptum elocatos, aut in perpetuum, diximus *in tract. de jure connub. c. 7. sect.* 2. Quod alimenta attinet, illud quæritur, *Virũ pater desinat debere, postquam filius desiit*

43. *egere.* Nec enim omnia alimenta debentur in subsidium, sed quæ ex commiseratione præstantur. Quæ ex actione petuntur, etiam habenti dare cogimur, perinde ut legitimã, in cujus portionem imputantur alimenta. Eam tamen non minus divites exigunt, quàm egeni; perinde ut dotem, quæ & ipsa filiabus loco alimentorum præbetur, de qua thesi agimus prolixius, *lib. 1. c. 2. sect.* 9. Nemini enim fortuna sua debet esse damnosa, & quæ sine ope paterna obtingunt, non liberant patrem à naturali debito, quo obli-

44. gatus est filio, ut totum parti. Quod si opificium sumtibus aut studio paterno didicit filius, nec indignum suo honore facit, si artem, quam callet, exerceat, ex rescripto D. Pii consentio patrem liberari, quia sumtus, ad emendam militiam ex substantia patris filio impensi, conferuntur in legitimam, *l. omnimodo 30. §. Imputari. C. de inoffic. testament.* & nihil interest, pecuniam acceperit filius loco alimentorum, an pecuniæ impensis artem didicerit, quâ se possit sustentare, & alimenta conquirere. *l. quoniam Novella* 29. *l. scimus* 36. *in pr. C. Eod.*

45. Vtrum denique pater iterum ad nova alimenta suppeditanda teneatur, si prius assignata filius inutiliter prodegerit, ut ferè fieri videmus, non est difficile ex his ipsis primitus decidere. Quicquid enim disputent Bald. *in l. 1. §. 19. natur, de just. & jur.* Hippol. *sing.* 104. *quod in c. Pater tenetur.* de eodem debito nemo nisi semel tenetur, *l. qui bis* 18. *in pr. qui usumfr.* 5ᵗ. *de V. O. l. planè* 34. *§. ubi Ias. & Zas. de leg. 1. l. Mævius* 66. *§. Eum qui* 5. *de leg. II.* Nec natura quenquam obligat ad alendum filium prodigum, aut supra facultates, cum ubique alimenta determinentur ad dignitatem personæ & modum facultatum, & supra dictum fuit *hac* *ipsa sect.* obligationem patris desinere, si filius se beneficio indignum pravis moribus fecerit. Si enim alimenta de novo suppeditarentur prodigo, pietas paterna damno & impietas filii afficeretur commodo. Hic enim invitaretur denuò ad peccandum, illius bona propter supinam liberalitatem injustè exederentur. Satisfecit igitur pater naturæ, postquam pro facultatibus alimenta filio exhibuit, quæ si is prodegerit,

factum sit, liceatq́; perire volenti.

Non enim leges in necessitate subveniunt illi, qui sua culpa in necessitatem se projecit *l. si fidejussor 7. §. si necessar. in fin. ubi copiosè Ias. qui satisdare cogant. l. si mulier* 21. *in pr. Quod met. caus. l. 2. §. si quis tamen. Si quis Caut. in jud. sist. l. jam dubitari* 86. *in fin. de hæred. instit.*

Præter alimenta debet pater filio etiam institutionem, τὴν παιδείαν *lib. 8. Eth. cap.* 12. & 13. quam ab educatione separat Iavolen. *in l. legatis* 6. *de alim. leg.* inquiens: *Legatis alimentis, cætera, quæ ad disciplinam pertinent, legato non continentur,* & quanquam eum qui ad alimenta præstanda obligatur, ad dandam mercedem quoque, pro liberalibus artibus addiscendis teneri, concludat Iulianus *in l. qui filium 4. Vbi pup. educ. vel mor.* tamen separatim utrumq́; ponit, ut sciamus alterum non contineri sub altero. Solon tanti fecit hoc caput officii paterni, ut vetuerit à liberis ali parentes, si ad honestas artes ab iis non fuerint sedulò instituti, quemadmodum & genitos ex meretricio concubitu ad alimenta parentum obligatos esse noluit. *Plutarch. in Sol.* Nota est fabula ejus, qui, eum duceretur ad patibulum, vocato ad se parenti, quasi in aures extrema verba dicturus, morsu bonam partem faciei abstulisse fertur, hoc se patri precium pravæ institutionis relicturum addens, cui imputaret fortunam, quam nunc subiret, ignominiosam. Lacedæmonii, quos conjiciebant inutiles cives Reipublicæ futuros, sive ob distortam corporis figuram, sive ob fragilitatem animi in Taigetum, publico judicio damnatos, projiciebant. *Plutarchus in Lycurg.* Germani, si Galeno credimus, *libr. 1. sanit. tuend. cap.* 10. modò editum infantulum, adhuc ab utero calentem, ad flumen deferebant, ibique, seu candens ferrum, in frigidum humorem mergebant, simul de naturæ robore periculum facturi, simul corpus ipsum roboraturi. Quodcunq; enim corpus probam citra noxam toleraverat, quia & propriæ naturæ robur ostēderat, &no-

Margin notes: 43. [illegible] · 44. [illegible] · 45. [illegible] pater tenea[tur] ad nova. · 46. *Tertiũ, quod debet pater liberis, est institutio.* · 47. *Taxatur feritas quorũdam gentium.*

[illegible]um præterea rol[illegible] ex frigidæ appulsu [illegible]rat in ordinem futurorum ci[illegible] [illegible]habatur: quod violentiam illam [illegible]nebat. in ipsa frigida impune extin[illegible]. Pomerani adhuc crudelius, superi[illegible]merarias filias in ipso vitæ exordio occidebant, ne copia onerarent hæreditatem, aut fratribus suam partem præriperent. *Cramer. Art. 1. Chron. Ecclesi. Pomer. cap. 9.* Eam veró feritatem dies ipse & consensus gentium expunxit. *Quis enim mentis compos,* ait Galenus, *ubi supra, nec omninò ferus Scytha ve, proprium pignus in ea agere discrimen sustineat?* M. Pomponius tribunus pleb. eodem nomine accusat L. Manlium, quod filium, tantæ familiæ splendore indignum, rus exegisset, ibique corpus ejus Solis æstu excoqueret, & tarditatem ingenii rustico labore magis magisque deprimeret. *Quod natura damnum,* inquit, *an nutriendum patri, si quicquam in eo humani esset, an castigandum, an vexatione insigne faciendum fuisse? Ne mutas quidem bestias minus alere & fovere, si quid ex progenie sua parum prosperum sit. Liv. lib. 7.* Consentit Sen. *Epist. 66. Fœtus suos non distinguunt feræ, & se in alimentum pariter omnium sternunt. Aves ex æquo partiuntur cibos.*

48. *Rejicitur lex Solonis.* Solonis quoque legem rejicit Bodinus 1. *de Republica c.* 4. quia, etiamsi pater officium faciat, non tamen liberatur filius ab obligatione, cum & improbus pater sit pater, id quod Epictet. *in Enchirid.* deducit ex naturali obligatione, quâ filius subjicitur patri. Arctius enim obligantur liberi parentibus, quam ut à nexu illo naturali solvantur, non tam per peccatum aliquod patris positivum, quàm per incuriam & negligentiam, quæ in omittendo consistit. Licet enim non habeant patri acceptam referre institutionem, atqui vitam debent & nutritionem, eorumque nomine coguntur tantundem, aut, ut mox dicemus, plus reddere, quia utut plurima rependant, semper in aëre manent, ut domonstrat Aristot. 8. *Eth. c. 14. in fin.* & nos *sect. seq.* subjiciemus.

SECT. 5. Ad quid liberi obligentur parentib.

1. *Prius exsolvendam esse veterem gratiam, quam promerenda sit nova.*
2. *Majorem esse obligationem liberorum, quam parentum.*
3. *Liberos non obligari eodem jure ad præstanda alimenta parentibus, quo diximus hos fuisse obligatos illis.*
4. *Parentes ad successionem liberorum non vocari ordine naturæ, sed miseratione.*
5. *Amorem parentum magis prodire ex natura, sed liberos ad gratitudinem magis obligari ratione naturali.*
6. *Facilius licere patri abjicere curam filii, quam filio patris.*
7. *Non esse peccata parentum in liberos, & horum in illos æqualia.*
8. *Vita parentum liberis non tantum ferenda, sed ne detegenda quidem esse.*
9. *Non sufficere ad exhæredationem parentum omnes causas, ob quas exhæredantur liberi.*
10. *Parentes haberi loco Deorum.*
11. *Quid primo debeatur parentibus.*
12. *Retribuendum esse parentibus pro virili, quantum acceptum fuit.*
13. *Vita sc. & alimenta ante omnia.*
14. *Exempla eorum, qui parentes cum suo periculo periculis eripuerunt.*
15. *Gratitudinem, quæ parentibus debetur, à natura etiam brutis animalibus insculptam esse.*
16. *Liberos nunquam posse respondere beneficiis parentum.*
17. *Parentibus, principibus & Deo pro beneficiis deberi honorem, cultum & reverentiam.*
18. *Quid contineat in se obsequium.*
19. *An parentibus obsequendum in omnibus.*
20. *Omnibus officiis limitem poni ab honestate.*
21. *Distinctio Gellii adducitur & examinatur.*
22. *Turpia mandata non esse exaudienda.*
23. *In honestis etiam locum habere autoritatem & jussum parentum.*
24. *Quomodo se gerere debeant liberi in iis, quæ nec turpia sunt, nec honesta.*
25. *Parentes rectius prævidere finem, quam liberos, & proinde his parendum.*
26. *Exempla liberorum obsequentium.*
27. *Modestè obsistendum parentibus.*
28. *De reverentia, quæ parentibus debetur.*

2. Sa-

29. Parentes non posse in jus vocari à liberis sine venia.
30. Quid amplectatur.
31. An filius vasallus stare teneatur pro Domino contra parentem.
32. An pater perduellis jure à filio possit occidi.
33. Qua ratione parricidium hoc excusetur.
34. Parricidium nullum ullo honestatis prætextu excusari posse.
35. Impietatem necessitate excusari quidem, sed non mereri unquam præmium.
36. Malum non esse malo tollendum.
37. Parricidium sine impietate nunquam imperari.
38. Nec sine præsentaneo parentum periculo.
39. Parentem etiam bannitum esse filio à l[illegible]ndum.
40. [illegible] in patri bannito manus inferens filius ullo modo excusari possit.
41. Exilio patris non liberari filium à crimine parricidii.
42. Ne fratri quidem in fratrem bannitum danda sica.
43. Filio num fas sit occidere matrem in adulterio deprehensam, jussu patris.
44. Solvitur argumentum eorum, qui patrem bannitum subjiciunt sica filii.
45. Parricidium omne inexcusabile est, quod excusatum non reddit necessitas.
46. Parentes ubique reverenter habendos nec facto, verbo, vel nutu lædendos esse.

DIximus de officio parentum: consequens est, agamus de debito liberorum, qui eò religiosius obstricti sunt parentibus, quò magis tenetur quis reddere quod debet, quam novum beneficium in alium collocare. Disputat Aristot 9 *Eth. c. 2.* Vtrum prius reddenda sit gratia benefactori, vel promerenda nova novo beneficio, &, ut plurimum ait honestius esse, debito se potius exolvere alieno, quam debitores sibi novos constituere, nisi fortè ex beneficio major elucescat honestas, quam ex debiti redditione. Phocion, cum cæteris omnibus ad sacrificium conferentibus, ipse nihil conferret, & propterea appellaretur. *Puderet,* inquit, *si vobis adderem. & huic nihil redderem, debitorem ostendens, qui propè astabat. Plutarch. in Apophr.* Cum jam liberi sint in ære parentum ante omnia debita, quæ quocunque modo contrahere possunt, nemini mortalium quicquam debent ante parentes, sive de collocando beneficio, quod debitis semper postponendum, sive de aliis aliunde cōtractis debitis agatur. Parentes quicquid faciunt, erga liberos ex benevolentia gratuita faciunt. Liberi verò, ex debito, & proinde major est liberorum, quam parentum obligatio. Quantum verò sit id, quod liberi debent parentibus, tàm ex lege amicitiæ inæqualis iterum patet, quam ex obligatione, quâ, qui beneficium accipit, libertatem vendit, & benefactori ad [illegible] sese sistit. *Nempe, ut gratus sim,* ait Senec. *6. benef. cap. 9. Velle debeo idem facere, quod ille fecit.* & Polyb *libr. 6.* Vbi quis à parentibus enutritus ad adultam ætatem pervenit, nec vices reddit, dignus est, qui omnium odio ad reddenda paria compellatur. Accepisti à parentibus vitam, alimenta, & quicquid es, quicquid agis, quicquid habes: Tantundem debes, aut etiam amplius, quoniam etsi omnia, quæ à parentibus acceperis, reddas, nondum tamen assecutus es gradum beneficii paterni. Nec enim benefactori benefacit, qui gratiam, quàm debet, reddit, nec alterum sibi de novo obligat, qui se ex veteri debito extricat. *Qui dat aliquid, si prior accepit, non obligat sed reddit,* ex sententiâ Senecæ *lib. 1. controvers. 4.* Immeritò reprehendit Alphonsus à Castro *lib. 2. de just. hæret. punit. cap. ult* Bartolum *in l. 5. §. parens. de agnosc. lib.* quod liberos scripserit non eodem jure obligari ad alimenta præstanda parentibus, quo obligantur parentes liberis: Nam idem asserit Paulus *in l. scripto 7. Vnde lib.* & rationes Politicæ nihil aliud ostendunt: Parentes enim obligavit natura ad nutriendos liberos, quia, quod gignitur, adeò imbecillum est, ut suis se viribus sustentare non possit, & interiturum sit, nisi inde accipiat, ut permaneat, unde habuit, ut esset 1. *Polit. cap ult.* Deinde natura, quæ quantum in ipsa est, ad æternitatem tendit, instigat homines ad generandum & nutriendum liberos, spe sempiternitatis, ut, dicente Aristot. 1. *Oecon. cap. 3.* secundum speciem maneant, quibus fragilitas naturæ negavit, permanentiam secundum

1. *Prius exolvendo est vetus [illegible] ... promerenda nova*

2. *Magis obligari liberos parentibus, quàm hos illis.*

3. *Aliter obligari ad alimenta liberis parentes, aliter parentibus liberos,*

dum numerum. Et hæc quidem ita se habent ex intentione naturæ, ex qua n.h.l. debet filius patri, cum nec pater, nisi ex accidenti, sit imbecillior filio, nec filius, turbato mortalitatis ordine, vitam sibi promittere habeat ex senectute patris. Vocat igitur liberos ad successionem parentum tàm Naturæ, quæ imbecillitati succurrere, nec quod genuisset, in ipso ortu destituere debuit, quàm parentum, qui in posteritate reviviscere & æternùm esse cupiunt, commune votum, *d. l. scripto 7. in fin. Vnde lib. l. penult. §. 2. in fin. de bon. libert. l. Iulianus 20. in fin. Si quis omiss. caus. l. Nam etsi 15. in pr. de inoffic. test. l. 13. §. Cum enim. 2. C. de legit. hered.* Parentes verò ad successionem liberorum admittit ratio miserationis, *d. l. scripto 7. in fin.* quoniam cum ex doctrina D. Pauli filii non teneantur parentibus thesauros colligere, sed parentes filiis, per accidens fit, ut filius patri, in egestatem prolapso subveniat, non quod opem filius ferat per accidens, sed quod casus ipse incidat præter intentionem naturæ, & ut ait Papinian: *turbato mortalitatis ordine. l. Nam si 15. in princ. de inoffic. testam.* Vbi verò casus incidit, non minus piè parentibus liberi, quàm liberis parentes relinquunt, ait idem, idque ex aliis atque aliis rationibus, ut scil. *tristi* hoc *lucro, l. ult. C. Comm. de success. tristi successione, § postea 2. ad SCt. Tertyll. luctuosa hæreditate l. ult. Vers. Si enim. Cod. de instit. & substit.* sobole suâ præter votum defraudatis parentibus solatium afferretur, maximè verò, ut par pro pari benè meritis redderetur. *Lex enim naturæ est, præstare, quæ exegeris*, ait Sen. 1. *contr.* 1. Hæc enim & non alia naturalis ratio est, ex qua parentes à liberis alendos dicit Vlpian *in d. l. 5. §. parens. de agnosc. lib.* eamq; solam assignat Aristot. *8 Eth. c. 14. in fin. 1 Oecon. cap 3. ubi Cas. q. 2.*

4. *Parentes ad successionem liberor. vocat ratio miserationis.*

5. *Magis ex ratione naturali obligari liberos ad gratitudinem.*

Magis igitur ex natura prodit amor parentum in liberos *8. Eth. c. 12 9. Eth. cap. 4. & 7.* sed magis ex ratione naturali obligantur liberi parentibus, quia parentes ex solo impulsu naturæ seu voto naturali, gratis liberis benefaciunt, & alimenta cum vita relinquunt: liberos præter affectum à natura implantatum obnoxios facit debitum & quæ ab iis exigitur gratitudo tantò justior, quantò minus magnitudini beneficiorum paternorum satisfacere possunt. Aristoteles in hanc rationem incumbens. 8. *Eth. cap. 14. in fin.* posse alicui videri dicit: *Non licere filio patrem abdicare, patri autem filium licere*, cujus rationem annectit: *Reddere enim oportet eum, qui debet. At quicquid fecerit filius, nihil dignum collatis beneficiis fecit, unde semper debet. Quibus autem debetur remittendi est facultas, igitur & patri.* Nec dubium est, quin tum ex hac Philosophi, tum ex aliarum quoque rationum contemplatione, facilius & minori cum injuria filio denegare possit alimenta pater, quàm patri filius. Nihil enim debet pater filio, cum gratuitâ operâ faciat, quicquid faciat. Facilius autem licet alicui resilire à gratuita benevolentia, quam à debito reddendo. Nec refert, si pater perinde dicatur scelere perdere suæ educationis fructum, ut supra de filio impio diximus. Nam cum liberi parentibus multò arctius obligati sint, quam parentes liberis, non potest debitum illud tàm facilè extingui, quàm facilè parentibus, licet manus retrahere à puro puto beneficio. Ne benefacias inimico, sufficit inimicum esse: debita verò cogetur expedire etiam is, qui à creditore offensus est. Inde non posse parentes & liberos, quemadmodum de Domino & Vasallo tradunt Iurisconsulti, judicari ad paria, ita, ut ex iisdem causis parentes abigantur à percipiendo officio liberorum, ex quibus liberi excluduntur ab hæreditate parentum, inde patet, quod peccata utrorumque non sint paria, ut docet Aristot. 5. *Ethic. cap* 5. dum contra talionem Pythagoræorum disputat, quæ in leges 12. tabul. quoque à Decemviris transcripta erat: *Si membrum rupit meum, e pacto talio esto Gell.* [illegible] *o. cap.* 1. *Quid enim* inquit Aristot. *Si magistratus percusserit, an is repercutiendus? aut si quis magistratum, an cum eâdem Verberum mensura impunè dimittendus?* Primam causam exhæreditationis perscribit Iustinianus, *Nov.* 115 *cap. Aliud.* 3 *§. 1. Si quis parentibus suis manus*, quas *impias* vocat Vlpianus [illegible] *§ 2, de et seq. intulerit.* An si pater [illegible] potestatis filium pugnis plagis [illegible], eadem de causa spe successionis liberorum

6. *Facilius potest parens [illegible] quam [illegible] tra.*

7. *Non [illegible] parentum & liberorum.*

exci-

excidet? Ne ipse quidem Iustin. *d. Nov. 115. c. 4.* causas quascunque, quas sufficere dixit ad exhæredandos liberos, in exhæredatione parentum repetiit, quia multa liceat parentibus in liberos, jure potestatis, ut verberare, accusare sine venia, contumeliosius tractare, vitæ genus sibi constituere, quæ nefas sit filios intentare parentibus. Nam & tum cum maximè digni sint supplicio parentes, pietas tamen naturalis, & quæ parentibus debetur, grata commiseratio non patitur, ut operam suam in puniendo liberi conferant. *Vitia amici noveris, non oderis*, ait Seneca.

8. Parentum vitia liberis non esse detegenda.

Vitia autem parentum sine magno sacrilegio ne deteguntur quidem, ut ex imprecatione constat, qua DEus ipse punire voluit lascivam Chami impietatem. *Genes. c. 9.* Etiamsi *δυσμενέσι ἢ ἀπάντα ταῦτα ... καὶ διδάσκειν, ἐχθραίνειν δὲ μηδαμῶς.* Etiamsi morbo aut animi vitio ignorent, consolari oportet, & in melius convertere odisse minimè. *μεῖζον γὰρ ἁμαρτία, καὶ ἀδικεῖν ἀνθρώπων, οὐκ ἂν γένοιτο, ἢ εἰς πατέρας ἀσεβεῖν.* Periction. *in lib. de incol. harmon.* Quanto verborum apparatu Apulejus Pontianum execretur, quod matris peccata ferreius detexisse *in Apol.* legere est, *mihi pag. 534. 536.* *Lex*, ait Iustin. *Nov. 22. ad fin. erubescit castigatores filios parentibus statuere.* Exhæredatio v. non aliter contra jus naturæ defendi potest, quam quod loco supplicij ingratis liberis infligi dicatur. Parentes nec ingrati sunt liberis, quibus nihil debent, nec si scelere aliquo potuissent jus paternitatis perdere, turbato potestatum ordine, abolitaque naturali reverentia, liberis danda esset licentia supplicium ab iis exigendi. Ne tum quidem, si impudicè, lascivè, inhonestè vixerint parentes, si in araneorum, mimorum, aut veneficorum consortium se receperint, liberis concedit Iustin: facultatem excludendi eos à successione, quia mores eorum convenit à filiis excusari, non accu-[illegible].

9. Paucioribus ex causis abdicari parentes.

Solas octo causas, quas gravissimas censuit, publicâ autoritate ad prætereundos parentes sufficientes declaravit. Magna enim demum injuriâ oblitteratur memoria [illegible]oris beneficij, & indignum se reddidit gratiâ, qui beneficii commodum majori incommodo delevit, id quod Senec. *lib. 6. de benef. c. 4.* prolixè sic declarat: *Multa sunt, propter quæ beneficium debere desinimus, non quia ablatum, sed quia corruptum est. Aliquis reum me defendit: sed uxorem meam per vim stupro violavit. Non abstulit beneficium, sed opponendo illi parem injuriam solvit me debito. Et si plus læsit, quam ante profuerat, non tantum gratia extinguitur, sed ulciscendi, querendique libertas fit, ubi in comparatione beneficij præponderavit injuria. Ita non aufertur beneficium, sed vincitur. Quid? non tam duri quidam, & tam scelerati patres sunt, ut illos aversari, & ejurare jus fasque sit? Nunquid ergò illi abstulerunt, quæ dederant? Minime, sed impietas sequentium temporum commendationem omnis prioris officij sustulit. Non beneficium tollitur, sed beneficij gratia, & efficitur, non ne habeam, sed ne debeam. Pecuniam aliquis mihi credidit, sed domum meam incendit: pensatum est creditum damno, nec reddidi illi, nec tamen debeo. Eodem modo & hic, quia aliquid benignè adversus me fecit, aliquid liberaliter, sed postea multa superbè, contumeliosè, crudeliter, eo loco me posuit, ut perinde liber adversus eum sim, quasi non accepissem, vim beneficiis suis attulit. Colonum suum non tenet, quamvis tabellis manentibus, qui segetem ejus proculcavit, qui succidit arbusta: non quia recepit, quod pepigerat, sed quia, ne reciperet, effecit. Sic debitori suo creditor sæpè damnatur, ubi plus ex alia causa abstulit, quàm ex credito petit. Non tantùm inter creditorem ac debitorem judex sedit, qui dicat: Pecuniam credidisti. Quid ergo, pecus abegisti, servum ejus occidisti, agellum, quem non emeras, possides, æstimatione factâ, debitor discede, qui creditor veneras. Sæpè fit igitur, ut a debito reddendi absolvatur debitor, antequam reddat, dum beneficium injuriâ compensatur: Si pater, qui vitam post DEUM liberis dedit, beneficio suo venenis aut maleficiis insidietur, si ad interitum liberos, nisi ob crimen Majestatis, tradat, si ex servitute aut carcere indigno non redimat.* quemadmodum apud Sen. *l. 1. Contr.* 7. quidam filio, qui precium liberationis petierat, jussit manus præscindi; si numi aut concubinæ filij sese admisceat, si furore cor-

reptos liberos inhumaniter negligat, exolvit liberos ab officio & debito remunerationis, quoniam vitam, quam dederat & conservare debebat, directo destructum venit. Et quia conatus in atrocibus pro facto habetur, nequit exigere gratiã illius beneficij, quod, quantum in illo fuit, omni conatu præreptũ voluit. An verò hæresis & testamenti faciendi prohibitio satis ponderosæ causæ sint ad pietatem parentibus denegandam, aliis disputandum relinquo. Arist. 8. *Eth.* c. 14. 9. *Eth. c.* 1. DEOS & parentes ubique coniungit, quando iis negat *οὐ γὰρ ἀπόδοσις κατ' ἀξίαν* reddi posse, propter magnitudinem beneficiorum, quæ Diis, parentibus, atque etiam principibus (nam & hos addit, 8. *Eth. cap.* 7. *&* 11.) debemus. *DEO sempiterno & animarum nostrarum patri*, ait Asclep. *αὐτοῖς μεγίστων σωμάτων καὶ ψυχῶν εἶναι εὐφημίαν ἀμφιέννυσθαι ἀξίαν*, *etsi pro dignitate dignũ quid illi non reddatur, magis, quàm parentibus. Dial.* 3. *ad Amm. Antiquissimi* enim *quiq; mortalium*, ita, teste Simplic. *ad d.* §. *Omnia offic. in Enchirid. Epictet; Venerabantur parentes, ut Deos appellare eos non dubitarint. Sed quamvis in hoc divinam excellentiam reveriti, patres appellare Deos sit desitum, fratres tamen patrum Græci adhuc θείους, quasi divinos, non ut Romani patruos appellant, ut demonstrent, quam rationem parentum adversus liberos esse existiment.* Prolixè & verè Hierocl. *in lib. de offic. liber.* *τοὺς δευτέρους καὶ ἐπιγείους τινὰς θεοὺς εἰπὼν, οὐχ ἁμάρτοι τις ἕνεκά γε τῆς ἐγγύτητος, εἰ δὲ δεῖ μὲν εἰπεῖν, καὶ θεῶν ἡμῖν τιμιωτέρους.* Et paulo post: *Parentes Deorum nobis imagines sunt, & per Iovem Dii lares, θεοὶ ἐφέστιοι, καὶ εὐεργέται, καὶ συγγενεῖς, δανεισταί τε καὶ κύριοι, καὶ φίλοι βεβαιότατοι. Sunt enim Deorum imagines certissima, & similitudinem eorum nobis referunt melius, quàm ullius artis facultas exprimere possit, cum tanquam Dii domus patroni & nobis familiares sint.* Proculus eosdem vocat *ἀγάλματα τοῦ πάντων πατρὸς Διός.* & Valer. *lib.* 1. *pars vindicta* ait, *expiari Deorum & parentum iniurias.* Quod si Deorum loco nobis sint parentes, non magis abnegari possunt, quàm Dij ipsi, &,

10. *Parentes esse Deorum loco.*

> *Ρεῖα καὶ ἀρνήσαιτο θεὸν μέγαν, ὅς γενετῆρα.*
> *Nazianz. in Distich.*
> *Nil timeas abiurare Deum, qui negas genitorem.*

Ut autem in pauca contrahamus amplissima liberorum nomina, quibus parentibus tenentur, ex Hierocl. *in lib. de offic. liber.* & Arist. 9. *Eth. c.* 1. primum gratitudinis modum statuimus, perpetuam *καὶ ἀνεκδότῳ προθυμίᾳ αὐτοῖς· τὸ ἀμείβεσθαι τὰς εὐεργεσίας αὐτῶν*: deinde si nequeamus, pro dignitate eadem retribuere, ut ex lege inæqualis amicitiæ, ad honorem, obsequium, reverentiam & cultum profugiamus, & minoribus hisce officiis magna beneficia maximo conatu retaliare annitamur, quemadmodum & homines erga DEUM, & subditos erga principem, oportet affectos esse. Vita enim, educatio & institutio, cum per se sunt res inæstimabiles, adeoque debitorem obligant in infinitum, tum parentibus restitui possunt, nisi per accidens, si fortè in discrimen vitæ deveniant, aut invidia fortunæ, propterve senilem imbecillitatem in pauperiem cadant. Tum enim vitam autori suo reddere, & ipsi egere tenentur liberi, ut parentibus sit, unde vivant. Maximè enim, ait Arist. videntur parentibus alimenta suppeditare decere *ὡς ὀφείλοντας, καὶ τοῖς αἰτίοις τοῦ εἶναι*, sc: quia autoribus vitæ, tantundem debemus, quantum recepimus, & honestius illis beneficium reddere, quàm nobis illis ultra demensum inservire. 9. *Eth. c.* 2. *Egone*, ait quidam *apud Sen. lib.* 1. *Contr.* 1. *fame morientem videam, per cuius cineres iuraturus sum.* Antiquus, sed verus est Senarius Græcus:

11. *Primum, quod debetur parentibus.*

12. *Retribuendum parentibus, quantum accepimus.*

13. *Inprimis vita & alimenta.*

> *Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς*,

cui convenit promissio, quam honori parentũ præmij loco adiecit DEUS ipse. Xenophon hinc liberos vocare solet *γηροβοσκούς*, ut pietatis naturalis eos nomine ipso admoneat. Seneca *Controv.* 19. legem talem præmittit; *Liberi parentes alant, aut vinciantur.* Alia ex aliis subeunt exempla eorum, qui parentes suos periculis eripuerunt, qui ex infimo ad summum protulerunt, & è plebe acervoque ignobili nunquam ta[…] cendos seculis dederunt. *Æneas patrem gravem*

14. *Exempla eorum qui parentes suos periculo […] parentes […]*

g[illegible]m senic per media hostium agmina, & p[illegible]ntu circa se urbis ruinas tulit, cum [illegible]mpli xus sacra ac penates Deos religiosum [illegible]nex non simplici cadentem sarcina premeret. Tulit illum per ignes, & quid non [illegible] pietas? periculis, colendumq; inter [illegible]iores Romani Imperij posuit. Sen. 3. de benef. c. 36. Cleobis & Bitonq matrem ad sacra Iunonis peragenda vexerunt. *Valer. lib. 5 c. 4.* Amphinomus & Anapus, Siculi juvenes, cum AEtna majore vi peragitata, in [illegible]bes, in agros, in magnam Insulæ partem effu[illegible]disset incendium, per medios ignes patrem matremq; portarunt. Dissedisse creditum est ignes, & utrinque flamma recente [illegible]mitem adapertum, per quem transcurrere[illegible] juvenes dignissimi, qui magna tutò au[illegible]derent. *Seneca & Valer. d. loc.* Vxor Intaphernis adepta à Dario potestatem ex carcere impunè transferendi, quantum tergo ferre posset, relicto marito & liberis, parentem exportavit, rogataq; causam tam laudabilis propositi, respondit: *Maritos & liberos posse [illegible]e recuperare, parentes non item. Herod. l.* Hos tamen ad extrema non adegit amor parentum. T. verò Manlius non dubio ca[illegible] discrimine patrem accusationi periculo[illegible] eripuit. *Nulli quippe alij licuisset impune sacrosanctum corpus tangere*, & ut ait Sen. *tribunum in ordinem redigere*. Sæpi[illegible] supra ejus facta est mentio verbis Livij & Valerij. Non possum tamen, quin tam no[illegible]em historiam verbis Senecæ iterum re[illegible] ex lib. 3. de benef. c. 37. *Cum enim [illegible]n ad tempus relegatum esset à patre, ob adolescentiam brutam ac hebetem, ad tribunum plebis, qui patri suo dixerat diem, venit, petitoq; tempore, quod ille dederat, sperans fore proditorem patris invisi, & benè meruisse se de juvene, cuius exilium pro gravissimo crimine inter alia Manlio objiciebat, nactus adolescens secretum, stringit occultatum sinu ferrum, &, Nisi juras, inquit, te diem [illegible] remissurum, hoc te gladio transfo[illegible]. In tua potestate est, utro modo pater [illegible] ac usatorem non habeat. Iuravit tribunus, nec fefellit, & causam accusationis [illegible] concioni reddidit. Maluit generosus [illegible]certose discrimine, confisus pietate & conscientia, objicere, quàm in incerto pa[illegible] trem relinquere.* Quid referam Scipionem Africanum, qui erga patrem periculum fecit virtutis, paulò post majori animo pro patria expediendæ? Consulem enim cum apud Ticinum fluvium adversis auspiciis cum Annibale pugnantem graviter saucium intercessu suo servavit, neque illum aut ætatis infirmitas, aut militiæ tyrocinium, aut infelicis prælij etiam veterano bellatori pertimescendus exitus interpellare valuit. *Valer. d. lib. 5. cap. 4. Sen. d. lib. 3. cap. 33. Liv. lib. 21. & ibi Flor. in Epit. Plutarch. in Scip. Plin. lib. 16. c. [illegible]. Eutrop. lib. 3. c. 2. Flor. lib. 2. cap. 6. Oros. lib. 4. c. 14. Sabell. lib. 2. Enn. 5.* Eadem charitas Italico bello Pinnensem juvenem, cui Pultoni cognomen erat, tanto animi corporisque robore armavit, ut cum obsessæ urbis suæ claustris præsideret, & Romanus Imperator patrem eius captivum, in conspectu ipsius constitutum, districtis militum gladiis circumsedisset, occisurum se minitans, nisi irruptioni suæ iter præbuisset, solus è manibus senem rapuerit duplici pietate memorandus, quod & patris servator, nec patriæ fuerit proditor. *Valer. Max. lib. 5. c. 4.* Ne te quidem Cimon silentio involvam, qui patri tuo sepulturam voluntariis vinculis emere non dubitasti. Nam etsi maximo tibi postea & civi & duci evadere contigit, plus tamen aliquanto laudis in carcere, quam in curia assecutus es. Cæteræ enim virtutes admirationis tantummodo multum, pietas verò etiam amoris plurimum meretur. Vos quoque fratres adjiciam, quorum animus origine extitit nobilior. Siquidem admodum humiles in Hispania nati, pro parentum alimentis Spiritum erogantes specioso exitu vitæ inclaruistis. Duodecim enim millia nummum, quæ post mortem vestram his darentur, à Paciæcis pacti, ut eorum patris interfectorem Epastum, gentis suæ Tyrannum occideretis: Nec ausi solum insigne facinus estis, sed etiam strenuo ac forti exitu clausistis. Iisdem enim manibus, Paciæcis ultionem, Epasto pœnam, genitoribus alimenta, vobis gloriosa fata peperistis. Itaq; tumulis etiam nunc vivitis, quia parentum senectutem tueri, quam vestram expecta-

15. *Gratitudo parentibus debita ex brutis etiam animalibus elucet.*

expectare satius esse duxistis. Hactenus Valer; quæ ego pietatis in parentes documenta profero, paucaque ex pluribus probis libris quasi in speculo objicio, ut exemplum inde capiant, sibi quod in pari parentum infortunio imitandū putent. Accursius enim adeò omnium animalium naturis insculptam censet necessitatem gratitudinis, *in l. sed & si lege 25. §. consuluit, verb. obligaverunt. de petit. hæred.* ut non solum homines, sed & bruta quæcunque animalia ad recompensationem beneficiorum obligata dicat, quod quomodocunque sese habeat in cæteris, pietatis certè naturalis in parentes vestigia in ciconiis exhibent, non tantùm vestigatores naturæ, sed & Hebræi & Græci eam avem inde denominant, & AEgyptij notam eiusdem pro gratitudine olim pinxerunt. *Illa enim redeuntis anni jugiter nuntiatrix, ejiciens tristitiam hiemis, lætitiam verni temporis introducens, magnum pietatis tradit exemplum. Nam cum parentes eorum pennas senio coquente laxaverint, nec ad proprios cibos quærendos idonei fuit, plumis suis genitorum membra frigida refovente, escis corpora lassa reficiunt, & donec in pristinum vigorem ales grandæva redeurit, pia vicissitudine juvenes reddunt, quod à parentibus parvuli susceperunt. Et ideò non immeritò longa vita servantur, qui pietatis officia non relinquunt. Perdicibus etiam mos est, ova perdita per alterius matris damna sarcire, ut adoptione alıena sobolis incommoda sua reparent orbitatis, sed mox, ut nati fiduciam habere cœperint ambulandi, ad campos exeunt cum nutrice, qui ut fuerint materná à voce commoniti, ovorum suorum potius genetricem petunt, quàm vi ab alijs, furtivis fœtibus educentur. Quid ergo homines facere debebunt, quando & hanc pietatem avibus inesse cognoscunt? Cassiod. lib. 2. Epist. 14.* Prima quippe & optima rerum natura pietatis est magistra, quæ nullo vocis ministerio, nullo usu litterarum indigens, propriis ac tacitis viribus charitatem parentum pectoribus liberorum infundit. Quis enim plaustris vagos, & silvarum latebris corpora sua tegentes, in modumque ferarum laniatu pecudum viventes, Dario roganti, quem fugiendi finem, aut, quod initium pugnandi facturi essent, ıic respondere docuit: *Se nec urbes ullas, nec agros cultos, pro quibus dimicarent, habere. Cæterum cum ad parentum suorum monumenta venissent, scituros, quemadmodum Scythæ præliari solerent.* Illa nimirùm, quæ etiam Crœsi filium loquendi usu defectum ad protegendam patris incolumitatem ministerio vocis instruxit. Captis enim à Cyro Sardibus, cum unus è numero Persarum, ignarus viri, in cædem ejus concitato ferretur impetu, velut oblitus, quid sibi nascenti fortuna denegasset, ne Crœsum regem occideret, proclamando penè jam impressum jugulo mucronem revocavit. *Herod. lib. 2. Valer. d. c. 4.* Vt eò minus mirari nobis liceat obstinatam duritiem minoris natu filij Periandri, Regis Corinthiorum & Corcyræ, quem parricidium, quod pater in matrem eius, uxorem suam Melissam commiserat, adeò à patre abalienavit, ut nec aspicere, nec affari eum, nec interroganti respondere, nec ex Corcyra domum sese revocanti parere voluerit, obstinato istoc silentio, quantum amorem parenti se debere intelligat, perenniter testatus *Herod. lib. 3.* Abirem ab hoc loco, nisi me pictura mulierculæ Atheniensis, patrem Cimona, velut infantem, pectore suo lactantis, toties pictorum imitatione oculis subjecta, retraheret, & simul in memoriam mihi suggereret illam alteram Romanam, quæ pari successu & ingenio, conclusam in carcerem matrem, fame occulta potiùs contabescere, quàm ignominiosa morte palàm periret, exerto ubere sustentasse deprehensa fuit. *Quo non penetrat, aut quid non excogitat pietas, quæ in carcere servanda genetricis novam rationem invenit? Quid enim tàm insuetatum, quid tàm inauditum, quàm matrem natæ uberibus alitam? Putaret aliquis, hoc contra rerum naturam factum, nisi diligere parentes prima natura lex esset*, ait Valer. *d. c. 4.*

lib. 39. Lev. 11.

Prima igitur pars officij liberorum consistit in eo, ut par pro pari, quantum postulat parentum conditio, & fert liberorum imbecillitas, reddere laborent. *Id enim exigit illa natura vis, quæ amplexu copula detinetur ad posteros. Ferarum catuli sequuntur pa-*

tur parentes: à cespite suo virgulta non discrepant: propago vitis propria servit origini, & discrepet homo à suo fusus initio? Quid dicamus illa beneficia, quæ vel extraneam possunt obligare personam? Nutriuntur a parvulis, ipsis laboratur, ipsis divitiæ conquiruntur, & cum sibi unusquisque credatur abundare, quod possidet, cum a patribus adhuc quæritur, pro altera potius ætate peccatur. Cassiod. *lib.* 2. *Epist.* 14. Sed quid. si altitudinem tot tantorumque beneficiorum iis assequi non liceat? Quantumcunque enim multa & magnifica in gratiam parentum fecerimus, ait Hierocl. *in lib. de offic. liber.* semper erunt inferiora iis, quæ facere nos oporteret, & Arist. 8. *Eth. c. ult.* Οὐδὲν γὰρ ποιήσας ἄξιον τῶν ὑπηργμένων δέδρακεν, ὡς αἰεὶ ὀφείλει. Seneca, qui *lib.* 3. *de benef. ad fin.* operosè disputat, quot modis parentes vinci queant beneficiis liberorum, *lib* 5. *Eod. c.* 5. veritate adactus idem confitetur: *A parentibus ferè vincimur. Nam tam diu illos odio habemus, quàm diu graves judicamus, & quàm diu beneficia illorum non intelligimus. Cum jam ætas aliquid prudentiæ collegit, & apparere cepit, propter illa ipsa eos amari à nobis debere, propter quæ non amabantur, admonitiones, severitatem, & inconsulta adolescentiæ diligentem custodiam, rapiuntur nobis. Paucos usque ad verum fructum à liberis percipiendum perduxit ætas. Cæteri liberos onere senserunt. Non est tamen turpe, vinci beneficiis a parente.* An tum verò cessat obligatio filii, & nihil amplius debet patri, quando illum fortuna felix non sivit egere beneficio luctuoso filij, aut huic ad expedienda nomina vires invidia fortunæ non dedit? Principibus quoque & Regibus, quos eo loco fortuna posuit, ex quo largiri multa possent, pauca admodum & imparia datis accepturi, nullus subditorum æqualem meritis gratiam reponere potest: illis tamen potest opera navari, & ut ait idem Sen: *d. lib.* 5. *c.* 4. *illorum excellens potentia per animorum consensum ministeriumque constat.* Arist. 8. *Eth. c.* 7. & 11. & 14. *lib.* 9. *c.* 1. & 2. legem hanc præscribit inæquali amicitiæ, ut major contentus esse cogatur honore & reverentia, quandoquidem æqualitati recompensationis proportione Geometrica satisfactum est, & *d. c.* 1, *libr.* 9. nominatim ait: *Ubi æquilibris æstimatio fieri non potest, satis est, sicut etiam erga DEOS & erga parentes, τὸ ἐνδεχόμενον, id quod fieri potest.*

16. *Liberis non possunt beneficia parentum ...*

17. *Parentibus ... honore ...*

Id verò idem Arist. *in dictis capp.* collocat in *Obsequio* seu Obedientia, & *Honore*, seu Cultu, qui complectitur *Reverentiam.* Obsequium, cujus exemplum Christus ipse de se præbet, *Luc. c.* 2. *in fin.* præsupponit potestatem patriam, de qua actum est supra, *sect.* 2. & 3. ibique additum, quod intuitu obsequij, non tantùm promtè ad jussa parentum liberis sit assurgendum, sed injuriæ quoque eorundem patienter perferendæ, quia sine impietate vindicari non possunt, nec actio liberis in patrem datur. *Impium enim est,* dicente Salvian: *si vel in hoc filii parentibus obvient, ne puniantur injustè. In Epist. ad parent. Alioquin malefaciamus, interdictum nobis esse,* dicit Plutarch. *de frat. amor. Matri autem & patri, non ita sedare, ut semper ea dicas atque agas, quibus lætentur, etiamsi molestiam præterea nullam afferas, impium injustumque haberi.* Et Aristoxe. *lib.* 4. *sent. Pythag: Venerari oportet parentes per totam vitam, etiam in rebus minimis, cum & levium verborum βαρυποτμία immineat.* Laudabilis quippe vox Palladiæ ad parentes: *Nunquam vos, ut ipsi scitis, inofficiositate aut contumacia offendi: nunquam verbo asperiore læsi: nunquam vultu protervfiore violavi. Salvian. in Epist. ad par.* 18. *Obsequium quid contineat in se.*

An igitur parentibus in omnibus obsequendum, etiamsi jubeant incendere Capitolium, quemadmodum C. Blossus Gracchij amicus, ne hoc quidem se detrectaturum dicebat, si fieri posset, ut Gracchus tale quid imperaret amico, *Valer. lib.* 4. *cap.* 7. etiamsi jubeant sibi ipsis mortiferum offerre poculum, aut lethalem stringere gladium, de qua re disputant Arist. 9. *Eth. c.* 2. Gell. *lib.* 1. *cap.* 3. *lib.* 2. *cap.* 7. Strepsiades enim filium ad maleficium ablegat autoritate imperij paterni, apud Aristoph. *in Nubib.* 19. *An parentibus obsequendum in omnibus.*

Ἀλλ' ἴθι, βάδιζ' ἴωμεν· εἴπερ τῷ πατρὶ
Πειθόμενος, ἐξάμαρτε. quo ego sic interpretor:

Ast apage cursim eamus, dum morem patri

Geris coactus, pecca. Tiberius Imp. filium Pisonis crimine civilis belli purgavit, patris quippe jussa non potuisse filium detrectare. *Tacit. 3. Annal.* Quin & Chilo, præstabilis homo sapientiæ, conservandi amici causa devia declinavit, & falsum pro amici salute consilium dedit, licet idipsum ad jure posset reprehendi culparique, in fine quoque vitæ dubitaverit. Nam Arist. *d. c. 2.* non omnia parentibus tribuenda docet, nec in electione magistratuū plus dandū pietati, quæ patri, quæ patriæ debetur, cū alia cōveniant autoritati patrum, alia æqualitati fratrum, alia consanguinitati conjunctorum, alia deniq; fidei juratorum amicorum. Omnibus verò communem regulam præscribit honestas, 3. *Eth. c. 1.* Nam quod ultrà cōsitit, sive autoritate alicujus imperij susceptum sit, sive gratiæ amici & agnati datum, excusationem non meretur, quod ut distinctius proponat Gell 2, *lib. c. 7.* distinguit ea, quæ imperari solent, in *honesta, turpia, & ἀδιάφορα* seu *μέσα*. Taurus *in medio posita* dicit, *apud eundem lib. 12. c. 5.* Honesta, fidem colere, patriam defendere, amicos diligere. Turpia, quæ sunt his contraria. Media verò, in militiam ire, rus colere, honores capessere, causas defendere uxorem ducere, uti jussum proficisci, ut accersitum venire. Hæc enim & his similia per sese ipsa neque inhonesta sunt, neque turpia, sed perinde ut à nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda sunt, aut reprehendenda. In honestis igitur & turpibus negat jussum patris locum habere, quia honesta per se sunt persequenda, non quia imperantur à patre, turpia verò fugienda, etiamsi frenis ad ea adigamur & catenis. Quod ad turpia attinet, repudiamus meritò Strepsiadis mandatum, quod paulò ante ex Aristophane laudavimus, & in eius locum substituimus illud Periclis, qui ab amico rogatus, ut pro re causaque eius falsum dejeraret, his ad eum verbis usus est: Δεῖ μὲ συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι θεῶν. *Amicus usq; ad aram.* Quid enim si proditionem patriæ, si matris mortem, si alia quædam imperarit impia parens? Parendum est patri, sed DEO prius, sed patriæ. Quid si pater vetet alere matrem, si patruum, si fratrem immeritum, cujus exemplum proponit Senec. *libr. 1. Controv. 1.* ubi Argentarius: *Non omnibus imperijs parendum est. Venit pater dimissa barba, capilloq; deformis, non senectute, sed fame membris trementibus, semesa & tenuis, atq; elisa jejunio voce, ut vix exaudiri posset, introrsum conditos oculos vix elevans. Egone ut fame pereuntem videam, per cujus cineres juraturus sum? Ergo aliquis peribit fame, qui filium suum optat superstitem?* Non desunt ex ICtis, qui patrem etiam bannitum à filio alendum censent, *in l. si quis à lib. §. S. d utrum de lib. agnosc. per tex. & gl. in §. Si verò contigerit. Auth. de incestu nups. & in l. mutus. §. manente de jur. dot.* licet ab altera parte, sed minus piè, dissentiant Bal. *in c. 1. in pr. de pac. const. per tex. in verb. ponderavit. & in lib. si quis. C. de inc. nupt.* Alvar. *in c. 1. §. si verò pacis. per tex. ibi. de pac. ten.* Quod ad honesta attinet, etiamsi per se filio sint exequenda, non tamen propterea cessàt in iis autoritas paterna. Nam aliàs ne legibus quidem in Republ. locus foret, cum per eas cives non adigantur, nisi ad honesta. Potest enim, qui jam currit, reiterato stimulo fortius pungi perurgerique, & qui tardius properat, citatiori jussu impelli. Adiaphora etiamsi per se neque utile neque honestum involvant, tamen, quia alterutrius aut etiam jucundi gratia suscipiuntur, priorem patiuntur controversiam, utrum contra sua aut liberorum commoda nitenti patri sit obediendum liberis, ut si frigidam sibi poscat contra præscriptum Medici, dum febri torretur, aut conditionem nuptiarum obtrudat invitis. Nam accedente aliquo turpidinis, aut magni incommodi modo desinunt esse per sese hæc media & indifferentia. Cum verò harum rerum determinatio pertineat ad ea, quæ Aristotel[illegible] ca singulas virtutes circumspectæ prudentiæ, ex circumstantiarum pensiculata comparatione, dijudicanda reliquit, vix est, ut certæ alicui regulæ invariabiliter includi queant, quemadmodum Cicer. *in Lal.* nodum hunc insolutum transmissurus, *declamandum* quidem *de via* dicit, *si aut de ...*

pite

20. *Omnibus officiis limitem ponit honestas.*

21. *Distinctio Gellii.*

22. *Turpia mandata non sunt exaudienda.*

23. *In hone[illegible] ... dum.*

24. *In Adiaphoris, quomodo [illegible] gerere debeant [illegible]*

pite agatur, aut fama amicorum. modò ne summa turpitudo sequatur. *Esse enim, quatenus amicitiæ venia dari possit* : Sed cujusmodi illa declinatio esse debeat, qualisque ad adjuvandum digressio, & in quanta voluntatis amici iniquitate, non dicit. Ne ipse quidem Theophrast. *in lib.* 1. *de amicit.* unde Cicero mutuatus est, licet parvam & tenuem vel turpitudinem vel infamiam subeundam concedat, si eâ re magna utilitas amico quæri possit, cum leve damnum delibatæ honestatis rependatur majore in adjuvando amico honestate, minimaque illa labes & quasi lacuna famæ imminentis, partarum amico utilitatum ratione solidetur: *has tamen,* inquit, *parvitates rerum & magnitudines, atque alia quasi appendices personarum & causarum, & temporum, & circumstantiæ ipsius necessitates, quas includere in præceptis difficile est, moderantur & regunt & quasi gubernant, & nunc ratas efficiunt, nunc irritas.*

26 [illegible] Quotus autem quisque puerorum adeò præcociter ante pilos sapit, ut tot varietates circumstantiarum aut omninò, aut melius dijudicare possit, quàm parentes ipsi, quibus maturior ætas & longus usus facultatem dedit rectius in medium consulendi, quosque pietas & naturale votum, non sinit ab utilitate liberorum aberrare. Propterea D. Paulus *ad Ephes. cap.* 6. præceptum dat universale: *Filij obedite parentibus in omnibus*, & leges civiles non faciunt filiæ copiam à voto parentum dissentiendi in negotio matrimoniali, in quo tamen magis sui juris conveniebat esse liberos, quàm ullis aliis operis minus libertatis innexum habentibus. nisi *si indignum moribus aut turpem sponsum elegerint, l. sed si* 12. *de spons.* sive ut Gellius ait: *Si imperent uxorem ducere infamem, propudiosam, criminosam.* In cæteris semper præsumitur rectum consilium parentum, *l. si pater C. de spons. l. pen. C. de bon. libert, l. nec in ea.* 22. *de adult. l. quidem* 8. *in fi. Quod met. caus.* cum 28 [illegible] filij ex errore aut affectu juvenili ut plurimum rapiantur contra propria commoda. Sic enim & Simplic. *in Enchir. Epictet. d. l. c. Omnibus Magistrorum & parentum præceptis, tanquam divinis edictis optemperari jubet. Earum, inquit, rerum Doctor, quæ secundum naturam nobis conveniunt, nihil præcipiet, nisi quod ad hunc finem referatur.* T. Mansius neque à tribuno neque totius populi judicio, patiebatur sibi persuaderi indecoram erga Majestatem, patriam inobedientiam, nec Coriolanus, quantumvis patria & sacris ejectus, jamque ingratorum civium certus triumphator, repulsis fascibus & contemtis religionibus, obluctandum sibi putavit unius matris precibus. *Liv. lib.* 2. *Halec. lib.* 8. C. Flaminius etiam à rostris se detrahi æquo animo tulit, cum sciret, à patre nihil sibi injungi posse, quod non in suum patriæque commodum cessurum esset. *Valer. lib.* 5. *cap.* 4. Iacobus Patriarcha, jussu parentum, non tantùm longum iter suscepit, sed ex eorum nutu duxit uxorem, quod impius frater adeò improbare non potuit, ut, contra animi dictamen & arbitrium, patrem eadem, quantumvis ficta pietate demereri, & ad voluntatem illius uxorem sibi asciscere, animum induxerit, *Genes. cap.* 28. Tantum huic obsequio, quo liberi obligantur parentibus, defert Cicer. *Philip.* 5. ut Cn. Pompeij binos filios inde excusatos reddere conetur, quod contra Cæsarem arma cepissent. Nec enim fraudi id illis esse debere, quod auspiciis paternis moti fuerint, & Henricus II. Rex Francor. excusationem Maximiliani Regis Rom. qui legatis securitatem publicam denegaverat, æquo animo admisit, cum diceret, per se non stetisse, quò aliter ageret, prohibitum quippe à patre Ferdinando. *Bodin.* 1. *de Repub. cap.* 4. Multum quippe interesse videtur, inter voluntariam violationem, & officij necessitatem. *l.* 2. *in fi. C. de calumniat.*

Si quæ tamen obsequi non oporteat, leniter & verecundè, ac sine detestatione nimia, *sine opprobratione acerba reprehensionis declinanda sensim, & relinquenda magis esse*, dicit Gellius, *quàm respuenda, lib.* 2. *cap.* 7. quippe cum persona patris filio semper *sancta & honesta* esse debeat. *l. liberto.* 9. *de obseq. par. & patro.* 27. *Modeste obsistendum parentibus.*

A a 2 Qu'i'n

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι πατρὸς καὶ μητρὸς ἄμεινον.

Ἔνδοθεν, τοῖς ὅσιον ἀνδρὶ μέλουσι δίκη: ut ait Theognis. Cassiodorus *lib. 5. Var.* suum cuique officium distributurus, *Modestiam*, ait, *Collegis impendimus, reverentiam patribus exhibemus, civibus debemus communem gratiam, sed affectum filiis singularem.* Sacræ literæ, Pythagoras, Aristot: reliquique Græci, nec non Latini vocant, honorem, reverentiam, cultum, qui est summissio quædam animorum religiosa, qua veneramur eos, qui nobis multò sunt superiores, digniores ve, ut Dij, Principes, sacerdotes, parentes, magistratus, patroni, eo ram his quippe lasciv è & indecenter sese gerere religio est, & gravi supplicio dignum. Nam Athenienses & illum mulctabant, qui indecenter coram Areopagitis risisset, *Sigon. 3. de Rep. Athen. c. 2. lib. 4. c. 3.* Persis ne spuere quidem licebat, præsente aliquo ex Satrapis. *Ammian. Marc. lib. 23.* Romani Cn. Trebellium trib. pleb. puniverunt, quod inciviliter locutus esset M. AEmylio Lepido, cum summum pontificatū gereret, *Flor. Epit. 47.* Censores in ærarios retulerunt, qui in jure stantes oscitarent, vel audacius responderent, ut Statilius, qui rogatus, *cur ipse curatior esset equo suo, quia*, inquiebat, *Equum meum servus, ego meipsum curo*: & Vestalibus, in honorem Deæ & sacrorum tantum delatum fuit ut Claudiæ, quæ patri auxilio accurrerat, cum tribunus pl. ex curru triumphali violenta manu detractum eum venisset, non dubitarit ipsa sacrosancta potestas cedere, *Valer. Max. lib. 5. cap. 4.* Exigit reverentia, ut cum iis, quibus debetur, non secus versemur, ac cum mortalibus Diis. Vnde est, quod parentes, cujuscunque status & sexus in jus vocari, sine permissu, non possint, *l. 4. §. 6. 7. de in jus voc.* cujus rationem petit Paulus ex reverentia, *d. l. 6.* & Modest. ait: *Generaliter eas personas, quibus reverentia præstanda est, sine jussu prætoris in jus vocare non possumus, l. general. 13. Eod. l. honori 2. & seqq. de obseq. l. 7. §. 3. l. 11. §. 7. nec magistrat. 32 de injur. l. ult. C. Qui & advers. quos inter. restit.* præcipuè si agatur de dolo, aut injuriarum, aut unde alias infamiæ nota timetur. *d. l. 2. de obseq. dist. 7. l. 11. l. 3. de injur.* Nec abs re miratur Cicero, quod Areopagitæ judicium concesserint contra Sophoclem, cum à filiis, quod præ studio Tragœdias scribendi rem familiarem negligeret, in jus vocatus esset, ut *quemadmodum Romano more malè rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic illum q; desipientem à re familiari amoverent judices. Cic. in Cat. Maj.* Plato ἀνόσιον dicit esse τὸ ὑὸν πατρὶ φόνου ἐπεξιέναι, *In Euthyphr.* sc. ut filius contra patrem instituat actionem cædis. Quocunque enim res cadat, litiganti filio cum patre paratam esse condemnationem dicebat Pittacus *apud Stob. de hon. parent. Si patre dixeris iniquiora, ob iniquitatem causa damnaberis, sin æquiora, ob indignitatem accusationis.* Nam, ut Cicero sese excusat pro Cluent: contra matrem Sassiam dicturus: *Non me præterit, cujusmodi unquam mater sit, tamen in judicio filij de turpitudine parentis vix dici oportere.* Iustinianus *d. Nov. 115.* inter causas, ex quibus patri licet exhæredare filium, secundo loco, post percussionem, ponit hanc: *Si in criminalibus accusatus fuerit à filio*, quod ex pari ingratitudine extendit *gl. in c. Gener. 38. in gl. ult. de testib. & attest.* de Canonicis agens, ex testimonio contra Ecclesiam dicto, beneficium perdituris, ad eos, qui contra patrem testimonium dixerint non compulsi, *per l. qui cum major. §. penult. de bon. libert.* aut qui advocatos se conduci passi fuerint, *gl. in c. un. §. Item si delator. Quæ fuit prima caus. benef. amitt. Francisc. Ripa in l. fin. q. 8. & 9. C. de revoc. donat.* licet alias advocatus sub accusatoribus non comprehendatur, *d. l. qui cum major. 4. §. si patroni 9. de bon. libert.* Si enim vasallus dominum accusans, vel deferens, vel testimonio in infamiam conjiciens, *c. un. §. Item si delator. Quæ fuit prim. caus. benef. c. un. §. similit. de consuet. rect. feud. c. de forma 22. q. 5. ubi gl. in verb. honestum. Sonsbec. part. 12* aut multò minora contra reverentiam Domino debitam committens, *Sonsbec. d. part. 12. Mozz. in t. Ex quib. caus. feud. amitt. & cæteri feudorum interpretes. Zas. part. 10. Schrad. part. 9. Rosenth. c. 10. Borchols. c. 8. Fultej. lib. 1. c. 11.* feudo priva-

28. *De reverentia parentibus debita.*

29. *Parentes non posse in jus vocari sine venia.*

30. *Amplificatio.*

privatur: si libertus, qui patronum sine ve- ... in jus vocavit, aut quinquaginta aureos ... inopia dignoscitur laborare, quasi ... osus castigatur. *l.2.l.23.l.24.l.ult. de ... in voc.* & libertus Ecclesiæ, qui contra eã ... accusandi aut testificandi partes sibi sumsit, non tantùm dignitate, sed & libertate cadit, *c. de famulis de servis, non ord.* Item contra Remp... quis causam agere prohibetur, *l ... de postul. l.2. C. de adv. divers. jud. Aug. ... Auth. Quibus modis natur. eff. legit. in §. 1. circa med.* Si deniq; Clericus, qui contra Ecclesiam, à qua beneficium obtinet *pro extraneus advocatus vel procurator esse præsumitur tanquam ingratus*, hujusmodi beneficio spoliatur, ut dicit Gregorius IX. *in c. fin. ad fin. de postul.* & gl. *ibi in Verb. contra Ecclesiam* deducit ex *c.1.1. q.7. ex c. nulli 3. q.1. c. si imperator. dist. 96.* tantò justiùs ædibus excludi, & ab hæreditate depelli ob ingratam accusationem possunt, quantò arctius liberi obligantur patri, majoremq; ei debent reverentiam, quam Domino vasallus, liber ... patrono, Clericus Ecclesiæ. Nam & *gl. in d. c. ult. de post.* à filii debito argumentum capit, dum Clericum propterea ab accusatione Ecclesiæ prohiberi dicit, quia Ecclesia sua ei ... mater est, *c. ad Romanam 2. quæst. 6.* quæ ipsam Domino sociavit. *c. 2. de pœn.*

31. *An filius ... debeat ... pro Domino contra patrem.* Nec immeritò iniquam inhumanitatem *in ... fin. hic finitur*, qua vasallus prò Domino jubetur stare contra patrem, condemnant *F. ... in c. afferre, not. 2. de præsumt.* Zas. *part. 7. Feud. nu 30. & seq.* Sonsbec. *part. 11. n. ... & seqq.* præcipuè cum Cujac. *in not. ad d. § fin.* Antiquis Codicibus defuisse hæc verba: *Cõtra patrem*, testetur, de qua re multa disputavimus *lib. 1. de jur. Maj. c. 5. nu. 12.* quæ huc transferri possunt. Iuramentum enim quod in favorem & pro defensione *d. §. fi.* afferri solet, neminem obligat contra bonos Mores, & jura tàm divina, quàm naturæ, nec ius suum cuiquam auferri aut in præjudicium patris torqueri potest. Quin & tacite semper excepta præsumuntur, quæ verisimile est, specialiter quenquam obligaturũ non fuisse, *c. cum juramento. ubi gl. de homicid.* & nullam, quantumvis generalem, obligationem trahendam esse ad non verisimilia tradit Angel. *cons. 249. super primo quæsito. col. pen.* Ver. *pro hac parte. per l. obligatione. de pignor. & hypoth. gl. in l. Tale pactum. §. ult. de pact.* Ecquis verò filiorum adeò sui oblitus, & pietatis, quam parentibus debet, immemor erit, ut deliberato animo se voluerit armare contra vitæ suæ autorem, & tot tantaq; illius beneficia, unius terræ glebæ, quam à Domino fortè accepturus est, stipendium juratæ impietatis, amori postponere; *In omni enim mundo infamia notari, qui contra patres armantur*, testatur & sancit Stephanus Papa *in c. infames 6. q. 1.*

Excipit tamen Iustinianus *d. Nov. 115.* perduellionis crimen, à patre patratum sive adversus principem, sive adversus Remp. cujus nomine & pater à filio reus agi, & filius à patre ad interitum tradi potest, cum occidi tales fas & jura sinunt, *l. minimè 35. de relig. & sumt. fun.* ubi Zas. *nu. 21.* duorum Nobilium de Falkenstein exemplum affert, à parricidio prætextu utilitatis publicæ excusatorum. Olenti, qui cum duobus sociennis Galeatium Sfortiam in porta ædis D. Stephani vulneribus confecerat, pater à cæde reversum domo exclusit, ne videretur criminis particeps. *Iohan. Mich. Brut. 6. hist. Flor. in princip.* 32. *An pater perduellis ... à filio possit interfici.*

33. *Qua ratione id parricidium excusetur.* Causa autem, quare perduellio tantum excipiatur, præ omnibus aliis criminibus in promtu est, & patet ex eo, quod patria *omnes omnium propinquorum, & parentum cognationes in se complectatur*, ut ait Cicer. *1. Offic.* debeatque carior esse nobisipsis. Nec enim solis parentibus nascimur, sed patriæ prius, *l. 1. §. 15. de ventr. in poss. mitt.* nec civem patriæ utilitatibus præripere aut impedire potest pater. *l. Et qui origin. 3. §. Quod pater 5. de muner. & hon.* quoniam boni cives publicam disciplinam pluris faciunt, quàm charitatem domesticam. *l. postliminium. 19. §. filius 7. in fi. de capt. & postl. rev.* & plus juris competit patriæ in civem, quàm patri in filium. Inter duos verò amicos, si contentio incidat, utri prius benefaciendum sit, aut accedendum, id Aristot. *9. Eth. c. 2.* ex honestate & necessitate metiri jubet. Honestum quidem non est, si patrem ad liberandam patriam juguler filius, utut à scelere parricidium absolvat Marcellus, & præmio insuper afficiendum putet parricidam, *d. l. mini-*

minimè 35. *in fin. de relig. & sumt. fun.* quoniam Deianira etiamsi filium jubeat ulcisci injuriam patris addit nihilominus: *Hoc erit pietas scelus, Sen. in Herc. fur.* & Iustin. *lib.* 16.

34. *Parricidium nullum honestate excusari.* *in pr.* postquam narraverat Antipatrum matrem suam interemisse, *id factum* ait *eo visum esse gravius omnibus, quod nullum materna fraudis vestigium fuit, quanquam in parricidio nulla satis justa causa ad sceleris patrocinia praetexi potest. Turpissimè* quippe occidi patrem dicit Electra *apud Sophocl. in Electr. ὑπ' οὐ δικαίως ἔτι ὑπ. Seu jure sive injuria.* Per magnam tamen utilitatem magna injuria obumbratur, &, ut ait Tacit. 14. *Annal. contra singulos utilitate publicâ rependitur illud iniquus, quod omne magnum exemplum in se habet:*

35. *Impietas necessitate excusatur quidem, sed non evadit meritoria.* Impietas verò, quomodocunq; ex necessitate, *magno humanae infelicitatis patrocinio,* Sen *Contr.* 27. excusetur, tolli tamen eventu & deleri non potest, quia remedii gratiam perdit, quicquid ipso morbo gravius lædit. Meritò enim Syllam condemnat Senec. 5. *de benef. c.* 16. quod *durioribus remediis, quam pericula erant, patriam sanaverit,* & Otto Imp. Galbam ad milites insectatur, quod quæ alii *scelera, is remedia vocaverit, dum falsis nominibus severitatem pro saevitia, parsimoniam pro avaritia, supplicia & contumelias disciplinam appellabat. Tacit. lib.* 1. *hist.* Vindicandæ sunt injuriæ, irascendum pro patria, sed *quantum salva pietate licet. Orig. lib* 8. *Contr. Cels.* Nihil enim honestū, nihil utile censeri potest, quod fundamentum Reip. sc. pietatē ipsam,

36. *Malum malo non esse tollendum.* convellit. 3. *Eth. cap.* 1. Digna erat soror Horatii, acriter puniri, cum privatum amorem sponsi priorem haberet parta victoria, & in publico plausu sola fleret, licet hostes lugeri leges vetent. *l. liberorum* 11. *§. non solent* 3. *de his, qui not. infam l. minimè* 35. *in pr. de rel. & sumt. fun.* Indignè tamen à fratre ad suppliciū rapiebatur, & impiè cadebat manu fratris, quæ cujusvis alius magis piè cecidisset *Liv. lib.* 1. Digna erat Clytemnestra, quæ pœnas daret manibus mariti scelerate à se occisi, sed quod Apollo vindictam filio Oresti commendaverit, illud Clemens Alex. *in Paran.* impium consilium meritò vocat, Nec enim, ut Clytemnestra dicebat, *apud nec, in Agam. Act.* 2.

Capienda rebus in malis praeceps via est, nisi eadem tuta sit & impietate minus impedita,

Ubi turpis est medicina, sanari piget, Idem in Oedip. Act. 3. Tantò verò improbius aliquot Apollines Romani, binos Henrici IV. Imperatoris filios Conradum & Henricum V. contra patrem in arma protruserunt, quātò minus parricidialis hæc rebellio spectabat ad utilitatem publicam, minusq; necessarium erat, ad ultimum, idemque impium remedium devenire, cum in promtu essent mitiora. 37. *Parricidium sine impietate nunquam imperari.*

Extrema nemo primo tentavit loco. Sen. in Agam.

Parricidiis enim vindicare homini non licet, quia ut Henricus IV. scribebat ad Philippum Francorum Regem: *Filio fas non est contra religionem militaris Sacramenti naturaq; leges, ac divina & humana jura, patrem in ordinem cogere, Paulus Aemyl. lib.* 5. *de reb. gest. Franc.* nisi extrema necessitas ad impietatem eam quenquam adigat, & ut ait *Sen.* 1. *Contr.* 4. *nisi scelera non sunt nostri juris,* nedum, ut imperari, aut præmiis multari debeant. Alia tolerantur in Republ. sed non probantur, ut cædes Tyrannorum, alia tolerantur non tantùm, sed & probantur, ut si jus suum cuiquam sine culpa abjudicet Majestas pro commodis Reipubl. alia verò, quia honesta sunt, etiam præcipiuntur, & præmia sibi habent annexa. Parricidia autem, extremo Reipubl. periculo perpetrata, 38. *Nec sine magno parvum periculo.* quia impietate nūquam vacant, ad primam classem pertinent, & ad ea præmiis invitari liberi non debent, propter periculum, quod parentum cervicibus hinc attrahi videtur. Proscriptionibus Syllæ nihil tàm odiosè exprobrat pater, quam quod parentes in liberos, & versa vice liberos in parentes armarit: *Plut. in Syll.* & Lucanus exaggerans injustitiam belli civilis, *lib.* 7. hoc eum primis annumerat, quod non horruerint.

Vidisse parentes
Frontibus adversis, fraternaq; comminus arma
Cognatasq; acies, C. Toranium *atrocitate parricidij omne crimen superasse,* dicit Valer. *lib.* 9. *c.* 1. quod patris sui à Triumviris proscripti latebras, ætatem, notasq; corporis,

quibus

quibus agnosci posset, persequentibus Centurionibus ediderit Hortibilius L. Villium Annalem nefarius filius prodidit, cum proscriptionem suam forte fortuna cognoscens, in aedem & laribulum sui clientis se reciperet. Siquidem per ipsa vestigia patris militibus ductis, occidendum eum in conspectu suo objecit, bis parricida, consilio prius, iterum spectaculo. *Valer ubi prius.* Martio certe Coriolanus, unica matris lachrymula minacia arma, quae furor subministrarat, excussit? *Halyc. lib.8 Liv. lib.* 2. nec sustinuit ejulatum foemineum, cui omnis hostium clamor, nihil nisi ludus jocusque videbatur. Nec enim sacrae literae jubent nos tantum probos & frugi parentes, sed sicut Dominis etiam σκολιοῖς obtemperare jubet Petrus, 1. *Epist.c* 2. ita & pravis parentibus honor reddendus, quia ut Simplic. edisserit ex *Epict. Enchir. cum parentibus colligavit nos non virtus, sed natura,* Ideoq; etiam bannitum patrem cogitur filius alere, (nisi alimentum suppeditet in fraudem patriae & Reipubl.) ut diximus paulò ante ex opinione Bartoli, quoniam natura, quae communis est omnibus. *l. hos accusare §. ult. de accus.* banno nō extinguitur, *l. jura sanguinis. de R. I. l. jus autem. de pact.* & laudantur pleno ore duae illae mulieres, quae in ipso carcere parentes, cum aliter non liceret, uberibus aluerunt. *Valer lib.5 c.4.* Iura civitatis quidem amittit in insulam deportatus, sed jura gentium & naturae retinet. *l. sunt quidam 17. in fin. de poen.* ideoq; improba est eorum opinio, qui bannitum, cujusvis sicae prostitutum, non minus à filio, quā quovis alio impunè posse trucidari disputant, quemadmodum Venetos filio cuidam, qui patrem in exilio trucidarat, non tantùm connivisse, sed & impunitatem & reditum in patriam, caeteraq; bannitorum interfectoribus promissa munera decrevisse, refert & testatur Bodin. 1. *de Rep. c.* 4. Nam & Latro *ap. Senec. 2 Contr* 17. excusantem sese Popilium de caede Ciceronis, quod jussus ab Antonio fecisset, redarguit: *An tu Popili, si Antonius jussisset, patrem tuum occideres? Potuisti excusare te potuisti promittere aliquē, ut fcires & fugeres.* Certe, si jura sanguinis deportatione non extinguuntur, nec minus incestus committitur cum exulibus agnatis, quam domi detentis, propter exilium patris filius non liberatur à parricidio. *Felin. & Dec. nu. 14. in c. quae in Eccl. de constit. Dyn. & Ang. l. in l. si adulterium. § liberi. de adult. Ias. in l. omnes populi. lect. 2. col 11. vers. tertio adverte. de just. & jur. Lacel. lib. 1 c. 1. de Imp. § 4. vers Quinto. Far. in qq. crim. q. 105. n. 275. Carer. in pract. crim. de homic. § 6. n. 4. § 7. nu. 58. Tiraq. de poen. temp. caus. 20 nu. 6. & seqq. Covarr. de matr. part. 2. c. 7. § 1. nu. 8.* Si n. propinquos Catilinae & amicos Verris accusatos habuerunt Romani, quod proscriptos transierint, *Sen. Contr. 7. aut lib 3. Contr. 2.* si multis servis laudi dederunt, multisq; libertis, quod proscriptos & neci vēditos Dominos patronosve occultarint, praesentaneoq; periculo eripuerint, *ap. Sen. 3. benef. c. 23. & seqq. Epist. 47. & Macrob. 1. Sat. c. 11.* plus tribuētes pietati naturali, quàm jussis crudelibus civilis Magistratus: quantò magis venia dabitur liberis, qui majori pietate parentibus subveniunt, quam propinqui, quam inique habiti servi. Optimi quiq; ICti statuto, quod imponit necessitatem cuivis bannitum, si obvius veniat, & tutò occidi queat, è medio tollendi negant, comprehendi fratrem, si incidat in fratrem. *Nell. in tract. Bannit. 3. part. 2. temp. q. 51. quaeritur, duo cives.* quod summa cura notandum censent Cepoll. *cons. 5. crim. Incip. Casus talis est col 5 post princ.* Hippol. de Mars. *ad l. Divus Adrian nu. 6. de parric.* Tiraq. *caus. 20. de poen. temp. n. 8.* Nā in praelio, quod contra Cinnam ante urbem pugnatum est, cum duo fratres concurrerent, & Pompejanus fratrem à se occisum, dum spolia legebat, cognosceret, collectis reliquiis non tantum rogum extruxit, sed uno incendio & se & fratrem, gladio prius eodem transverberatum, consumsit. *Flor. Epit.* 89. Quantò scelestius Lepidus Paulum fratrē proscripsit, & ut aliena quidē manu, sed suo jussu caderet, imperavit? *Quantò enim levius scelus est, cui tantummodo manus deest? Val. 9 c. 11.* Quod si fratri non licet, quod ex lege cuivis liceret, in fratrem, ne quā offendatur pietas, tantò minus sub lege comprehendi liberi poterunt, quādo de inferēda vindicta agitur, quantò majori scelere liberi peccant in parentes, quàm frater in fratrem

Margin notes:

39. [illegible] filius.

40. *An patrem bannitum liceat destruere & [illegible] manu.*

41. *Filius patrem [illegible]*

filium à crimine parricidii.

42. *Quinimò ne fratri quidē fas esse fratrem bannitum occidere.*

Nam

Nam licet vindictam, sibi concessam, nemo possit tradere alteri, *per l. servus si haredi 34. in fin. princ. & gl. in l. cum fundum. de vi & vi arm.* nisi filio, *per l. Gracchis. C. de adult.* eò quod filius & pater una persona sint, *l. fin. de impub. & al. subst. l. cum simus. de agr. & cens. lib. Hippol. in l. un. nu. 5. de rapt. virg.*

43. *An iustit filio matrem in adulterio deprehensam iussu patris trucidare.*

Pietati tamen naturali contrarium est, ut occidēdi provinciam in se suscipiat filius, si cum patre eam deprehenderit in adulterio, quo casu viro licet uxorem cum adultero trucidare, *l. si adulterium. §. liberto. ubi Angel. & Dyn. de adult.* Parricidium autem esset, si, quantumvis jussus à patre, filius sanguine materno se conscceleraret, *ut docent Fortun. Garf. in tr. de ult. fin. Illat. 11. col. 7. & Covarr. 2. part. Matr. c. 7. §. 7. n. 6. & 7.* quamvis & hoc casu filio vindictam mandari posse à patre communiter tradatur ab August. Aret. *in tract. malef. verb. che hai adulterato. num. 64. an maritus possit.* Bald. & Salyc. *in l. Gracchus, in qua ponitur fundamētum communis opinionis. C. de adult.* Bart. *in l. non solùm. §. 11. mandato. de injur.* Alex. & Ias. *in l. 1. §. fi. de op nov. nunt.* Hippol. Marf. *ad l. un. nu. 4. de rapt. virg. & sing. 448. Habens potestatem, quod ipse allegat.* Tiraq. *in prafat. l. si unquam. num. 16. C. de revoc. don.* Alexander quidem Imp. *in d. l. Gracchus.* filios excusat, qui non occiderant, ut fingunt prædicti autores, sed occidenti patri Numerio opem tulerant: verum in ea lege non fit mentio matris occisæ, quæ potuit, occiso adultero dimitti. *l. marito 24. §. 1. de adult.* Nā hactenus excusantur, quod patri paruerint, *ut in d. l. Gracchus.* si quid imperetur, cum scelere conjunctum, certamen oritur inter jubentem patrem & vetantem naturam, uter plus possit, *Sen. contr. 27.* nec plus tribuendum est iniquo jusso, quàm æquo interdicto, prout pluribus verbis excusat sese adolescēs, *apud Sen. 1. Contr. 4.* quia cui manus deerāt, jussus matrem cum adultero deprehensam occidere, non paruerat, *Alterum puta vi parricidium, matrem coram patre occidere.* Item: *Majus erat scelus, quod imperabas, quàm quod deprehenderas.* Item: *Fatebor vobis, parricidium coram patre facere non potui. Pater rogabat, ut occiderem, mater, ut viverer. Pater, ne nocens impunita esset, mater, ut ego innocens essem. Pater recitabat legem de adulteriis, mater de parricidiis,* &c. Senatus tamen Fabricianum absolvit, qui matrem & ejus adulterum Petronium occiderat, quoniam patrem ejus, de Repub, contra Samnites benè meritum ante obtruncarant. *Plutarch. in Parall.* Prudentius Areopagitæ, ad quos D. Dolabella similem ferè modum, cui solvendo non erat deligandum remiserat, *accusatorem cum accusato* jusserunt *post centum annos ad audiendam sententiam redire,* ne vel parricidium probare, vel ante perpetratum veneficium inultum relinquere viderentur. *Val. Max. lib. 8. Gell. lib. 12. c. 7.* Sed ut ad principium quæstionis redeamus, Vtrum bannito patri filius jure possit vim facere, nullius momenti est, quod bannitus transeat ad hostes Reipubl. quia id falsum est de iis, qui propter alia crimina, quam quæ Majestatis vocantur, civitate excluduntur, cum Camillus in exilium actus nihil in votis prius habuerit, quam ut Rempub. Dii ita sibi commendatam haberent, ne sua opera egeret, & Scipio ingratæ patriæ nihil nisi ossa sua inviderit.

44. *Solvitur argumentu[m] ...*

Imò etiam hostis Reipubl. non perdit jura gentium aut naturæ, nec prius parricidium aliquod filii tolerari, aut utilitatis publicæ prætextu excusari potest, quam si in eas angustias res redacta fuerit, ut nisi per cædem patris à filio Reip. consuli non posset. Non est Medici, sed Carnificis abrumpere membrum, antequā medicinæ omnem apparatum pertinacia mali consumserit. Quantò crudelius in patrem sæviet, qui nulla necessitate coactus alris hāc provinciam præripit. Vix est, ut non delectari videatur, qui ad supplicium properat. *Et quis possit accusare jam reliqua, si pietatis nomina probantur esse crudelia. Cassiod. 2. Epist. 14. in princ.* Sic igitur statuo: Excepta causa perduellionis contra patriam, & contra Deum, *Matth. 10.* quibus tanquam primis & communibus ipsorum parentum parentibus plus debemus, nec accusari, nec castigari, nedum interfici parentes à liberis fas esse: In defendenda autem patria ita versandum esse, ne pietas, divino & humano jure munita, nisi propter extremam necessitatem, offendatur. Necessitas enim servandæ patriæ factum quidem per se impium quadam-

45. *Sola ...*

Tamen excusat parricidium. damtenus excusat, & ut ait Senec. *quicquid cogit, defendit, Controv.* l. 5. 27. sed in laude non ponit, nec præmio dignum facit. Q. Vibium Serenum, structarum in principem Tiberium insidiarum accusabat filius, & tamen hanc historiam sic exorditur *Tacit. 4. Annal. Iisdem Consulib. miseriarum ac sævitia exemplum atrox, reus pater accusator filius, in senatum inducti sunt.* Et pater non tam laboravit in refellendo crimine, quàm exercando impietatem filii. *At contra reus,* ait Tacit. *nihil infracto animo obversus in filiū, quatere vincula, vocare ultores Deos, ut sibi quidem redderent exsilium, ubi procul tali more ageret, filium autem quandoq; supplicia sequerentur. Tandem cum quæstio accusatori adversa fuisset, & scelere vecors, simul vulgi rumore territus, robur & saxum, aut pœnas parricidarum minitantium, cessit urbe, patremq; media lite reliquit.* Vsq; adeò aversatur humana natura etiam illos, qui, parentibus ob perduellionem dicam scribūt. Hæc est opinio humanior, vel ipso Ripa Iudice, *l. generaliter, de revoc. don.* licet ipse propter autoritatem Bartoli, in oppositā inclinet sententiam *Vide in partem mitiorem abeuntes. Cepoll d. cons. 5. Clar. §. homic. Dec. 9. pr. 15. Covarr. d. §. 7. n. 8.* In cæteris rebus, si

46. *Parentes nec factis, nec nutu, nec verbis lædendi sunt.* sanctas parentum personas, nutu, verbis, facto lædamus, contra reverentiam, quàm genitorib. debemus, graviter peccamus. Nam & *vultu sæpè læditur pietas,* ait Tullius, & *vel in bona causa humilis esse, in quantum res sinit, filij apud parentes debet oratio, Salvian. in Epist. ad par.* Hoc enim est *parricidium, quod salvis legibus committi posse* dicit Flaccus *declam. 1. 1.* si sc. parentibus etiam sine causa non cedas, nec eum Palladia dicere velis: *Peto quidem veniam, quia irascimini: sed non possum malum dicere, quod feci. Obsecro igitur & supplex dico: Quid feci? quid commerui? Ignoscite, quicquid illud est veniam peto, etsi delictum nescio.* Hoc est nimiū revereri & in honore habere parentes: *Durum autem vel vi regere patriam, aut parentes, quanquam & possis & delicta corrigas, importunum esse* dicit Sallust. *in Iug.* & Originen. *hom. 1. in L. v. Patri vel matri nullo modo contradicere debemus, dicant, faciant, quæ volunt.*

De crimine & pœna patricidii. SECT. 6.

POstquam constat de Gratitudine & Reverentia, qua Liberi obligātur Majestati patriæ, consequens esset ad illorum impietatem progredi, qui adeò extra pietatem moresq; vagantur, adeò originis conditionisq; suæ obliviscuntur, ut ne parentibus quidem

vitam dubitent eripere, pro quibus gloriosè ad mortem sese offerre deberēt, nisi calamus ipse magnitudinem sceleris respueret, nisi quod præstaret insolita crimina tacēdo supprimere, quam exaggerendo indicare. Nam sapientissimus Solon inter leges suas parricidii mentionem non fecit, cujus causam rogatus fertur hanc dedisse, quod neminem putaret adeò detestabilem repertum iri, qui tam malam sit redditurus parentibus gratiam, *Cic pro Rosc. Amer.* & Neronis liberti, cupientes infringi potentiam Agrippinæ, odiis præconceptis undiq; audacter ignē subdiderunt, *credente nullo*, ut ait Tacit, *neq; ad eadem matris duratura filij odia, lib. 14. Annal. in pr.* Seneca id dissimulatum suspicatur, quòd scelera incipiant cum interdictis, & in ea maximè niti soleamus, quæ maximè prohibentur *Videbis, inquit, ea sæpè committi, quæ sæpe vindicantur. Pater tuus Claudius plures intra quinquennium culeo insuit, quam omnib. seculis insutos accepimus. Multò minus audebant liberi nefas ultimum admittere, quā diu sine lege crimen fuit. Summa enim prudentia altissimi viri & rerum natura peritissimi maluerūt, velut incredibile scelus & ultra audaciā positū, prætereire, quam dum vindicant, ostendere posse fieri. Itaq; parricidæ cum lege ceperunt, & illis facinus pœna monstravit. Pessimo loco pietas fuit, postquam sæpius culeos vidimus, quam cruces. In qua civitate rarò homines puniuntur, in ea consensus fit innocentiæ, & indulgetur velut publico bono lib. 1. de Clem. c. 22. & 23.* Plutarch. verò *in Rom.* propter causā priorem putat ne a Romulo quidem parricidis supplicium decretum fuisse, quod majus id facinus esse crederet, quàm quod in quēquam cadere posset, siquidem primus L. Hostius post secundum bellum Punicum patre interfecisse legitur *Plutarch. in Romul.* Herod. *lib. 3.* insanum fingit Cambysen, dum narrat ejus fratricidium, quod cum parricidio nullatenus comparandum. Nam *Aegyptios ait fabulari, post læsum illorum Deum, Cambysen statim redactum fuisse ad insaniam: se verò credere insanum jam ante minus mentis fuisse compotem, cum sacrilegas manus injiceret Smerdi τῷ ἀδελφῷ ὄντι πατρὸς καὶ μητρὸς τῆς αὐτῆς. Nec enim id quenquam sana mentis ausum videri*, Sic & Horat. *lib. 2. Sat. 3.* non tum demum cepisse Orestem insanire disputat, cum à furiis matris occisæ agitaretur, quod tum ultra maledicta contra patrem & sororem non processerit, sed eo maximè articulo, cum insano ferro matris jugulum hauriret.

> *Vt demens genetricem occidit Orestes.*
> *An tu reris eum occisa insanisse parente,*
> *Ac non ante malis dementem actum furiis, quam*
> *In matris jugulo ferrum tepefecit acutum:*
> *Quin ex quo est habitus male tuta mentis Orestes,*
> *Nil sane fecit, quod tu reprehendere possis.*
> *Non Pyladen ferro violare ausúsve sororem*
> *Electrum, tantum maledicit utrique vocando*
> *Hanc furiam, hunc aliud, jussit quod splendida bilis.*

Persæ enim parricidam apud se neminem fieri credebant: Qui si quid tale perpetratum fuisset, eum, qui perpetrasset, spurium judicabant. *Herod. in Clio. Nicol. lib.* περὶ ἐθῶν *apud Stob. de legibus*, perinde ut innominatus ille Romanus, cujus meminit Valer. *lib. 5 cap. 9.* qui cum à filio necti sibi insidias comperisset, nec inducere in animum posset, ut verum sanguinem ad hoc sceleris progressum crederet, seductam uxorem suppliciter rogavit, ne se ulterius celaret, sed diceret, sive illum adolescentem subjecisset, sive ex alio concepisset. Alii, ut in rebus supra expectationem vulgarem humana fragilitas solet, ad vim superiorem confugiunt, & occultæ fati malignitati tanti sceleris impulsum imputant, ut Virgilius Aeneæ exilium Iunonis & æmulationi Dearum. *lib. 1. Aen.* & apud Senec. *in Oed. Chorus Act. 3. Non tu tantis causa periclis: Sed veteres Deûm Ira sequuntur.* Item *Act. 5. Fatis agimur: Cedite fatis*, & ibi incestuosa parricidæ conjunx Io asta: *Fati ista culpa est*, nec non Clytemnestra apud *Aesch. yl.*

> Ἡ μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία & Manil, *lib. 4.*

Ecce

1\. *Quare Solon in parricidas pœnam non sanciverit.*

2\. *Parricidam non videri cadere in minimam animum.*

3\. *Aut filium non spurium.*

4\. *Videri immittari quadam supra humanam.*

Ecce patrem nati perimunt, natisque parentes,
Mutuaq; armati coeunt in vulnera fratres.
Non nostrum hoc bellum est, coguntur tanta movere,
Inque suas ferri pœnas lacerandaque membra.

Perinde ut Virgil. *lib.* 2 & 4. *Georg.* magnas pecudum strages & interneciones apum, occultioribus & divinis adscribit causis. Aristot. enim *lib.* 7. *Ethic. c.* 1. non tantum splendidissimas virtutes à radice divina pullulare facit, sed deterrima vitia dicit habere aliquid ferini, quodque sit infra humanam naturam, quemadmodum illud supra eam exurgit. Inter pessima verò, quis dubitet, quin parricidium sit pessimum, cum *illo omnia scelera complexa videri* scribat Cic. *pro Rosc. Am. imo omnia superari,* Valer. Max. *lib.* 9. *c.* 11. Iustinianus §. *Alia deinde* 6. *Instit. de publ. jud. scelus* nominat *asperrimum* Vlpianus manus, quæ parentibus intentantur, *impias, l.* 1 §. 2. *de obseq* & Horat. sacrilegum omniumq; improbissimum descripturus hominem, *lib.* 2. *Od.* 13.

5. Parricidium complexus scelerum.

Illum, ait, parentis crediderim sui
Fregisse cervicem.

Item *lib. Epod. Od.* 3.

6. Et caput criminum.

Parentis olim si quis impia manu
Senile guttur fregerit. Capito *apud Sen. lib.* 7. *c.* 2. *seu Controv.* 17. Popilium, patris simul & Ciceronis, qui ipsum à parricidio liberarat, homicidam exhibens *deduco,* ait, *ad vos reum omnium, quos terra sustinet, nocentissimum, ingratum, impium, peream si forem, bis parricidam.* Oedipus, cognito crimine, de seipso: *Seculi crimen vagor Odium Deorum, juris exitium sacri. in Oed. Act.* 4. & *Act.* 1. cum scelus hoc fugiens, in exilio vagaretur:

est majus aliud patre mactato nefas?

Item *in Theb. Act.* 1. *Facinus ignotum, efferum,*
Inusitatum, quod populi horreant,
Quod esse factum nulla non ætas neget.

Sophocles verò *in Electr.*

Πατέρα φῂς κτεῖναι· τίς ἂν
Τούτου λόγος γένοιτ' ἂν αἰσχίων ποτὲ,
εἴτ' οὖν δικαίως, εἴτε μή.

Patrem fateris occidisse te
Quo quid potest sermone turpius exprimi
Seu jure feceris, seu injuria?

7. Quanta ingratitudo contineatur in parricidio.

Nam cum aliàs ingratum hominem qui dicit, omnia dicit, nec ferè quicquam vitiorum extra relinquit, quæ potest esse major ingratitudo, quàm si liberi insurgant contra parentes, si vita autori suo bellum moveat, si beneficia innecem benefactoris, scelestè obvertantur, & *liceat servatori esse incolumi, nisi servasset,* ut de Cinna Augustum dixisse refert Dion. & Senec. & latè disputatur contra Popilium, qui à crimine parricidii liberatus à Cicerone, eam gratiam patrono retulit, ut ab Antonio ad cædem Ciceronis sese conduci passus fuerit; *Sen. lib.* 7. *contr.* 2. *aut contr.* 7. adeoq; eum mendacii arguerit, *qui se parricidam pro rostris negaverat,* ut ait Seneca, *nec erubuerit caput amputare, quod pro capite ejus quondam peroraverat,* ut *Valer. lib.* 5. *c.* 3. *Ergo ego nisi peperissem,* ait mater Coriolani, *non oppugnarer? nisi filium haberem, sine vi mortua essem? Liv. lib.* 2. Agrippinæ mater Neronis postquam sibi necem à filio instare, haud dubiè intelligebat, quamvis Aniceto liberto diceret: *si facinus patraturus venisset, nihil se de filio credere, non imperatum parricidium,* in mortem tamen ferrum distringenti Centurioni uterum objecit, *Ventrem feri,* exclamans, ut refert Tacit. 14. *Annal.* aut ut Xiphil. *ex Dion.* discissa veste denudatam alvum monstravit, inquiens: *Hanc tu pereute, Anicete, pereute, quoniam peperit Neronem.* Exprobrare voluit ingrato filio eam partem corporis, per quam, tanquam rem sanctam sibique carissimam, jurare potuisset, & per quam deprecanti matri nefas putare debuisset quicquam denegare. Prodigia eo tempore plurima facta commemorat Dion & Tacit. nullum tamen occurrit magis appositū, quàm quod anguem enixa mulier dicatur. Sicut enim viperam non nasci sine interitu patris, tradunt antiquiores Philologi, eò quod uterum perrodat: Ita vitam suam in autoris interitum vertunt parricidæ. Clytemnestra Orestem etiam per alimenta deprecatur: *apud Aesc. hyl.*

Ἐιδ᾽ ὅ ἔθρεψα, νῦν δὲ γηραιὰν φίλων.

Et mater Coriolani ait *apud Liv. Potuisti populari hanc terram, quæ te genuit atq; aluit?* Accedit, quod omne facinus tantò atrocius evadat, & execrabilius, quantò is, in quem committitur, religiosius & majori observantia colendus fuisset. Crescunt enim delicta cum autoritate eorum, in quos delinquitur, *3.Ethic.c.1.5.Ethic. c. 4.* & in cæde principis conatus punitur pro facto. *l. quisquis l. fin. Cod.ad l. Iul. Maj. l. 1. in fin. de parricid. l. aut facta §.eventus de pœn. Clem. pastor. in verb. tractaverat. ubi Cardin. de sent. Forner. in l.225.de R. I. Hippol. Mars. ad l.1. nu. 7. ad l. utrum n.8 ad l. Pomp. parric.* Vasallus non tantùm tum cadit feudo, quando manus reipsa injicit Domino, ut limitant *c.1.§. cum porrò. Quæ fuit prim. caus. ben. Zas part. 10.n.38. Rosenth.c.10.concl.21. MoZZ. ex quibus caus. feud. amitt. nu. 21.* sed & si manus tantum ad injiciendum erexerit, *ut probat Curt. Iun. part 4. caus 12.* quia & hæc erectio injuriarum actionem parit, *l. Item apud Labeon. §.1. de injur.* præcipuè cum ob frivolã accusationem, quæ minor est injuria, feudũ vasallo eripiatur. *Vult lib.1 c.11.n.25. & 26. Irreverens miles, non tantùm à tribuno, vel Centurione, sed etiam à principali coërcẽdus est. Nam eum, qui Cẽturioni castigare se volenti restiterit, veteres notaverunt, si vitem tenuit, militiam mutat. Si ex industria fregit, vel manũ Centurioni intulit, capite punitur. l. Milites agrum 13. §. Irreverens 4. de re milit.* Plus autem est, esse patrem, quàm Dominum, quàm Imperatorem exercitus. *Parricidium*, inquit Nicol. Damascenus, in accusatione Antipatri, *intentatum parentibus, non est privatum aliquod delictum, sed injuria publica, contra vitam & naturam, quæ tàm inceßat cogitantem, quam perpetrantem. Ioseph lib.17. antiq c.7.* Apud Sen. *contr.*18. etiam is accusatur parricidii, qui venenum in domo patris trivisset, incertã suspitione, utrum illud patri parasset, vel sibi ipsi, & vix est, ut ab hoc crimine absolvatur, qui jussus à Tyranno, non tantum non reluctantem sed & hortantem, & post factum defendentem patrem, durius impulerat. *Senec. Contr.v.27.* Antiquam quippe legem recitat Festus Pomp. *Si parentem puer verberit, ast ille plorasset, puer Divis sacer esto.* Sen. paulò secus: *Qui patrẽ ceciderit, id est, pulsaverit, manus ejus præcidantur. Controv.27.* Lex divina severius etiam contumacem & immorigerum filiũ morte multat, *Deut. 21.*

9\. *Pœna in contumaces filios.*

De eo verò, qui maledictis incessit parentes, sic sanxit Moses: *Quicunq; patri & matri maledixerit, morte moriatur. Sanguis ejus sit super ipsum, quia parentibus maledixit. Lev.c.20. Matt.15. in pr.* Item, *Maledictus, qui patri & matri maledicit, Deut.27. & lux ejus extinguetur in tenebris. Prov.20 & c.18. in fi.* Sicut enim primum secundæ tabulæ præceptũ, quod est de honorandis parentibus, primũ est, quod habet benedictionem, *ad Eph.6. in pr. Exod.20. Deut.5.* ita primos omnium sub maledicto concludi oportet, qui parentibus honorem denegant. *Oculum, qui irridet parentem & contemnit monita matris, corvi in littore eradent, & juvenes aquilarum pascentur illo*, ut ait Agur inter Proverbia regia. *Prov. c 30.* Imò toti civitati Hierosolymitanæ excidium minatur Ezechiel, quod *præter Idolatriam, patres & matres contemnant, hospitibus vim inferant, & viduas cum orphanis despolient. Ezech.c.22.*

10\. *Vindicta divina in parricidas.*

Quis enim unquam parentibus vim fecit, quin Nemesin continuò in tergo sentiret? prodeant

Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι,

quos in unum versiculum concluserunt olim Romani, cum parricidium Imperatoris, quod publicè tangere cum Thrasea prohibebantur, occultis diris detestarentur. *Dion. & Sueton in Ner.* Prodeat Chamus, cujus posteritati magno constitit lasciva irrisio, qua denudati parentis pudenda subsannavit. *Genes.c. 9.* Prodeat Esau, qui in despectum parentum peregrinas sibi conciliavit nuptias, & morigero fratri coactus fuit se subjicere. *Genes.28.* Quid advocem in hunc ordinem filios Eli, *1. Sam. 2.* aut Samuelis, *1. Sam. 8.* qui per contemtum præceptorum paternorum in extremam properarunt ruinam? Absalonem si quis præfigurет sibi ab ilice pendentem, triplici lancea perfossum, *2. Sam. 18.* annon dignam parricidali ausu pœnam, divina vindicta, retulisse simul intelliget? Ludov. Dux Bavariæ, ex linea Ingolstadiensi, cum patrem captivum Onolbachium

chium deduxiſſet ad Marchionem, altero anno poſt maledictionis divinæ veritatem perſenſit, cum non tantum ipſe præter ætatem moreretur, ſed nec hæredem ullum relinqueret. *Avent. in Annal. Boi.* Hoccine eſt radicitus extirpari, & parentis nomen cum parente amittere? II. *Etiam Ethnica cognita.* Ipſi Ethnici, ex ſpeculo naturæ & multiplici experientia, deprehenderunt, parentes impunè nunquam contemni, & Plato DEUM tradit, nullas imprecationes facilius exaudire, quàm quæ a parentibus funduntur contra liberos. *lib. 9. & 11. de ll.* Plutarch. *in lib. de frater. amor.* ab omnibus dici & cani ſcribit: *Neq; Diis quicquam gratius homines facere, quàm ſi parentibus alumnisq; ſuis veteres ſuper novis fœneratas gratias comi animo, alacriq; manu exolvant, neq; contra majus eſſe argumentum impietatis, quàm parentum deſpicatum & in eos injurias.* Periction. *in lib. de mulier. harmon. Contemtus,* ait, *parentum genus ejusmodi eſt, quod in vivis ſimul ac defunctis divinitus damnatur, ab hominibus odio habetur, & ſub terra in loco impiorum unà cum reliquis improbis perpetuo punitur à juſtitia & infernalibus Diis, qui his rebus inſpiciendis deſtinati ſunt.* Et paulò poſt: Δοκέω ἢ μὴ θεὸς φθονέω, ὅκως τῶ ὀρθῶς γινόμενα. Ariſtoxen. *lib. 4. ſent. Pythag. Omnibus, quæ erga parentes fiunt, præſidet* Ἐπισκοπ@, *dixit* Νέμεσις ἄγγελ@. Oedipus annon à filiis exactus fuit imperio, & miſerius periit, quàm ipſius ignota manu perierat pater. *Senec. in Theb. Act. 1. & 2.* Apud Ariſt. *lib. 7. Eth. cap. 6.* libenter patitur ſe trahi crinibus à filio, qui & ipſe traxerat parentem, & alius excuſatum ſe redditurus, quod patrem verberaſſet, & hic inquit ſuum & ille ſuperiorem, & monſtrans puellum, *Hic etiam me,* ait, *eadem pertica tractabit, ubi vir evaſit, quia cognatum nobis eſt.* Imò ſcelerum ultrix Nemeſis per ea punivit quemvis eorum, per quæ peccaverant. Galeatium Mariani Sforziam Ducem Mediolanenſem, fama erat, matrem ab adminiſtratione amotam, veneno interfeciſſe. At quam mox à tribus juvenibus trucidatus, tanquam victima in ipſa æde ſacra cecidit. *Ioh. Mich. Brut. lib. 6. hiſt. Flor. in pr.* Idque adeò omnium mentibus inſedit, ut cum matricidium Neronis Romam nuntiaretur, multi gauderent, non quod tanto ſcelere delectarentur, ſed quod ob eam cauſam omninò periturum degenerem Germanici nepotem ſperarent. *Dion in Nero.* Ad id facinus quoque à permultis fide dignis hominibus creditum eſt Senecam eum incitaſſe, ſive crimen à ſe derivare cuperet, ſive Neronem ad nefariam cædem faciendam perducere, ut eum quam celerrimè Dij hominesq; perderent, *ut ait Xiphil. in Ner.* Nec longo intervallo ſecuta eſt vindicta, dum ea ipſa nocte, qua ſcelus perfectum reſcibat, modò per ſilentium defixus, modò pavore exurgens, & mentis inops, lucem non ſecus opperiebatur, ac ſi exitium allatum fuiſſet. *Tacit. 14. Annal.* Quin & ſceleris conſcientiam, nec militum nec ſenatus populive gratulationes ſtatim, nec poſtea dies animo extergere potuit, ſæpè confitente ipſo, exagitari ſe maternâ ſpecie, verberibus furiarum ac tædis ardentibus. *Sueton. in Neron. c. 34.* Vnde litus, in quo periclitata fuerat primum, ſolutili nave excuſſa, mutare coactus, Neapolim ſeceſſit, quod ſonitum tubæ collibus circum editis, planctusque tumulo matris ſeſe audire crederet. *Tacit. 14. Annal.* Quin & facto per magos ſacro evocare manes & exorare tentavit; peregrinationeque Græciæ, Eleuſiniis ſacris, quorum initiatione impij & ſcelerati voce præconis ſummoverentur, intereſſe non auſus eſt. *Sueton. in Neron. cap. 34.* Non prius fata & infandum genus Deprendit ac ſcelere convictum Oedipus Damnavit, quam regiam infeſtus petens; inviſa propero tecta penetravit gradu, *Qualis per arva Libycus inſanit Leo. Vultus furore torvus, atq; oculi truces, Gemitus & altum murmur, & gelidus fluit ſudor per artus, ſpumat, & volvit minas, Ac merſus altè magnus exundat dolor. Secum ipſe ſævus grande neſcio quid parat. Suisq; fatis ſimile. Quid pœnas moror? Vt hoc ſceleſtum pectus aut ferro petat, Aut fervido aliquis igne vel ſaxo domet? Quæ Tigris, aut quæ ſæva viſceribus meis incurret ales?* &c. *Sen. in Oed. Act. 5 in pr.* Eſto enim, credamus cum Senatu & Exercitibus, inſidias ab ambitioſa, & tum ſibi injuriam fieri putante, ſi

non omnibus dominaretur, muliere, structas fuisse, jurasse in verba ejus prætorias

11. *Matricidiū Neronis an excusari quodammodo possit.*

cohortes, & subornatum cum ferro percussorem Agerinum, & proinde salvâ matre non potuisse salvum esse filium, & quæ is præterea scribit ad Senatum *apud Tacit.* 12. *Annal.* & amplificat Card. *pro Ner.* & ex parte credit Clapmar. *lib. 4. de arc. Imp. c.* 20. Credamus hæc inquam, nec id attendamus, quod verisimile non sit, à muliere naufraga missum cum telo unum, qui cohortes & classes Imperatoris perfringeret. Quâ verò necessitate, quo publicæ salutis prætextu excusabunt Neroniani patroni, illud alterum, quod Tacito quidem incredibile, Suetonio verò non incertis autoribus relatum, Dioni certissimum videtur, Hæsitantem sc. ob magnitudinem tam temerarij facinoris, ad visendum interfectæ cadaver accurrisse, contrectasse membra, alia vituperasse, alia laudasse, sitique oborta interim

13. *Crudelitas Neronis, consanta parricidio.*

bibisse, deniq; in hanc vocem nefariam prorupisse: *Nesciebam, me tàm pulcram matrem habere.* An hanc quoque vocem, hanc animi voluptatem, necessitas aliqua expressit? *Necesse certè non fuit, manum capútq; præcidere mortuo,* ait Latro de Popilio excusante sese, quod jussu Antonij Ciceronem interfecisset. *apud Senec. contr.* 17. Nam *ne à mortuo quidem abstinere, & animum cæde pascere, plus quàm parricidium est,* ut ait ibid. Triarius. Vnde meritò Iuven: quo illi non debuerit *una parari*

Simia, non serpens unus, non culeus unus.

& Boet. *lib. 2. Consol. metr. 6.*

Fratre qui quondam ferus interemto
Matris effuso maduit cruore
Corpus & visu gelidum pererrans
Ora non tinxit lachrymis, sed esse
Censor extincti potuit decoris.

Quantò igitur funestius, quod Tulliæ Servij filiæ, non satis fuisse visum est, maritum in cædem patris egisse, nisi mortuo quoque insultasset. *Certum enim est & monumento locus servatur, sceleratum vicum appellarunt, quo amens, agitantibus furiis sororis ac viri, Tullia per patris corpus carpentum egit, partemq; cædis ac sanguinis paterni cruento vehiculo conspersa ipsa tulit ad penates suos & viri sui,* quibus ita iis malo regni principio similes post annos 25. *si Liv. lib. 1. Halyc. lib. 4. Solin. in Polyhist. credimus,* exitus sequerentur, *Valer. lib. 9. cap. 11.*

Filia carpento patrios initura penates
Ibat per medias alta feroxq; vias.
Corpus ut aspexit lachrymis auriga profusis
Restitit, hunc talis corripit illa sono:
Vadis, an expectas pretium pietatis amarum?
Duc, inquam, invitas ipsa per ora rotas.
Certa fides facti est, dictus sceleratus ab illa
Vicus & æterna res ea pressa nota est.

Ovid. 6. Fastor. Flor. lib. 1. c. 6. August. lib. 3. C. D. c. 15. Nec mirum est, in ea civitate tantum facinus perpetratum fuisse, quam fratricidio Romulus dedicavit, ipse paribus auspiciis in cœlum manibus patrum sublatus: quanquam post illa tempora, cum mores humanitas sensim emolliret, ante depugnatum cum Annibale bellum, parricidium non magis inventum fuit, quàm divortium. Tum enim ceptum est in parricidas novum

14. *Quando parricida Romæ puniri cœperunt.*

supplicium excogitari, seu potius, *si Valerio credimus lib. 1. c. 1.* à sacrilegis & profanis ad parricidas translatum, fortè in hunc modum, ut Sigon. *l. 2. de Iud. Rom. c.* 39. colligit ex duob. locis, altero Ciceronis *in Rhetor. ad Heren.* altero Flori *ex dec. 7. Liv. Epit. lib. 8. Si quis parentes occiderit, aut verberarit, ei damnato obvolvatur os folliculo lupino, solea lignea pedibus inducantur, & in carcerem ductus, ibi sit tantisper, dum paretur culeus, in quem conjectus, in profluentem præcipitetur.* Publ. enim Malleolus, qui

15. *Lex & pœna Rom. in parricidas.*

primus omnium novâ lege damnatus est, culeo insutus, & in mare præcipitatus dicitur Floro. *Paul. Oros. lib. 5. histor.* Cicero verò ait: *Malleolus judicatus est matrem necasse: Ei damnato statim folliculo lupino os obvolutum est, dum culeus, in quem conjectus in profluentem deferretur, compararetur.* Postea, cum bella civilia & inhuma-

16. *Frequentia parricidiorū auxit pœnam.*

næ proscriptiones patriam reverentiam omnem dissolverent, parricidia quoq; consuetudine invaluerunt, adeò ut non tantum Villius & Torranius, *Val. 9. c. 11.* sed promi-

promiscuè quicunque filii sicarios patribus subornasse legantur. D. Claudij ætate scribit Senec. *quod plures intra quinquennium culeo insuerit, quam insutos sint omnibus seculis retrò. lib. 1 de Clem. c. 23.* & Horat. *lib 2. Sat. 3.* in iis verbis, *neq; tu hoc facis Argis*, non obscurè arguit, Romæ tàm fuisse usitata parricidia, ut qui ea committerent, non proinde haberentur insani, ac si id Argis fecissent, ubi adeò insolita erant, ut nisi ab insano committi non posse putarentur, quod illic *in Schol.* notat Ascensius. Addita igitur fuit atrocitas supplicio, ut quos pietas ab ineffabili facinore non arceret, supplicij.

17. Pœna f. Talem enim pœnam more Majorum institutam scribit Modestinus: *Vt parricida virgis sanguineis verberatus, deinde culeo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, & vipera & simia, deinde in mare profundum culeus jactetur. Hoc ita, si mare profundum sit. Alioquin bestiis obiiciebatur, secundum D. Hadriani constitutionem. l. pœna 9. de parricid. §. alia 6. Inst. de publ. jud. l. un. C. de his, qui par. vel lib. Cujac. in parat. C. ad tit. de iis, qui parent. vel lib. occid.* ad mare trahi solitos addit plaustro juncto bobus atris.

18. Clementia Augusti. Augustus verò ut plurimum huic atrocitati detraxit, nec culeum, nec serpentes, nec carcerem decrevit, ut ait Senec. *1. de Clem. c. 15.* sed vocatus in consilium à T. Arrio, qui de filij parricidio domi cognoscebat, mollissimo genere pœnæ contentum esse debere patrem dixit in filio adolescentulo, impulso in id scelus, in quo se, quod proximum erat ab innocentia, timidè gessisset: debere illum ab urbe & à parentis oculis submoveri. Alibi, cum manifesti parricidij reum teneret, nec illum tamen culeo insui vellet, quod hæc pœna non afficiebatur, nisi confessi, ita interrogavit: *Certè parentem tuum non occidisti? Sueton. in Aug.*

reprehensa. Fieri potest, ut alibi jure prædicet Seneca clementiam Augusti, *1. de Clem. c. 9. 10. & 11*, sed atrocia delicta convenit atrocibus pœnis vindicari, quia *ideò elegimus mores vestros*, ut scribit Theod. Rex Goth. ad Symmachum patritium, *quia eruditis libus parceri non potestis. Quando genus pietatis est, in illos distinguere, qui contra natura ordinem sceleratis se docentur actionibus miscere. Negligitur enim levis reatus, cum Tragœdia criminis magna tonuerit, nec aliquis nititur, quod parvum est, vindicare, si delicta summa respiciantur evadere. Cassiod. lib. 2. Ep. 14. in pr. & fi.*

Primùm igitur verberabantur parricidæ, qui patrem, matrem, avum, aviam interemissent (Nam qui reliquas personas, *in l. 1. de parric.* enarratas occidit, l. Cornelia punitur de sicariis, *d. l. pœna 9 §. 1. de parric.*) *virgis sanguineis*, ut vulgò legitur, sive à sanguine, quem proliciunt, sive à colore sic dictis, quemadmodũ sanguinei frutices & virgæ apud Plinium passim, sanguinea hasta, apud Liv. *l. 1.* sanguineũ flagellũ apud Virgil. 8. *AEneid.* legitur Corrasio verò *Misc. c. 5. num. 4* non placet vel lectio hæc, vel interpretatio, quam tamen nullo argumento redarguit. Tantum *ex Plin. lib. 22. c. 2.* sagmina producit, quæ & verbenæ vocabantur, communi nomine, ut in horto suo notavit Camerar. adhibenq; solebant in remediis publicis & sacris legationibus. Hinc mavult sagmineas virgas legere, quàm sanguineas. Sed si hunc usum habuissent sagmina, procul dubio cum Plinius non tacuisset. Nec verisimile est ut objicit Turnebus *lib. 2. Advers. c. 1.*, ubi Corrasij lectionem improbat, sagmina & herbas sacras voluisse Romanos impio sanguine contaminare, cum sacco propterea incluserint parricidarum corpora, ne aquam inficerent, quâ solent omnia cætera expiari, ut edisserit Cicero *pro Rosc. Amer.* Virgas verò omittit Constantinus *l. un. C de his, qui parent. vel lib. occid.* sed cæteras suppliciorum partes, earumque cantus hoc ordine persequitur: prout & Iustinianus repetit, *§. alia 6 Inst. de pub. jud. Neq; gladio, neq; ignibus*, (Vivicomburia vocat Tertull. *l. de anim.*) *neq; ulli alij solenni pœna subjugetur parricida, sed insutus culeo, cum cane & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, serpentium contuberniis misceatur, & ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, ut omni Elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cælum superstiti terra mortuo aufe-*

19. Explicantur pœna in specie.

20. An potius sanguineis, an sagmineæ virgæ legendæ.

21. Post virgas enarrantur culeus, serpens, profundum.

auferatur. Breviter Seneca 1, *de Clement. c. 15. Neq; culeum, neq; serpentes, neq; carcerem decrevit,* Item 5. *contr.* 4. *in fin. Imaginabar mihi culeum, serpentes, profundum.* Iuven. *Sat.* 13.

Et deducendum corio bovis in mare, cum quo

Clauditur adversis innoxia simia fatis.

22. *Cur additi fuerint serpentes.* Serpentes adjecerunt ad augendam supplicij atrocitatem, cum nihil videatur magis horrendum, quam serpentum, quos ipsa natura, seu potius maledictio divina nobis adversos constituit, contuberniis misceri? 23. *Nec non simia.* Sed & ob paritatem criminis simiæ & viperæ concludi putantur, cum illæ osculando fœtus necent, hæ maternã alvũ, ut in lucem prodeant, exedere credantur, *Nicand. in vers. de Theriac. Galen. de Theriac. ad Pison. c.11. Herod. libr. 3. Plin. lib. 10. cap. 62. Basil. hom. 9. de Invid.* unde & viperam dictam putant, quod *vipereat*, & Græcè Echidnam, *παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὴν γόνον ἄχρι θανάτου, Cal. lib. 3. c. 27.* quod tàm verum est, quàm illud alterum, quod fæmellæ imputatur, quasi dulcedine coëundi in furorem acta, marito caput dentibus auferat, & cum parricidio parere proinde cogatur, quod cũ parricidio concepit. *Cal. Rhod. lib. 6. c. 13.* 24. *Fabulæ de viperis recensentur.* Habet enim vipera testes & membrum genitale, ut ipse Arist. confitetur *lib. 3. c. 1.* quando eos tantum serpentes testibus carere scribit, qui vivos fœtus utero non gerunt, & certum est apud Anatomicos, Ea animalia testibus prædita esse, quæ pulmones habent. Vipera verò & pulmones habet & utero vivos ex ovis concipit fœtus, cum reliqui serpentes ova extra ventrem excludant, unde præ cæteris nomen viperæ, quasi *vivipara* sortita est. Tum etiam apud Pharmacopæos Italos & Gallos, qui viperas ad conficiendos trochiscos Theriacales, conclusas alunt, sæpè coëuntes capitibus exertis, arctèque conglutinatis ventribus, & fæmellam, cum fœtibus, post partum vivam & incolumem mihi videre contigit, quemadmodum & Apollinius Thyanæus visam sibi viperam vivam testatur, quæ fœtus lambendo expurgaverit, *Philostr. lib. 1. Vit. Apoll. c.* 8. & Scalig. *Exerc.* 201. dubitanti de communi errore Cardano respondet: *Viperas ab impatientibus mora fœtibus numerosissimis atq; idcircò erumpentibus rumpi atq; interire, falsum esse scimus, qui in Vincentii Camerini Circulatoris lignea theca vidimus enatas viperillas parente salva.* Franscisc. Citesi. *in libell. de muliere. Consolent. Abstinente, de qua & Quercet. in Diatet. & Scipio Bernatum Medicus in Schreiera historia,* viperam scribit in Phiola vitrea sibi reservatam peperisse & mansisse cum fœtibus vivam ultra annum, id quod attestatur etiam Laurent. Catelan, *maistre Apothecaire a Mont. pellier. en ses Discours. de Theriac. la. 3. journee.* Fieri tamen potuit, ut serpentes falso crimine damnati fuerint, prævalente tot hominum concordi testimonio, aut ad majorem horrorem incutiendum adduntur, aut, ut Oliverius exponit *in Comment. ad Val. Max.* quod enumerata animalia intestino odio se persequantur, gallus serpentem, serpens simiam, simia hominem. Per simiam etiam id innui putat Corras. *ad l. Divus num. 9. de off. præs.* quod parricidam non oportuerit esse nativum hominem, sed monstrum aliquod humana pelle obductum, quale præ se fert simia.

Quare verò culeo insuti parricidæ in mare projiciantur, ejus supplicij nemo disertius rationem reddere posset, quam Cicero *in orat. pro Rosc. Amer.* cujus verba, tanquam singulari Emphasi excogitata, bonam partem in eam controversiam inseruit Seneca, qua agitur de ingratitudine Popilij, qui à crimine parricidij eloquentiâ Ciceronis liberatus, patrono postea ab Antonio pro scripto caput amputavit. *Contr. 17. Nonne,* inquit, *videatis hunc hominem è rerum natura sustulisse & eripuisse, cui repentè Cælum, Solem, Aquam, Terramq; ademerunt? ut, qui eum necasset, unde natus esset, careret his rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus objicere, ne bestiis, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur: non sic nudos in flumen dejicere, ne cum delati essent in mare, ipsum pollnerent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putantur: denique nihil tam vile, neq; tam vulgare est, cujus partem ullam reliquerint. Etenim quid tàm commune est, quàm Spiritus vivis, terra mortuis,* 25. *Quare parricidæ culeo insuti, in mare projiciantur.*

mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis? Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de cælo non queant: Ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: Ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: Ita postremò ejiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant.

SECT. 7.

Vtrum potestas & jus publicum extinguat jus & potestatem patriam domesticam.

1. *Patriam potestatem solvi morte.*
2. *Item amissione civitatis.*
3. *Nec non servitute.*
4. *Et Emancipatione.*
5. *Quo ritu olim emancipati fuerint liberi.*
6. *Eum sustulit Iustinianus.*
7. *Quid requiratur ad emancipationem novo jure.*
8. *Qua potestas & quatenus his modis solvi possit.*
9. *Iure Saxonico solvitur patria potestas etiam separatione familia.*
10. *An potestas patria, quia privata, cedat publica.*
11. *Quanta fuerit patria potestatis autoritas apud veteres Rom.*
12. *Filium non esse in potestate patria, quamdiu actu exercet officium publicum.*
13. *Qui in magistratu est repræsentat Remp.*
14. *Et proinde patre superior, quatenus in magistratu est.*
15. *Eidemq; jus dicit & reluctantem cogit.*
16. *Sed quatenus redit ad privatam vel conversationem redit ad potestatem patriam.*
17. *Primum Iustinianum patritios liberasse a potestate patria; & quibus ex caussis.*
18. *Refellitur ratio Iustiniani.*
19. *An majestas invito patre, possit emancipare filium.*
20. *Dignitatem non extinguere potestatem patriam ex jure naturæ prodeuntem.*
21. *Aliam rationem esse in magistratu: aliã in nuda dignitate.*
22. *Ratio pro exemtione Episcoporum.*
23. *Rejicitur.*
24. *Diverso respectu aliquis est pater spiritualis & filius naturalis.*
25. *Patriam potestatem nihil habere in se, quod esset vile.*

PAtria potestas apud Romanos etiamsi perpetua sit, & in nuptos filios, eorundemq; nepotes extendatur, quod reprehendit Montecat. *lib. 1. Polit. ad tex.* 140. tamen solvebatur, vivis parentibus, morte civili & emancipatione. Nam quin *mors*, 1. *Patriam potestatem solvi morte.* quæ solvit omnia, patriam quoque potestatem dirimat, non est dubium, *in pr. Inst. quib. mod. patr. potest. solv. l. mulier 22. vers. Drusidas. ad SC. Treb. l. si ita esset 15. quando dies leg. vel fideic. ced. l. pronunciatio* 195. *§. 2. de V. S.* cum & dominium auferat, eo quod defuncti patrisfamil. bona dicantur nullius esse, *l. 1. §. 1. de rer. divis.* nisi quantum jus Dominum jacenti hæreditati affingit, ne à quovis occupari possit, *l. hæreditas n. 34 l. hereditas in multis 61. de acquir. rer. dom.* & possessionem interimat, *l. 1. §. Scævola. si is, qui test. lib. esse inst.* quippe, quæ sine animo nō retineatur, & mortui nulla sit voluntas. *l. si ita legatũ 65. §. Illi si volet. de legat. I.* Vivis verò parentibus subtrahuntur liberi, *si vel ipsi civitate cadant vel liberi.* Nam jus potestatis proprium est civium Romanorum, *l. 3. de his, qui sunt sui. §. Ius autem. de patr. potest.* & in cives Romanos. *l. 4. de his, qui sunt sui.* Quicunq; igitur 2. *Civitatis amissione.* civitatem amittit, nec in potestate civis esse, nec civem in potestate habere potest, *§. 1. in pr. Inst quibus mod. jus patr. potest. solv.* & proinde deportati hoc jure privantur, quia fiunt peregrini, *l. sed si hac lege* 10. *l. sed si per pœnam. de in jus voc. l. 1. C. de hared. inst.* & jura civitatis amittunt, *l. sunt quidam* 17. *in fin. de pœn. Relegati* verò in potestate manent & potestatem retinent, quia & cætera jura, quæ à civitate dependent, *§. relegati 2. Inst. quibus mod. jus patr. potest. l. relegati 4. de interd. & releg.* Multo verò ma- 3. *Servitute.* gis *servi* hoc jure excidunt, *§. pœna 3. Inst. Eod.* dum non tantùm civitatem amittunt, sed & libertatem; habenturq; jure civili instar mortuorum. Nec enim solum morte, sed etiam maxima mediaq; capitis minutione interire homines, dixit Vlpian: *l. verum est 63. §. ult. pro soc.* Quod si *servitus pendeat*, ut in eo, qui incertum est, an ab hostibus sit rediturus & fictione legis Corneliæ

jus suum repetiturus, quam *suspensi juris constitutionem* vocat Papinianus, *l. pen. de suis & leg.* cum captivi jura per eam suspendantur magis, quàm abrumpantur, *l. illa institutio 32 §. 1. de hæred. inst.* ad eundem modum pendere etiam potestatem patriam necesse est. *§ si ab hostibus 5. Inst. quibus mod. jus patr. l. in bello 12. & 1. de capt. & postl. rev. l. bona 22. §. quod si filius Eod.*

4. *Emancipatione.*

Inter parentes verò & liberos in civitate permanentes solvitur potestas per *emancipationem*, quâ peculiariter utimur in liberis, *§. præterea 6. Instit. Eod. & tot. t. C. de emancipat. l. 1. in pr. & §. alienatio. quand. actio de pecul. ann.* sicut manumissione in servis, *l. 4. de just. & jur. Inst. de libert. in pr.* non quod non, & servi emancipari, & liberi manumitti dicantur. *tot. t. si quis à par. manum: l. liberum. de adopt. l. 2. de offic. proconf.* sed *quod*, ut ait Iustinianus, *commodius erat, singulas causas, singulis appellationibus distingui. §. hoc autem 5. Inst. quib. mod. test. Infir.* Orta autem fuit emancipatio ex potestate liberos vendendi, quam ll.

5. *Ritus emancipandi.*

12. tabul. tribuebant parentibus. Nam postquam desierunt atrociter patria potestate abuti, vestigium ejus aliquod imaginaria venditione, seu ritu emancipationis sibi ob oculos posuerunt, paterque emancipaturus accersito patri fiduciario, filium ter mancipabat, receptis ab ejus manu uno aut duobus nummis, q: in similitudinem pretij, idque olim apud præsidem, mox ante curiam, quinque testibus Romanis præsentibus, & pro illo, qui libripens appellatur, & qui ante status duobus aliis, ut septem testium numerus impleretur, referente Caio, *lib. 1. Inst. t. 6.* Vlpian. *in fragm. t. 10.* Theophil. *in d. §. præterea 6. Inst. quibus mod jus patr.*

6. *Sublatus à Iustiniano.*

Postea traditum sibi filium fiduciarius pater resignabat in manus patris Naturalis, à quo manumittebatur. quæ *injuriosa rehapsimata & circumductiones vanas*, quarum nullus rationalis invenitur exitus, sustulit Iustin. *l. ult. C. de emanc. lib. d §. præterea 6. Inst.* & nudam declarationem voluntatum, si filius absens fuerit per rescriptum principis lege Anastasij, *l. jubemus. l. ult. C. de emancipat. lib.* aut coram magistratu, sufficere statuit, *d. l. ult. d. §. præterea.* Oportet enim utrumq; tàm filium quàm patrem

7. *Requisita emancipationis novi juris.*

consentire. *l. non potest. de adopt. §. ult. Inst. quib. mod. patr. potest. jus solv. § generaliter. Auth. Quib. mod nat. effic. legit.* quia invito jus suum auferri non potest. *l. 2. de his, qui sunt sui.* & patria potestas inæstimabilis res est, *l. filiusfam. 114. §. Sed si liberos. de legat. I.* filius verò emancipatione perdet jus sui hæredis. *§. Sui. Inst. de hær. qual. & diff. §. 1. de hæred. quæ ab intest. def.* Si verò alteruter privilegium maleficio amittat, ut si pater impiè filium tractet, *l. ult. si quis par. man.* aut filiam ad inhonestum quæstum adigat, *l. si lenones. C. de Episcop. aud. l. ult. C. de spect. lib. 11* jus etiam invitis aufertur in pœnam, de quibus omnibus consu-

8. *Quæ potestas, & quatenus his modis solvatur.*

lantur scripta ICtorum. Nos his modis tantùm illam solvi potestatem rectè statuimus, quam jus civile induxit, siquidem emancipatio inventum civile est, nec tollere magis potest, quæ sunt juris gentium, quam deportatio, aut antiqua aquæ & ignis interdictio, *l. 17. in fi. de pœn.* Malè enim deportatione solvitur conjugium, nisi placeat parti innocenti damnatum ultrò sequi, *ut in lib. de jur. Connub. cap. 6. sect. 7. disputavimus ex l. si quis sic stipuletur. 56. sol. matr. l. 1. C. de repud.* cum conjugij vinculum robur acquirat ex jure divino & gentium: Deportatio verò nihil auferat, præter civitatem. Dictum verò superius est, nobiliores quos-

9. *Iure Saxonico solvitur patria potestas etiam separatione familiæ.*

dam effectus accessisse patriæ potestati jure Romano, quos emancipatio & deportatio, eodē jure, adimere possunt. quemadmodū apud Saxones patria potestate exit filius per separationē familiæ, *part. 2. Const. 10. Elect. ubi Moller. n. 9. & l. 2. Sem. c. 16. Coler. decis. 41. n. 9. Brukman. lib. 1. cons. 1. n. 12. & in tr. de Regal: §. soluta potestas. c. 1. n. 8.* non quod liberetur ab omni obedientia, sed quod sibi acquirat & negotietur. *Rauchbü. lib. 2. qq. Iur. Civ. & Sax. q. 18. n. 24. Vlesemb. in parat. de his, qui sunt sui. n. 3.* quæ verò tàm parentibus quàm liberis debentur, ex juve divino & gentium, ut sunt alimenta, honor, obsequium, reverentia, nisi magnis sceleribus extinguantur per modos civiles non auferuntur. Nam si rescripto principis pater cogi non potest emancipare filium, *l. nec avus 4. C. de emanc. lib.* quia

rescripta

rescripta principum ad alienam injuriam non extenduntur, ut dicit *in d. l. 4. ex facto 41. de Vulg. & pupill. subst. l. 2. §. meritò. §. si quis à principe. Ne quid in loc. publ.* quanto minus poterit constitutio aliqua Imperialis, aut lex populi illud jus alicui auferre, quod ex jure divino, gentium & naturæ competit. Nam contra hæc jura & in alienam injuriam nulla est potestas principis. Vnde fit, ut patris consensum in nuptiis non tantùm, qui in potestate sunt, sed & emancipati liberi requirere teneantur, *ut c. 3. de conj. sect. 10. diximus*, quia consensus requiritur jure divino & naturali, nec minus tenentur emancipati reverentiam exhibere parentibus, quam in potestate constituti, *l. adoptivum 8. in pr. de in jus voc.* quia potestatem & reverentiam à natura inductam, legeque divinâ confirmatam, nulla humana dispositio delere potest.

10. *An potestas patria privata cedat publicæ.*

Verum verò hæc potestas, quia privata est, cedat publicæ, adeoque filius in magistratu aut honore constitutus, nullam reverentiam debeat patri privato, illud, quia magis Politicum est, & variè subinde agitatum, Episacmatis loco breviter disputabimus. Aut enim extinguit publica dignitas jus patrium in perpetuum: aut eo articulo tantum, quando filius in munere publico occupatur. Rhisiasus enim Achæus filium Memnonem Demiurgum, qui summus est in concilio gentis magistratus, cum precibus à sententia se deduci pati nollet, minis ad Romanos, utque pateretur de horum societate referri, adegit, juratus se, nisi pareret, sua se illum manu interemturum. *Liv. lib. 32.*

11. *Autoritas patria potestatis apud Rom.*

Apud antiquos Romanorum nulla erat tanta dignitas, quæ filium eximeret potestate patria, quod vehementer arridet Bodino, *lib. 1. de Rep. c. 4.* Cassium quippe Consulem, ut primum abiit magistratu, domi judicatum & damnatum fuisse, non incerti autores tradiderunt, quod sive factum sit, sive illi dies perduellionis dicta à Quæstoribus & sententia pronuntiata à populo, constans tamen fama, quid impunè à patre fieri potuisset, satis indicat. Audacius pater C. Flaminij tribuni pl: legem de Gallico agro viritim dividendo, invito ac repugnante Senatu promulganti filio & legem jam pro Rostris referenti, manus injecit, privatoque imperio sacrosanctam potestatem detraxit, quod factum tantum abfuit, ut vel ipse, vel populus improbaret, ut descenderit sponte, ne minimo quidem murmure destitutæ concionis reprehensus. *Valer. Max. lib. 4. cap. 5.* Tantum datum fuit eâ ætate autoritati patriæ, ut sacrosanctam nullique impunè objurgandam potestatem violare, & in ipso officij actu in medio concionis applaudentis conspectu, impendire potuerit. Quod consuli, quod superiori cuicunque potestati non licuisset, licuit privato patri. Quis enim tantæ autoritatis apud patres, tanti favoris apud plebem, potuisset impunè penetrare in cubiculum tribuni, super capite ejus gladium stringere, & ut à publica accusatione desistere juraret, vi cogere privatas, nisi quem domestici imperij reverentia tutum redderet? Cui fas fuisset tribunum à curru triumphali amovere, & Vestæ sacra profanis hominibus immiscere nisi quam pietas, nec sui potens, nec decori præ affectu memor, excusaret? Illud tamen in Torquato, hoc Claudiæ Vestali laudi datum, quanquam patria potestas omni jure extinguitur, quam diu filius exequitur munera publica: nec hic ulla infertur injuria potestati patriæ, quia privata cedunt publicis, & magis est in potestate patriæ civis, quàm filius patris, *ut supra latius explicavimus*, adeò, ut nec filium pater prohibere possit à capessendis muneribus, si à Republ. evocetur. *lib. 3. §. filio 4. de mune. & honor.* Nam ubi contentio oritur inter duos, debitum suum exposcentes, prius audiendus est, qui honestius petit, *Arist. 9. Eth. cap. 2.* qui majorem utilitatem precibus attexit, quique plus obligavit: Non dubium autem est, quin his omnibus prævaleat patria, quæ & per se parentis loco est, & parentum, etiamsi iis aliter ex errore videatur, salutem suâ salute complectitur. Dum verò patria civi imposuit dignitatem & officium publicum, in ejus persona seipsum representavit, & qui magistratui offertur honor, quæ infertur injuria non aliò, quam in totam Rempubl. redundat. Errat enim

12. *Quam diu in officio publico est filius, non subjacet potestati patriæ.*

13. *Qui in magistratu est, repræsentat Remp.*

enim cum asino AEsopico sacra Isidis vehente, qui se suamque personam adorari putat, dum adoratur magistratus, aut dum majestas prætoris violari dicitur. *l. si familia de jurisd.* quod ipsi personæ prætoris majestatem inde arrogat. Quemadmodum enim Paulus ait: *Reverentiam, quæ Sacerdoti exhibetur, non tantum honori personarum, sed & majestati DEI indulgeri, cujus sacris vacare sacerdotes oportet, l. non distinguemus 32. §. Sacerdotio 4. de rec. arb.* ita assurgimus magistratui in honorem Reipubl. cujus ille vices gerit & dignitatem repræsentat. Seponendus igitur patri est respectus personæ, quando Rempubl. venerari debet in filio, quemadmodum Betsabæa Solomonem accessit supplex, cum Adoniæ Sunamitidem petitura esset uxorem, *1. Reg.* 2. & Ptolemæus honestius sibi dicebat videri *Esse patrem Regis quàm Regem.* Fabius Gurges Consul, cum Fabium Maximum patrem proconsulem obvium haberet equitantem, equo jussit descendere, quod moris non esset consulem equo adire, quem tantum abest, ut pater reprehenderet, ut hortaretur potius pergere, eaq; autoritate dignitatem populi Romani tueri. *Quadrigar.* 4. *Annal, unde Gell.* 2. *c.* 2. *in fin. Liv. lib.* 24. *Plut. in Fab. Max.* Laurentius verò Celsus Venetus, cum filius ejus Dux Reipubl. creatus esset, nimis rigidè patriam autoritatem ursit, dum negavit filio gratulatum obviam progredi, ne caput denudare, & subjectionis signum filio edere cogeretur. *Volaterr. lib.* 4. *Georg.* Nam & illi, qui de officiis disputant, hanc rem sic dividunt: *In publicis locis atq; muneribus atq; actionibus patrum jura, cum filiorum, qui in magistratu sunt, potestatibus collocata intercquiescere paululum & connivere. Sed cum extra Rempubl. in domestica re atq; vita sedeatur, ambuletur in convivio quoq; familiari discumbatur, tum inter filium magistratum, & patrem privatum publicos honores cessare, naturales & genuinos exoriri. Gell.* 2. *c.* 2. *ex sententia Tauri. Guazz. de civil. convers.* Nunquam enim filio, sed Reipubl. cedit pater. Quatenus igitur filius repræsentat Rempubl. hoc est, quatenus in eo versatur loco, eo occupatur actu, in

14. *Et proinde patri imperat.*

quo vertitur dignitas & potestas Reipubl. catenus cedit pater: in cæteris res redit ad ordinem naturæ. Sit igitur filius prætor, quod fieri posse supra diximus, *l. si prætor.* 3. *de adopt. l. cum prætor.* 12 *§. fin. de jud.* non amplius, quod ad jus publicum attinet, sequitur jus potestatis, *l. Nam quod* 14. *in pr. ad SCt. Treb.* sed ascendit ad statum patrisfamilias, *l. filiusfam.* 9. *de his, qui sunt sui vel alien.* adeò ut patris judex esse queat, *l. in privatis* 77. *de judic. & ubi.* cum judicare munus sit publicum, *l. quippe* 78. *ff. Eod.* & magistratus non sua sed legis autoritate condemnet, *l.* 1. *§.* 4. *ad St. Turpil.* nec prohibeatur, salvâ autoritate patria, reluctantem cogere, *l. ille à quo. §. fin. ad Treb.* quamvis ad vitandam suspitionem, suis nemo jus dicere debet, *l. qui jurisdict.* 10. *de jurisd.* Aliud enim est posse, aliud debere. Nam *quod d. l.* 10. quidam limitant ad solos pedaneos judices, generalis ratio non permittit, quæ affertur *in d. l.* 78. *de jud. l.* 14 *ad Trebell. l.* 9. *de his, qui sunt sui.*

15. *Item in ... etc.*

Postquam verò publicam personam exuit filius, & ad privatam rediit, vel vitam, vel conversationem, consequenter recidit quoque in potestatem privatam patris, quemadmodum Iustinianus confitetur *in §. filiusfam.* 4. *Inst. Quibus mod. patr. potest.* quod nec Senatoria, nec Consularis dignitas liberet à potestate patria, & Paulus *l.* 3. *de adopt.* Consulem & Præsidem nominat filiosf. seu in potestate constitutos, consularemque dignitatem negat perire per adoptionem plebeij. *l. Senatoris* 6. *de Senat.* Primus Iustinianus legitur huic juri detraxisse *l. ult. C. de Consul. lib.* 12. *§. filiusfam* 4. *in fin. Inst. quib. mod. jus patr. potest.* dum unos à principio patricios, ut primum Imperiales Codicillos impetraverint, patria potestate exemit, non quod patriciatus major sit dignitas consulatu, sed quod perpetua, *ut notavit Cont. ad d. l. ult. C. de cons. lib.* 12. *Mox enim, ut datus fuit in reliquum vita tempus hominis sit consul, ornatus individuus, cingulum fidei, quod nefest ante desisere, quas a Mundo homines contingat exire, credo ad similitudinē Pontificatus, unde venerat rem fuisse formatam, qui Sacerdotiū non deponunt, nisi cum munera*

16. *Sed dum redit ad vitam privatam, redit ad potestatem patriam.*

17. *Patritius à potest. pat. primus liberavit Iustin. & quare.*

munera vita derelinquunt, ut ait Cassiod. lib. 6. Epist. 2. Vnde paulò post rationem subjungit, quare leges tantam patricio reverentiam detulerint, ut in sacris positus, cũ hoc fuerit honore præcinctus, paternæ potestatis nexibus exuatur, nisi contra specialiter à principe caveatur, nimirum: *Vt qui amplissimum genitum pretiosa libertatis acceperat, vilissimam conditionem cum subditis non haberet.* Iustinianus ipse indignum judicat, alieno juri esse subjectos, qui à principe loco patris honorentur, *d. l. ult. & d. §. filiusf. 4. Nov. 81. c. 1. Vers. Eum namq́. & in princ. Vers. Non enim decens.* Patricios enim dictos, quasi *Patres principis* putat Brisson. *in Lexic.* & probat Donell. *lib. 2. Comment. c. 26.* Suidas vocat *patres communes*: & cum sibi licere præsupponat Iustinianus à patriæ potestatis vinculo liberare, quos velit, ne si contrarium approbetur, Imperialis Majestas minui videatur, *d. l. ult. & d. § 4.* inde à pa-
18. *Refellitur ratio Iustiniani.* triciis eximendis initium fecit, mox eodem animo, ad Episcopos, Consules, præfectos magistros militum, liberandos progressus, ut constat *ex tot. Nov. 81. Nov. .o. Nov. 47. Nov. 58.* Dubito tamen, an hæc ratio sit sufficiens, quia nec potestas competit Imperatori nec si competeret, ex causa sufficienti competere demonstratur. Nihil enim potest Imperator constituere, quod alicui jus suum invito sine causa auferat, *l. nec avum 4. C. de emanc. lib.* ideoq; inter emancipationem, à qua argumentatur Iustin. *d. § 4. & d. l. ult. C. de Cons. lib. 12.* & exemtionem principis permultum interest, cum in illa præsupponantur consensus utriusq́; tàm patris, quàm filii, *§. ult. Instit. Eod.* quem in rescripto suo non exprimit Imperator, sed *in d. l. ult.* eò minus iniquam fore censet exemtionem, quò rarius contingit filiumfam. ad Patriciatus, quàm Consulatus dignitatem promoveri. Et *in præfat. d. Nov. 81. in pr.* constitutionis suæ rationem præmittens: *Si, inquit, sancivimus, ut si quis servum, sciente Domino, mereatur militiam, aut quamlibet dignitatem adipiscatur, repentè imperio liberetur, & in ipsam rapiatur ingenuitatem, quomodo non est justum, tantos promerentem Codicillos, non etiam paterna potestate liberũ fieri?* Iam cautè addit, *Sciente Domino*, quia si Dominus post adeptam scientiam contradiceret, nihil ab Imperatore in præjudicium Domini dispositum videretur, *l. Barbar. 3. de offic. prætor. l. si privatus. Qui & a quib. l. decurionum. C. de pœn. Leo Constit. 10. c. 1. & 2. serv. non ordin.* Idem igitur verbum repetendum esset in exemtione patritii, ut non ante justa censeretur nec consisteret, quam si sciens pater in eam consensisset, & puto sufficere, si non contradicat, *arg. §. in plurimis. Inst. de adopt.* modo exemtio vergat in salutem publicam & consequenter prosit patri, qui maximè optare deberet filium in tanta dignitate, cum summo familiæ splendore, constitutum contueri. Propter publi- 19. *An Majestas, invito patre, possit emancipare filium.*
cum enim favorem posse invito beneficium obtrudi constat *ex l. ult. §. fin vero quidam. C. de testam. manum.* Hoc eò pertinet, ut filius promoveri possit ad patriciatum, quantumvis reluctante patre, quia id & publicè utile est, & privatim toti familiæ: sed in potestatem patriam propterea involandum nõ est, cum summâ dignitate defungi quis possit, salvo jure domestico, modò jus domesticum in iis contineamus terminis, quos illi paulò ante ex jure divino & natura præscripsimus. Illos enim potestas humana, ne ex hac quoq; ratione, perrumpere potest, quod fixi sint à natura ipsa, à Deo ejus autore, & moribus omnium populorum recepti, contra quorum autoritatem nihil proficit autoritas humana. Quis enim non impium Ca- 20. *Dignitas nõ tollit patriã potestatem.*
jum proclamaret, qui cum Deus fieri affectaret, Agrippæ se nepotem negabat? *Sueton. in Claud. c. 16* An Episcopum illum, autoritate Imperatoria, satis excusatum censes, qui stipem petenti patri, ne faciem quidem obvertere voluit, ejus se filium negans, ne dignitati ejus vilitate patris quicquam decederet? Rectè Chrysolog. *serm. 2. A se migrat, & ab homine totus transit in bestiam, paterna pietatis immemor, gratia genitoris oblitus.* Consulat quisq; Senatum, quem in præcordiis Natura ipsi constituit, annon conscientiam sauciari putes, si obsequium deneges pauperi parenti, si fores venienti occludas, si alimenta subtrahas, cumque tuo splendore irradiari prohibeas, aut irreverenter ab alloquio, conversatione, auxilio repellas? Hæc tamen sunt officia, quæ patri ob

Potestatem patriam deberi ex dictamine rationis suprà diximus, à quibus omnibus absolvi filium necesse est, quando absolvitur à patria potestate. De illis enim angustiis, in quas Romuli lex liberos compegit, quasque Iustinianus ipse bonam partem relaxaverat, de rigida vitæ & necis potestate, & quæ hinc consequenter olim eduxit antiquitas, nunc non agimus, sed de comi & principiis naturæ conformi imperio, illique opposito obsequio, à quibus nulla dignitas filium excusare, aut liberare potest. Nam
21. *Alia ratio est in magistratu, alia in henete.* quod de magistratu nuper diximus, quem pater, quam diu in dignitate & officio est, regere, aut sub arbitrium suum cogere non potest, ratio longè diversa est, quia patria potestas subjecta est Reipublicæ, cujus partem gerit magistratus, dum in officio est. Dum verò pater reverenter subjicitur Reipublicæ aut rempublicam repræsentanti filio, nullum jus naturæ convellitur, quia eadem natura, quæ filium patri, patrem subjecit Reipublicæ. Sed si sit absque officio publico, si ex Consule factus sit Consularis, aut Senatorius, si dignitas patriciatus aut præfecti honoraria, maneat exors potestatis, nec exerceat munia Reipublicæ, qui desiit repræsentare Rempublicam, quia extincta est causa, quæ exercitium patriæ potestatis suspendebat ipsam potestatem ad se redire, suffocatamque vitam resumere necesse est. Nec
22. *Ratio pro exemtione Episcoporum.* illud alicujus momenti est, quod tum Iustinian. *dict. Novell.* 81. *§. palam*, pro exemtione Episcoporum affert & Hildebrandus *in Epist. ad Herman. Episcop. Metensi c. quis dubitet sacerd. distinct.* 96. argutè exaggerat, *Esse* vid. *Episcopos spirituales omnium patres*, & proinde non posse filiorum suorum potestati subjici, *c. cum infer.* 1 *post primo: ubi gloss. in Verb. parentum. de maj. & obed.* nec à terreno magistratu judicari, ut ex hoc eodem principio contra Henricum Regem disputabat Thomas Cantuariensis. *Roger. Hoved. & Paris. in Henric. II.* Imò filiosfam. quoscunque Spirituales causas agentes liberos à potestate parentum pronuntiat Bonifacius IIX. *c. fin. §. fin. ubi gl. Verb. regulariter. & Iohan. Andr. de judic. in* 6 *specul. t. de Actore. §. Primo Vers. sed cum Clericorum dicto, Gail lib.* 2, *observ.* 38. *num.* 11, *observ.* 95. *num.* 4. quia ad spiritualia pater non habet sese intromittere. Sanè si quid præcipiat parens contra Deum, plus valere debet parens æternus, quàm temporalis, cum hic illi subjectus sit: sed si ducat ad veram religionem, si jubeat sacris filium sese dedere, si conjugium inire, quod & Pontifices Sacramentis annumerant, cur non perinde illi obsequendum atque in cæteris rebus licitis? 23. *Reiicitur.*
Nihil repugnat, quò minus quis uno respectu sit pater, altero filius, quemadmodum *in tractat. de subject. Cler. cap. sect.* 13. pluribus distinximus, & in ipso Imperatore patet, quem Gelasius Papa *in Epist. ad Anast. Imp.* nunc *filium* vocat, *& præsulibus rerum divinarum subditum, nunc humani generis præsidem*. Nam si patri populorum repugnat alicujus potestati subjici, quo jure sumsit sibi Ambrosius, unius Ecclesiæ Episcopus auctoritatem tantum principem, patriæq; patrem coërcendi & in ordinem censura Ecclesiasticæ redigendi? Nec verò tàm vilis est patria potestas, ut dixit Cassiodorus, nec tàm indignum nostrarum legum & temporum, ut dixit Iustinian. *dict. Novell.* 81. *§. propterea.* alienæ potestati subjici, qui sint præfecti, quasi patres patriæ & principi, cum olim patria potestas sanctior habita fuerit sanctissima tribunorum potestate, ut ex Torquati & Flaminii historiis nuper demonstravimus, & nihil sit honestius, nihil prius à Mose in secunda tabula imperatum, quam ut parentibus honorem exhibeamus, sub quo procul dubio & obedientia continetur & reverentia, parentibus non minus debita à Principibus & Episcopis, qui pietate aliis facem præferre tenentur, quam à quibusvis è trivio aut media plebe. 24. *Diverso respectu quis est filius & pater.* 25. *Patria potestas nihil habet in se, quod sit vile.*

CAPVT V.

DE CIVITATE ET CIVIBUS.

SVMMARIA.

1. De Pagis.
2. *Quid intersit inter Vrbem & Civitatem.*

3. Quid

3. *Quid differat Civitas à Republ.*
4. *Quatenus acta Reipubl. obligent civitatem.*
5. *Quid sit civitas, quid civis.*
6. *Vtrum civitas certo civium numero definienda.*
7. *Vtrum aliquis duarum civitatum simul civis esse possit.*
8. *An qui invita Republ. abest civis, jure Majestatis revocari queat.*
9. *De differentiis civium.*
10. *De modis obtinendi civitatem.*

SECTIO I.

De Pagis.

1. *Civitatem esse multitudinem non hominum, sed familiarum.*
2. *Quare de pagis non agatur ante civitatem.*
3. *Vnde dicatur pagus.*
4. *Quid sint pagani.*
5. *Pagos esse inchoamentum civitatis duplici via.*
6. *Qui ex una familia in pagum dilatantur, Aristoteli dicuntur collactanei.*
7. *Taxatur historia Scholastica.*
8. *Multos ex Græcis olim vicatim habitasse.*
9. *Nec non aliarum nationum populos.*
10. *Quid per pagos Helvet. intellectum velit Cæsar.*
11. *Quid paganalia.*
12. *Quid per pagum hoc loco intelligamus.*

DE familiis & familiarum partibus non alio consilio aut respectu egimus huc usque quam quatenus sunt partes civitatis, quam hoc libro, tanquam subjectum Reipublicæ explicandam, ductu jussuque Aristotelis, suscepimus. Civitas enim est multitudo, non singulorum hominum, unius imperio subjectorum, perinde ut Monachi Abbati, collegæ principi collegii, servi subjiciuntur Domino, sed patrumfamilias, *ut sectio.4. ostendemus, & totidem verbis enunciat Aristot. 1. Polit. cap. 3. in princ.* Consequens est igitur, ut cujus gratia cætera præmisimus, de civitate *ex princip. libr. 3. Polit. Aristot.* agere incipiamus: Vbi mentio *Pagi* neminem remorari debet, quasi non ex familiis nascatur civitas immediatè, sed interventu pagorum, eoque nomine prius agendum veniat de pagis, quàm de civitate. Nam pagus non designat congregationem aliquam hominum, specie distinctam à multitudine civitatis, aut magna familia, sed nudum conventum eorum, qui pastus gratia partem ruris insident, aut fluentem accolunt, nec dum ad sufficientiam civitatis satis instructam habent cornu copiam. Servius Tullius, agro in quotcunque portiones diviso, in montanis & naturâ munitis tumulis tuta agrestibus paravit refugia, quæ πάγους dixit, ut se eò reciperent omnes ex agris sub adventum hostium & ibidem pernoctarent. Iis quoque sui magistratus præerant, ad quorum curam pertinebat, scire agrestium, qui in unum eundemque pagum contributi essent nomina, & ex quibus se alerent prædiis, tum quoties opus esset, rusticos ad arma vocare, aut tributa viritim exigere. illi milites contrahebant & colligebant pecunias. Addidit aras & sacra, quæ paganalia vocavit, & sacrorum leges quas adhuc suâ ætate extitisse scribit Halyc. *lib. 4.* Vnde *Pagum* derivat Festus à fonte, quem Græci παγὴν, Dorica Dialecto παγὰν vocāt, sive malis à saxoso & montoso loco, qui πάγος dicitur, & nunc vulgò pagum *villam rusticam* interpretamur, ut notat Ascens. *ad illud Horatij .Od. 1 .Opp. obruitq; pagi. Paganos* verò, quasi diceres *rusticanos*. Sic enim interpretamur, quod Romani scriptores & Leges Imperatorum *Milites* opponant *Paganis*, & Plin. *paganam legem* appellat quasi rusticā: Persius seipsum *semipaganum*, dum prima rudimenta Poëticæ militiæ Musis offert. Solebant enim Coloni in legendo milite præteriri, sive quod urbanus miles videretur magis idoneus, sive quod non esset è Repub. Sole & laboribus induratam multitudinem promiscuè armari, sive, quæ causa potissima, ne, subtractis agricolis, agri negligerentur, nec esset, unde annona civibus, salaria magistratibus, stipendia militibus subministrarentur, cujus incommodi prævertendi gratia Suevi olim pagos suos ita ordinare sole-

1. Civitas est multitudo nō hominum, sed familiarum.

2. Quare de pagis non agatur ante civitatem.

3. Vnde dicatur pagus.

4. Quid sint Pagani.

solebant, ut ex singulis singula millia in militiam exirent, iisque reliqui, qui domi mansissent, alimenta ex agricultura sufficerent, idq; alterna vicissitudine, ut nec agricultura, neq; ratio atq; usus belli intermitteretur. *Cæs. lib. 4. bell. Gall. in pr.* Sicut igitur militia honorem, ita interdictum militiæ afferebat contemtum, & ignavos milites reprehēsuri Imperatores, solebant eos, pro *Quiritibus*, appellare *Paganos*, *Connan. lib. 9. Comment. c. 5. nu. 1.* quod imitati sunt Christiani, Paganos indigetantes, quos 1. *Synops. Basil. c. 3. Græcos*, aut quos Harmenop. *c. 1. 11. Græcissantes*, ἑλληνίζοντας, vocat, eò quod Græci Sanctis Doctoribus potissimùm obstiterint, unde & D. Paulus Græcos Iudæis ferè opponit, sive quod extra civitatem Dei habitarent, *ut ait Optatus*, sive quod tesseram militiæ Christianæ non magis assumere possent, quàm Pagani quondam Romanæ.

5. *Pagos esse inchoamentum civitatum.* Aristot. 1. *Polit. c. 1. & 2. in pr.* Ex multis familiis ait oriri κώμην, seu ut Latiniores efferunt ex Cicer. *vicinitatem*, ex multis vicinitatibus civitatem, non secus ac si vicus seu pagus esset civitatis inchoamētum, id quod duplici fieri via posse tum ipse *d. cap. 1.* tum Plato *lib. 3. de ll.* docet, si scilic. aliunde φυγάδες contrahantur, ut cum Romulus asyla ptomiscuè omnibus proponeret, aut si ex una familia in ingentem multitudinem excrescant, quos ὁμογάλακτας, *collactaneos* nominat Aristot. & maximè secundum naturæ

6. *Collactanei.* ductum coire dicit. Sic enim memoria patrum fuisse in Hispania vicum centum domorum testatur Vives, cujus omnes incolæ erāt à sene quodam, qui adhuc vivebat, progeniti, ita ut propinquitatis nomen jam deesset, quo à minimis natu vocaretur. Lingua enim Hispanica supra abacum non ascendit. *In August. lib. 15. de Civit. Dei c. 18.* Sic pauci ex Flandris, cum consedissent ad fluvium in una insula ex novem Azoribus, Fajael vocant, tantam ex se reliquerunt progeniem, ut in hunc usq; diem illic habitent & Insulis nomen Flandricarum servent. *Hug. à Lindschott. part. 3. hist. Orien. c. 6.* Sic narrat historia Scholastica *super Gen. c. 37. & 38. ex Philone seu Gentili Philosopho in lib. qq. super Gene.* quod ex tribus filiis Noæ, adhuc ipso vivente, prognata sint 24. millia virorum extra mulieres & parvulos, habentes supra se Duces tres filios Noæ. Philo quidem hujus narrationis non meminit, & si rationem ineamus ex sacra & profanis historiis, multò majorem numerum prognatum invenimus, si verum est, quod Diodor. refert *lib. 3.* Zoroastrem regem Bactrianorū adversus Ninum duxisse vicies centena hominum millia, quo tempore Noa adhuc vixit, quippe cujus ætas post diluvium extenditur ad annum 350. cum annis quinquaginta octo ante, sub exitū regni Nini, natus esset Abraham. Si enim ex Iacobo in Aegypto, tercentum annorum spatio propagata sunt sexcēta millia bellatorum, *ut scribitur Exod. 12.* qui non pari fœcunditate progeniem suam proseminaverint filii Noæ? Hi tamen omnes vicatim habitarunt ab initio, priusquam civitates condere doceret usus. Solent enim nimis amplæ familiç in vicos & civitates abire, *ut docet Philosophus 1. Polit. c. 1.* quemadmodum Cecrops dispersos per agrum Atticum incolas, in 12. vicos, Theseus ex vicis in Astu, seu civitatem unam congregavit, *Plutarch. in Thes. Cicer. 2. de ll.* Minos Cretenses eadem arte in unum corpus putantes collegit, & Regis judicisq; honorem inde sortitus est. *Thucyd. lib. 1.* Multis enim Græciæ regionibus ad eam faciem vivebatur, tempore Homeri, utpote Elis & cunctis penè Peloponnesi locis, *Strab. lib. 8. in pr.* nec non per universam Arcadiam, ubi cogebantur propter pascua domicilia subinde transferre, & fertiliora quærere prata. *Arist. 2. Polit. c. 1. Pausan. lib. 8. Polyb. lib. 4.* Suevos, Germanorum gentem longè maximam & bellicosissimam, eadem ratione olim vagatos, nec longius anno remansisse uno in loco incolendi causa scribit Cæsar: *lib. 4. in pr.* iisque tum illic, tum *lib. 1.* Centum pagos attribuit, sed sensu parum diverso. Pagos enim definit, ex quibus singula millia armatorum quotannis bellandi causa extra fines educerentur, adeoque per pagos intelligit certum numerum incolarum, quemadmodum Paul. al. *in descript. Tartar.* & alii Tartaros distribuunt in *Hordas*, & adhuc hodie videmus, Germanos pividi in *Circos*, (sensu paulo diverso, quam quo *Pagenses* olim vocabantur, qui ad Comitis unius iurisdictionem pertinebant, *legum*

Margin notes (right column): 8. *Multi in Græcia vicatim habitabant.* 9. *Etiam alii populi.*

10. *Quid per pagos intelligat Cæsar.* *gam Francic. lib. 4. c. 75.*) Helvetios in *Cantones*, quos idem Cæsar, *lib. 1. bell. Gall.* vocat pagos, cum ait: *Omnis civitas Helvetica in quatuor pagos divisa est*, ex quibus duos illic nominetenus exprimit: *Tigurinum*, qui L. Cassium Cons. trucidarat, exercitu ejus sub jugum misso, quasique divina vindicta à Cæsare omnium primus ad Ararim cæsus erat, & *Verbigenum*, seu ut antiquiora legũt exemplaria, *Urbigenum*. Henric. Glareanus *in not. ad lib.* 1. distributos putat hos quatuor pagos ad numerum quatuor fluminũ, quibus regiones Helvetiorum perluuntur, quod verisimile non fit ex nominibus duorum, quæ expressit Cæsar, nec pagum denominat Cæsar à flumine, unde origo nominis fluit, sed à certa hominum multitudine, quæ significatio diversa est ab ea, quam hoc loco proponimus, & ab illa altera, quam Dionys.
11. *Paganalia.* Halycar. *lib. 2.* innuit, πάγους dictas fuisse tres primas tribus scribens, singulisque propria sacra, & à tota civitate divisa, tributa afferens, quæ παγανάλια dixerint. Pagum enim
12. *Quid sit pagus hoc loco.* hic accipimus *pro prima hominum, qui non sunt partes unius familiæ, usus non diurni, sed diuturni gratia cohabitatione, 1. Polit. c. 1. & 2. in prin.* in quam primò quidem incidunt, qui ad complementum perfectæ civitatis ex familia properant, speciem tamen à civitate & familia distinctam non cõstituit, ideoque de vicis vel pagis nihil peculiariter egit Arist nisi quod eorum nomina *in lib. 1. pr.* explicet, cujus vestigia nos quoq; secuti, ad civitatem grallatorio gradu transibimus.

SECT. 2.

Quid intersit inter Urbem & civitatem.

Seu

An Romani injuriam fecerint Carthaginensibus, cum ædificia & muros Urbis destruerent, & se nihilominus civitatem salvam præstituros dicerent.

1. *Historia de Carthaginis incendio.*
2. *In contractu, qui sibi satis non cavit suo cum damno contrahit, non alieno.*
3. *ICtum in l. 21. Quibus mod. usufr. confundere civitatem & urbem.*
4. *Condendis & evertendis urbibus olim inservisse aratrum.*
5. *Idem observatum in ducendis coloniis.*
6. *Unde dicatur & quid sit Urbs.*
7. *Civitates capite minui & in servitutem damnari posse.*
8. *Salvis tectis & mœnibus seu salva Urbe.*
9. *Item urbes everti salvâ civitate.*
10. *Nonnũquam urbem deleri cum civitate.*
11. *Quare aratrum indueũ & sal inspergẽ deletis urbibus, solitum fuerit.*
12. *Carthaginenses debuisse distinguere inter Urbem & Civitatem.*
13. *Cives posse urbe exire.*
14. *Quam grave sit civibus, si cogantur patriam relinquere.*
15. *Nonnunquam Urbem confundi cum civitate, ut Ecclesiam & templum.*
16. *Propriè verò finiri mœnibus & domiciliis.*
17. *Quid sit civitas.*
18. *Cohabitationem non requiri ad civitatem.*
19. *Ne Romanos quidem cives cohabitasse.*
20. *Domicilium in alieno territorio non extinguere jus civitatis patriæ.*
21. *Quis sensus fuerit legis Papiæ, qua peregrini urbe exterminati fuére.*
22. *Diversa lege Scævolam peregrinos civitate depulisse.*
23. *Romanos igitur sua lingua distinxisse ubiq; Urbem à civitate.*
24. *Remp. non esse in parietibus.*
25. *Objectio Alberici Gentilis solvitur.*
26. *Deos solitos urbibus olim evocari.*

CUm Cato, dicente Floro *lib. 2. c. 15.* inexpiabili odio delendam Carthaginẽ pronuntiaret, Scipio Nasica servandam, ne ablato metu æmulæ Urbis luxuriari felicitas Urbis inciperet, Medium senatus elegit, ut urbs tantum loco moveretur. Nihil enim speciosius videbatur, quam Carthaginem esse, quæ non timeretur. Igitur evocatis principibus Urbis, si salvi esse vellent, ut migrarent finibus, imperatum. Appianus *in Libyc.* addit: *Legatis Carthaginensium à Senatu responsum fuisse, obsides eum classibus traderent, civitati & privilegiis nihil ademtum iri*, quod cum Carthaginenses de muris quoque interpretarentur, interim Scipio Africanus 1. *Historia devastata Carthaginis.*

Dd canus

solebant, ut ex singulis singula millia in militiam exirent, iisque reliqui, qui domi mansissent, alimenta ex agricultura sufficerent, idq; alterna vicissitudine, ut nec agricultura, neq; ratio atq; usus belli intermitteretur. *Caes. lib. 4. bell. Gall. in pr.* Sicut igitur militia honorem, ita interdictum militiae afferebat contemtum, & ignavos milites reprehēsuri Imperatores, solebant eos, pro *Quiritibus*, appellare *Paganos*, *Connan. lib. 9. Comment. c. 5. nu. 1.* quod imitati sunt Christiani, Paganos indigerantes, quos 1. *Synops. Bas.* 1. *c. 3. Gracos*, aut quos Harmenop. 6. t. 11. *Graecissantes*, ἑλληνίζοντες, vocat, eò quod Graeci Sanctis Doctoribus potissimùm obstiterint, unde & D. Paulus Graecos Iudaeis ferè opponit, sive quod extra civitatem Dei habitarent, *ut ait Optatus*, sive quod tesseram militiae Christianae non magis assumere possent, quàm Pagani quondam Romanae.

5\. *Pagos esse inchoamentum civitatum.* Aristot. 1, *Polit. c. 1. & 2. in pr.* Ex multis familiis ait oriri κώμην, seu ut Latiniores efferunt ex Cicer. *Vicinitatem*, ex multis vicinitatibus civitatem, non secus ac si vicus seu pagus esset civitatis inchoamētum, id quod duplici fieri via posse tum ipse *d. cap.* 1. tum Plato *lib. 3. de ll.* docet, si scilic. aliunde φρατρίαι contrahantur, ut cum Romulus asyla promiscuè omnibus proponeret, aut si ex una familia in ingentem multitudinem excrescant, quos ὁμογάλακτας, *collactaneos* nominat Aristot. & maximè secundum naturae ductum coire dicit.

6\. *Collactanei.* Sic enim memoria patrum fuisse in Hispania vicum centum domorum testatur Vives, cujus omnes incolae erāt à sene quodam, qui adhuc vivebat, progeniti, ita ut propinquitatis nomen jam deesset, quo à minimis natu vocaretur. Lingua enim Hispanica supra abacum non ascendit. *In August. lib. 15. de Civit. Dei c. 18.* Sic pauci ex Flandris, cum consedissent ad fluvium in una insula ex novem Azoribus, Fajaël vocant, tantam ex se reliquerunt progeniem, ut in hunc usq; diem illic habitent & Insulis nomen Flandricarum servent. *Hug. à Lindschott. part. 3. hist. Orien. c. 6.* Sic narrat historia Scholastica *super Gen. c. 37. & 38. ex Philone seu Gentili Philosopho in lib. qq. super Gene.* quod ex tribus filiis Noae, adhuc ipso vivente, prognata sint 24. millia virorum extra mulieres & parvulos, habentes supra se Duces tres filios Noae. Philo quidem hujus narrationis non meminit, & si rationem ineamus ex sacra & profanis historiis, multò majorem numerum prognatum inveniemus, si verum est, quod Diodor. refert *lib.* 3. Zoroastrem regem Bactrianorū adversus Ninum duxisse vicies centena hominum millia, quo tempore Noa adhuc vixit, quippe cujus aetas post diluvium extenditur ad annum 350. cum annis quinquaginta octo ante, sub exitū regni Nini, natus esset Abraham. Si enim ex Iacobo in Aegypto, tercentum annorum spatio propagata sunt sexcēta millia bellatorum, *ut scribitur Exod.* 12. qui non pari foecunditate progeniem suam proseminaverint filii Noae? Hi tamen omnes vicatim habitarunt ab initio, priusquam civitates condere doceret usus. Solent enim nimis amplae familię in vicos & civitates abire, *ut docet Philosophus* 1. *Polit. c. 1.* quemadmodum Cecrops dispersos per agrum Atticum incolas, in 12. vicos, Theseus ex vicis in Astu, seu civitatem unam congregavit, *Plutarch. in Thes. Cicer. 2. de ll.* Minos Cretenses eadem arte in unum corpus putantes collegit, & Regis judicisq; honorem inde sortitus est, *Thucyd. lib.* 1. Multis enim Graeciae regionibus ad eam faciem vivebatur, tempore Homeri, utpote Elis & cunctis penè Peloponnesi locis, *Strab. lib. 8. in pr.* nec non per universam Arcadiam, ubi cogebantur propter pascua domicilia subinde transferre, & fertiliora quaerere prata, *Arist. 2. Polit. c. 1. Pausan. lib. 8. Polyb. lib.* 4.

8\. *Multi in Graecia vicatim habitabant.*

9\. *Etiam alii populi.*

Suevos, Germanorum gentem longè maximam & bellicosissimam, eadem ratione olim vagatos, nec longius anno remansisse uno in loco incolendi causa scribit Caesar: *lib. 4. in pr.* iisque tum illic, tum *lib.* 1. Centum pagos attribuit, sed sensu parum diverso. Pagos enim definit, ex quibus singula millia armatorum quotannis bellandi causa extra fines educerentur, adeoque per pagos intelligit certum numerum incolarum, quemadmodum Paulus Venetus *in descript. Tartar.* & alii Tartaros distribuunt in *Hordas*, & adhuc hodie videmus, Germanos dividi in *Circos*, (sensu paulo diverso, quam quo *Pagenses* olim vocabantur, qui ad Comitis unius Iurisdictionem pertinebant, *legum*

10. [illegible] per pagos [illegible] Verbigasce[illegible].

gum Francic. lib. 4. c. 25.) Helvetios in *Cantones*, quos idem Cæsar. *lib. 1. bell. Gall.* vocat pagos, dum ait: *Omnis civitas Helvetica in quatuor pagos divisa est*, ex quibus duos illic nominetenus exprimit: *Tigurinum*, qui L. Cassium Cons. trucidarat, exercitu ejus sub jugum misso, quasique divina vindicta à Cæsare omnium primus ad Ararim cæsus erat, & *Verbigenum*, seu ut antiquiora legũt exemplaria, *Vrbigenum*. Henric. Glareanus *in not. ad lib. 1.* distributos putat hos quatuor pagos ad numerum quatuor fluminũ, quibus regiones Helvetiorum perluuntur, quod verisimile non fit ex nominibus duorum, quæ expressit Cæsar, nec pagum denominat Cæsar à flumine, unde origo nominis fluit, sed à certa hominum multitudine, quæ significatio diversa est ab ea, quam hoc loco proponimus, & ab illa altera, quam Dionys.

11. Paganalia.

Halycar. *lib. 2.* innuit, πάγους dictas fuisse tres primas tribus scribens, singulisque propria sacra, & à tota civitate divisa, tributa afferens, quæ παγανάλια dixerint. Pagum enim

12. Quid sit pagus hoc loco.

hic accipimus *pro prima hominum, qui non sunt partes unius familiæ, usus non diurni, sed diuturni gratia cohabitatione, 1. Polit. c. 1. & 2. in prin.* in quam primò quidem incidunt, qui ad complementum perfectæ civitatis ex familia properant, speciem tamen à civitate & familia distinctam non cōstituit, ideoque de vicis vel pagis nihil peculiariter egit Arist nisi quod eorum nomina *in lib. 1. pr.* explicet, cujus vestigia nos quoq; secuti, ad civitatem grallatorio gradu transibimus.

SECT. 2.

Quid intersit inter Urbem & civitatem.

Seu

An Romani injuriam fecerint Carthaginensibus, cum ædificia & muros Urbis destruerent, & se nihilominus civitatem salvam præstituros dicerent.

1. *Historia de Carthaginis incendio.*
2. *In contractu, qui sibi satis non cavit suo cum damno contraxit, non alieno.*
3. *ICtum in l. 21. Quibus mod. usuf. confundere civitatem & urbem.*
4. *Condendis & evertendis urbibus olim inservisse aratrum.*
5. *Idem observatum in ducendis coloniis.*
6. *Vnde dicatur & quid sit Vrbs.*
7. *Civitates capite minui & in servitutem damnari posse.*
8. *Salvis tectis & mœnibus seu salva Vrbe,*
9. *Item urbes everti salvâ civitate.*
10. *Nonnũquam urbem deleri cum civitate.*
11. *Quare aratrum induci & sal inspergi deletis urbibus, solitum fuerit.*
12. *Carthaginenses debuisse distinguere inter Vrbem & Civitatem.*
13. *Cives posse urbe exire.*
14. *Quam grave sit civibus, si cogantur patriam relinquere.*
15. *Nonnunquam Vrbem confundi cum civitate, ut Ecclesiam & templum.*
16. *Propriè verò finiri mœnibus & domicilis.*
17. *Quid sit civitas.*
18. *Cohabitationem non requiri ad civitatem.*
19. *Ne Romanos quidem cives cohabitasse.*
20. *Domicilium in alieno territorio non extinguere jus civitatis patriæ.*
21. *Quis sensus fuerit legis Papiæ, qua peregrini urbe exterminati fuere.*
22. *Diversa lege Scævolam peregrinos civitate depulisse.*
23. *Romanos igitur sua lingua distinxisse ubiq; Vrbem à civitate.*
24. *Remp. non esse in parietibus.*
25. *Objectio Alberici Gentilis solvitur.*
26. *Deos solitos urbibus olim evocari.*

CVm Cato, dicente Floro *lib. 2. c. 15.* inexpiabili odio delendam Carthaginē pronuntiaret, Scipio Nasica servandam, ne ablato metu æmulæ Vrbis luxuriari felicitas Vrbis inciperet, Medium senatus elegit, ut urbs tantum loco moveretur. Nihil enim speciosius videbatur, quam Carthaginem esse, quæ non timeretur. Igitur evocatis principibus Vrbis, si salvi esse vellent, ut migrarent finibus, imperatum. Appianus *in Libyc.* addit: *Legatis Carthaginensium à Senatu responsum fuisse, obsides cum classibus traderent, civitati & privilegiis nihil ademtum iri*, quod cum Carthaginenses de muris quoque interpretarentur, interim Scipio Afri- 1. Historia devastatæ Carthaginis.

canus Iunior missus fuit, qui per Censorinum cives jussit urbe exire, expostulantibusque, contra pacta conventa secum agi respõdit: *Civitatem non esse alligatam loco, neo concludi muris vel ædificiis: Malè interpretari Carthaginenses de Vrbe, quod promissum esset de civitate.*

2. *Contrahens, qui errat, sibi peccat, non alteri contrahentium.*

Quæstio igitur est, *num tantum intersit inter civitatem & urbem, ut Carthaginenses probabiliter id ignorare non debuerint.* Qui enim in contractu, cum sibi melius cavere potuisset, id facere neglexit, neglexit id suo incommodo, *l. cum quid 3. de rebus cred. l. debitorem 99. de solut.* cum scire & scire debere æquiparentur, *Covarr. lib. 3. var. resol. c. 17.* nec excusetur prætextu ignorãtiæ, qui scire potuit. *lib. 1. Eth. cap 1 l. regula. de jur. & fact. ignor.* Vulgaris verò ex usu linguę Rom distinctio erat inter CIVITATEM & VRBEM, quam videtur tamen ICtus confundere *in l. si usufr. civitat. 21. Quib. mod. usufr. amitt.* quando in casu nostro loquẽs, Carthaginem scribit *perdidisse jus civitatis, & ususfructus legatos percipiendi, quoniam aratro inducta fuerit.* Condendis enim atque evertendis civitatibus hunc morem fuisse, ut fierent aratro, notat Acron *ad Oden 16 lib. 1. Horat.* & Servi: *ad illud Virg.*

3. *ICtus confundit urbem & civitatem.*

4. *Condendis & evertendis urbibus inservisse olim aratrum.*

Interea Æneas urbem designat aratro:

Vtrumque Manilius eleganter explicuit de legislatorum origine agens:

Vrbibus augebit terras, junctisq; juvencis
Mœnia subcinctus curvo describet aratro,
Aut sternet positas urbes, inq; arva reducet
Oppida, & in domibus maturas reddet aristas.

Ritum ducendi aratrum, ad designandam urbem, junctus tauro in dextra, & vacca intrinsecus, velatoque capite ducentis parte togæ, cinctu Sabino, glebisque stiva ita scissis, ut omnes intrinsecus caderent, describit Cato *in Origin.* & sulcum, hac religione ductum *primigenium*, vocat Festus, *qui* inquit *in condenda urbe, tauro & vacca, designationis causa imprimitur,* Quo ritu verò auspicati fundamenta urbium, eodem illas, ut verbo Nonii utar, *exfundare*, seu funditus delere solebant, ut innuit Horat. *1. Od. 16.*

Ira, altis urbibus ultimæ
Stetere causæ, cur perirent
Funditus, imprimeretq; muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

nec non Senec. *lib. 1. de Clem. c. ult.* *Qui posset exercitatior a singulorum cædibus, deinde in exitia gentium serpere rabies, & injicere tectis ignem: Aratrum vetustis urbibus inducere potentiam putat.* Apparet idem ex ceremoniis deducendæ coloniæ, quando pristinis possessoribus ager adimebatur & novis colonis assignabatur. Inter has enim mentionem facit Cicero aratri, dum ait *Philipp 2. Tu autem insolentia elatus omni auspiciorum jure turbato Casinum coloniam deduxisti, quò erat paucis annis ante deducta, ut vexillum tolleres & aratrũ circumduceres, cujus quidem vomere portam Capuæ penè perstrinxisti, ut florentis coloniæ territorium minueretur,* de quibus omnibus vide *Varro. 4. de ling. Lat. Plutarch. in Romul. Cal. Rhod. lib. 14. c. 5. Ravard lib. 2. conject. c. 7. Forner. ad l. Vrbis 2. Gord ib. nu. 16. Alciat. ad l. pupillus. 239. §. Vrbs. 6. de Verb. Sign. Gothofr. ad d. l. 21. Quibus mod. usufr. amitt. Gregor. Tholos. lib. 4. Syntagm. 21. c. 5. num. 15. Sigon. 1. antiq. jur. civ. c. 2.* Nihil igitur est aratrum inducere, quàm ædificia & muros solo æquare, quod ad urbem spectare tantum dicit Pomponius, *in l. pupillus 239. §. Vrbs 6. de Verb. S.* Vrbs enim ab *urbe*, quod aratrum interpretatur *Varro, libr 4. ling. Lat.* appellata est. *Vrbare est aratro definire.* Et Varrus ait: *Vrbum appellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet.* Sicut igitur locus aquis absorberi, aut tecta flammis consumi, aut muri terræ motu subrui queunt, salvo populo: ita solo æquatur urbs, salvo jure civitatis, & vicissim salva urbe, intermoritur civitas, ut Luciani verbo utar, qui ait in Dialog. Charo[illegible] Ἀπολλύμεναι γὰρ καὶ πόλεις, ὥσπερ ἄνθρωποι, imò & capitis diminutionem patiuntur, si [illegible] dedantur, *Ravard. lib. 2. Conject. c. 7. in* [illegible] aut in servitutem damnantur, quemadmod[illegible] Augustus Tyrios, & Sidonios Syriæ ob domesticas seditiones, Cyzios Bythiniæ, quo[illegible]

5. *Idem de [illegible] coloniis.*

6. [illegible]

7. [illegible]

cives

[illegible] quosdam Romanos flagellis cæsos, [illegible] liberrate privavit & servos esse jussit, *Dion. lib.* 4. quod pœnæ genus in Rhodios a Claudio Imp. repetitum idem testatur. Exemplum licet capere de Roma ipsa, cum cives deleta a Gallis urbe, destructis ædificiis, vetus jus civitatis transferre vellent, civitatemq; Camillus ad urbis ædificationem, luculenta oratione, detineret, *Liv. lib.* 5. *in fin.* aut de Capua urbe, cujus tecta publica, privata unà cum agro servata sunt, exclusis civibus, & civitatis jure extincto, quod malo ex ipsius Livii verbis intelligas:

8 *Salva urbe.* *De urbe agroq; Campano reliqua consultatio fuit, quibusdam delendam censentibus urbem prævalidam, propinquam, inimicam. Ceterum præsens utilitas vicit. Nam propter agrum, quem omni fertilitate terræ satis constabat primum in Italia esse, urbs servata est, ut esset aliqua aratorum sedes. Urbi frequentandæ multitudo incolarum, libertinorumq; & institorum, opificumq; retenta. Ager omnis & tecta publica populi Rom. facta. Cæterum habitari tantum, tanquam urbem, Capuam placuit: corpus nullum civitatis, nec senatum, nec plebis concilium, nec magistratus esse: sine consilio publico, sine imperio multitudinem, nullius rei inter se sociam ad consensum inhabilem fore, præfectum ad jura reddenda ab Roma quotannis missuros.* *Liv. lib.* 26. *Boter. lib.* 5 *Polit. Illustr. c.* 7 Mansit igitur urbs sarta tecta, sed civitatem partim absumsit ferrum, partim ferro durior servitus. Legatus regis Macedonum vocat *urbem truncam, sine Senatu, sine plebe, sine magistratibus. Liv. lib.* 31

9 [illegible] *urbes* [illegible], *salvo populo.* Econtrario Tull. Hostilius Albam ita diruit, ut prius omnes urbis opes, ipsumq; populum Romam traduceret, prorsus, dicente Floro *lib.* 1. *c.* 3. ut *consanguinea civitas non periisse, sed in suum corpus redisse videretur*, quod tamen Vibius Virius princeps Campani senatus Romanis in hunc modum exprobrat: *Albam, unde ipsi oriundi erant, à fundamentis proruerunt, ne stirpis, ne memoria originũ suarum extaret*, apud *Liv. lib.* 26. Ita dictum est ad Vejos migrandũ esse post incensam à Gallis & dirutam Urbem, nisi consiliũ Camillo autore discussum fuisset, & movisset populũ vocis omen ex Centurione auditæ, qui, cum in forum venisset, manipulariis suis dixerat: *Sta miles, hic optimè manebimus. Flor. Epit. lib.* 5. *in fin.* Ita post cladem Cannensem à nobilibus adolescentibus propter desperationem consilium de relinquenda Italia initum est, quod P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui postea Africanus nuncupatus est, dissolvit, strictoque super capita deliberantium ferro, juravit, pro hoste se habiturum eum, qui in verba sua non jurasset, effecitque, ut omnes minimè relictum iri à se Italiam jurejurando astringerentur. *Flor. Epit.* 22. *ad fin.* Non enim Respublica loco, nec civitas muris aut ædificiis illigatur: ut plurimum tamen civitas deletur unâ cum urbe, & utriusque signum adhibetur, aut aratri circumductio, aut aspersio Salis, aut aliquid aliud ejus generis, quod sterilitatem designet. 10. *Nonnunquã urbem deleri cum civitate.* Eodem tempore, quo Carthaginem Scipio, Corinthum incendit L. Mummius, post annos 952. quam ab Halete, Hippotis filio erat condita, *Vellej. lib.* 1. *c.* 16. & cives omnes proscripsit, atq; ut servos distraxit, quod legatos Rom. superbè violassent. *Cicer. pro l. Man. Vellej. lib.* 1. *Flor. lib.* 2. *cap.* 6. & *Epit. Liv.* 52. Athenæ eadem crudelitate perierunt, jussu Syllæ, *Plutarch. in Syll.* Hierosolyma, jussu Titi, qui hoc unicũ præter ingenium suum imperavit, *Xiphil. in Vespas.* Aquilegia, jussu Attilæ, *Callimach.* & *Olah. in Attil.* Bardevvicum ad mare Balthicum, jussu Henrici Leonis, *Bunting. in hist. Brunsvv. Meibom. in Bardevv.* Bononia & Brixia, jussu Henrici Imperatoris, *Sigon. in hist. Ital. Bart. in l. aut facta. §. nonnunquã. de pœn. Panorm. in c. delecti de Simon.* Templo Hierosolymitano etiam aratrum inductũ fuisse, scribunt Ioseph. & Hieron. Sichemo salem inspersit Abimelech *Iud. c.* 9 Mediolano Fridericus Barbarossâ. *Naucler. in Frid. Chron. Marin. in ann.* 1168. *Munster. in Cosmogr.* Pictavio Dagobertus, si Gillio credis *in Dagobert* quanquam Annales Buschetti id factum negant, nec ejus Aimon & Sigebert. meminerunt. 11. *Quare aratrum inductum & salem inspersi.* Per aratrum voluerunt fundum reducere ad pascua & agros: per salẽ perpetuam infœcunditatẽ designare. Hęc est illa internecio, quã Iudæis minitatur Deus, *Deut.* 16 *c. si audieris* 23. *q.* 5. *forte, ut interficiantur cæde gladij omnes, qui sint in civitate,*

civitas incendatur igni, & maneat sine habitaculo in æternum, nec reædificetur usque nunc. Carthagini verò inductum fuisse aratrum nullibi facilè reperias, quam apud Modestin. *d. l.* 21. Florus à Scipione expugnatam & spoliatam ex Livio repetit. *Epit.* 51. Zonar. *Vol.* 2. SCto decretum refert, ut solum Carthaginis, veluti sacrum esset, & ne cuiquam illud inhabitare jus fasq; esset, quod quidem pertinet ad condemnationem loci & urbis, quam, si sapuissent Carthaginenses, distinguere debuissent ab interitu civitatis.

12. *Carthaginenses debuisse distinguere inter urbem & civitatem.*

Cremonam delebant Vespasianiani: At non diu post reliquias exulum jubebat Vespasianus ad desertas aras & combustos Lares redire. *Tacit. lib.* 3. *histor.* Ipse Annibal tales conditiones ferebat Saguntinis, quas perferebat Alorcus: *Vrbem vobis, quam ex magna jam parte dirutam, captam ferè totam habet, adimit, agros relinquit, locum assignaturus, in quo novum oppidum ædificetis, conjugum, vestra corpora ac liberorum vestrorum servat inviolata, si inermes cum binis vestimentis velitis à Sagunto exire. Liv. lib.* 21.

13. *Cives posse urbe exire.*

Posse enim cives ex ædibus transferri, & in alienas colonias compingi, salvis ædibus murisque, quis dubitat? 3. *Polit. c.* 2. *in pr. & c.* 6. *prolixè.* Tigranes ex Græcorum, Assyriorum, Adiabenensium, Gordiænien sium, & Cappadocum urbibus eversis superstites in Tigrano certam à se nuper conditam & denominatam contraxit. *Plutarch. in Lucull.* Sed hic urbes ipsas evertit: Iovianus verò, ut vacuam Persis, prout juraverat: Nisibin traderet cives omnes intra triduum jussit urbe exire, *Ammian. Marc. lib.* 25. & Eduardus III. Rex Anglor quassata Calete, cum se populumque Gallorum, intus incolentium, dederent Consules, victos fameque tabescentes remisit ad Philippum Valleliû, sibi verò mœnia urbis & vacua tecta resignari jussit. *Frossard. lib.* 1. *cap.* 147. qua quidem migratione, etiamsi novæ patriæ inserantur, satis superque puniuntur refractarii cives, cum, ut de Iudæis scribit Tacit. *lib.* 5. *histor. si transferre sedes suas cogerentur, major vita metus, quàm mortis.* Saguntini maluerunt in paratum insilire ignem, quàm ejuratis Penatib. nova occupare domicilia, *Liv. lib.* 21. Campanis idem consilium dabat Virius, & principibus quidem ex Senatu voluntariam mortem persuadebat. reliquis ad speratam Romanorum clementiam sese frustrà recipientibus. *Liv. lib.* 26 Lamenta Nisibenorum sic depingit Ammian. Marc. *Appositis itaque compulsoribus, mortem, si qui distulerint egredi, minitantibus, mœnia permixta sunt lamentis & luctu, & per omnia civitatis membra una vox cunctorum erat gementium, cum laceraret crines matrona exul fuganda laribus, in quibus nata erat, & educata, orbataque mater liberis & conjuge viduata procul ab eorum manibus pelleretur, & turba flebilis postes penatum amplexa vel limina lacbrymabat.*

14. *Quàm ingens pœna refractariorum civium.*

Nec majorem gratiam ab invitis Tigranocertæ incolis iniit Lucullus, quam quod inde ad suos quemque Lares, suam patriam redire sineret. *Plutarch. in Luc.* Hoc igitur satis duro supplicio contenti Romani, urbe quidem interdixerunt Carthaginensibus, sed civitatem aliò transferre voluerunt, quod ipsi ignorare non debebant, propter magnam distantiam, qua sejunguntur Civitas & Vrbs, etiam hoc ipso casu, quando agitur de mulctandis hostib. Virgil. quidem ait *lib.* 2. *Aen.*

Invadunt urbem somno vinoque sepultam,

sed per Synechdochen urbē accipit pro populo, & Serv. *in d. vers.* Vrbem interpretatur cives. In jure Canonico quoq; Vrbes & Civitates passim confunduntur, perinde ut Ecclesia & templum, qui error ex corrupta Latinitate & in Barbarismos degenerare incipiente, haustus, ad imitationem non magis rapi debet, quam quod civitates non agnoscant iidem compilatores, quam quibus Episcopus impositus est. *Bald in l. ex hoc. de just. & jur.* cum olim Episcopi non darentur, nisi magnis urbibus. *cap.* 1. *de privileg.*

15. *Vrbs interdum pro civitate accipitur ... [illegible]*

Propriè enim Vrbs finitur mœnibus, ut ait Paul. *l. Vrbis* 2. *junct. l. Vt Alphenus.* 1. *l. collegar. de V. Sign. & Domicilia conjuncta ædes dicimus,* ait Cicer. *pro Sest. & lib.* 1. *de Republ. Ejusmodi conjunctionem tectorum cum locis mannq; sepsissent, oppidum vel urbem appellarunt, delubris distinctam, spatiisque communibus.* Optimè descripsit urbem, sed rectius adhuc distinxit ab ea civitatem, dum subjicit: *Omnis ergo populus, qui est talis*

16. *Vrbs finitur mœnibus.*

cœtus

... rium multitudinis, qualem exposui, civitas est, & hanc à Republ. dum pergit: *Omnis civitas, quæ est constitutio populi, Resp.* Etenim Civitas definiente Sigon. *l.1.de ant. jur. Civ. Rom. ex Arist. 1.Polit.c.1.* nihil aliud est, *quam societas ex multis vicinis constans.* Sunt enim civis & civitas in eodem prædicamento, ut societas & socius, æqualis & æqualitas, quippe cum civium congregatio faciat civitatem, sicut collegarum conventus collegium. Atqui civis non definitur ex muris aut domicilio. Ergo nec civitas ex iisdem æstimanda est. Nam argumentum Aristotelis 3. *Polit. c.1.* efficax est contra Speusippum, qui *in defin. Plat. cohabitationem civium* requirit. Servi enim & incolæ cohabitant quidem, sed cives non sunt & ex contrario plurimi sunt cives, qui non cohabitant, sicut Athenienses ex pluribus agris ante Thesei ætatem ad suffragia colligi solebant, *Plutarch. in Thes.* & remanebant etiam quidam adhuc in agris tempore Demosthenis, quos inde ad conciones vocatos, non uno loco scriptum reliquit. Cæsar quatuor Helvetiorum pagos sive universos Helvetios, Rheno, Rhodano & montis Juræ inclusos vocat unam civitatem *lib. 1. de bell. Gall.* Elienses totam vitam ruri sparsim agebant, & tamen unius Reipubl. & per conseq. civitatis membra erant. *Polyb. lib. 4. Strab. lib. 8.* Auctis enim Rebuspubl. non solum illi cives dicti sunt, qui muris continebantur, sed qui per universam provinciam habitabant, sicut Antoninus cives Romanos jubet esse, quicunque in orbe Romano vivant, *l. in orbe de stat. hom.* quod Iustinianus non tantum ratum habuit, sed & longius extendit, *Nov. 78. c.1.* de quo Claudianus Romam prædicans:

Hac est, in gremium victos quæ sola recepit,
Humanúmq; genus communi nomine fovit
Matris, non Domini ritu, civesq; vocavit,
Quos domuit.

19\. Iam olim sub initium nascentis Reipubl. cum tenerior adhuc esset res Romana, divisit Servius tribus omnes in quatuor *Vrbanas* & reliquas *Rusticas, Halyc. lib. 4.* quibus censebatur plebs rustica quam Cicero *in Agrar.* 2. loquens de iis, qui agrum Campanum possidebant, genus hominum vocat *optime meratorum, optimorum aratorum, & militū*, qui tamen inde ad Comitia vocabantur, sicut Appianus scribit Tiberium Gracchum rusticos ad comitia convocasse, sed eos messe distractos non comparuisse: Et in judicio Martij Coriolani non minus rusticas, quàm Vrbanas tribus consedisse legimus. *Halyc. lib. 7.* Vnam enim & viginti suffragium tulisse autor est Halycar. Vnde est, quod Sp. Posthumius *in Orat. de compesc. Bachan.* ita cives alloquatur: *Iam ubi vos dilapsi domos, & in rura vestra eritis, illi coierint: Liv. lib. 39.* Et Scipioni Nasicæ repulsæ caussam attulit, quod rustici cujusdam in comitiis prensans manum, rogaret, *num etiam manibus ambulare soleret?* Omnes namq; rusticas tribus, paupertatem sibi exprobratam judicantes, iram suam adversus contumeliosam urbanitatem strinxisse, scribit Valer. Max. Qui hos ex agris convocabant, inde *Viatores* cognominatos putat Cicero *in Cat. Maj.* Nec verò ad comitia tantum, sed etiam ad summos magistratus olim rure vocabantur Romani, quemadmodum Attilium Regulum, suâ manu spargentem semen, qui missi erant, invenerunt. *Cic. pro Rosc. Amer. Valer. lib. 4. c. 4.* L. Quinctio quatuor sua rura aranti delata est Dictatura, quem *Valer. ibid.* quem *Triumphalem Agricolam* inde vocat Florus, *lib. 1. c. 11.* & Apul. *at Romanorum Majoribus, Quintiis & Serranis. Plin. lib. 3. c. 18.* & *multis aliis similibus, non modò uxores, verum etiam Consulatus & Dictaturæ in agris offerebantur. in Apol.* Curius tertriumphator, tamen non destitit agrum ruri colere. *Plut. in Cat. Maj. in pr.* de quo Cicero *in Cat. Maj. In hac vita, sc. rustica, M. Curius, cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, consumsit extremum ætatis tempus, M. quoq; Valerium Corvinum*, ait idem *ibid. accepimus ad annum centesimum vitam produxisse, cum exacta jam ætate in agris esset, eosq; coleret.* Lucullus magnificentiæ & invidiæ fatur, annon familiam suam in villam transduxit? *Plut. in Luc. in fin.* annon & Cato Major, *Plutar. ib. in Cat.* & Scipio Linternum migravit, ne ingratæ patriæ ossa relinqueret? *Valer. lib. 5. c. 3.* nec prius pes-

17\. *Quid civitas.*

18\. *... habitatio non requiritur ad civitatem.*

... Romani ... in agris habitabant.

sum iisse Rempub. credit Varro, quam *patres in urbem correpserint, relictis falce & aratro. lib. 2. de rust. in praef.* Vsq; adeò cohabitatio civem non facit, nec domicilij translatione extra urbem jus civitatis extinguitur. Nam Pompo. Atticus, licet Athenis habitaret, Romanam civitatem tamen non amittebat, quia oblatum ab Atheniensibus jus civitatis repudiavit, quod vereretur, ne jus Romanum in discrimen deduceret, cum duarum civitatum nemini liceat simul esse civi, *Cornel. Nepos in Attic.* Sp. Ligustinum civem Rom. & nihilominus in Sabinis, unde oriundus erat, habitantem exhibet Liv. *lib.* 42. Et Cic. *pro Rosc.* Campaniam à civibus possideri optimis fortissimisque militibus memorat, sicut & Livius L. Posthumium Cons. in Campaniam missum scribit, ut agrum publicum dirimeret ab agro privato civium Romanor. Quin etiam Varro *lib. 1. de rust. ex Caton. Origin.* Agrum Gallicum, ultra agrum Picenum, Romanum vocat, quod Romanis viritim datus fuerat. Ideoque certum est, cives Romanos non solitos æstimari ex cohabitatione, sedibus vel ædificiis, nec linguæ Romanæ usum aut leges, Carthaginenses ignorare probabiliter potuerunt, cum jam tot pacta cum Romanis fecissent, tot annos cum iis tàm pace, quàm bello commercia habuissent.

20. *Domicilium in aliena Rep. non extinguit jus civitatis patriæ.*

21. *Qua sensu legis Papiæ, quæ peregrinos urbe prohibuit.*

Erat apud Romanos lex Papia, quæ peregrinos urbe prohibebat, de qua Cicer. *lib.* 3. *offic. Malè, qui peregrinos urbibus uti prohibent eosq; exterminant, ut Petronius,* seu *ut rectius Balduin. in Scæv. & Sigon. lib. 3. de antiq. jur. Ital. cap. 1. legunt, Pennus apud patres nostros, Papius nuper. Nam esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere: quam tulerunt legem sapientissimi Consules Crassus & Scævola. Vsu verò urbis prohibere peregrinos sanè inhumanum est.* Quis fuerit Papius, docet Dion, *lib.* 37. nimir. tribunus pl. Cotta & Torquato Coss. Quæ fuerit sententia legis, tum idem *ibid.* tum Cicer. 2. *Agrar.* explicat, quod sc. peregrinos urbe ejecerit & usu fori prohibuerit, quam legem Lacedæmoniis tulerat Lycurgus, *Plutarch in Lyc.* Verum Cicero *in lib. 3. offic,* ut hanc legem Papiam improbat, ita alteram Scævolæ magnifacit, qua peregrini civitate pellebantur, *pro Balb. & C. Cornel.* quanquam hic perniciosam Reipubl. extitisse confitetur non suo vitio, sed, *ut expli. at Ascon. in Corn.* quod Italorum animi à civitate repulsi injuriam, qua se affectos putabant, vindicari, bellum sociale excitassent. Iam olim lege Claudia Latini à civitate repulsi erant, & peregrini omnes alia lege Papia, cujus Cicero meminit *pro Balb.* ex qua Valer. Max. M. Perpennam damnatum scribit, quod Consul ante fuerit, quàm civis, sicut Barbatius prætor ante, quàm liber. *Suid. in Verb. βαρβα:* *Cujus*, ait Valer. *Vita triumphavit, mors Papiâ lege damnata fuit. Namq; patrem illius nihil ad se pertinentia civis Rom. jura complexum, Sabellis judicio petitum, redire in pristinas sedes coegerunt.* Quod si arbitros cepisses Carthaginenses, non distinxissent hoc interdictum ab eo SCto, quo Volsci omnes urbe, foro & ludis excedere jubebantur. *Liv. lib. 2. Plut. in Coriol. Halycar. lib.* 8. Si ijdem incidissent in duas hasce leges, quarum una repellit peregrinos à *Civitate*, altera ab *Vrbe*, procul dubio discrimen nullum advertissent, civitatem interpretatam pro Vrbe, quas tamen Cicer. *offic.* tanquam duas diversas proponit, unaque reprobata, alteram vehementer laudat. *Sigon. lib. 3. antiq. jur. Ital. Balduin. in Scævol. pag.* 104.

22. *Alia lex Scævolæ, quæ peregrinos civitate prohibuit.*

23. *Romanus [illegible] urbis [illegible] distinx. [illegible]*

Non est igitur *in parietibus Respub.* ut dicebat Pompejus, cum Senatores ducentos, melioremque civium florem, qui Rempubl. deserere tergiversebantur, se sequi juberet & urbe Italiaq; abduceret, *Dion. in hist. Pomp.* & Cicero probè distinguit parietes à Repub. *lib. 2. off.* quando ait: *Parietes nobis modò stant & manent, iique ipsi jam extrema scelera metuentes. Rem verò publicam penitus amisimus.* L. Lentulus, concluso exercitu intra furcas caudinas: *Non* inquit, *tecta urbis & mœnia, & eam turbam, à qua Vrbs incolitur, pro patria habeo. Hic patriam video, hic quicquid Rom. legionum est. Hic omnes spes opesq; sunt, quas servando, patriam servamus, dedendo ad necem, patriam deserimus ac prodimus. Liv. lib.* 9. Nec non Otho Imperator ad milites loquens: *Quid? vos pulcherrimam hanc urbem*

24. *Rem[illegible] esse in pa[illegible]tibus.*

bem domibus & tectis & congestu lapidum stare creditis? Muta ista & inanima intercidere ac reparari promiscuè possunt. AEternitas rerum, & pax gentium, & mea cum vestra salus incolumitate Senatus firmatur. Hunc auspicatò à parente & conditore urbis nostra institutum & à Regibus usq; ad Principes continuum & immortalem, sicut à Majoribus accepimus, sic posteris tradamus. Tacit. 1. histor. Quod illi de distinctione Reipubl. & murorum dixerunt, id de civitate eadem ratione subintelligendum est, cum & ipsa separabilis sit à Repub. sicut Themistocles rectè interpretatus est oraculum, quo Athenienses jubebantur civitatem muris ligneis cingere. Cives enim extra urbem eduxit, & navibus imposuit, non in ædificiis, sed in civibus civitatem consistere dicens. *Iust. lib. 2. AEmyl & Plut. in Themist.* quò respiciens Nicias clade Siculâ, terrefactos milites consolaturus ait: *Viri, non mœnia & naves sine viris, vacua sunt. Thucyd. lib. 7.*

15. Nec obstat, quod Alber Gentil. *lib. 1. de arm. Rom. c* 8 objicit ex *Cic. 7. ad Attic. Epist.* 11. qui consilium Pompeii fugientis improbans, sic scribit: *Per fortunas, quale tibi consilium Pompeij videtur? Hoc quæro, quod urbem reliquerit. Ego enim ἀπορῶ. Tum nihil absurdius. Vrbem tu relinquas? Ergo idem, si Galli venirent. Non est, inquit, in parietibus Resp. At in aris & focis. Fecit idem Themistocles. Fluctum enim totius Barbaria ferre urbs una non poterat. At idem Pericles non fecit annum ferè post quinquagesimum, cùm præter mœnia nihil teneret.* Idem enim Cic. *in fragm. l. 1. de Repub.* delubra urbis partem, & non civitatis, facit, nec magis aras ad

16. religionem, quam foci ad Remp. pertinent. Solebant enim Romani capiendis *urbibus DEos tutelares* evocare, ut loquitur Vlpian. *in l. sacra 9. §. 2 in fin. de rer. divis.* & sacra aris avellere, quod *defanare* vocat Arnobius innuit Virgilius his versibus:

Excessere omnes adytis arisq; relictis
Dij, quibus imperium hoc steterat. lib. 2. AEn. ubi notat Serv. Verba & ritum evocandi explicat Macrob *lib. 3. Saturn c. 9. ex lib. rerum recondit Sammon: Sereni,* additq; Corintho & Carthagine ad eum modum abstractos fuisse Deos, & solutas ab aris religiones, nedum ut in aris vel religio vel Resp. aut civitas consistere putanda sit. Proinde primum separanda est Civitas ab urbe, & collocanda non in muris, loco, aut ædificiis, sed in populo, quo sensu dixit Apul. 3. *Metamor. Dum primum angiportum insistimus, statim civitas omnis in populum effusa, mira densitate nos insequitur.*

Quid differat civitas à Republ. SECT. 3.

1. *Civitatem pervulgato errore accipi pro Republ.*
2. *Kekermannum non distinguere inter finem & subjectum Politices.*
3. *Varia definitiones civitatis, qua cum definitione Resp. coincidunt.*
4. *Rempub. esse formam & finem civitatis.*
5. *Quoniam definitur Resp. Ordo.*
6. *Qui fiat, quod civitas definiatur cum respectu ad Rempubl.*
7. *Civitatem esse subjectum Republ.*
8. *Vnitas civitatis quatenus æstimanda ex unitate legum.*
9. *Civitatem abstrahendam à ll. & potestate, qua pertinent ad Rempub.*
10. *Explicatur locus Arist. 3. Polit. c. 2.*
11. *Quem alii non satis assequuntur.*
12. *Pereunte Rep. non perire civitatem.*
13. *Dissimilis quadam similitudo rejicitur.*
14. *Item alia ex ll. allata.*
15. *De nave Thesei, quam Philosophi disputando fecerunt immortalem.*

Intricatior confusio est & plurium errore confirmata, qua Civitas non distinguitur à Rep. Sic enim plerique Interpretes *ad 1. Pol. c. 1. 3. Pol. c. 1. 2. & 3.* nec nō Paulus Busius *lib. 1. de Rep. c. 2. & 3. in pr. & seqq.* civitatem accipiunt, quasi Remp. vel denotantem, vel comprehendentem, & propriè perfectissimaque ratione civitatem appellari totum compositum ex Vrbe, Populo, Republica, tradit Montecat. *in arg. text. 10. lib. 3 Polit.* 1. *Civitas distinguenda à Republ.*

Kekerm. *in præcogn. Polit.* ex hac confusione in alium non vulgarem errorem delapsus est, quod inter finem & subjectum Polities distinguere non potuerit, quippe cum definitio, quam Politiæ assignat, prorsus quadret in civitatem, quod scil. sit *Cœtus seu multitudo ex pluribus familiis domesticis certo ordine collecta & directa ad felicitatē publicam.* 2. *Kekerm error non distinguentis inter finem & subjectum.*

publicam, quam imitatur Kirchner. *de Repub. tota 1. disp.* Coincidit enim cum definitione Aristotelica 3. *Polit. c.* 6. nisi quod genus accommodatius adhibeat Arist: vid. *societatem*, quod ipse Kekerman. *paulo post* in definitione civis assumit, quasi non concretum ejusdem prædicamenti formaliter perinde definiendum esset, ut abstractum, de qua re agemus *sect.* 4.

3. *Definitiones civitatis variæ.*

E contrario civitatem pro Republ. accipit Thomas, *in proœm. Polit.* & 1. *Polit. c.* 1. dum ait: *Civitas est principalissimum eorum, quæ humanâ ratione constitui possunt.* Boterus *lib.* 1. *de Polit. Illustr. c.* 3. definit civitatem, *si cives iisdem legibus regantur*, sicut enim Speusipp. *in definit. Plat.* Bodin. 1. *de Republ. c.* 6. Althus. *in Polit. c.* 6. Dan. 1. *Polit. Christ. c.* 3. in definitione civitatis assumunt potestatem & leges, quæ ad Rempubl. & non ad civitatem pertinent. Propriè enim prout hoc loco accipi debet, & accipitur ab Aristot. 1. *Polit. c.* 1. & 3. *Polit. in pr.* civitas prior est Republ. & per ea, quæ ex Republ. superveniunt, non nisi à posteriori definiri potest. Monet quidem Arist. 3. *Polit. c.* 2. unitatem civitatis spectandam ex relatione ad Rempubl. id quod multis interpretum imposuit, qui in artificium Aristotelis non satis profundè oculos adegerunt.

4. *Respub. est forma & finis civitatis.*

Respubl. enim est forma simul & finis civitatis, ut exemplo chororum Comicorum docet Arist. 3. *Polit. c.* 3. & expressè *lib.* 4. *c.* 11. Rempubl. dicit esse *vitam* civitatis, seu, ut Isocrates loquitur *in Panathen.* & *Areopag.* *Animam.* Livius nominat *formam*, dum ait: *Formaque eadem civitatis esset, quæ ante sacrum montem occupatum fuerat. lib.* 2. Speusippus alio nomine sed eodem sensu vocat *virtutem* Civitatis, quod ita se habere, non aliunde rectius perspicitur, quàm ex Reipubl. definitione ab omnibus probata, qua dicitur esse τάξις πόλεως, Ordo civitatis. 3. *Polit. c.* 4. *lib.* 4. *c.* 1.

5. *Item ordo.*

Item 3. *Polit. c.* 1. ἡ δὲ πολιτεία τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων ἐστὶ τάξις τις. Ordo verò ad id, cujus est ordo, se habet, ut forma ad materiam informem. Materia porrò determinatur per formam & quod ad finem ordinatur, per finem definiri debet. In Logicis pars formalis, quæ & communis appellatur, non dimittit se ad veritatem, quæ est affectio materiæ, cum conditiones materiæ in posterioribus Analyticis, Topicis & Sophisticis Elenchis demum explicentur: Interim enunciatum definitur, ἐν ᾧ τὸ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι ὑπάρχει. 1. *de Interpr. c.* 4. non quod veritas exprimatur, ut affectio propositiones formaliter acceptæ, sed ut finis, ad quē destinatur.

6. *Qui fiat, quod civitas definiatur per Rempubl.*

Omne enim instrumentū per finem suum, ad quē redigitur, definiri debet: omnis materia per formā, à qua recipit unitatem & existentiam. Sic civitas, cum tota redigatur ad Rempubl: ejus respectu omninò definiri debuit, non quod civitas & Resp. unum sint, sed quod illa ad hanc tanquam formam & finem referatur. Potestas verò & leges ad civitatē non pertinent, sed ad Rempubl. à cujus ordine & autoritate dependent. Vnde in Reipubl. definitione dicitur, quod sit ordo potestatum in subditos, quia ubi potestas imperat per leges, ibi civitas jam est Republ. informata. Hic verò considerare debemus civitatem, ut subjectum, cui Resp. inducitur, ut docet Arist. 1. *Oecon. c.* 1. & Thom. 1. *Polit. in pr.*

7. *Civitas est subiectum*

Subjectum autem non continet in se ea, quæ per formam demum superventura sunt, sed iis subordinatur tantum, ut se habet anima rationis particeps ad virtutes, & hinc speratam felicitatem, ac proinde per partes Reipubl. ut sunt Majestas & Leges, non definitur, nisi quatenus iis subordinatur.

8. *[illegible]*

Boteri quoque definitionem videtur hoc argumentum prægravare, quod multæ sæpè civitates iisdem legibus regantur, quæ tamen diversæ sint, quemadmodum de Peloponneso scribit Polyb. *lib.* 2. *Quod multi in Peloponneso tentarunt frustra, nostra tempestate evenit, ut iisdem legibus, ponderibus, mensuris, imò iisdem Principibus, Consultoribus, Iudicibus uterentur, ut nulla alia res Peloponneso deesset, quin omnis una civitas foret, nisi quod non erant una mœnia habitantium: Cæteris omnibus vel iisdem, vel quam simillimis existentibus.* Poloni quoque ante Casimiri M. ætatem cum Saxonibus eodem jure utebantur, quod Magdeburgo petitum venire solebant, *Cromer.* & *Mechov. Casim. M.* ut & *artic.* 10. *VVichbilds* dicitur: *Ius Saxonicum etiam ad Polonos, Bohemos & Marchionatus Brandeburgensis In-*

tulas pertinere. Cæterùm si leges spectentur, non ex sententiis, sed ex autoritate, nihil obstat, quò minus ex iisdem legibus ad eandem Rempubl. primò, deinde ad eandem civitatem inferre queamus. Nam Impp. quoque legem Rhodiam valere sinebant, *l. 9. ἀξίωσις ad l. Rhod. de jact.* & Franci ad jus cōmune recurrunt, *liv. 1. du corps de droict.* non quod vel Rhodiis Imperio, vel Imperatores Francis, sua autoritate legem imperatint, sed quod in suam quiq. Rempub. alienas leges transcripserint, ut Romani 12. tabulas mutuò sumserunt ab Atheniensibus. Hoc enim sensu falsum est, quod tradit Zonareit. *in lib. de Rom. imper.* eius imperium agnosci, cujus leges receptæ sunt in Academias; quia non recipiuntur, ut leges, quæ habeant vim cogendi, sed ut præscripta sapientum, quibus de novo pondus accedit à recipiente.

9. *Civitas abstrahitur à legibus & politia.* Civitas igitur ab omni majestate, legibus, jurisdictione & cæteris partibus Reipubl. abstrahenda & consideranda est hoc loco, id quod Aristot. 3. *Polit. c.* 2. artificiosè declaravit circa quæstionem de unitate civitatis. Quærit enim, quæ sit una civitas, respondetq; non ex loco, nec ex hominibus individuis, qui intereunt & renascuntur,

10. *Expenditur sententia Arist. ex 3. Pol. c. 2.* eam æstimandam, sed ex forma, sicut chorus nunc Tragicus est nunc Comicus, licet eædem utrunque sustineant personæ, dummodo forma externa mutetur. Et in genere ubicunque aliqua conjunguntur, in quorum numero ponit Arist. etiam civitatem, 3. *Polit. c.* 5. unitatem habent à forma conjungente, ut numeri vel voces in concentu. Sicut jam numerus alius est ab harmonia, personæ à choris: sicut temperamentum distinguunt à qualitatibus, qui ejus essentiam collocant in proportione: *Fernel. lib.* 3. *Physiol. c.* 1. Ita oportet Rempubl. quæ est concentus & ordo civitatis, ab ipsa civitate distinctam esse, id quod hæc verba Philosophi præcipuè indicant: *φανερὸν ὅτι μάλιστα λεκτέον τὴν αὐτὴν πόλιν εἰς τὴν πολιτείαν βλέποντας.* Non enim distinguit civitatem per Rempubl. quod Respubl. civitatis pars sit, ut ait Montecat, *in explan. & schol.* tex. 14. *lib.* 3. *Polit.* sed è Republ. distinctionem transfert in civitatem, dum ait, distinguit civitatem, *spectando Rempubl.* quâ ratione exercitus differt à gubernatione, populus ab ordine, concilium à sessione. Compositio enim, quæ per formam compositionis differt ab alia, diversa est ab illa forma, ut numerus sonorus ab harmonia, partes humani corporis a colligatione totius. Atqui civitas ab Arist. 3. *Polit. c.* 2. comparatur compositioni. Dicitur enim *κοινωνία τῶν πολιτῶν.* Et proinde præsupponitur ante Rempubl. à qua informatur de sententia Aristotelis. 11. *Quam alii pervertunt.* Ex quo fit, ut comparationem & mentem Aristotelis non rectè explicent. Pacius *lib.* 3. *Polit. c.* 2. & Giphan. *in præfat. d. c.* 2. *lib.* 3 per *l. proponebatur, de judic.* ubi judicium manere dicitur, licet judices omnes mutati fuerint: *Ita*, inquit Placius, *eadem manet civitas, quam diu manet eadem Reipubl. forma.* Nam & civitas secundum Aristotelem manet materialiter, licet forma sit mutata, sicut Zvvinger. *ad* 3. *Polit. c.* 2. exemplo civitatis Hebræorum ostendit, quæ primum à Senatu Aristocratico, à DEO ipso instituto, mox à regibus, quos sibi elegerant, tertio vicissim per optimates ac denique manu regia gubernabatur. Ita civitas Romana primùm obediit manui Regiæ, ut ait Pompon. *l.* 2. *§.* 1. *de Orig. Iur.* & Tacit. 3. *Annal.* posthac delapsa in potestatem patrum, à qua post longas contentiones, interjecta Oligarchia Decemvirorum, degeneravit in statum popularem, donec ad principes solos retraheretur. 12. *Pereunte Repub. non perit civitas.* Quod si civitas in universum periret, pereunte Republ. quorsum opus foret dubitatione, quam Aristot. *ad fin. d. c.* 2. *lib.* 3. propter difficultatem rei indecisam relinquit, *Virum pacta civitatis mutata Republica emoriantur?* Mors enim omnia solveret, si civitas cum Republ. moreretur. Præterea, quod de judicio affertur, exemplum vel in eo aberrat, quod judicium sit purum nomen juris, Civitas verò connotet personas. 13. *Similitudines quædam nullius momenti.* Ius enim personis non alligatur, & facilè in novas transfunditur: sed de civitate res ita potius se habet, ut de populo, de quo ibidem Alfenus; quod ex successione novorum individuorum idem maneat, ut & legio & navis Thesei. Civitas enim rectè comparatur Iudicibus, qui mutantur:

Iudicium verò Reipubl. quæ tota juris est, & societati civium incumbit, ut judicium judicibus.

14. Reijciuntur.

Quod verò præterea affertur ex *l. si grege 22. de leg. 1.* ubi grex idem esse dicitur, ex quo pecora quædam mortua sint, & nova substituta, ex *l. si ita legatum 65. §. fin. ubi idem ædificium censetur, quod per partes & novum factum est, Item ex d. l. proponebatur. 76. de jud. & l. quod in rerum natur. 24. §. ult. de legat. 1.* ubi navis, toties refecta, ut antiquarum tabularum nihil retineat, nova non judicatur, illud inquam, & quæ sunt ejus generis, ad præsentem quæstionem nihil attinent, rejectaque sunt ab ipso Aristot. *lib. 3. Polit. cap. 2* dum ait: *Utrum sit eadem civitas, quamdiu idem genus hominum manet, aliis licet intereuntibus, aliis renascentibus, sicut & flumina eadem dicere consuevimus & fontes eosdem, quamvis semper alio succedente latice, excedente alio? An homines quidem dicendi ijdem, sed non civitas?* Nam si unitas civitatis æstimaretur priori modo, nunquam mutaretur civitas, nisi internecione deleta, dum perituros subinde exciperent novi successores, perinde ut navim Thesei usque ad Demetrij Phaleræi ætatem conservasse Athenienses, novas subjiciendo tabulas, testatur Plutarch. *in Thes.* unde occasionem disputandi sumserunt Philosophi, qui augmentationis naturam refectioni carinæ similem statuerunt, exemplo Alfeni *in d. l. 76. in fin.* qui ait: *Si quis putaret, partibus commutatis, aliam rem fieri, fore ut ex ejus ratione nos ipsi non ijdem essemus, qui ab hinc anno fuissemus, propterea quod ut Philosophi dicerent, ex quibus particulis minimis constiterimus, hæ quotidie ex corpore nostro decederent, aliaq; extrinsecus in earum locum accederent.* Id quod non tantum de atomis Democriti & Epicuri cum vulgo interpretamur, sed & de dissipatione alimenti quotidiana, ob cujus defectum perenni opus est nutricatione, quam diu vivimus, eaque de causa quotidiè perimus, & renascimur, quod ut ad principia rationis revocarent Scotus *in 4. sent. dist. 44. q. 1.* Marsil. *in 1. de gen. & corr.* nec tamen unitatem individui destruerent, ad navem Thesei confugerunt, & illius instar, dixerunt idem manere secundum *æquivalentiam*, quod Arist. *1. de gen. & corr. cap. 5* dixit secundum formam, dum subjectum tradit mutari secundum *materiam*, manere secundum *formam*, de qua controversia, quia difficillima est omnium, quæ in Physica excitantur, egimus breviter *in Epit. Physic. ad lib. de gener. & corr.* & si DEUS voluerit, uberius explicabimus *in nostra Physiol.* Ad civitatem ut redeamus, non potest illa una denominari, ut grex, ut legio, navis vel domus refecta, sed ut judices dicuntur ijdem, qui in idem judicium surrogantur, ijdem collegæ, qui in idem Collegium succedunt.

15. De navi Thesei.

Quatenus acta Reipubl. obligent civitatem. SECT. 6

1. *Quæstio proposita ab Aristotele.*
2. *Sed nullibi soluta contra Borraum.*
3. *In utramq; partem ab Autoribus accepta.*
4. *Distinguitur inter contractus à sola Majestate & toto populo initos.*
5. *Solam Majestatem non præjudicare toti civitati.*
6. *Sed quæ in commoda civitatis contracta & versa sunt, cum Repub. non mori.*
7. *Solvitur ratio Montecatini, quæ in contrarium adducta erat.*

UNde obiter licet inferre decisionem quæstionis, quam in suspenso relinquit Aristot. *in fin. 1. cap. 2.* & tamen quasi ex hoc loco solvendam proponit, *ibid. c. 1. Utrum ad ea, quæ à Repub. pacta fuerunt aut acta, post mutatam formam Reipublicæ civitas teneatur.* Quod enim Martinus Borraus hanc litem ab Arist. dirimi putet *in ult. periodo d. c. 1.* dum ait: ὥσπερ οὖν καὶ δημοκρατοῦνταί τινες κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον: ὁμοίως τῆς πόλεως φατέον εἶναι ταύτης, τὰς τῆς πολιτείας ταύτης πράξεις: καὶ τὰς ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας καὶ τῆς τυραννίδος. in eo vehementer à sententia Aristotelis aberrat, cum Aristot. redarguat tantùm imperfectionem rationis illorum, qui Tyrannidis & Oligarchiæ acta valere, aut civitatem obligare negent, eò quod Tyranni & Oligarchi nihil referant in salutem civitatis, sed omnia sua causa &

1. Quæstio ab Arist. proposita.

2. Sed nullibi soluta.

nomine

nomine agant. Eodem enim argumento, inquit, procedendum esset contra statum popularem corruptum, quia & illic plebs referri omnia ad quæstum privatum, id quod illi non advertebant, qui solius Monarchiæ & Obligarchiæ corruptæ pacta in civitatem redundare inficiabantur. Quantum verò ad quæstionis nucleum attinet, suspicatur Giphan. *in com. cap. 1. in fin. lib. 3. Polit.* Aristotelem propendere in affirmativam, Montecat. *in Schol. tex. 15. lib. 3. q. 3. & 4.* mavult arripere negativam dum præsuppo- nit Civitatem formaliter includere Rempubl. & proinde pacta ejus cum civitate emori, quia ut desinit Respubl. desiit & Civitas. Aut prior, inquit, Respubl. non potuit obligare posteriorem, insciam, cum par in parem imperium non habeat, quâ ratione disputavimus *in lib. 1. c. ult. de jur. Maj.* quatenus acta Antecessoris obligent successorem. Cicero *in Epist. ad Attic.* passim in hanc quæstionem digreditur, *Vtrum à Cæsare data immunitates, post ejus cædem, re- voluta Republica in manum civium, servari debeant.* Vt breviter & aliud q: agendo hanc litem dirimamus, distinguimus primùm inter contractus, qui ineuntur à sola Majestate, & qui ab omnibus civibus. Nec enim Majestas ubique repræsentat totam Rempubl. imprimis in Rebuspubl. corruptis, de quibus illi rectè concluserunt, quorum argumentum proposuit Aristot. 3. *Polit. cap. 1.* nec refutavit, nisi quantum ad id, quod illud conceperint de duabus formis tantum, cum de omnibus corruptis Rebuspubl: ex æquo procedat.

3. *In utramq; partem accepta ab Autoribus.*

4. *Distinguitur inter contractus à sola Majest. & à toto populo initos.*

In omni enim prolapsa Republ. agitur contra bonum totius civitatis, & proinde contractus nequeunt toti Reipubl. imputari, sed manent penes eos, qui in fraudem Reipubl. contraxerunt. Sicut enim rerum furtivarum perpetua est autoritas *ex lib. 12. tab. & Attinia, §. furtivæ. Inst. de usucap. l. potestatis 215. de V. S.* ita subditi eorumque, quos nullo jure per vim Tyranni occuparunt, bona in obligationem ab injustis possessoribus deduci non possunt, quemadmodum rectè respondebat L. Quintius Nabidi Lacedæmoniorum Tyranno, vetustissima Romanorum cum Lacedæmoniis fœdera exprobranti: *Amicitia & societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope Rege Lacedæmoniorum justo ac legitimo facta est: cujus jus Tyranni quoque, qui postea per vim tenuerunt Lacedæmone imperium, quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex aliis occupaverant, usurparunt, sicut tu quoque hoc Macedonico bello fecisti. Nam quid minus conveniret, quàm nos, qui pro libertate Græcia adversus Philippum gereremus bellum, cum Tyranno instituere amicitiam?* *Liv. lib. 34.* Et jam ante Syracusani deprecati erant Hieronymi in Romanos delicta: Neque primo Syracusani à vobis defecimus, sed Hieronymus, nequaquam tàm in vos impius, quàm in nos: nec postea pacem Tyranni cæde compositam. Syracusanus quisquam, sed satellites regij, Hippocrates atque Epicides, oppressis nobis hinc metu, hinc fraude, turbarunt, nec quisquam dicere potest, aliquando nobis libertatis tempus fuisse, quod pacis vobiscum non fuerit. Nunc certè cæde eorum, qui oppressas tenebant Syracusas, cum primum arbitrij nostri esse cœpimus, extemplo venimus ad tradendam urbem. *Liv. lib. 25.* Quin & ipso jure nulla sunt, quæ contra utilitatem publicam contracta sunt, sive ab injusto possessore Reipubl. contrahantur, sive à justo. Nam & legitima Majestas, quia in bona subditorum non habet imperium, nisi generale, quod ad utilitatem publicam limitatur, *ut ostendimus lib. 3. de jur. Majest. cap. 1. & 2.* nequit cujusquam subditorum bona in sua pacta obligare, *Bald. in l. Etiam num. 14. & seq. C. de exec. rei jud.* quia non potest ad alium plus juris conferre, quàm ipsa habeat.

5. *Sola Majestas non præjudicat toti civitati.*

Sin verò, quæ contrahuntur, contrahantur in commoda publica, in quæ præsumitur tacitus consensus civium, aut si cives omnes consenserint, etiamsi mutetur forma Reipubl. debitum tamen à civitate contractum non extinguitur, utpote, si pro debito civitatis singulorum civium bona oppignorata tacitè fuerint, quemadmodum olim consuetudine generali Germaniæ receptum erat, *Gusl. de arrest. Imper. cap. 9.* etiamsi civitas transeat sub alterius

7. *Sed quæ in commoda civitatis contracta & versa sunt, cum Rep. non moriuntur.*

dominium, ficut Antverpia ex libertate recidit in poteftatem Hifpanorum, de jure tamen per mutationem Reipubl nequit à debito liberari, civitas, cum illi ipfi, in quorum falutem res verfa eft, adhuc fint in vivis. Athenienfes vel illam pecuniam Lacedæmoniis reddiderunt, quam triginta Tyranni ab iis mutuò fumferunt. *Demofthen. in Leptin.* Romani quam multas leges Regias retinuerunt in libera Republ.? *Halyc. lib. 4. & 5.* Quam multa acta Syllæ non refciderunt? *Flor. lib. 3. cap. 23. Dion. lib. 52.* Cæfaris leges ipfe Cicero vetat refcindi, *in 1. Phil.* partim quod in falutem Reip. vergerent, partim, quod fine majori malo & nova Reipubl. concuffione antiquari non poffent, quam caufam reddidit etiam Aratus, quare, ejecto Nicocle Tyranno, fuas cuiq; poffeiffiones non redderet, fed alienationes Tyrannorum ratas haberet. *Cicer. lib. 2. offi. ad fin.*

7. *Solvitur ratio Monteccatini.* Quod enim Monteccatinum permovit in negativam, ex falfo præfuppofito exortum eft, quafi civitas per Reipubl. mutationem prorfus emoreretur. Sicut enim fervus, qui manumiffione evadit prorfus novus & alia perfona, quam ante erat, non tenetur de iis, quæ geffit tempore fervitutis, nifi in quantum naturaliter obligatur. Filiusfamilias verò, qui ftatum habuit vivo patre, eundemque poft emancipationem retinet, conveniri poteft de eo, quod fub poteftate geffit: Ita fi civitas per mutationem Reipubl. nova fieret, non teneretur ad vetera debita; fed quia focietas civium diftincta eft à forma Reipub. & manet eadem fub utraq; Republ non poteft à fe amovere, quod in rè ejus verfum eft, & nova caput fequitur. Sed de hac quæftione fortè alibi agemus latius.

SECT. 5. Quid fit civitas, quid civis.

1. *Civitatis vocabulum ambiguum effe & in fex fignificationes diftrahi.*
2. *Civitatem accipi formaliter & materialiter.*
3. *Melius verò confiderari fecundum facultatem & actum fecundum.*
4. *Quid differat civis à fubdito.*
5. *Bodini definitio examinatur.*
6. *Qua confundit civem cum fubdito.*
7. *Plura complectitur, quam continentur in definito.*
8. *Libertatis mentionem debere fieri in definitione civis.*
9. *Civitas nequit conftare ex fervis.*
10. *Homo perperam exprimitur in definitione civis.*
11. *Vnum prædicamentum non poffe definiri per aliud.*
12. *Quid per imperium, cujus participatione civem definit Ariftot. intelligat.*
13. *Omnes cives effe capaces imperii.*
14. *Id quod ratione probatur.*
15. *Bodini in Ariftotilem machinæ proponuntur.*
16. *Repellitur primus ejusdem infultus.*
17. *Alia effe una univocè, alia Analogicè.*
18. *Qua methodo definienda fint Analoga.*
19. *Civium nomen dici fecundum prius & posterius.*
20. *Et proinde univocè definiri non poffe.*
21. *Sed fatis effe, fi Analogati præcipui natura definitione exprimatur.*
22. *Quo proximè accedit civis ex Democratia.*
23. *Inftantia Bodini rejicitur.*
24. *Athenis femper imperiorum & comitiorum participes fuiffe omnes cives.*
25. *Etiam in Republ. Solonis.*
26. *Multò verò magis poft tempora Solonis.*
27. *Aliis cavillis Bodinus redarguitur.*
28. *Pro diverfitate Rerumpubl. variari naturam civium.*
29. *Societatem effe genus geminum civitatis & focium civis.*
30. *Definitio civitatis & civis.*
31. *Definitiones confufæ & vulgares.*
32. *Explicatio partium definitionis.*
33. *Dubitatio quorundam folvitur.*
34. *Platonem non propofuiffe legitimum finem civitatum.*
35. *Reprehenfio Monteccatini reprehenditur.*

QVanquam ex fuperioribus facilè patet, quâ notione civitas hoc loco propriè vel ab Ariftotele accipiatur, vel accipi debeat: Ambiguum tamen effe vocabulum idem concedit 1. *Polit. cap. 2.* Nam cum tria circa civitatem concurrant: *Vrbs, Populus, Refpubl.* aut horum fingula, aut duo 1. *Civitatis vocabulum ambiguum effe.*

aut omnia tria conjuncta sæpè significat. In jure Canonico ut Ecclesia cum templo, ita civitas cum urbe confunditur. Pro populo definit Cic. *in somn. Scip.* quod sit *concilium, cœtumque hominum.* Vulgò sub civitatis nomine intelligimus *Vrbanos cives*, seu *populum muris inclusum*. Pro Republ. civitatem usurpat Thomas passim & reliqui interpretes, *in* 1. & 3. *Polit. utrobique in princ.* pro populo & Republ videtur accipere ipse Arist. Omnia verò tria sub ejus notionem conclu dit Montecat. *in arg schol* 10. *tex.* 3. *Polit.* & hanc significationem affingit Aristoteli, quę ab illa prorsus abhorrere nuper demonstravimus. Nam Vrbem & ædificia civitati dedita opera abstraxit, 3. *Polit. c.* 2. & 6. A Republ. quoq; eandem amovit, tum quod diversas definitiones utrique adhibuerit, tum quod Rempub. dixerit esse animam, 4. *Polit. c.* 11. ordinem, 3. *Polit.* 4. *lib.* 1. *c.* 1. & formam civitatis, 3. *Pol. c.* 2. Versor distinxit inter Civitatem *Materialiter* & *Formaliter* acceptam, quam distinctionem repetit Laurent. Valent. *in conclus. lib.* 3. *Polit.* Per materiale intelligens populum seu multitudinem in digestam, quæ habet rationem rudis materiæ, per Formale, ordinem & formam, quam Respubl. superaddit. Rectius idem Valent. & propius ad mentem Aristotelis distinguit inter *Facultatem & Actum secundum civitatis*. Nam ut omnem aliam materiam: ita & civitatem considramus dupliciter, in se & sub forma. Quatenus in se spectatur, designatur per potentiam, seu aptitudinem & respectum ad formam: quatenus sub forma, jam aptitudo illa abiit in actum, & consummata est per formam. Exemplum capere licet à corpore organico, quod quatenus alteram partem hominis præbet, potentiâ vitam habere dicitur 2. *de anim. c.* 1. quatenus verò jam anima informatur actu vitam obtinuit. Ita civitas abstracta à Repub. quo sensu hoc loco accipitur, definitur per respectũ ad perfectionem quam à Republ. expectat: dum verò consideratur in actu sub forma Republ. eam perfectionem jam actu & revera nacta est.

2. *Civitas materialiter & formaliter accepta.*

3. *Alia civitatis distinctio magis apposita.*

Quia verò civitas est quid congregatum ex civibus, καθάπερ ἄλλο τι τῶν ὅλων μὲν συνεστώτων δ' ἐκ πολλῶν μορίων, planum est de civibus, tanquam de partibus prius quærendum esse, 3. *Polit. c.* 1. quia totum, imprimis simi-lare, facilè cognoscitur ex partibus, sicut rotunditatem, & quintam Essentiam totius cœli collegit Aristot. ex figura & esse[?] is Astrorum, *lib.* 1 & 2. *de cæl.* Civem autem ante omnia distinguimus à subdito ad eandem faciem, ut distinguitur Respubl. à Civitate. Nam subditi nomen designat actualem subjectionem, quæ præsupponit Imperium & Rempubl. ideoq; subditus opponitur Majestati in Republ. prout *lib.* 4. disputamus. Civis verò, etsi plerunque cum subdito confundatur, & in actu perfecto sub Republ. accipiatur, ut Freudent *c.* 30. *Polit.* civem denominat, cujusque Reipubl. subditum: tamen, quantum est ex vi nominis, & ad hunc locũ pertinet, non habet innexam actualem subjectionem, sed definitur in ea conditione, quam natus est habere ante omnem superventuræ Republ. correctationem. Non potest quidem civitas sine Repub. diutius subsistere, quàm corpus organicum sine anima, aut quævis materia sine forma, unde fit, ut civem, quem non contemplamur, nisi in Republ. non aliter, quàm in Republ. tanquam subditum definiamus: cogitatione tamen retrahendus est ad primævam suam originem, & absolutè in sua natura definiendus. Multi enim absolutè cives sunt, qui si referantur ad aliquam speciem Rerumpubl. nomen illud & privilegia perdunt, ut ait Arist. 3. *Polit. c.* 1. eò quod Respubl. aliis atq; aliis limitibus vagam civium libertatem contrahat & circumscribat.

4. *Distinctio civis à subdito.*

Bodin. *lib.* 1. *de Republ. c.* 6. definit civem *liberum hominem, qui summæ alterius potestati obligatur, vel subjicitur*, in qua definitione ne unum quidem verbum adhibetur, quod rem tangat, aut subsistere possit. Nam tota definitio confundit civem ante Rempubl. cum subdito seu cive sub Republ. quia qui actu subjicitur summæ potestati, is jam pars est Reipubl. & subditus: quo errore procedit etiam Mont. 1. *Polit. c.* 16. ad corrigendam definitionem Aristotelis, cui leges & æquitatem adjiciendas putat. Si enim nihil interest inter subditum & civem, nihil intererit inter civitatem & Rempubl. cujus falsitas pâtet ex diversis utriusq; definitionibus

5. *Definitio Bodini examinatur.*

6. *Qua confundit civem cũ subdito.*

& distinctis tractatibus, quibus explicantur. Nec excusatus reddi posset Aristot. quod in ordine Synthetico prius de partibus Reip. egisset, quàm de tota, prius de mediis, quàm de fine, si civem acciperet pro subdito, tanquam partem Reipubl quem errorem falsò imputat Bodin. *ibid.* Aristoteli, quasi non distinguat civitatem à Republ, cum ipse in eum præceps vadat, ut vel iis patet, qui ollas lippiunt. Præterea inquilinos & Incolas complectitur Bodinus, qui non sunt cives, quemadmodum Israelitæ habitabant in Aegypto: imò & eos, qui præterea in collegio sub unius jurisdictione suprema vivere possunt. Hi enim sunt liberi homines, illius potestati subjecti, cujus tutelæ domicilium & studia subjecerunt: nec tamen privilegiis civium gaudent, *ut lib. 4. cap. 1. dicemus.*

7. *Plura complectitur quā continentur in definitione.*

Quid? quod duo hæc verba, loco generis posita, *Liber homo*, partim præter rem, partim inartificiosè ponantur, non secus ac si diceres ex *definition. Speusip. Magistratus est liber homo aliis imperans*, aut *Ecclesiasta est liber homo, prædicans Verbum & administrans Sacramenta.* Sunt enim omnes illi necessariò homines, & quidem liberi, cum servi ab omnibus muneribus publicis arceantur, *l. 12. §. fin. de jud. l. 3. de offic. prætor. l. 3. Cod. de tabul. lib. 10.* Cæterum non oportet in definitionibus conditiones quascunque, quamvis necessarias, assumere, ne in infinitum extendantur. Non datur homo, nisi cor habeat, aut caput. An tu in definitione hominem propterea vocabis animal capitatum aut cordatum, perinde ut Speusipp. eum definit, *animal glabrum, bipes*, &c.

8. *Libertatis mentionem frustrà fieri in definit. civis.*

Requiritur in cive libertas, non negamus, quia civis esse non potest, qui nequit attingere finem civitatis, hoc est, vitam sufficientem & beatam. Vnde non tantum servi repelluntur ab omni communione civili, jure Rom. *l. qui testamento 20 §. servus 7. Qui testament. fac. poss. l. 1. in princ. de jur. delib. l. quod attinet 32. de R. I.* sed etiam proverbii loco usurpamus δούλων πόλις pro re impossibili. *Connan. libr. 2. Comm. cap. 3. num. 1.* Aristot ex eo concludit 3. *Polit. cap. 1.* civem non æstimari ex domicilio, quia servi & inquilini possunt cohabitare, nec sunt cives, *ibid. cap. 4. ad fin.* conceptis verbis ait; ἡ δὲ πόλις κοινωνία τῶν ἐλευθέρων ἐστί. Item *cap. 8* οὐ γὰρ ἂν εἴη πόλις ἐξ δούλων πάντων, ὥσπερ οὐδ' ἐκ δούλων.

9. *Civitas nequit constare ex servis.*

Conspicuè verò *cap. 6.* ex eo probat, civitatem non vivendi solùm, sed & benè vivendi gratia constitutam, cum alias etiam servorum & brutorum animalium, quæ gregatim vivūt, civitas esse possit, quod fieri non posse hac ratione ostendit, διὰ τὸ μὴ μετέχειν εὐδαιμονίας, μηδὲ τοῦ ζῆν κατὰ προαίρεσιν, quod scil. nec vivere possint, ut velint, nec felicitatem participare, cujus gratia omnis civitas à natura instituta est, quod repetens 4. *Polit. cap. 4.* ait: *Ex impossibilium numero sit, eam civitatis nomine dignari, quæ naturâ sit serva. Civitas enim rebus omnibus instructa: quod autem servum, non est instructum.* Interim non pertinet hoc requisitum ad essentiam civis, magis quàm ad essentiam principis aut magistratus, ideoq; in definitione Essentiali accipiendum non est. Sufficit enim per differentiam à fine petitam servos aliasq; inidoneas personas excludi, quoniam essentia rectè proposita consequenter repræsentat omnia vel accidentia, vel requisita necessaria. 10.

Homo non exprimendus in definitione civis.

Hominis verò in definitione civis omninò perperam fit mentio, quia, *ut Arist. 1. Polit. c. 3.* soli servi, quicquid sunt & habent, adeoque ipsum id, quo sunt homines, debent Domino. In cæteris omnibus distinguuntur respectus & officia à personis. Nec enim Doctorem definiturus aut Magistrum, dicet eum hominem liberum aut benè natum, propterea quod de consuetudine & ex statutis Academiarum ad hos honores spurii & servi non admittuntur. An tu Philosophum dices liberum hominem ea contemplantem & agentem, quæ Deus in natura vel contemplanda proposuit vel agenda? Certè *ex lib. 3 Top.* quæ communia sunt omnibus, & penè abeunt in ordinem transcendentium, ut est notio hominis, respectu omnium officiorum, quæ homo sustinet, frustrà assumuntur in definitionem, quam non ampliant: Tum etiam absoluta nequeunt definire respectiva, quia prædicamenta sunt primò diversa, *uti in disput. Metaph. & controv. 3. contra Rhad. demonstratum mihi est*, & conceptis verbis tradit Arist. *1. post c. 14.* negationes summorum generū vocans immediatas, *ubi Sticm. Cajet.* 11.

Nullum prædicamentum definiri per aliud.

Zaba-

Zabarell. Crell. Item 8 *Metaph. tex.* 16. summa genera statim seipsis fieri hæc aut illa dicens. *Paul Ven in Metaphys. c. 31. Iandun. 3. Phys. q. 5. Anto. Andr. 5. Metaph. q. 7. Flandr. 7. Metaphys. q. 7. art. 3.* Nam & *in Antepr.* secundum hanc Regulam tradit: *Heterogeneorum, quorum alterum sub altero non collocatur, diversa specie sunt differentia.* Iam hominem collocari in prædicamento substantiæ, ecquis est, qui dubitat? Civis igitur, qui ad prædicamentum substantiæ non magis pertinet, quàm collega, magistratus, princeps, non potest in alio prædicamento locari, ex alio definiri. Propterea Aristot. 3. *Polit. c. 1.* civem definit, τῷ μετέχειν κρίσεως, καὶ ἀρχῆς, utrumque explicans per imperium ἀόριστον, seu indefinitum, quod versatur in concionibus & comitiis, ut rectè Genes. *ad d. cap. 1.* Tanta enim latitudine sumitur vocabulum κρίσεως, etiam *lib. 2. tex. 157. 161. 193. & lib. 7. cap. 4. & 8.* & hoc ipso loco omnia refert Aristot. ad deliberationes publicas, ex quarum communione civem æstimat, & definiendum censet. Abstrahe enim civem à Republ. ut omnes, qui in communionem cooptantur, æquales sunt, (distinctionem nō subinfert Respubl.) ita æqualiter debent se habere ad ea, quæ omnibus futura sunt communia, quia quod omnes tangit, ab omnibus debet probari. *c. quod omnes 29 de R. I. in 6. l. Nam ita 36. de adopt. l. In antecedendo 8. de aq. & aq. pluv. arc. cap. 1. dist 66. c. quia propter. de Elect.* Nec Aristoteles dicit, quod ad jus suffragiorum omnes cives admittantur actu, quod in Republica fieri deberet, sed μετέχοντας ὅσω cives denominat, qui sc. ex sua natura possint esse participes consiliorum publicorum, idq; conceptis verbis declarat, dum ait: ᾧ γὰρ ἐξουσία κοινωνεῖν ἀρχῆς βουλευτικῆς, ἢ κριτικῆς, πολίτην ἤδη λέγομεν εἶναι τῆς πόλεως. Illum quippe civis nomine dignatur, cui potestas sit adeundi comitia & in iis ferendi suffragia. Quibus verò aditus ad ea non patet, eos ἀπόλιδας esse ex prima intentione patet, ex qua tradit Arist. primordia Reipubl fuisse subnata *1. Polit. c. 2. 3. Polit c. 4 4. Polit. cap. 4.* Nam propterea in societatem civilem conspirarunt patresfamilias, ut rebus suis melius in ea consulerent, Non consuluissent autem, si publicarum & communium rerum causas à se prorsus abdicassent & alienæ prostituissent libidini. Pulcrè Ambrosius *in Hexam. Ab initio, exemplo avium, homines Politiam ceperunt, ut communis esset labor, communis dignitas, per vices singuli partiti curas discerent, nemo esset honoris expers, nullus immunis labore:* Et Achilles apud Homer. 6. conqueritur Ajaci de Agamemnone, quod non habeatur ut civis vel Græcus, eò quod ad honores non admittatur, ὡσεί τιν᾽ ἀτίμητον μετανάστην, quasi præsupponens, civem non esse, cui portæ honorum obfirmatæ sint. *Aristot lib. 3. Polit. cap. 5. ad fin* Poloni cooptarunt primum in suam Rempublicam Litvanos, cum Iagelloni Principi Hedvvigin reginam in matrimonium elocarant, & postea Borussos, cum Magistrum ordinis longo bello fregissent, neutris tamen, ut Rempublicam mutarent, & in alienam se inseri paterentur, persuadere potuerunt, donec libera suffragia in comitiis perinde, ut inquilinis tribuerent. Qui enim à publico arcentur, eos jam non cives, sed servos putabant. *Lib. 5. Stat Pol. prilus. cap. 3.* Propterea confluxui primo hominum tacita inest publicarum curarum, in comitiis & concionibus, reservatio, nisi Respubl. primævam hanc civiū qualitatem aliò flectat, aut, ut in corrupto statu fieri solet, prorsus extinguat, qui eò citiùs ad interitum properat, quò magis succensent, qui à communione Rerumpubl. excluduntur, ut disputat Arist. 3. *Polit c. 7.*

15. Bodinus tamen, qui hanc Aristotelis definitionem ex alto deridet, & suam, quam paulò ante, ut nullâ ex parte sanam, rejecimus, illi longè præfert, *de Method. histor. c. 6. & 1. de Republ. c. 6.* duabus machinis bellum nobis excitat, eumq; proscribit: 1. quod non omnibus civibus, vel ipso Aristotele concedente, competat 2. Deinde, quod nullis omninò ne iis quidem, qui in statu vivunt Democratico. Nam quod ad prius attinet, definitio, inquit, inanis est, quæ non sit universorum, *ex 6. Topic.* At quam ob causam definitio Aristotel. non comprehendit omnes cives? quia ipse Aristoteles confitetur, definitum à se civem maximè pertinere ad Democratiam. Primùm dico civis definitionem esse universalem & com-

Marginal notes:

11. Quid per honorem, quo definit civem, Aristoteles intelligat.

12. Omnes cives debere esse ... [illegible]

14. [illegible]

15. *Bodini in Aristotelem machinæ proponuntur.*

16. *Respond. ad primum Bodini argumentum.* & competere omnibus, qui in civitatem cooptantur, sed differentiam sortiri in subditis. Sic enim rectè definitur aër per calorem junctum humiditati. Quæ tamen definitio falsa evadit, quando aëri à vicinis Elementis inquinato & ad mistionem destinato accommodatur. Sic calor exiccat & indurat, nec tamen non & ceram & glaciem fundit. Quod si verò quis eandem definitionem de omnibus subditis, seu civibus sub Republ. exigat, non magis eam dari posse dicit Arist. quàm omnes subditorum differentiæ in unam univocam speciem cogi queant.
17. *Alia una sunt univocè, alia Analogicè.* Quædam enim una sunt Analogiâ, quædam univoca essentiâ. Vnivocarum specierum una est cõmunis definitio, licet differant perfectione, ut animal in homine & vermibus. 7. *Phys. tex.* 31. Nam licet alia animalia alios sensus perfectius edant, nullum tamen est, quod non habeat sensum aliquem ejusdem rationis in perfectis & imperfectis. Analoga verò non ita se habent, quia genus non diffunditur per omnes species æqualiter, sed aliter in hujus, aliter in illius definitione accipitur, ut ait Thom. 1. *part. q.* 13. *art.* 10. & latè explicat Cajetan. *in lib. de Anal. nom. Vide notas nostras in Log. Crell. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. Cumq; definitio imitetur indolem rei definitæ, quæ res in una & eadem natura per omnia non conveniunt, non possunt sub unâ communem notionem cogi. Nec enim quicquam dici potest, quod Substantiæ & Accidenti per omnia sit commune, cum Accidẽs sit id, quod est per Substantiam. Quis effinget mihi definitionem Boni talẽ, quâ omnia bonorum genera, vera, apparentia, stabilia, fugitiva, æqualiter comprehendat, cum bona
18. *Methodus definiendi Analoga.* referantur ad eorum classem, quæ dicantur ἀφ' ἑνὸς εἶναι? 1. *Eth. cap.* 6. Ne sanitatis quidem in corpore, urina & medicamentis, eadem ratio est, 4. *Metaph. tex.* 2. & quæ præterea Analoga proponuntur, 2. *post. c.* 16. 3. *Ethic. c.* 12. 5. *Metaph. tex.* 6. Ne tamen hæc omnia indefinita relinquantur & incognita, quantum fieri potest, ad generalem notionem annitendum, quam quia repugnante natura rerum, excogitare non licet, ad potissimum Analogatum devenitur, quod reliquis proponitur, tanquam norma, ad quam examinari & æstimari debeant. Norma enim exhibet simplicem primamque naturam quàm inferiora magis minusq; participant. Materia prima definitur. 1. *Physic. c. ult. Primum principium transmutationis* &c. nec tamen in cœlo cum materia invenitur transmutatio. Locus definitur in genere, *Superficies corporis continentis*: nec tamen cœlum tali loco includitur, nec eo tempore mensuratur, quo res omnes, quæ sub tempore sunt, dicuntur corrumpi. Quid dicam de actu & potentia? quid de cæteris terminis Metaphysicis, quorum tanta latitudo est, ut nisi ad hunc modum utiliter definiri non possint? Demonstrationis & scientiæ definitiones velim consideres ex 1. *poster. c.* 2. in qua requiruntur principia vera, immediata, causæ conclusionis, priora & notiora conclusione: Quo verò modo pertinent hæc ad demonstrationem à proximo effectu & causa remota? Libenter uterer hîc exemplo Theologico communicationis Idiomatum, cujus Theologi tres species proponere solent, sic denominatas à tertia, quâ carni Christi idiomata revera tribuuntur, cum in prima servetur unicuique naturæ sua proprietas, in secunda ambæ naturæ operentur, concomitanter, adeoq;, propriè loquendo in prioribus duobus modis, nulla fiat proprietatum communicatio, sed communio tantum. Interim à potiori fit denominatio, & priora genera secundum minus imitantur denominationem posterioris. Amicitiam veram accersit Arist. ex virtute, cum nihil sit amicitia, quàm fructus virtutis. 8. *Ethic. c.* 3. An igitur amicitia non est, quæ fundatur in jucundo aut utili, prout visum fuit Stoicis? Ita verò rem sese habere de civibus, non ignarus hujus objectiunculæ, subdit Aristot. *d. cap.* 1 *lib.* 3. *Polit.* quod scilicet dicantur, ut Latini loquuntur, secundum prius & posterius, si transferantur ad diversas formas Rerumpubl. Respub. quippe & subditi eodem modo se habent, cum subditi formentur ad formam Respub. Iam verò dicemus *lib.* 2. *c.* 1. *sect. ult.* & tradit 19. *Civium nomen dici secundum prius & posterius.*
hoc loco Arist. perfectas Respubl. magis & prius esse Respubl. quàm digressas, perinde, ut demonstratio potissima, cui dominatum Logicæ attribuit Themist. 2. *poster. c.* 2. magis & prius demonstratio est, quam quę procedit à posteriori aut per causam remotam.

Ideo

deoque, cum ea, ἐν οἷς τὰ ὑποκείμενα διαφέρει τῷ εἴδει, καὶ τὸ μὲν ἐστι πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον, τὸ δ' ἐχόμενον, aut nihil commune habeant, aut parum, ut ait Aristot. ne in Rebuspubl. nec in civibus requirenda est univocè communis definitio, prout explicat Schegk. *lib. 13. demonstr. & lib. 1 Top. cap. 13. text. 1.* de iis, quæ vocat ἐγγὺς τοῦ γένους, & vulgato modo loquendi, convenire dicit in genere Dialectico, differre Physico. *1. de an. tex. 16.* Etenim Aristot. hoc ipso loco *cap. 1.* cum dubitasset utrum judicibus & publicis consultoribus imperium tribui debeat, commune nomen utrisq; ponere non audet, propter magnam Analogiam: non dubitavit tamen Bodin. *de Republica cap. 3.* definitionem magistratuum omnium assignare, quod sint *officiales, qui summum habent imperium*. An verò hæc definitio univocè competit, prætoribus, censoribus, inspectoribus ærarii, tribunis plebis? aut num iis omnibus competit æqualis & uniformis potestas? Non magis credo, quàm Ens, actus, potentia, Deo & creaturis. Toto enim genere differt prehensio tribuni, à citatione Prætoris & ignominiosa exauctoratione Censoris. Proinde non omnis definitio æqualiter omnibus speciebus univocè competere potest, non certè iis, quæ dicuntur ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν, aut κατ' ἀναλογίαν, in quorum ordine cives locari ex eo patet, quod à simplici civitatis societate, quę à primordio iis competit, aliter atque aliter recedatur minus in Democratia, magis in Aristocratia & Monarchia, omnium verò maximè in corruptis statibus, in quibus à suffragiis populus prorsus excluditur, cum tàm in Aristocratia, quàm Regno admitti, salvo statu, possit. Sicut igitur Aristot. in Metaphysicis, *lib. 7. 8. & 12.* maximè ad substantiam omnia trahit: in Physicis, ad corpus mutationi obnoxium, *l. 1. 2. 3. & 4. Acroam.* in posterioribus Analyticis *lib. 1.* ad demonstrationem ex causa proxima: In Ethicis amicitiam, ad eam quæ fundatur in virtute, *lib. 8.* Ita hoc loco dicit *tex. 4. definitum esse civem, qui maximè accommodatus sit inter omnes, qui cives vocantur*, quoniam dum non licet invenire univocam convenientiam, præcipui Analogati, quod reliquorum essentias virtute continet, definitio, proponenda est, tanquam norma, ad quam reliqua omnia exigantur & examinentur. Ad hanc verò civis absolutè descripti Ideam, præ cæteris propè dicit Aristot. *text. 5.* accedere civem Democraticum, quippe cum lex legitimæ Democratiæ consistat in æqualitate Arithmetica, ut docet idem *lib. 4. & 5. Polit. passim*, nec quicquam prius in ore solet esse his civibus, quam: *Contribulis factus, observa ordinem*, quod Athenienses in tribus receptis proponere solebant: *Ne intra commune omnibus regnum locatus, proprio jure vivere desideres. Boet. pros. 2. lib. 1.* Rectè ad indolem civis Romani Romanus Imperator, qui, cum illi ob virtutem & benè gestam Rempublicam tantum agri decerneretur, quantum arando uno die circuire potuisset, *Non est, inquit, vobis eo cive opus, cui plus opus sit, quam uni civi. Senec. lib. 7. de benef. cap. 7. in fin.* Nec hoc dicit Aristot. quod civis Democraticus exactè & ex amussim exprimat Idæam absoluti civis, prout Bodin. *dict. lib. 1. cap. 6.* eidem imponit, sed quod quàm proximè præ civibus Aristocraticis & Monarchicis ad eam accedat, ὁ λεχθεὶς ἐν μὲν δημοκρατίᾳ μάλιστ' ἐστι πολίτης, *tex. 5.* Quanquam & argumentum, quod hic attexit Bodinus, falsum est, dum Atheniensium statum objicit Aristoteli, in quo negat quartam classem, quæ cætera civium multitudine triplo major erat, ad imperia & judicia admissam fuisse. Quod etsi verum esset, tamen impertinenter adduceretur contra Aristot. qui civem Democraticum nō statuit prorsus eum eo, quem absolutè definivit, sed in proximo tantum gradu collocat: Verum etiam historicæ veritati è Diametro repugnat. Nam antiquitus, cum sparsim adhuc per Atticam incolerent cives, necdum in oppida coiissent, solitos eos circa Regem ad ferenda suffragia ex omnibus vicis convenire, testis est Thucyd. *libr. 1.* & Plutarchus *in Thes.* ob hanc causam suspicatur in ἄστυ compulsum populum, quod ex agro difficulter ad conciones congregari potuerint. Coactos verò in urbem, ex singulis curiis evocabat Theseus in forum ad consilia publica, unde illud manavit: *Huc adeste omnis populus. Plutarchus in Thes.* & Demosthen. autor est regem designari solitum ab universo populo porre-

20. *In proxime univoca definitione non essentiari.*

21. *Sed ita esse, ut præcipuum Analogatū definiatur primò.*

22. *Ad quod proxime pertingit civis Democraticus.*

23. *Instantia Bodini refutatur.*

24. *Athenis fuisse omnes cives participes imperiorum.*

porrectis manibus, *contr. Near.* Post abrogatos reges & Archontes perpetuos Decennalesque, ad Democratiam liberiorem redacta Republica paupertimos quosq; non tantum ad comitiorum sed & magistratuum, quos definitos hoc *cap. 1.* nominat Aristot. communionem admissos fuisse, ex legibus Draconis, quas tulit anno 4. Olympiados 39. abunde patet Quoniam Solon leges Draconis præter cætera in eo correxisse scribitur, quod pauperibus promiscuè aditum fecerit ad magistratus. Plutarch. *in Sol.* & Halycar. *lib. 2. Antiq. Rom.* ἀγροίκους olim quidem à suffragiis repulsos, mox etiam magistratus obtinuisse, luculenter testatur. Duravit igitur æqualitas Arithmetica in Republica Atheniensium inde à tempore Thesei, vel etiam ante Theseum usque ad Olympiadem 47. qua currente dicitur Solon eam correxisse. Quid verò si correxisset, annon & statum ipsum Democraticum correxisset, & ad Aristocraticum deflexisset temperamentum? ut innuit Aristot 2. *Polit. cap.* 10. Tum enim negaremus, Rempublicam à Solone correctam retinuisse sinceram indolem inconcussæ Democratiæ, cujus essentia consistit in æqualitate omnium civium. Sed non opus est istoc effugio, cum nihil correxerit Solon, quod civi Aristotelico fraudi esse queat. A magistratibus quidem repulit fecem plebis, sed non à concionibus aut comitiis, idque teste eodem Plutarch *in Sol.* quem ipse laudat Bodinus. Nam in Republica Romanorum quoque capite censi exclusi erant à gerendis magistratibus, quippe qui cibabantur ex censu, sed tamen ex institutione Servii perenniter ad suffragia vocabantur *Valer lib. 2. cap. 3. Liv. lib. 1.* Κρίσεως verò & ἀρχῆς hoc loco Aristot protestatur, se non accipere pro determinatis magistratibus, quemadmodum Carthagine certi magistratus omnes causas judicabant, easdemque Tiberius ad Senatum Rom. remittebat, aut ut Lacedæmone de contractibus quidam Ephororum, de Cædibus Senes sententiam ferebant; sed pro ordinariis & legitimis comitiis, in quibus de rebus ageretur & imperaretur publicis. Ad hæc verò admissos fuisse etiam Thetes, fecem civitatis à Solone, præter Plutarch, *in Sol.* & Polluc. *lib. 8.* testatur Aristot. 3. *Polit. cap. 7.* ubi ait: *Solon Vulgus adhibet & ad Comitia & ad rationum reddendarum, imperare autem solum non sinit*, idque prolixè explicavit *lib. 2. Polit. cap. ult. paulò post princ.* ubi eo nomine addit Solonem reprehensum fuisse, quod cum populo universo per suffragia designandi magistratus, & judiciorum potestatem concessisset, Ephialti, Pericli, Demosthenti & aliis Demagogis viam straverit ad planissimam Democratiam, per blanditias vulgi, deducendi Rempublicam. Nam, quod dene gatum fuit plebi à Solone, abunde ab iis restitutum fuit, qui, ut suffragiorum numero locuplet em sibi admercarentur magistratus, nihil non vulgò indulserunt. Themistocles Piræum in ejus favorem extruxit, *Plutarch. in Themist.* Aristides post pugnam Platæensem reversos, cupidos popularis status videns, decreto omnibus communem fecit Reipublicæ administrationem, magistratusque ex promiscuo Atheniensium populo creari voluit. *Plutarch. in Aristot.* Pericles denique & ejus Collega Ephialtes auctoritatem Areopagi vehementer afflixerunt, & sportulas præterea judicanti in concionibus populo adjecerunt. *Aristot. lib. 2. Polit. cap. ult. Xenoph. de Reb. Athen. Plutarch. in Pericl.* Vsque adeò, quoties in Democratiam degeneravit Respubl. Athen. toties à suffragiis & concionibus nulla pars populi exclusa fuit, quod impudenter negat Bodinus, qui non minus improbè eundem Atheniensium & Helvetiorum statum torquet contra alteram quandam Aristotelis sententiam, falsò itidem illi affictam, quasi patritios magis cives faciat, quàm plebejos. Aristot. sanè 3. *Polit. cap. 3. ad fin.* fecem vulgi, ut mercenarios & opifices, negat esse cives, non absolutè, sed in optima Republ. in qua cives æstimantur ex virtute. Quæ autem ineptia prolapsas Respubl. in quibus vulgus præfertur nobilitati, cum optimis contendere? Aristot. mercenarios non agnoscit in optima Repub. Bodinus iis imperium tribuit in prolapsa & aberrante: Quid hoc est, nisi virtutem redarguere ex vitio, & negare temperantiam esse mediocritatem, quia intemperantia modum excedit? Prolapsam autem & vitiosam Rempublicam esse, ubicunque plebs

25. *Etiam non Repub. Solon.*

26. *Multo post Solonem*

27. *Aliter sub...*

plebs sola dominatur nobilitati, ex *lib. 2 cap. 5. sect. 1.* patebit, quoniam id dominium, deteriorum in meliores, oppugnat naturam & rationem.

Proinde, quod ab Aristot. 3. *Polit. cap. 1.* rectè demonstratum fuit, & *lib. Eod. cap. 8. in fin.* succinctè & verè repetitum, Civis κοινῆ sive in universum est, ὁ μετέχων τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι: In aliis verò Rebuspubl. alius evadit, prout aliæ atque aliæ conditiones in cive exiguntur, utpote in optima Republica nemo alius civis fieri potest, nisi qui eligere queat imperium & subjectionem ad vitam secundum virtutem, *dict. cap. 8. & lib. Eod. cap. 5. in fin. lib. 7. in princ.* Huic verò definitioni generali deest genus, quod supplendum est ex genere civitatis, quæ definitur societas, *lib. 1. Polit. cap. 1. & 2. lib. 3. cap. 1. 2. & 6.* Imò ipse Aristot. genus adjicit *dict. c. 2. lib. 3.* dicens: *Societas civium mutatur cum Republ. ut quævis alia civitas.* Item *c. 3. in pr. Quemadmodum sociorum unus est nauta, ita & civem dicimus.*

28\. [illegible]

29\. In quo consistat Genus civis.

30\. Definitio civitatis & civis.

Sit igitur civis: *socius multitudinis, qui particeps est suffragiorum & juris de republica statuendi.* Civitas verò, *Societas ad benè vivendum & domibus & familiis instructa, vita perfecta & abundè instructa gratia, lib. 3. Polit. c. 6.* seu *societas plurium vicinitatum perfecta, quæ habet omnia, quibus opus est ad vitam beatam, 1. Polit. cap. 2. in princ.* Paulò secus ait *lib. 3. cap. 1.* Civitas est *multitudo eorum, qui judiciorum & imperiorum sunt participes, & vita usibus necessariis instructi.* Sed hic addit Philosophus, se ἁπλῶς loqui, non ex cura. Nam, quanquam & Cicer. *in somn. Scipion.* & ferè iisdem verbis Augustin. *libr. 2. Evangel. quæstion. c. 46.* civitatem vocant *hominum multitudinem, legis unius societate devinctam,* Et Plutarchus ait: *Civitas nihil est, quàm congregatio multarum familiarum, in comp. Aristot. & Caton.* tamen, quia semper præstat genus sumere, quod proximum est, & civitas non est quævis distracta & vaga multitudo, sed quæ ad convictum amicè conspiraverit, prout Augustin. innuit *2. de Civit. Dei cap. 21.* inquiens: *Populus non est omnis cætus multitudinis, sed cætus juris consensu & utilitatis communione sociatus,* rectius per κοινωνίας seu societatem, quàm per multitudinem aut cœtum definitur. Additur verò, quod sit societas, non hominum, quia non distingueretur à collegiis, nisi per finem, sed familiarum aut domuum, quia ut supra diximus, cives non sunt solitarii homines, sed patresfamilias. Liberi quippe, qui in potestate sunt, & mulieres non sunt cives absolutè, sed cum adjectione, *3. Polit. cap. 2. & 6.* Finis adjicitur, non quod eum per se, sine Republica attingere queat civitas, sed quod ad eam destinetur, sicut enunciatio, in formali notione, definitur per veritatem, ad cujus inventionem ordinatur, & Modales propositiones à conditionibus materiæ denominantur, licèt ab omni materia sint abstractæ.

31\. Definitiones vulgi.

32\. Explicatio partium definitionis.

33\. Dubitatio solvitur.

Acciaj. *lib. 1. Polit. cap. 2.* & Aegid. *3. de reg. princip. cap. 5* dubitant, quomodo civitas dicatur perfecta, cum perficiatur per Rempubl. Atqui aliud est perfectum simpliciter, aliud in suo genere. Civitas semper est imperfecta, respectu rerumpublicarum sed suo generi debitam perfectionem obtinet, quando vel domi nata, vel aliunde importata habet, quibus opus erit ad vitam beatam, interventu Reipubl. assequendam.

34\. Plato nō proposuit legitimum finem civitatis.

Plato *lib. 2. de Republic.* hunc finem dissimulavit, dum civitatem definit: quod sit *multitudo hominum unum in locum ad habitandum congregatorum, ut cōmunicent præstentq́; vicissim, alius alii, eas res, quibus ad vitam est opus.* Putabat enim Plato civitates oriri non instinctu naturæ, sed ob indigentiam, ac proinde nullam vitam beatam iis proponebat. Sed nec legitimum genus assignat Plato, nec rectè cohabitationem requirit, contra quam disputat Aristot. *3. Polit. cap. 2. & 6.*

35\. Reprehensio Montecatini reprehenditur.

Quod verò præterea reprehendatur à Montecat. *lib. 1. text. 16.* quasi legitimam differentiam, ex legibus & imperio petendam suppresserit, eo ipso non tàm Plato quàm Aristot. ipse vapulat, seu potius ipse reprehensor labitur & in reprehensionem incurrit, dum non distinguit ea, quæ sunt Reipubl. ab essentia civitatis, qui error Montecatino *per tot. lib. 1 & 3. Polit.* familiaris est, & paulò ante à nobis rejectus.

SECT. 6.

Vtrum civitas certo civium numero definienda.

1. *Proponitur quæstio ex Aristotele.* ARist. 3. *Polit. c.* 3. attexit quæstiones alias: *Vtrum boni civis & boni viri eadē sit virtus*: Item, *Num civitati asscribendi opifices & mercenarij*, quas reservabimus ad locum de subditis, *in lib.* 4. & hoc loco pertexemus cætera, quæ ad cives in universum attinent. Proponit enim Aristot. 3. *Polit. cap.* 2. aliam eamque novam quæstionem, de magnitudine civitatis, seu numero civium, quæ quia ex optimæ Reipubl. conditione solvenda erat, ex hoc loco extollitur & rejicitur *in lib.* 7. *Polit. cap* 4. quoniam ad civitatem, ut sic, nulla civium multitudo præcisè requiritur, sed pro qualitate Rerumpubl. & conditionibus locorum, ut statim subjiciemus. Sunt enim inter ICtos, qui regnum certo civitatum, civitates certo civium numero definiunt, nec regnum agnoscunt, nisi decem aut undecim civitates (scil. quibus totidem Episcopi præsideant) sub se contineat, ut determinat Pelagius Papa *in c. scitote. in pr.* 6. *q.* 3. quâ de causa Abbas *in c. constitutus* 2. *col.* 1. *de test.* Bohemiæ principem non Regē, sed Ducem extitisse scribit, cum non haberet, nisi unum Episcopum Pragensem. Et Nancerus Episc. Vratislaviensis Iohannem I. Bohœmiæ Regem, qui primus pedem in Silesia fixit, Regio nomine indignum dictitabat, quod Archiepiscopatum in Regno nullum haberet. *Curæus par.* 1. *Chron. Siles.* Sequitur Dec. *in c. cum causa. in* 1. *not. de offic. del.* Lud. Montalt. *in tr. de reprob. sent. art.* 4. *n.* 1. qui negat regnum dici, nisi in eo ad minimum sint 10. Diœceses & unus Metropolitanus. Lancel. *li.* 1. *c.* 2. *de Rege.* §. 1 *de orig. Reg. n.* 17. Tholos. *lib.* 6. *Syntagm. c.* 7. *nu.* 6. per *c. Cleros. dist.* 21. ubi Metropolitanus æstimatur ex mensura civitatum. Dividit Gregor. Tholos. 10. civitates in quatuor Ducatus, & singulos Ducatus in totidem comitatus. 2. *Improba regni descriptio ex iure Canonico.* 3.

Civitatem porrò definit Iohannes XXII. ex sede Episcopali, quando quatuor villas, quibus Episcopos totidem, suffraganeos Archiepiscopi Tholosani, imponit, erigit in quatuor civitates, Gallico idiomate distinguens inter villam & civitatē, *la ville & la cité*, *C. Salvator. c. seq. de præb. Extrav. com. lib.* 3. quoniam Episcopi non resident nisi in civitatibus frequentioribus, ne numero vilescant *c.* 1. *de privil.* & Cortoniensibus novum Episcopum impositurus idē Iohannes, prius in civitatem à Diœcesi Aretina separatā, erexit. *Plat in Ioh.* 23. Apud Italos quoq; *si chiamano i luoghi, che hanno Vescovado.* *Girol. Maggi lib.* 1. *dell. fortific. c.* 11. & Angli non nominant *Cities*, nisi eas urbes, in quibus magnus est populi confluxus. Apud Gallos vulgari sermone verbum *Cité*, non exauditur, ubi magnæ civitates dicuntur *bonnes villes.* Sed si à vulgari modo loquendi, qui in abusum pleraque vocabula deflexit, recesserimus, & regnum, Rempubl. civitatem, in suo quodque genere, spectaverimus, 3. *Civitatis falsa descriptio ex sede Episcopali.* 4. *Orta à corrupto Idiomate.*

Res natura non spectantur quantitate. (margin, partly illegible)

nihil ad eorum essentias facit multitudo aut latitudo. Errat enim Thessaur. *in praefat. decis. Pedemont. n.13.* dum principi suo absolutam potestatem tribuit, *propter magnitudinem potestatis*, cum in Rege spectetur, non quàm latè, sed quàm liberè imperet. Non oportet tantum *ad numerum*, ait Arist. *7. Polit. c. 4.* sed magis *ad potentiam respicere*. Nec enim M. Curij, qui de Sabinis, de Samnitibus, deque Pyrrho triumphator, pauciores servos habuit, quàm triumphos: *Apul. lib. 1. Apol. Horat. lib. 1. Od. Plutarch. in Pyrrh.* aut M. Scauri, qui ipse *in lib. 1. de Vit. sua*, non plura decem mancipia à patre sibi relicta scribit, nec Attilij Reguli, qui unicum tantum septem suis jugeribus in Pupinia colendis mercenariū habebat. *Valer. lib. 4. c. 4. Sen. consol. ad Helv. c. 12.* nec Homeri, cui unicus, Platonis, cui tres, Zenonis, à quo cepit Stoicorum rigida ac virilis sapientia, cui nullus servus fuit, *teste Sen. d. c. 12.* aut Diogenis, cui unicus servus aufugit, nec eum reducere, cum monstraretur, tanti putavit, *de tranquill. anim. cap. 8.* nec aliorum, quos *hoc lib. c. 1. sect. 9.* retulimus, angustæ & pauperculæ familiæ minus familiarum nomen, & essentiam retinent quàm vel Milonis, qui 300. servos uno die misit, ne in caput Domini torquerentur, *Ascon. Pedian. in Milon.* vel Crassi, qui quingentos in censum retulit, *Plut. in Crass.* vel Taciti, qui ad imperium transgressus centum privatos servos liberos esse jussit, cum multò plures haberet. *Vopisc. in Tacit.* vel Demetrij Pompejani, quem non puduit locupletiorem esse Pompejo, cui numerus servorum quotidiè, velut Imperatori exercitus, referebatur. *Sen. de tranquill. anim. c. 8.* Pythius Bithynus platanum auream & vitem Dario Regi donavit, & Xerxis copias, hoc est, septies centena octoginta octo millia hominum excepit epulo, stipendium insuper quinque mensium, frumentumq; pollicitus, ut è quinque liberis in delectu unus saltem senectuti suæ concederetur. *Plin. lib. 33. cap. 10.* propè absuit hic homo, quin de sententia Crassi inter divites potuisset ascribi. Is enim eum demum jure opulentum vocari voluit qui privatis facultatibus integrum posset sustinere exercitum. *Plutarch. in Crass.* Nec longè hinc absuit L. Cornelius Balbus Gaditanus, ita copiis omnibus circumfluus, ut moriens drachmas circiter 2 . populo Romano viritim reliquerit. *Xiphil. in Aug.* Lucullus omnia, quæ ad luxum & abundantiam attinent, adeò in parato habuit, ut, modò cænaculum nominaret, intra paucas horas, quanto sumtu quis vellet, dapes præstaret, & aliquot minorum millia suis vestibus adornatorum in scenam emitteret. *Plutarch. in Luc.* Narcissus Claudij libertus, quem omnium eo tempore potentissimum vocat Dion, possedit quater millies sestertiûm & amplius. *Xiphil. in Claud.* Gordianus Senior tantum terræ in provinciis habuit, quantum nemo privatus, ædilitatisq; suæ tempore 12. munera populo Rom. id est, per singulos menses singula de suo exhibuit, Equos Siculos centum, Cappadoces totidem, permittentibus Imperatoribus, factionibus divisit: In omnibus civitatibus Campaniæ, Hetrutiæ, Vmbriæ, Flaminiæ, Piceni, de proprio per quatriduum ludos scenicos & juvenalia edidit, *Iul. Capit. in Gord. in pr.* Et ut ad minores transeam, Mechliniæ mercator repertus est iàm locuples, ut totum Geldriæ comitatum suo argento redimeret, & genero suo liberum præstaret. *Froiss. lib. 3. c. 97.* Parisiis Iaques Coeur iàm potens extitit, ut eum multatus esset à Carolo VII. quadringentis millibus coronatorum, facultatum suarum non magnum admodum sensisset detrimentum. *Estien. Pasq. lib. 1. Epist.* Christophorus Pallevicinus civis Placentinus, *estoit riche de vint-cinct mille ducats d'intrade. Beltaj. in comm.* Cosmi Medicis opes tantæ fuerunt, ut non tantùm, eum procuratores post mortem ejus tabulas proferrent, nemo ferè inventus sit, ex civibus cujuscunq; ordinis & fortunæ, qui in illius nominibus non esset, sed publica vectigalia & portoria omnia addicta sibi haberet, *ut Comminaus scribit*, Eduardum IV. Angliæ regem suis opibus in regnum restitueri. *Brutus lib. 1. hist. Florent.* An verò horum familiæ ob amplitudinem magis familiæ sunt, quàm Reguli & Scaurorum, animæq; magnæ prodigi Pauli, superante Pœno, Fabritijve aut Curii, Camillive, aut quos in

comtis præterea capillis Vtiles bello tulit Sæva paupertas & avitus apto. Cum Lare fundus? *Horat. lib.* 1. *Od.*12. *Valer. lib* 4. *c.*3. *&* 4. *Sen. consol ad Helv. c.*12. An ille magis pater est, qui unicum reliquit hæredem, quam qui liberos quadraginta novem, cum Cublaio Magno Chamo Tartarorum, *Venet. lib.* 2. *c.*8. vel infinitam seriem nepotum, cum AElio Tuberone? *Plutarch. in AEmil.* Amplitudo aut angustia non magis attinet ad essentias familiæ & civitatis, quam hominis aut cujusq; rei extra seriem Quantitatis collocatæ. Nec enim

6. *Regna non definiri latitudine.*

pauperes olim Græcorum Respubl. & minores hodie Helvetiorum Cantones, nec non Rhagusia, Luca, Geneva, quarum imperium finitur muris. minus liberæ sunt, minusque Respubl. quàm Venetorum ampla ditio. aut vastus olim Romanorum orbis. Absurdum enim est, quod dicit Petr. Gregor. Thol. *d. n.* 6. regnum Navarræ & Balearium privilegio tituli tantum gaudere, cum ditionum ad regni complementum requisitarum, bonam partem perdiderint. Ergo nec imperium amplius sit imperium, nec Imperator Imperator, quoniam plus quàm quartam sui partem imperium amisit. Demonstratum autem nobis fuit *lib* 1, *de jur. Majest. c.* 1. *in fin.* ex magnitudine provinciæ aut numero civitatum non æstimandum esse regnum, nec ex multitudine civium civitatem, ut ipse Plato confitetur *in Polit. Ampla an parva sit urbs, nihil refert ad Imperium.*

7. *Nec civitates.*

8. *Civitas differt à gente.*

Et tamen Arist. non semel distinguit inter ἔθνος καὶ πόλιν, inter gentem & civitatem, prout Accurs. *in l. provinciales* 190. *de V.S.* discrimen facit inter *provinciam universam & civitatem.* Nam 1. *Polit. cap.* 1. *Olim,* inquit, *Reges imperabant singulis civitatibus, nunc gentibus.* Item 3. *Polit. c.*2. *Babylon, cujus ambitus tantus fuit, ut quadam ejus parte civitatem captam, ne tertio quoq; die sensisse ferebatur, confluxus potius fuerit gentium, quàm civitas. Lib.* 7. *Polit. c.*4. *Sufficiens quidem erit, ut gens, sed non ut civitas:* Ipsoque loquendi usu distinguimus inter populum universæ provinciæ & civitatem, quando civitatem strictè accipimus pro multitudine uno in loco cohabitantium. Nam interdum civitas designat quamvis ad unius Reipubl. systema conspirantem multitudinem, quo sensu distinguimus inter jus civile, quod uni Reipubl. proprium est, & jus omnium gentium: interdum certo murorum ambitui inclusum populum, de quo proponit Arist. 3. *Polit. c.* 2. dubitationem: *Verum ad eum certus civium numerus requiratur?* eamque solvit 7. *Polit. c.* 4. nimirum, quod, cum pauciores, quam par sit, homines, ad benè vivendum sibi non sufficiant, plures verò, quàm regi possint, non minora afferant incommoda, tutissimum sit, mediâ viâ incedere, & mediocrem civium copiam perfectæ Re publ. seligere, quam sententiam injuria exagitat Bodin. *lib.* 1. *de Repub. c.*2. non secus ac si Arist. absolutè cuique vel civitati, vel Reipubl. certum civium numerum determinaret, ultra quem nec prodire possit; nec infrà subsistere. Nec enim magis hic assecutus est mentem Aristotelis, quam ullibi alibi, ubi apertis in eum tibiis invehitur, prout ex parte jam ante adverterunt Fab. Albergat. *lib.* 1. *disc. in Bodin. c. ult. in fin.* Nicol. Vito Gozzi *giorn.* 7. *dello stato delle Republ. secondo la mente di Arist.* Cum enim Arist.

9. *Ad optimam civitatem requiritur certus civium numerus.*

10. *Vana Bodini reprehensio.*

primis Politicorum libris in genere, quæ ad Rempubl. faciunt, proposuisset, libro demum 7. *c.* 1. *in pr. & c.* 13 *in pr.* instituit de optima Republ. agere, quæ sit instar normæ & regulæ reliquarum, siquidem Politico propositum esse debet. Rempubl. in proposita civitate formare, non quamvis, sed quantum possibile est, optimam. 4. *Polit. c.* 1. Id quod notavit Thomas *in pr. lib.* 6. *Polit.* quando ait; *Postquam declaravit Arist. ex quibus, & qualibus, & quomodo est instituenda Respubl. intendit nunc declarare, quomodo & ex quibus instituenda est simpliciter optima Respubl. sive sit Respubl. communi nomine nominata, sive Respubl. Optimatum, sive Regnum,* Aliud verò est loqui de Republ. & civitate absolutè: aliud præscribere leges Optimæ. Nam etiam Arist. 3. *Polit. c.* 3. *ad fin.* 7. *Polit. c.*7 *&* 8. Mercenarios & illiberalem vitam agentes à civium communione arcet, quod tales felicitatem Reipubl. optimæ propositam assequi non possent. Ergóne inde concludet Bodinus, id

11. *Aliud est leges dare optimæ, aliud cuivis Reipubl.*

genus hominum nullibi pro civibus esse habendum? Sic quoq; mediocrem civiũ multitudinem in optima Repub. vel civitate flagitat Aristot. Ergone cives non sunt, qui illum numerum excedunt? Certè rationes Aristot. quas Bodinus considerare debuisset, non eò eunt, ut ad civitatem, quatenus talem, certum civium numerum requirant, sed ut ostendant, commodius fore & ad finem, felicitatemq; Reipub. melius, si ut omnes aliæ res, ita civitates quoq; in aurea consistant mediocritate.

12. Perfectio quaecumque [illegible] quantitate.

Est enim apud Philosophum, 5. *Metaph. c. 17. perfectionis* primum genus, quod ex *Quantitate* petitur. quod non tantum res omnes corporeas Physicas, in numero, pondere & mensura creatas, sed congregationes quascunq; artificiales, naturam imitantes, comprehendit. prout ad civitatem, quæ est quid congregatum 3. *Polit. c. 1. & 2.* accommodat Arist. dum ait 4. *Polit. c. 12. Omnis civitas consistit ex quali & quanto*: Et prolixè 7. *Polit. c. 4. Est igitur quadam etiam mensura magnitudinis civitatis, quemadmodum aliorum omnium animalium, plantarum, instrumentorum. Nam horum singula, neq; parva nimis, neq; magnitudine excessiva, suam potentiã retinebunt, sed aut destituta erunt omninò a natura aut malè se habebunt. Ceu navis unius palmæ non erit penitus navis, neq; duorum stadiorum, sed si processerit ad aliquam magnitudinem, quandoq; propter parvitatem malè faciet navigationẽ quandoq; propter excessum. Ita & civitas, si ex nimium paucis sit, non est per se sufficiens,*

13. [illegible]

sin ex nimium multis, sufficiens quidem in necessariis erit, ὥσπερ ἔθνος, ἀλλ' οὐ πόλις. Quod de navigio dixit, transtulit Curtius in orationem legati Persici: *Periculosum est*, inquit, *prægrave imperium: difficile est continere, quod capere non possis. Videsne ut navigia, quæ modum excedunt, regi nequeant? Nescio an ideo tam multa amiserit, quia nimia opes magnæ jacturæ locum faciunt. Facilius est quædam vincere, quam tueri. Quam hercle expeditius manus nostræ rapiunt, quàm continent? Curt. lib. 4.* Babylonem captam fuisse triduo ante, quàm ab habitatoribus omnibus sentiretur, scribit Arist. 3. *Polit. c. 2.* quia muri propter amplitudinem circumquaque defendi non poterant, siquidem totius operis ambitus, referente Curtio *lib. 5. trecentorum sexaginta octo stadia complectebatur. Singulorum stadiorum structura singulis diebus perfectã esse a Semiramide, memoria proditũ est. Ædificia non erant admota muris, sed ferè spatiũ unius jugeri distabant. Ac ne totam quidem Urbem tectis occupaverant: per 90. stadia habitabatur, nec omnia continua erant, credo, quia tutius visum est, pluribus locis spargi, Cætera serebant, colebantq; ut si externa vis ingrueret obsessis alimenta ex ipsius Urbis solo administrarent.* Herod. *lib. 1.* paulò latiori circuitu eandem circumscribit, inquiens. *Babylon in ingenti planitie sita est, forma quadrata, magnitudine quoquo versus centenũ vicenũ stadiorum, in summa 480. in circuitu quatuor laterum Urbis. Per ambitum centũ portæ stabant, æreæ omnes cum cardinibus postibusq;.* Herodoto cõsentiũt Solin. *c. 60.* Paul. Oros. *l. 2. c. 6.* Hieron. *super c. 10. Esai.* Plin. *l. 6. c. 26.* qui ait: *Sexaginta millia passuum amplexa muris.* Diod. Sic. *l. 3. Ejus mœnia ambitu spatia 360. cõplectebatur frequẽtibus & magnis turribus 250.* Strab. *l. 26. Babylon* jacet *in campo, muri ambitũ habens 385. stadiorum.*

14. Babylonis magnitudo.

Sicut igitur Hippocr. *l. 2. Aphor. ult.* interprete Celso *lib. 2. c. 1. Longa statura in juventa quidem decora est, sed matura senectute conficitur:* Ita civitas, quæ excedit potestatem regentium, ipsa amplitudine labascit, & quod contineri non potest, suopte impetu diffluit, sicut Scytharum legati Alexandrum M. admonebant: *Sic concupiscis, quæ non capis,* Curt. *lib. 7.* & Nicias Athenienses: *Amentis est, illos aggredi, quos, licet viceris, continere nescias, Thucyd. lib. 6.* quo argumento ipse Athenienses ab expeditione Sicula, & non ita pridem principes Reipubl. Venetos à patrocinio Pisanorum dehortabantur. *Guicciard. lib. 3. post. pr.*

15. Longa statura noxia.

Imprudens Architectus est, qui altius domum ducit, quàm ferendo est fundamentum, & funesta indulgentia gratificatur ventriculo, qui plus illi concedit, quàm concoquere possit, ut ait Gattinara ad Carolum V. Imperat. *apud Guicciard. lib. 10. E troppo nocivo il prendere una volta tanto cibo, che lo stomacho non sia potente a comportarlo.*

16. Difficulter continetur, quod non capitur.

Duplici

17. *Magna civitas multos capit hostes.* Duplici enim via conservatur civitas, tum repellendo injurias hostium externas, tum suffocando seditiones internas. Vtriq; modo minus est commoda justo amplior civitas, quàm quæ intra terminos mediocritatis sese continet. Quæ enim ultra modum terminos extendit, præterquam quod felicitas omnis subjecta est multorum invidiæ, *Boter.* 1. *Polit. Illustr. c.* 6. multorum quoq; exposita est injuriis, sicut Indus Philosophus Alexandro M. ob oculos ponebat in expanso sicco corio, quod contra prementem in uno angulo pedem, subinde exurgit, quando latius excurrit, quam utriusque pedis vestigia pertingere queant. *Plutarch. in Alex. M.* Nec Scipio Censor consueto more volebat orare: *Dii augete, sed, Conservate Rempubl.* eiusque de consilio Augustus tabulis testamenti addiderat consilium *coercendi intra terminos imperij, incertum,* ait Tacit. *Annal. metu, an per invidiam.*

18. *Cur Augustus consilium coercendi Imperij addiderit testamento.* Et de invidia quidem respondebimus Tacito, ex eodem fundamento, quo Sueton. negat, se fidem habere vulgatæ de Augusti ambitione famæ, quod non alia de causa Tiberium adoptarit, nisi ut tali successore ipse fieret desiderabilior. *Verisimile* enim, ait, *est circumspectissimum in cæteris principem, in tanto præsertim negotio, nihil temerè facere, vel fieri voluisse*, præsertim cum Dion. *lib.* 52. id cautum memoret ab Augusto, *nisi dilataretur imperium, majori cum periculo defenderetur, sicut ipse clade Vari expertus fuerat. Scip. Ammir. lib.* 1. *disc. supra Tacit. disc.* 6. *&* ex eo *Clapm. lib.* 3. *de arcan. Rerumpubl. c.* 16. Vbique enim verum est, quod autor præliorum Anglicorum sub Henrico VI. scribit:

Quærere regna labor, virtus est parta tueri.

Maxima:

de quo vide Boter. 1. *Polit. Illustr. c.* 5. *Petr. Regemort. serm Polit.* §. 2. *& nos latius diximus de caus. bell. caus.* 3. *sub fin. Feliciores essent res humanæ,* de sententia Augustini, *si omnia regna essent parva & concordi vicinitate lætantia, lib.* 4. *De Civ. Dei cap.* 15.

19. *Multitudo civitatis ex-* Quod ad seditiones internas attinet, eam rem nemo disertius explicavit, quam ipse Aristot. 7. *Polit. c.* 4. *Difficile est & forsan impossibile, ut quæ nimium populosa sit civitas optimè gubernetur. Earum certè, quæ benè gubernari dicuntur, nullam videmus in populosam multitudinem diffusam.* Exemplum est in Rebuspubl. Spartanorum & Venetorum, quarum durationi nullum quantumvis maximum imperium comparari potest. *Ac nescio annon satius fuerit populo Romano Sicilia & Africa contento fuisse, aut his etiam ipsis carere dominanti in Italia sua, quam eò magnitudinis crescere, ut viribus suis conficeretur,* quemadmodum loquitur Flor. *lib.* 3. *c.* 12. ubi latius deducit, quomodo ex nimia magnitudine vitia primum, tum pernities nata sit, quod iam etiam Salust. dixerat *in Catil. in pr.* & Mecœnas repetit in oratione ad Augustum habita. *apud. Dion. lib.* 52. *Longo jam tempore,* ait, *bellis & seditionibus vexamur, propter hominum multitudinem ac rerum magnitudinem. Spartani certè dominatum Græciæ valere jubere maluerunt, quàm cum tot molestiis & periculis retinere; quod ingratiis fortasse paulò post, & per vim majorem deponere coacti fuissent. Plutarch. in Arist.* Benè Livius *lib.* 30. *ad fin. Nulla magna civitas diu quiescere potest, si foris hostem non habet, domi invenit. Vt prævalida corpora ab externis causis tuta videntur, sed suis ipsa viribus onerantur.* Patet idipsum, ait Arist. *ubi supra,* ex rationum fide. *Nam lex ordinatio quædam est, & bonam legis positionem necessarium est bonam esse ordinationem. At multitudo nimium magna, non potest recipere ordinationem,* sicut Plut. *in Cat. Maj.* de Romana magnitudine dicit: *Eam tantam fuisse, ut disciplinam servare non potuerit,* & Liv. *lib.* 7. Toties in extrema periculorum deventum, ut in hanc magnitudinem, quæ vix sustinetur, imperium erigi posset. Plura ad hanc rem facientia invenies *infra de caus. belli caus.* 2. ubi disputamus contra eos, qui culmen felicitatis publicæ collocant in ditionum amplitudine. *ponit causam seditionibus.*

20. *Probatur ratione.*

Vtrum aliquis duarum civitatum simul civis esse possit. SECT. 7.

1. *Dissensus ICtorum in hac quæstione.*

2. *An*

2. *An hostibus deditus, si revertatur, civis Romanus sit.*
3. *Qui adoptatur in aliam civitatem, perdit jus civitatis propria.*
4. *Quâ ratione id neget Balduinus.*
5. *Nemo potest esse filius duorum patrum.*
6. *Adoptatum in aliam civitatem omninò perdere priorem.*
7. *Nisi fœderibus aut pactis populorum aliter cautum fuerit.*
8. *Duorum municipior. eidem Reipub. subjectorum posse aliquem simul civem esse.*
9. *Domicilium transferri, salvâ civitate.*
10. *Non posse aliquem esse civem duarum civitatem.*
11. *Vasallus quidem potest habere plures dominos.*
12. *Sed non citra invidiam, nec sine difficultate.*
13. *An quis posset duorum principum Ordines Equestres simul gerere.*
14. *An possibile sit, ut quis se constituat ligium vasallum duorum dominorum.*
15. *Ligium obligari absolutè sine respectu.*
16. *Eoq; evadere statim subditum Domini.*
17. *Civem arctius obligari patria, quam Vasallum Ligium Domino.*
18. *Nemini dari facultatem patria sese subtrahendi.*
19. *Qui ambit utriusq; civitatis fieri civis, neutrius evadit.*
20. *Obligationem, qua civis se transfert in aliam civitatem, ipso jure esse nullam.*
21. *Rejiciuntur quorundam distinctiones ex diversis respectibus.*
22. *Duarum civitatum civem difficulter evadere crimen perjurij.*
23. *Obligari contra seipsum.*
24. *Iuramentum contra bonos mores nullum.*
25. *Non posse esse unum membrum duorum corporum.*

1. *Defensio ICtor. in hac quæstione.* DVbitationem hanc excitat ICtus *in l. fin. in fi. de legation.* quando legem latam scribit de Hostilio Mancino, *ut si quis deditus non reciperetur, civis Romanus remaneret*, idque contra sententiam Publij Mutij, Sp. Posthumij. *Liv. lib. 9.* & P. Rutilij tribuni pl. qui ingressurum in Senatum Mancinum repellebat, *Postliminium negans patere illi, quem pater suus aut populus vendidisset aut pater patratus dedidisset. Cic. lib. 1. de Orat.* Sp. etiam Posthumius, etiamsi à Samnitibus acceptus non esset, peracta deditione, feciali genu femur percellebat, & clarâ voce addebat: Se Samnitem civem esse illum legatum: Fecialem à se contra jus gentium violatum, eò justius bellum Romanos gesturos. *Liv. lib. 9.* Ciceronem verò invenio in sententia contraria: *pro Cæcin. ad fi. Ut religione civitas solvatur, civis Rom. traditur, qui, cum est acceptus, est eorum, quibus est deditus: si non acceperint, ut Mancinum Numantini, retinet integram causam & jus civitatis.* Ex quo gl. *in l. eos qui 4. verb. non adipiscatur. de captiv.* solvit controversiam, quæ vertebatur inter Brutum & Scævolam: *An hostibus deditus reversus, civis Romanus sit? & Consequens, est*, ait Modestinus, *ut civitatem non adipiscatur, d. l. 4 in fin.* sc. si semel receptus fuerit. Innuit enim gl *in d. l. fin. verb. civis Roman.* non prius amitti civitatem, quam recipiatur amittens in alienam, adeò ut in aliam civitatem cooptatio jacturam inferat patriæ, quemadmodum apertè docet Cicer. *in Topic. ad Trebat. Hoc in genere*, inquit, *etiam Mancini causa defendi potest: Postliminio rediisse, deditum non esse, quoniã non sit receptus. Nã neq; donationẽ neq; deditionẽ sine acceptione intelligi posse.* Vulcatius Moschus exul receptus erat in Massilienses & bona sua Reip. eorum, ut patriæ, reliquerat, quæ res cum disceptaretur coram Senatu, imperante Tiberio, probatum fuit P. Rutilij exemplum. Namq; cum legibus pulsum, civem sibi Smyrnæi addiderant. *Tacit. 4. Annal. n. 7.* Sed hanc Ciceronis defensionem redarguit Balduin. *in Scævol. ex l. 34. de legat. 1.* ubi Vlpian. respondet de re legata, quam transferre voluit testator, *ut priori non debeatur, licet secundus non capiat*, & Pompon. ait: *Si transferam legatum in eum, cum quo nobis testamenti factio non est, licet ei non debeatur, nec illi tamen debebitur, cui fuit ademtum. l. 20. de adim. legat.* Ipse Mutius argumentabatur à conditione eorum, quibus aqua & igne interdicebatur. Hi enim etsi in aliam civitatem non transirent, Romanâ tamen cadebant

Marginal notes:
2. *An hostibus deditus reversus, civis Rom. sit.*
3. *Cooptatio in aliam civitatem extinguit ius patria.*
4. *Quod impugnat Balduinus.*

bant, quippe à qua expulsi erant, *d. l. fin. de legat*, ideoque peculiaris lex de Mancino lata fuit, ut esset civis Rom: quo privilegio opus non fuisset, si de jure communi civitatem Mancinus non perdidisset.

Quod verò ad receptionem attinet, non est dubium, quin sicut adoptio extinguit potestatem patris naturalis *in pr. Inst. d. adopt. l. 1. de adopt. Cicer. pro domo*, (licet familiam & successionem novo & correcto jure, relinquat Iustin. *ibid. §. 2. & l. pen. C. eod.*) tum quod adoptio naturam imitetur. *§. minorem 4. Inst. Eod. l. filio 21. de lib. & posth. Caj. in Inst. l. . §. ult. Comm. l. quod contra 141. §. nemo duo. de R. I.* Ita imperio unius civitatis subtrahitur, qui adoptatur & transit in alterā, quâ de re Cicero *pro Balb.* ignorantiam imperitorum civium accusat, *quos erare ductos*, ait, *se vidisse, Athenis in numero judicum atq; Areopagitarum, certâ tribu, certo numero, cum ignorarent, si illam civitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent.* Prudentius Pomponius Atticus noluit uti ablato beneficio civitatis Atheniensium, *ne alia ascita amitteret Roman.* ut scribit Corn. Nepos *in Vit. Pompon.* Nam, dicente Cicerone *pro Cæcin. in fin. Ex jure Rom. duarum civitatum nemo potest esse. Tum amittitur hæc civitas denique, cum is, qui profugit, receptus est in exilium, hoc est, in aliam civitatem*: quibus verbis videtur respondere rationi, quàm Scævola suprà retulit contra Brutum. Rem verò totam luculentius explicat *pro Balb. circ. med.* ubi hanc quæstionem ex professo tractat: *Duarum*, inquit, *civitatum nostro jure civili civis nemo esse potest. Non esse hujus civitatis civis, qui se alij civitati dicarit, potest. Neq; solum dicatione, quod in calamitate clarissimis viris, Q. Maximo, C. Lænati, Q. Philippo Nuceriæ, C. Catoni Tarracone, Q. Capioni Rutilio Smyrnæ vidimus accidisse, ut earum civitatum fierent cives, hanc ante amittere non potuissent, quam hujus solum civitatis mutatione vertissent: sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio. Neq; enim sine causa de Cn. Publicio Menandro libertino homine, quem apud Majores, legati nostri in Græciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt, ad populum latum, ut is Publicius si domum revenisset, & inde Romam redisset, ne minus civis esset. Multi etiam superiori memoria cives Romani sua voluntate indemnati & incolumes, his rebus relictis, alias se in civitates contulerunt.* Deniq; post plura huc facientia: *Petrum nostri juris ac moris nemo unquam, qui hanc civitatem retinere vellet, in aliam civitatem se dicavit.* Planum igitur est, de jure civili Rom. quod nemo civium potuerit nomen peregrinæ dare Reipubl. ex quo cum, *dicente eodem Cic. pro Balb.* in Rom: civitatē ex omnibus civitatibus via pateret, ortæ sunt plurimorum populorum querelæ, exhauriri alias Respubl. quando cives iis subtrahantur, & inter Romanos asciscantur, sicut Latini legem Claudiam impetrarunt: *Qui socij ac nominis Latini ipsi Majoresve eorum, M. Claudio, T. Quintio Censs. postq; ea apud socios nominis Latini censi essent, ut omnes in suam quisq; civitatem ante Calendas Novembr. redirent. Liv. lib. 41.* Extant etiam fœdera quædam, ut Germanorum, Insubrium, Helvetiorum, Iapidum, nonnullorum item ex Gallia Barbarorum, quorum in fœderibus exceptum est: *Ne quis eorum Roma civis recipiatur. Cicer. pro Balb.* inq; eo vertitur totus status orationis pro Balbo, utrum Balbus civitate donatus jure fuerit, quod accusator in fœdere Gaditano exceptum dicebat: *Ne quis civis Rom. ex fœderato populo fieret, nisi is populus fundus factus fuisset. Athenis è contrario vidimus*, ait Cicer. *Rhodios, Lacedæmonios, cæteros undiq; asscriptos, multarumq; fuisse eosdem homines civitatum.* Et est hodie inter Genevates & Bernates, nec non inter Vallesios & quinq; Cantones Helvetiorum ita pactum, ut harum civitatum cives utrobiq; jus civitatis habeant, sed si ex altera emigraverint *Simler. de Repub. Helvet.* Alioquin impossibile est, aliquem duarum distinctarum civitatum, communi capiti non subjectarum, simul civem censeri. Nam quando unius imperio ambiuntur, nihil obstat, quin possit. *l. si quis à plurib. 7. l. Filij 22. §. Municipes. l. Ejus qui 27. in pr. ad Municip.* & Diocles. & Maxim: Impp. ajunt: *In adoptionem alienæ civitatis ibi rectè dato addsitur, non mutatur patria:* *Ac propterea* jus

5. Tum quod nemo possit esse filius duorum patrum.

6. Qui transit in aliam civitatem, excedit priori.

7. Contra quod ius commune sæpe pacta inita fuerunt.

8. Duorum municipiorum aliquem simul posse esse civem.

jus originis in honorum ac munerum obsequio per adoptionem non minus perspicitur. l. In adopt. 7. C. de adopt. l. ordine 15. §. ult. l. libertus 17. In adopt. 9 ad Munic. Loquor autē de vero cive, cum honorarius, quia exemtus est imperio & muneribus, absque controversia multis asscribi possit Rebuspubl: sicut & Incola quis potest fieri plurium civitatum, aut domicilium transferre, *l. Labeo 5. in fin. l. si quis. l. ejus qui 7. §. Celsus, in fin. l. nihil est 31. ad Munic. l. in adoptionem. C. de adopt.* nec propterea desinit esse civis, *l. incola. 39. ad Munic.* quoniam non fit propriè civis, *l. 1 Eod.* sed domicilium tantum acquirit. *l. cives 7. C. de incol. lib. 10.*

9. *Domicilium transfertur, salva civitate.*

De solo autem vero & completo cive excitatur hoc loco dubitatio, utrum operas suas duabus distinctis Rebuspubl. aut civitatibus promittere & obligare queat, præcipuè, cum non tantum secundum forum, ut provinciales præsidi, *l. provinciales: ubi God de. n. 3 de Verb. Sign.* nec secundum munera & honores, ut incolæ, *l. penult. ad Mun. l. Est verum 3 l. si in patria 5. junct. l. seq. C. de incol. lib. 10.* sed secundum corpus, operas, & bona quæcunque Majestati subiiciatur & civitati obligetur. Nam personæ obligatio trahit in consequentiam bona à personâ possessa: *l. si paterfamilias 15. de adopt.* Qui verò totus obligatur uni Reipub. non potest totus esse obligatus alteri. quia quod semel donatum est, non potest iterum donari, *l. sequens 68. de leg. II* & rerum natura non patitur, ut qui uni est astrictus loco, per universam provinciam liberè vagetur quemadmodum *in Apol. Metaph.* disputavimus, contra Novellum Scotum, qui Ens, Idem, & Diversum collocat inter Transcendentia, & tamen certis Categoriarum generibus singula illigat, quod quid aliud est, quam domum in exilium damnare, aut intra muros oppidi vagum esse? *Nemo unquā vidit, nec fieri potest, tempore uno homo idem duobus locis ut simul sit*, ait Amphitruo *apud Plaut. in Amphit.* Sicut sui copiam maritus alteri facere nequit, quia sui potestatem perdidit, qui se totum in matrimonium uni uxori tradidit, ut ratiocinatur D. Paulus *1. ad Corinth. 7.* Ita nequit obedientiam stipulari alteri civitati, qui eam

10. *Non posse aliquem esse civem duarum civitatum.*

totam consecravit primæ. Vasallus quidem simplex non prohibetur, à duobus vel pluribus Dominis feuda accipere, *c. satis benè de prohib. feud. alt. per Lothar. c. un. §. fir. de proh. feud. alt. per Frid.* quanquam nec illa res caret invidia & periculo, cum ubique difficile sit pluribus Dominis fideliter & sufficienter servire. Captal de Buz. unus ex præcipuis Equitibus Angliæ, reprehensus ab Eduardo principe Walliæ, quod inconsulta cupiditate Carolo V. Gallorum Regi hommagium præstitisset, maluit locuplete feudo carere, quam incertam fidem duobus & fortassè paulò post in bellum exarsuris Dominis obligare. *Froissard. lib. 1. cap. 229.* Dominus de Coucy, natione Gallus, sed possessionibus amplis in Anglia dives recrudescente inter Eduardum III. & Carolum V. bello, contulit se in Sabaudiam & Lombardiam, ne cogeretur in alteram partē peccare, sicut & Amemon Pomarius Anglus, eodem tempore è medio se subtraxit in Cyprum & ad Sanctum sepulchrum visitandum proficiscens. *Froissard. lib. 1. c. 278.*

11. *Vasallus potest esse plurium Dominorum.*

12. *Sed non sine difficultate.*

Qui ordines Equestres à quoquam recipiunt, etiamsi minus obligentur principi, quam Vasalli Domino: ferè tamen ab aliis ordinibus prohibentur, quod fideliter non præsumatur serviturus uni, qui partem consilij & operarum mancipavit alteri. Inter articulos Equitum Hispanicorum, qui *Equites vinculi*, dicebantur, ab Alphonso Ferdinandi & Constantiæ filio instituti, sic legitur, sed Anglicè, *prout autor lib. de Ordin Equ. str lib. 5. cap. 12. transtulit: It, else serv'ed any other prince in his VVarre, he should lose the Band Qui alteri principi in bello navat operam, perdat periscelidem.* Nec ad ordinem aurei velleris, à Burgundo institutum & ad domum Austriacam deductum, quisquam admittitur, qui jam alteri innexus est ordini, exceptis Regibus & principibus absolutis, qui proprios ordines ducunt, *d. lib. 5. c. 9.* Nam hi promiscuè admittuntur etiam ad Periscelidem Eduardi III. D. Georgio dicatam, quam Sigismundus Imperator & Albertus Dux Hollandiæ, præsentes acceperunt à manu Henrici V. 1416. ut & Petrus Regis Portugaliæ filius ab Henrico VI. 1424. *Helmsts & Stow.*

13. *An quis possit duos Ordines Equestres gerere.*

in Henr. V. & VI. & leguntur etiamnum in Templo, hujus ordinis Equitibus dicato Windsorij, multorum Regum, in consortium ejus cooptatorum nomina, ut Iohannis Portugaliæ: Caroli IX. Henrici II. & IV. Galliæ, Philippi Hispaniæ, Christiani IV. Daniæ Regis, nec non Maximiliani & Caroli V. Imperatorum, aliorumque, quà inquilinorum, quà exterorum principum, siquidem & alterius Majestati subjectos hic ordo admittit, quippe quem Anna Monmotancius Galliæ Comes stabuli, & Iohannes Casimirus, Comes Palatinus ac Dux Bavariæ, nec non Fridericus dux Wirtebergensis, beneficio Elisabethæ Reginæ, alijque multi gesserunt. Quin & Franciscus I. Rex Gall: ordinem S. Michaëlis non tantum Henrico IIX. Regi Angl: sed & duci Suffulcio & principibus Anglorum misit, nec multò post, Carolus IX. eundem honoris loco obtulit Thomæ Duci Norfolcio & Roberto Comiti Leicestrensi. 1566. *Stovv. in Hen VIII. & Elisabeth.* quoniam qui ordines suscipiunt, non obligant sese absolutè aut in infinitum, sed ad certas conditiones, quemadmodum & Vasallus simplex; possuntque, ubi res aliter exegerit, cingulum exuere, & beneficio renuntiare.

14. *Nemo potest esse ligius duorum.*

Cæterum, si à simplici vasallo transeamus ad eum, quem Ligium vocant consuetudines feudorum, *c. un. de feud. lig. c. un. fact fratr. fratr.* aut homologum *Cujac. in c. un. § Duorum a. de nov. form. fidel.* imitatione, *l. ult. C. Theod. de pat. &c.* quantò artius is Domini servitiis innectitur tantò minus ia alterius dominium sese transferendi potestatem habet, quia dum promittit Domino absolutam fidelitatem *contra omnes homines, c. un. de feud. lig.* seu ut dicitur, *in c. satis benè. de prob feud. alien. per Lothar. nullo antepositio*, quod gl. *in Clem. Pastoralis. verb. homog ligius. de sent. & re jud. ex Speculat:* explicat per hæc verba: *nullius alterius fidelitate salva*, nihil sibi retinet, quod in novum posset dominum transfundere.

15. *Ligius obligatur absolute sine respectu.*

Nec enim respectivè tantum bonorum aut operarum partem in obligationem deducit, sed cum persona omnia, quæcunque possidet, potestati & jurisdictioni Domini subjicere tenetur, quam communem esse opinionem testantur Clar. *in 5. feudum. q. 11.* Curt. Iun. *1. part. pract. feud. q. 8. n. 26.* eamq; sequuntur Landens. *lib. 1. feud. t. 1. n. 52.* Specul. *in t. de feud. §. quoniam c. 4. & seq.* Schrad. *de feud. c. 4. n. 1.* Rosenth. *c. 2. conclus. 3. n. fin.* Borcholt. *de divis. feud. c. 4. n. 22. in fi.* Atque ita Vasallus ligius nemo est, qui non eo ipso statim evadat subditus. *Vultej. lib. 1. de feud. c. 8. n. 22.* quoniam subditus semper deberet excipere patriam, & proinde nequiret fidem promittere sine exceptione.

16. *Eog statim evadit domini subditus.*

Sicut igitur ligius ex hac causa, quod omnia sua debeat Domino, non potest duobus Dominis fidelitatem jurare, *c. un. de fid. lig. c. satis benè. ibi. nullum alium Dominum. de prob. feud. alien. per Lothar. gl. in d. Clem. pastoralis*, ita multò minus potest aliquis in duas civitates nomen profiteri, aut, quod eodem redit, duabus distinctis, & non subordinatis Rebuspub. sese subjicere, tum quia potissimùm de Ligio Vasallo id Dd. concludunt, quod sit simul subditus, hoc est, quod non habeat excipere patriam, *Alvarott. in c. un. n. 6. de nov. for. fidel. Iacobin. de feud. in verb. qui quidem. n. 15. in verb. Et promiserunt. n. 13. gl. in c. de forma. verb. honestum 22. q. 5.*

17. *Civis plus debet patriæ, quam Ligius Domino.*

tum quia nulla vasalli obligatio tam contenta est, tam sancta, tam inviolabilis, atq; civis & subditi, quem non fortuitus quidem casus, aut humana conventio Majestati subjecit, sed ipsa natura, quæ ut immutabilis est, *§. sed naturalia Inst. de jur. nat. & gent.* ita nec patitur patriæ sese quenquam surripere, *l. abdicatio. C. de patr. potest. l. Curiales. C. si Curial. rel. civ. lib. 10. l. pen. C. de resc. vendit. l. si quis. C. de mun.*

18. *Nemo potest se patriæ subtrahere.*

imprimis si accesserit mandatum divinum, quod subditū in omnibus rebus licitis astringit ad obedientiam magistratus. *1. Pet. c. 2. Rom. c. 13.* dum interim Vasallus multis ex causis Domino feudum renuntiandi potestatem habet. Nec immeritò damnatur textus ult. *in c. ult. Hic finit. lex.* qui ita sancit: *Contra omnes debet vasallus Dominum adjuvare, & contra fratrem, & filium & patrem*, nisi ad hunc casum astringatur, quando pater vel jus divinum & naturæ everttit. *Schrad. part. 6. feud. c. 5. num. 2.* vel patriam & Rempubl. oppugnaturus.

gnatum venit, *Rosenth. cap. 3. concl.* 10. quoniam omnium parentum & propinquorum caritates una complectitur patria, *Cic. lib.* 1. *offic.* & potest aliquando sine scelere, si Ciceroni credimus, 3. *parad.* patri vita adimi, sc. si perditum eat patriam, *l. minimè. de relig. & sumt fun. Facit. text. in l. postliminium. §. filius. de capt. & postlim. reverf. & explicatum fuit supra c. 4. sect. 5. circa fin.* Majori enim affectu diligendus est communis parens, cui plus debetur, & Cic. *de Repub. Est*, ait, *patria antiquior parens, quam is, qui, ut ajunt, creaverit, & major est profectò, quam parenti, debetur gratia.* Cum igitur patriæ primæq; civitati neminem debeamus anteponere, ad nullam aliam civitatem licet civibus se conferre, quia tantum tanquam ex ære collatitio, detrahunt priori, quantum addunt posteriori: Et sicut Martiale dicente,

19. *Qui ambit effectum utriusq; civitatis, neutrius evadit.*

Quisquis ubiq; habitat Maxime, nusquam habitat:

ita neutrius Reipubl. civis manet, qui cupit esse utriusq;, quia nullibi boni frugiq; civis officio defungi potest. Nec enim omnem operam præstat Reipubl. nec omnia sua illi subjicit, qui tantundem obligatur uni atque alteri.

20. *Non posse quem alteri civitati se sisse obligare.*

Accedit, quod posterior obligatio ipso facto & injuria sua evanescat, quia in omni obligatione excipitur jus tertii, & textus *in d. cap. ult. hic fin. lex.* à nova fidelitate semper eximit antiquiorem Dominum, *gl. & Dd. ibi, & in c. un. de nov. form. fidel.* quoniam *æquum est*, dicente Alvarott. *ad d. §. fin. n.* 6. *ut potior sit jure, qui prior est tempore: l. opera. Locati.* & jus acquisitum à tertio privatis pactis auferri non potest. *Rosenth. c.* 8. *concl.* 15. *num. ult. in fin.* Ecquis verò tempore antestat patria vel Republ. in quam ipsa nos plantavit natura? Priorem enim Dominum dicimus, non cui prius juratum est, sed cui prius de jure fidelitas debebatur *dict. c. satis benè. & ibi B. Vost. Afflict. Schenk.* Item *Zas. part.* 7. *feud. nu.* 23. *& seq. Schrad. part.* 6. *c.* 6. *num.* 7. *& seqq.* Sicut igitur vasallus nequit posteriori Domino fidem dare in præjudicium prioris Domini, cui eam obligavit: ita nec civis alienæ se subjicere civitati potest, quamdiu à subjectione prius contractâ non liberatur. Id autem fieri necesse est, quando quis duabus distinctis Rebuspubl. adscribitur, quia cum civis patriæ suæ tacitè obligaverit omnia sua ante omnes homines, non potest, nisi in fraudem ejus eadem in novam deducere obligationem. Nec effugiunt hanc Scyllam, qui per distinctiones diversorum respectuum incedunt, *Eberhard. in Topic. in loc. de Tanquam. n.* 9. *& ex eo Sonsbec. part.* 11. *de feud. nu.* 42. *Hottom. q. Illustr.* 35. quoniam respectus diversi, locum non habent, ubi personæ, & bona omnia absolutè obligantur, & quidem uni soli ante omnes homines, *Schoner. in thes. feudal. disp.* 10. *th.* 35. *lib.* 1. *& ex eo Rosenth. c.* 10. *concl.* 12. *nu.* 24. *Duaren. de feud. c.* 4. *num.* 5. *&* 6. *Fontan. in comm. pract. Masuer t.* 25. *num. ult.* qua quidem ratione Ligius vasallus obligatur Domino, subditus subjicitur Reipubl. civis innectitur civitati. 21. *Diversi respectus rejiciuntur.*

Porrò si inter duas illas civitates, quibus parem fidem unus idemq; civis dedit, exardescat incendium bellicum, cui eò magis sunt obnoxiæ, quo sunt viciniores, & de limitibus aut commerciis faciliùs lites movent, quò tunc se proripiet ambiguus civis, cum in utramque partem eadem fide æquali pondere trahatur? Fieri sanè non potest, quin perjurus fiat, & quocunque se verterit, in patriam turpiter peccet. Sive manum abstineat à tabula, & è medio secedat is, utramque civitatem, neutri, quam debebat, opem ferendo, perfidè prodat, sive in alterius castra transiens, sceleste & contra datam fidem alteri parricidiales manus inferat, quod innuere voluit Cicero *pro Balb.* quando ait: *Dissimilitudo enim civium varietatem juris habeat, oportet.* Imò contra seipsum militare cogitur, quod iniquum & crudelitati proximum censet Imperator, *l. Præses* 6. *C. de serv. & aq.* graviusque homicidio dicitur, *c. si non licet* 23. *q.* 5. & Seneca ait: *Hoc nempe ab homine exigitur, ut prosit hominibus, si fieri potest, multis: si minus, paucis: si minus, proximis: si minus, sibi. de vit. beat. c.* 30: quoniam cum patriæ suæ quisq; pars sit in cives armatur omnes, qui armatur contra civitatem. Proinde nec cives in plures, quàm unam, civitates transire, nec civitates plures quàm una, unum civem sibi jure vindicare possunt. 22. *Duarum civ. [illegible] crimen [illegible].* 23. *Nec cunquam contra se ipsum obligatur.*

possunt, quia jus acquisitum primæ civitati sine causa præripi nequit, quæ assertio locum habet, etiamsi servitia & fides posteriori obligata sit, interventu jurisjurandi, quia

24. *Iuramentum contra bonos mores nullum.*

quæ in præjudicium alterius jurata sunt, nō subsistunt, *c. Venientes. de jurejurand.* ut nec illa, quæ contra honestatem & bonos mores fiunt. *c. unumquodq; 22. q. 4. c. non est obligatorium. & ibi gl. Dynus & Ioh. Andr. de R. I. in 6. l. non dubium. C. de ll. gl. in c. de forma. verb honestum. in pr. 22 q. 5.* Quid verò inhonestius, quàm patriæ, & cui fidem sine exceptione debes civitati te totum vel tuorum servitiorum bonam partem subtrahere? Nullæ excusationes sunt, ait Cicero *in 5. Philipp. Meus amicus est, sit patria prius: Meus cognatus est, An potest cognatio propior esse, quam patria, in qua etiam parentes continentur?* Meritò igitur Cic. *pro Balb. præclara vocat jura, atq; divinitus jam inde à principio Romani nominis a Majoribus comparata, ne quis Romanorum plus quam unius civitatis esse possit.* Cives enim sunt

25. *Non potest unum membrū esse duorum corporum.*

membra Reipublicæ, *ut aiunt Hottoman. & Pellit. ad Cacinnianam.* Atqui duorum corporum ut idem membrum sit, per naturam fieri non potest, & in plurium officia distracti sensus, dum nullius imperium exaudiūt, nec in tot functiones sese partiri aut discerpere possunt, vel sub ipsa operarum multitudine succumbunt, vel objectorum in contraria rapientium mutuis pugnis intermoriuntur.

SECT. 8.

Utrum civibus pro arbitrio liceat mutare civitatem.

Seu

An, qui invita Republ. abest civis, jure Majestatis revocari queat.

1. *Patriam nemini licet deserere invitam.*
2. *Neminem posse se ligium constituere alteri quàm suo principi, qui non sit absoluta potestatis.*
3. *Fidem frangere civem, qui patria se subtrahit.*
4. *Plus debetis patria, quàm patri.*
5. *Quantum obligetur civis patria.*
6. *Quantoperè peccet desertor ejusdem.*
7. *An liceat principi aliò abituros cives domi detinere*
8. *Vasallum amittere feudum, de quo fidem præstat alteri, quam Domino.*
9. *An subditi prohiberi queant ab externa militia.*
10. *Quā in re peculiarem libertatem jactitant. Germani.*
11. *Quam quomodo limitatam accipere oporteat.*
12. *Vbiq; licuisse R. bus publ. fugitivos cives retrahere.*
13. *Quod & leges Civiles approbant.*
14. *Et communis populorum observantia.*
15. *Desertores facere furtum sui.*
16. *Perinde ut servos fugitivos.*
17. *Patriam absq; scelere non deseri.*
18. *Omne solum fortis patria.*
19. *Quomodo id intelligendum.*
20. *Fas esse patria aliquando valedicere.*
21. *Quibus ex causis id liceat.*

HAec controversia cohæret priori, & iisdē argumentis disputatur, quibus illa, quoniam si civis tantoperè obligatur suæ civitati, ut inde, ipsá invitá, sese eripere, & alteri potestati mancipare nequeat, ex eadem ratione non poterit, eandem deserere aut invitam ejurare, sive in aliam transeat, sive instar ferarum per terram quamcunq; sine patria, sine domicilio vagetur. Quod si deserere nequit, quia manet ubique obligatus, concivibus, & Majestati, cui se totum semel subjecit, ad contractum servandum, modis legitimis compelli poterit ab eo, qui compellendi habet potestatem. Interest enim Reipub. ut pactis conventis stetur, & firmamentum societatis, quod fidei fulcro innititur, maneat inconcussum. In civitatem verò nemo adoptatur ad tempus, nemo se subjicit Majestati, secundum quid, qui modò verè civem se constituit vel subditum. Sicut enim nemo se potest alteri ligium Vasallum facere, qui non sit princeps absolutus, *Bald. in præl. feud. divis. 7 nu. 52. Alvarott. divis 13. Sonsbec. part. 3 n. 20. Rebuff. in declar. feud divis 10.* quia qui subditus est, semper cogitur superioris magistratus Majestatem excipere, *c. 1. de nov. form. fidelit. c. 1. §. fin. in fin. de proh. feud. alien. per Frid.* ut Guntherus *lib. 8.* testatur:

1. *Patriam nemini licet deserere invitam.*

2. *Nemo se ligium constituit, qui non est princeps absolutus.*

Quotiens feudali jure recepto

Vasal-

Vasallus Domino fides juramina præstat, Excipiendus erit Romanus nomine princeps.

3. *Fidem frangit civis, qui patriam deserit.* *Rolland. à Vall. cons. 44. nu. 2. Vol. 2. Rosenth. c. 2 concl. 3. de feud. div.* Ita quando in fidem & obedientiam, sibi promissam, non remittit civitas tam diu civis non est vel novam ñ. delitatem contrahere, vel veteri renunciare, quia contractus, rebus integris non dissolvuntur, nisi contrario contrahentium consensu. *l. ab Emtione 58. in pr. de pact. l. Emtio 5. in pr. de pact. l. Emtæ 3. in pr. de rescind. vend. §. 4. Instit. quib. mod. toll. oblig.* & conditio, quæ initiò dicta est obligationi, postea alia pactione, *l. sed Celsus 6. §. ult. de contrah. emtion.* vel pœnitentia deleri non potest *l. quamvis 39. C. de transact. l. non idcir. 012. . de contrah. emt.* Sive enim quis annascatur civitati, sive in originariorum civium albū

4. *Plus debetur patriæ, quam patri.* transcribatur, de consensu omnium Philosophorum & ICtorum aut æqualis debetur gratia patriæ & parentibus aut quò ampliori ruina cadit patria, & in plures beneficia sua, quàm privati parentes, extendit, eo scelestius in eam peccatur, adeò, ut si præmia *in l. minimè. de relig. & sumt. fun.* proposita assequi prohibeatur, qui parentes immolat patriæ, saltem à crimine parricidii propter publicæ utilitatis magnitudinem & prementem necessitatem excusatus haberi debeat, *prout prolixè hoc libr. C. 4. sect. 5. ad finem disputavimus.* Si quis enim patriæ salutem cogatur præferre propriæ, eò quod publicam perdendo, privatam nequicquam serves, ut ait Lævinus Cōsul *apud Liv. lib. 26. & disputabitur lib. 2. c. 1. sect. 3.* quidni etiam communem parentem, si contētio exorta fuerit, anteponas privatis? cum horum salus in publica contineatur conclusa; ut præmittit Valer. Max. *lib. 5. c. 6.* ubi enarrare aggreditur illorum laudes, qui ex suis incōmodis extruxerunt commoda patriæ. *Patria,* inquit, *Majestati, etiam illa, quæ Deorum numinib. æquatur, autoritatem parentum vires suas subjecit, fraterna quoq; caritas æquo animo ac libenti cedit, summâ quidem cum ratione. Quia eversa domo, intentatus Reip. status manere potest: Urbis ruina, penates omnium secum trahat necesse est.* Idem *lib. 4. c. 4.* antiquos Romanor. prædicat, quod *patriæ rem, nō suam, quisq; augere properaverint, pauperesq; in divite, quàm divites in paupere imperio versari maluerint.* Nec ego nunc me diffundere pergo in hunc campum, quo certatur de amore patriæ, ne rem certam operosa, sed non necessariâ probatione in scripturam deducam dubiæ veritatis; sed hoc dico, ex Pythagoræ præcepto, quod non solùm nobis & parentibus nascamur, sed maximam ortus nostri partem vendicet sibi patria, ut pluribus explicat Cicer. & Apul. *de Philos. moral. in pr.* Parentibus verò adeò arctè innectimur, ut nisi naturæ ipsi vim faciamus, illorum autoritatem ejurare nemini mortalium liceat. Tantò minus licebit patriam, quippe cui sanctius astricti sumus, quàm parentibus. Neq; parentib. neq; patriæ vim fieri oportere, ex Platone se didicisse scribit Cicer. *lib. 1 Epist. 9. ad Lent.* Camillus, licet invidiâ in immeritum exclusus esset exilium, non tamen Gallis se ducem, ut Martius Volscis, præbuit, sed sui tantum desiderium ingratis civibus imprecatus, expectavit occasionem, qua summam injuriam beneficio non interiore rependeret. *Liv. lib. 5.* Themistocles autem, quem virtus sua victorem, injuria patriæ Imperatorem Persarum fecerat, ut se ab ea oppugnanda abstineret, instituto sacrificio, excepium patera Tauri sanguinem hausit, & ante ipsam aram, quasi quædam pietatis clara victima concidit, eoque tàm memorabili excessu, ne Græciæ altero Themistocle opus esset, effecit. *Valer. Max. lib. 5. cap. 6.* Davidem Deus ipse, occulta inspiratione, domum remitti curavit, ne ab Achi, in cujus patrocinium se receperat, invitus traheretur ad bellum contra Saulem & patriam. 1 *Reg. cap. 29.* Nam & Sertorius, cum quo tot annos patria bellum gerebat, in fœdere cum Mithridate percusso, nominatim excepit patriam, *Plutarch in Sertor.* quam diximus paulò ante, *& libr. 1. de jur. Maj. c. 5 nu. 13.* in omni contractu tacitè exceptam intelligi.

5. *Quantum obligetur civis patriæ.*

6. *Quantoperè peccet desertor patriæ.* Quod si ita est, & ubiq; charitatem parentum vincit amor patriæ, quem Augustinus inter eas virtutes, quarum nomine Romanos præcipuè prædicandos censet, primo loco numerat, *lib. 18. de Civ. DEI.* qui unquam patriam perfidè deserit, aut scelestè impu-

impugnat, contra pietatem, *l. nu. ibi. cujus causa impios. C. Si curial. rel. civ. lib.* 10. & in jura tàm divina quàm humana peccat, coq; qualitate delicti, justè punitur. Megapolitani meditati erant Philopœmeni abjudicare jus civitatis, quod cum Lacedæmonii incũberent patriæ, ipse in Creta se pateretur externo implicari bello, ne patriæ salutem ante commoda peregrinorum haberet. *Plutarchus in Philop.* Theopompus hospitem quendam, qui gratias exigebat pro studio suo in Lacones, acerbè reprehendit, quod alienæ civitatis studiosus haberi mallet, quàm suæ, cum prima charitas debeatur patriæ. *Plutarch. in Lacon.* Inter capita, in quæ jurant Equites à Ludovvico XI. rege Gallorum instituti, *art.* 13. disertè excipitur patria à juramento Ordinis, dum ibi fit licentia Equiti, si Rex bellum indicat ejus patriæ, Regem deserendi, & pro patria arma capessendi.

7. *An liceat principi subditos domi detinere.*

Omnibus quippe principibus omni tempore, jure civitatis & Reipubl licuit peregrinaturos ad inimicas suspectasque regiones cives, in salutem publicam, domi detinere, & ab externis bellis ad commoda patriæ secludere. Moschorum sive Russorum princeps, ne aliò quidem peregrinandi animo, suos expatiari patitur, quod domi dominatum non passuros suspicetur, qui foris dulcedinem libertatis gustassent, *Sigismundus Baro in histor. Muscov.* Angli, Scoti & Dani, quia ditiones mari conclusas tenent, sine venia in transmarina neminẽ dimittunt, quod nunc apud Anglos eò religiosiùs observatur, quò plus periculi à transmarina superstitione sibi instare experiundo didicerunt. Primus Guilielmus Ruffus, cum videret regiones Angliæ exhauriri, civibus vitandarum exactionum causâ trans mare catervatim migrantibus, edicto vetuit, quenquam civium Insulâ, absque salvo conductu, exire, quod progressu temporis invaluit in legem, *Polydor. Virg. in Guil. II.* & Henricus II. ex Irlandia, ubi partem regionis occupaverat, revocavit Richardum Stranglovium, Comitem Cepstoviensem, cunctantemque redire cum bonis omnibus proscripsit. *Trivet. & Paris. in Henric. II* Richardus I. jussit in Insulam reverti, quicunque in Curia Romana sacris operabantur, & beneficia inde promereri studebant, cum exitiali detrimento Iurisdictionis Regiæ. *Helnishod. in Richard. II.* Regina Elisabetha 1581. multos Anglorum revocavit *remaining beyond the seas, under colour of studie, and yet living contrary to the lavves of god, and of the realme, ut ait Stovv. in Elisabeth.* Philippum quoque Hovvardum, Comitem Arundelium, in turrem Londinensem conjecit, 1585. *die* 25. *Aprilis, for attempting to have passed the seas vvithout licence, Idem ibid.* Memini, cum Londini viverem ante quinquennium, à Magnæ Britanniæ Rege Iacobo paulò post detectam conjurationem pulverariam, universali edicto, occlusos fuisse Portus juratis Romanæ sedi antistitibus, & revocatos ex Italia, quicunque illuc sine venia se contulissent. Nam in edicto quoq; Reginæ, quod arctius paulò, post tot conjurationes strinxit Iacobus I. *art.* 12. 13. *& ult. prout Mattha. Tortus refert cont. Apollo ant* 11. 12. *art. prout corrigit Episcop. Cicestr. in Tortura Torti, pag.* 127. cavetur, *ne quis regno exeat, militatum iturus, neve ex alia causa egressus, militet principi cuiquam extero seu Potestati, nisi suscepto prius fidelitatis juramento: qui secus faxit, ut pro felone habeatur. Pariter & ij, qui Equestris ordinis sunt, vel superioris ullius, aut qui functi aliquo castrensi munere, ut ne exeant regno in militiam, neve cuiquam militent, nisi syngrapham prius dent, & cũ fidejussore gemino se obstringant, (summa autem sit, viginti librarum, cautionis nomine) ne Papa reconcilientur, vel in conjuratione ulla sint contra Regem, actu vel consensu, aut celent ullam quacunq; tandem ratione sibi cognitam,* &c. Hoc casu potissimùm spectatur diversitas religionis, quã post Pii V. in Reginam evibratum fulmen subditi à fide Reipubl. data ad usitatas avertebantur conjurationes: Sed & ex Scotia revocavit Elisabetha Lenoxium Comitem, & redire negantem cum feudis omnibus proscripsit, *Bodin.* 1. *de Rep. c.* 6. nec potuit Alanus, Rollandi filius Scotus, Regno Anglorum se prius submittere, quàm Guilielmus Rex Scotiæ consentiret. *Buchan. lib.* 8. *hist. Scot.* Florentini, autore Laurentio Medico principe, Româ revocarunt Franciscum Pastium, unum ex primoribus civibus, quod cum

cum Francisco Salviato, contra voluntatem Reipubl. Pontificem Pisanorum à Sixto IV. in eorum Medicum declaratum sentiret. Licuit enim Reipubl. ingruente causa aliqua gravissima, principes civium, qui abessent, edicto compellare & domum revocare. *Ioh. Mich. Brut. lib. 6. hist. Florent.*

8. *Vasallus amittit feudum, de quo fidem praestat alteri.*

Iure enim feudorum cautum est, ut si vasallus de feudo, alteri, quàm Domino, praestet juramentum, feudum per feloniam amittat. *Luc. de Pen. in l. devotum, Cod. de metall. lib. 10. Moz. z. de subst. feud. num. 14. Rosenth. de feud. cap. 10. conclus. 78.* Et sic Comiti Momfortio abjudicatus fuit ducatus Britanniae à Philippo Rege & Curia Parium, quod eum recognovisset à Rege Angliae, vetitus ne per sententiam Regis & Parium deferretur Carolo Blesensi. *Froiss. lib. 1. c. 71.* Iam ante Ludovvicus Sanctus, otto inter se & Henricum III. Anglum bello, Normannos, qui promiscua feuda possidebant, tàm cis, quàm trans mare, seligere jussetat, utra ex his bonis retinere vellent: Se enim non concessurum, ut qui bona Gallica retinere cogitarent, hosti obligati essent: quod eodem tempore in Anglia edixit Henricus, ut scil. inita optione, aut in fide Galli, aut Angli, remanerent. *Paris. in Henric. III.*

9. *An subditi prohiberi possint ab externa militia.*

Extat edictum Caroli VI. 9. *Maij Anno* 1413. latum *Parisiis*: *Ne quis arma capiat sub alius principis, quàm Regis auspitiis, lib. 12. Corp. Gall. t. 5. l. 2.* & sub initium regni remisit, idem culpam Comiti S. Pauli, quam incurrerat, quod inscio nec consentiente Rege in Angliam se contulerat, & nuptias cum sorore Regis inierat. 1380. *Gill. in Carol. VI in pr.* Carol. IX. praecisius vetat nobiles quoscunq; servitio Regis illigatos, ad alia officia provolare. *lib. 12. t. 1. l. 2.*

10. *Libertas Germanorum.*

Apud Germanos quidem antiquae libertatis speciem longa consuetudine conservatam fuisse, testantur proceres *in decret. Comit. Spirens. Anno* 1570. *§.* denselben. nimirum, daß es im heil geu Reich Deutscher Nation von Alters ein löbliche gestalt Deutscher Freyheit gehabt/ umb Ehr und Rhum mit Ritterl chen Thaten frembden Potentaten ohn alles beleidigen deß Vatterlandes und dessen zugehörigen/ zu dienen/ perinde ut olim Graeci non tantùm ab una Republ. in aliam, ut ex Philopoemenis, Arati & Alcibiadis historiis patet, sed etiam in Persiam ipsam Barbaro Regi militatum ibant, *Plutarch. in Them.* quem morem spectans Menedemus Terentianus ait: *In Heautont. Act. 1. scen. 1.*

Ergo istuc aetatis, non amori operam dabam:

Sed in Asiam hinc alij propter pauperiem, atq; ibi

Simul rem & gloriam armis belli repperi.

11. *Limitatur.*

Caeterum, ut de Themistocle supra monui ex *Valer. lib. 5. c. 6.* & ex opprobriis Alcibiadi factis patet, *Plutarch. in Alcib.* imò ut cōtinetur in verbis ipsius Decreti Spir. patria ubiq, excipitur, & praesupponitur patientia Majestatis, quae inveteratae consuetudini connivet, interdumque eam apertis legibus concedit. Absque hac esse incipit, utpote si Imperator, intuitu ingruentis periculi, aut exhaustae civitatis, subditos prohibeat ultra limites proficisci, quod jure territorii cuivis principi licere, quatenus Imperatorio edicto, aut pactis conventis, quae plerunq; subditi contra principem proferunt, non prohibetur, quotidiano usu, per auream bullam Caroli IV. confirmato, videmus: Non habent Cives amplius jus, invito principe, quo lubet, militatum abire, quia totum illud, quicquid est, dependet ab expresso vel tacito consensu principis, prout multae id genus limitationes adduntur *in d. decr. Spir. §.* und das vor etlichen Jahren. *cum seq. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 4.* Et Sebastianus Vogelspergetus *anno* 1548. Augustae capite plexus est, quod contra Edictum Imperatoris militum non parvam manum pro decoranda coronatione Regis in Galliam duxisset. *Tob. Paurmeist. lib. 1. de jurisdict. c. 3. ad fin.* Ad quae enim quisque jure tenetur, ad ea, si ultrò se conferre negligat, jure cogi potest, cum lex sit virtus armata, & officium suum facere tergiversanti necessitatem imponat.

12. *Ubiq; licuit Reipub. fugitivos cives retrahere.*

Non solum Romani, sed universi Latii & Italiae populi, hoc jure utebantur, ut scilicet ex aliena civitate, qui eò se recepissent, in patriam retraherent, quemadmodum M. Perpennae, qui Regem Aristonicum cepit, Crassianaeque stragis punitor extitit, patrem, nihil ad se pertinentia civis Romani jura complexum, Sabelli judicio petitum, redire in pristi-

pristinas sedes coegerunt. Vnde cujus vita triumphavit, ejus mors Papia lege damnata fuit, ut ait Valer. *lib. 3. cap. 4.* & M. Perpennæ nomen adumbratum falsus consulatus, caliginis simile imperiũ, caducus triumphus, aliena in urbe improbè peregrinatus est. Latini universim, cum cives Latii promiscuè sine lege, sine stirpe, in civitatem Rom. per migrationem & censum transirẽt, ne id post ea fieret, petierunt, & ut redire in civitates juberent Romani socios, deinde ut lege caverent, *nẽ quis quem civitatis mutandæ causa suum faceret, neve alienaret, & si quis ita civis Rom. factus esset, civis non esset.* Si enim pergerent in civitatem migrare Latini, perpaucis lustris futurum, ut deserta oppida, deserti agri, nullum militem dare possent. *Liv. lib. 4.* Cornelium item Balbum ab Roma ipsa repetebat accusator, quod invito populo Gaditano, unde oriundus erat, contra fœdera civitate à Pompejo donatus esset. *Cicer. pro Balb.* Iulius Cæsar legem sanxit: *Ne quis civis major XX. annis, minorve XL qui Sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset: Neu quis Senatoris filius, nisi contubernalis, aut comes Magistratus peregrè proficisceretur, Suet. in Cæs. cap. 42.* Augustus de Senatoribus addit, *ne quis eorum, injussu principis Italia excederet. Idem in August.* Claudius, censoria potestate, notavit quosdam, quod se inscio Italia excessissent: alium verò, quod Comes Regis in provincia fuisset, referens majorum temporibus, Rabirio Posthumo, Ptolomæum Alexandriam, crediti servandi causa, secuto, Majestatis crimen apud Iudices motum. *Sueton. in Claud c. 16.* Arcadius & Honorius Curiales omnes jubent intermi-

15. *Probatur ex legibus.*

natione moneri, *ne civitates fugiant, aut deserant rus habitandi causa fundum, quẽ civitati prætulerint, scientes fisco esse sociandum, eoquẽ rure se carituros, cujus causa impios se patriam vitando, demonstraverint. l. un. C. si curial. rel. civit. lib. 10. l. hi qui impos. 17. Cod. de rescind. vend.* Valentinianus & Valens ipsos Monachos ex eremo & solitudine erui *consulta præceptione* mandant, *atque ad municipia patriarum subeunda revocari & pro tenore Imperatoriæ sanctionis familiarum rerum carere illece-bris, quas per eos censemi vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum. l. quidam 26. C. de decurion. lib. 1.* Diocletianus & Maximianus ajunt: *Originem propria neminem posse voluntate sua eximi, manifestum est, l. penult. C. de munic. & orig. libr. 10.* & Constantinus ad alienam civitatem, incolatus occasione, transeunti originemq; suam eludere nitenti, gemina onera injungit, hæc quidem voluntatis, illa originis gratia, *l. ult. C. Eod. l. Filij 22. §. munic. eo. pet. l. de jure 37. in pr. ad Municip.* Neque enim *recusando quis patriam, ex qua oriundus est, neque mentiendo de ea, quam non habet, veritatem mutare potest,* ut ait Vlp. *l. assumtio 6. in pr. ad Municip.*

Eadem auctoritate Theod. Rex Gothorum, liberos Valeriani, in Syracusana civitate consistentis, Romæ detineri jubet, nec iis ante indulget discessum, quam *si id regiæ proloquatur affatus. Non enim sibi putet impositum, quod debuit esse votivum. Nulli sit ingrata Roma, quæ dici non potest aliena. Cassiod. lib. 4. Epist. 6* Neapolitani etiamnum regno exire non sinunt, nisi impetrata venia, eos, qui ex præcipua nobilitate oriundi, splendorem familiæ insigni expectatione auxerunt, *Afflict. decis. 105* Mediolanensis senatus decreto, nec jus alienæ civitatis capere, nec societatem cum vicinis coire, nec domicilium in ejusdem imperii finibus commutare civibus permissum est, *Bodin. lib. 1 de Republ. cap. 6.* & inter Helveticorum multos Cantones, qui jus civitatis, quale inter Athenas & Amysum describit Plutarch. *in Lucull.* inter Athen. & Rhodum, Livius *lib. 40.* ex fœdere sibi invicem non communicarunt, *Combourgeosie* vocant, ita pactum est, ut inter Romanos & Gaditanos, eosdemque & Latinos, ne quis ab una civitate, contra voluntatem Reipublicæ reciperetur in aliam. *Simler. de Republ. Helvet.* Peccant enim, qui civitati alienæ cives subtrahunt, perinde ut Plagiarii, qui familias surripiunt. & majestatis teneri eum, cujus dolo malo factum est, ne subditi populo Romano obediant, censet Scævola, *in l. cujusq; 4. ad l. Iul. Majest.* Peccant etiam, qui sui furtum faciunt, & quam in se potestatem ipsi non habent, in alios transferre conantur.

14. *Nemo ex proprio præiudicium alis.*

16. *Deserentes sui furtum facere.*

Multe-

Mulierem, viri potestati illigatam, vetat Aristot. 2. *Oecon* c. 1. absente marito, vel in domum suam quenquam admittere, vel in alienam excurrere: Et servos suos Cato ita assuefecerat, ne in ædes alienas pedem inferrent, nisi missi ab hero vel hera. *Plutarch. in Cat. Maj.* Quantò minus uxor se in universum poterit avellere viro, aut servus subtra-
16. here servitio Domini, cū ne Majestatis quidem summa potestas eò usq; extendatur, ut herili jure hac in parte præjudicium creare possit. *l. 2 ibi nec cuiquam jus suum detrahi. de his, qui sui vel alien. jur. sunt. l. si privatus. Qui & à quib. l. decurionum. C. de pæn. Const. Leon.* 10 *c. 1. & 2. de serv. nō ordin.* Barbarium servum, qui usq; ad urbanam præturam aspiraverat, Dominus vindicasset, nisi pro libertate transegisset. *Suid. in voc. Barbar.* Cum Cæsar & Antonius servos multos in Senatorium ordinem cooptassent, Maximum quendam, qui Quæstoris officio functurus erat, agnitum Dominus in servitutē retraxit. *Xiphil. in August.* Non sunt quidem cives cum servis confundendi, sed tamen in potestate Reipub. consistunt, cui privata sua voluntate præjudicium creare nequeunt. Nemo quippe plus juris confert in alium, quàm ipse habet. *l.* 55. *de R. I.* Tigranes capitis damnavit Zarbienum Regem Gordianorum, quod se inscio cum Luculli legato Appio Claudio amicitiam & pactū iniisset. Erat enim Tigrani subjectus. *Plut. in Lucul.* Per pennam post obitum ipsi Romani, tanquam falsum civem damnarunt, patremq; ejus ad Sabellos, à quibus injuria aufugerat, remiserunt. *Val. 3. c. 4.* Proinde deserere patriam nemini licet sine impietate, & quæ impiè fiūt, pro gravitate delicti, meritò vindicantur. *Si in eos, quos speramus nobis profuturos, nō dubitamus officia conferre,* ait Cicero 1. *off. quales in eos esse debemus, qui jam profuerunt?* Parentibus debemus vitæ initiū, patriæ verò conservationem: parentum beneficia priva-
17. ta sunt, patriæ publica. Propterea Zaleucus recte hanc legem tulit: Πόλιν φιλαιτέραν μηδεὶς ἄλλην ποιείσθω τῆς αὐτοῦ πατρίδος, id est, interprete Henrico Steph. *in lib. de fontib. jur. civ. Nemo civitatis ullius amicitiam sibi magis adjungat, quàm sua patria.*

Patriam sine ... deseri.

18. Nec hic exaudio Philosophos abstractos, qui *Omne solum forti contendunt esse patriam,* & sapientē nulli certo loco alligaturi, in medio mundo statuunt, quocunq; euntē, *eandem rerum naturam*, ut ajebat Varro Romanorum doctissimus, *eandem patriam, ejusdem indolis concives inventurum. Emetiamur* ait Sen. *cons. ad Helv. c. 9. in pr. quascunq; terras, nullum invenituri solum intra mundū, quod alienum homini sit. Vndecūq; ad cœlū ex æquo erigitur acies, paribi. intervallis omnia divina ab humanis distāt.* Paulò post: *Ita te disciplinis imbuisti, ut scires, omnem locū sapienti viro patriam esse. Epist. 28. In ultimas expellaris turbas licebit, in quolibet barbariæ angulo collocceris, hospitalis tibi illa qualiscunq; sedes erit. Cum hac persuasione vivendum est: non sum uni angulo natus: patria mea totus hic est mundus. Epist. 102. Patria est, quodcunque supernè universa circuitu suo cingit. Hoc omne convexum, intra quod jacent maria cum terris, intra quod aer, humanis divina secernens etiam conjungit, intra quod disposita numina actus suos excubant. In libr. 1. de tranq. ani. cap. 3. Magno animo nos non unius urbis mœnibus clusimus, sed in totius orbis commercium emisimus, Patriamque nobis mundum professi sumus, ut liceret latiorem virtuti campum dare* Item *in lib. de vit. beat. cap 31. in princ. Duas Respublica animo complectamur, alteram magnam & verè publicam, qua Dij atq; homines continentur, in qua non ad hunc angulum respicimus, aut ad illum, sed terminos civitatis nostræ cum Sole metimur: Alteram, cui nos ascripsit cōditio nascendi. Hæc aut Atheniensium aut Carthaginensium, aut alterius alicujus Vrbis, quæ non ad omnes pertineat homines, sed ad certos.* Et quæ præterea de communi patria Rhetoricè philosophatur Plutarch. *in lib. de Exil.* quæq; Cicer. 1. *de ll.* & Chrysost. *tom. 1. in Psal.* 48. de civitate universali communi tecto comprehensa, & per locorum situs distincta, in solatium miserorum exulum, & deductionem juris naturæ exaggerant Sidonius dicebat, *in ea non peregrinari, nisi Barbaros & servos.*

Quomodo Omne solum sit forti patria.

Hic cuncti gens una sumus: ait Claudian. 19.
Sed sicut *cap. 1 sect. antepen.* communionem Platonicam, ex natura universali, à Plotin.

Declaratur.

Bessar. Piccolom. defensam, propterea rejecimus, quod universalia perperam detrahat ad singularia, quodque appetitui naturali adversetur; ita ad hoc quoque argumentum respondere liceret, cum natale solum tacita dulcedine omnium animos ad se alliciat, & Sueton. non invenerit majus argumentum, quo probaret, Cajum Cæsarem Caligulam Antii natum fuisse, quam quod eum locum impendio dilexerit. *In Calig. cap. 8. Vlysses ad Ithaca sua saxa sic properat, quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros. Nemo patriam amat, quia magna est, amat, quia sua. Senec. Epist. 66.* An hunc affectum frustrà aut perperam nobis indidit natura, si patriam animus non habet, nisi mundum, si tàm benè habet Marius in ulva, quàm curru triumphali? Naturam prius oportet evertant Stoici, quàm affectus animis eradant, & patriam amare dediscant. Vivimus sub cœlo, tanquam loco communi, nec tamen propterea non trahitur quodque à proprio suo loco, ut docet Aristot. 4. *Phys. c. 11.* Ambitus mundi totius non tollit limites, quos patriæ cujusque posuit jus gentium.

10. *Ex causa fas esse patriæ valedicere.* Priusquam verò hinc abeamus, quæ de obligatione mutua civium & civitatis diximus, accipienda sunt, cum exceptione: *Rebus integris*, ut dicitur *in d. l. ab emtione 58. in princ. de pact. l. emtio 3. in pr. de rescind. Vend.* Nam sicut ex causa, sine mutuo consensu contractus solvuntur, *Instit. quib. mod. toll. oblig.* & servi, qui ad statuas confugerint, probata crudelitate Dominorum, exolvuntur nexu herili, *l. 2. de his, qui sunt sui. l. 1. §. 1. & 8. de offic. præf. urb. l. 4. in fi. l. 5. ad l. Cornel. de sicar.* ita subditorum quasi possessione & imperio multantur civitates ex certis causis, lege expressis. Nam Poloni tribus de causis Kmetonib. seu Villanis suis à Dominis recedendi licentiam faciunt,

11. *Quæ sunt illæ causæ.* si Domini scil. uxorem vel filiam Villici ad stuprum rapiat, si maneat excommunicatus per annum, si delicto suo prostituat bona subditorum direptioni. *Stat. Polon. lib. 1. c. 17. art. 6.* Supra verò ostendimus, quam sint Kmetones similes manibus mortuis. Imò ipsos ascriptos glebæ sinit Iustinianus invito Domino, ad clericatum aspirare, *§. si servus 17. Novell. 123.* Quid ni liceat etiam subditis ex causa mutare civitatem, cum obligatio matrimonialis, quantumvis in æternum contracta, nihilominus per adulterium & desertionem solvatur. Valentinianus quippe & Valens, quando Curiales vetant exhiberi ultra terminos provinciæ civitatis, excipiunt statim: *Nisi necessitas publica exegerit. l. Curiales 25. C. de Decur. lib. 10.* Ferdinãdus etiam Romanorum Imperator Germanis, qui cum principe de religione non consentiunt, concessit potius potestatem mutandi provinciam, alioque substantiam suam transferendi, quàm ut religionis diversitate principis jus turbetur, dummodo Domino territorii satisfacerent, der Leibeigenschafft vnd Nachstewer halben. *In pacific. relig. Anno 1555. §.* Wo aber vnsere. *Micha. Beuter. lib 1. histor. compl. ad Sleidan. Freder. Myndan. de proc. Camer. cap. 30. nu. 7. 8. 9. Springer. de pacif. relig. c. 7.* Sine pretio verò redemtionis non magis potuissent subditi prætextu religionis Rebuspublicis subtrahi, quàm Cato Vticensis, quantumvis magno ingruente civitatis periculo, volebat invitis Dominis abjudicari servos, *Plutarch. in Cat. Min.* quippe cum sine culpa & causa res sua nemini auferri queat.

De differentiis Civium. SECT. 9.

1. *Varios esse cives pro Aristot. astruitur contra Bodinum.*
2. *Inspsis adeò Rebuspubl. Helvetior. quæ affert Bodinus.*
3. *Necessariò differre cives in corrupta Republ. a civibus in Recta.*
4. *Civis definitionem non posse non esse Analogicam.*
5. *Alios magis, alios minus esse cives.*
6. *Qui sint magis cives secundum Arist. qui secundum Bodin.*
7. *Non eundem esse magis civem, qui est magis subditus.*
8. *Quis statuendus civis optima lege.*
9. *Romam quidem esse communem patriam.*
10. *Præcipuè tamen cives dici, qui Romæ habitant.*
11. *Ius civitatis, Suffragiorum & Magistratuum, differre inter se, ut Gradus.*

12. Ad

12. Ad civem Rom. præcisè, ut sic, non requiri, jus suffragiorum & magistratuum.
13. Nisi postquam plebs curules magistratus patribus extorsisset.
14. Ius suffragiorum datum fuisse omnibus civibus, etiam libertini generis.
15. Quibus tamen denegati fuere magistratus.
16. Quid per libertinum genus accipiendum.
17. Post tempus Ciceronis.
18. Defenditur Sueton. contra Sigonium.
19. Cn. Flavium libertini generis, factum Senatorem contra jus commune.
20. Ideoque factum illud omnibus improbatum fuisse.
21. Libertinis interdictum etiam prætexta.
22. Libertinos minus fuisse cives, quàm ingenuos.
23. Pueros non esse cives, nisi secundum quid.
24. Vt nec senes emeritos.
25. Infames non remanere in ordine civium.
26. Per ἀτίμους quid hoc loco intelligat Arist.
27. Quinam hoc nomine civitate excludantur.
28. Quid per exules intelligat Arist.
29. An exules remaneant cives.
30. De civibus Municipibus & colonis.
31. Vetustissimum morem fuisse ducendi colonias.
32. Municipia cum coloniis sæpè confundi.
33. Differentia inter Municipia & Colonias.
34. Municipia imitari quidem Magistratus Romanorum.
35. Sed eos constituere & leges ferre suo arbitrio.
36. Sacra Municipalia.
37. Descriptio Municipum.
38. Colonias per omnia ferè subjectas fuisse Republ. primævæ.
39. An melior conditio fuerit coloniarum, quàm municipiorum.
40. Nec colonos, nec Municipes perfectos fuisse cives.
41. Quantum juris perdiderint Coloni.
42. Civitas & jus suffragiorum τοῖς ἀποίκοις φανι.
43. Colonias caruisse jure suffragiorum.
44. Colonias fuisse duorum generum, Romanas & Latinas.
45. Vnde dictæ fuerint Latinæ.
46. Locus difficilis Suetonij explicatur.
47. In coloniam Latinam profectos cives civitatem amisisse.
48. Ius iniquum Latij & Latinarum Coloniarum.
49. Cives tàm ex Latinis, quàm Romanis coloniis fuisse cives secundum quid.
50. Proponuntur duo genera Coloniarum, cum & sine suffragio.
51. Romanos solitos fuisse victos in urbem recipere.
52. Sed plerunque sine suffragio.
53. Quosdam cum suffragio & tribu.
54. Sed sine curiis.
55. Longe à civium perfectione abesse colonos sine suffragio.
56. De civibus honorariis.
57. Quod cives non sint.
58. Nomen sine re nihil operari.
59. Quid sint præfecturæ.
60. Quid provinciales.
61. Disputatur de interpretatione l. 190. de V. S.
62. Quid sint provinciæ.
63. Iniquissimam fuisse conditionem præfecturarum & provinciarum.
64. Sed tamen à civium ordine prorsus non esse sequestrandus.

NOn assequitur naturam civium Bodin. *lib. 1. de Repub. c. 6.* quando Aristotelem reprehendit; quod cives Rempubl. datos negat unius esse modi. *3. Polit. c. 1.* & in optima Republ. virtute præditos, seu ut malè interpretatur Bodin. patritios magis esse cives dicit, quàm promiscuam & sordidis opificiis depressam plebem, *lib. 3. Polit. c. 3.* quod ipse falsum esse contendit in Republ. Helvetiorum & Argentinensium, ubi nobiles ferè ab omnibus imperiis summoventur. Si Aristoteles in civitate absolutè, seu in quavis Republ. optimos quosque magis cives vocasset iis, quos à beatitate, sordida & sedentaria vita tàm longè arcet, quàm longè eosdem tenet à virtute, fortasse aliquid contra Aristotelem dixisset. sed quia Arist. tantum de optima Rep. quæ ex virtute conditur, loquitur, quorsum accersitur 1. *Varios esse cives contra Bodin.*

2. *In ipsis adeo Rebuspubl. Helvet.*

instantia ex corruptâ. Hoccine est corrigere virtutes ad normam vitiorum? Nam, quod ad cardinem negotij attinet, in ipsis Argentinensium & Helvetiorum Rebusp alios magis esse cives fatentur, necesse est alios minus. Quo enim felicitatem, civitati propositam, magis assequitur quisque civium eò propius ad perfectionem accedit, & in eo genere, quod certis gradibus distinguitur, primas tenet. Dubium verò non est felicius in Republ. vivere eos, qui ad alternum imperium & honores admittuntur, quam qui à fructu Reipubl. prorsus excluduntur, ad servilem tantum obedientiam damnati, imprimis si plebs abjecta ad se solum omne imperium rapiat, & summis quibuscunque nata ingenia servili dominatione premat, quem statum corruptam Democratiam vocat Arist. & Tyrannide non minus vitiosam. Per rerum autem naturam fieri non potest, ut eadem sit civium seu subditorum natura in corrupta & integra Respubl. cujus rationem inexpugnabilem adjicit Arist. 3. *Polit. c.* 1. quod illa res in quibus subjecta seu species differant secundum prius & posterius, aut nihil omninò, aut parum conveniant, in conceptu generico. Respublicas verò differre secundum prius & posterius, *& hoc loco & lib. eod. cap.* 4. demonstrat ex eo, quod aberrationes seu prolapsus posteriores sint illa norma, à qua degenerant. Respubl. verò, & cives ad Rerump. formas distributos eadem decempeda metimur, cum se habeant Imperantes & Subditi, ut correlata, quæ per se invicem definiuntur. Necessum est igitur cives perinde in genere Analogo convenire, atque Respubl. quod non tantum ex Aristotelis, sed etiam ex ipsius Bodini definitione patet. Nam dum civem in genere definit *liberum hominem, summæ alterius potestati obligatum*, quot sunt gradus subjectionis, tot ab iis inferri civium varietates oportet, cum species mutentur, quoties mutatur differentia. Iam primum non tantum veri subditi, sed & incolæ summæ potestati alterius obligantur, quibus definitio tota competit secundum quid, quia secundum quid obligantur: Imò non incolis tantum, sed & Clericis ex dispositione Iuris Canonici, non competet nisi secundum quid cum horum personæ & bona, maximam partem à jurisdictione Reipubl. per Pontifices sint exemta. Quæcunq; verò definitio aliquam speciem complectitur simpliciter, aliquam secundum quid, ut se habet convenientia ad bona apparentia & vera, nec non Id quod est seu definitio Entis ad Substantiam & Accidens, inæqualiter speciebus tribuitur & Analogicè.

3. *Necessario differre cives in corrupta Rep. à civibus in bona.*

4. *Civem esse quid Analogum.*

Analogia autem eò evadit latior & minus exprimit specierum naturam, quò ad plura extenditur à definito aliena, quemadmodum Bodinus nolens volens cogitur, sub sua definitione continere etiam Eos, qui non sunt cives. Inter cives verò ipsos, quoad subjectionem, quanta occurrit differentia? Clerici, qui ratione originis & bonorum, si quæ possident, temporalium patriam ejurare non possunt, ut tradit Bart. *in l.* 1. *ad Munic.* ducto argumento ex adoptione, *arg. l. ordine. §. fin. ad municip.* adeoque in civium numero, quando agitur de favorabilibus, ipsos sese censent, annon exempti sunt plurimùm à potestate Reipubl. quam inhabitant? Quò magis autem sunt exemti, eò minus sunt cives, quia ubi differentiæ, ibi species recipiunt prius & posterius. An patritij in Republ. Venetorum, Nobiles in Polonorum temperata Aristocratia, eodem jure subjiciuntur, quò plebs infima? cum illic, perinde ut de Gallorum antiquis moribus dicit Cæsar, *lib. 6. bell. Gall. Plebe nihil fit contemtius*, & adeò arctè vulgus civium annectatur muneribus civitatis, ut, quemadmodum in posteros Romanorum invehitur Salvian. *lib. 5. gub. Dei per tot.* multi ad Barbaros in vicinia dominantes migraverint, *nec migrasse*, inquit, *pœnitet. Malunt enim sub specie captivitatis vivere liberi, quam sub specie libertatis esse captivi*: dum interim Ditiores, nobilesve in Oligarchia, Optimi quique in Aristocratia ad clavum Reipubl. sedent, non tàm subjecti; quàm imperantes, nec tàm cives, quàm civium Domini. Accidit quippe, ut qui in Democratia sit civis, in Oligarchia desinat esse civis, teste Aristot. 3. *Polit. cap.* 3. *in pr.* Etiamsi enim dominentur, ut omnes, conjunctim, subjiciantur, ut singuli, sepa-

5. *Alios magis alios minus esse cives.*

6. *Ex sententia Arist. & Bodin. diversi modi.*

separatim: tamen multum interest, inter eos, qui perpetua subjectione damnantur, ab omni imperio seclusi, & qui à subjectione tàm diu eximuntur, quàm diu magistratum gerunt. Illi enim magis subjiciuntur, hi minus: Ergo & illi magis sunt cives, secundum Bodinum, quàm hi. Vnde vel ex ipsius Bodini sententia nomen civium recipit magis & minus, dicturque secundum prius & posterius, nisi quod Arist. eos magis cives esse velit, non qui magis subjiciuntur, sed qui magis participant jura civitatis. Iustinianus quippe adscriptos glebæ declarat per sententiã homines liberos, *l. cũ satis* 23. *§. cum autem. C. de agr. cens. lib.* 11. eosq; ita potestati obligatos constituit, ut ne de agro quidẽ in agrum commeandi potestatem habeant. An tu hos magis cives dixeris, propter majorem subjectionem, quam Viros consulares & Patritios, quos favor Majestatis ab artissimo subjectionis nodo multis modis liberavit? An in Germanorum imperio priores partes inter cives sibi vendicant coloni aut tenues urbicolæ, quia magis subjiciuntur, quam principes, aut Status

7. *Non idem magis civis est, qui est magis subditus.*

imperij? Interest & hoc inter Subditos & Cives, quod non sit statim magis civis, qui magis est subditus, quia subditum æstimamus ex subjectione, civem verò jussit nos Arist. æstimare ex communione judiciorum & imperiorum *ἀρχῶν*. Quid si à regno progrediaris per medium dominatum ad Tyrannidem, quantũ in tribus his Monarchiæ speciebus subjectionis diversitatem deprehendes, dum Tyrannus subditos prorsus damnat in servitutem, Dominus bonorum & sè etiam corporum directum se fert Dominum, Rex verò, omnia privatis possessoribus propria relinquit, solâ potestate utendi generali ad salutem Reipubl. contentus.

8. *Quis sit civis optima lege.*

Sicut igitur Iustinianus *in l. 1. §. fin autem socius 2. C. de comm. serv. manum plenissimam libertatem* vocat, qua civitate Romana manumisso perfrui datur: Ita rectè Sigon. *lib. 1. de antiq. jur. Civ. Rom cap. 1.* varietatem civium Romanorum propositurus, primo loco definit eum, quem *optimo jure*, seu *optima lege*, hoc est, plenum & perfectum civem (*Optima* enim *lex* Festo dicitur. *qua in Magistro populi faciendo, quam plenissimum posset, jus esse significabatur. Ravard. lib. 3. conject. cap. 20.*) constituit, id quod ex communi Methodo, qua definiri & tractari convenit Analogas species. ductu Aristot. 3. *Polit. cap. 1. & 3.* nobis hoc loco in generali civium divisione sequendum est. Regulam enim quandam oportet præmittamus, eamque desumamus à præcipua specie, ad quam cæteræ civium varietates omnes exigantur. Nam licet Roma communis patria sit, *l. Roma ad Municip* & in orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini, cives Romani effecti sint, *l. in orbe 17. de stat. hom.* unde Strabo *lib. 5. Geogr.* Italos omnes Romanorum nomine dignatos fuisse testatur:

9. *Roma communis patria.*

Tamen Cicero *pro Arch.* ex tanta latitudine præcipuè civem dici affirmat, qui Romæ habitet, non quod domicilium aut cohabitatio quicquam ad cives naturam attineat, sed quod signum perfecti civis præbeat. Perfectus enim civis non erat, ab honoribus & comitiis publicis sequestratus, siquidem jure suffragiorum sæpè multarentur, quibus jus civitatis minuebatur. Ad comitia verò aditus non patebat incensis domoque & tribu, sive in urbe, sive in agro Romano carentibus, cum suffragia per tribus, curias & Centurias ferrentur: multoque minus ad honores magistratusve gerendos, cum M. Perpennam Papia lex damnavisset, quod Consul fuisset, antequam civis, patremq; eius nihil ad se attinentia civis Rom. jura complexum, Sabelli judicio petitum, in pristinas & originarias sedes redire coëgerunt. *Valer. lib. 3. c. 4.* Differunt enim per gradus Civitatis, Suffragiorum & Magistratuum Ius, cum Cærites civitatem obtinuerint, sed sine suffragio, *Gell. 16. c. 13.* plebs universa lege Valeria, jus suffragiorum acceperit. *Plutarchus in Valer. Liv. lib. 2. Halycarn. lib. 5. Cicero lib. 3. de ll. & 2. de Orat.* nec tamen ad magistratus aspiraverit antequam ad sacrũ montẽ accessione tribunos pl. extorqueret, & post exactos Decemviros, Icilij & Canuleij seditiosis concionibus, ad Curules quoque aditus sibi patefaceret, quam tamen viam ante Sextij consulatum, & huius Licinijque novennalem tribunatum, emensa

10. *Præcipuus civis Rom.*

11. *Differentia inter ius civitatis suffragiorum & Magistratuum.*

nun-

12. *Ad civem Rom. præcisè non requiri ius Suffrag. & Magistrat.*

nunquam fuit. *Liv. lib.* 4. & 6. Vnde apparet ad civem Romanum, ut sic, vel absolutè acceptum, non requiri præcisè vel jus suffragiorum, vel potestatem adeundorum magistratuum, cum plebs Romana curules magistratus diu per annos 142. solis ferè patritiis cesserit, nisi, si quis per seditionem fortè ex plebe tribunus militum consulari potestate crearetur, extra ordinem, prout anno 355. unicus M. Veturius, ex patribus, reliqui quinque ex plebe desumti, leguntur, *apud Liv.* & *Halyc.* Quin & Solon infimam classem civium à magistratibus prohibuit, *Plutarch. in Solon. Arist.* 3. *Polit. c.* 7. & 2. *Polit. c. ult.* quod à Clisthene, Ephialte, Pericle, Demosthene, aliisque plebicolis postea correctum fuit, *Arist.* 2. *Polit. c. ult. Xenoph. de Repub. Athen. Plutarch. in Pericl.* Sedit enim omnibus hæc sententia, libertatem non prius reddi civitati, nec æquam fore civium conditionem, quam si omnes promiscuè, qui digni sint, ad quoscunque magistratus admittantur, quemadmodum Canulejus, *apud Livium lib.* 4. & Licinius cum Sextio, *lib.* 6. ubiq; inclamant: *An esse ulla major aut insignior contumelia potest, quàm partem civitatis velut contaminatam haberi indignam connubio? quid est aliud, quàm exilium intra eadem mœnia, quam relegationem pati?* Item: *Denique utrum tandem populi Rom. an vestrum, summum imperium est? Regibus exactis utrum vobis dominatio, an omnibus aqua libertas parta est?* Et in fin. *Parata vobis plebs est, si connubiis redditis unam hanc civitatē tandem facitis: si coalescere, si jungi miscerique vobis privatis necessitudinibus possunt: si spes, si aditus ad honores viris strenuis & fortibus datur: si in consortio, si in societate Reipubl. esse; si quod aqua libertatis est, invicem annuis magistratibus parere atque imperitare licet.* In eandem sententiam Sextius Licinio: *Consulatum superesse plebeiis: Eam esse arcem libertatis, id columen, si eò perventum sit, tùm p[o]pulum Roman. verè exactos Reges ex urbe, & stabilem libertatem*

13. *Nisi post impetrates curules magistratus à plebe.*

suam existimaturum. Quippe ex illa die in plebem ventura omnia, quibus patritij excellant, imperium atque honorem, gloriam belli, genus, nobilitatem, magna ipsis fruenda, majora liberis relinquenda. Quod ex quo impetrarunt, ex eo rectè definiunt perfectum civem Romanum, Sigon. *d. c.* 1. *l. 6.* 1 Coras. *ad l.* 2. *§. Eodem temp. n.* 6. *de orig. Iur.* Althus. *in Polit. c.* 5. Casaubon. *comm. in Sueton. August. c.* 40. *Verb. Vrbs adaequares*, & alij, per potestatem honorum, quæ tribum & domicilium præsupponit. Nam & Homer. extorrem & à civitate exclusum hominem vocat tribus, domus & legum seu Reipubl. expertem, ἀφρήτορα, ἀθέμιστον, ἀνέστιον. *lib.* 9. *Iliad. Arist.* 1 *Polit. c.* 1. Claudius Censor, *apud Liv. lib.* 45. *tribubus omnibus amovere*, nihil aliud esse dicit, quàm *civitatem libertatemquè eripere.* Antea

14. *Ius suffragiorum ... fuisse ... omnibus ... nam ... nu.*

pro honorum potestate sufficiebat jus suffragiorum, quod lege Valeria omnibus civibus datum erat, adeoque ipsis libertinis, quippe, quos ex omnibus tribubus, ubi ingenuis calculis præripiebant, sine tumultu sevocando, Fabius Maximi nomen promeritus erat. Ad magistratus tamen & honores ne ipse quidem Canulejus eorum greges admitti volebat, dum ait: *Perinde hoc valet apud patritios, Plebejus ne Consul fiat, tanquam servum aut libertinum aliquis consulem futurum dicat: Ecquid sentitis, in quanto contemtu vivatis? Liv. lib.* 4. Primus Appius Claudius Cœcus, Anno 443. cum C. Plautio, rigida sua censura, filios libertinorum in Senatum legit, ut refert Livius *lib.* 9. *in fin.* & Flor. *in Epit.* unde primus dicitur suffragia libertinis dedisse, *apud Plutarch. in Publ[i]c.* qua lectione adeò deformatum putarunt ordinem summi honoris sequentis anni Consules, C. Iunius Bubulcus, &

15. *Liberti[nis] denegat[a] ... magistra[tus].*

Q. AEmylius Barbula, ut negarent eam lectionem se, quæ sine recti pravique discrimine ad gratiam ac libidinem facta esset, observaturos: & Senatum ex templo citaverunt eo ordine, qui ante censores Appium Claudium & C. Plautium, qui ob infamem hanc & invidiosam lectionem, verecundia victus, ante diem magistratu se abdicaverat, fuerat. *Liv. lib.* 9. Et tamen C. Flavium, Cn. filium, *ut Livius scribit*, seu, *ut Piso, Plinius & Pomponius.* Cn. Flavium Annij filium, non tantùm AEdilem curulem, quam dignitatem illi tribuunt Liv. & Valer. Max. item tribunum plebis, quam Plin. sed & Sena-

Senatorem factum accepimus à Pomponio in l. 2. §. postea cum Appius. de origin. jur. licet libertino patre natus esset ut omnes, quos laudavi, consentiunt. Piso lib. 3. Annal. unde Gellius libr. 6. cap. 9. Livius libr. 9 in fin. & Florus in Epit. Plin. libr. 33. cap. 1 Cicero pro Mura. Valer. lib. 2. cap. 5. Pompon. in d. §. postea cum Appius. Quid
16. verò per libertinum tempore Appij Romana lingua intellexerit, in dubium vocat Sueton. in Claud. c. 24. quando Claudium reprehendit, quod latum clavum, quamvis initio affirmasset, se non lecturum Senatorem, nisi Romani civis abnepotem, etiam libertini filio tribuerit, sed sub conditione, si prius ab Equite Romano adoptatus esset, idque exemplo Appij Cœci Censoris, generis sui proautoris, excusatum reddere voluerit, cum & is libertinorum filios in Senatum legerit. Verba Claudij ex oratione ejus, sed alium in finem prolata, perscripsit Tacit. lib 11. Annal. Libertinorum filius magistratus mandari, non ut plerique falluntur, recens, sed priori populo factitatum est. Errasse autem Claudium Imperat. ait Sueton. ignarum, temporibus Appij & deinceps aliquandiu, libertinos dictos non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos, quam observationem Suetonij reprehensurus, Sigon. lib. 1. Civ. Rom. jur. c. 6. ex posteriori ætate, præcipuè, qua Cicero in Antonium scripsit, argumenta accersit, quæ ut vera sint, nihil tamen contingunt verba
17. Suetonij. Quintilianus enim ait lib. 7. Servus cum manumittitur, libertinus: Addictus receptâ libertate est ingenuus, & Libertinos definit Cajus, qui ex justa servitute manum missi sunt. l. libertin: 6. de stat. homin. Vlpianus libertum refert ad patronum, Libertinum vocat qui est ejus conditionis, l. ult. si libert. ingen. ita ut vocabulum posterius conditionem manumissorum in universum designat, prout notat Valla lib. 4. c. 1. Anton. Fab. ad t. de libert. princ. 2 Illat. 3. Sic Cicero eundem vocat libertũ & libertinum hominem. Act. in Verr & Macrob. per libertinorum filios intelligit, qui ex manumissis nati sint. l. b. 1. Saturn. c. 6. Horatius verò l. b. 1. Sat. 6. patrem suum libertinum nominat, quia erat conditionis libertinæ ex Apulia, ut notat Petr. Crinit. in Vit. Horat. & Ascens. in pr. d. Sat. 6.

Nunc ad me redeo: libertino patre natum.

Quem rodunt omnes libertino patre natum.

& interpretationi Suetonij apertè accedit, in pr. quando ait: Censorque moveret

Appius, ingenuo si non essem patre natus.

Sensus est, secundum Ascens. quod Appius, qui vilissimos quosque ad honores promovebat, meritò ab iis removisset Horatium, si non fuisset ingenuo patre natus.

Cæterum, quod horum vocabulorum significatio per ducentos & quinquaginta annos (tot enim ferè numerantur inter censuram Appij Cæci & consulatum Ciceronis) nihil demutata fuerit, quodve libertini iidem fuerint tempore Cœci, quod fuerunt tempore Ciceronis, quodque Cic. dum pro Cluent. ait: Lentulus Popil. um, quod erat libertini filius, in Senatum non legit, eosdem intelligat, quos allegit Appius, id neque à Sigon. neque à quoquam præterea demonstratum est, licet à licentiosis scriptoribus Suetonius vulgò reprehendatur. Patet verò libertinæ conditionis hominibus denegatum fuisse jus Senatoriæ dignitatis, quicquid provocat ad priora Appij tempora Claudius Imp. quoniam censura Appij, qua non libertos, si Suetonio credimus, sed libertorum nepotes ad minimum, eosque ingenuos novi Senatui obtrusit, unanimi civitatis & Consulum consensu damnata fuit, Liv. lib. 9. & quod Cn. Flavius ex Scriba factus fuit Senator & AEdilis Curulis, partim vitio temporis, quod tum Appius forensi factioni, (sic vocat Livius turbam libertinorum, proinde ut Tacit. lib. 14. Annal. plebs Rom. maxima sui ex parte libertin. generis hominibus constabat) vires contra Senatum præter spem dedisset, partim singulari ejus merito imputandum venit. quod civile jus repositum in penetralibus Pontificum evulgasset, fastosque circa forum in albo proposuisset, ut, quando lege agi posset sciretur. Hoc enim inquit Pomponius: adeò gratum fuit populo, ut Tribunus plebis & Senator & AEdilis crearetur. Quin & ædem Concordiæ

Marginalia: 16. Libertini apud veteres quidam. — 17. ... tempora ... — 18. Suetonius defensus. — 19. Cn. Flavius factus Senator contra ius.

cordiæ in area Vulcani, summa invidia Nobilium dedicavit, coactaque consensu populi Pontifex Max. verba præire, licet negaret more Majorum, nisi Consulem aut Imperatorem, posse templum dedicare. Interim non cessarunt ingenui cives insolitam libertini hominis dignitatem detestari, eodemque loco habere, quò censura Appij, unde error hic prorepserat. Nam Senatus ad populum tulit, ne quis posthac injusso Senatus, aut Tribunorum pl. majoris partis templum dedicaret: *Liv. lib. 9. in fin.* Venientem, ad visendum ægrum Collegam suum, nullus nobilium, quibus erat refertum cubiculum, loco recepit, nullus intranti assurrexit. *Gell. lib. 6. c. 9. Valer. lib. 2. c. 5.* Et plerique eorum aureos annulos & phaleras deposuerunt, quod ea ornamenta à tàm indignæ sortis homine gestari dolerent. *Liv. lib. 9. in fin.* Libertinis enim ab initio ne prætexta quidem uti licebat, perinde ut nec peregrinis, *dicente Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 6.* sed postea libertinorum filiis prætexta concessa est, cum ex libris Sibyllinis ad obsecrationes cum ingenuis admitti etiam pueros libertinos didicissent. Hinc enim concessum, ut libertinorum quoque filij, qui ex justa duntaxat matrefamilias nati fuissent, togam prætextam, & lorum in collo pro bullæ decore gestarent. Claudij item Imperat: propensus in libertinos favor, tanquam insolitus eo tempore, excusatione & exemplo Appij Cœci indiguit, & Nero libertinos quoscunque, qui hac autoritate in curiam irrepserant, loco movit, ut idem Sueton. testatur *in Ner. cap. 15.* Erant igitur cives libertini, quia à primis urbis Romæ incunabulis, una atque simplex libertas competebat, id est, eadem, quam habebat manumissor. *§. ult. Vers. quia & à primis. Inst. de libert.* sed deterioris conditionis, quàm ingenui, quibus indiscretum honorum viæ patebant post rogationes Licinij & Sextij, quæ occlusæ erant libertinis, ut & conjugia ingenuorum, prout diximus *de jure connub. cap. 3. sect. 5 & 6.* & constat ex privilegijs Hispalæ libertinæ à Senatu ob indicata Bacchanalia indultis, ubi ipsi inter cætera potestas sit nubendi ingenuo. *Livius lib. 39.* Quibus verò interdictum sit mutuis connubiis, eos in una & eadem civitate exulare, disputat Canulejus *apud Liv. lib. 4 in pr.* Minus certè cives sunt, qui minus admittuntur ad ea, quæ sunt omnium, & ad omnes spectant, & Aristot. ad optimam Rempubl. oculos intendens, a qua jubet ipsos opifices exulare, ἀπελευθέρους seu libertos civium numero proinde eximit, ut servos. *lib. 3. Polit. c. 3.*

20\. *Ideoq. falsū illud improbatum ab omnibus.*

21\. *Libertini distinguebantur, etiam vestitu.*

22\. *Minus erant cives libertini, quam ingenui.*

Adeoque primus & summus gradus civium consistit in participatione vel magistratuum, vel comitiorum publicorum, à quo quantum alij abscedunt, tantum degenerant ab ultima civitatis perfectione. Alios enim prohibet ætas, aut defectus aliquis: alios à foro abigit interdictum & dispositio Reipubl. Etenim pueros, μήπω δι' ἡλικίαν ἐγγεγραμμένους, & senes ἀφειμένους cives quidem vocat Aristot. 3. *Pol. cap.* .. *&* 3. sed ἀτελεῖς, seu ἐν ὑποθέσει, seu ἐξ ὑποθέσεως, illos quidem ἁπλῶς, hos παρηκμακότας. Quam sententiam immeritò reprehendit Kirchner. *diss. 7. de Republ. num. 2. lit. c.* Sicut enim liberos vocant jura Dominos paternorum bonorum propter spem successionis: ita spes obtinendorum civitatis jurium pueros cives facit, sed imperfectos seu inchoatos. Perfectus enim non est, cui nihil licet tractare eorum, quæ ad civitatem pertinent, quemadmodum Romani ante virilem togam sumtam; quod differebant, donec annum excessissent XVI. *Sueton. in Aug. cap. 8, in pr. Lazius 8. comm. Reipubl. Rom. cap. 1.* Athenienses, antequam apud populares tabulis Lexiarchicis nomen professi essent, ad civilia munera & honores pueros non admittebant *Pollux. lib. 8.* Per Lexiarchicas enim tabulas non tantùm hæreditatis adeundæ jus, ut nomen ipsum indicat, (λῆξις enim antiquitus hæreditas dicebatur). sed & magistratuum potestatem sortitos cives Athenienses scribit Suidas, & Euxius, *apud Demosth orat. in Bœot.* professionem apud populares objicit Eubulidi, pro firmissimo communicatæ civitatis argumento. Ita & Senes exauctorati, seu dimissi, civitate quidem non cadunt, sed ut pater nomen inane post mortem liberorum retinet, ita senex memoriam gestæ dignitatis, diciturque inde *civis effœtus*, quia ut Varro scripsit.

23\. *Pueri non sunt cives nisi secundum quid.*

24\. *Ut nec senes emeriti.*

scripsit in vita pop Rom. teste Nonio: *Cum in quintum gradum pervenerant, atq; habebant 6 annos, tum denique erant a publicis negotiis liberi atq; expediti & ociosi. Idem in proverbium quidam putant venisse: sexagenarios de ponte deijci oportere, id est, quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant.* Hinc & *depontanes* dicebantur sexagenarij, sive quod à ponte praecipitati fuerint per juvenes, ut ipsi *ferrent suffragia soli*, ut ait Ovid. *lib. 5. Fast.* sive quod conclamaverint juniores, de ponte dejiciendos Senes, quia nullo publico munere fungerentur, ut ait Festus. Nam qui non tantum ab honoribus, sed & suffragiis depelluntur, summam perfectionem civis longo post se intervallo relinquunt.

Idem Iudicium faciendum putat Arist. *d. cap.* 1 περὶ τῶν ἀτίμων καὶ φυγάδων, qui civitatis quidem jus retinent, sed non integrum nec perfectum, ideoque perinde, ut pueri & senes non dicuntur cives ἁπλῶς, sed cum adjectione aliqua imperfectionem de-

25. *Infames an sint cives.* notante. Per ἀτίμους & inhonoros intelligo, quicunque ob labem & defectum indigni sunt civium dignitatibus supremis, quo loco apud Athenienses habebatur plebs infima, apud Romanos ærarij, quibus, ut ait

26. *Per ærarios quid intelligat Arist.* Ascon. *in divin. Cicer. nullum munus erat relictum, nisi ut essent in albo centuriæ suæ tantummodo, ut tributi nomine æra penderent.* Montecatin *in Explan. tex. 2. ad fin. lib. 3. Polit.* hinc affert libertinos, quos ait in tribus quidem descriptos fuisse, sed jure suffragij caruisse, quod de libertinorum forensi factione quidem falsum est, ut ex supra dictis constat, qui inde à tempore Servij, in quibus voluerunt, tribubus suffragia tulerunt, à magistratibus saltem Curulibus repulsi. Deditij verò & Latini seu Iuniani eo loco erant, quia is demùm in ordinem Deditiorū rejiciebatur, qui vincula, verbera, stigmata corpore ob delictum passus, aut alicui illorum vitiorum, quæ lex Ælia Sentia enumerat, obnoxius fuisset, ut Vlpian. *in fragm. ... deditiorum. t. de libert.* Theoph. *Inst. Eod.* §. Ἐὰν τις ἐν τῷ καιρῷ τῆς δουλείας, &c. Qui enim tantis sordibus sese commaculassent, aut infami in scena cum [...]s depugnassent, utut postea libertatem impetrassent, indignos censuerunt Romani, quos splendori cæterorum civium immiscerent, cum *Majestas Quiritium ad Deorū immortalium numen propè accedens, Cic. pro Rabir. in pr.* vinculis plagisque servili-ter conscissos abhorreat, & inter ingenuos non admittat, qui notis ingenuitate indignis corpora afferant conscripta. *Quid enim tantum est, quantum jus civitatis?* ait Cicer. 2. *de ll.* Ipse Augustus cum de numero, & conditione & differentia eorum, qui manumittentur, copiosè cavisset, hoc quoque adjecit: *Ne vinctus unquam, tortusve quis ullo libertatis genere civitatem adipisceretur. Sueton in Aug.* Huc pertinent & illi, quos Censores per ignominiam in Cæritum tabulas referebant, hoc est, quibus jus suffragij ob demeritum aliquod demebant, & si qui praeterea in infamiam condemnantur, & eo nomine à dignitatibus & officiis publicis, salvâ civitate, depelluntur. Retinent enim civitatem sed valdè diminutam & circumcisam. Quid accersam hinc Colonos seu glebæ ascriptos apud posteriores Romanorum. *C. de agric. & cens. lib.* 11. Quid Sclavos in extremam paupertatem damnatos à Germanis? aut Wallos ab Anglis? His quippe Henricus IV. interdixerat armis, in urbes, castella, collegia Angliæ recipi vetuit, & ipsos collegia instituere inq; iis artes docere, aut comitia congregare prohibuit, ad omnes dignitates fores iis occlusit, & libertate eadem voluit Anglum, qui ex VVallia uxorem duceret. Vetuit Anglorum quenquam coram VVallo accusari aut in jus trahi, &c. *David Povvel in addit. ad hist. VVall.* An nihil interesse putas inter hos & perfectos cives?

27. *Qui hoc nomine civitate excludantur.*

Per *Exules* intelligit Aristoteles non deportatos, qui civitatem prorsus amittunt, *l. penult, de c. min. cum sim.* sed, qui salva civitate circumerrando, à foro & comitiis abstinere coguntur, *l. relegatorum 7 §. 2. & 3. de interd. & releg.* de quibus sic ratiocinatur Cicero *pro Cæcin: Quod ad exilium attinet, perspicuè intelligi potest, quale sit. Exilium enim non supplicium est, sed perfugiū portusq; supplicij. Nam qui volunt pœnā aliquo modo subterfugere, aut calamitatem eo solū vertunt, hoc est, sedē ac locū mutant.*

28. *Quid per Exules intelligat Arist.*

29. *An bis sint cives.* *itaque nulla in lege nostra reperietur, ut apud ceteras civitates, maleficium ullum esse exilio multatum, sed cum homines vincula, neces, ignominiasque vitant, quæ sunt legibus constituta, confugiunt quasi ad aram in exilium, qui, si in civitate legis vim subire vellent, non prius civitatem, quam vitam, amitterent. Quia nolunt, non adimitur his civitas, sed ab his relinquitur atque deponitur. Nam cum ex jure nostro duarum civitatum nemo esse possit, tum amittitur hæc civitas denique, cum is, qui profugit, receptus est in exilium, hoc est, in aliam civitatem.* Hi igitur, qui ante dijudicatam causam exulant, & qui relegantur, retinent quidem civitatem, sed non simpliciter, verum cum adjectione, ut dicantur cives *exules* vel *relegati*, sicut illi cives *ærarij*, *proletarij*, *dedititij*, &c.

30. *De Municipibus & Colonis.* Atque ad hunc ordinem referendi sunt etiam Municipes, & qui in Colonias mittuntur. Coloniarum origo vetusta admodum est, & à plurimis gentibus, *ut Vellej. docet lib.* 1. introducta, sed à Romanis longius latiusque diducta. 31. *Vetustissimus mos ducendi colonias.* Cyrene enim, jussu oraculi, ex Græcia transplantata, & novæ instar coloniæ Africano solo inserta legitur apud Herodotum. Athenienses ex responsis Apollinis Delphici, communi consilio totius Hellados, XIII. colonias eodem tempore effuderunt in Asiam, quarum seriem vide apud Vitruv. *lib.* 4. *c.* 1. & Amysum incolas miserunt ea lege, ut si cui Atheniensium eò libeat emigrare, ipso facto jus civitatis, non secus ac natus civis, acquireret. *Plutarch. in Alex.* Sic Apollonia & Syracusa Corinthiorum, Epidamnus Corcyreorum, Alexandria in Ægypto, Seleucia in Assyria, Babylon in Mesopotamia Macedonum coloniæ dicuntur. Nec defuisse, qui Romam ipsam coloniam Græcorum esse contenderint, refert Strabo *l. b* [illegible], idque Cæcilius improbo hoc argumento probari posse putabat quod Græco more sacrificassent Herculi. Tarentum Lacedæmoniorum coloniam facit Horat. *l. b.* 3. *Od.* Heracleam Tarentinorum Livius *lib.* 8. ut & Acerinam Brutiorum *ib. d.* Romanorum verò colonias sive intra, sive extra Italiam, quis brevi papyro comprehenderet? *Hic populus*, ait Seneca, *consol. ad Helv. cap.* 7. *quot colonias in omnes provincias misit? Ubicunque vicit Romanus, habitat.* De causis coloniarum agemus *part. secund.* ubi inquiremus, *an sit ex usu Reipubl. recens devictis nationibus colonias, tanquam arces imponere*, quemadmodum Aquas Sextias à C. Sextio Calvino Cons. ductas, ut essent propugnaculum litoris & portus Massiliensis, testantur Livius *l. b.* 61. Strab. *l. b.* 4. Hic de natura earum agendum nobis superest, quantum à perfectione consummati civis abscedant, seu quantum de jure civitatis amittant.

Quanquam verò post l. Iuliam & Pompejam, qua civitatis jura omnibus Italiæ populis patefiebant, confundi & aboleri cepit discrimen Coloniarum & Municipiorum, adeò ut Festus & Cicero *pro Rull.* multa municipia nominent, quæ Vellej. *lib.* 1. Plin. *lib.* [illegible] Livius *passim*, & ex iis Frontin. *in lib. de Colon.* passim pro coloniis obtrudant, & Vlpianus *in l.* 1. *§.* 1. *Municip.* communi errore municipes dici affirmet, suæ quoque civitatis cives, *Manut. in com. Orat. pro Amer.* de quo conqueritur etiam Gell. *lib.* 6. *cap.* 13. *Quotus ferè nostrum est, qui cum ex colonia populi Rom. sit, non & se municipem esse & populares suos municipes esse dicat?* Tamen inter Colonias & Municipia permultum interest, ut his verbis proponit Gellius *lib.* 16. *cap.* 13. *Municipes sunt cives Rom. ex municipiis, suo jure & legibus suis utentes, muneris tantùm cum populo Rom. honorarij participes, à quo munere capessendo appellati videntur, neque ulla populi Rom. lege astricti, cum nunquam populus Rom. eorum fundus factus esset.* Attestatur Vlpian. *l.* 1. *§.* 1. *ad Municip. Propriè [illegible] appellari muneris participes, receptos in civitatem, ut munera nobiscum facerent.* Item Sex. Pomp. *Municipes erant, qui cum ex aliis civitatibus Romam venissent, eis non licebat magistratum capere, sed muneris partem.* Coloniarum verò alia necessitudo est. *Non enim veniunt extrinsecus in civitatem, nec suis radicibus nituntur, sed ex civitate quasi propagata sunt, & jura institutaque omnia populi Rom. non sui arbitrij habent.* August. *de Civ. Dei* in genere describit colonias [illegible] *ex majoribus civitatibus taqua popul*[illegible]

32. *Municipiorum cum coloniis confusio.*

33. *Differentia inter Municipia & Colonias.*

oua

ex ... menibus conditas & Petr. Pellit. *in comm. erat pro Cac.* Colonos *cives, qui ad incolendam urbem bello captam mittuntur.* Nec enim distinguuntur Coloniæ & Municipia ex eo tantum, quod illarum cives è civitate Rom. educantur, horum in illam reducantur, sed præcipue etiam, quod Coloni recipiant magistratus & leges, nec non sacra à populo Rom. Municipes verò cum accessione novæ civitatis, retineant forum suum & leges

34 [illegible]

prioris Reipubl. Nam licet Municipia, perinde ut Coloniæ, Magistratus & statum Reipubl. Romanæ imitarentur, Decuriones, quos *Curiales & Minorem Senatum* vocat Cassiod. *lib.* 2. *Ep.* 18. *& lib.* 9. *Epist.* 2. pro Senatu ex decima parte municipum, vel colonorum, unde nomen invenerunt, *l. pupillus* 239. *§ Decuriones* 5. *de Verbor Sign.* constitutos habentes, qui quidem ipsi magistratus non erant, (ut male imponit Corras. *l.* 6 3. *Miscell. c.* 6. *nu.* 7. Alciato, cum ipse Alciat. *in d. §. Decur. §. de V. S.* ex Decurionibus magistratus eligi apertè scribat) sed magistratus ex corpore suo prodebant, *l. rescripto* 6. *in pr. de muner. & honor. l. honores* 7. *§. Is qui. de Decur.* Duumviros, qui essent loco Consulum, quatuorviros, decemviros litibus judicandis, quem magistratum C. Cæcilium Plinium gessisse autor est Alci. *ubi supra.* Censores, Aediles, Quæstores, Flamines, quos apposito vocabulo *magisteria* vocat Sueton. *in August. c.* 2. humilitati muneris vocabuli depressionem accommodans, &c. *Alciat. lib. dispunct. & in l.* 228. *in l.* 239. *§.* 5. *de V. S. Forner. lib* 1. *c.* 12. *&* 1. *select. Corras. lib.* 1. *Misc. c.* 6 *Sigon. lib.* 2. *de ant. Iur. Ital. c. ... amerolt. de magistr. Munic.* Tamen Mu-

35 [illegible]

nicipia leges ferebant & magistratus constituebant suo arbitrio: Coloniæ utrumq; recipiebant alieno. Etenim Cicer *lib.* 3. *de ll.* M. Ciceronem avum suum M. Gratidio in municipio legem tabellariam ferenti acerrimè restitisse scribens, jus ferendi leges municipibus tribuit, ut & potestatem Magistratuũ *pro Cluent.* dum ait, *Oppianicum quatuorviros, quos municipes fecissent, sustulisse, & Livius lib.* 9. *Anagninis ... magistratibus interdictum, præter sacrorum curationem.*

36 *Vera Municipalia.*

Vera enim Municipalia definit Festus: *quæ initio ... pes habuerunt ab initio ante civitatem Rom acceptam, quæ eos observare voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo fecissent antiquitus.* Sic, *Lanuvinis*, ait Livius, *civitas data, sacraq; sua reddita, cum eo, ut ædes lucusq; Sospitæ Iunonis communis Lanuvinis Municipibus esset, cum Romanis, lib.* 9. Unde Milo legitur pridie ejus diei, quo interfecit Clodium, Lanuvium profectus fuisse ad prodendum illic Pontificem. Lanuvium verò municipiis accen ent. Liv. *lib.* 8. Paterc. *lib.* 1. Cic *pro Mur.* ut & Anagniam, *Liv. lib.* 9. *Cicer. pro Dom.* licet Cæsar Dictator postea Lanuvium, & Drusus Cæsar, *teste Frontino de Colon* Anagniam mutaverit in coloniam: Ex quibus omnibus apparet, rectè à

37. *Descriptio Municipum.*

Servio municipes describi, *qui eâ conditione cives Rom. fuissent, ut semper Remp. separatim à populo Romano haberent, qui atque cives Romani erant, & in legione merebant sed dignitates non capiebant, nisi domicilium Romam transferrent, Liv. lib.* 41. *de Latinorum fœdere cum Romanis agens.* ut Tullii Arpino, Portii Tusculo, Iulii Alba, Coruncanii Camerio, oriundi, & quos præterea ex Hetruria, Lucaniaq; & omni Italia in Senatum accitos memorat Claudius Imperator *apud Tacit. lib* 11. *Annal* Colonorum verò iura & Instituta omnia populi Ro-

38 *Coloniæ per omnia subsistuntur Reipub primæ-væ.*

mani arbitrio subjecit Gellius *d. c.* 13. quippe quibus Triumviri deducendæ Coloniæ, cum agro & oppido, magistratus, sacra & jura imperabant. Liv. *l.* 6. 4 quemadmodum Antiatibus, qui se sine legibus certis, sine magistratibus agere querebantur, dati ab Senatu ad jura statuenda ipsius Coloniæ patroni sunt. *Liv. lib.* 9 Unde miratur Adrianus Imperator *in orat.* quam de Italicensibus, populatibus suis in Senatu habuit, quid animi habeant Italicenses & Uticenses, quod ex municipiis petierint transire in Colonias, cumque vivere possent legibus propriis, malueriot vivere alienis. Et Antoni adoptionem in civitatem irridentes dicebant, *tentari se à Romanis, ut terrore incusso belli, Romanos se fieri paterentur, quod quantoperè optandum foret, Hernicos docuisse, cum, quibus licuerit, suas leges civitati Rom præoptaverint: quibus legendi, quid mallent, contra nõ fuerit, pro pœna necessariam civitatem fore Livius lib.* 9. Prænestini verò contrario opere à

 Tibe-

Tiberio Imperatore petierunt, oraruntque, ut ex Colonia in Municipii statum redigerentur, id quod illis Tiberius pro referenda gratia tribuit, qui in eorum finibus sub ipso
39. *An melior conditio municipiorum vel coloniarum.*
oppido ex capitali morbo revaluisset. Rationem accersit Gellius ex dignitate coloniarum, quâ ratione originis municipia antestabant. *Licet*, inquit, *conditio coloniarum sit magis obnoxia & minus libera: potior tamen & præstabilior existimatur propter amplitudinem Majestatemque populi Romani, cujus istæ coloniæ, quasi effigies parvæ, simulacraque esse quædam videntur*: undè & Adrianus Imperat. Berytenses, & Severus Heliopolitanos ob fidem erga Rempubl. coloniis juris Italici asscripserunt. *l. 1. §. 1. & 2 de censib.*

40. *Nec Colonos nec Municipes perfectos fuisse cives.*
Neutri verò, sive Municipes, sive Coloni, perfectionem civium assequuntur, non tantùm, quod domicilium aliò transferant extra agrum & mœnia Romana, sed etiam quod à magistratibus repellantur, & plerunque jure suffragiorum careant, prout de Colonis primum, mox etiam de Municipibus demonstrabimus.
41. *Quantum juris perdiderint Coloni.*
Quid enim aliud volunt sibi verba Ciceron. *in Agrar. 1.* dehortantis populum, ne in colonias sese avocari patiatur: *Vos verò, Quirites, retinete istam possessionem gratiæ, libertatis, suffragiorum, dignitatis, Vrbis, fori, ludorum, festorum dierum, cæterorum omnium commodorum*, quasi hæc omnia emigratione in discrimen deducenda forent. Nec mirum, si tam pauci civium nomina dederint, cum Antium, propinquam quantumvis, oportunam & maritimam urbem coloniam deducendam suaderet Qu. Fabius Consul, *ann. 2[illegible]7.* ut ad explendum numerum coloni Volsci adderentur, quia cætera multitudo, salvis civitatis juribus, poscere agrum Romæ malebat incertum, quàm cum jactura privilegiorum alibi accipere. *Liv. lib. 3. in princ.* Nec hîc exaudio sententiam Casaubon. *comm. in Sueton. August. cap.* 46. qui totam Italiam
42. *Civitas & ius suffragiorum non ἀντιστρέφουσι.*
ante Augustum habuisse jus suffragiorum evincere laborat ex eo, quod civitas & jus suffragiorum ἀντιστρέφουσι, ut definitio & definitum. Superius enim, ubi gradus civium digessimus, jus suffragiorum distinximus à jure civitatis in genere, idque clarius hoc loco patebit, ex municipibus Cæritibus præfectuis, & coloniis Latinis, quæ de consensu omnium scriptorum jus civitatis rapuerunt, sed sine suffragio. Ipsas quoque colonias civium Romanorum suffragio caruisse, ex supra allato Ciceronis loco apparet, 43. *Coloniæ caruere iure suffragiorum.*
& ex lege Apuleia, quam Saturninus tribun. pleb. tulit: *Vt C. Marius in singulas colonias ternos cives Roman. facere posset. Cicer. pro Balb.* Si enim omnes Coloni maneant cives perfecti, quorsum opus erat peculiari lege, ad jus civitatis, paucis quibusdam impertiendum? Etsi Coloni jus civitatis integrum retinuissent, quorsum exclamat T. Manlius Cons. contra L. Annium Setinum, ex colonia Romana oriundum, perinde ut & alter Latinorum Prætor L. Numitius Circeiensis, alterum consulatum sibi deposcentem, & utrumque populum uno Romanorum nomine denominatum cupientem: *Audi Iuppiter hæc scelera, audite jus fasque. Peregrinos Consules & peregrinum Senatum in tuo, Iuppiter, augurato templo, captus, atque ipse oppressus visurus es? Livius libr. 8. post princip.* Nec Latinis tantùm, sed & civium Romanorum coloniis abjudicatum fuit jus civitatis, quoad magistratus & suffragia, autoritate Senatus, cum negarent cives esse Romanos, qui quod Puteolis, Salerno & Buxento, Romanorum civium coloniis, nomina dedissent, pro civibus se ferrent. *Liv. lib. 4. Vellejan. lib. 1.* & Ferentinates, quos coloniis asscribit Frontin. *de colon.* novum jus tentasse addit *ibid.* Livius, ut Latini, qui in coloniam Romanam nomina dedissent, cives Romani essent. Tentarunt quidem, sed non obtinuerunt, cum Augustus Imp. duodetriginta colonias, quibus Italiam frequentaverat, non tantum vectigalibus operibusque publicis plurifariam instrueret, sed etiam jure ac dignatione Vrbi quodammodo pro parte aliqua adæquaverit, excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus Vrbicis decuriones Colonici in sua quisque colonia ferrent, & sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent. *Sueton. in August. cap. 4[illegible].* Sive enim de omnibus per Italiam coloniis loquatur lex Augusti, *ut reputat Casaub. in comm. ad dict. c. Sueton.* sive quod verius & verbis

verbis Suetonii propius, de Augusteis colonis tantum, *ut placet tam Beroaldo, quàm Torrentio, in comm. ejusdem cap.* nusquam antea legitur hæc dignitas coloniis competere, cujus collationem inter nova Augusti instituta Suetonius meritò reponit.

44. *D[illegible] Co[illegible] Roma[illegible] Latinæ.*

Duas autem species Coloniarum constituit Ascon. Pæd. *in Pison.* & Livius ubique præsupponit, *lib.* 30. 4. 37 Vlpian. *l.* 1. *de Censib. Civium Romanorum & Latinas*, quas sic denominatas putamus, à jure Latino, non quod in Latium deductæ fuerint cum Bononiam, in octavam regionem, quam Arimino, Pado & Apennino circumscribit Plin. *[illegible], cap.* 15. seu in agrum Gallis Boiis ademtum, *Liv. lib.* 37. nec non Aquileiam in Carnos & agrum Gallorum, *ut ait Livius lib.* 40. deductas Latinas colonias vocant. Velle*j lib.* 1. Liv *lib.* 7. 9. 40. imò Centuripinos & Segestanos in Sicilia Latinæ conditionis fuisse testatur Plinius, & Sueton. Domiciliam, ut vulgò legunt, seu Domitillam, ut restituit Torrent. ex nummo veteri, quàm Vespasianus cepit uxorem, Latinæ conditionis & delegatam Statilii Equitis Sabratensis in Africa ad Syrtes remotas constituit. *in Vespas. cap.* 3. Locum difficilem ad Criticos remitto, quid sibi velit nomen *delegata*, quod silentio premit Casaub. Pithoeus *lib.* 2 *Advers. cap.* 9. vertit in *deligatam* seu nexam, & ut interpretatur Sabellic. a patre addictam, Turnebus *lib.* 22. *cap.* 15. transmutat in *delicatam*, id est, amasiam, Beroald. *in comm. Sueton.* interpretatur per *Libertam*, ut & Levin. Torrent. sed sine auctoritate, imò contra verba ipsius Sueton. quibus subjicit, post obitum uxoris legitimæ, Cænidem libertam ab eodem reductam fuisse in contubernium, sed justæ uxoris loco haberi non potuisse, quod leges connubia Senatorum, cum libertis prohiberent. Id verò, quod ad hunc locum præcipuè attinet, velim mihi denuò enodent, quomodo Domitillæ pater, cum esset Ferentini genitus recuperatorio judicio filiam potuerit asserere ingenuam & civem Romanam, cum Ferentinum sit colonia Latina, & Latinæ Coloniæ jus Quiritium non habeant. Nam quod Vespasianum judicium hoc procurasse scribat Connan. 2. *Comm. cap.* 6. *num.* 5.

45. *[illegible] Latinas.*

46. *[illegible] [illegible] ex[illegible] [illegible]ceretur.*

fieri fortè potuisset, sed Sueton. addit ipsum patrem, Ferentinatem & nihil amplius quam Quæstorium scribam, filiam ingenuam & civem asseruisse. Claudius quidem Imperator, teste Suetonio *in Claud. cap.* 25. (secundum restitutionem Cujacii, Torrent. & Casaub. cum vulgata lectio, eamque secuti Beroald. & Sabell. sensum prorsus pervertérint,) Latinis addidit jus Quiritium, sed ut *ex cap.* 2 *in fin. & cap.* 4. *in pr. ejusd. Sueton.* colligere est, Vespasianus duxit Domitillam, vivo Cajo, ante principatum Claudii, cum antiquo jure Latii, quo æstimabantur omnes coloniæ Latinæ, nec publicum nec privatum jus civitatis contineretur, unde Cicero *pro Cæcin. in fin.* meritò miratur eorum incogitantiam, qui ex civitate abeunt in colonias Latinas, cum cives Roman. si in colonias Latinas proficiscerentur, Romanam civitatem amitterent. Egregiè id explicuit Boetius *in Topic.* dum ait: *Deductione in Latinas colonias cives Roman. mediam capitis diminutionem consecutos esse & Romanam civitatem amisisse*, id quod ipse interpretatur, per *jus privatum Quiritium*, quod coloniæ civium Romanorum adhuc reliquum habebant: nimirum, *Neque connubij, neque testamentis, neque mancipij aut nexus, aut patria potestatis jus, quod erat proprium civium Romanorum, habuisse.* Hoc enim differebant *Latini* coloni à colonis *Romanis*, quo libertinis *Latini* ab *Vrbicis*. Illi verò neque connubii, neque patriæ potestatis, neque tutelæ, neque legati capiendi, neque testamenti condendi jus habebant, *Vlpian. in Institut. t. de Lat. Cajet. Institut. libr.* 1. *t.* 1. *§.* 4. *l. un. Codic. de Lat. lib. tollend.* & si quæ præterea referebantur ad jus privatum Quiritum. Nam jure publico ipsi coloni Romani carebant, ut dictum est. Idgoque nec privilegiis civium, rogatione Portia & legibus Semproniis introductis, gaudebant cives Latini, siquidem Turpilium præfectum præsidii Vaccensis, quod occiso præsidio solus auffugisset, à Metello Consule verberatum & capite multatum fuisse scribit Sallust. *in Iugurth. quod esset civis ex Latio.* Nā à cive Rom. leges Semproniæ, virgas, & manum lictoris jamdiu amoverant. *Cic. pro Rab.*

47. *In coloniam profectos cives civitatē amisisse.*

48. *Ius iniquum Coloniarum Latinarum.*

An igi-

An igitur civis ex Latio, non erat civis, & Manlius prætorem Latinorum ex colonia Latina meritò vocat peregrinum? *L.V. lib.* 8 quemadmodum & Cicero scribit: *Latinos nihil agrium tulisse, quam id, quod perraro accidit, à Consulibus juberi Urbe excedere, quod peregrinus sapè imperari solebat.* Ita necessum est censeant, qui omnium civium eandem statuunt naturam, gradibus sublatis. Per ea verò, quæ diximus, patet, colonias civium, tàm Romanorum, quàm Latinorū, eò quod non essent in Republ. peregrinæ, habuisse jus civitatis, sed secundum quid, aut secundum magis & minus: ideoq; nunc cives esse dicuntur, nunc negantur. Etenim Puteolis Salernum Buxentum deductos *An. V.C.*560. Senatus, cognita causa, civium numero exemit, & Ferentinatibus, eadem autoritate, denegatum novum jus, quo Latinis in coloniam Romanam transeuntibus, civitatem petebant. *L. V. l.b.* 34. Cicero *pro Cacin.* autor est, nonnunquam civibus Rom. in colonias indictum fuisse exilium, ut ex his verbis patet: *In colonias Latinas sapè nostri cives aut suâ voluntate, aut legis multa profecti sunt: quam multam si sufferre voluissent, in civitate manere potuissent.* Et P. Furius Philus, M. Matienus ab Hispanis accusati gravissimis criminibus, ampliatiq;, cum dicenda de integro causa esset, excusati exilii causâ solum vertisse, Furius Præneste, Matienus Tibur exulatum iverunt. *L.V. lib.*43. *in pr.* Interim 12. coloniis, quæ secundo bello Punico defectionem spectabant, exprobrat idem Senatus: *Cogitarent, non Campanos, neq; Tarentinos esse eos, sed Romanos, inde oriundos, inde in colonias, atq; in agrum bello captum stirpis augendæ causa missos: quæ liberi parentibus deberent, ea illos Romanis debere, si ulla pietas, si ulla memoria antiquæ patriæ esset. L. V. lib* 27. Item Veliternos vocat *Veteres cives Romanos*, *L.V. lib.*8. eosq; eò gravius punitos addit, quò minus à patria deficere debuissent. Ducti autem erant in agrum Volscorum, A. Virginio & T. Vetusio Coss. *Dionys. lib.*7. Novocomensibus, quam coloniam Cæsar in Galliam duxerat. Pompeii factio jus civitatis ademit, *Plutarch. in Cas.* quod adimi nō potuisset, si cives non fuissent. Nec potuisset

49. *Cives ex Latio fuisse cives secūdum quid.*

Paulus lictorem & virgas a se amovere, cum se civem Romanum diceret, ex Tarso Ciliciæ oriundum, nisi pater ipsius civitatem adeptus ex Cilicia tulisset. *Actor.*22. *&* 23. Cives quippe erant, quoad jus Quiritum privatū, quod Ulpianus, Cajus & Boetius collocant in jure *connubii, testamenti, tutela, dominii, usucapionis, nexus,* & quæ præterea inter solos cives privato jure justa reputabantur: Sed non erant cives, quoad jus publicum, capessendi magistratus & ferendorum suffragiorum, nisi id privilegiū beneficio principis aut populi, nave, militia, numero liberorum, domicilio, aut alia ratione de novo acquisivissent. *Ulpian. t. de Lat.* Latini verò tàm à jure publico, quàm privato Quiritum exulabant, ideoq; Cicero T. Matrinium Spoletinum ex Latina colonia scribit civitate donatum, *pro Balb.* & Claudius omnibus Latinis dedit jus Quiritum, *Suet. in Claud. c.* 25. Quid ita? quia non erant, nisi secundum quid Cives ideoq; civitatem, quam jam habebant, poterant perfectius impetrare, postquam ad altiorem gradum ascendissent.

Quod de Colonis diximus, idem velim transferri ad Municipia. Nam illa duorum generum facit Festus, *cum suffragio & sine suffragio.* Gellius Cærites omnium primos sine suffragii jure, municipes factos testatur, concessumq; illis, ut Civitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque honoribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. Hinc tabulas Cærites appellatas versa vice, in quas Censores referri jubebant, quos notæ causa suffragiis privarent. *lib.*16. *c.*13. Nec quicquam apud Romanæ historiæ scriptoris occurrit frequentius, quàm victos populos receptos fuisse in civitatem, & ex hostibus factos cives?

50. *Duo genera Coloniarum.*

Hæc est in gremium victos quæ sola recepit

ait Claudian. de Roma, *civesq; vocavit, Quos domuit.* Et Rutil. de eadem: *Fecisti patriam diversis gentibus unam.*

51. *Romani [illegible] [illegible] bem.*

Sic enim pro Latinis disserit Camillus in Senatu: *Vultis exemplo Majorum, augere rem Romanam, victos in civitatem accipiendo? Materia crescendi per summam gloriā suppeditat. Livius lib.*8. Item Claudius Imp. pro

pro Gallis: *Quid aliud exitio Atheniensibus & Lacedæmoniis fuit, quanquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noster Romulus tantū sapientia valuit, ut plerosq; populos eodem die hostes, deinde cives habuerit, Tacit. 11. Annal.* Item Levinus ad Aetolos: *Iam inde à majoribus traditum morem Romanis colendi socios: ex quibus alios in civitatem atq; æquum secum jus accepissent: alios in ea fortuna haberent, ut socii esse, quam cives mallent Liv. lib. 26.* More autem Majorum, qui in civitatem recipiebantur, aut in partem recipiebantur juris, aut in totum jus, paucis exceptis, quemadmodum Cæritibus civitatem datam sine suffragio, ex Gellio nuper diximus: Post bellum Latinum, cum enarrasset Livius *lib.* 8. Lanuvinos, Aricinos, Nomentanos & Pedanos, quibus civitas data esset, & Tusculanos, quibus servata tandem, quasi distinctionem fecisset inter municipes, quibus civitas data esset simpliciter, & inter eos, quibus honoris gratia subjicit: *Campanis Equitibus honoris causa, quia cum Latinis rebellare noluissent: Fundanisq; & Formianis, quod per fines eorum tuta pacataq; semper fuisset via, civitas sine suffragio data.* Item de Anagninis, *lib.* 9. *Anagninis, & qui arma Romanis intulerant, civitas sine suffragii latione data, concilia connubiaq; adempta, & magistratibus, præterquam sacrorum curatione interdictum.* De Sabinis Vellej. *lib.* 1. *Sabinis sine suffragio data civitas: Sempronio verò Sopho & Appio Caco filio Censs. suffragia ferendi jus additum.* Sic quoq; de *Fundanis, Formianis & Arpinatibus*, ait Livius *lib.* 38. *C. Valerius Tappo tribunus plebis promulgavit, ut iis suffragii latio (nam ante sine suffragio habuerant civitatem) esset, Rogatio perlata est, ut in Aemylia tribu Formiani & Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent. Atq; in his tribubus tum primùm ex Valerii plebiscito censi sunt.*

52. *Sed plerunque sine suffragio.*

Qui enim ad suffragia admittebantur municipes, cum suffragia ferrentur per tribus, necessariò quoque Romæ censebantur & in tribus conjecti erant, prout idem Livius innuit *lib.* 8. Quando propter novos cives, ex Latio in civitatem explantatos, duas tribus Mæciam & Scaptiam, à Latinis castris, si Sex. Pompejum audimus, sic denominatas, Q. Publium Philonem & Sp. Posthumium. Censores coactos fuisse addere scriptum reliquit. Tusculanos item in Papiriam tribum cooptatos fuisse, cum in civitatem reciperentur, inque ea plurimum potuisse, testatur Val. Max *lib.* 9. *c.* 10. *in pr.* Atque hi quidem, quibus communia erant cum Romanis suffragia, parum à perfectione civis optima lege creati aberant, quia & tribum habebāt, & magistratus petere poterant, quemadmodum Annium Milonem eo tempore Dictatorem Lanuvii fuisse scribit Cicer. cum Consulatum Romæ peteret, *pro Milo.* Curiarum tamen expertes fuerunt, cum curiæ alligatæ essent ædibus urbis, *Sigon. lib.* 1. *cap.* 3. *in fin. de ant. jur. Civ. Rom.* eoque nomine sacris curiarum, & quæ hinc præterea dependent, juribus caruerunt, qui defectus licet eos infra classem perfectorum civium quodammodo constituat, multò tamen longius inde cadunt illi, quos diximus sine suffragio creari solitos. Livius *dict. lib.* 8. honoris tantùm causa Campanis Equitibus civitatem scribit adjectam. Strabo *libr.* 5. insectatur Romanos, quod Cæritibus civitatē promiserint, & præter nomen nihil dederint, quia dederant sine suffragio. Gellius *lib.* 16. *c.* 13. Municipes dicit muneris tantum cum populo Roman. honorarii participes fuisse, à quo munere capessendos appellatos videri. Et de Cæritibus: *Concessum ut civitatis Rom. honorem quidem caperent, sed negotiis tamen, atq; honoribus vacarent.* Festus describit Municipes, *qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantùm honoris partem.*

53. *Quidam cum suffragio & iure.*

54. *Sed sine iure.*

55. *Longe à civium perfectione absunt sine suffragio coloni.*

56. *De civibus honorariis.*

Honorarii verò cives tantùm à veris absunt, ut de utrisque nomen civium non dicatur, nisi Aequivocè. Homonyma definit Arist. *in Antepr. Quibus præter nomen nihil commune est.* Ita distinximus honorarios Reges, Episcopos, Principes, & id genus alias dignitates, titulo tenus à veris & realibus, *libr.* 1. *de jur. Maj. cap.* 1. *num.* 2. & 3. Nam sicut Augustin. *lib.* 5. *de Civit. Dei cap.* 16 Senatores eos, quos distantia locorum ab urbe in tantum depellebat, ut eam ne de facie quidem vidissent, nomine tenus & non

veros Senatores, quippe, qui in Senatum nunquam vocati, nec sententiam rogati essent, indigetat: Itane in civium quidem ordinem adscribendi sunt, quibus præter splendorem & nomen civitatis nihil datum est. 57. *Quod cives non sint.* Rectè Vlpian. *libr. 1 §. Est & Laod. c. 3. de Cens.* Ptolemensium coloniam, quæ inter Phœnicen & Palæstinam sita est, à jure coloniarum eximit, *quia*, inquit, *nihil præter nomen coloniæ habet*: Et sub Claudio Imperat. A. Vitellio, L. Vipsanio Coss. cum de supplendo Senatu agitaretur, primoresque Galliæ, quæ Comata appellatur, fœdera & civitatem Roman. assecuti, (sub Augusto scilic. ut innuit Dionys. *lib.* 54. præter ea jus adipiscendorum honorum in urbe expeterent, qui contra eorum vota disputabant: *Fruerentur*, ajunt, *sanè vocabulo civitatis: insignia patrum, decora magistratuum ne vulgarent: Tacit. lib* 11. *Annal.* Hoc est, nomen civium gerant, jura non attingant. Nec enim verisimile est Euagoram Cypri Regem, Antigonum ac Demetrium Asiæ, Cotyn Thraciæ, Dionysium Siciliæ Tyrannum, imperio Atheniensium se subjecisse, aut privilegiis urbis uti voluisse, cum oblatam ab iis civitatem acciperent. Alexandro Macedoni, cum Victor Orientis animos supra humana tolleret, Corinthii per legatos gratulati sunt. & simul cum civitate donaverunt. Cùm risisset Alexander hoc officii genus, unus è legatis: *Nulli*, inquit, *civitatem unquam dedimus, quam tibi & Herculi. Accepit igitur delatum honorem*, ait Seneca, *& legatos invitatione aliaque humanitate prosecutus cogitavit, non qui sibi civitatem darent, sed cui dedissent. Senec. 1. de benef. cap.* 13. Artaxerxes toti Pelopidarum genti jura civitatis dedit, *Plutarch. in Pelop.* non quod quisquam potuerit Græciæ simul & Barbarorum civis esse, aut quod novam patriam originariæ anteferre, sed quia donatio nova non tàm novũ jus, quàm novum honorem afferebat, perinde ut Magni Principes benè de se aut Republica meritis dignitates, cassas munerum, sed plenas reverentiæ tribuere solent. Sic Anastasius Imperator Clodovæo Reg. Francorum consularia ornamenta, cum Consulis & Augusti appellatione misit, *Ado in Chron. at. 6. Sigebert. in Chron. [illegible] Turon. lib. 2. Armonius l. b. 1. cap. 22, Kranz. lib. 3. Suec. c. 17. Blond. dec. 1 lib 3. Porcat de Gallor Imp. lib. 6. Flacius & Bellarminus in lib. de translat. Imper.* Iustinianus verò Childebertum patritii nomine honoravit, *Bodin. l. b. 2 c.* [illegible] quem honorem etiam habuit Leo Porphyrogenitus Adalgiso Regi Longobardorum, *Sigon. lib. 4. hist. Ital.* & Basilius Imperat. Viso Particiaco Duci Venetorum, *Volat. lib.* 4. & Zeno Theoderico Regi Gothorum. *Haiminsfeld. pro Imp. Rep. c.* 14. Post verò honor hic à Francis & Romanis transmutabatur in potestatem, cum Carolo Magno sub titulo Patriciatus concederent plenum non tantum in ditione Romana Politica, sed etiam, ut ait Advocatus Regius *apud Petr. Damian. in disput. cum defens. Eccles.* super ordinatione Pontificis Principatum. Rectè enim reprehendit Haiminsfeld. *in d. c.* 14. Gretserum, quod patritiatum Caroli nihil fuisse contendat, quàm honorariam dignitatem, cum Frisingens. *lib.* 5. *c.* 31. Carolo ad imperium provecto nihil scribat ablatum *præter nomen Patritii*, nihil additum *præter nomen Imperatorium*; potestate pristina & eadem sub utroque titulo remanente. Sed quod idem Haiminsfeld. *ibid.* & Flac. Illyr. *in lib.* 58. *Nomen sine re vanum esse.* *de transl. Imper.* ex nomine Patritii & Consulis, regibus Francorum, Gothorum & Longobardorum communicatis potestatem inferant, id nec verbis Autorum, nec factis Regum consonum videtur, siquidem Clodovæum non tantùm Consulem sed & Augustum proclamare cogeremur, cum uterque titulus eodem tempore ipsi sit obtrusus. Quicunq; verò hanc rem memoriæ consignarunt, Clodovæum quidem vocatum Consulem & Augustum fuisse narrant, sed qui Reges Galliæ inde Imperatorum jure & dignitate induere voluerit, *præter Bellefor. in præfat. Chron. Gall.* inventus fuit nemo. *Nomen*, ait Salvian. *sine actu atque officio suo nihil est, sicut quidam scribit: Quid est aliud Principatum sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine honore? libr. 4. de gubern. DEI in princ.* Dederat Augustus Segesti fratri Arminii civitatem, prout ipse confitetur, *apud Tacit. lib* 1. inquiens: *Non hic mihi primum erga populum Roman. fides & constan-*

constantia dees, ex quo à D. Augusto civitate donatus, amicos inimicosq; ex vestris utilitatibus delege: nec tamen minus suæ provinciæ princeps cum absolutâ potestate remanebat, quam Arminius Inguiomerus, aut Marohoduus. *Tac. 2. Ann.* Dederant Athenienses Cotyi regi Thraciæ jus Athenarum, quod contra Dorienses iis auxilio fuisset, *Plutarch. in Apopht.* quod cum is intelligeret, *Ergo*, inquit, *illis meæ gentis jus dabo*, *Valer. lib. 3. c. 7.* beneficium nominale non aliter retalians, quàm hospes ille, qui pro odore appositorum Eduliorum hospiti solvebat tinnitum ostensæ pecuniæ. Sic Casimirus III. Rex Poloniæ, Rudolphum legatum Apostolicum, qui post tredecim annorum bellum pacem inter Regem & Cruciferos procurarat, Senatoribus regni adscripsit, *Crom. libr. 26.* & Senatus Venetus Hieronymum Riarium, Sixti IV. nepotem ex fratre, aut, ut quidam suspicantur, naturalem filiũ, civitate & jure ferendi suffragii donavit. *Iohan. Mich. Brut. lib. 5. & 7. hist. Flor.* quod privilegium paucis ab eo contigit, ut Erico Duci Brunsvvicensium, & Tristano Savormano, qui pro Republica plurimum opis & operæ perdiderat, cujus nepos Hieronymus paulò post inter Adjunctos Senatus, la Giunta de Pregodi, dicunt, allegi meruit. *Ianott. de Republica Venet.* Honor quippe & nomen externum civem non facit, nec quenquam illi Reipublicæ obligat, cui honoris gratia adscribitur. Pomponium, quod Athenas domicilium transduxisset, ibique civibus adscriptus, vel invitus esset, Atticum denominarunt Romani, nec tamen is vel Atheniensium civitatem accepit, vel Romanam amisit, sed in altera munera & magistratus, in altera cultum & honorem sustinuit, hoc est, in patria verus, in adscriptitia civitate honorarius civis extitit. *Cornel. Nep. in Pomp. Attic.*

59. *Quid sint præfecturæ.*

Longè quidem à summa civium perfectione abeunt Colonorum & Municipum inferiores gradus, sed longius adhuc absunt Provinciales & qui in Præfecturis vivebant. Præfecturas definit Festus: *In quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum Respublica, neq; tamen magistratus suos habebant, & in quas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent.* Provinciales, quos ἐπαρχιώτας vocant Græci, eos accipi vult Vlp. *in l. 190. de V. S. qui in provincia domicilium habent, non eos, qui ex provincia oriundi sunt.* In *l.* verò *assumptio 6. in princ. & §. 1. ad Municip.* patriam cuique suam abjudicat, ex origine, & ne Alciato & Brechæ: *ad d. l. 190.* inutiliter distinguendi inter *Ortum* & *Oriundum*, occasionem relinquat, quam distinctionem notavit etiam Valla *libr. 3. Eleg. c. 57.* ex Liv. *libr. 24. ibi, Natos Carthagine, sed oriundos Syracusis*, utitur eodem Oriundi vocabulo, inquiens: *Neq; recusando quis patriam, ex qua oriundus est.* Item: *Filius civitatem, ex qua pater ejus naturalem originem ducit, non domicilium sequitur,* &c. prout & alibi duo hæc vocabula promiscuè accipi notant Forner. & Gœdd. *ad d. l. 190. ex l. 1. §. si quando. de magistr. conv. l. penult. de Senat. l. 3. de offic. assess. l. Divi 24. de tut. & cur. dat. ab his l. antep. §. unde. cum seq. de interd. & rel.* Accurs. & Bart. *in d. l. 190.* subintelligunt verbum *duntaxat*, ut non tantum illi provinciales intelligantur, qui inde oriundi sint, sed & qui domicilium illic habeant, cujus exemplum petunt *ex l. anniculum, Eod.* Nec enim minus nativitas potest, quàm domicilium, ait Alciat, & patet *ex d. l. assumptio. l. 4. C. de incol. lib. 10. l. pen. de Senat. l. relegatorum 7 §. & si quis eâ. de interd. & releg.* & revera origo ut patriam cuiq; suam, ita & provinciã constituit, nec responsum Vlpiani *in d. l. 190.* aliter verè accipi potest, quam si restringatur ad certos casus, cum Gœdd. & Forner. *in d. l. 190.* In muneribus enim obeundis spectatur origo: in foro sortiendo domicilium, *l. libertus 17. ad Munic. l. 2. C. de incol. lib. 10. l. hæres absens 19. de jud.* & quos præterea casus adjiciunt Gœdd. & Forner. *d. l.* Provincias autem cum Præfecturis in multis convenire tradit Sigon. *lib. 2. de jur. ant. Ital. c. 10.* idq; verum est, quia sicut provinciæ à Prætore, sic præfecturæ à præfecto quotannis Roma misso, regebantur, Plinius *lib. 8 Epist.* provinciam opponit Italiæ, dum ait: *Italicus es, an Provincialis?* Idque postquam, libertate tota Italia donata, provinciæ seu regiones reliquæ in servitute sub jugo relinquebantur,

60. *Quid Provinciales.*

61. *Explicatur lex 190. de V. S.*

62. *Quid sint Provinciæ.*

&ut

& ut ait Strabo, quotannis prætores cum quæstorib. recipiebant, illos quidem ad regendam, legibusq; & jure dicundo administrandam provinciam, hos verò ad exigenda vectigalia. Eadem formula in præfecturas, legibus & Republ. multatas mittebatur præfectus, quemadmodum Livius *lib.* 1. Egerium à Tarquinio Prisco, Collatiæ, Sabinorum oppido, quod post deditionem in præfecturæ faciem redactum erat, præsidio relictum scribit, & Halycarn. *lib.* 4. armis spoliatam, & pecuniis multatam Collatiam addit: quâ ratione Helvetii vicinos Sabaudos, Burgundos, & provincias in Italiam vergentes, Status Belgii, Dominatum Grüningensem, & quas prætereà civitates bello subegerunt, Poloni bonam partem Borussiæ, armis ad se abstractam, suo dominio inseruerunt, cum Cantones Helvetiorum, Status Belgii, æquo jure in libertatis & imperii consortium conspiraverint, & Poloni Litvanos, post etiam Borussos pari jure secum frui voluerint. Iniquissima igitur est horum subditorum conditio, quemadmodum de Capua in præfecturam redigenda post defectionem ad Annibalem, sancitum memorat Livius *lib.* 6. *Habitari quidem tanquam urbem, Capuam, frequentariq; placere: corpus tamen nullum civitatis, nec Senatus, nec plebis concilium, nec magistratus esse: sine consilio publico, sine imperio, multitudinem nullius rei inter se sociam, ad consensum inhabilem fore, præfectum ad jura reddenda ab Roma quotannis missuros* Cæterum Cives propterea esse non desinebant, ut rectè hoc argumento conficit Bodinus *lib.* 1. *de Republica cap.* 6. Quia enim subditi fuerunt Romanis & in eorum Rempublicam, postquam propriam perdiderunt, transcripti, aut pro *Civibus* habendi sunt, aut pro *Fœderatis*, aut pro *Peregrinis*, aut pro *Servis*. Ad Fœderatos rejici nequeunt, quia Plin. in describenda Hispania citeriore, dum in ea collocat urbes 468. easque sic enumerat: *Colonias, Oppida civium Roman.* seu *Municipia*, ut vulgò interpretantur, *Latio antiquo donatas Liberas, Fœderatas, & Stipendiarias*, Præfecturas, quas stipendiarias vocavit, à Fœderatis & Liberis urbibus segregavit, Capuamque, quæ Senatu publicoque consilio, & summo magistratu, Mediastuticum vocabant, antequam Annibali proderetur, usa fuerat, ex socia civitate in præfecturam condemnatam fuisse, paulò ante diximus. Neque verò inter peregrinos referendi sunt, cum legibus & magistratibus Reipublicæ Romanæ tenerentur, & militiæ supplementa cum vectigalibus iis imperarentur: multò autem minus servis accensendi sunt, ideoque ad civium Ordinem necessariò pertinent, & quot sint civium gradus, quanquam Analogicè de iis omnibus, seu secundum prius & posterius, nomen prædicetur, ex iis, quæ huc usque disputavimus, abundè liquet.

63. Iniquissima fuit conditio præfecturarū & provinciarum.

64. A civium tamen numero non sunt secludenda.

De modis obtinendi civitatem.

SECT. 10.

1. *Quantum sit jus civitatis.*
2. *Modi obtinendi civitatem.*
3. *Absolutè civem facit origo, vel nativitas.*
4. *Originem non spectari ex loco, ubi quis nascitur.*
5. *Nec ubi quis domicilium habet.*
6. *A variis capitibus accersi.*
7. *Utrum origo filij referatur ad solum patrem.*
8. *Quosdam requirere utrumq; parentem civem.*
9. *Ius nuptiarum apud Rom. peregrinis datum non fuisse.*
10. *Hodie liberos quo ad originem, sequi solum patrem.*
11. *Cujus ratio redditur.*
12. *Originis qualitatem non esse miscendam essentia.*
13. *Legem qua uterquè parens civis requirebatur, Athenienses ipsos correxisse.*
14. *Deficiente patre, recidere liberos necessitate quadam ad originem maternam.*
15. *Aliàs irrationabile est, ut partus sequatur matrem.*
16. *Nisi peculiare privilegium indultum sit mulieribus.*
17. *De altero civitatem obtinendi modo, scil. manumissione.*
18. *An liberti debeant esse cives.*

19. Quia

19. *Quia retinent lituram servitutis.*
20. *Libertinos semper esse deterioris conditionis quàm ingenuos.*
21. *Nunquam tantum posse manumissionem, quantum potest nativitas.*
22. *Nec posse, quantum ex sua natura, dare civitatem.*
23. *Dedititios & Latinos libertos non esse cives.*
24. *Qui sint Dedititij.*
25. *Quare repellantur ab ordine civium.*
26. *Multa infamia vestigia apparuisse in Dedititiis.*
27. *Non quævis stigmata, torturas, aut vincula infamare.*
28. *Multas gentes solitas fuisse sese stigmatis pingere.*
29. *Servi unde dicti Stigmatiæ.*
30. *Qui sint liberti Latini.*
31. *Quot modis constituta fuerit Latinitas.*
32. *Libertos Latinos non quidem cives fuisse, novis tamen modis civitatem promereri potuisse.*
33. *Vtrum Latini & Dedititij rectiùs à civibus distinguantur, quàm cum Iustin. ijs misceantur.*
34. *Civitatem non debere privato civium arbitrio relinqui.*
35. *Civitatem dari censu, vindicta, Testamento.*
36. *Vtrum sola vindicta dederit civitatem.*
37. *Quid sit vindicta.*
38. *Vindictâ datam fuisse liberto civitatem.*
39. *Sed non solâ.*
40. *Cum & Censu eandem largitus fuerit.*
41. *Scilicet Lustralis.*
42. *An testamento potuerit dari civitas.*
43. *Libertos quantumvis in civitatem adscriptos relinqui infra ingenuos.*
44. *Suffragiaq; apud Rom. non tulisse, nisi in tribubus contemtissimis.*
45. *Tertius modus obtinendi civitatem est Adoptio.*
46. *Quartus est Allectio, de qua agendum alibi.*
47. *Excusatio brevitatis.*

1. *Quantum sit ius civitatis*

QVandoquidem *nihil tantum est*, dicente Cicer. *lib. 2. de legib. quantum ius civitatis*, & Claudius Imperator, civitatem Rom. injuriâ usurpantes in campo Esquilino, securi percussit, *Sueton. in Claud. c. 15.* quò facit & illud Arriani *in dissertat. Epict. lib. 3 c. 22.* Οἱ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας καταψευδόμενοι κολάζονται πικρῶς: Requirit instituti nostri ordo, ut, quot modis quis in civitatem aspirare queat, breviter subjiciamus. Vlpianus tres modos statuit, *l. 1. in pr. ad Municip. Nativitatem, Manumissionem, Adoptionem*: Diocletianus eum Collega addit *Allectionem*, quam vulgò cum adoptione confundunt. *l. Cives 7. C. de incol. lib. 10. Balduin. in Scævol. pag. 101. & seq.* Nos de singulis agemus separatim, à nativitate facto initio. 2. *Modi obtinendi civitatem.*

De *Nativitate*, sive hoc nomine voces, sive *originem*, ex *l. assumtio 6. §. 1. & ult. l. 7. l. 9. &c. ad Municip. l. Cives 7. C. de incol. lib. 10.* paulò ante cepimus dicere, quod provincialem, municipem, aut civem faciat, licet Vlpian. *l. 1. o. de V. Signif.* contrarium videatur decidere, cujus responsum cum Godd. & Forner. *ibid.* ad certos tantummodò casus limitavimus. Absolutè enim civem facit origo, *d. l. 1. in pr. d. l. 6. in pr. §. 1. & ult. ad Municip. d. l. 7. C. de incol. lib. 10. l. cum neq; 4. C. Eod. l. relegatorum 7. §. fi. quib. cum. de interd. & releg.* & Senator non tantùm, ubi habitat, sed & unde oriundus est, domicilium habere statuitur, *l. pen. de Senat.* Imperatores vocant eos *Origines*, cives, *d. l. . C. de incol. lib. 10.* perinde, ut Athenienses olim se αὐτόχθονας jactitabant. *Tucyd. lib. 1 Tiraq. de Nobil. c. 19 n. 10.* In Synops. Græca habetur verbum ὀριγινάριος, *Syn 54. t. 2. c. 4.* Nec quisquam dubitat, quin nascendo patriam nanciscamur, sed tamen mores gentium diversimode hanc nativitatẽ circumscripserunt. Galli enim Carolum V. Imperatorem, quod Gandavi in municipio seu feudali Gallorum civitate, natus esset, civem & subditum Regni passim vocant. & Eduardus I. Rex Angliæ, cum Wallos externum imperium non alio nomine execrari intelligeret, quàm quod sibi imperassent; nemini, nisi apud se nato, principi, fidem dare, uxorem prægnantem in finis Walliæ duxit, ut futurum regionis principem in ipsa regione eniteretur, *David. Povvel in addit. ad hist. VVall.* 3. *Absolutè civem facit origo.* 4. *Originem non spectari ex loco nativitatis.*

 non

non secus ac si origo denotaret locum, in quo quis quocunque modo lucem ceperit contueri. Sicut autem civitatem à loco & urbe distinguit Aristot. *lib.* 3. *Polit. c.* 2. ita consequenter jus civitatis distinguendum à loco & commoratione seu nativitate in loco. Nam cum filius sequatur non domicilium, sed originem patris, *d. l. assumtio* 6. *§.* 1. *ad Municip. l. libertus.* 17. *§. patris* 11. *Eod.* non potest civem progenerare, qui civis non est. Filius enim nascitur civis, quia succedit in jus & conditionem patris. Quod

5. *Aut domicilij.* si parens in civitate domicilium habeat temporarium, aut fortè fortuna mater illuc transeat, non potest plus, juris transferri in filium, quàm derivetur à parentibus. Tiberius Imperator, Lycium quendam legatum, ex Lycia quidem oriundum, sed Romæ natum, in peregrinitatem perinde redegit, Dion. *in Tiber.* ut judicem & principem Græciæ, quod Latini sermonis ignarus esset. *Sueton. in Claud. cap.* 16. Si enim Romani in Latium remiserunt, quicunque liberos in adoptionem aut servitutem civibus tradiderant ea lege, ut emancipatione cives Romani fierent, *Livius libr.* 41. quantò magis remisissent uxores, si quæ ex Latio in urbem prorepsissent. ut cives Romanos parerent, præcipuè cum fœtus, quoad originem, non sequatur matrem, sed patrem. Dum verò originem transferimus ad

6. *origo varia describitur.* parentes, nec ibi gentes omnes consentiunt, quoniam quædam utrumque parentem civem requirunt, quædam alterutrum tantum, sive patrem, sive matrem, quædam etiam locum addunt, quemadmodum summus Magistratus Lutetiæ (*Le Prevost des Marchands* vocant,) nemini patet, nisi qui intra mœnia in ipsa urbe natus sit, 1. *de Republ. cap.* 6. & Genevæ ad Syndicatum nemo promovetur, nisi in urbe & à civibus progeneratus, cui fini multos civium ex Galliis, ubi mercaturam exercebant, uxores parrui vicinas Genevam transtulisse vidimus, ut intra mœnia partum ederent. Bernæ olim jus civitatis negabatur etiam iis, quos extra urbem, cum abesset parens in præfectura, seu *baillivata*, ut vocant, mater peperisset, etiamsi territorium non transiluisset, sed magistratum Reipubl. nomine gereret. Mox tamen ad Senatum Minorem aditum impetrarunt, ex civibus in arce extra urbem nati, & tandem civitas aperta fuit illis, qui ex confœderatis illò transire voluerint, Simler. *lib.* 2. *de Repub. Helvet.* Nam de jure Romano civis Romanus vel in Africa & Carthag ne nascitur, *l.* 6. *§.* 1. *l.* 17. *§.* 11. *ad Municip.* dummodo nascatur ex cive.

Civem dico patrem, cum liberi de jure communi sequantur municipium patris, 7. *Utrum origo referatur ad solum patrem.* *l.* 1. *§.* 2. *ad Municip, l. filios* 3. *C. de municip. & orig. lib.* 10. *l. nullus* 44. *C. de Decur. lib. Eod.* nisi aliud ex certa causa dispositum inveniatur, *ut in l. si ille* 12. *C. Eod.* ubi in favorem onerum Curiæ, albo asscribitur ille, qui ex filia Decurionis Antiochenæ splendidissimæ civitatis natus erat à patre, qui nullius alterius civitatis muniis debebatur: aut nisi privilegium datum sit maternæ origini, quemadmodum Ponticis ex beneficio Pompeij Magni competere refert Celsus, ut qui Pontica matre natus esset, Ponticus esset. & Delphis, Iliensibusque tributum addit Vlpian. ut, qui matre Iliensi est, sit eorum municeps *d. l.* 1. *§.* 2. *ad Municip.* Olim ipsi Romani requirebant utrumque parentem civem & ingenuum, quo liberi in jus 8. *Quidam requirunt utrumque parentem civem.* civitatis succederent, ut colligitur ex oratione Appij Claudij Crassi, Decemviri Nepotis, qua ait: *An hoc, si Claudia non sim, nec ex patritio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet, qui modò me duobus ingenuis ortum & vivere in libera civitate sciam, reticere possim? Liv. lib.* 6. *ad fin.* Item ex judicio Senatus & legatione Hispanica, de qua sic meminit Livius *lib* 43. *in pr. Ex militibus Rom. & ex Hispanis mulieribus, cum quibus connubium non esset, natos se memorantes, supra quatuor mill. a hominum orabant, ut sibi oppidum, in quo habitarent, daretur, Senatus decrevit, uti nomina sua apud L. Canulejum profiterentur, eorumque, si quos manumisisset, eos Carteiam ad Oceanum deduci placere. Latinam eam coloniam fuisse, libertinorumque appellari.* Non poterat enim civis Rom. nasci, nisi ex nuptiis legitimis. *l. nam civium* 4. *de his, qui sunt sui vel alien.* Impares verò nuptias, hoc est, quæ non essent contractæ inter cives Romanos, opponit Apul. *l.* 6. *Metam. legitimum*

timus, easq. Iust. vocat injustas, *in pr. de nu. Inst. Connubij quippe jus*, ait Vlpian. *in frag. t. 5. habent cives Romani, cum civibus Romanis. Latini & peregrini illud jus non habent, nisi hoc illis concessum sit nominatim*:

9. *Ius nuptiarum non dabatur peregrinis apud Rom.*

Cajus verò *lib. 1. Inst. Iustas nuptias* definit, *cum Romanus Romanam, nuptiis intervenientibus vel consensu uxorem ducit*, & Horat. *lib. 1. Sat. 7. Hybrida* vocat, quasi *Semi Romanum*, qui nesciat utrumque parentem demonstrare Romanum, *ut explicat Acron*. Campani enim, licet eos ex SCto, quod priore anno factum erat, Censores Romæ censeri coëgissent, (nam antea incertum fuerat, ubi censerentur) coacti tamen fuerunt de novo petere, ut sibi cives Romanas ducere uxores liceret, & si qui prius duxissent, ut habere eas, & ante eam diem nati, ut justi sibi liberi hæredesque essent, quam rem utramque impetrarunt *Liv. lib. 38.* Quod autem Canuleius dicit *apud Livium lib. 4.* cum disputaretur de connubiis plebi communicandis: *Si plebeiam patritius duxerit, si patritiam plebejus, quid juris tandem mutatur? nempe patrem sequuntur liberi.* Id Celsus ad legitimas nuptias contrahit, *l. cum legitima 19. de stat. homin.* & apposite Vlpianus *in Epit. Connubio interveniente liberi semper patrem sequuntur: non interveniente connubio, matris conditioni accedunt, excepto eo, qui ex peregrino & cive Romana peregrinus nascitur, quoniam lex Mensia ex alterutro peregrino natum deterioris conditionem parentis sequi jubet.* Rectè, id quidem cum jura civitatis non offerantur, nisi secundum

10. *Hodie filius sequitur solum patrem, quoad originem.*

juris civilis dispositionem procreatis. Postquam verò civitate totus orbis Romanus donatus est, *l. in orbe 17. de stat. homin. l. Rom. 1. ad Municip.* & jus connubiorum datum omnibus, qui Romano imperio parent, adeoque legitimæ factæ nuptiæ, quæ inter subditos diversorum municipiorum contrahuntur, nunc demum locum habet, quod Canulejus, Celsus & Vlpianus suprà dixerunt: *Sobolem sequi patrem*, quoniam, cum nemo queat in duas civitates distrahi, illi adjudicanda fuit progenies, qui plus juris in eam sibi lege naturæ & gentium attributum haberet: Et hinc dicit Vlpian: *Si quis ex patre Campano, matre Puteolana, natus est, aquè municeps Campanus est, ac si utroq; Campano natus esset, d. l. 1. ad Municip.* eoque tandem redacta fuit severitas

11. *Cuius rei ratio redditur.*

Athenientium, quippe quorum legibus cautum erat, ne pro cive sese gereret, qui non haberet utrumque parentem civem, *Plutarch. in Themist. & Pericl.* Demosth. *contra Bæot. & Near. & passim alibi*, Spurios seu Nothos vocat, qui non essent nati ex cive Attica. Aristoteles ad hanc legem respiciens, *lib. 4. Polit. cap 4.* sextum genus plebis constituit ex liberis hominibus, qui non sint geniti ex duobus civibus, perinde ut Romani eorum coloniam vocabant Libertinorum. *Livius lib 42.* Lib. verò 3. *Polit. cap. 1.* vulgariter definiri civem dicit, *Natum ex utroq; parente cive*, eamque definitionem evertit, tum quia non comprehendit primos civitatis conditores, tum quia multi civitatis & magistratuũ participes fiunt, qui hoc modo nati non sunt. Etiamsi enim requiretur ad civem originarium, ut utrumq; parentũ civem haberet, ea tamen conditio in definitione non esset magis exprimenda, quàm manumissio & allectio, ut innuit iis verbis Aristoteles: Si ex definitione priore cives sunt participes judiciorum & imperiorum, non est eorum natura ex qualitate originis accersenda. Quid enim si quis utroque parente cive natus sit, & tamen ab omnibus muniis publicis abigatur? Modus quo obtinetur regnum, civitas magistratus ad essentiam cujusque non pertinet. Nec enim Tiberius, Cajus Claudius, Nero, Trajanus, Adrianus, aliter Imperatores sunt, quia ex adoptione in purpuram irrepserunt, aliter Augustus, Vespasianus, Nerva, Serverus, quia virtute & armis in eam sese inseruerunt, aliter Pupienus, Balbinus, Gordianus, Tacitus, quia ex electione Senatus, aut plerique cæteri, quia ex arbitrio & violentia exercituum potestatem summam obtinuerunt. Diversis viis ad honores eosdem itur, nec in eorum definitionibus spectatur, qua ratione obvenerint, sed in qua re natura illorum consistat. Civibus verò originariis hanc legem severius tulit Pericles. *Plutarch. in Pericl.* ad quam fortaisè oculos reflectit

12. *Originis qualitas non est miscenda essentiæ.*

13. *Lex Athenie. correcta.*

Liba-

Libanius *in argum. Orat. contra Eubulid.* ubi legem exiisse memoriâ Demosthenis ait: *Ut cives omnes, qui in tabulis civium essent scripti, excuterentur, an veri essent, necne, & qui ex cive patre, matreq; nati non essent, expungerentur.* Nam cum quæstiones acerbius haberentur in eos, qui se pro civibus gererent, paulò minus quinque millibus damnatos, tempore Periclis, refert Plutarch. *in Pericl.* Paulò post tamen tetigit Periclem legis ultio. Nam bini ejus filij Paralus & Xantippus peste obierunt, superstite notho, hoc est, peregrino nato, cui legis veniam exorare, ut inter Curiales referri potuerit, coactus fuit. Antea enim Themistoclem malè audiisse, tanquam nothum, Thraeicâ matre oriundum, nec non Cimonem, cujus mater ex Olori Thraciæ Regis familia originem ducebat, testis est idem Plutarch. *in Themist. & Cim.*

Ut verò tolerabilis sit eorum severitas, qui non à solo patre, sed & matre jus civitatis derivant: Ita irregularis prorsus est illorum consuetudo, qui soli maternæ origini, exclusa paterna, hoc privilegium tribuunt, ut, quod natum est, statum, civitatem & nobilitatem sortiatur non à patre, sed à matre. Deficiente aut ignorato patre, necessitate quadam recidunt liberi ad conditionem matris, ne nullibi censeantur, aut omni conditione destituantur, *Quam enim aliam originem hi habent?* ait Ulpianus *in l. 1. in fin. ad Municip.* Et si nulli curiæ obligatur pater, ne sine oneribus liberi liberè vagentur, adjudicantur municipio materno, *d. l. si ille 62. C. de decur. lib.* 10. Cæterum si legitimæ nuptiæ fuerint constitutæ, partus sequitur patrem, *d. l. cum legitim* 19. *de stat. homin.* & quidem jure naturæ, ut colligitur *ex l. lex natura* 24 *Eod.* Huic tamen legi privilegio abrogari posse constat *ex l. 1. §. 2. ad Municip.* & Licij quondam, *Herodot. l. 1.* nec non Xanthij, *Plutarch. de clar. mulier.* nobilitatem contra populorum mores, æstimabant non ex paterno, sed materno stemmate, quorum consuetudinem imitatos fuisse Campanos, provinciam Galliæ, testantur Forner. 2. *select.* 6. & Papon, 3. *Notar.* 7. *c. d'annoblissement.* Godfred. *ad l. 1. ad Munic.* ex hac causa, quam sic explicuit Connan. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 6. *Quod attrita quondam bellis multis & penè exhausta ipsorum nobilitate, quò celerius eam facilimáq; nova sobole supplerent summa omnium voluntate conventum fuisse, ut matre nobili natus, quanquàm patre plebeio, splendorem generis consequeretur, quod ipsis nobilibus in bonum converteret. Parva enim dote possunt filias ditissimis ex plebe hominibus collocare, nobilitatis cupidissimis.* Connanus verò, quod videret multa adhuc iis superesse vestigia antiquæ servitutis, existimat nobiles eorum esse, qui olim erant liberi: idcircò nobilitatem suam ab iisdem, quibus & libertatem, traxisse principiis. Plebeios autē aut servos aut adscriptitios fuisse, qui paulatim omnes libertate donati sint, paucis exceptis, quos adhuc tenet servitus.

14. *Deficiente patre recidunt liberi ad originem matris.*

15. *Alias absurdum est, ut filius sequatur matrem.*

16. *Nisi peculiare privilegium datum sit mulieribus.*

Alter ad civitatem aditus patet per Manumissionem, *d. l. 1. in pr. ad Municip.* de qua non injuriâ disputant Politici, Utrum scilicet *Liberti*, eo ipso, quod manumissi sint, cum libertate civitatem obtinere debeant. Aristoteles enim reprehendit Clisthenis reformationem, quâ is in tribus & civitatem adscripsit non tantùm incolas & peregrinos, sed & servos manumissos, *lib. 3. Polit. c. 1.* deque iis non tàm quærendum esse monet, *an sint & cives*, quàm *an sint justè cives.* Nam *lib. eod. c. 3.* ἀπελευθέρους seu *libertos* perinde è civium numero eximit, ut servos, quando de perfectis civibus agitur. Et cum Demosthenes ejusdem argumenti rogationem resuscitasset, unanimi populi dissensu rejecta fuit. *Plutarch. in Demosth.* Romæ, *licet à primis urbis incunabulis una & simplex libertas competeret, id est, eadem, quâ gaudebat manumissor*, ut loquitur Cicero *pro Balb.* & Iustin. *§. ult. Instit. de libert.* seu, ut Tacit. 13. *Annal.* licet *majores cum dignitatem ordinum dividerent, libertatem in communi posuerint*, adeò ut civitatem libertos promiscuè assecutos ex lege Servij ad sua usque tempora Halycar: testetur *lib.* 4. infimo tamen civium gradu relinquebantur, ob memoriam pristinæ maculæ. *l. patrono. de natal. restit.* Nam ut Claudius dicebat, cum ad preces amicorum aspersam alicui notam detersisset, *Litura tamen manet. Sueton. in Claud. cap.* 16. *Indignum*

17. *De altero civitatem obtinendi modo, sc. Manumissione.*

18. *An liberti debeant esse cives.*

19. *Quia retinent memoriam pristinæ maculæ.*

gnum quippe *populo Romano inter cives suos asscribere malesicos libertos*, ait Halycar. *lib. 4. n. 3* & qui fraude civitatem obtinuerant ex Latio, civibus ea lege mancipio dati, ut manumissione jus Romanæ civitatis acquirerent, eos Senatus domum in Latium antiquum remisit. *Livius lib. 41.* Augustus testamento mandatum reliquit Tiberio & Reipubl. ne multis libertatem daret, quò minus urbem multitudine cujusvis generis implerent. *Xiphil. ex Dion. in August.* Iustinianus ipse *d. §. ult.* ubi eandem tribuit libertatem cum civitate liberto, quam habuit manumissor, statim subjicit discrimen inter libertos & ingenuos. Ingenuos autem definiverat paulò ante, qui ex matre libera nati sint, *in pr. de ingen. Inst. Adde l. ingenuus 8. C. de rei vindic. junct. l. seq. l. ex servorum. 5. §. Ingenui 2. de stat. homin.* Οὐδὲ γυνὴ ἐκ δούλης τίκτει ἐλευθέριον, *ut ait Theognis*, siquidem partum, quoad statum, non patris sed matris conditionem sequi explorati juris est. *l. partum C. de ingen. manumiss. l. & servorum 5. §. ingenui. l. Herennius 22. de stat. hom.* Princeps quidem natalibus restituit & ingenuitatem libertinis communicandi potestatem habet, *l. patrono. l. interdum de nat. rest.* prout etiam jus annulorum aureorum offert & testamenti factionem indulget, *Mercer. lib. 1. Var. opin. c. 8.* dummodo patrono non præjudicet, *d. l. interdum.* Sed id evenit ad imitationem naturæ, quoniam *res judicata pro veritate habetur*, Vt ait Vlpian. *in d. l. ingenuum 25. de stat. homin. l. res judicata. de R. I. l. adoptivum. §. Patronum 1. de in jus voc. l. 1. C. de re jud. l. si ut proponis. C. de confirm. tut.* & jus aureorum annulorum *imaginem libertinitatis* semper relinquit. *l. aureorum. C. de jure aureor. annul.* Dum igitur libertini sunt, qui manumittuntur ex justa servitute, *l. libertini. 6. de stat. homin. in pr. de libertin. Inst.* & ingenuos in tantum facit origo ex libera matre, ut ne adoptio quidem ab ingenuo facta, ingenuum faciat, *l. ult. de stat. homin.* licet jura ingenuitatis utenda tradat in arrogatoris familia, *l. sciendum 32 de rit. nupt.* constat, multò digniorem esse ingenuorum conditionem, quàm Libertinorum.

20. *Libertini semper sunt infra ingenuos.*

Nec enim manumissio tantum potest ex sua natura, quantum nativitas, cum hæc filium surroget in jus patris, illa libertum obsequio, operis & successione patrono mancipatum, eoque longè inferiorem relinquat. *Donell. lib. 2. Comment. c. 17. & seqq.* Vnde nec civitatem ex se dare potest manumissio, quia definitur *datio libertatis*, *in pr. de libertin. Inst.* & hoc restituit, quod servitute ablatum erat. Cum libertate verò non cohæret necessariò civitas, quia & peregrini sunt liberi homines, licet civitatis jura ad eos nihil attineant. *Anton. Fab. t. 5. Iurisprud. Papinian. pr. 3. in princ.* Aliunde igitur dependet libertatis, scilicet ex jure gentium, *l. 4. in fin. de just. & jur. in pr. Instit. de libert.* aliunde civitatis acquisitio, scilicet à jure positivo cujusque Reipubl.

21. *Manumissio tantum non potest, quantum nativitas.*

22. *Ideoq; non dat civitatem.*

Apud Romanos, usque ad ætatem Iustiniani, triplex erat libertorum ordo, *C. de dedit. lib. toll. & t. seq. de Lat. lib. toll. §. ult. Instit. de libert. §. ult. Instit. de success. Novell. 78.* ut innuit Ausonius hoc versiculo:

Triplex libertas, capitisq; minutio triplex:

ex quibus non nisi unus referebat ad civitatem Romanam. Dedititij enim & Latini, tantùm à civitate aberant, quantum infra ingenuitatem & plenissimam libertatem rejiciebantur. *Neutri* enim, ut ait Cajus *lib. 1. Instit. cap. 1. §. 3. testamenta condere, vel ex testamentis dimissa capere poterant, quia cives Romani non erant. Covarr. 4. Variar. resolut. cap. 1. num. 7. in fin.* Tamen Latini certis rebus privilegia civium Romanorum consequi poterant. Dedititij verò nullâ ratione poterant ad Romanorum civium libertorum beneficium pervenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis, aut testamento, aut in Ecclesia, sive, *ut legit Alciat.* in æde sacra, aut ante Consulem manumissi fuissent, civium Romanorum privilegia consequebantur. Dedititios vocat Cajus *d. §. 3.* & Iustinianus *d. t. & §.* quos Vlpianus in *Dedititiorum numero* esse dicit, *Instit. de libert. §. 1. & §. 6. de testament.* quæ locutio magis probatur Cujac. *not. ad Vlpian.* quandoquidem dedititios non inde denominamus, quod se

23. *Dedititios & Latinos libertos non esse cives.*

24. *Qui sint Dedititij.*

stigmatis pingere solebant, decoris gratia, ut Germanorum pars, *Avent. 2. Ann. Boj.* item Thraciæ, unde Claudian: *Contr. Ruf. lib. 1.*

Membraq; qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.

Item Britannorum, *Cambden, in descript. Angl. t. de Scotis.* & Pictorum universæ genti nomen datum, testatur Isidor: quod *minutis opifex acus punctis, expressos natiæ gramine succos includat, ut hæc ad sui speciem cicatrices ferat pictis artubus maculosa nobilitas.* Multi etiam populi notis quibusdam, ut fugitivos facilius internoscerent, conscribebant, cujus rei testem habeo Ulpianum, *in l. 1. §. fin. de fugit.* quia ait: *Fugitivos conquisitos ad præfectum vigilum, vel præsidem deducendos, eorumq; nomina & notas, & cujus se quis esse dicat, ad magistratus deferendum.* Unde Clemens Alexandrin: ἐν δεσποτῶν στίγματι... *lib. 3. Pæd.* & Nonius Marc. hinc servos dictos *Stigmatias* meminit, necnon Festus *subverustos*, quasi veru ustos. Eos etiam liberalibus opponit Tertull. *de Pall.* inquiens: *Libertinos in equestribus, Subverustos in Liberalibus, Dedititios in ingenuis, rupices in urbanis, scurras in forensibus, paganos in militaribus.* Inter notas autem literæ etiam imprimebantur, ut notat Cannan. *d. num.* 4. ex Seneca *de tranquill. anim. c.* 9. ruditatem ambitiosam eorum vellicante, *qui adeò literarum ignari, ut ne servo les quidem intelligant, libros non studiorum instrumenta, sed cænationum ornamenta habeant.* Inde *literatum* pro servo posuit Plaut. *in Casin.* & proverbio dicimus: *Samius nemo literatior*, quod Samii à Tyrannide oppressi, cum civium laborarent inopia, Stigmatiis seu servis manumissis lacunas civitatis explessent, *ut refert in Aristot. in Rhetor.* Nec tamen quocunque modo inscripti inter Dedititios condemnabantur, sed illi demùm, quos inscriptio infamabat, & eo nomine civitatis honore indignos reddebat.

Paulò meliori conditione erant *Latini*, ex eadem origine cum Dedititiis cognominati. Sicut enim illi dedititiorum, ita hi Latii antiqui, quod in colonias missum erat, jure fruebantur, *l. un. in pr. C. de Lat. libert. toll.* Nam nec testamentum condere, nec ex testamento capere poterant, *Caj. d. t. 1. §. 4.* quoniam vivebant quidem, ut liberi, sed eripiebantur cum morte in servitutem, *d. l. un. Cod. de Latin. libert. toll.* adeoque cum Spiritu vitam simul & libertatem amittebant, *§. sed hæc. 4. Instit. de succ. libert.* nec ulla successione gaudebant, cum edictum Trajani ad civitatem inscio aut invito patrono provectum Latinum libertum, in ipso articulo mortis condemnet, & ad Latinitatem, quæ patrono jus succedendi offert, retrahat, *d. §. sed hæc 4. Instit. de succ. libert. d. l. un. in pr. C. de Lat. libert. toll.* de quo conqueritur Salvian. *lib. 3. ad Eccl. Iugo Latinitatis adstringuntur, quos scilicet jubent sub libertorum quidem titulo agere viventes, sed nolunt quicquam habere morientes, negato his ultima voluntatis arbitrio: Etiam, qua superstites habent, morientes donare non possunt.* In hoc tamen præpollebant dedititiis, quod occlusum aditum ad civitatem sibi non haberent, quin concessione & beneficio patronorum, quorum intererat, facilè ad perfectam libertatem aspirabant, *Caj. d. §. 4.* nec non aliis viis, quas ostendit Ulpian. *d. t. de Latin. indulgentiam principis, Liberos, Iterationem, Militiam, Navem, AEdificium, Pistrinum.* Cajus definit Latinos per enarrationem modorum, quibus confertur libertas Latina, dum ait: *Latini sunt, qui per Epistolam, aut inter amicos, aut convivij adhibitione manumittuntur.* Priorum duorũ modorum mentionem facit Iustin. *d. l. un. §. 1. & 2. C. de Latin. libert. toll.* Posteriorem explicat Theophil. *Instit. t. de libert.* si sc. Dominus servum dignetur mensa, quâ servili ordini alias interdictum erat. Idem obtinebat, si Dominus ancillam libero homini in matrimonium collocasset, aut collocari passus esset, constituta dote, *d. l. un. §. Sed & si quis 9.* si pileatum servum jussisset funus suum sequi, *d. l. unic. §.*

Sed

[Margin notes:]

10. *Qui fuerint liberti Latini.*

11. *Qui modis constituta fuerit Latinitas.*

9. [illegible]

Sed & quis. si ægra mancipia exposuisset sine ope, idque ex edicto Claudij, *Suet. in Claud. c. 25.* quod Iustin. *d. l. un. §.* interpretatur de Latina libertate. Ne testamento quidem civitas dari potest, ut dictat Vlpian. *d. t. de libert.* sine autoritate concilij. *Testamento*, ait, *manumissum perinde haberi, atq; si domini voluntate in libertate esset, ideoq; Latinum fieri: Quia civitas non est privati arbitrij.* Cæterum de his generibus libertorum vide plura *apud Caj. Vlpian. Paul. Iustin. dd. locis. Angel. Pol. c. 84. Miscell. Cent. 1. Connan. lib. 2. Iur. Civ. c. 6. Alciat. lib. 1. Parerg. c. 14. & seqq. Mercer. var. opin. c. 8. & seqq. Sigon. lib. 1. de antiq. jur. Civ. Rom. c. 6. l. b 2. c 14. Tiraq. in l. si unquam verb. Libertis. n. 123. & seqq. C. de rev. donat. Zas. in l. 2. de orig jur. verb. vind. Cujac. 4. observ. c. 1. Anton. Fab. ad t. Inst. de libert. Covarr. 4. var. resol. c. 1. n. 7. Donell. lib 2. comm. c. 16. Brech. & Forner. ad l. 16. de V. S. Gothofred. ad l. un. in pr. C de Latin. lib. toll. ad Nov. 78. in pr. Alex. ab Alex. 4. Gen. dier. c. 10.*

32. *Quomodo in civitatem etiam consecuti fuerint.*

33. *Vtrum Latini & Dedititij cum civibus confundendi.*

Vtrum verò Augustus, sub quo lex AElia Sentia de Dedititiis, vel Tiberius, sub quo Iunia Norbona & paulò post SCtum Largianum, de Latinis libertis latum, vel Trajanus, qui edicto Latinitatem confirmavit, rectius libertorum ordines distrinxerint, quã Iustinianus confuderit, *§. ult. Inst. de libert. §. ult. Inst de succ. libert. l. un. C. de dedit. lib. toll. & l. un. C. de Latin. libert. toll. Nov. 78. in pr.* ex rationibus, quas pro antiquis legibus tetigimus, satis patere puto. Dedititiis enim obstat macula infamiæ indelebilis, quò minus cũ clarissimis civibus censeri eodem jure debeant. Si enim ab optima Republ. opifices propter sordes & quod vitam beatam assequi nequeant, Aristoteles rectè amovet, 3. *Polit. c. 3.* Si infames negat cives esse ἁπλῶς, sed cum adiectione. 3 *Pol. c. 1.* quo jure cum Excellentissimis civium comparari queant *Stigmatiæ* aut *Stichi*, quos dictos volunt, quasi στικτοὺς id est, *compunctos* Latinis quoque meritò denegata fuit civitas plena, quoniam jus publicum civitatis non debuit tàm civiliter cujusvis privato arbitrio prostitui. Si enim Principes & Censores, qui autoritate publicâ *Comatis*, id est, Nobilibus [illegible] aliisque liberis & de Republ. bene [illegible] populis, civitatem communicarunt, [illegible] omnibus reprehensi jure sunt, tanquam civitatis nimis prodigi. quanto magis reprehensionem meretur illud institutum, quo privatis hominibus potestas fit catervatim ingerendi, non liberos aut benè meritos homines, sed malitiosos totique civitati dedecori futuros servos, in quem morem [illegible]hitur Halyc. *lib. 4.* reprehendens eos, qui probitatis gloria affectata, multos pileatos funus suum sequi curarent, inter quos multi fuerint malefici, recens è carcere egressi, & innumeris suppliciis capitalibus digni. De affectata pietatis gloria meminit [illegible] Iustin. *d. l. un. §. 5. C. de Latin. libert. toll.* & Persius jocatur in novellos cives ex abjectis servis regeneratos. *Sat. 5.*

34. *Civitas [illegible]*

Heu steriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit: Hic Dama est, non tressis
Agaso,
Vappa & lippus & in tenui farragine
mendax,
Verterit hunc Dominus, momento temporis exit
Marcus Dama.

Plena enim libertas non offertur, nisi uno ex tribus modis, quos depromere licet ex Topicis Cicer. *Censu, Vindicta, & Testamento.* Cajus ait: *d. t. 1. Cives Romani sunt, qui iis tribus modis, aut testamento, aut in Ecclesia, seu ade sacra, aut ante Consulem fuerint manumissi.* Ex his tribus modis solam vindictam civitatem dedisse [illegible] Tiraq. *d. num. 123.* ex illis Taciti verbis *lib 13. Annal. Quia & manumittendi duas species institutas, ut relinqueretur pœnitentiæ aut novo beneficio locus. Quos vindicta patronus non liberaverit, velut [illegible] servitutis attineri.* Vnde & Persius ait [illegible] *Sat. 5.*

35. *Civitas in censu, vindicta, testamento.*

36. *Tiraq. [illegible]*

Vindicta postquam meus à Prætore [illegible]
cessi,
Cur mihi non liceat, jussit quodcunque
voluntas?

quasi nulli amplius servituti [illegible] ctus sit, quem vindicta liberavit. [illegible] idem Livius *lib. 2. in pr.* dum [illegible]

[illegible] scribit. *Præmium indici ser-* [illegible] *erario, libertas, & civitas da-* [illegible] *tur vindicta liberatus.* [illegible] *quoq; nomen tractum ab* [illegible] *ei nomen fuisse, post il-* [illegible] *ut qui ita liberati essent, in* [illegible] *accipi viderentur.* Plutarch. ait: [illegible] *esse, ut Vindicem primum li-* [illegible] *Romanum fieret, & in qua vel-* [illegible] *suffragium ferret, in Public. Vindi-* [illegible] Boeth. *in Top. virgulam fuisse scribit,* [illegible] *lictor manumittendi servi capiti im-* [illegible] *ipsum in libertatem vindicabat, di-* [illegible] *quadam solemnia verba.* Plutarchus *in* [illegible] *er num. vindict.* vocat κάρφος, *tenuem* [illegible] & Isidor. *libr.* 9. ceremonias alias [illegible] ens. *Romanos, quos manumitte-* [illegible] *percussos circumegisse, atq; ita de* [illegible] *misisse*, quo alludit, & *vertigo* Persii, & [illegible] Senecæ *in Epist. ad Lucil.* quando *Phi-* [illegible] dicit *non differre manumissionem* [illegible] *in diem, sed eum statim cir-* [illegible] Innuit etiam Appian *lib. 4. bell.* [illegible] quando dicit, *Labeonem servum dex-* [illegible] *circumegisse, ut mos erat Ro-* [illegible] *manumittendi.* Non dubium au- [illegible], quin vindicta servos *omnium* non [illegible] *suppliciorum*, ut ait Cicer *pro Rabir.* [illegible] *liberet*, sed & in civitatem referat, quia [illegible] consensu & jussu ejus magistratus, qui [illegible] populo [illegible] butam habebat potestatem ci- [illegible] donandi. Lælii enim Taurelli opi- [illegible] qui libertos nunquam habuisse jus suf- [illegible] *in lib. de milit. ex cas.* his testi- [illegible] cæteris, quæ de censu subjiciemus, [illegible] rejicitur. Cajus ad hanc potestatem [illegible] *prætorem, proconsulem legatumve* [illegible] *nec omnino necesse fuisse* ait, *pro tri-* [illegible] *manumittere; quoniam plerumq; in* [illegible] *servi manumitti possunt, cum præ-* [illegible] *magistratus aut lavandi, aut gestan-* [illegible] *ludorum gratia prodierint.* Liv. *lib.* [illegible] *Dictatori, Consuli, Interregi,* [illegible] *Prætori* hanc tribuit facultatem. [illegible] inus vero ait: *Apud concilium no-* [illegible] *apud consules, Prætores, Præsules,* [illegible] *Magistratusve earum civitatium,* [illegible] *ejusmodi jus est, adipisci potest patro-* [illegible] *jus [illegible] servus libertatem. l.* [illegible] *vindict. libert.* Adde *l. x. C. Eod. l.* 1. *in pr. de off. cons. l. laudabile* 4. §. *His insuper* 5. *C. de advoc divers. judicum. l.* 1. *de off. præ-tor. l.* 2: *de off. procons. l.* 1. *Cod. de his, qui in Eccl. man.* Verum, quod soli vindictæ hanc prærogativam tribuat Tiraq. id neq; ex Taciti, neq; ex Livii verbis rectè evincitur. Livius enim primum Vindicium in civitatem receptum testatur, non ex omnibus libertinis, sed præ iis, qui vindicta post hac liberandi essent. Tacitus vero non loquitur de civitatis, sed libertatis gradibus. Etiamsi enim non audiamus Cajum, qui conceptis verbis Cives Romanos testamento patroni fieri asserit, certè *censu* assignata fuit libertas ante Vindicium, quia ante libertini suffragia ferebant. Suffragiorum autem jus non cadit in eum, qui civis non est. Verisimile est autorem Census & Manumissionis Servium, *Dionys. Hal. lib.* 4. sui ordinis hominib. hoc quoq; privilegium indulsisse, ut manumissi inter cives censerentur. Censu enim libertos inter cives asscribi, docet Cic. *in Top.* ubi id explicans Boet. ait: *Si quis consentiente vel jubente Domino, nomen servi in censum detulisset*, & idem Cic *pro Cæc. Cum populus in censum vendit, hoc judicat: Cum ij, qui in servitute justa fuerunt, censu liberentur, eũ, qui cum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse.* Item Vlpian. *in fragm. d. t. Censu manumittebantur olim, qui lustrali censu inter cives Rom. censum profitebantur.* Lustralem censum vocat, quia privata census professio, sive à Domino, sive à servo, annuente Domino, facta civitatem dare non poterat, ut innuit Tacitus *libr.* 13. *Annal.* quando *pænitentiæ aut novo beneficio locum relictum* dicit, & præcipuè Cicero 1. *de Orat.* inquiens: *Quid de libertate, quo judicium nullum gravius esse potest? Nonne ex jure civili potest esse contentio? ut cũ quæritur: is qui Domini voluntate census sit, si lustrum non sit conditum, sitne liber?* Vlpianus igitur sese explicans censoriam autoritatem inter conditiones census requirit: *Servi*, inquit, *qui in peculio centum haberent, aut quibus eas facultates Domini impartirent, si eos Domini in censum civium a Censoribus asscribi juberent, libertatem consequebantur. Charond. in Vlp. Ant. Cont.* 2 *sub-ces. c.* 9. *Connan. lib.* 2. *Comm. cap.* 4. *num* 1.

39. *Sed non solam.*

40. *Cum & censu eandem dederit.*

41. *Sed lustrali.*

Cenſorum autem autoritate opus erat, ad eam libertatem, quæ civitatem ſibi innexam habebat, quippe cum privatæ concluſiones jus publicum non invertant. *l. jus agnat.* 34. *l. jus publicum* 38. *de pact. l. Neratius* 20. *in princip. de relig. & ſumt. fun. l.* 1. *§. ſi inter* 9. *de magiſtr. conv.* Vnde de teſta-

41. An teſtamẽto potuerit tribus civitas.

mento dubium eſt, utrum privatâ voluntate potuerit civitatis juri præjudicium creari, præcipuè cum Iuſtin. *dict. l. un. §. Sed & qui Domini. §. Cod. de Lat. lib. toll.* Pileatos ſervos funus voluntate teſtatoris præcedentes, ſeu *libertos orcinos*, ut vulgò vocantur in Latina conditione, ſeu ſpecie ſervitutis relictos fuiſſe teſtetur, & Vlpian. *in fragm.* dicat: *Domini voluntate, ſine concilio, dimiſſum, Latinum fieri.* Nam quod Connan. *d. libr.* 2 *cap.* 6. *num.* 1, etiam ante Vindicium per teſtamentum ſervos in numerum civiũ relatos aſſerit, eam conjecturam redarguit Pompon. *in l. Verbis* 120. *de V. S.* quando ex ll. XII tabul. patribusfamil. poteſtatem factam dicit *libertates, tutelas &c. teſtamento dandi.* Eſto autem: Libertatem potuerit dare paterfamil. & ſervitutis commoda de ſuo remittere: atqui jus publicum civitatis privato arbitrio ſubjectum non fuit. Nam quod Cicero libertatem interpretatur per *Civitatem. pro Balb.* dum ait: *Servos benè de Republica meritos, perſæpè libertate, id eſt, civitate donari videbamus*, id de certo genere Libertatis Romanæ, quam perfectam & plenam vocat Iuſtin. *de libert. Inſtit. l.* 1. *§.* 2. *Cod. de comm. ſerv. manum.* rectè interpretatur Petr. Faber. *in l. libertas* 106. *in fin. de R. I.* præeunte ipſo Cicerone *pro Cæcin.* & dicente: *Qui poteſt ex jure Quiritium liber eſſe is, qui non eſt civis?* Ius enim Quiritium civitatem dabat cum libertate: ſed Latini & Dediti liberi erant ſine civitate, quia non impetrarant libertatem lege optima, ſeu Iure Quiritium.

43. Libertos etiã cives fuiſſe infra ingenuos.

Quia verò illi ipſi, quos Ius Quiritium cives faciebat, ſervitutis lutum olebant, non ſtatim, ut manumiſſi erant, ingenuis quibusque civibus miſcebantur, ſed ad infimam civitatis fecem ablegebantur, donec, qui ex iis naſcerentur liberi, fierent ingenui. Servius enim Tullius quatuor urbanas tribus libertis aſſignavit, *Halycar. teſte libr.* 4. ad ferenda ſuffragia, quas propterea poſt omnes alias remotas, & ruſticis, in qu... us ferebant ingenui, poſtpoſitas fu... ſſe, e... poſteriori hiſtoria liquet. Vindicio enim magni honoris loco, data fuit optio, *ut in qua liberet, tribu ferret, Liv. libr.* 1. & libertini nullo non tempore ex contemtis urbanis tribubus niſi ſunt ad conſpectiores potentioresque prorepere. Nam *Anno V. C.* 44... ab Appio Claudio Cenſore in omnes tribus diſperſi fuerunt. *Plutarchus in Publ c.* Sed cum indignè ferret populus humilimorum in manum contraria recidiſſe. Qu... Fabi... *An.* 450. omnem forenſem turbam ex... in quatuor tribus conjecit, *Vrbanasque* eas appellavit, adeoque eam rem acceptam gratiis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. *Liv. lib.* 9. *in fin.* Mox cum ſenſim in patronorum tribus relapſi fuiſſent, *Ann. V. C.* 532. ab Aemylio Papa & C. Flaminio Cenſoribus in quatuor urbanas tribus redacti ſunt, quas nominat Eſquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam, Florus *Epiſt.* 20. *in fin.* Poſt annos quinquaginta duos diſceptatio orta eſt inter Claudium & Tiber. Gracchum Cenſores, cum alter eos, qui ſervitutem ſerviſſent, nec filium quinquenni majorem, nec prædium prædiáve plurius ſeſtertium 30. millium haberent, omnibus tribubus amovere, id eſt, ut interpretabatur Claudius, *civitate libertateq; multare* vellet, alter id in poteſtate cenſorum eſſe negabat: Suffragii lationem injuſſu populi Cenſorem ...quam homini, nedum ordini univerſo adimere non poſſe. Tandem eò deſcenſum eſt, ut ex quatuor urbanis tribubus, in quas liber...i deſcripti erant, unam palam in atrio Libertatis ſortirentur, in quam omnes, qui ſervitutem ſerviſſent, conjicerent. Exquilinæ ex... ſors: In ea Tiber. Gracchus pronuntiavit libertinos omnes cenſeri placere. Magno ea res honori Cenſoribus apud Senatum f... gratiæque actæ & Sempronio, qui in be... cepto perſeveraſſet, & Claudio, qui no... impediſſet. *Liv. libr.* 45. nec abs re, quia d...ente Cicero. 1. *de Orat. niſi id feciſſet Grac... Rempublicam quam nunc vix teneremus, jamdiu nullam haberemus.* Poſt anno... ...xagin-

x[illegible] Scaurus Consul iterum legem de libertinorum suffragiis tulisse legitur, *apud* [illegible] *Vir. Illustr.* quam per antecedentia interpretatur S.gon.2. *Civ. Roman. cap.14.* [illegible] ad quatuor tribus urbanas [illegible] pucem in Florus *Epit.7*[illegible]. *in princ.* [illegible] P. Sulpitium tribunum pleb. auctore C. Mario inter cæteras perniciosas leges pro[illegible], ut novi cives, libertiniq;ue distribuerentur in tribus. Non opus enim fuisset [illegible] rogatione, si antea per legem in 34. urbanas contracti non essent. Cum verò factione Mariana urbe ejecta, Sulpitius indicio [illegible] occisus, & rogatio antiquata esset, tri[illegible] post, Senatusconsulto Carboniano libertini iterum in quinque & triginta tribus [illegible] sunt. *Flor. Epit.84.* nec multò post C. Manilius tribun pl. eandem rogationem proposuit, sed à Domitio prætore impeditus perferre non potuit, de quo Domitio Cicero [illegible] *Milon. Dederat enim quod contemne*[illegible] *populares insanias, jam ab adolescentia documenta maxima.* Ideoque P. Clodius in tribunatu suo turbulentissimo novam legem proponere coactus fuit, dicente [illegible] *in Milon. ut libertini, qui non plusquam in urbanis tribubus suffragium ferebant, possent in rusticis quoque tribubus, quæ ingenuorum essent, ferre.* Omni igitur tempore ex iniquis tribubus, nisi sunt libertini, accipere, sed perennibus legibus repulsi causa ceciderunt, adeò ut Dionys. Halyc. usque ad sua tempora, seu Augusti, libertinos in urbanas tribus damnatos fuisse testetur, quos etiam à militia prohibitos fuisse, constat ex eo, quod post C. Marii tempora demum libertinos omnium primum militare cœpisse, testetur Flor *Epit.74.* & Liv *libr* 10. [illegible] Hetruria cum Vmbris & Gallis, non ingenuos modo & juniores Sacramento adactos scribit, sed seniorum & cohortes [illegible]as, & libertinos, quasi in summo discrimine Centuriatos. Quod si suffragia non habuerunt integra, multò minus ad honores & magistratus admissi fuerunt, de quibus cum *sect. præced.* egerimus, nihil nunc subjiciemus 45.

Tertius modus obtinendi municipium seu civitatem statuitur ab Vlpiano. *Adoptio, in l.1. in princ. ad Municip.* & ab Impp. *in l. Cives 7. de incol. libr.*[illegible]. quæ tamen jus & onera patriæ non extinguit, *l. ordine 15. §. fin. ad Municip.* nec adoptione liberatum sive emancipatum filium in eam civitatem asciscit, in qua civis erat pater adoptivus. *l. sed si emancip. 16. ad Munic.* sed in suam quemque patriam nativam recidere sinit, quemadmodum Romani Latinos jusserunt in Latinitatem redire, qui se adoptari curaverant à civibus Roman. ut emancipatione civitatem acquirerent. *Liv. lib 41.* Sed de hoc modo, qui cum adoptione evilvit, non agam pluribus, ut nec de Quarto, vid de *Allectione*, seu civitatis *Donatione*, quod plura circa eam incidant monita, in librum 4. qui erit de subditis reservanda, ubi & de Privilegiis, quæ civibus in Republica debentur præ Hospitibus, copiosè agemus *cap.* [illegible] *& 2.* Sunt ex Iunioribus Politicis, qui ad hoc caput referant, quæ de Structura & Aedificiis urbis Politico monenda sunt, *Zachar. Freudenr. cap ult. Polit Arnold. Engelbr. disput. Polit. de Civitat. & Kynast. pra mem. in hoc ipso cap.* Sed quia hic non de Vrbe agitur, sed Civitate, Aedificia cum populo non sunt confundenda. De mœnibus & fortalitiis agendum erit *libr. de bell.* De ædificiis publicis & privatis, *in c. de offic. Aedilium.* Situm quidem deberemus populo, felicem civitatem meditanti, præfinire, ductu Aristotelis, sed institutum nostrum properat, & poterit hanc partem Lector ex aliis petere.

***

Tertius modus obtinendi civitatem, Adoptio.

RELECTIONIS POLITICÆ

LIBER SECUNDUS.

De

REBUSPUBLICIS IN GENERE ET SPECIE.

Procœmium, in quo redditur ratio ordinis.

SUMMARIA.

1. *Quod omnis Ordinis Regula desumatur à nostra cognitione.*
2. *De numero ordinum.*
3. *Quod practicis disciplinis non competat alius ordo, quam Analyticus.*
4. *Quod Politicæ dandum sit initium à Republ.*

SECTIO I.

Quod omnis ordo desumatur à nostra cognitione.

1. *Omnem ordinem dependere à nostra cognitione.*
2. *In Hippocratis scriptis non exigendum ordinem.*
3. *Cum difficultate cognosci, quod cognoscitur sine Methodo.*
4. *An ordo naturæ semper coincidat cum ordine nostræ cognitionis.*
5. *Responsio Piccolominei ad tex. 1. lib. 5. Metaph.*
6. *Rejiciuntur quædam argumenta ejusdem.*
7. *Argumentum aliud pro sententia Zabarellæ.*
8. *Ordo Accidentalis removetur.*
9. *Respondetur instantiis Piccolominei.*
10. *Methodi regula non debet esse incerta.*
11. *Cur de homine prius agatur in Physicis, quam cæteris animalibus.*
12. *Quomodo ordo imitetur naturam.*
13. *Fallacia Piccolominei.*
14. *Aristotelem nullibi sumpsisse initium ab ordine naturæ.*
15. *An libri de anima præcedant libros de partibus animalium.*
16. *Quare Universalia præmittantur particularibus.*
17. *Sententia Zabarell. probatur autoritatibus.*
18. *Disquiritur de sententia Galeni*
19. *Capivaccii sententia rejicitur.*

QUemadmodum ex natura rerum quis DEVS in universo mundo homini vel cognoscendas objecit, vel agendas proposuit, duplicem Philosophiæ partem eduxit Aristot. 6 *Metaph. c. 1. 3. de anim. tex. 49. Theoricam & Practicam.* Ita hominum disertorum studium utrique facilius addiscendæ distinctam invenit methodum, quarum unam *Compositivam*, vocant, alteram *Resolutivam*. Quia enim cognitioni nostræ inservit Methodus, meritò ab eâdem, regula ejus desumitur, quia unumquodque, quod ad finem ordinatur, tum demum perfectum est, quando finem suum assequitur, 10. *Eth. c. 4.* id quod de instrumento tantò facilius concedendum est, quantò ejus natura propius a fine dependet. Possumus enim ut docere, ita discere [illegible] ordine, qua ratione multa veterum [illegible] ta extant, & ipsius etiam Hippocratis [illegible]

pia,

[illegible] in cu[illegible] Aph[illegible]rifmis inani opera ordi-[illegible] Horstius, *in Epist. Med.* Feco[illegible] *Meth[illegible] Aphoris.* Curt. & Ca[illegible] *in proœm.* [illegible]*ph.* [illegible]*mm.* quorum hic [illegible] [illegible]vum, ille resolutivum excogita-[illegible], cum tamen minus in aphorismis, quam a[illegible] ejusdem autoris scriptis ordo exigi de-beat, præ[illegible]puè quod nomen Aphorismi se [illegible] & divulsam doctrinam suo signifi-ca[illegible] [illegible]erat. *Argent. Introd. in Aphor. c. 3. &* [illegible] de [illegible]ibus Hippocr. scriptis tale judi[illegible] G[illegible]len. 9. *Meth. H[illegible] omnia scripsit* [illegible]*ocr. sed ceu primus inventor, nec debi-t[illegible]m omnibus ordinem dedit, neq; cujusq; in-dicationis dignitatem ad unguem finivit,* [illegible]*dã in ipsis discretiones emisit, obscuréq;* [illegible]*ima pro antiqua dicendi brevitate omi-*[illegible] [illegible]er[illegible]m rem quidem ex iis cognoscere li-c[illegible], fed majori cum difficultate, quàm si in [illegible]timum congesta esset ordinem, prout [illegible] at Galen. *lib 6. de tuend. Valet. c. 8. in fi.* [illegible]quiens: *Doctrina, quæ Methodo traditur & [illegible] recordabilis & compendiaria red-ditur.* [illegible] hunc enim finem adhibetur Metho-dus, ut cum possimus etiam sine ea rem co-gnoscere, e[illegible]us ope facilius & certius in co-gnitio[illegible] progrediamur. Fieri verò potest, ut o[illegible]do naturæ repugnet ordini nostræ cogni-tionis, nec priora & notiora naturæ, sint priora & notiora intellectui nostro. Nam quod Picco[illegible]. objicit *in Introd. Philos. c. 6. c.* [illegible] o[illegible]inem naturæ ubiq; coincidere, cũ or-dine cognitionis distinctæ, q[illegible]am requisivit j[illegible] regulam Methodi Zabar. *l. or. 1. de Meth.* c[illegible] eo non distinguit varios gradus & di-[illegible]ersi[illegible]s cognitionis. Nam, ubi quæritur de c[illegible]gnitione rei, per sua principia, idẽ no-bis & naturâ notum est. 1. *Poster. Anal. c. 2.* sed quando unius cognitio ad alterius, non tam necessaria est, quam utilis, seu, *ut ait Al-bert. M. libr. 7. Met. tr. 1. c. 6. adminiculans,* qu[illegible] [illegible]rius respectu posterioris non habet ra-ti[illegible] causæ, qua ratione erga se compara-[illegible]æ sint [illegible]t plurimum species contradistin-ctæ [illegible]tus, locus, tempus, quatuor Elemen-ta [illegible]pes & animalia, quinq; sensus, &c. ibi i[illegible] discrimen oriri inter priora naturæ & [illegible]is. Nam tum non à primo & rei prin-[illegible] A[illegible]st. 5. *Metaph tex. 1* auspican-[illegible] est, sed ab eo, undequis facilius aut oportunius discat, ὅθεν ῥᾷστ᾽ ἂν μάθοι. Aliquan-do enim coincidunt priora naturæ & notio-ra nobis, & tum idem est principium rei & cognitionis. aliquando non coincidunt, & tum posteriora præternatui prioribus, adeo ut sine ratione objiciat Piccol. *part. 5. Com. polit. de 1. tex. 5. Meth.* agens, non confirmari sententiam nostram ex hoc loco Arist. cum nos non aliquando sed semper à cognitione nostra peti methodi legem tradamus. Nam Aristotelis propositum non fuit adæquatam & proximam rationem ordinis eo loci ape-rire, sed simpliciter ostedere, ut motus prin-cipium aliquando non petitur ex magnitu-dinis principio quod eadem ratione non au-spicemur disciplinam semper à principio naturæ, sed unde facilius discamus. Nec il-lud quicquam roboris habet, quod *in In-trod. c. 19 & part. 5. Com. Polit* excipit. Ari-stot loqui de via, non de ordine. Nam quod gratis asseritur, eadem facilitate rejicitur, qua assertum fuit. Autoritas Alexandri A-phrodisæi, quæ probationis loco attexitur, partim suo Marte concidit, quia ipse Piccol. *d. part. 5.* dubitat de commentariorum eo-rum autore, partim aliorum autoritate re-tunditur. Thomę enim verba, *5. Metaph. lect. 1.* commodè aliter explicari non possunt, quàm de ordine, & Albert M. *5. Metaph tr. 1. c. 1.* adeò manifestè interpretatur textũ Arist. de ordine, ut accommodet etiam ad ordi-nem, qui cadit inter disciplinas diversas. Et ne testimonia aliorum conquiramus, cum verba Aristotel. manifestò loquantur de or-dine, siquidem paulò post principium viæ peculariter explicet, unde primùm res est cognoscibilis ut demonstrationum suppo-sitiones, quæ verba Piccolom. *dict. cap. 5.* accipit de solis principiis naturæ, quasi sup-positiones, aut ὑποθέσεις τῶν ἀποδείξεων sem-per contineant causam rei, & non dicantur etiam principia rei, quæ à posteriori desu-muntur. Non enim tradit Aristoteles quod sint sed quod dicantur principia. Præterea modus loquendi Aristotel. non quadrat in viam, quia licet unum, medium sit prius al-tero: tamen quando per unum cognosci-mus, non dicimus incipere cognoscere, sed totam conclusionem uno intuitu cognosci-mus; quem nodum non tangit Piccolom.

3. [illegible]

4. Ordo naturæ [illegible]

5. Responsio Piccolominei ad 1. text 5. Metaph.

6. Reiicitur.

in dict. part. 5. Denique comparatio disciplinarum cum motu non admittit interpretamentum Piccolom. quia in via non est continuus motus, ut super magnitudine, cui disciplinarum progressum, eo loci comparat Aristoteles. Proinde Aristotelis sententia rectè adducitur à Zabarell. 1. *Meth. cap 7. & libr. 1. Apolog. cap. 6.* quod non ex natura semper sit petenda regula Methodi, quando scilicet divortium incidit inter naturam & cognitionem, quod tum evenire diximus, quando quæ in disciplina tradenda sunt in una specie evidentius apparent, quam in altera.

7. *Argumentum aliud pro vera sententia.* Nullum enim pro nostra sententia accuratius argumentum ex Aristotele petere possumus, quam si ostendamus, ordinem naturæ ab eo sæpe posthabitum ordini cognitionis. Nam licet tactus sit sensuum omnium communissimus. 2. *de an. text. 27.* & Piccolom. à communibus, tanquam natura prioribus, semper velit initium faciendum esse, *ex text. 57. libr. 1. Physic.* Tamen Aristoteles in tractatione sensuum exorsus est à visu, quia medium & species, per quæ disputat Aristoteles sensus exerceri, *2. de an. text. 75 & 78.* nullibi evidentius demonstrari poterunt, quam in visu. *2. de an. cap. 7.*

8. *Ordo Essentialis & Accidentalis.* Piccolom. *in introd. cap. 19. & part. 5. in princip. Comm. polit.* concedit ordinem naturæ interdum deseri, sed ex eventu, propter imbecillitatem intellectus nostri. Capivacc. *de diff. doctr. cap. 5.* duplicem constituit ordinem, *Essentialem & accidentalem.* quorum hunc ab Aristot. *in 2. de an. de sensib.* observatum putat, quando ab essentiali recessum est propter melius, aut ex arbitrio: Quo argumento & Hippocratem excusat. *Galen. 1. de artic. 6.* quod accurato doctrinæ ordini non insistat, sed præter institutum aliquando excurrat; Arbitrio certè locus non relinquitur, ubi certa præscripta est regula, ultrà quam prodire nefas est. Quicquid autem fit propter melius, jam non accidentale, sed essentiale reputatur, quia ordo essentialiter tendit ad melius addiscendum. Ridiculus enim mihi ordo sit, qui cognitionem reddat difficiliorem, & excludat illud, quo melius quidq; cognoscatur.

9. *Respondetur* Quod verò Piccolom. respondet, Aristotelem corrumpere Methodum ob imbecillitatem intellectus, hoc in loco locum non habet, quoniam non ex parte intellectus, sed imperfectionis tactus & odoratus evenit, ut medii & specierum ab objecto distinctionem advertere nequeamus. Porro addit Piccol. *dict. cap. 19.* inter sensus ordinem non esse necessarium & proinde arbitrarium, sed quia Zabarell. 1. *Apol. cap. 6.* abundè huic responsioni satisfecerat, & ostenderat, si de essentia ordinis sit imitari naturam, prout in definitione ordinis posuerat Piccolom. *cap. 1. introd.* fieri non posse, ut inter sensus non cadat ordo disciplinæ, quibus interjectus est ordo naturæ, profugit ad sacram anchoram, & ait: Aristotelem ne sic quidem deseruisse ordinem naturæ, cum visus sit prior natura cæteris sensibus, *2. de ort. & inter. text. 7.* Quæ si vera sunt, & tam Aristot. qui à visu, quam Plato, *in Timæ.* & Avic. 6. *Natur.* qui à tactu initium faciunt, ordinem naturæ imitantur, quæ tandem erit fixa Methodi regula, ad quam vagi & incerti illi ordines exigi & examinari debent. Si enim jus est inter sensus initium facere à prior... quoad ... tentionem, cur non idem jus est in cæteris physicæ partibus? cur locus & tempus præmittuntur distinctæ cognitioni motus? cur intellectus non explicatur, ut ante ... tem, ita etiam ante sensitivam & vegetativam facultates? Aut quid caussæ tandem est, cur modò generationis, modò perfectionis ordo observandus? Aliquam ... in ... esse oportet cum nulla facultas quatenus ... differens, in alterutrum oppositorum, nisi tracta à causâ movente, condescendat, ... *disputat Averrh. in 2. Physic. text. 48.* Nisi verò relabaris ad cognitionis nostræ facilitatem, nulla superest. Est etiam per se vanum, ordinem ex eo desumere velle, quod nihil ad ordinis naturam attineat. Quæ ... tem ad cognitionem cui omnis ordo ... vire debet, utrum aliquid sit altero perfectius, vel imperfectius, quemadmodum Palladius *in comm. ad libr. Hippocr. de ...* ordinat libros Hippocratis ex sola ... rum dignitate & præeminentia? ... 11. enim satisfactum est desiderio, si ... colom *ex 2. de gener. anim. cap. 4.* de ... ne inter cætera animalia prius agendum ...

quia omnium primus & perfectissimus est, cum enim... quare à perfectiori auspicandum sit, cum idem Aristot. *in eodem lib.* sæpe in reliquis animalibus quædam prius explicet, quam in homine: Nam, quod tacite respondet Piccolom. pro ratione instituti cujusque, quid hoc est, nisi pro ratione cognitionis nostræ? Sic enim ipse Aristot proximam causam aperit, quare de hominis partibus prius agat, 1. *de hist anim. c. 6. 2. de part. anim. cap.* 10. quia sunt *nobis magis cognita*. Imò licet principia naturâ priora sint affectionibus: tamen propter prioritatem de iis primò loco non dicit considerandum, *... physic. text. 1.* sed quia cætera sine principiis cognosci non possunt. Vbi enim cognitio nostra non exigit contrarium, fateor, sequendam esse naturam, & hoc indicavit Aristoteles ubi regulam Methodi desumit à natura. Nam eum eandem desumat alibi à nostra cognitione, & id confiteatur Piccol. *dict. part. ... altera ratio erroris est*, nequit nobis objicere, quasi accusemus Aristotelem Elenchi non causæ, ut causæ. *ibidem §. Prætereà minus rectè.* cum ipse hunc Elenchum cogatur agnoscere *in 1. Phys. text. 1.* Ex duabus verò his causis alteram oportet esse immediatam, alteram mediatam, quia duæ causæ diversæ nequeunt eundem edere effectum. *Averrh. de gen. anim.* Non potest immediata esse natura, quia ubiq; etiam ubi ordo essentialis non violatur, non observatur & cum ambigua sit, necessario reducenda est ad alteram, scilic. cognitionem nostram. Hæc ergò immediata est, quantumcunque natura prior sit, ut objicit Piccolom. *d. ... altera.* Fallo enim præsupponit, ordinem cognitionis dependere ab ordine naturæ. Aliud enim est sequi aliud dependere. Committit enim fallaciam similem illi, qua laborat primarium ejusdem argumentum. *in introd. c.* 18 Disciplina, cum nihil aliud sit, quam τα πραγ'γματα explicata, tum demum perfecta est, quandò eum rebus conco... at. Ergò qualis est ordo naturæ, talis debet observari in disciplina. Confundit e nim disciplinam cum ordine cognoscendi, quod quam sit turpe, vel ex demonstratione ab effectu patet. Licet enim materiam per transmutationem tanquam principium cognoscam: tamen transmutationem non cognosco, ut principium materiæ. Licet in Ethica Aristoteles primò tradat summum bonum, postea virtutes, in genere demum harum principia: tamen dum operatur Ethicus, ordinem cognitionis eadem seriem non prosequitur, sed potius contrariâ. Imò Aristoteles nullibi regulam Methodi desumsit à natura, cum posset à nostra cognitione. Nam *in princ. libr.* 3. *Rhet.* cognitio nostra diversum ordinem à naturali non exigebat. Vbi verò dicit à primis esse initium sumendum, *cap. 1 de sens. & sensil.* non semper prima naturâ intelligit, sed etiam communia axiomata, *ut in princ. libr. 4. Elench.* Aut si intelligat ipsa principia rei, *ut in pr. 3. Rhet. 2. de gen. anim. c. 4.* rectè quidem dicit, quia à principiis, ubi occurrunt, semper auspicandum est, sed non aperit causam, quia sunt principia rei, sed *ut 1. Phys. text. 1. explicatum est*, quia per principia rei facilius cognoscitur. Ad eum modum interpretamur etiam textum, 34. *libr. 2 de an.* ubi de alimento & generatione primò agendum proponit, quia *nutriendi facultas, aliis inest, & prima est & maximè communis, &c.* Si enim hæc ratio valet: *Prima est & communior. Ergo primo loco explicanda*, cur non eadem locum habet in potentia movente, quæ prior est & communior intelligente, & tamen post hanc explicatur? Cur libris de partibus locus datur ante libros de anima, *ut patet ex ultimo §. libr. de incess. animal.*? nisi quod partium animalium discrimina & cognitio, multum faciant ad facultates animæ cognoscendas & sedem singulis assigrãdam, ut tradunt Averrh. *in pr. l. Meteor.* succinctè & Alex Aphrodis. 1. *de anim. c. 2.* latè, quorum verba retulimus, & sententiam probavimus *in pr. Compend. Phys.* Thomas quidem *in 1 lect. libr. 1. de an.* præmittendos disputat libros de anima, ex superius allegata ratione, quia continent res communiores. Communia autem particularibus anteponenda esse, quam rationem explicat. Flandr. *in proœm. de An.* Cæterum præterquam quod principium hoc de anteponendis iis, quæ communia sint, non rectè accommodet, quem errorem sequuntur, Conimbric. *q. 1 proœm. libr. 1. de an.* ut *in Compend. Phys.* dixi-

Margin notes:

... an...

12. *Quomodo ... de ... natura.*

13. *Fallacia Piccol.*

14. *Arist. nunquam sumsit initium a natura ordine.*

15. *Libri de anima an præcedant libros de partibus animalium?*

in dict. part. 5. Denique comparatio disciplinarum cum motu non admittit interpretamentum Piccolom. quia in via non est continuus motus, ut super magnitudine, cui disciplinarum progressum, eo loci comparat Aristoteles. Proinde Aristotelis sententia rectè adducitur à Zabarell. 1. *Meth. cap 7. & libr. 1. Apolog. cap.* 6. quod non ex natura semper sit petenda regula Methodi, quando scilicet divortium incidit inter naturam & cognitionem, quod tum evenire diximus, quando quæ in disciplina tradenda sunt in una specie evidentius apparent, quam in altera.

7. *Argumentum aliud pro vera sententia.*

Nullum enim pro nostra sententia accuratius argumentum ex Aristotele petere possumus, quam si ostendamus, ordinem naturæ ab eo sæpe posthabitum ordini cognitionis. Nam licet tactus sit sensuum omnium communissimus. 2. *de an. text.* 27. & Piccolom. à communibus, tanquam natura prioribus semper velit initium faciendum esse, *ex text.* 57. *libr.* 1. *Physic.* Tamen Aristoteles in tractatione sensuum exorsus est à visu, quia medium & species, per quæ disputat Aristoteles sensus exerceri, 2. *de an. text.* 75. & 78. nullibi evidentius demonstrari poterunt, quam in visu. 2 *de an. cap.* 7.

8. *Ordo Essentialis & Accidentalis.*

Piccolom: *in introd. cap.* 19. & *part.* 5. *in princip. Comm. polit.* concedit ordinem naturæ interdum deseri, sed ex eventu, propter imbecillitatem intellectus nostri. Capivacc. *de diff doctr. cap.* 5. duplicem constituit ordinem, *Essentialem & accidentalem*, quorum hunc ab Aristot. *in 2. de an. de sensib.* observatum putat, quando ab essentiali recessum est propter melius, aut ex arbitrio: Quo argumento & Hippocratem excusat. *Galen. .. de artic.* 6. quod accurato doctrinæ ordini non insistat, sed præter institutum aliquando excurrat: Arbitrio certe locus non relinquitur, ubi certa præscripta est regula, ultrà quam prodire nefas est. Quicquid autem fit propter melius, jam non accidentale', sed essentiale reputatur, quia ordo essentialiter tendit ad melius addiscendum. Ridiculus enim mihi ordo sit, qui cognitionem reddat difficiliorem, & excludat il[illegible] [illegible]io melius quidq; cognoscatur.

9. *Respondetur*

Quod vero Piccolom. respondet, Aristotelem corrumpere Methodum ob imbecillitatem intellectus, hoc in loco locum non habet, quoniam non ex parte intellectus, sed imperfectionis tactus & odoratus evenit, ut medii & specierum ab objecto distinctionem advertere nequeamus. Porro addit Piccol. *dict. cap.* 19. inter sensus ordinem non esse necessarium & proinde arbitrarium, sed quia Zabarell. 1 *Apol. cap.* 6. abundè huic responsioni satisfecerat, & ostenderat, si de essentia ordinis sit imitari naturam, prout in definitione ordinis posuerat Piccolom. *cap.* 15. *introd.* fieri non posse, ut inter sensus non cadat ordo disciplinæ, quibus interjectus est ordo naturæ, profugit ad sacram anchoram, & ait: Aristotelem ne sic quidem deseruisse ordinem naturæ, cum visus sit prior natura cæteris sensibus. 2. *de ort. & inter. an.* 7. Quæ si vera sunt, & tam Aristot. qui a visu, quam Plato, *in Tima.* & Avic. 6. *Natur.* qui à tactu initium faciunt, ordinem naturæ imitantur, quæ tandem erit fixa Methodi regula, ad quam vagi & incerti illi ordines exigi & examinari debent. Si enim jus est inter sensus initium facere à priori, quoad intentionem, cur non idem jus est in cæteris physicæ partibus? cur locus & tempus præmittuntur distinctæ cognitioni motus? cur intellectus non explicatur, ut ante moventem, ita etiam ante sensitivam & vegetativam facultates? Aut quid causæ tandem est, cur modò generationis, modo perfectionis ordo observandus? Aliquam enim subesse oportet cum nulla facultas quatenus indifferens, in alterutrum oppositorum, nisi tracta à causâ movente, condescendat, *ut disputat Averrh. in 2. Physic. text.* [illegible] Nisi verò relabaris ad cognitionis nostræ facilitatem, nulla superest. Esset etiam per te vanum, ordinem ex eo desumere velle, quod nihil ad ordinis naturam attineat. Quid autem ad cognitionem cui omnis ordo inservire debet, utrum aliquid sit altero perfectius, vel imperfectius, quemadmodum Palladius *in comm. ad libr. Hippocr. de fr[illegible]* ordinat libros Hippocratis ex sola subjectorum dignitate & præeminentia? Nondum enim satisfactum est desiderio, si dicat Piccolom *ex 2. de gener anim. cap.* 4 de homine inter cætera animalia prius agendum quia

10. *Methodi regula non [illegible]*

11. *Cur de homine primum [illegible] in [illegible] cognatur [illegible]*

[illegible] Piccol.

[illegible] omnium primus & perfectissimus est, [illegible] enim [illegible]cire, quare à perfectiori auspicandum [illegible]. cum idem Aristot. *in eodem lib.* [illegible] reliquis animalibus quædam prius explicet, quam in homine: Nam, quod tacite respondet Piccolom. pro ratione instituti cujusque, quid hoc est, nisi pro ratione cognitionis nostræ? Sic enim ipse Aristot proximam causam aperit, quare de hominis partibus prius agat. *1. de hist. anim. c. 6. 2. de part. anim. cap. 10.* quia sunt *nobis magis cognita.* Imò licet principia naturâ priora sint [illegible]: tamen propter prioritatem de[illegible] primo loco non dicit considerandum, *1. Physic. text. 1.* sed quia cætera sine principiis cognosci non possunt. Vbi enim cognitio nostra non exigit contrarium, fateor, sequendam esse naturam, & hoc indicavit Aristoteles ubi regulam Methodi desumit à natura. Nam cum eandem desumat alibi à nostra cognitione, & id confiteatur Piccol. *d. 3. part. 5. Altera ratio erroris est,* nequit nobis objicere, quasi accusemus Aristotelem Elenchi non causæ, ut causæ. *ibidem §. Præterea minus rectè.* cum ipse hunc Elenchum cogatur agnoscere *in 1. Phys. text. 1.* Ex duabus vero his causis alteram oportet esse immediatam, alteram mediatam, quia duæ causæ diversæ nequeunt eundem edere effectum. *Averrh. de gen. anim.* Non potest immediata esse natura, quia ubiq; etiam ubi ordo essentialis non violatur, non observatur & cum ambigua sit, necessario reducenda est ad alteram, scilic. cognitionem nostram. Hæc ergò immediata est, quantumcunque natura prior sit, ut objicit Piccolom. *d. §. Altera.* Falso enim præsupponit, ordinem cognitionis dependere ab ordine naturæ. Aliud enim est sequi aliud dependere. Committit enim fallaciam similem illi, qua laborat primarium ejusdem argumentum. *in [illegible]rod. cap. 18* Disciplina, cum nihil aliud [illegible] explicata, tum demum perfecta est, quandò cum rebus congruat. Ergo qualis est ordo naturæ, talis debet observari in disciplina. Confundit e[illegible] disciplinam cum ordine cognoscendi, [illegible] sit turpe, vel ex demonstratio[illegible] patet. Licet enim materiam [illegible] transmutationem tanquam principium cognoscam: tamen transmutationem non cognosco, ut principium materiæ. Licet in Ethica Aristoteles primò tradat summum bonum, postea virtutes, in genere demum harum principia: tamen dum operatur Ethicus, ordinem cognitionis eâdem seriem non prosequitur, sed potius contrariâ. Imò Aristoteles nullibi regulam Methodi desumsit à natura, cum posset à nostra cognitione. Nam *in princ. libr. 3. Rhet.* cognitio nostra diversum ordinem à naturali non exigebat. Vbi verò dicit à primis esse initium sumendum, *cap. 1 de sens. & sensil.* non semper prima naturâ intelligit, sed etiam communia axiomata, *ut in princ. libr. 4. Elench.* Aut si intelligat ipsa principia rei, *ut in pr. 3. Rhet. 2. de gen. anim. c. 4,* rectè quidem dicit, quia à principiis, ubi occurrunt, semper auspicandum est, sed non aperit causam, quia sunt principia rei, sed *ut 1. Phys. text. 1. explicatum est*, quia per principia rei facilius cognoscitur. Ad eum modum interpretamur etiam textum, 34. *libr. 2. de an.* ubi de alimento & generatione primò agendum proponit, quia *nutriendi facultas, aliis insit, & prima est & maximè communis, &c.* Si enim hæc ratio valet: *Prima est & communior. Ergo primo loco explicanda,* cur non eadem locum habet in potentia movente, quæ prior est & communior intelligente, & tamen post hanc explicatur? Cur libris de partibus locus datur ante libros de anima, *ut patet ex ultimo §. libr. de incess. animal.*? nisi quod partium animalium discrimina & cognitio, multum faciant ad facultates animæ cognoscendas & sedem singulis assignãdam, ut tradunt Averrh. *in pr. l. Meteor* succinctè & Alex Aphrodis. *1. de anim. c. 2.* latè, quorum verba retulimus, & sententiam probavimus *in pr. Compend. Phys.* Thomas quidem *in 1. lect. libr. 1. de an.* præmittendos disputat libros de anima, ex superius allegata ratione, quia continent res communiores. Communia autem particularibus anteponenda esse, quam rationem explicat. Flandr. *in proœm. de An.* Cæterum præterquam quod principium hoc de anteponendis iis, quæ communia sint, non rectè accommodet, quem errorem sequuntur, Conimbric. *q. 1. proœm. libr. 1. de an. ut in Compend. Phys.*

12. *Quando [illegible]*

[illegible] Pic.

14. *Arist nunquam sumsit initium à natura ordine.*

15. *Libri de anima an præcedant libros de partibus animalium?*

diximus, etiam causam remotam adducit pro prima 2. Causa enim quare communia præmittantur, non est, quod sint priora, sed quod sine confusione & odiosa repetitione particularia explicari nequeant, nisi generalia semel ante absolvantur, ut prolixius explicat Averrhoes *in Præfat. post. Analyt. & 1. Physic.* Si enim hæc causa esset adæquata, quoties præmittit Aristoteles particularia communibus, toties peccaret in legem Methodi: Atqui is de animalibus egit, ante plantas, ut innuit *in fin. cap. 1. lib. 1. Meteor.* Is prius egit de animalibus, quam animâ, *cap. ult. & incess. anim.* prius de visu, quam tactu 2. *de an. cap. 7.* prius de intelligente facultate, quam movente, 3. *de an. cap. 1.* prius de sensibus, memoria, &c. quam sanitate & vita *In parv. Natur.* prius de substantia & Accidente, *libr. 7. & 8. Metaph.* quam de uno, Actu & potentia, *libr. 9. & 1. Metaph.* Euclides non dubitavit quatuor priores libros, quamvis de lineis & superficiebus tantùm agentes, præponere quinto, licet agat de magnitudine in genere. Ex quibus abundè patet, communia, non quatenus talia aut quatenus prima, sed quatenus expeditiorem reddunt cognitionem particularium, priori loco esse pertractanda, absque quo si fuerit, sine ullo vitio ordinis ipsa particularia tutò anteponuntur universalibus.

16. Quare Universalia præmittantur particularibus.

17. *Probatur vera sententia autoritatib. Aristot.*

Nihil igitur obstat, quò minus audacter colligimus: *Omnem ordinem immediatè & adæquatè desumendum ex nostra cognitione,* quemadmodum Aristoteles asseruit propter loca superius allegata & propugnata, *7. Metaph. text. 10.* ubi pulcrè *Averrh.* Averrh. *in Comm. & in tractat. 2. Epit. Metaph. cap. de defin. Procedimus semper, aut a notiori apud nos, ad notius apud naturam.* Nec loquitur nisi de ordine, cum proponat prius agere de definitione, quàm substantia. *Thomas.* Thomas idem docet, *5. Metaph. lect. 1. & libr. de ente & essent. cap. 2.* ait: *Quia substantiarum simul cum essentia sunt nobis magis occulta, ideo ab essentiis compositorum incipiendum est, ut è facilioribus convenientior fiat disciplina.* In *libr. 7. vero Metaph. lect. 13.* Omnium manifestissimè, dicit ab Aristot. assignari rationem ordinis & probari, quare prius sit agendum de substantiis corporeis, quam [illegible]: *quia scilicet illa sunt sicut præparatorium & necessarium, ut ex sensibilibus quæ sunt magis manifesta, quoad nos transeamus ad illud, quod est notius simpliciter & secundum naturam, id est, ad substantias intelligibiles, de quibus principaliter intenditur.* Et hanc rationem pluribus verbis exponit, ut apud ipsum videre est, nec non apud Albertum Magnum *5. Metaphys. tract. 1. cap. 1.* breviter, & copiosè, *7. Metaph. tract. 1. c. 6.* per totum, qui in specie id exigit in nostra disciplina, dum ait: *Cum morales scientiæ præcipuæ sint circa actus, opus est in iis sic procedere, scilicet a nobis notis.* In compendio quoque Phys. *part. 4. cap. 1* Psellus tertia proponit prius agere de anima, quam de partib. quia inquit *Elementatorum animatorum principium est anima: cognitis autem principiis facilius cognoscuntur principiata, ideò tractare de anima proponimus,* quæ ratio redditur item à Theophilo *in proœm. libr. de anim.* Et ab Avicen. *in tract. 6. Natur.* qui idem *libr. 1. Suffic. cap. 1.* [illegible] communes ait *esse nobis notas secundum nostras [illegible] tiones, quamvis non sint notæ naturæ,* [illegible] inde, quando à communibus inchoamus, non id agimus, quia sunt communes, sed quia notiores. Porphyrium quoque *cap. 2. Isag.* Propterea præposuisse genus reliquis prædicabilibus, quod sit notius, & ipsum quidem plurimum conferat ad reliquorum notitiam, reliqua verò nihil conducant pro notitia hujus, notavit illic Iohan. Faber Stapul. Item quod speciem anteposuerit differentiæ, licet hæc specie prior sit. *Zabarell. 1. Meth. c. 7.* Galenus eandem regulam ubique ferè observavit. Nam *libr. 9. de plac. Hipp. & Plat. c. 1. & 2.* ostendit ex *Hippocr. de offic. Med. text. 1. & ex Platon. in [illegible] & Phædr.* initium doctrinarum ubique faciendum à maximis id est quæ multum ponderis habeant, & cognitu facilima. Piccolom. *d. tract. art. 5. 8. At perpendamus,* aliquam cantilenam repetit, Galenum non loqui de *ordine,* sed de *via,* cum doceat unum educere ex alio, quod est [illegible] ordinis. Cæterum effugium hoc vanum est, quia licet ordo non educat unum ex aliô, inter-

Albert. M.

Theophil.

Avicen.

Porphyr.

Stapulens.

18. *Galen.*

[illegible] tamen methodis concludendi, [illegible] in toto ordine resolutivo [illegible] ductu omnia eliciuntur ex fine, [illegible] propterea definit ordo esse or- [illegible] naturam suam habet viæ [illegible] annexam. Pariter Galenus de [illegible] prius ait esse differendum, quia [illegible] ferant posterioribus, nec tamen [illegible] qui censendus est, sed ordinem viæ [illegible] at, quod manifestissime patet ex [illegible] Platonis: *Major erit justitia in ma- [illegible], nr. civitate, cognituq; facili- [illegible] quam in homine.* *Si vultis itaq; quale [illegible] hoc sit, quod quærimus, in civitate prius, deinde in singulis hominibus conside- [illegible], majoris similitudinem, in minoris [illegible] implantes.* Quæ verba explanans [illegible] *d. c. 2.* manifestè accommodat ad ordinem: *Cum nos exercuisset in civitate, transit deinde ad animam, & munia civi- tatis transfert ad eam,* imo *in comm. de iis quod in Medicatr. text. 1. ad fin.* sententiam Hippocratis trahit item ad ordinem, dum [illegible]. *Merito Hippocrates ante alia artis ope- [illegible] est, ante prænotionem & curationem, [illegible] partem, quæ ad morborum indicta per- [illegible] (juniores [illegible]) intel- [illegible] ex similium & dissimilium notatione [illegible], merito etiam ex Galenissimu & co- [illegible] facilimus, & c.* Idem *libr. 9 Meth. cap. 17. in [illegible].* de Ephemeris inter febres ait se primo loco pertractasse, *quod simplicem pri- mam indicationem in curatione habeant,* & *libr. 1. ad Glauc. c. 2.* de iis primo loco pro- ponit agere, quod sint *simplicissima.* Capi- [illegible] ac. *de [illegible] c. 9.* Putat Galenum volu- isse observare leges ordinis compositivi, [illegible] compositivus ordo cadere possit inter morbos, qui inter se nullo modo cohærent, au[illegible] Galeno eo loci observari debuisset, ubi praxin ex professo tradit & profitetur. Quia simplissima indicatio petitur ab Ephemeris, & proinde cognitu facilima, propterea præ- mitti debuerunt. Nec tum valet instantia de tumoribus, qui cum incurrant sæpe in o- culos, facilius cognoscantur & tamen *in [illegible] 1. ad Glauc.* post febres tractantur: Nam [illegible] G[illegible] instituitur de faciliori [illegible] de expeditiori curatione. Constat autem in tumoribus curandis mul- tò plures conspirare indicationes cum præ- ter intemperiem cum materia adsit quoque solutio continui & vitiata magnitudo; quæ omnia reddunt curationem magis dubiam & intricatam. Nec obstat locus Galeni *ex 6. de plac. Hipp. & Plat. c. 5. in fin.* ubi di- sputat, principium doctrinæ non debere dis- sidere à principio rei. Nam id nos etiam ultrò largimur, ubi datur principium ali- quod in natura, ex quo fluunt & pendent consequentia a principio esse adspicandum non quia principium est naturæ, sed quia se- cundum naturam nobis innatum est ab eo principio cætera cognoscendo deducere, ut interpretamur, *text. 57. 1. Phys. per text. 2. lib. Ejusd.* & hoc innuunt exempla Galeni, de aquæ ductu domo, nave, catenus enim fons, fundamentum & carina primo loco declaranda sunt, quatenus cætera ab iis de- pendent. Dependentia autem quia præsup- ponunt id, à quo dependent, sine eo cogno- sci nequeunt. Si verò alio tendat nostra co- gnitio, domum decet non à fundamento accersere, sed ex resolutione omnium par- tium. *de Constit. art. c. 3. In libr. 1. de san. tuend. c. 3.* rationem tuendi valetudinem anteponit arti curativæ, quia sanitas digni- tate & tempore prior est morbis, sed ea cau- sa non est adæquata verum potius illa quæ *ex lib. differ. morb.* elucet quia qui nescit, in quo consistat sanitas, nequit scire, in quo consistat morbus.

Quot sint ordines disciplinarum. SECT. 2.

1. *Duos esse Ordines Syntheticum & Ana- lyticum.*
2. *Quibus Galenus addidit Definitivum.*
3. *Varia interpretationes & defensiones Me- dicorum.*
4. *Ordo divisivus repudiatur.*
5. *Ordines omnes recidere tandem ad Duos Primos.*
6. *Quomodo ordo referatur ad unum Pri- mum.*
7. *Ratiocinatio Medicorum redarguitur.*
8. *Nullum ordinem posse initium capere à centro.*
9. *Definitionem à Methodo definitiva, salvâ disciplina integritate demi posse.*
10. *Nec habere locum aut rationem Centri.*

11. *Definit. methodũ tantũ servire memoria.*
12. *Non posse plures quam duas, Methodos dari.*

1. HOc ita constituto ab initio, *Ordinem desumi non à natura, sed cognitione nostra.* subnotandum est & alterum. *Plures ordines non dari quam duos*, quorum supra mentionem fecimus, *Syntheticum & Analyticum.* Nam cum in omnibus disciplinis

2. *De numero ordinum.* aut cognoscamus, aut discamus agere, & cognitio procedere aliter non possit, quam per principia, operatio non aliundè deduci, quam ex præsupposito fine, non poterunt facilitandæ nostræ cognitioni plures ordines inveniri quam duo, alter ut inserviat scientiis, alter ut disciplinis practicis. Galenus. *de art. parv. cap.* 1. addit tertium,

3. *De ordine Definitivo.* quem vocat *definitivum*, de cujus à reliquis differentia plurima verba incassum prodigunt interpretes *in d. c.* 1. instar Andabatarum in ventum pugnantes, *ut videre est apud Curt. Leonicen. Manard. Montan. Acachi. Argent. Vegam. in pr. Comm. art. parva Capivacc. de diff. doct. cap.* 5. & 8. *Corras. de jur. art. part.* 1. *cap.* 7. Nam qui filum Ariadnes semel perdidit, non potest non in labyrinthos inexplicitos præceps ire. Leonicenus enim & Acachias argumentantur: Aut progredimur eo modo, in tradenda disciplina, quo progressi sumus in invenienda, & oritur ordo compositivus, aut contrario, & oritur resolutivus, aut incipimus à definitione, & oritur definitivus. Apparet verò, quam nulla sit cohærentia in hoc argumento, dum arbitrio cujusque relinquit liberum, quo ordine velit procedere. Non autem is statim ordo est, à quo initium trahi potest, sed à quo ita trahi, ut sine confusione & intricatione cætera sequantur. Quid si enim aliunde alicui, quam ab his tribus auspicari libeat, utpote à divisione, quam pro quarta Methodo adjicit Argent. *comm. c.* 1. *ad fin. art. Medic.* Licet enim in hoc erret Argenter: cum divisio redigatur à Galeno sub definitivam Methodum,

4. *De ordine divisivo.* quam inde à quibusdam διαιρετικήν vocari scribit. *d. c.* 1. *ut & Corras. non abnegat d. c.* 7. tamen si omissa definitione, statim in primo ingressu quis incipiat dividere, an non aliunde initium capiet, quam à definitione. Aut pone, Syllogismum loco definitionis præmitti, & ex eo deduci cætera, an non iterum augendus erit numerus ordinum, & propter definitivum, divisivumq; adjiciendus etiam Syllogisticus? Ne dicam interim quod principiũ disciplinæ non pariat ordinem, sed progressus, seu cohærentia partium. Sive autem definitionem, sive divisionem, sive Syllogismum præmittas, necesse est relabaris deniq; ad alterutrum aliorum ordinum, ut apparet ex ordine definitivo Capivaccii in physicis alumbr to, *d. c.* Physicam enim definit rerum naturaliũ cognitionem. Res naturales dividit, in principia & principiata, principia in remotissima. *lib.* 1. *Phys.* propinqua *in lib. de ort. & int.* & media, *in lib. de Cælo.* Principiata in imperfecta *in lib. Meteor.* & perfecta, vel animata, vel inanimata, &c. Nam dum à principiis auspicatur, & pergit ad principiata, quid aliud agit, quam quod componat? Dum verò ea Methodo putat totam Physicã ordinatè tradi, multis modis aberrat. Nam optimam partem, sc. affectiones, quarum tantum datur scientia omisit, & communia confundit cũ specialibus, quando principia tã propria, quã remota, uno tenore cõjungit, cum generalia generaliter prius & particularia particulariter sint explicanda. Quod igitur cohærentiam partium scientiæ aut non immutat & cum confusione pervertit, ordinis vicem subire non potest. 5. *Omnes reliqui ordines recidunt ad duos.*

Manardus, Montanus, & Capivacc. ordinum trium sufficientiam probant ex Aristotelis dicto *Metaph. c.* 12. Quod omnis ordo referatur ad unum aliquod primum, id quod asseritur etiam ab Arist. 5. *Metaph. text.* 16. 12. *Metaph. text.* 52. 8. *Phys. tex.* 15 & licet inter se de hoc quoq; principio conflictentur Zabarell. 2. *Meth. c.* 3. *lib.* 1. *Apol. à c.* 10. *usq; ad fin. libri.* & Piccol. *in introd. Mor. c.* 16. & *part.* 4. *Comit. Polit.* tamen in re tandem convenire coguntur, quod sc. principia, à quibus pluribus initium sumere Physicum disputat Zabar. subeant rationem unius, si partes scientiæ inter se comparentur & non particulæ partium. Hinc inferunt ternionem suorum ordinum. Aut incipimus à principiis, per compositivum, aut à fine, per resolutivum, aut à centro, 6. *Ordo refertur ad unum primum.*

per

... definitivum ordinem. Quam autem futilis rerum sit hæc collectio, paucis demonstrari potest. Nam non sine errore præsupponitur Methodum ex eo oriri, quod quis ... principere queat. Cum ... ordinum ab hac confusa ratio ... abeat. Non enim Syntheticum ordinem observare dicendus est, qui cum ... *in gradib. Mor.* summum bonum ... ex minutissimis principiis, nec Analyticum, qui hominem in Physica resolvat in sua principia, multò minus qui à visu progrediatur ad tactum, à cœlo ad cæteras partes mundi, ut disputat idem Piccol. *part. 6. ... pol. & cap. 2. Introd.* Ordines ... inventi & comparati sunt ad efficiendam aut scientiam, aut ædificandam disciplinam practicam. Quando verò hominem resolvimus in sua principia, aut ex iis ... componimus, nullam scientiam adipiscimur, quia scientia est cognitio affecti ... per suas causas: & proinde, scientiis ... ordo à principiis progredi debet ad affectiones, non ad quodvis compositum: ... qui dicatur practicis, à quocunq; toto ... in partium resolutionem, sed à fine ad ... media. Ex naturâ igitur scientiarum & disciplinarum Practicarum, non ex diversitate unorum, ad quæ tendunt ordines, desumenda est prima ordinum divisio. Quod si etiam concedamus: Omni ordini deberi aliquod primum, à quo deducatur, eo argumento, quo nituntur, inde non evincent definitivũ ordinem, quia nec is à centro incipit, nec à centro ullus ordo incipere debet. Quod non incipiat facile est demonstrare, quia aut intelligunt definitionem rei ... cujus tractandæ, quemadmodum Leonic. ... *c. 1. art. Med.* Aristotelem censet definitivo ordini insistere, *2. & 3. Phys.* ubi incipit à naturæ & motus definitionibus, quem refutat ipse Capivacc. *d. c. 8.* quia talis definitio, ... Cicero ex doctrina Stoicorum. *1. off.* ... omni disciplina requirit, & Arist. in omnibus Logicæ partibus observat, Syllogismũ, ... *Ana. prior.* Demonstrationem, *1. post. in pr.* Topicũ Syllog. ... *in pr. Top* & Elenchũ, ... definiens, non parit novum ordinem ... alias omnes disciplinæ, in quibus ... est definitionibus, ordine definitivo traditæ esse putandæ sint. Aut, ut vulgò explicant, intelligunt totius disciplinæ definitionem, per membra, universæ artis systema complectentia, digestam, quale exemplũ de Medicina proponitur *in c. 1. Art. parv.* At definitio illa disciplinæ, qua ratione potest centrum dici, cum centrum quærendum sit in rebus ipsis, quæ tractantur. Definitio verò disciplinæ sit ultra ambitum subjecti, & rectè à Zabar. *l. 2. Meth. c. 4.* Prooemij locum potius habere, quàm partis dicatur. Nã salva integritate artis, demi & abesse potest. Nam si artem Medicam à Gal. *in art. parv.* traditã, demto primo capite & principio secundi, consideres, integrã necesse est fateris licet definitio nulla præmittatur, sicut nec perfectior futurus sit liber Quintus aut Septimus Politicorũ si utriusq; procemium, summã tractandorũ cõtinens, vel etiam in definitionem, aut idẽ præstes tribus libris Meteorologicis, quorũ cõpendiũ ad instar, summariæ definitionis præmittit Aristoteles. *in pr. 1. Meteor.* Principia verò & finis sunt de essentia disciplinarũ, & partẽ primã in quacunq; vel scientia vel arte constituunt unde & illud alterũ sequitur: Ineptã esse collectionẽ ex rebus dissimilibus, quemadmodũ hi autores principiũ & finẽ, unde æstimant ordines ex mediis rebus tractandis depromũt, sed quando ad Mediũ, seu Centrũ devenitur, illud extra ambitũ earũ quæsitum veniunt, quasi non ex eodem principio definitivus prodire debeat, ex quo prodeũt cæteri. Deniq; definitio nihil est, quàm totum definitũ explicatum, & sic, quæ præmittitur definitivo ordini, definitio, complectitur totam disciplinam. Tota autẽ disciplina non magis centrũ sui ipsius, quàm totus circulus dici potest, cum centrũ sit pars media, distincta à toto. Quis verò futurus sit ordo à medio, qui positũ centri considerare voluerit, facilè videbit. Sicut enim à centro in quemlibet angulum excurrere licet, ita si disciplinam ex medio exordiaris, quasi incerto buio hæsitabis, quorsum vela daturus, prorsum, versum, antrorsum, aut retrorsum. Si ad priora deflexeris, intacta relinques posteriora: Si ad posteriora properaveris, post tergum indicta manebunt priora, aut si utraque conjungere velis, novo ad connexionem opus

Margin notes:

... Methodus ...

9. *Definitio à Methodo demi potest.*

10. *Definitio non est centrum.*

11. *Nullus ordo incipit à Centro.*

opus erit vinculo, ab alterutro prædictorum ordinum repetendo.

Nullis igitur argumentis definitiva Methodus à Ramæis, Medicis & Ictis quibusdam probatur, sed rectè Drusiarius *in comm. art. parv. in pr.* negat per doctrinam definitivam quicquam doceri posse. Quod ad memoriam faciat, & brevitate delectet, credimus quidem Galeno *in d. c. 1.* sed id ad essentiam ordinis nihil attinet, quia & in tabulas congesta, aut in digitos computata facilius imprimuntur memoriæ, unde tamen nec nova Methodus inducitur, nec prior variatur. Brevitas verò, nisi obscuret, & intricet, commendatam quidem reddit Methodum, sed essentiam ejus non mutat, ut notat etiam Duncan. *lib. 1. art. Meth. c.* 4. Et proinde duos tantùm ordines Aristot. agnovit, Syntheticum, *1. Phys. tex.* 1. *1. Meteor. c.* 1. Analyticum, *3. Metaph. text.* 23. *6. Eth. c.* 5. *7. Eth. c.* 8. cui subscribunt Zabar. *2. Meth. cap.* 15. *lib 2. Apol. c.* 1. 2. 3. Piccol. *Introd. Mor. c.* 20. *& part. 6. Comst. Polit.* Licet in ratione & essentiis explicandis permultum descrepent, & Piccol. definitivum etiam quodammodo tanquam speciem resolutivi retinere laboret: de qua re paulò post aliquid attingemus. *Angel. Matheacius lib. 1. de via & rat. jur. libr. 1. cap. 28. num. 14. Gilken. de ord. jurispr. num. 1. Duncan. d. c. 4. &c.*

21. *Definitiva Methodus tantum servit memoria.*

22. *Duas tantum dari Methodos.*

SECT. 3. Quod practicis disciplinis nequeat accommodari alius ordo, quam Analyticus.

1. *Piccol. perperam tradidit Ethicam Methodo compositiva.*
2. *Medicina num Practica vel Theorica, vel ex utroque confusa.*
3. *Quare a fine initium semper capiendum in disciplinis Practicis.*
4. *In quo consistat summa artis cujusque.*
5. *Finem esse principium & caput in deliberationibus.*
6. *Fine ignorato in disciplinis practicis nihil inveniri aut cognosci posse.*
7. *Disciplinas quascunque, quocunque ordine tradi posse.*
8. *Se lecum ordinem dici competentem, quo traduntur facilius & melius.*
9. *Agitur de Ordine quem observavit Arist. in Ethicis.*
10. *An Ethicus habeat sibi propositum solum bonum Morale.*
11. *Non potuisse Ethicam alio, quam Resolutivo, ordine tradi.*
12. *De ordine Iurisprudentia.*
13. *Iurisprudentiam esse disciplinam practicam.*
14. *Et non scientiam.*
15. *De qua re refutantur stomachationes Gilkenij.*
16. *Iurisprudentiam subjici prudentia Legislatoria.*
17. *An Ictus teneatur scire & reddere causas omnium legum.*
18. *Haereticum posse esse bonum Ictum.*
19. *Iurisprudentiam non esse scientiam etiamsi leges ratione constent.*
20. *Leges non fundari necessariò in ratione.*
21. *Licet speculetur Ictus, eam tamen in speculationem non constituere scientiam.*
22. *Rejiciuntur alia argumenta eorum, qui Iurisprudentiam in album scientiarum redigunt.*
23. *Omnem Theoriam Ictor. dirigi ad praxin.*
24. *Quis sit finis Iurisprudentia.*
25. *A quo initium sumendum.*
26. *Rhetorica quis ordo debeatur.*
27. *De ordine Logica.*
28. *An sit purè Analyticus.*
29. *De ordine Medicina.*
30. *Qui vulgò putatur compositivus.*
31. *Cum tamen revera sit resolutivus.*
32. *Cujus ratio redditur.*
33. *In medicina ante Physiologicam primum locum sibi vendicare Anatomiam.*
34. *Postea finem, quem duplicem constituunt Medici.*
35. *Vulgaris Medicina divisio reducitur ad ordinem Resolutivum.*
36. *In Medicina initium faciendum esse Physiologia à sanitate.*
37. *De ordine Architectura ex Vitruvio.*

NVnc enim, postquam constat de numero ordinum, deveniendum est ad id, quod propositum nobis est hoc loco demonstrare, Politicam videl. esse tradendam ordine Resolutivo tantum, quod obtinebimus

mu[illegible] iterum præsupponendum est ex Logi[illegible] *Nullum alium ordinem Disciplinis practicis competere, quam Analyticum.* Picco- lom. enim *Introd. Mor. cap. 21. & part. 7. Comit. Polit.* non tantum disputat pro usu promiscuo utriusque ordinis, sed doctrinæ suæ vivum voluit exhibere exemplum in grad[illegible] Moralibus, quos à primis virtutum princ[illegible]pijs usq; ad ultimum finem perduxit è diametro contrarius ordini Aristotelico. Ita, dicente Quintiliano, 3. *Inst. Novatores, ut de suis videantur aliquid afferre, etiam bona immutant.* Aut enim Aristoteles peccavit, qui commodissimum ordinem dedita opera neglexit, aut Piccolomineus, qui sap[illegible] or videri voluit Aristotele. Nec Galenus videtur alienus esse ab hac opinione, quæ statuit utroque ordine posse disciplinas quascunq; tradi, cum *in cap. 1. ad fin. art. Med.* libros Medicinæ ita à se scriptos dicit, ut cuique Methodo accommodari queant pro libitu ordinantis, unde hanc opinionem arripuerunt Medici, *Manard. com. ad proœm. art. Med. ad §. Tertia. Curt. Leon. Argenter. ad d. cap. 1. art. Med.* Imò [illegible] hi tantum, sed pleriq; alij Medicinam, qua vulgo utimur, constructam putant ordine compositivo, cum ex præscripto nostro [illegible] solus competat resolutivus, eò quod ars sit & ad disciplinas practicas pertineat. Miserè se torquet Mercat. *in qq. proœm. Med. q 3. & 5.* ut secundum Avic. *in pr. lib. 1.* demonstret Medicinam partim Theoricam esse, partim Practicam, cum tamen Aristot. *7. Polit. cap. 3.* ipsam speculationem politici vocet practicam, quia dirigitur ad finē practicum[illegible] nec Theoria magis commisceri queat cum praxi, quam lux cum tenebris, frigus cum calore, ut rectè docent Averrh. *6. [illegible] c. 1 in com. 2. Cant. Avic.* Manar. *in fin. com ad proœm. art. Me. ad dub. 2.* Fuchs. *lib. 1. [illegible] sect. 1. cap. 5. in fin.* Roder. à Vega. *in art. par[illegible] cap. 1. diff. 3.* Montan. *in comm. art. parv. in pr.* Argent. *in not. ad cap. 2. eiusd. lib. [illegible]* Thom. Erast. *in libr. de Meth. med.* Cum igitur tota Medicina sit practica, tota tradi debet uno ordine, quo nata est tradi disciplina practica, quem nos ostendemus [illegible]. Omnis enim disciplina practica, quæ sibi finem habet propositum, à fine initium sumere cogitur, quia ex fine dependent, quæcunque in tota disciplina traduntur. Ordo autem cognitionis exigit, ut sine quibus cætera explicari aut cognosci nequeunt, primo loco præmittantur. Disputat Zabarellus *lib. 2. Meth. c. 18. & lib. 2. Apol. cap. 6. ad 3.* ordini resolutivo innexam esse Methodum illativam, quando ex fine eliciuntur media, quod eatenus verum est, quatenus ordo inservit Methodo. Nec enim in unam naturam confundenda sunt, quæ dissident toto cœlo, ut illatio & ordo. Quia tamen ad notificationem comparatur ordo, quando ex una parte infertur ad aliam, non id fit auxilio aut vi ordinis, sed adhærentis Methodi. Cum jam Methodus (sic voco in specie Syllogismum concludentem) in universa disciplina practica præsupponat finem, id, quod ab omnibus partibus præsupponitur, ante omnes explicandum est. *Totius verò artis summam in eo consistere* docet Galenus *9. Meth. cap. 7. ut instrumenta tibi pares ad obtinendum finem.* Methodus totus in eo est, ut qua arte, quibus auxiliis fieri potest, sanitatem conservet ac morbum depellat. Quid sutor? nisi ut quam artificiosè suat calceum, sartor vestem. Quid aurifaber? nisi ut rationes noscat omnes tractandi aurum & argentum, tam in igne, quàm extra ignem. Logicus perfectus non est, qui destituitur ullo instrumento, quo potest attingi veritas, quam illi in Logicis præscripsimus. Excute enim totum apparatum organi Logici, & videbis ad veritatem unicam omnia collineare. Summam Ethicæ complexus est Apuleius *in princ. lib. de Philos. Totius Philosophiæ moralis caput esse* dictitans, *ut scias, quibus ad beatam vitam pervenias rationibus.* Quæ cum ita sint, jam statim apparet, quid inter scientias & disciplinas practicas intersit. Etenim in scientiis, non quærimus nisi cognitionem affectionis per causas, cui inservit solus ordo Syntheticus: In practicis verò quærimus media, quibus ducamur ad obtinendum finem, cui inservit Analyticus. Etenim media æstimanda sunt & deducenda ex fine. Frustra enim sollicitus sis de quærenda via, si tibi certum nondum sit, quorsum ire velis. Frustra quærat

Margin notes:

1. *Piccol. error.*

Galenus.

2. *Medicina tota practica, vel Theorica.*

3. [illegible]

in disciplina practica.

4. *Quæ sit summa artis.*

corium sutor, si nesciat quid eo facturus: nec prius pannum deposcet sartor, quam certus reddatur de genere vestis consuendæ. Pone Piccolomineum cum gradibus suis Moralibus, incidere in discipulum aliquem Platonis, Zenonis, Epicuri aut præstractarium alium hominem, qui autoritati docentis credere nolit: Summum bonum consistere in actione virtutis. Frustra consumet omnem operam, donec illi prius persuaserit ultimum finem. Negabit enim sibi opus esse virtute Epicuræus, dum tendit ad voluptatem: negabit retinendas perturbationes Stoicus, dum tendit ad vacuitatem affectuum. Plato requiret altiores gradus, quibus ascendat ad cœlū Idæarum, & denique quisque media sibi nova finget pro diversitate finis, adeò ut de mediis doceri nihil possit, nisi præcognito & præsupposito fine. Vnde Aristoteles rectè dixit 3. *Ethi. cap. 3. Consultationem omnem fieri ob finem propositum*, & 7. *Ethic. cap. 8. Finem in artibus esse principium.* Quod igitur principii locum obtinet in quaque disciplina, primo loco explicandum est, 6. *Metaphic. text.* 1. 1. *Phys. tex.* 1. non, quod propterea confundamus ordinem cum Methodo, ut exclamat Piccolomineus *c. 23. introd.* sed quod Methodus requirat, per ordinem ea primùm explicari, quæ ipsa adhibitura est ad notificationem posteriorum. Et hinc elicuit Aristot. 7. *Metaph. t. 23. ordinem inventionis esse contrarium ordini operationis*, & cum ordo operationis à mediis progrediatur ad finem, oportet ordinem inventionis, qui debetur artibus, progredi contrario ductu à fine ad media: & hoc ad artes commodè traduxit Averr. *in com. d. tex* 23. 7. *Meth.* quicquid contradicat Piccol. *d. c. 23. Introd. & part. ult. Comit. pol.* quia artium est invenire Inventio, inquit Arist. fieri non potest nisi præcognito fine. Imò quid opus est verbis, cum Aristoteles artes perspicuè nominet, & sicut mens agendorum finem habet præcognitum, ita habet & Ars, quod his verbis reddidit Thom. *lib. 7. lect. 6. Sicut medicus ad hoc quod faceret sanitatem, incipiebat a considerando, quid est sanitas, ita ad hoc, quod faciat adaquationem oportet, ut [illegible] sciat, quod est adaquatio.* Albert. M. 5. *Metaph. tr. 1. c. 1. Architectonica, ait, magis dicitur considerativa, finis quia illius est præordinare omnes alias ad illum finem respicientes, sicut dux exercitus ordinat eos, qui diversis actibus respiciunt Victoriam*, & hoc probat definitione Tullij, qua *ars* dicitur esse nihil aliud, quam *collectio principiorum ad eundem finem tendentium.* Præsupponit enim finem debere esse præcognitum illi, qui vult cætera ordinare ad finem. Omnis v. disciplina practica ordinare promittit media ad finem, & hac de causa finem ignorare non potest, quia ignorato fine nihil potest decerni de ducentibus ad finem, è contrario verò, ut ait Cic *lib. 1. de fin. Constituto bono non fine in Philosophia, constituta sunt omnia, & inventa jā est via ad reliquas omnes partes rectè constituendas.* Quicunque igitur viam disciplinæ practicæ ingreditur sine prænotione finis perinde se habet, ac si media in sylva consistat, incertus, quorsum iter arripere debeat, & de singulis vestigiis dubius, utrum ex longis erroribus tandem se sit expediturus, aut si tumido freto medios inter fluctus se committat: Quo venti rapiant, & undæ, sequi paratus. Gratuitò enim credit, & fortuito sequitur qui quorsum ducatur ignorat. Seneca rectè *Epist. 71. Nemo,* inquit, *quamvis paratos habeat colores similitudinem reddet, nisi jam constet, quid velit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus vitæ omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire debet, quid petat ille, qui sagittam vult mittere, & tunc dirigere & moderari manu telum. Errant consilia nostra, quia non habent, quo dirigantur. Ignoranti, quem portum petat, nullus suus ventus est.* Ignoranti, ad quem finem ducatur, nulla sua disciplina est. Possumus quidem aliter tradere tam practicas, quàm theoricas disciplinas, & hoc conficiunt argumenta Piccol. *c. 22. Intr.* imò, si quæstio esset, de eo, quod fieri potest, possemus sine ordine procedere aut ordines pro arbitrio confundere, quemadmodum in Physica ab Aristotele factum fingit Piccol. Verum de eo non quæritur, sed quid salva integritate disciplinæ & salvâ regulâ ordinis fieri possit. Si tu in Physica incipias ab affectionib. & desinas in principia, ecquam quæso scientiam paries? cum Arist. jubeas

5.
Finis caput est in deliberationibus.

6.
Fine ignorato nihil fieri potest in arte.

7.
Quascunque disciplinam quocunque ordine tradi posse.

Sed [illegible] cū [illegible]

Effical.

[illegible] omni disciplina, in qua occurrant, principia primo loco explicare. 1 *Phys. c.* 1. S[illegible] est demonstrare ex principiis. Ex [illegible] autem non fit demonstratio. 1. *post. tex* [illegible] Impossibile igitur est aliter in quacunque scientia versari, quam progrediendo à principiis, tendere ad affectiones, nisi scientiæ totam naturam destruxeris: Et in practicis gratuitam ubique à discipulo exigere fidem cogeris, nisi præcepta ordine deducas ex præsupposito fine: quod cum quâ commodissimum esse confiteatur Piccolomineus, *d. c.* 22 cur is à via regia aberrat in diverticulum & ambages inextricabiles? Siccine docemus, quando dedita opera in latebras prorepimus. & studio voyandi, quod ab aliis commodè monstratum iter [illegible], deserentes ad incertam difficilemque semitâ deflectimus? Aristotelem mi[illegible] contuere iterum, qui præcepta Methodi in Logicis quidem, nisi in particularibus procemiis sparsim, non tradidit, exempla tamen viva in doctrinis à se explicatis hinc inde reliquit. Et ne de scientiis operosè hoc loco disputem, sed practicarum exempla, ad nostrum institutum accommodanda, breviter percurram, nulla disciplina ad hanc nostram propius accedit, quam illa, quã Arist. complexus est decem libr. Nicom, & *in libr.* 3. *Eth. c. ult.* & 6. *Polit. c.* 2. cum Politica arctissimè conjungit. Eam enim traditam esse ordine resolutivo ipse Piccol. confitetur, *c.* 31. *Introd.* & nos *in disp.* 1. *Eth. in pr.* ostendimus. Auspicatur enim à summo bono *libr.* 1. & quantum in confusa notione poterat, generalia quædam de eo præmittit, [illegible] distinctè explicari non poterat ante co[illegible]onem virtutum, ex quarum operatio[illegible] [illegible]stincta ejus cognitio dependet. Vn[illegible] duplicem locum voluit attribuere, summo bono, & quia ad invenienda media sufficiebat confusa ejus notitia, eam primo [illegible]r. præmittit, quæ supererant ad distin[illegible]em, in calce distinctè adjecturus. A fine, [illegible]squam delaberetur, ad invenienda & [illegible]plicanda media interjecit obiter *in cap. ult. lib* 1. levem subjecti adumbrationem, [illegible] & illud scire convenit artifici, ut ex [illegible]vert[illegible] 1 *Colleg. cap.* 1. suprâ declaravi [illegible]. Tum quia definierat summum bonum actionem secundum virtutem, descendit ad explicationem virtutum, eas que duplices statuit ex diversitate subjecti, dum aliæ intellectui aliæ phantasiæ inhærent, & proinde essentiis quoque & proximis finibus distinguuntur. Morales autem explicat primum, quia notius est, quod ad summum bonum civile sint necessariæ, quam intellectuales. In genere autem definitionem & species & attributa proponit, *libr.* 2. mox in resolutione progrediens principia earundem aperit, *in pr. libr.* 3. inde redit ad singulas in specie pertractandas *à cap.* 6. *libr.* 3. *usq. ad fin. libr.* 5. *In libr.* 6. deflectit cursum ad alteram virtutum partem, ad habitus sc. intellectuales, quas virtutes vocat Dianoëticas respectivum iis imponens nomen, quia item ad particulam aliquam summi boni referuntur, ut ipse docet Arist. 6. *Eth. cap.* 12. Acciajolus enim 2. *Eth. cap.* 6. Philopon. 2. *post. tex.* 202. Ethico putant propositam esse tantùm felicitatem Moralem, quorum opinioni opponimus responsum ipsius Aristot. *d. cap.* 12. ubi cum dubitasset, quorsum in Ethica opus esset sapientia. ὅτι οὐδὲν θεωρεῖ ἐξ ὧν ἔσται εὐδαίμων ἄνθρωπος. οὐδεμιᾶς γάρ ἐστι γενέσεως, dubitationem solvens sic respondet: *Habitus intellectuales per se necessariò esse expetendos, quia sint virtutes, licet nihil efficiant. Imò,* inquit, *efficiunt etiam aliquid, οὐχ ὡς ἡ ἰατρικὴ ὑγίειαν, ἀλλ' ὡς ἡ ὑγίεια, οὕτως ἡ σοφία, εὐδαιμονίαν.* Cum enim totius virtutis pars sit sapientia, eo ipso, quod habetur & operatur, efficit possessorem felicem id quod latius explicat, 7. *Polit. cap.* 3 *in fin* & *ibid. in cap.* 1. cum proposuisset de beata vita agere, & præcipuè unde dependeat, ait: *Tantum igitur felicitatis ad unumquemque redire, quantum virtutis & sapientiæ, & vita ex his acta, certum sit.* Quibus verbis felicitatem non solum à virtute, sed & sapientia derivat. Idem apparet ex toto ordine cui insistit Arist. In fine enim *lib.* 1. dum incipit agere de mediis virtutes non proponit tantũ Morales, sed & Dianoëticas, earundemq; exortum simul docet, *in c. t. l. b.* 2. Quod si hæ non pertinerent per se ad Ethicã, debuissent à consideratione removeri; quod ut ullo in loco faciat Aristot. tantùm abest, ut potius

9. *Proponitur exemplum Ethicæ.*

10. *An Ethicus habeat sibi propositum solum Bonum Morale.*

& hoc in loco eas cum Moralibus includat, & *lib.* 6. deditá operâ æquè diligenter pertractet, ut morales, & denique *lib.* 10. distinctè acturus de summo bono, duplex illud esse colligat, *Morale & Intellectuale*, quod certè duplicibus mediis procurandum fuit. Oritur enim etiam ex usu sapientiæ & scientiarum felicitas, ad quam si habitus illi non dirigantur ab Ethica, à quanam, præter eam, disciplina dirigentur? Non tenetur quidem Ethicus artium & scientiarum compages in complexum suum inserere, quia non secundum se tota, seu secundum omnē usum ab Ethico considerantur, sed cum hoc saltem respectu, quod felicitatem aliquam possessori communicant. Post virtutes progrediendum esse ad semivirtutes, continentiam sc. & tolerantiam, quæ sunt primordia virtutum, nisi cum virtutibus adhuc cohæreret heroica sive virtus, sive virtutum omnium splendor, cui subtexi nihil potest, nisi quod virtutibus in descensu proximè subjicit, nimirum continentia, tolerantia. & unde hæ distinguuntur voluptas & dolor. In ordine verò mediorum quibusdam videtur collocanda amicitia, quæ quia Aristoteli virtus non est, sed fructus virtutis, in ultimos duos libros, 8. & 9. *Eth.* peculiariter reservata fuit, donec per eam redeat ad distinctam summi Boni notitiam, *in lib.* 10. *Eth.*

11. *Non potuisse Ethicam alio ordine tradi.* Constat igitur Ethicam ab Aristot. tradi ordine resolutivo, nec aliter tradi posse, quia media non aliunde quam ex fine elici possunt. Quod verò Piccol. *d. cap.*31. addit *ex Eustrat.* 1. *Eth. cap.*7. ordinem illum esse similem ordini definitivo artis medendi, ridiculum est, & supra refutatum. Nam ordo definitivus non trahit initium à definitione partis disciplinæ, sed totius, *ut patet ex* 1. *c. art. Med. Gal.* Et quem excogitavit Piccol. ordinem definitivum, à quacunque definitione exordientem is non tantùm cum resolutivo, ut ipse vult, sed & compositivo coincidit. Annon enim Aristot. naturam, 2. *Phys. cap.* 1. definit principium motus, & postea 3. *Phys. tex.* 1. pergit agere de motu, quia per eum definita fuit natura: Item quia alius motus est ad locum, alius ad magnitudinem, utrumque sibi imperat subnectere, 3. *Phys. cap.* 4. 4. *Phys. cap.* 1. atque ita una serie omnia educit ex definitione naturæ & divisione motus. Si id sufficit ad ordinis definitivi constitutionem, non solum cum resolutione, sed & compositione coincidere putandus est, & neutri differentiam ullam essentialem addit. Illud etiam alterum Piccol. *eodem cap.* frustrâ adjicitur, quod summum bonum non sit pars disciplinæ moralis, sed communis scopus universam scientiam includens: Nam multò magis natura, continet in se potentiâ totam Physicam, Anima, totam doctrinam de anima, Respubl. totam Politicam. Interim non desinunt esse partes, suæ quodque disciplinæ. Annon prudentia complectitur suo ambitu omnes virtutes morales, quibus tanquam moderatrix præsidet? 6. *Eth. c.* 1. Et tamen tanquam pars, unà cum cæteris habitibus explicatur, *lib.* 6. *Eth.*

12. *De Methodo Iurisprudentiæ.* Ethicæ affinis est Iurisprudentia, quæ & ipsa partem prudentiæ universalis constituit, 6. *Eth. cap.* 8. quam quidem Aristoteles non explicavit, sed de ea ex analogia reliquarum prudentiæ partium judicandum reliquit. Nam si practica est & ad finem dirigitur, non potest aliud commodius principium habere, quàm finem. Corrasius cum sibi præscripsisset *part.* 1. *art. jur. cap.* 7. ordinem definitivum, mox *cap.* 9. proponit primû agere de objecto, tum de fine, quæ non video, quomodo cohæreant cum ordine definitivo, & sub objecti explicatione complectitur totam ferè Iurisprudentiam, quod ordinis primæ legi prorsus adversatur, cum subjectum adumbrandum magis sit, quam tractandum, quia ad præsupposita pertinet ut *in* 1. *Post. Anal. tex.*73.75.76. 2. *post. tex.* 42. ab Averrh. 1. *post. com.*73. explicatum & disputatum fuit à Zimar. *contrad.* 14. *Log.* Alias verò rectè orditur Iurisprudentiam à subjecto & fine, quod exordium Aristoteles dedit quoque Ethicæ, Politicæ, & Logicæ, quia hic fine, ut sæpe dictum fuit, Ars nulla constitui potest.

13. *Iurisprud. est Practica.* Est autem Iurisprudentia [illegible] prudentiæ & ad practicas pertinet, ut demonstrat Anton. Faber. *c.* 1. *de inst. & jur. pr.* 2. *Illat.* 5. Angel. Matheac. *lib.* 1. *de via & rat.*

& tat jur. cap 8. Ehem. *lib.* 1. *de princ. jur.* c. 1. & 1. Connan. c. 1. *lib.* 1. *comm.* Non possum autem satis mirari, quid Corrasio & Gilkenio in mentem venerit, quorum ille licet definitivo ordine proponat aggredi jurisprudentiam, non alio tamen, quam resolutivo a fine utitur, hic verò *in peculiari libell.* id unicè agit, ut Analytici ordinis typum in Iurisprudentia delineet: Nihilominus uterque, ille 1. *de art. jur. c.* 14 hic *in libell. contra Thyum. & Zabarell.* contra illos, qui jurisprudentiam negant esse scientiam, adeò cerebrosè disputant, ac si in hoc cardine verteretur salus & dignitas totius professionis. Annon Politica in Republ. merito præfertur Metaphysicæ, propterea, quia Aristoteles eorum civium ante omnes vult rationē habendam, qui plus inserviunt Reipubl. 4. *Polit. cap.* 12. & digniora respectu unius prædicat, quæ uni illi plus prosunt? 7 *Polit. cap.* 1. & 3. Annon Theologia præstat toti Philosophiæ, licet nec hæc nec illa scientiæ nomen sibi vindicet? Dignitas ICti non pendet à natura disciplinæ, sed à fine & usu, quem majorem præstat Reipubl. quam scientia quæcunque: atque hoc argumento potius debuisset Gilkenius Angeli Thyi *in pracogn. Log.* cavillos rejicere, quam quod illi exprobret impietatem Aristotelis, & contra demonstret, ICtos multa religiosè de summa Trinitate & fide Cathol. de Sacros. Ecclesi. Episc. & Cleric. tradere, quæ Aristoteli fuerunt ignota, aut depravata. Quid enim si Pontifex ICtis omnes eos titulos eripiat, & neget, quæ circa fidem & Ecclesias à Laicis constituuntur, valere? Tum soli Canonici ex jure Pontificio recipient facultatem de sacris pronunciandi, & professores saltē Iuris civilis æquè erunt Athei, atque Aristoteles. Cæterum, in eo Philosophiæ maximam facit injuriam Gilkenius, quod vitia hominis Philosophi imputet ipsi arti. Non enim Philosophiæ indolem æstimamus ex ingenio & libris Aristotelis, sed ex sua natura, in qua nihil continet religioni contrariū, nisi ipsa creatura, unde hauritur, sit authori suo contraria, ut multis disputationibus contra Hofmanni contentiones, demonstravit Cornelius Martini. Denique inique comparat Aristotelem cum Christianis ICtis, quasi non & inter Christianos, esset Areopagita, Iustinus, Lactantius, Damascenus, Boëtius, qui accuratius multò & sincerius de divinis tractant, quam ulli ICti vel faciant, vel facere possunt. ICtus enim alligatus est legi suæ, nec de eius præscripto quicquam mutare potest. Philosophi verò Christiani, adjutu sacrarum literarum in ipsam divinam & angelorum essentias, quantum humanus intellectus fert, penetrant, & ea extricant, quæ ne caperet quidem ICtus, nisi in Philosophorum scholis prius eruditus. Vt igitur justam instituas comparationem, Scævolam aliquem, Iabolenum, aut Vlpianum confer cum Aristotele, aut si leges Codicis tibi placet in comparatione retinere, eiusdem ævi Philosophos iis oppone, Psellum, Synesium, Symmachum, Boëtium, ut videas, utri de Deo accuratius philosophentur, & plenius.

15. *Gilkenii calumnia.*

In Zabarellam verò, quid causæ habeat, Gilken: non satis video, dum *judiciariam*, quam certè profitentur ICti, subjicit *Legislatoriæ*, & illam addit ratione carere *de constitut. Philosof. natur. cap.* 33. *in fin.* Hoccine tantum sacrilegium, ob quod exclamandum sit ex Matheac. *libr.* 1. *de arte & via jur. cap.* 10. *ô tempora, ô mores.* Ego verò puto, nihil verius esse, quam legislatoriam, distingui à Dicastice, ut docuit Aristoteles 6. *Ethic. cap.* 8, & hanc quidem in se sola consideratam de ratione legis non teneri esse sollicitam. Gilkenius refutationis summam collocat in eo, ut ostendat, leges non esse conditas sine ratione. Quid hoc quæso ad rem, de qua agitur? Leges condere non est ICtorum, sed Regum & Principum ex habitu prudentiæ. Rationem igitur legi assignare, aut ex ratione legem ferre, ad Legislatoriam pertinet, non Iudiciariam. Multus quidem est Antonius Faber, *in suis Rationib.* ut omnium legum rationem reddat, nihil moratus confessionem Iuliani, *in l. non omnium, de ll.* qui ultrò fatetur non omnium legum rationem reddi posse, adeò, ut legi quoque *liberum 9. de relig. & sumt. fun.* cui juris rationem deesse putat Cuiac. *lib.* 8. *observ. cap.* 12. rationem assingat, *in ration. ad d. l. non omnium & in Iurisprud. Papin.*

16. *Dicastice subordinatur Nomotheticæ.*

17. *An ICtus teneat rationes reddere omnium legum.*

Papin. l.1.pr.2. Illat.5. ICti nomen non mereri scribat, qui legum omniū rationes reddere nesciant. Certè ad perfectionem ICti plurimum facit causas legum tenere, quia id infinitum quantum faciat ad leges ex æquitate explicandas, *l. scire leges.* 17. *de ll.* imò in perfecto ICto perfecta requiritur totius Politicæ prudentia, si omnibus iis muneribus præesse debeat, quæ illi sua autoritate adjudicat Gilken. *in d. q. n.* 104. *& seqq.* & Ant. Fab. *Iurispr. pap. t. 1. pr.* 4. *Illat.* 3. qui perfectum ICtum negat vocari, qui rerum omnium & divinarum & humanarū cognitionem non habeat. Item *in d. prin. 4. conf.* 1. ICtum non esse, qui hæreticorum nugas sequatur, cum talem hominem admodum falli judicio verisimile sit. Si ad hunc Lydium examinandi essent ICti, vereor ne dignitate excidant omnes illi, qui in ff. laudātur, nec non cum Diis suis ipse Faber, qui quàm futile judicium habeat de reb. Theologicis *ex. princ. Cod. Fabriani* satis demonstravit Lectius *in præscript.* Quid verò obstat quo minus exactè quisquam judicet de rebus juridicis, quæ sibi notæ sunt: In rebus autem sacris, aut Medicis, juxta eum Fabro cœcus sit, quia eas nec didicit, nec intelligit. Verùm ad officium ICti præcisè id non magis requiritur, quam cognitio totius Physicæ ad exercendam Medicinam. Etenim ICtus non debet esse sapientior lege & erubescit sine lege loqui, cum ejus sit responde re non de legis æquitate, sed de sensu. Enā si enim iniqua sit lex, etiamsi dura, tamen contra legislatorem insurgere, & in dubium vocare, quod ab ipso ratum habitum fuit, sine sacrilegio non potest, sed eum Vlpiano dicere cogitur: *Dura quidem lex est, sed tamen sic scripta, l. prospexit. Qui & à quibus.* qua in re apparet discrimen Boni viri & Boni ICti, dum hic vocem legis iniquitati accommodat, ille boni viri mavult quam boni ICti nomen retinere. Benè igitur Zabar. dixit: ICtos, qui tantum consuluntur de jure, non teneri rationes legum reddere, cum autoritas principis sit instar multarum rationum, & Ehemius. *lib. 2 pr. jur. c. 5.* propterea dicit solum legislatorem vocari *ἀνυπεύθυνον*, quod veram & immediatam causam solus teneat, Quamcunq; enim excogitet ICtus, incertum semper est, utrum eam causam investigaverit, quæ maximè legislatorem moverit.

18. *Hæreticū posse esse bonum ICtum.*

Postquam verò ICtus in causarum immediatarū penetralia ascendit induit habitum legislatorium, quod est in Iurisprudetia caput, nemo est tā parum in adytis legum versatus, qui neget leges, sive æquas, sive iniquas, cum ratione esse latas: sed negamus tamen, quod hinc evincere contendit Gilken: Iurisprudentiam propterea accensendā esse scientiis propriè dictis, quia legibus adjectæ sunt rationes. Nam si qualiscunq; ratio sufficit ad scientiam, nullum amplius erit di[illegible] men habituum intellectualium, quiā nulla est tam abjecta ars, quæ non nitatur aliqua ratione. Scientia enim educitur non ex aliis principiis, quam veris, primis, immediatis, indemonstrabilibus, causam conclusionis continentibus, prioribus & notioribus, *post. c.* 2. At rationes legum per naturam rerum tales esse nequeūt, quia jus mutatur in dies pro varietate locorum, hominum, morum, temporum, ut ait Gell. *lib. 20. c. 1. l. de accessionib. 14. de divers. temp. præscript. c. non debet. de consang. & aff.* & omnis definitio in jure periculosa, *l. omnis defin. de R. I.* quod nec Aristoteli incognitum fuit, 1. *Eth. c.* 3. 5. *Eth. c.* 7. Quibus verò rationib. prædictæ conditiones competunt, eas oportet necessariò invariabiles esse & necessarias. Præterea rationes legum non aliunde peti possunt, quā ex disciplina morali & civili, ut patet ex c[illegible]paratione axiomatum juridicorum & Philosophicorum instituta à Gilken. *cum in d. q. tum in com. ad 5. Eth. & ad libb. Pol.* Et Et[illegible]ca verò, cum in actionibus & rebus nostr[illegible] arbitrii versetur, Demonstrativam Merl odu. 1. *Eth. c.* 4. jam diu exclusit. Quæ ig[illegible]tur ex practica disciplina petuntur principia, nequeunt certam scientiam parere, cum al[illegible] & ipsa Ethica & Politica ad scientias pert[illegible]nerent. Accedit, quod principia à Gi[illegible]ken[illegible] adducta, non sint nisi communia. Ex co[illegible]munibus verò non nasci scientiam *pluri[illegible] capp.* demonstravit Arist. 1. *poster.* Imò plu[illegible]bus legibus deest ratio, quia ex arbitrio m[illegible]ta constituta sunt solo, aliis affingitur qu[illegible]dem aliqua, sed quæ nihil minus est, quam ratio, cum etiam iniquæ leges, autoritate prin-

19. *Iurisp. [illegible] confiet [illegible] tione, non sit tamen sci entia.*

20. *[illegible] nulli [illegible] cessariam [illegible].*

principis armatæ, legum vim obtineant, quas rationculis quibusdam suffulcire & ex cusare solemus, quales multæ adhuc super- sunt in jure Civili, imò in ipso etiam Cano- nico *in tit. de Conjug. patet.* Sed has qui lē- focatas vocabūt leges, & in albo legum non scribent, cum tamen iis ad vim legum nihil deesse *in c. de ll.* demonstraverimus. Quid multis? Ex abundāti fit ut ratio legi adjecta sit, & *nihil esse frigidius, quam legem cum prologo,* rectè scribit Sen. quippe, cū non sua- dere, sed jubere debeat. Legis virtus, ait ICtus, consistit, in jubendo, vetando, permit- tendo. & puniendo, *l. legis virtus. 7. de ll.* ad quas res nulla opus est ratione, sed imperio, & frustrà disputat Cic. *de ll.* legem nullam esse, nisi in rectā ratione fundatam, quemad modum & Bald. legis formam & essentiam accersit ex ratione, *in l. si quis servo. Cod. de furt.* Arist. 5. *Eth. c.* 1. etiamsi secundum leges vivāt cives, dubitat tamen eos propterea bo nis viris accēsere, *de quo videbim⁹ in c. de ll.*

Legibus igitur necessariò non annectitur ratio, aut si annectitur, ad scientiam consti- tuendam non magis sufficit quam Theoria, ex qua plurima petit argumenta Chassan. *part. 10 Catal. glor. mund. consid.* 18. quibus regiarum scientiarum nititur extollere Iu- risprudentiam, quæ probat Gilken. *in pr. d. quæst.* & Coras. *c.* 14 *part.* 1. *de jur. in artem red.* compositiuus Iurisprudentiam, ex tri- bus habitibus, arte, prudentiâ & scientiâ, præcipue activam scientiæ illi ex eo asscribit, quod in cognitione justi & injusti posita sit. *Boni enim & æqui notitiam profitemur,* ait Vlpian. *l.* 1. *de just. & jur* qua ferè confusione disputat etiam Nævizan. *in Sylv. nupt. l. b.* 5. *passim. contra Medicos.* Verum, ut suprá di- ximus contra eos, qui ex Theoria & praxi confundunt Medicinam, quæ & fine & mo- do procedendi differunt, facultates, ut se ha- bent scientiæ & disciplinæ practicæ, ne-

21\. Speculatio [illegible] ad [illegible]

quaquam in unam disciplinam confundi, quemadmodum multa jura confundit co- rum. Speculatio enim, quæ ad praxin di- rigitur, denominatur ex fine & Aristoteli, practica jure vocatur. 7. *polit. cap.* 3. cum & intellectus, ad praxin destinatus, practi- cus denominetur. 3. *de anim.* Vitruv. *libr.* 1. *architect. in princ.* Architecturam multis disputat conflatam esse ex fabrica & ratioci- natione nec tamen ex scientia & arte pro- pterea composita est Piccol. *c.* 8. *Intro. Mor.* in omni arte agnoscit divisionem in partem Theoricā & Practicam quod Halyab. quoq; *libr. Theor. c.* 4. præsupponit, & in totius Medicinæ tractatione observat, nec tamen omnes artes confundit ex praxi & Theoria.

Addunt levia alia argumenta, quæ operæ pretium fortè non fuerit operosè excutere, 22. Rejiciuntur argumenta alia. utpote quod Imperator Iurisprudentiam sæpe vocet scientiam, *in proœm. ff.* & sapien- tiam ICti, *l.* 1. *§. proinde. de Var. & extra ord. cogn.* quasi non iidem etiam vocent ar- tem, *l.* 1. *de just. & jur.* & prudentiam, *l.* 10. *de bon. poss. l.* 4. *§. præesse Quib. ordo in bon. poss. serv.* & peritiā, *l.* 17. *§. fi. si serv. vind. l.* 50. *de excus.* quanquam etiam alias dicat Apul. *in Apol. Nihil esse stultius, quam ex nom. num propinquitate vim sim tē rerum conjectare,* præcipuè quando constat, nomina non usur- pari in stricta & propria significatione. Non erubescunt etiam hoc argumento inter scientias cogere Iurisprudentiam, quod ar- tibus liberalibus accenseatur, *in l.* 1. *C. Qui ætat. vel profess. l.* 10. *l. un. in fin. C. de stud. lib. urb. Rom. l.* 11. item quod dicatur vera & non fucata Philosophia, *l.* 1. *de just. & jur.* non secus ac si omnes Philosophiæ partes essent speculativæ, ut subsumit Gilken. *in d. q. n.* 112. & artes omnes liberales, contra notationem nominis, in scientiarum classe censerentur.

Quotquot igitur sunt, qui ex Iurispruden- tia scientiam faciunt, nomine scientiæ, abu- tuntur, cum omnis Theoria Iurisperitorum dirigatur ad praxin & finē, quem Aristoteles collocat cum Cicerone in bono reip. *Arist.* 1. *Rhet. Cic. in libb. de ll.* iisq; consonæ leges, *in princ. inst. l.* 2 *de concep. ff. l.* 1 *§.* 1. *de just. & jur. l. humanum. Cod. de ll. l.* 1. *Cod. de nund. In const. Feud. Imp. passim.* Non verò omne bonū Reip. propositum est vel legib. 23. Omnis Theoria ICtor. dirigitur ad praxin. vel ICtis, quia non potuit omne leg. b. pro- pter rerum mutabilitatem comprehendi, & quia pleraque certam regulam respuunt, & propalari non debent, nec vero compre- hēsum est, & proinde pars boni publici. ICto proposita, limitatur ad cancellos justitiæ, a qua proinde Trebonianus tam Institutas, quam

quam Digesta auspicatus est, non quod ipsa justitia, quæ definitur *constans & perpetua voluntas*, sit finis jurisprudentiæ, *ut censet Matheac. 1. de via & art. jur. c. 2.* sed quod actio & exercitium ejus, *VVesenb. in parat. de Inst. & jur. Hortens. in pr. Ejusd. Inst.* seu ut jus suum cuique tribuamus, & æqualitatem, quam vocat Cic. 1. *de Orat. & in Topic.* in rebus causisq; civium conservemus. Huc enim collineant omnes leges, tanquam ad scopum, quem proinde, quicunq; peculiari ordine tradere Iurisprudentiã aggressi sunt, præmiserunt, in varias deinde vias diffusi propter incertitudinem rerum, & varietatem ingeniorum, ut videre est *apud Iason. Hopper. Corras. Ehem. Matheac. Gilken. Costald. Bodin. de distrib. Iur. Vult. & Althus. in Iurispr. Rom.* Omnes tamen in eo conveniunt, quod à justitia, & ita à fine, quam cõmodissimè initium fieri debuerit, ut tradit etiam Neldel. *pract. Log. part. 5. cap. 1. & sequent.*

24. *Finis Iurisprudentiæ.*

25. *A quo initium faciendum.*

Si fas est ulterius progredi & ad instrumentarias descendere disciplinas, quas propriè quidem sub habitibus Practicis, 6. *Eth.* explicatis & 2. *post.* enumeratis non contineri rectè tradidit Zabar. 1. *de nat. Log. c.* 10. & satis expresse Averrh. *Epit. Metaph. tr. 1. in pr.* dum tria genera artium statuit, *Speculativarum, Practicarum, & auxiliantium*, in quarum classe reponit artes Logicales. Ad artium tamen naturam quam proximè accedere necesse est, quia cum sint instrumentales necessariò habent sibi propositum aliquem finem, ad quem dirigantur, & proinde tam Rhetorica, quam Logica ordine Analytico ab Aristotele tradita conspicitur. In Rhetorica exorditur à fide facienda, quam cum faciat orator Enthymemate, dum studio alterutram promissarum supprimit, de Enthymemate agit proximè. Enthymema extruitur ex locis ad persuadendum inventis, quæ per sua genera proinde dividit, & reliquam artis partem consumit in adjumentis externis, ad coloranda argumenta, undequaque conquisitis.

26. *Ordo qui debetur Rhetoricæ.*

27. *De ordine Logicæ.*

In Logica, quomodo observet ordinem Analyticum diligenter à nobis disputatum fuit. *in not. ad Crell. part. comm. lib. 1. c. 1. & 2. lib. 2. c. 1.* Cum enim Logicus, *docente Averrh. tr. 2. Polit.* per sua instrumenta tendat ad veritatem, tanquam finem ultimum, & veritatem non alio instrumento invenire homini datum sit, quam Syllogismo, siquidem homo inde dicatur rationalis, quod non per species innatas ut intelligentiæ, sed per discursum veritatem eruat & cognoscat, à Syllogismo Aristot. initium Logicæ dedit, tanquam ab interno fine, seu ultimo attingendæ veritatis instrumento. Prædicamenta enim, *cum Crellio, & Kekerm.* non sunt immiscenda partibus Logicæ, cum in primo vestibulo nihil exhibeant, nisi diatyposin subjecti. Nomen verò & verbum & enunciationes, cum oppositionibus & conversionibus suis, quæ conjecta sunt in librum, *de Enunciat.* adeoque Syllogismum præcedunt, occasionem præbuerunt Piccol *part. 7. Com. polit.* cavillandi, quasi sincerè ordo Analyticus ab Arist. in Logicis observatus non esset, nec aliter potuit Zabarel. effugere, quam ut diceret, peculiare hoc esse Logicæ propter immanentem operationem, ut simul inveniat, & simul operetur, *lib. 2. de nat. Log. c. 7.* quæ ratio si vera est, cur coëgit Aristotelem tantum in unico *περὶ ἑρμην.* libro operationem cum inventione conjungere, & non etiam in cæteris Logicæ partibus. Nam in prioribus Analyticis, ex præsupposito Syllogismo in genere deducit omnia instrumẽta ad formæ ejus perfectionem attinentia: In posterioribus eodem filo progreditur à demonstratione, in Topicis à Syllogismo Topico, in Sophisticis Elenchis, à Sophistico. Imò & Rhetor, dum discit orationem pingere & affectus movere, apud animum, simul dum invenit, operatur, nec tamen in Rhetoricis Aristoteli duos ordines ob hanc causam confundere in mentem venit. Præterea nihil refert, quod inventio & operatio in exercitio cohæreant, cum revera dissideât, 7. *Metaph. tex. 21.* & non minus hic, quam in cæteris artibus efficaciter procedat argumẽtum Zabarellæ: In quacunq; inventione ex fine à fine esse initium faciendum. Non minus enim incertus erit animus, si de verbo & nomine doceatur, quorsum tandem sit deventurus, nisi de fine prius certus reddatur; quàm si auditor Ethicæ de perturbationibus audiat, nescius, cui fini eas applicare debeat.

28. *An sit purè Analyticus.*

debeat. Propterea libri de Interpretatione suum statuo non esse agere de enunciationibus, sed de Syllogismo, quia non tractantur per se, sed propter Syllogismum, siquidem conversio & oppositio, non alio respectu iis tribuitur nisi quod earum usus sit in solo Syllogismo. De partibus enim Totius qui agit, videtur de ipso Toto agere, quemadmodum simili omninò methodo Aristot. in Politicis *libr.* 1. explicuit familias, non quod à primis principiis Reipublicæ progredi velit ad totam Rempublicam, ut vulgò à Politicis creditum fuit; sed quia familiæ & earum societates, sunt partes civitatis & dum de partibus agit, de tota civitate, quæ habetur loco subjecti, agere velle putandus est. Idem judicium faciendum de Elementis & Temperamentis Medicorum, quæ conjuncta cum anima constituunt finem & primam partem Medicinæ, ut statim subjiciemus.

29. De ordine Medicinæ. Nam si exempla quoque capere liceat ab artibus, non poterit communis opinio evidentius retundi, quam si ad calcultos revocemus illum ipsum ordinem, quo in Medicina usi sunt optimi quique artifices, Galenus, Avicenna, Averrhoës, Haly, Fernelius, Fuchsius, Bertinus, &c. eumque ostendamus nec alium esse nec esse posse, quam Resolutivum. Ex ordine quidem librorum Galeni nihil certi possumus desumere, ut Argent. *in comm* 1. *art. parv.* & Montan. *in præfat. oper. Gall.* notarunt, partim quod de quibusdam non scripserit, de quibusdam sæpe & sparsim, prout commentatores solent, partim quod ipse, *in cap.* 1. *artis Med.* scripta

30. Qui vulgò putatur compositivus. sua dicat cuicunque ordini accommodari posse. Putant tamen Vulgò in eo ordine, quem innuit Galen. *in cap. ult. art Med.* & *in libr. de ord. libror. suor.* contineri compositivum, eamque opinionem sequuntur Baptist. Rosar. *in com. de Ord. libr. Gal.* Curt. & Leonic. *in c.* 1. *art. Med.* Manard. *ibid. ad §. Tres sunt doctrina.* Argent. *ibid. in comm.* 1. Fernel. *in præf. Med.* Capivaccius *de differ. doctr.* Piccol. *in Introd.* & *comit. Polit.* Nihil verò vel arti magis contrarium vel à cõmuniter observata methodo dici potest alienius. Etenim Galenus *libr. de art. Med. constit. cap.* 1. *in fin.* peculiari opere dicit à se demonstratum: *Quamlibet artem à finis notione suam habere constitutionem*, idque repetit, *cap* 2. *in fin.* & in toto eo libr. ob oculos ponere nititur ex ratione adjecta: quia Medicina est ex earum numero artium quæ reficiunt aliquid, *c.* 3. & 11. *libr. Ejusd.* Qui verò vult reficere ædes, illi oportet ædium partes prius notas esse, *ibid.* & sic prius agendum venit de partibus humani corporis, post etiam de fine, de quo scribit. *libr.* 1. *de tuend. san. c.* 1. *Vtriusque facultatis, scil. præservativa & curativa, inveniendæ communis ratio est, ut quidnam ea corporis affectio sit, quæ sanitas dicitur, liquido constet, quandoquidem nec præsentem servare, nec amissam restituere, si quænam ea sit penitus ignores, licet.* Item de altero fine, *libr.* 1. *Meth. c.* 5. *Quoniam omnis morbi curationem invenire propositum est, necesse est morborum numerum prius scire: At quoniam fieri nequit, ut aut differentias generis ullius, aut species invenias, ipso, quod dividitur, non planè explorato, oportet profecto nunc etiam, quid morbus sit, narremus, quo sic divisionem ejus ritè adeamus.* Quibus verbis expressit Gal. non solum τὸ ὅτι, sed τὸ διότι. idque lucidissimè explicuit Averrh. *libr.* 1. *Collig. cap.* 1. *Quoniam in omni arte prius cognoscendum subjectum, deinde finis, qui quidem in Medicina est sanitas. Hujus autem finis*, inquit Averrh. *duæ species sunt. Conservare sanitatem & removere ægritudinem. Ideò de sanitate agens pars est divisa in duas partes. Vna est, in qua faciemus scire, quid est sanitas in omnibus rebus sustentantibus ipsam, & sunt quatuor causæ & in omnibus eam consequentibus. Alterum est, in qua faciemus scire, quid est ægritudo in omnibus suis causis & eam consequentibus. Deinde quia non est sufficiens scire, quid est sanitas, & quid est ægritudo ad conservandum unum & removendum alterum, divisa adhuc est ista in duas partes. In una faciemus scire, qualiter sanitas conservetur, in altera qualiter ægritudo removeatur.* Paucis 32. Cujus ratio explicatur.
verbis complexus est non tantum legitimũ Medicinæ ordinem, sed & ordinis rationem. Quia enim subjectum in Artibus primo loco cognoscendum, descriptas ex Anatomia partes humanas Averrh. in vestibulo ponit.

31. Sed revera est Resolutivum.

1. *Coll. c.* 1. ut & Galen. *in libr. de ord. libror. suor.* post introductorios locum assignat Anatomicis, quod aliquanto rectius factum fuit ab Avicenna, qui partium Anatomicam resolutionem in ipsam Physiologiam, tanquam partem essentialem intrusit, *l. br.* 1. *Ten.* 1. *doctr.* 5. ejusque stylum & filum imitatur. Haly. Abb. *lib.* 2. *Theor.* Fuchs. *lib.* 1. *Instit. sect.* 5. Bertin. *lib.* 5. *Medic.* Duncan. 1. *art. Med. c.* 4. Cæterum de subjecti loco diximus supra. Hic agitur potissimum de fine, quem in Medicina duplicem constituit Averrh. & ante eum Galen. *c.* 5. *in fin. ad Trasib.* item Halyabb *l. br.* 1. *Theor. c.* 4. Sanitatis conservationem, & Morbi remotionem, unde duas primas & essentiales partium medicinæ differentias deducit Galen. *in lib. de partit. art. Med. c.* 7. & 1. *de san. tuen. c.* 1. *in pr.* Averrh. utrumq; assumsit in definitione artis quam definit, 1. *Coll. c.* 1. & 6. *Coll. c.* 1. quod sit *Ars operativa exiens ex principiis veris, in qua quæritur conservatio sanitatis corporis humani & remotio sua ægritudinis, secundum quod possibile fuerit in quolibet corpore.* Cum igitur sint distincti fines, & ex lege ordinis finis sit præmittendus, de utroque in principio agendum monet Averrh. & quidem sanitatem & ad eam attinentia expedivit, *lib.* 2. *Coll.* morborum cognitionem, *libr.* 3. & 4. Postea de materia auxiliorum in genere, *libr.* 5. & in specie de instrumentis conservandæ sanitatis, *libr.* 6. de instrumentis abigendorum morborum, *libr.* 7. Constat autem unicuique qui oculis captus non est hunc ordinem esse exactè resolutivum: Et tamen, qui vulgariter in tradenda Medicina observatur, nihil prorsus ab hujus via deflectit. Dividitur quippe Medicina vulgò in *Physiologiam Pathologiam & Therapeuticam*, quam obs. libr. 1. pr. in tribus collocat: *Diæta Chirurgia & Pharmaceutica.* De Physiologia omnium consensu primo loco agitur, in qua nihil explicatur, præter principia & naturam Sanitatis: De Pathologia secundo, in qua nihil cõtinetur præter Morbos, morborum causas & signa: Ad extremum tota ars desinit in instrumentorum ad sanitatem conservandam & recuperandam inventione. Non potest hic ordo esse compositivus, quia nec in toto desinit, nec in fine, sed in eo, quod in operatione primum & ultimum est in inventione, quem ordinem Aristot. 7. *Metaph. tex.* 23. opponit compositivo. Dicant enim, quicunque nunc ordinem venditant pro compositivo, quid sit illud totum, ad quod per prima principia ascendit Medicus? Nullum enim comparet. Quod si etiam compareret, frustrà esset, quia non est de ratione ordinis compositivi, ad quodcunque totum progredi, quemadmodum Piccolom. à sensu tactus ad visum Avicennam & Platonem putat ordine compositivo progredi, cum Aristot. contrariò à visu ad tactum progrediatur resolutivè, sed à principiis ad affectiones, quia compositivus ordo paratus est ad pariendam scientiam, quæ non aliter, nisi ex principiis educitur. Qui præter hanc intentionem eum adhibet non tam utitur ordine, quam abutitur, quia non docet distinctè, sed confundit. Quod verò quibusdam imposuerunt primo loco explicata Elementa, parum momenti habet. Nam, quando de ordine alicujus scientiæ judicare cupimus, ad cohærentiam partium inter se respiciendum est, & non ad partium minutiorem tractationem. Tota autem Physiologia, quæ continet universam historiam sanitatis, si conferatur vel ad Pathologiam, vel Therapeuticam, non habet amplius respectum principii, sed finis ut dictum fuit, quia sanitas respectu totius medicinæ subit rationem finis. Quod si ex ordine partis judicandum sit de tota arte, cur non judicatur ex Pathologia, in qua omnium consensu prius agitur de morbo, & morborum differentiis, quam de causis, aut ex Therapeutica, in qua per indicationes descenditur ad invenienda & applicanda remedia, quod quid aliud est, quam resolvere? Physiologiæ verò id unicum deest, quod Sanitas cum suis differentiis in ejus vestibulo non explicetur, quemadmodum Galen. *in art. parv.* & Averrh. 2. *Coll. cap.* 1. fieri debere exemplo & præcepto docuerunt. Si enim, secundum Methodi legem, sanitatem præmittas, eamque in progressu Physiologiæ in sua deducas principia, conspicuè is ordo, qui nunc videtur compositivus, evadet resolutivus. Quod si etiam id non feceris, potest tamen hic ordo excusari, quia Physiolo-

Marginal notes:

33. *In medicina ante omnia explicandum subjectum.*

34. *Duplex finis Medicinæ.*

35. *Vulgaris Medicinæ divisio.*

36. *A sanitate initium cum Averrh. faciendum.*

siologiam desumit Medicus à physico, unde factum, ut Haly *cap.4. libr.1. Theor.* eam partem vocet Theoricam. Sicut jam Logicus non mutuat Categorias à Methaphysico desumtas: ita nec physicarum rerum tractationem Medicus. Non tamen hinc invertitur ordo artis, quia is non consistit, in ordine partium unius partis, sed cohærentia partium totius. Satis igitur patet in Medicina observari & observari quidem debere Methodum resolutivam, *Montan. cap.15. lib. de Metho. Medic. Universf.* nec ejus partes accidentaliter cohærere, ut ex parte opinatur Erast *in lib. de Meth. Medic.* sed ex ordinis essentiali natura & lege dependere.

37. *De ordine Architecturæ ex Vitruv.* In promtu esset idem ostendere in aliis artibus, quæ ab Artificibus delineatæ sunt, nisi id, quod nobis evincere propositum fuit, ex tenore artium liberalium satis pateret. Vitruvius *in princip. libr.4.* ad hanc normam construit Architecturam, dum statim *Post librum 1. proœmialem, in libr. 2.* agit de materia, seu objecto, *in libr.3.* de fine interno, seu ædificiis ipsis quorum species proponit, *c.1. & 2.* exordium sumturus à sacris, tanquam simplicioribus & majori cum magnificentia apparandis. Ex fine *libr. 4.* pergit ad resolutionem domus in minutissimas partes. Adeò vel in ipsis artibus effectricibus apparet quod nos probare intendimus: Disciplinas omnes Practicas commodius, quam Ordine Resolutivo tradi non posse.

SECT 4.

Politicæ dandum esse initium à Republ.

1. *Politicam esse disciplinam Practicam.*
2. *Quid sit praxis.*
3. *Duplicem esse finem: Externum & Internum.*
4. *Finem non esse semper in potestate agentis.*
5. *Finem externum præsupponi ante artem.*
6. *Quis sit finis externus in Politicis.*
7. *Finem internum Politicæ esse Remp.*
8. *Quam perperam pro objecto habet Kekermann.*
9. *Rempubl. in sinu suo concludere omnem civium felicitatem.*
10. *A Republ. post subjecti explicationem esse Politico incipiendum.*

Consequens est, ut thesin hactenus declaratam accommodemus ad hypothesin. & ex dictis causam quæramus, quare Arist. 3. *Pol. c.4.* immediatè post declaratam civitatem subtexuit doctrinam de Rebuspubl. & hac ratione, post subjecti in vestibulo declarationem, totum Politices systema auspicatus est à Rep. Constat autem inter omnes, 1. *Politicam esse Practicam.*
qui inter scientiam & praxin distinguere norunt, nec cum Ramo scientiæ & Artium discrimina inconsideratè confundunt, Politicam pertinere ad earum disciplinarum classem, quas Praxis denominat. Praxin accipio 2. *Quid praxis.*
in specie prout ab Arist 6. *Met. tex.16. Eth. cap. 5.* à honestate limitata fuit & definita à Scoto, *q 4. prol.* quod sit *operatio ab intellectu elicita, ad hoc, ut sit recta:* de cujus definitionis elucidatione vide Zimar. *in solut. Contrad.* Soncin. 6. *Metaph q.2.* Fonse. 2. *Metaph. c.3 q.2* Suar *disp. 44. Met. sect. 13.* & nos prolixius diximus *in not. ad lib.1. c.1. Logic. Crellij.* Talem autem operationem propositam esse Poltico, nullus dubitat, qui ex Aristot. didicit. Improbum Ethicum esse qui exactè quidem teneat rationes virtutum, sed secundum eas nunquam aggrediatur operari. Politicam enim non discimus tradimusve, ut sciamus, sed ut ex ejus præscripto præsimus Reip. ideoq; Arist. 7. *Polit c.1. 2 & 3.* omnia Politicæ tradita subordinat externo fini, & felicitatem Politicæ reponit in actione. Nam cum pars sit prudentiæ Politica, nequit alterius ordinis esse, quam sit prudentia Ad hæc tota Practica est, 6. *Eth. c.5.* Ergo & singulæ ejus partes. Quod si practica, jam non alio ordine tradi poterit, quam 3. *Duplex finis: Externus & internus.*
qui supra præscriptus fuit omnibus disciplinis Practicis, & proinde initium ejus faciendum à Fine, perinde ut in Morali disciplina ab Arist. factum prænotavimus: Finis verò in plerisq; artibus duplex occurrit, *Externus & Internus.* quorum hic ut plurimũ in potestate artificis est, ille in usu consistit & ultra facultatem artificis vagatur. Errant enim graviter Ramæi, qui omnem finem collocant in potestate operantis, cum tamen Ramus. *lib.1. Log c. de fin.* Finem definiat. *Cujus gratia res fit.* Constat verò non 4. *Finis non est in potestate agentis.*
omnia acquiri, quorum gratia operatio instituitur. Victoria non desinit esse finis bella

concitantium, licet spe non rarò cadat Imperator. Et gubernator vult salva nave in portum venire, si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, ait Quinctil. *lib. 2 cap. 11.* & 14. dicetq; notum illud: *Dum clavum rectum teneam*, aut illud alterum *ex Sen. Epist. 85. Neptune, nũquam hanc navem, nisi rectam.* Istuc tibi concedimus Quinctiliane, artificem satis defungi officio, si omnia agat, quæ ars requirit, licet & Cicero causa cadat, & Hippocr. multorum ægrorum historias concludat: *Septimo mortuus est.* Atqui propterea fides non desinit esse finis Rhetoris, nec sanitas Medici, *ut disputant Bru. Seidel. in libr. de morb. incurab. & Augen. lib. 8. Epist. 1. &* 3. ut & Hurault dicit *libr. 1. des estats. c. 7. Le fin, d'orateur est bien dire, des Medicins guerir, des Chirurgiens bien incifer une playe.* Nam finis certè & propositum piscatoris est, capere pisces: sæpe tamen frustra explicar retia totos dies, multasq; ex ordine noctes. Finis prædicationis Verbi Dei, ut homines salvi fiãt, Finis Diaboli, ut omnes devoret, quia in eum finem, ut Leo rugiens, circumire dicitur à D. Petro. Nec tamen omnes qui audiunt verbum Dei, salvi erunt, nec in Diaboli potestate est, ut quos suæ ingluviei destinavit, secum in pernitiem possit rapere.

5. *Finis externus præsupponitur.*

Et hic jam est finis externus, qui cum non sit in potestate artis, ante artem præsupponitur, ut se habet veritas in Logicis. Ineptus enim sit, qui ex Logicis ratiocinari tantum velit nec curet attingere ratiocinando veritatem, quemadmodum Arist. 10. *Eth. c. 7.* insectatur eos, qui bella tantùm gerunt ut gerant, & Plinius, *in Panag.* ridet consules, qui propterea officium illud subierant, ut fuisse dicerentur Consules. Sicut enim sutor calceum non format, ut formatus se jactitet in officina, sed ut indutus muniat pedem, ita Logicus Syllogismum format ut ejus ope deveniat in desideratæ veritatis cognitionem.

6. *Quid sit finis externus in Politicis.*

Talem finem in Politica ponit Arist. 7. *Polit. tribus prim. capp.* in generali felicitate, quam dicit à se alibi explicatam, puta, *in libr. 1. & 10. Eth.* eamque intelligit in definitione civitatis, 3. *Polit. c. 6.* quam institutam dicit, *Vita perfecta & per se sufficientis gratia*, & 1. *polit. cap. 3. Societas*, ait, *qua ex pluribus pagis conficitur, civitas est, qua quidem totius sufficientiæ finem habet.* Ostensum enim fuit *in proœm. libr.* 1. inter privatæ & publicæ rei felicitatem in genere nihil interesse, ut repetit Arist. 7. *Polit. c. 2.* ideoq; ultima felicitas non alia competit privato homini, quam toti Reipubl. Idem patet ex fine, quem naturali inclinatione quisque qui in societate vivere ambit, sibi proponit. Non enim ex indigentia eò trahimur, ut supra ostensum fuit, sed quod melius ad humanæ naturæ perfectionem videatur. Quærimus igitur feliciter & beatè in societate vivere, & proinde hic est externus politicæ finis, quẽ, quia attingere non possumus, nisi in optima Republica 7. *Polit. cap.* 1. remittimus ad partem Ethicæ generalem, & cum Aristotele 7. *Polit. cap.* 2. inde repetitum, tacitè præsupponimus, quemadmodum Logicus veritatem, Medicus usum sanitatis, Iurisperitus exercitium justitiæ.

7. *Finis internus est Respubl.*

Kekermann. *in præcogn. Polit.* hunc finem cum interno confundit, quando eum proponit, tanquam finem proximum, & verum internum finem, scilic. Rempubl. venditat pro Objecto. Respubl. enim objectum Politices esse nequit magis, quam Syllogismus Logices. Objectum quippe præsupponitur ante artem, & in nulla ejus parte vel explicatur vel producitur. Respublica verò à Politico ex suis partibus ædificatur, Imperantibus scilicet & parentibus, *ut in proœm. libr.* 3. *diximus.*

8. *Quam pro objecto habet Kekerman.*

Præterea per objectum non attingimus finem, cum finis in præsuppositum subjectum inducatur, ut apparet in sanitate & corpore humano, felicitate & anima rationis participe, &c. Felicitatem autem & beatam vitam proximè obtinemus per bonam Rempubl. ut in Logicis veritatem inquirimus per Syllogismum. Vnde Kekermann. ipse *in part. gener. Polit.* proponens explicare media ad finem obtinendum, species Rerumpubl in medium producit, quod fieri non poterat, si Respub. esset subjectum, quia objectum cum omnibus suis speciebus præsupponitur, ut patet de corpore naturali, & nulla species objecti, potest fieri instrumentum ad obtinendum finem, quia patiens, quod recipit finem, & agens, quod inducit, distincta esse convenit. Accedit au-

dit autoritas Aristotelis, 3. *Oeconom. capit.* 1. ubi civitatem nominat pro subjecto Politiæ, & [illegible]. *libr. Polit.* ubi civitatem distinctè ante Rempubl. explicat. Kekermannus verò con[illegible]dit civitatem cum Republ. & utramque voluit una definitione expedire, quem errorem suprà refutavimus, unde repetimus, quod ab Arist. 4. *Polit. c.* 11. dictum est, Rempubl. & civitatem habere se ad instar vitæ & corporis, seu, ut Isocrates ait, *in panath. & Areopag.* instar animæ & corporis. Sicut enim corpus summum suum finem non assequitur, nisi informetur & ad illum elevetur ab anima: ita civitati sufficientiam, quam cives in societate quærunt, assequi non datur, nisi sub formam Reipubl. cogatur & sub ea perficiatur, adeò ut Respubl. in politica eundem sibi vendicet locum, quem Syllogismus in Logica. Omnia enim instrumenta, quæ ad felicitatem in communi societate tendunt, suo unius amplexu concludit Respubl. ut tradit Aristot. 7. *Polit. c.* 1. *Optimè* scilicet *eos vivere*, ut Sepulveda, seu, *præclarissimè agi cum iis*, ut Perionius, seu *optimè res suas agere*, ut Lambinus vertit, quod est in Græco *ἄριστα πράττειν*, qui optima Republ. utuntur, pro copiis, quæ ipsis suppetunt. Cum igitur ab interno fine disciplinæ Practicæ exordiendum sit, rectè fecit Arist. & ut exigit conditio Ordinis, quod post absolutum subjectum, *in princ. lib* 3. *Polit.* instrumenta felicitatis Politicæ à Republ. tanquam primo & ultimo inter ea, *cap.* 4. deducat & quid, quotuplexque sit Respub. primo loco pertractet, quemadmodum & Averrh. licet Aristotelis opera Politica sibi neget visa, ductu tamen ordinis à fine concludit Politico fuisse exordiendum, *tract.* 1. *Paraphr. super Plat. de Republ.* cujus vestigiis nos quoque insistentes, antequam in partes & officia Reip[illegible]bl. intueamur, Rempubl. primum in genere & specie hoc libro definiemus & dividemus, quæque circa singula capita incidenter explicanda, diligenter annotabimus: Subinde à fine, ad media prout ordo dabit, progressuri.

9. Rempubl. concludere omnia instrumenta felicitatis [illegible]

10. Quare à Rep. incipiat Arist.

CAPVT PRIMVM.

DE REPVBLICA IN GENERE.

SVMMARIA.

1. *Quid sit Respublica.*
2. *Republ. naturam abstrahi à bonitate & malitia.*
3. *De fine Reip. & qua ex virtute æstimanda sit ea, quam Rectam vocavit Aristoteles.*
4. *Vnde petenda sit distinctio Rerumpubl.*
5. *De divisione & Speciebus Rerumpubl.*

SECTIO I. SECT. 1.

Quid sit Respublica.

1. *Definitiones aliquot aliorum.*
2. *Rempubl. non definiri per Cœtum.*
3. *Esse nomen juris ut familiam.*
4. *Proponuntur definitiones aliæ.*
5. *Nec non Gregorii Tholosani.*
6. *Consociationem non sat commodè poni loco generis.*
7. *Res inanimatas non esse confundendas cum objecto Politices.*
8. *In definitione sumendam materiam proximam.*
9. *Rempubl. superaddere civitati ordinem.*
10. *Et per ordinem esse definiendam.*
11. *Perfecta Reipubl. definitio.*
12. *Quid sit τάξις.*
13. *Summam potestatem esse præcipuam partem Reipubl. & primo loco in definitione explicandam.*
14. *Summa totius definitionis.*
15. *Rempubl. propriè non esse, nisi absolutæ potestatis.*

QVam Græci *πολιτείαν*, Latini vocant Rempubl. Eam pleriq; confundunt cum civitate, cõtra quos supra disputavimus Speusippus ex mẽte Platonis definiebat, quod sit: *Cœtus multorum hominum ad fœlicitatẽ per se sufficiens.* Item, quod sit: *Legitima multitudinis conspiratio.* Priorem imitatur Bodin. 1. *de Republ. c.* 1. & Kekerm. *in præcog. Polit.* dum generis loco ponunt *Cœtum*, seu *Multitudinem.* Definiunt enim Rempubl. *familiarum rerumq; inter ipsas commu-*

1. Definitiones aliorum.

 nium

nium summa potestate ac ratione moderatam multitudinem, ad quos alludit Paulus Busius *lib. 1. de Republ. cap. 3. num. 3.* Rempubl. definiens: *Universitatem cujuscunque totius legitimæ civitatis uno imperio contenta.* Per Universitatem *d. num. 4.* dicit se intelligere cœtum oppidanum. In sensum paulò diversum transtulit Bodin. definitionem Smith. *lib. 1. de Republ. Angl. cap. 10. Respubl. est hominum liberorum in unum coacta multitudo, mutuis inter se voluntatibus & pactis conveniens constans, ut se domi militiaque sartam tectam tueatur.* Quicunque verò hoc genere utuntur, perinde peccant, atque Duarenus qui *tr. de feud. cap. 2.* feudum definit, quod sit: *Res immobilis, alicui fruenda data, fidei vel obsequij gratia.* Reprehenditur enim jure à Cujac. *in c. 1. quib. ex caus. feud. amitt.* Borchold. *de feud. c. 1. n. 11.* Vultej. *lib. 1. cap. 2. num. 6.*

2. *Respubl. nequit definiri Cœtum.*

quod Rem confundat cum jure, cum Res sit materia feudi, & proinde loco generis, ex forma petendi, stare non possit. Quæcunque enim vel accidentia sunt, vel accidentium naturam imitantur, loco generis in definitione recipiunt Formam ipsam, ut patet in omnium morborum apud Medicos definitionibus. Quærendum igitur est legitimum genus Reipubl. non in ejus materia, sed forma. Multitudo verò seu cœtus hominum loco materiæ est, ut retrò diximus, & res ipsa clamat, quoniam populo, ad beatam vitam concurrenti inducitur Respubl. unde vita civitatis dicitur Aristoteli, 4. *Polit. cap. 11.* & Isocrates ait: *πᾶσα πολιτεία ψυχὴ πόλεώς ἐστι. in Panath. & Areop.* Animam autem per corpus, non definivit Arist. 2. *de an. c. 1*, sed per actum Corporis.

3. *Cum sit nomen iuris.*

Proinde pari modo definienda erit Respubl. idque vel ipso Bodino consentiente, *d. libr. c. 2.* ubi familiam definit per formam suam & nomen juris, id est, rectam moderationem. Iam ita judicandum est de familia, ut de Republ. prout pluribus tradit Aristot. 8. *Eth. c. 10. & seqq* quoniam *Majores nostri*, ut ait Sen *Epist. 47. Domum pusillam, Rempubl. esse judicabant.* quod & Arist. tradit, inquiens: *Sicut res domestica domus est regnum quoddam: sic & regnum gentis & & civitatis unius aut plurium est ratio domestica.* Et sicut in familia res & homines coeunt sub unius Patrisfamilias jus & imperium, ita & in Repub. sub jurisdictionem unius Majestatis. Quale igitur genus ponitur in familia, tale necesse est repeti in Republ.

Propterea alii genus petierunt quidem ex forma aliqua Reipubl. sed quot sunt Politicorum capita, tot ferè introduxerunt genera. Zachar. Freudent. *lib. 1. Polit. cap. 1. in pr. Politica*, ait, est *Status hominum in consociatione positus, ad communionem vitæ civilis*, quod nihil aliud est, quam rem describere per Synonyma, perinde ut Galenum reprehendunt Philosophi, quod putredinem dixerit corruptionem rei putrescentis, aut Aristotelem, quod definierit animam actum corporis animati, si per corpus potentia vitam habens, corpus accipiamus, quod jam anima indutum est. Vocabulum enim status, ab Italorum Idiomate tractum, in ea, qua hìc usurpatur, significatione, denotat ipsam Rempubl. & dum transfertur in linguam Latinam, per Rempub. interpretatur, ut apud Sen. 1. *de Clem. c. 4. Tutores publici status.* Aut si designat conditionem hominum, prout vulgò statum rerum dicere solemus, frustrâ omninò additur consociationi, cum expeditius eodem sensu dici potuisset, quod Respubl. sit consociatio. Denique vita civilis, quid est nisi Politica? & per vitam civilem, definire Politiam, quid est, nisi Græcum nomen alio Latino interpretari, ac si dicas, Polis est concursus hominum in civitate. Ne dicam interim, quam nullus sit finis, qui affertur, ad Communionem vitæ Civilis. Non enim, ut convivatur convenitur in Republ. sed ut in commune & convictu benè & feliciter vivatur.

4. *Definitiones aliæ.*

Tholosan, 1. *de Republ, c. 1. n. 6.* prolixè describit Rempubl. *quod sit rerum & vitæ quædam communitas unius societatis, quæ efficit unum quoddam corpus civile, ex pluribus diversis, ut membris, compositum, sub una potestate suprema, veluti sub uno capite & uno Spiritu, ad benè & commodius vivendum in hac mortali vita, utque facilius ad æternam perveniatur.* Loco generis ait se ponere *societatem & communitatem, n. 10.* quod quidem genus desumtum est ex formali Reip.

5. *Gregorij Tholosani.*

6. *Consociatio non solo [illegible] modo [illegible] loco generis.*

Reip. sed non distinguit Rempub. à civitate, quæ & ipsa Arist. 3. *Polit.* definitur per *societatem*, Non est quidem de ratione generis, ut distinguat, cum vis distinguendi dependeat à differentia: sed tamen nimis latè oportet genus illud patere quod materiæ simul & formæ commune est. In definitione verò, quantum potest, proximum genus assumendum, quia, quò propiùs ex rerum natura petitur, eò evidentiùs definiti essentiam explanat. Hac enim de causa transcendentia a definitionis partibus excludit Aristot. *in Topic.* quod propter nimiam generalitatem nihil declarent essentiæ, nec impleant definitiones. Sive igitur communionem, sive societatem, sive consociationem, cum Althus. *cap. 1. Polit.* sive quodvis aliud hujus ordinis accipias, propter nimiam generalitatem loco generis poni non potest, præcipuè cum nullus ex iis, quos hactenus nominavimus, ad legitimam & proximam materiam, genus accommodet. Bodinus enim accipit *familias & Res*, Tholosanus, *Res & vitam*, Smithius, *Liberos homines*, Althusius, *Res, operas, Iura.* Sed hæc omnia exceptis juribus seu legibus, communia sunt ex lege civitatis, non Reipubl. Respubl. enim inducitur tali multitudini, cui jam sint omnia, ad vitam necessaria, communia, quam communionem forma Reipubl. certis legibus circumscribit, & pro salute publica limitat. Præterea Respubl. non magis in rebus consistere potest, quam familia, in cujus definitione, victus quotidianus, non materiæ, sed finis loco accipitur. Nam ut rectè Pompejus dicebat: *Non est in parietibus Respubl. Dion. in Pomp.* nec Respubl. induci potest rebus inanimatis, cum de consensu omnium in ea requiratur respectus obedientium & imperantium, qui in inanimata non cadit. Denique in quaque definitione proxima accipienda est materia, quemadmodum in definitione animæ, *Corpus organicum*, in Mixtionis, *Miscibilia* &c. & non materia prima nominatur, quod observare quoque voluit Bodin: quando in definitione familiæ, plures simpliciter homines in definitione Reipubl. plures familias accepit, sed cum Aristotelem deserere ubique sibi imperasset, veritatem assecutus non est, quia Respubl. immediatè non informat familias, sed civitatem. Primum enim coeunt homines in familiam, deinde in civitatem, huic accedit Respubl. tanquam ultima forma.

7. Nec Resp. posita in inanimatis.

8. In definitione sumendam materiam proximam.

Videndum igitur, quidnam sit id, quod civitati accedit per Rempubl. In eo enim procul dubio consistet essentia Reipubl. Si verò multitudinem civium inter se sociatorum intuearis sine Republ. confusionem quandam ex æqualitate affectata, & tantum non certò impendentem ἀναρχίαν illic deprehendes, qua de causa Athenienses in honorem Erichtonii & Thesei, quorum opera in unam Rempubl. traducti erant, Panathenæa celebrabant, quæ & Athenæa dicebantur, *Suid. in Panath.* in quæ Isocrates orationem Panath. scripsit jam nonagenario major, *Cel. in Lal.* Thucidydes, *lib. 1.* eo die convocatos scribit, quo Minervæ eo nomine quotannis sacrificare solerent. Theseus verò in unum coactis indigenis, aut Romulus congregatis ad asylum convenis, nihil addidit præter *ordinem Imperantium & parentium*, in quo leges & omnia jura continentur. Proinde ordinem hunc Arist. in definitione assumsit, cujus ratio reddi quoque potest ex fine. Nam Aristot. 3. *Polit. cap. 4.* ut legitimam extraheret Rerumpubl. divisionem, primo loco dixit sibi præsupponendum esse finem, τίνος χάριν συνέστηκε πόλις, quia quæ ad finem ordinantur, ex fine naturam & constitutionem nanciscuntur, 3. *Polit. cap. 1.* Rempublicam verò subordinari felicitati publicæ, ut Syllogismum veritati, supra ostensum fuit & tradit Aristot. 7. *Polit. cap. 1. & 3.* Feliciter autem cives in societate vivere non possunt, nisi ab una aliqua summa potestate regantur per magistratus intermedios, & proinde ordo hic ad regendam civitatis societatem in ultimo attingendæ felicitatis instrumento, hoc est, in Republ. essentialiter requiritur. Et hinc extraxit Aristot. perfectam Reipubl. definitionem. 3. *Polit. c. 4. in tr.* ἔστι δὲ πολιτεία πόλεως τάξις τῶν τε ἄλλων ἀρχῶν, καὶ μάλιστα τῆς κυρίας πάντων. Loco generis posuit Aristot. τάξιν. tum *d. cap. 4.* tum *libr. 4. Polit. cap. 1.* quod non omnes eodem

10. Resp. definienda per ordinem.

11. Perfecta Reip. definitio.

12. *Quid τάξις.* eodem modo interpretantur. Nam alii, per *institutionem, Camer. 4. pol. c. 1.* alii per *descriptionem, Giphan. in vers. 2. ibid.* alii per *ordinationem, Thom. 3. polit. c. 4. Lambin. ibid. c. 6. Greg. Tholos. 1. de Rep. c. 1. num. 15.* interpretantur. Quia verò omnia hæc vocabula motum aliquem, & productionem implicant, Respubl. verò est quiddam per se subsistens, melior censenda est traductio eorum, qui per *Ordinem* transferunt. *Sepulved. Aretin. Stapulens. Giphan. Casus, Victorius. Montecat. ad d. c. 4. libr. 3. polit. Piccol. gr. 10. Moral. c. 7. in pr. Lips. 2. polit. c. 2. Dana. libr. 1. polit. c. 1.* Hoc porrò genus coarctandum fuit per suum subjectum & cæteras differentiæ partes, qua de causa adjecit Arist. Proximum & immediatum subjectum, quod diximus esse *Civitatem.* Quia verò non quivis Civitatis ordo Remp. constituit, differentiam adjecit Arist. ex ipsa Reipubl. essentia petitam, quod sit ordo inter parentes & imperantes, dependens potissimum ab una summa potestate, quam nos Majestatem propriè dici infrâ probabimus. Nam ea est præcipua Reipubl. pars, ex cujus mutatione mutatur tota Respubl. Si verò mutetur τὸ πολίτευμα ut ait Aristot. *3. polit. c. 4.* sive supremæ potestatis conditio statim mutatur Respubl. ex Monarchia in Aristocratiam, &c. aut ex recto statu in degenerem & improbum. Item. Omnis ordo refertur ad unum primum. *5. Metaph. tex. 15. 10. Metaph. tex. 7.* quia omnis ordo est quædam ratio, *8. phys. tex. 15.* Ratio autem mediat ad minimum inter duo, ex definitione Euclidis, *in pr. 5. Elem.* quorum alterum habet rationem principij. Principium verò potentiâ continet in se sequentia & est in quoque ordine caput. Proinde meritò ordinis potissimam rationem collocavit Aristot. in summa potestate, quam ipse τὸ πολίτευμα, καὶ τὴν κυρίαν ἄλλοι vocat, *lib. 3. pol. c. 4.* aut τὸ κύριον τῆς πολιτείας *4. pol. c. 1.*

13. *Summa potestas est præcipua pars Reip.* Montecatinus malè vertit in *3. pol. tex. 39. Schol. magistratum summum*, quia Regem, aut Populum dominantem magistratus nomine nemo politicorum complectitur. Nec refert, quod si τὰς ἀρχὰς interpretemur per Imperia, videamur ut objicit Montecat: comprehendere imperia domestica, quia & hæc, quatenus potestati Politicæ subserviunt & subordinantur, sub ea continentur. Quatenus verò sunt domestica, per vocabulum civitatis excluduntur, dum dicitur hic ordo tantum hærere in civitate.

Perfecta igitur definitio Reipubl. est, quod sit ordo civitatis, tum aliorum imperiorum, tum præcipuè summæ potestatis, à qua profluit regimen per medios magistratus in universos subditos. Brevius dixit Danæus, *1. pol. c. 2.* Quod sit *regimen cætus cujusvis legibus inter se sociati.* Sed Arist. apertius & distinctius, in quonam regimen illud consistat, expressit. Ex qua definitione illud obiter deducimus, Non esse Rempubl. censendam, quæ non sit sui juris & superioris alicujus imperium agnosci, quam rationem ad totius imperii jurisdictionem habent pleræque civitates Germaniæ quæ liberæ dicuntur, nec non principes imperii, & habebant ante ætatem Rudolphi, Italiæ, principes & civitates. Licet enim jure suo municipali, ut plurimum utantur: tamen quia potestatem summam non habent, Respubl. propriè integræ dici non possunt, quia capite destituuntur, ut ea parte, in qua totam ferè Rempubl. decumbere scripsit Aristoteles. Omnia enim membra, quantumvis accuratè disposita, quamdiu capiti subjiciuntur, & ab eo reguntur, partes tantum sunt totius corporis, nec pro integro se corpore venditare possunt.

14. Summa def. finitio. *15. Resp. propriè non est sine Majestate.*

Reipubl. naturam abstrahi à bonitate & malitia. SECT. 2.

1. *Quare in definitione Reipubl. Aristoteles finem non expresserit.*
2. *An in Reipubl. notione includatur nativa quadam bonitas.*
3. *Cum Latronibus & Piratis nullum esse jus Reipubl.*
4. *Nisi id vi extorqueant.*
5. *Multas magnas Resp. ex latrocinijs ortas.*
6. *Latrones sæpè benè administrare Respubl. suas, licet injustè agant erga alienas.*
7. *Piratas multos non improbos evasisse belli Duces.*
8. *Rerum Bonarum alia bonitatem in essentia conclusam, alia forinsecam adhærentem habent.*

9. *Sola virtute neminem posse abuti.*
10. *Politica praecepta indifferenter patere ad usum & abusum.*
11. *Non esse eundem virum bonum, & civem bonum.*
12. *Virum Oratorem necessariò sit vir bonus.*
13. *Res Politica non includere bonitatem essentialiter.*
14. *Ideoq; retinere essentias suas, etiamsi injustè adhibeantur.*
15. *Rempubl. esse indifferentem ad bonum & malum.*
16. *Rempubl. prolapsam non perdere nomen ac definitionem Resp.*
17. *Non debuisse rectitudinem Resp. in definitione exprimi.*

1. *Quare finem Arist. in definit. non expresserit.*

AD ultimam definitionis perfectionem pertinet considerare, cur Arist. in ea non fecerit mentionem finis, quemadmodum civitatem dixit esse societatem vitae perfectae & per se sufficientis gratia, 3. *Polit.* cum per finem definienda sint, quae ex fine dependent. Tholosan. certè duplicem adjecit: *Ut hic benè vivatur & facilius ad aeternam beatitatem ascendatur.* Bodinus magnum quid prae caeteris se praestitisse censet, quod ratione Rempubl. moderari voluerit, quae est etiam sententia Danaei, 1. *Polit. c.* 2. & 3.

2. *An includatur bonitas quaedam nativa.*

Rempub. non esse, nisi bonam. Nam ea voce concursus Latronum & Piratarum à sancto nomine Reipubl. excludi, quibuscum nec jus feciale, nec quicquam praeterea nobis commune esse debet, ne audaciam perditorum hominum indulgentia ultrò provocemus. Rectè illud quidem: Piratis & qui jus belli inferendi non habent, jura Belli non esse servanda, quia hostes non sunt, *l. hostes.* 24. *de capt. & postlim. l. hostes.* 128. *de verb. Sig. a. l. succurritur.* 9 *Quib. ex caus. major. l.* 1. *§. removet. de postul* & justam servitutem civibus non inducunt, *l. qui à latronibus. de test. & qui test. l. post liminium. §. à piratis. l. hostes. l. latrones. de capt. & postl. r. verf. l.* 1. *in pr. de legat.* 11 I. nisi victoriae benignitate in justorum hostium autoritatem se vindicent vi majore, quam cui resisti queat, quemadmodum de Materno scribit Herodian. *lib.* 1. *Is repente desertis castris atq; aliquot in societatem commilitonibus accitis, magnam perditorum manum brevi collegerat, vicosq; & agros primum populabatur. Magna dein pecunia vi collecta plures quotid. è sibi ex facinorosis copulabat, pollicensq; ingentia, cuiq; opera pretia, & in praeda communionem invitans, eò rem adduxit, ut jam non Latronum, sed justorum hostium haberent autoritatem. ὡς μηκέτι ληστῶν, ἀλλὰ καὶ πολεμίων ἔχειν ἀξίωμα.* Nam etiam subditis in principem rebellandi autoritas non competit, & ut ait Aelius Gallus *apud Festum. Quae nationes in ditione nostra sunt, cum his postliminium non est. Cujac. libr.* 11. *obs.* 23 *lib.* 26 *obs.* 2. Cogitur tamen saepe Princeps de jure suo cedere & jus feciale communicare iis, quibus non debebat, ut par jus in suos vicissim obtineat: An verò hinc conficitur, quod intendit Bodinus, Latronum & Piratarum nullam esse Rempubl. quos tamen constat summa saepe ratione, non tantum res suas egisse, sed ex parvis initiis optimas eduxisse Respubl? Non meliori exordio nata fuit Respubl. Romana, cum ad pileum servos, ad asylum exules ad praedam vicinorum feros quoscunq. Pastores convocaret Romulus. Quid referam Arabum, Tucarum, Tartarorum, adeoque omnium ferè magnorum imperiorum ex latrociniis ad magnas Resp. exortorum exordia? Nam Cangius, qui primus exorsus est Dominatum Tartarorum, dux electus fuit ab incolis Montium Pastoribus ad premendas vicinas regiones. *Hatton, part.* 3. *Hist. Orient.* Mahometh cum pauper esset, locupleti viduae servierat, quam in amorem sui pertractam, duxerat uxorem, & haereditate ejus post obitum locupletatus, alios beneficiis sibi devinxit, alios simulata religione in obsequio detinuit, alios stricto gladio ad obedientiam adegit, donec non contemnenda manu collecta & imperium hostilem sustinere, & novã Rempubl. novamque legem condere posset. *Zonar. & Cedren. in Heracl.* Neutris defuit ratio in instituenda, nec prudentia in gubernanda Repub. In eo tantum peccarunt, quod injuriâ jus Reipubl. usurparint, & cum jure erga suos uterentur, injustis bellis, seu latrociniis vicinos lacesserent. Propter hanc injuriam, denegatum fuit Latronibus & Piratis jus belli, & denegati quoque debet jus Reipubl.

3. *Cum Latronibus nullum esse jus Resp.*

4. *Nisi vi id sibi parent.*

5. *Multa magna Respubl. a latrocinio auspicata excreverunt.*

Reipub. quia illud legitimis tantum possessoribus comparatum est non injustis usurpatoribus. Distinguenda autem est domestica & intestina gubernatio Reipubl. ab externa quia Lacedæmonii, licet ex instituto Lycurgi, probè compositam haberent Rempubl. domi, tamen si Polyb. *lib. 6.* & Isocr. *in Panath.* credimus, foris avidissimè latrocinabantur. Sic & Cannibales pacatè domi vixisse, vicinas autem insulas perpetuis depravationibus infestas tenuisse, ex Historia Indica percepimus. Piratæ, quod deprædentur, malè agunt, & contra jus gentium, eoque nomine tacito gentium etiam illiteratarum consensu indigni habentur, quibus ex Feciali gentium jure subveniatur: Sed interim, dum improbè erga alios agunt, probè domi rebus possunt præesse suis, quo nomine Alexius Imper. Ibancum ex montibus in aulam excivit, & ex prædatore constituit bonum militiæ præfectum. *Nicet. in Annal. Isaac & Alex. Comm.* Alexander M. Demetrium piratam legioni præfecit, Augustus Coracolam Hispanum Latronem multo auro locupletavit, *Dion. in Aug.* ut & Solimannus Turcarum Imperat. plurimos in ea arte diu solerterque versatos classibus ac mari Dominos imposuit, Philippus Vallesius summum in honorem & inter domesticos senatores bellicos habuit Baconium, ex Latrocinio ad præfecturam vocatum, *Froissard. libr. 1. c. 148.* qui & Croquardum, nobilem in Britannia Latronem vocarat, nisi is conditionem recusasset. *Id. ibid. cap. 14*. Iephtha ejectus ex domo paterna, raptoque vivere coactus, tam probus belli ductor evasit, ut à Gileaditis ultrò Princeps & Iudex accersitus fuerit. *Iud. c. 11.* Tacfarinas coactis prædatoribus Africæ, tam feliciter exercitus Rom. elusit ut non dubitaret legatos ad Tib. mittere, sibique & sociis sedem petere aut bellum inexplicabile minitari. *Tac. 3. libr. Ann.* Et hunc honorem habuerunt principes versutis ingeniis, non quod latrocinia aut piraticam probarent, sed quod callidis & ad labores audacibus animis nihil deesse putarent, præter tectum usum quemadmodum in Timasitheo apparuit, piratarum Liparensium summo magistratu, qui legatos Romanor. donum DEO Delphos ferentes veritus legatorum nomen, donumque & Deum cui mitteretur & doni causam, multitudine prius, quæ semper regenti similis est, religione impleta adductos in hospitium, cum præsidio naviũ Delphos prosecutus, Romam inde sospites restituit, eoque facto promeritus est, ut hospitium cum eo Romani SCto facerent. *L. 5. l. b. 5.*

6 *Latrones foris mali, domi bene agere possunt.*

7. *Ex piratis multi boni Duces facti.*

Illud igitur hic considerandum est: *Virum tam Sanctum sit Re.publ. nomen, ut licet pirata amicè in societatem aliquam legibus & jure comprehensam conjurent, in illam tamen sancta fides & amicitia nomina quæ Rempubl. secum infert, non cadant.* Constat autem ab initio, Res, in quibus Rectitudo & Bonitas requiritur, duorum esse generum. Aliæ enim bonitatem ita essentiæ innexam habent, ut ab earum ossibus perpetuò sit inseparabilis. Aliæ quidem sine bonitate existere non debent, sed eam tamen in natura non includunt: Quin potius ad eam naturali quodam ductu ordinantur. Prioris ordinis sunt omnia, quæ in 10. *libr. Eth.* ab Aristotele exceptis primis virtutum principiis ad summum bonum attinentia pertractantur. Dicit enim Aristot. 1. *Rhetor. Omnibus rebus posse hominem abuti præter virtutem.* & *libr. 6. Eth. cap. 2. in fi. & cap. 13.* inter δεινότητα, seu expeditam solertiam, quibusdam à naturâ tributam & prudentiam tale discrimen ponit, quod innata solertia indifferenter se habeat ad bonum & malum, prout quis eâ utatur, quemadmodum de Opibus quoque enuntiat Comicus: *Tales eas esse, qualis est animus ejus, qui possidet:* Prudentia verò præsupponat δεινότητα ita perfectam & virtutibus informatam, ὅτι ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι μὴ ὄντα ἀγαθόν. Stoici solam virtutem Bonam constituunt, cætera faciunt indifferentia, *Senec. Epist. 8.* eò quod cætera bonitatem nanciscantur ex usu, quam virtus in sinu continet hoc solo Dei ter optimi æmula, de quo, cum sit ipsissima Bonitas, ne quidem cogitari posse scribit Anselm. *in prosl. in pr.* quod malum quadamtenus redolear. Posterioris generis sunt pleraque, quæ in Politicis proponuntur. Nam licet omnia præcepta Politices subordinentur Ethicæ & in hac

8. *Duplex rerum quæ Bonæ dicuntur.*

9. *Sola virtute nemo potest abuti.*

hac declaratis virtutibus. 10. *Eth* 11. *cap. ult.* 7 *Polit, cap.* 1. eò quia Ethica est Architectonica, 1. *Eth. cap.* 1. Tamen dubium non est, quin iis multifariam liceat nobis abuti, perinde, ut Oratoriâ aut Medicinâ.

10. *Politica præcepta endif ferenter patent ad usum & abusum.*

Plato *in Hipp.* mentientem posse accuratius mentiri quam scientem, docet, quod licet videatur Aristot. 5. *Metaph. cap.* 29. *ad fin.* carpere: tamen non in eo reprehendit Platonem, quod dixerit scientem posse mentiri, sed quod ex potentia concluserit rem ipsam, & mendacem fecerit scientem, quia potest mentiri. Nam ipse Aristot. 8. *Phys. tex.* 8. ait: *Sciens sua sponte peccat, quando scientia contrà quam debeat, utitur.* Ἁμαρτάνει ἑκὼν ὁ ἐπιστήμων, ὅταν ἀντιπαλαίοντι χρῆται τῇ ἐπιστήμῃ.

11. *Non efficiendum virum bonum & civem bonum.*

Medicus igitur venenum miscens pro antidoto, non agit ut vir bonus, sed tamen non agit contra præscriptum artis, quæ venenum docet lethale esse. Par est ratio in rebus Politicis. Quorsum enim dubitaret Aristot. 5. *Eth. cap.* 1. 7. *Pol.* 1. *cap.* 2. *in pr. Vtrum idem sit vir bonus & civis bonus*, si in Politica omnia necessariò dirigerentur ad bonum finem? nec possent arcana Rerumpubl. ex Machiavelli præscripto in fallacias converti.

12. *Orator non est necessariò vir bonus.*

Oratoria famulatur Politicæ, cujus παραφυὴς dicitur. 1. *Rhetor. cap.* 2. Atqui in Oratore non requiritur essentialiter, ut sit vir bonus, quemadmodum Zasius *in pr. præcept. Rhetor.* Oratorem definit *virum bonum dicendi peritum*: & cuidam jactanti de arte Rhetorica Lacon respondit: At per Genios, *Ars nisi verum attigerit, nec est, nec erit unquam* Plutarch *in Apophth.* Nam finem Rhetori præscribit, 1. *Rhet. cap.* 2. solam persuasionem, quam si attigerit, arti satis fecit, sive justitiam, cum Pyrrhi Oratore, sive injustitiam prædicet, *Plutarch. in Pyrrh.* sive cum Cicerone judicibus tenebras offundat. *Quint. lib.* 2. *cap* 14. sive præ amore nudæ veritatis ipsum Enthymema in explicatum transformet Syllogismum, & tanquam in Areopago Attico, ἄνευ πάθους omnia edisserat. Cicero Metello nepoti objicienti, quod plures testimonio occidisset, quam patrocinio servasset, *Plut.* respondit, *mihi fides est, quam eloquentia*, ratus in teste fidem, in Oratore Eloquentiam exigi, *Erasm. in Lat. Apoph.* Mamercum Scaurum sic describit Tacit. 6. Ann. n. 5. quod fuerit insignis nobilitate & orandis causis, vita probrosus. Quia tamen oratoria unâ cum Politica subalternatur Ethicæ, utraque ab hac dirigitur per virtutem ad verum bonum, ita ut nec Oratori impunè nec Politico contra virtutem peccare liceat: Sed uti cepi declarare, directio hæc à superiori facultate oritur. De se enim instrumenta Politica bonitatem non includunt, ut apparet ferè inductione omnium, & infra *cap.* 1. *de Bell.* prolixius à nobis declarabitur.

13. *Res politicæ non includunt Bonum Essentialiter.*

Obrechtus enim. 1. *disp. de bell. num* 33. Hoenon. *in disp. Polit* Bellum Civile negant sub definitione Belli comprehendi: Cicero 1. *de ll.* legem nihil esse aliud disputat, quam rectam rationem, quorum rationes suis quasque locis rejiciemus. Nam si bellum, si leges, si Magistratus in genere consideremus, neque bonitatem neque malitiam in eorum definitionibus implicamus, quia qualitas cum essentia confundenda non est. Dicit quippe Paulus, *l. pen. de just. & jur.* prætorem dici jus reddere, tum etiam, cum iniquè decernit, facta scil. relatione, non ad id, quod fecit, sed quod facere debuit, nec non propter judicantis autoritatem, *l. servo* 65. *§. cum prætor. ad SC. Treb.* quæ facit ut res judicata transeat in jus & pro veritate accipiatur, *l. ingenuum,* 2. *de stat. hom. l. res judicata* 207. *de R. I. l.* 1. *in pr. Quæ sent. sine appell. l. si patronus* 10. *§. si quis de bon. libert. Quæ enim dabitur discordantibus pax,* ait Cassiod. *si nec legitimis sententiis acquiescitur. libr.* 1. *Epist.* 5. Iuris igitur seu legis vim obtinet etiam, quod verum non est, ut pluribus demonstrat Petr. Faber. *ad d. l.* 207. *de R. I. Arist.* 3. *Polit. cap.* 7. perinde ut Aristot. 3. *Polit. c.* 1. etiam injustè civem, civem tamen esse dicit, & injusta uxor, id est, secundum leges non ducta, *l.* 31. *de rit. nupt. l.* 24. *in fin. de adult.* legibus uxor habetur, *l. si uxor.* 13. *§.* 1. *de adult.*

14. *Retinent essentiam etiam cum malè adhibentur.*

Etiam malo principi obediendum est, ut principi, 1. *Petr. c.* 2 & patri propter impietatem non desinit esse pater. *C. si verè. in fin Nov.* 12 *Pater malus est?* ait Epict. *in Enchir. Nunquid igitur naturâ cum bono patre conjunctus es? non sed cum patre.*

Tu igitur munus tuum erga ipsum tuere, nec quid ille agat, considera, sed quibus rebus agendis tuum institutum natura sit futurum consentaneum. Quàm multa injustè fiunt in Rebuspubl. quæ quidem fieri non oportebat, sed tamen Politicè fiunt & non rarò ex arte. De Romanis scribit. Lactant. *cap.* 1. *Epit. ex Cic.* 3. *de Rep. Si Romani, qui orbem totum possedere, justitiam sequi velint, ac suum cuiq; restituere, quod vi & armis occuparunt, ad casas & egestatem revertentur*; & jam olim iisdem exprobrarat Brennus, *Plut. in Cam.* Pontius, *Liv. lib.* 9. & Iugurtha. *Salust. in Iugurth.* imò Coriolanus ipse dicebat: *Si unusquisq; populus partem suam sibi per vim contra jus & fas ereptam velit repetere, nihil erit tam parvum, tàm debile, tàm egenum, quam Respubl. Romana. Halic. lib.* 8. *post. princ.* De expeditione Alexandri M. in Persas non aliter judicandum putat Plutar. quam Crassi in Parthos. *Plut. in comp. Nic.* & Demetrius pirata eodem jure dicebat Alexandrū bella gerere, quo ipse exerceret piraticā. *Cic.* 3. *de Republ.* Et Scytharum legati: *Tu, qui te gloriaris ad latrones persequendos venire omnium gentium, quas adisti, latro es.* An igitur bellum non gesserunt Romani, non gessit Alexander M quia gesserunt injustum, ex una eaque veteri causa susceptum, *Profunda sc. cupidine Imperij & Divitiarum,* ut ait Salust *in fragm.* An Iulius Cæsar Monarchiam non condidit. quia *Britanniam,* dicente Iornand: *de reb. Got. n.* 4. *præliis ad gloriā tātùm quæsitū aperuit,* Gallos & Germanos, quod pacatos inveniret, in arma invitos protrusit, *Plut. in Cæs.* Omnia deniq; jura divina & humana pervertit, propter eum, quem sibi ipse opinionis errore, finxerat principatum. *Cic. libr.* 1. *Offic. Sen. Epist.* 94. *ad fin.* Si velis in primordia maximorū quorumque imperiorum retrogredi, ex pravis principiis invenies ea ad summam altitudinem exurrexisse. Quid juris potuerunt Gothi, Longobardi, Hunni excursibus suis in Italiam prætexere? quid Normanni in maritimam oram Galliæ, Angliam, Siciliam & Apuliam? Nihilo plus credo quam olim Galli, cum in Italiam se effunderent, & jus se in armis ferre dictitarent. Et tamen ex his latrociniis nati fuerunt magni principatus, postquam Carolus Simplex partem Galliæ occupatam fiduciario nomine Normannis tuendam reliquerat, & Romanus pontifex in patrocinium receperat occupatores Siciliæ & Apuliæ, quod crederetur harum provinciarum supremus esse Dominus. Dominatus igitur & Respubl. ab iis populis constituta fuit, sicut Arist. 3. *Polit. cap.* 6. *C. civitatem etiam sine justitia dicit civitatem esse, sed non rectam.* Injustitia autem quæ intervenit, consistit in titulo tantum, quem postquam vel lapsu temporis, vel ex concessione superioris sibi compararunt, nihil mutata forma Reipubl. ex improbo statu evadit probus.

Ex quibus omnibus patet: Sicut cætera instrumenta Politica bonitatem & rectitudinem in sua natura non involvunt, sed à fine ad quem ordinantur, accipiunt: Ita se habere quoque Rempubl. quam licet instituere tàm ad malum, quàm ad bonum, & proinde Aristot. in ejus definitione solam comprehendit essentiam, quemadmodum Syllogismum in genere definit, 1. *Prior. cap.* 1. interprete Boet. 2. *de Syll. Categ. cap.* 7. quod sit *oratio, in qua positis quibusdam & concessis, aliud quiddam propter ea, quam concessa sunt, evenire necesse est, quam sint ea, quæ concessa sunt,* nulla facta mentione veritatis, quia Syllogismi forma efficax quoque est in falsis & materia apparente. 1. *Sophist. Elench. cap.* 1. Mox enim sub definito, positurus quoque erat Oligarchiam & Tyrannidem. Non potuisset autem ponere, nisi Rempubl. definisset in abstracto, separatam à rectitudine & fine legitimo. *Habent,* inquit Tertull. *lib.* 1. *adverf. Marc. favos & vespæ: habent Ecclesias & Marcionitæ,* ita habent Respubl. etiam Sybaritæ & quicunque ad eam compositi sunt faciem, ut illi quos omni maleficiorum genere nobilitatos in unam civitatem contraxerat Philippus Macedo, eamque denominarat πονηρόπολιν *Suid. in voce* πονηρ. Nam si civitas, sine justitia etiam civitas est, ut traditur, 3. *Polit.* 1. quidni Resp. sine eadem, quam tamen maximo latrocinio comparat August. 4. *de civit. Dei. cap.* Respubl. sit, quantumvis prolapsa: qua

15. *Resp. indifferens ad bonum & malum.*

16. *Etiam prolapsa Resp. est Resp.*

quaratione Diabolum bonam creaturam dicimus esse, transcendentaliter, licet Moraliter non tendat nisi in malum. Hic verò definiendi modus, non solum ab Aristot. in Logicis, Rhetoricis, & Politicis observatur, sed etiam à Modestino, *l.7. de ll l.3. de usurpat. & usucap. l.1. de rit. nupt. & Vlp. l. hostes. 24. de capt. & postlim revers.* Vbiq; enim leges, usucapionem, nuptias, bellum definivit ex solis essentiis, sine adjecta qualitate, licet leges ferendæ non sint sine ratione, usucapio non toleranda sine titulo, nuptiæ non contrahendæ sine consensu, nec bellum inferendum sine causa.

17. *Non debuisse rectitudinem in definitione exprimi.*

SECT. 3. De fine Reipubl. & qua ex virtute æstimanda sit ea, quam Rectam vocavit Aristoteles.

1. *Omnia præcepta Politica destinanda esse ad finem.*
2. *Gloria Dei & ædificatio Ecclesiæ an finis Rerumpubl.*
3. *Quatenus religionis negotium attingat Politica.*
4. *Theologiam dominari Politicæ, quo ad usum.*
5. *Quis sit finis proprius Reipubl.*
6. *Hominem per se appetere societatem.*
7. *In societate spectari etiam utilitatem.*
8. *Rempubl. non esse integram aut perfectam in qua non spectetur commune civium Bonum.*
9. *Propter bonum publicum coaluisse civitates.*
10. *Officium probi magistratus.*
11. *Probatur boni publici necessitas ex aliorum imperiorum & artium natura.*
12. *Testimoniis bonorum principum idem confirmatur.*
13. *Qui se administratores Rerumpubl. dixerunt.*
14. *Regnum esse servitutem & pœnam.*
15. *Destinari ad salutem aliorum.*
16. *Et esse rem miserrimam.*
17. *Leges ipsas injungere principi necessitatem curandæ res alienas.*
18. *Principem debere sese patrem præstare Reipubl.*
19. *Et in commune omnibus consulere.*
20. *Vt fit in aliis rebus similibus.*
21. *Vnde pastor vocatur Homero.*
22. *Commemoratio principum, qui curam rerumpublicarum postposuerunt voluptatibus.*
23. *Princeps dicitur pater patriæ.*
24. *Alia ratio Aristot. quod Princeps teneatur magis sollicitus esse de re aliena, quam sua.*
25. *Licet Respublica non dicatur propriè aliena.*
26. *Cadente Republ. nequeunt stare res privatæ.*
27. *Publica curanda esse ante privata cuiq; bono civi.*
28. *Nedum bono principi.*
29. *Finis Resp. est bonum publicum.*
30. *Prima Rerump. Distinctio in Rectas & Prolapsas.*
31. *Circumlocutio Optimæ Resp.*
32. *Reprehensio Bodini.*
33. *Reprehenditur & refutatur.*

NON includitur quidem Bonitas vel Sanctitas in notione Reipubl. essentiali, sed tamen, quia Politici est, optimam Rempub. instituere, quantum per fortunæ iniquitatem & conditiones hominum fieri potest, *4. pol. c.1. 7. pol. c.1.* non sufficit essentiæ cognitio, sed ratio statim adjicienda, qua propositæ Reipubl. inducatur debita perfectio. In disciplinis verò practicis, quia ad finem omnia destinantur, tum demum perfecta censenda sunt media, quando finem attingere vel producere idonea sunt. Sic enim perfecta medicamenta attribuisse putatur Medicus, quando eorum operatione sanitatem restituit: Sic perfectè officio defunctus est Logicus, quando Syllogismi lumine verum secrevit à falso. Propterea Aristot. *3. Polit. c.4.* postquam præmiserat definitionem Reipubl. statim in reliqua parte capitis subjicit virtutem optimæ. quæ quia petitur ex fine, idcirco ex intentione eorum, qui conspirant in societatem civilem, finem prius eduxit, scil. honestum & commune bonum. Qui tamen Politicas Christianas scribunt, non secus, ac si ædificata ex principiis Philosophicis Christiano cœtu indigna esset, aut alia sit Monarchiæ aut Reipubl. ratio, apud Christianos,

1. *Omnia præcepta Politica destinanda ad finem.*

2. *Quis finis remotus Reip.*

stianos, alia apud gentes, in eo potissimum suam Remp. discernunt à profanis, quod dirigatur ad gloriam & notitiam Nominis divini, *Dana. lib. 1. Polit. Christ. c. 5. Althus. c. 1. pol.* seu, *ut ait Thol. c. 1. l. 6. 1. de Rep. ut facilius ad beatitudinem aeternam ascendatur,* quod de ædificatione Ecclesiæ, aut veræ religionis propagatione & conservatione fortasse intellectum vult. Et constituit quidem Deus principes nutritios Ecclesiæ *Esai.* 49 & ad muros illius ædificandos obligavit, *Esa. 60. c. ult. dist.* 96. *c. principes. c. administratores.* 23. *q* 5. nec injuria fit virtutib. Ethnicorum, quando imperfectionis arguuntur à Theologis, *Philip. in Eth. Christ.* propterea, quia in iis nihil spectant nisi felicitatem terrenam, cum omnia potius redigi debeant ad gloriam & timorem Dei. Cæterum negamus Ethicam aut Politicam propterea corrigendam esse, quia ad novum finem externũ refertur, tum quia finis ille communis est, tũ quia ab alia facultate dirigitur. In genere enim præcipit Apostolus: *Sive edatis sive bibatis sive quodcunque feceritis, omnia facite ad gloriam Dei. 1. Cor. 10.* Et, *Quicunque gloriatur glorietur in Domino. 1. Cor. c. 5.* Finem autem communem in omnibus disciplinis tacitè præsupponimus, quia quod omnibus commune est, nullibi potest peculiariter explicari, præcipuè quando ad communem hunc finem disciplinæ ipsæ sese ne sciunt convertere, sed opus habent directorio superioris. Nam si cultus Dei pertinet ad Politicam, in Politica necessum est inveniri & explicari media ad eum efficiendum: quod quidem ipse sibi sine disciplinarũ confusione sumere non potest. De religione enim vera an falsa sit, quaque via ad Cœlum eatur vel certius vel expeditius, prçter Theologum, è divinis oraculis, nemo disserere potest. Religionis negotium non alio respectu pertinet ad Politicam, quàm quatenus attinet ad conservationem Reipublicæ & proinde errant, qui de Religione in Polit. peculiari capite agunt, perinde ut de legibus, quia Religio per se non est pars Politicę, cum una res absolutè in duas disciplinas nequeat distribui, & Politicus argumenta nulla habeat, quibus de religione aliquod negotium decidere possit, sed ad jura majestatis,

3. *Quatenus religionis negotium attingat Politicum.*

causas corrumpentes & remedia conservantia Rempub respectivè redigitur. Duo enim distincta fora esse Ecclesiæ & Reip. *in tract. de subi. & exemt. Cleric. c. 1.* demonstravimus, Ut igitur Respubl. benè constituta ad conservandam Ecclesiam adhibeatur, ut virtutes Ethicæ mutentur in pietatem, seu convertantur ad Deum, ea cura est Theologiæ, quæ in omnes disciplinas imperium autoritate divina sibi vendicat, & præter privatum finem, quamque elevat ad communem & supremum, quemadmodum Civilis quoque tanquam Architectonica facultas idem imperium exercet, in scientias & artes quascunque, quas Reipubl. & summæ ejus felicitati subjicit, licet eum finem singulæ artes suo circuitu non complectantur,

4. *Theologia dominatur Politicæ, quod ajunt.*

Proprium enim & peculiarem Politices finem ipsa Scriptura aperit. *Ierem 29. Ut nobis benè sit. 1. Timoth. 2. ut tranquillam & quietam vitam degamus, cum omni pietate & sanctitate, atque etiam externa honestate.* Hunc enim finem docet, Aristot. 3, *Polit. c. 4.* consistere in *Bono publico,* idque pluribus argumentis conficit, quæ nobis propositum est hoc loco illustrare. Repetit autem finem hunc ex primis civitatis initiis, in qua coituros homines primo loco spectasse naturalem impulsum supra dixerat, *libr. 1. polit. c. 2.* quod explicatum à nobis fuit, *libr. 1. c. 1. sect. 2.* & assertum à Seneca, *Epist. 9.* dum ait. *Qualis tamen futura est vita sapientis, si sine amicis relinquatur in custodiam conjectus, vel in aliqua gente aliena destitutus, vel in navigatione longa retentus aut in desertum littus ejectus: Qualis est Iovis, cum resoluto mundo & Diis in unum confusis, paulisper cessante natura, acquiescit sibi, cogitationibus suis traditus. Tale quiddam sapiens facit. In se reconditur, secum est: quamdiu quidem illi licet, suo arbitrio res suas ordinare, se contentus est, & ducit uxorem se contentus: & liberos tollit, se contentus: & tamen non vivet, si fuerit sine homine victurus. Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio. Nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiæ Quomodo solitudo in odio est, sic in dulcedine appetitio societatis. Quomodo hominem homini natura conciliat, sic*

5. *Quis finis proximus Reipubl.*

6. *Homines per se appetunt societatem.*

inest

inest huic quoque rei stimulus, qui nos amicitiarum appetentes faciat. Quemadmodum verò unius rei varii possunt esse fines, sed vel subordinati, vel secundarii, ita ad hanc inclinationem naturalem accedit communis utilitas & vitæ defensio, quam secundo loco spectare solent, qui urbes condunt & civita-

7. *In societate spectatur etiam utilitas.*

tes fundant. Cain enim, sive quod vindictem sceleris timeret, sive quod domesticas facultates primus per vim & rapinas, *ut ait Joseph. 1. Antiq. c. 11.* congerere aggrederetur, quod sine societate fieri non posse videret, primâ in orbe terrarum civitatem excitavit, Henochiam, *Gen. c. 4.* quam Beros. Annian. in monte Libani sitam fuisse affirmat. Nec enim extra societatem quisquam, qui non sit *αὐτάρκης*, seu *ut ait Sen. seipso contentus*, aut vivere omninò aut commodè potest. Ex quo conficit Aristot. omnes homines, qui in societatem aliquam coëunt, communem spectare utilitatem, ita ut communis utilitas sit scopus & finis, cujus gratia & civitas instituta est primitus, & civitati inducta Respublica: Quæ jam ad finem destinantur, non prius integra sunt, & perfecta, quam finem assequi idonea fiant, ut tradit Aristot. 5. *Metaph. tex. 21. & ibi Averrh. & Thomas lect. 18.* τέλεια quippe denominantur, κατὰ τὸ ἔχειν τέλος.

8. *Sine publico bono respubl. nulla perfecta.*

Nulla igitur integra erit, nulla perfecta aut bona Respubl. in qua cives nequeant, quem sibi præfinierunt, finem consequi, hoc est, in qua prohibeantur communibus Reipublicæ commodis frui. Respublica enim, ait Cicero 3. *de Reb.* est *res populi. Populus autem non est omnis cœtus multitudinis, sed cœtus juris consensu & utilitatis communione sociatus, August. 2. de Civit. Dei c. 21.* Plutar-

9. *Propter bonum Publ. constitutæ civitates.*

chus vocat Rempubl. *βίον δήμου, in lib. de trib. polit.* quod ad vitam & victum totius populi instituta sit. Caput igitur Reipubl. & præcipuus finis ex naturæ ducta elicitus est *Bonum publicum*, quod tantopere à primis Rerumpubl. autoribus spectatum sit, non tantum ex Democratiarum, quarum propriam facit æqualitatem Aristot. sed & magnorum origine patet. Etenim dicente Aristot. 3. *Polit. c. 12.* κατὰ τὰς ἀρχὰς χρόνους, si qui benè de populo meriti fuissent vel artium inventione, vel belli felici expeditione, vel quod συναγαγόντες in unum collegissent, & regionem à Tyrannis feris, aut alia aliqua re mala liberassent, communi suffragio creabantur Reges, & publico præficiebantur, ut, quemadmodum ultrò cepissent, jure gubernationis in commune consulere & prodesse cogerentur; Paulò secus sed in eundem sensum Cicero 2. *Offic. Mihi quidem non apud Medos solum, ut ait Herodotus, sed & majores nostros justitiæ fruendæ causa videntur olim benè morati reges constituti. Cum premeretur initio multitudo ab iis, qui Majores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant, virtute præstantem, qui cum prohiberet injuria tenuiores, æquitate constituendo, summos cum infimis pari jure retinebat.* & ibidem contra leges agrarias quibus ditioribus possessiones eripiebantur, disputans: *Quæ peste*, inquit, *quæ potest esse major? Hanc enim ob causam maximè, ut sua tenerentur, Respubl. civitatesque constituta sunt. Nam etsi duce natura congregabantur homines: tamen spe custodia rerum suarum urbium præsidia quærebant.* Idem patere dicit Aristot. 3. *pol. c. 4.* ex vicissitudine magistratuum, quam antiquitas propterea excogitaverat, quod æquum putaret, ut qui unius civitatis cives essent, eadem onera ex æquo ferrent, & ut tu quoque civibus tua opera prodesses, quemadmodum illi ante profuerunt tibi. Præsupposuerunt enim, magistratuum operas, non aliò dirigi debere, quam ad utilitatem omnium civium. Nam quod nunc quidam perpetuùm in publicis imperiis stabilitos sese percupiant, ex præpostera ambitione & avaritia oritur, dum per abusum, quod omnes capere oportebat, ipsi soli intercipiunt, & ex aliorum incommodis sua quærunt commoda. Probi verò magistratus, ut Cato dicere solebat, præ cura publicarum rerum, obliviscuntur privatarum, *Plut. in Cat. Maj. num. 4.* adeo ut Scipio ex Carthaginis obsidione dimissionem petere cogeretur, ne dum ipse inserviret publico, ager privatus cultore destitutus, ad ærarios recideret. *Val. 4. cap. 4.* P. Valerius Publicola, cum æratem impendisset. Reipublicæ mortuus est copiis familiaribus adeò exiguis, ut funeri sumtus deesset, & de publico efferretur, *Liv. lib. 2. Plutarch. in Publ.* Alter ejusdem nominis, cum vitam & opes patriæ impendisset,

10. *Officium probi Magistratus.*

disset, liberalitate plebis, quæ quadrantes in ejus domum jactasse fertur, sumtus funeris obtinuit, precium tot tantorumq; laborum nimis exiguum, *Liv. lib.* 3. Quid Regulum & Scauros, *aut incomtis Curium capillis, aut Camillum*, quem commendavit, *Sæva paupertas, & avitus apto, Cum lare fundus, Horat.* 1. *Od.* 12. quid referam Fabricium? qui maluit, *rapa pauper torrere, quam vel Pyrrhi auro injusto ditescere, vel a Samnitibus quos universos inclientelam habebat,* 10. *aris & 5. pondo argenti totidemq; servos sibi missos accipere, continentia sua beneficio sine pecunia praedives*, ut scribit de eo Valer. *lib.* 4. *de Contin.* Aemilius adeò rigidè manus à præda Persica abstinuit, ut liberis post mortem deesset, unde viverent. *Plutarch. in Paul. Aemyl.* De Pertinace refert Herodian. *Id quoq; laudibus ejus accedebat, quod cum plurima omnium administrasset, esset tamen omnium pauperrimus. In Pertin. in pr.* Aliter quippe fieri non potest, quin sua aut prodigat in usus publicos aut dum totum se dedit studio commodi publici, privata negligat, qui commendatam curæ suæ Rempubl. ut functionis exigit necessitas, gubernare cupit, quemadmodum de Nicia prolixè notavit Plut. *in Vit. Nic.* quod cum noluisset ad instar reliquorum magistratuum, qui civibus incumbunt, tanquam sanguisugæ corporibus, ex publicis divitiis, privatas lacunas complere, ad extremam ferè redactus fuerit paupertatem cum qua, quia justi nomen nimis verè usurpare cogitatet Aristides, ita luctari coactus fuerit, ut vocatus in curiam, se excusaret: *Pallium, quod unicum habebat nondum siccum esse. Plutarch. in Arist.* Ab his autem magistratibus & non à Crassis, & Cæsaribus capiendum exemplũ putat Arist. quando de proposito legitimo magistratuum quæritur. Nam si cujusvis judicio standum, ad Rempubl. accedendum esset non secus, quam ad auream messem, quemadmodum per jocum jactare solebant Stratocles & Dromoclidas. *Plut. de reg. Rempubl.* Sed rectè Salvian. 1. *de gub. Dei.* de Fabiis, Fabriciis, Cincinnatis agens, *Illi pauperes magistratus opulentam Rempublicam habebant: nunc autem dives potestas pauperem facit esse Rempublicam.*

Pergit autem idipsum Aristot. declarare exemplis imperii paterni, conjugalis, adeoque, omnis domestici excepto herili nec nõ artium aliis inservientium. Dictum enim fuit, 8. *Ethic. c.* 10. *& seqq.* 3 *polit. c.* 11. domestica imperia typos quosdam & simulachra gerere Rerumpubl. Vnde sicut ex earum similitudine species: ita & vitia & virtutes Rerumpubl. adumbrari possunt. In conjugali verò & paterno imperio, quin totius familiæ salus spectetur nulli dubium est, quemadmodum & Medica ars, & gymnastica, & nautica, non diriguntur, ad commoda possidentis vel utentis, sed aliorum, quibus inserviunt. Per accidens enim se curare Medicum, dicit Aristot. 2. *Phys. c.* 1. & ex eventu se vehit nauta, dum alios absens vehere nequit. Præcipuè enim spectant opem harum artium commoda omnium, & quia inter omnes continetur artifex, consequenter eorum aliqua portio ad ipsum redundat: qua ratione se res quoq; habere debet in Repub. cujus clavo, qui præsidet, ex Platone, 5. *de ll.* & Cicer 2. *de ll. Salutem Populi supremam* putare sibi debet *legem*. Interim tamen cum ipse sit pars populi, salutis illius expers manere non potest. Inde traxit Sen. *in lib.* 1. *de Clem. c.* 19 admonitionem, qua ab Imperatore cogitari vult: *Non suam esse Rempubl. sed se Republica.* Et Adrianus in concione & in Senatu sæpe dixit: *Ita se Rempub. gesturum, ut sciret populi rem esse non suam. Ael. Spart. in Adrian.* Multi enim principes, sive in rem præsentem, sermonem accommodaturi, sive affectata quadam simulatione submissionis laudem aucupaturi, nudam rerum publicarum administrationem, tutorio aut curatorio nomine sibi tribuunt, quemadmodum Alexander Severus, *nefas esse* dicebat *à publico dispensatore prodigi, quæ provinciales darent. Lamprid. in Alex.* & Maximus Imperat. orationi suæ ad milites tale dabat principium: *Neq; enim unius tantum hominis possessio principatus est, sed communis antiquitus totius Romani populi. Siquidem in illa urbe sita est imperij fortuna: nobis autem dispensatio tantum atq; administratio principatus una vobiscum demandata est. Herod. in Max. & Ballin.* Demonstratum verò à nobis fuit alibi, 3. *de Majest. cap.* 1.

11 *Boni publici necessitas probatur ex aliorum imperiorum ortiumque natura.*

12 *Itemq; testimonio bonorum principum.*

13 *Qui se administratores Reip. dixerunt.*

c. 1. n. 3. & seqq. de auct. pr. nec. c. 3 n. 5. principem non tam administratorem, ut appellatur, c. *administratores.* 13. *quæst.* 5. aut tutorem Reipubl. esse, quam Patrem, quæ sententia optimè consonat cum accommodatione Aristot. *in d. c.* 4 Nam hinc idem sequitur, quod illi inferre laborant, qui inter tutores principem condemnant: Non posse scil. Præsidem Reipubl. bona publica prodigere, quod sit tutor tantum, quia nec patri licet bona Liberorum prodigere. Hæc quippe est illa *servitus, quam miseram & onerosam sibi injungi* querebatur Tiberius. *Sueton. in Tib. c.* 24. Hæc illa mala, quæ imperium in se continere, ad illud adoptatus disputabat. M. Anton. Philip. quæque in oratione ad milites exprimebat: *Ego pro Republica perpetuos labores sustineo, tam diu, tamq́ longe ab Italia, commoratus, homo senex & imbecillus, qui nec cibum suavem, nec somnum vacuum curis capio. Dion. & Capitol. in M. Ant. Phil.* Hæc illa pœna, cui regnũ comparat Iocasta apud *Senec. Theb. act.* 5. *Ne metue, pœnas & quidem solvet graves, Regnabit, hæc est pœna, si dubitas, avo Patriq́ crede. Cadmus hoc dicet tibi, Cadmiq́ proles.* & de qua loquebatur Agamemnon.

14. *Regnum esse servitutem & pœnam.*

Nos nempe majestate & imperio modò.
Populo sumus priores, servi cætera. Eurip. in Iphig. Plut. in Nic. vit.

15. *Destinari ad salutem alio-rum.*

Propterea enim multos ex Græcis & Barbaris oblata imperia respuisse dicit Agrippa *apud Dion. libr.* 52. ut res suas potiùs agere possent, quam alienas. Sciebant, quippe Reges & Principes, si legitimè officio defungi velint, non sibi victuros, sed aliis. Iustitiam enim & jus *ἀλλότριον ἀγαθὸν* vocant Plato. 5. *de Rep.* & Arist. 5. *Eth.* & sapientes definire imperium: *Curam salutis alienæ*, rectè scripsit Ammian. *lib.* 29. qui idem *libr.* 30. *Finis*, inquit, *justi Imperij, ut sapientes docent, utilitas obedientium æstimatur & salus.* Antonii Pii dictum refert Capitol. *in Anton. Postquam ad imperium transivimus, etiam, quæ prius habuimus, perdidimus.* Idq; reipsa præstitit, quando fructus patrimonii etiam Reipubl. donavit. M. verò Anton Phil. in iter Scythicum pecuniam ex ærario petivit à Senatu, non quod ea non esset in principis potestate, sed quod diceret, *eam cæteraq́ omnia esse Senatus populiq́ Rom. Nos enim*, inquiebat, in Senatu, *usq́ adeò nihil habemus proprium, ut etiam vestras habitemus ædes. Dion. in Anton. Phil.* Tacitus totum patrimonium suum publicavit, quod statuit in reditibus, HLS bis millies octingenties. Pecuniam, quam domi collegerat, in stipendium militum vertit. Domum suam destrui præcepit & de proprio possessiones, quas in Mauritania habebat, sartis tectis Capitolii deputavit. *Fl. Vopisc. in Tacit. nn.* 4. Diocletianus, pertæsus molestiarum imperii, quod nullus ante ipsum facere in animum induxerat, omnem potestatem Cæsaribus adoptatis, unà cum Maximiano Majestatis socio, in manus resignavit *in quo*, ait Pompin. Lætus, *veram Philosophiam est imitatus, affirmans tunc illuxisse diem, & habuisse vitæ principium, quod magnu molestiis esset liberatus. Philosophi asserunt dominatum appetere, non esse sapientis hominis: & id cogitasse Augustum scribunt, sed vetitum ab amicissimis. Et M. Aurelius imperium molestias vocabat. Læt. in Diocl.* Idem instigatus à Collega, ut imperium unà repeterent, contradixit, disseruitq; *se peste liberatum, nolle amplius venena imbibere, satis se pro Repub. elaborasse, & tempus apetiisse, ut sibi vivat, & vixisse non posse testari, nisi postquam in patria sua, Salonis olera sevisset. Idem ibid.* Benè Horat.

Fuge magna, licet sub paupere tecto
Reges & regum vita prævertere amicos.

Seleucus rex dicere solebat. *Si multi scirent, quanti negotij foret, tot undiq́ accipere, & in omnes oras remittere Epistolas, ne projectum quidem humo diadema tollerent:* & alter priusquam regio involucro caput obnuberet: *O nobilem magis*, inquit, *quam felicem pannum, quem si quis introspiciat, quam multis periculis & miseriis sit refertus, ne ex pulvere quidem jacentem tolleret. Iacob. Bononiens. in orat. quam præmisit prælect. Consol. Boet. Magna servitus magna fortuna. Nõ licet tibi quicquam tuo arbitrio facere. Audienda sunt tot hominum millia, tot disponendi libelli, tantus rerum ex orbe toto concurrentium congestus. Omnium domos unius principis vigilia defendit, Omniũ otium illius labor, omnium delitias illius industria.* 16. *Esse rem miserrimam.*

dustria, omnium vacationem illum occupatio. Senec. *lib. consol. ad Polyb. c.* 26. Item sive idem, sive alter, *in Oedip. Act.* 1. *in pr. Quisquamne regno gaudet? O fallax bonum, Quantum malorum fronte quam blanda tegis. Vt alta ventis semper excipiunt juga, Rupemq; saxis vasta dirimentem freta, Quamvis quieti verberant fluctus maris: Imperia sic excelsa fortunae objacent.* Concinit Simpl. *in Ench. Epict. p.* 43. In veris principib. quod de Medicis dixit Hippocr. copiosius videre licet. *Nam ob alienos casus privatis non quidem doloribus afficientur, si Epicteto pareant: sed curas & labores subeunt, rem familiarem negligunt, occupationib. detinentur, quib. & à suis & rerum meliorum cura abstrahuntur.*

Iulianus ex imperio nihil se amplius assecutum dicebat, quam *quod occupatius viveret: Patrit. lib.* 9. *de Inst. Reip. t.* 1. *in fi.* & tantopere commendatam sibi habebat Remp. ut per eã juraret: *Ita Resp. salva sit. Ita quassatum recreem orbem Romanum. Ammian. lib.* 25. Iustinian. de se praedicat. *Cordi nobis est, semper animi nostri curas rebus communibus avidisq; mè impendere. l.* 1. *C. de emend. C. in pr. de Iust. C. confir. Authent. de hared. & Falc. in pr. ib. Occupatis nobis circa Resp. curam.* & quae praeterea hinc inde inter leges

17\. *LL. ipsas iniungere principe necessitatem curandi res subditorum.*

sparsa in hunc sensum reperiuntur, *l.* 2. *§. novissimè ibi: per unum consuls. de Orig. Iur. l. interdum,* 56. *§. pen. de furt. c. un. de probib. feud. alien. per Frid. ibi. Vt imperij utilitas incorrupta consistat, c. Imperialis t.* 52. *libr.* 4. *Feud. ibi: Imperialis benevolentia proprium esse judicamus, commoda subjectorũ investigare, & eorum calamitatib. diligenti cura mederi. c. monemus ib. ne Ecclesia ad nihilũ redigatur.* 12. *q.* 2. *c. Erit* 2. *dist.* 4. *Gl. in Clem. un. verb. Regim. ad fin. de Bapt. Laudens. de Princ. q.* 155. *Alphons. Guerrer. in spec. Princ. c.* 54. *Buda ad l. Princeps. de ll. Corras.* 2 *art. jur. c.* 21. *Vasq. in praef. qq. illustr. n.* 102. *Matt. Steph.* 2. *de jurisd. c.* 1. *memb.* 1. *n.* 4. *seqq. Chassan. in cõsuet. Burg. in pr ver. ponr. le bien & utilitè Camerar. cent.* 2. *success. c.* 45. *Vet. vinc. & cons. Venet c.* 5. *n.* 2. *seq.* Plinius secund. qui *Panag. Traj.* creditur Idaeam boni Principis absolvisse, vota pro Trajano suscepta laudat: *Si benè Remp. & ex utilitate civium rexeris, &c.* Item ad Trajan. *Alij* inquit, *se superstites Resp. optabant, faciebantq; Tibi salus tua invisa est, si non sit cum Resp. salute conjuncta: Nihil pro te pateris optari nisi expedeat optimatibus, omnibusq; annis de te in consilium Deos mittis, exigis q; ut sententiã suam mutent, si talis esse desieris, qualis electus es.* Seneca non minus, ad id, quod fieri debeat, respicit, quando ait. *in consol ad Polyb. c.* 26. *Ex quo se Caesar orbi terrarum dedicavit, sibi eripuit. & siderum modo, quae irrequieta semper cursus suos explicant, nunquam illi licet nec subsistere, nec quicquam suum facere.* & Claudian. praeceptum suum hinc extraxit ad Honorium. 18. *Princeps debet esse pater Reipubl.*

Tu civẽ patremq; geras, tu consule cunctis Non tibi: nec tua te moveant, sed publica damna.

Patrem exigit, non Dominum, ut & Theodor. Gothor. Rex principem vocat *parentem publicum, apud Cassiod* 4. *Epist* 42. quia Dominus non praeest ad utilitatem servorum, sed ut sibi per utilitatem servorum prosit. Licet enim dominatus propterea toleretur, quia tendit in salutem etiam ejus, qui natura servus est eò quod is habeat moderamine & consilio Domini, perinde ut corpus anima, puer praeceptore, ut in 1. *Pol. c.* . dictum fuit, tamen Dominus, qui servo utitur, eam servi utilitatem non spectat, ut addit Arist. 3. *Pol. c.* 4. sed servum curat, quia eo nõ salvo, non potest salvam sibi praestare familiam. Caeterum hic dominatus in benè constituta Republ. non est ferendus, quia comparatus tantum est pro servis. Respublicae verò omnes continent homines liberos, eosdemq; cives, & participes opum Reipub. & proinde nulla tolerari potest Resp. in qua non procuretur commune bonum perinde ut in aliis artibus gubernatoris à quibus hoc loco argumentatus est Arist. & Cicero *lib.* 1. *Offic.* inquiens: *Omninò, qui Respubl. praesunt duo Platonis praecepta teneant. Vnum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut quicquid agant, ad eam referant obliti commodorum suorum. Alterum, ut totum corpus Respubl. curent, ne cum partem aliquam tuentur, reliquas deserant* Nasicam commendat Patercul. *lib* 2. *in princ.* quod patriam cognationi praetulerit, *quicquid publicè salutare non esset, privatim alienum existimans. Vt enim tutela*

19\. *Et ad communem bonum omnia sunt ferenda.*

20\. *Perinde ut aliis in artib.*

tutela, sic procuratio Respubl. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. Homerus, cujus Poemata venditat Dion, quasi Epitomen omnium præceptorum politicorum, ex hoc fine Regem vocat *ποιμένα λαῶν*. Pastoris enim est, per omnia consulere utilitati gregis, nec ut ait Greg. *in c. quamvis de R.I. in 3. Pastoris potest esse excusatio, si lupus oves comedit, & Pastor nescit.* Interea, quæ Cajum, non ut hominem, sed ut monstrum egisse, refert Sueton. *in Cal. c. 22.* primo loco enarrat *ventosos titulos Pij Optimi Max. Casaris, Patris exercituum*, quos ipse Tiberius fortunæ & animo suo diffisus sedulò deprecatus legitur: *Si quando* inquiens, *de moribus meis devotoque vobis animo dubitaveritis, nihil honoris adjiciet mihi patris patriæ appellatio, vobis autem exprobabit aut temeritatem delati mihi ejus cognominis, aut inconstantiam contrarij de me judicij. Suet. in Tib c. 26 & 67.* Regressus enim tandem in insulam Tiberius Reip. curam usq; adeò abjecit, ut postea non decurias equitum unquam suppleverit, non tribunos militum præfectosque non provinciarum præsides ullos mutaverit, Hispaniam & Syriam per aliquot annos sine cõsularibus legatis habuerit, Armeniam à Parthis occupari, Mœsiam à Dacis, Sarmatisq; , Gallias à Germanis vastari neglexerit, magno dedecore imperii, nec minore discrimine. *Suet. in Tib c. 4.* Nihil huic dissimile fecit Gallienus: Qui cum sibi nunciaretur, Aegyptum defecisse, nihil commotus respondit: *Quid? sine lino Aegyptio esse non possumus?* Cum Scythæ Græciam & Illyricum vastarent: *Quid sine aphronitris esse non possumus?* Cum Gallia per Posthumum defecisset, *Quid? Non sine trabeatis sagis tuta est Respubl.* Cum audiret patrem captum: *Sciebam patrem meum esse mortalem.* Cum de malis à Persis imminentibus & infortunio patris referretur, ipse omnia susq; deq; habens, quæsivit contra: *Et quid habemus in prandio? & quæ voluptates paratæ sunt, & qualis erit cœna? quales Circenses? Treb. Poll. in Gallie.* perinde ut Wenceslaus Bohemiæ Rex, idemque Imperator, si vera narrat Cromer. *libr. 16. hist. Pol. in pr.* cum nunciatum sibi audiret arcem quandam magni momenti conflagrasse, de eo tantum sollicitum se ostendit, *Ecquid cella vinaria incendio superfuerit*, aut ut Conradus Gibbosus, Stinaviensis Dux & præpositus Vratislav. Salisburgensi Archiepiscopatui renunciavit, quod Viennæ in itinere nullum ibi usum esse cerevisiæ intellexisset. *Crom. libr. 1. hist. Polon.* Hoc certè non est defungi officio regis nedum patris patriæ, cum tamen ex iis, quæ declarata sunt, Rex nemo esse possit, nisi qui idem sit simul pater patriæ. quamobrem Augustus nullam vocem libentius audivit, quam *patris patriæ. Dion in Aug.* Trajanus id cognomen, diu recusatum, tandem cum ingenti gratiarum actione à Senatu accepit. *Idem in Traj.* Adrianus, delatum sibi statim & iterum postea distulit, quod nomen hoc Augustus sero meruisset, *Spart. in Adrian.* *Cyrum* inquit Xenoph. *subditi tanquam patrem venerabantur & subditos colebat tanquam filios, 8. Cyrop. in fin.* Reges enim Græcis dici *βασιλεῖς*, quod *quasi bases regna sustinere debeant*, tradit Isid. *libr. 7. Etym. c. 26.* & Thom 4. *Pol. c. 1.* ait. *Regẽ aut oportet solum nomen Regis habere & æquivocè, aut talem esse propter necessitatem, excellentiam virtutis, & boni utiliter. Dicitur enim in 8. Eth quod non est Rex, qui non est per se sufficiens & omnibus bonis superexcellens.* Ex hoc enim principio, quod Regis naturâ tanta debeat esse perfectio & præstãtia, & nulla re extra se indigeat, infert Aristot. 8. *Eth. c. 10.* Regẽ non curare sua, quia nulla re indiget, sed subditorum & civiũ commodis solum prospicere. Regi enim sufficit, si beatam possideat Rempub. cum dicente Plin. *in Panegyr. tantum sit principis, quantum omnium*, & Cicerone *li. 1. Epist. 1. ad fratr. Nostrum dicamus esse, quicquid bono principi nascatur*, adeò, ut Reip. commodis intentus princeps, non prorsus in alienis se cõsumat, cum fructus benè gesti principatus maximam partẽ in principem ex consequenti redundent, *ut hoc ipso in c. 4. li. 3. Arist scriptũ reliquit.* Ideoque vel hoc nomine obligatur princeps, vel quicunq; Rerump præsides, ut cum Trajano patrum patriæ nomẽ refectione damnorũ Reip. promereri studeant, *Vict. in Traj. ad fi.* aut cum Fl. Vespasiano per totum imperii tempus nihil habeãt antiquius, quàm

21. *Unde Pastor vocatur Homero.*

22. *Exempla PP. qui curam Reip. voluptatibus suis postposuerunt.*

23. *Princeps pater patriæ.*

24. *A ratione, quod princeps magis teneat sollicitus esse de re aliena quam sua.*

25. *Principis est, quicquid est omnium.*

quàm

Quam propè afflictam nutantemq; Rempub. stabilire primò, deinde & ornare. *Sueton. in Vespas. c. 8.* Etenim societatis contractæ lex
26. *Cadente Repub. nequeūt stare res privatæ.* est, ut cōmunia à sociis quæ rātui & ex æquo dividantur. *3. Polit. c. 6. tot. t. ff. pro soc.* Civitatem verò societatem quandam esse, & hoc amplius habere, ut non tantum singulorum quorumque, sed potius totius, adeoque omnium civium commoda in ea spectentur, eò quod ita comparatum esse cum civitate diceret Lævinus Consul, *ut publica perdēdo, tua nequicquam serves. Liv. li. 26. ad fi.* sup. diximus, quæ sententia tracta videri potest, *ex orat. Thucyd. lib. 2.* ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι πόλιν πλείω ξύμπασαν ὀρθουμένην ὠφελεῖν τοὺς ἰδιώτας, ἢ καθ' ἕκαστον τῶν εὐπραγοῦσαν ἀθρόαν δὲ σφαλλομένην. Item *à Stob. ser. 41.* πόλις εὖ ἀγομένη, μεγίστη ὄρθωσίς ἐστι, καὶ ἐν τούτῳ πάντα ἔνι. καὶ τούτου σωζομένου πάντα σώζεται, καὶ τούτου φθειρομένου, τὰ πάντα διαφθείρεται. In eundem sensum Salvian *1. de gub. Dei. Quæ rogo insania est, quæ cæcitas ut egestuosa ac mendicāte rep. divitias posse stare credant privatas?* Hinc enim quisq; civium obligatur, tàm sui, quàm cōcivium gratia, publica primo loco curare. *Id*, inquit Apul. *in Flor. Philosophia me docuit, quod in cōmune expediat, malle, quàm quod mihi:* & Cicero 1. *de ll. Ut quisq; maximè ad suum commodum refert quæcunq; agit, ita minimè est vir bonus.*
27. *Cuiq; bono civi publica curanda esse ante privata.* Aristides inde petiit indicium vitiosæ & corruptæ Reipubl. quod cum publica tenaciter & contentè tractaret, peculatus accusaretur, cum verò depeculatoribus conniveret, justi laudes & nomen mereretur. *Plut in Arist.* Plutarchus quoq; calamitosum Reipub. Spartanæ statum, post cædem Aegidis descripturus, *publica* dicit *neglectui habita, privatis cujusq; quæstibus inservisse. In Aegid. n. 7.* Salustius ex eodem fonte accersit calamitates sui temporis. Cū enim Majorum virtutes recensuisset, *Pro his, ait, nos habemus luxuriam & avaritiam*
28. *Nedum bono principi.* *publicè egestatem, privatis opulentiā.* Quod si a privato quoque cive exigimus studium Boni publici, quanto magis idem exigetur à persona publica, quam ab officio & fine, cujus gratia Rempublic. suscepit capessendam, sic denominamus. Si Carthaginenses jure aras extruxerunt binis juvenibus, qui morte sua limites inter patriam & vicinos Cyranenses controversos testatos facere voluerunt, vivos sub terram in eo loco se desodi cupientes, ubi terminum limitum ponebant. *Salust. in Iugurth.* Si rectè fecerunt totidem Spartiatæ, qui Xerxi sese obtulerunt in expiationem sceleris, quod patria contra jus gentiū in violandis legatis commiserat. *Herod. li. 7.* multò magis obligatus fuit Codrus rex Atheniensium, *Iust. lib. 2. Marcell. lib. 27.* (qui nominat Nileum Codri filiū) aut Leonides Spartiatarum, *Iust. 2.* aut Claud. Rom. Imp *Vict. in Claud.* exemplo Deciorum, vitam nedum opes, pro salute exercitus & Reipub. prodigere. Nec immerito exprobratum fuit Mamææ Alexandri Severi matri, quod cum simularet, se argentum undique corrasum filio in expeditiones sufficere, domi interim privatum sibi thesaurum cōderet. *Herod. li. 6.* Nam Antoninus Phil omnem thesaurum Imperatoriū, usq; ad ornamenta Imperatoria & mundū uxorium in foro Trajani venum exposuit, ne ad bellum Marcomannicū quicquam à provincialib. exigere cogeretur. *Capit. in Ant.* perinde ut paulò ante Nerva, cum egeret pecunia, omnia vēdidit, præter ea, quæ erant necessaria *Dion. in Ner.* de quib. Salvian. 1. *de gub. Dei. Quid de illis loquar, qui cum imperij propagandi contemtū propria facultatis ad publicas opes conferebant: & licet privatim pauperes essent, divitiis tamen abundabant communibus.* Qui reip. utilitatem negligunt & ad explendam suam avaritiam quidvis parati sunt & facere & pati, *hos*, ait Isocr. *& sibi ipsis & civibus pessimè consulere judico. In Panath.*

Finis igitur benè constitutæ Reipubl. consistit in bono Publico, quod hoc in loco Aristot. probavit, 3. *Pol c. 4. 7. 8. 5. 4. pol c. 5. pol c. 10.* & ante ipsum Plato innuit, 8. *de Rep. pag. 547. Cum homines publicæ utilitatis nullam* 29. *Finis Reip. Bonum publicum.*
rationem habere, sed & terram & ædificia, præpostera partitione ad privatos usus intervertere cœperunt, mutatur Aristocratia in vitiosam Remp. Expressit ex eo Averrh. *tract. 3. de Rep. In optima Repub. civilia ea est communia curantur prius. Oportet enim Remp. quæ diuturna sit, velle, ut omnes civitatis partes consistent atq; in statu suo permaneant.* Cicero passim imitatus est, & præter superi^ adducta, in 5. *de Rep.* & *li. 3. ad Att.* sic ait:

sic ait: *Vt gubernatori cursus secundus, Medico salus, Imperatori victoria, sic moderatori Respubl. beata civium vita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit Respub.* Et *in Epist. ad Q. fratrem. Eò referenda sunt omnia iis, qui præsunt aliis, ut ÿ, qui erunt eorum in imperio, sint quàm beatissimi.*

30. *Distinctio Rerump. in Rectas & Prolapsas.* Hinc extrahit Arist. *d. c.* 4. primam Rerumpubl. distinctionem, in Rectas & Prolapsas, ὀρθὰς καὶ ἡμαρτημένας seu παρεκβάσεις τῶν ὀρθῶν, *& lib. 8. Eth. cap.* 10. ait ἔστιν εἴδη τρία τῶν πολιτειῶν, ἴσαι δὲ καὶ παρεκβάσεις, οἷον φθοραὶ τούτων. Optimas autem Respub. variis circumlocutionibus descripsit Arist.

31. *Circumlocutio optima Rep.* 3. *Polit. c.* 11. *qua more domus, gubernantur*, 3. *Polit. c. ult. in fin.* τὰς ὑπὸ τῶν ἀρίστων οἰκονομουμένας, &c. *libr. 7. Polit. cap.* 1. *&* 2. *ex quarum πράξει, quiq; optimè agit, & beatè vivit*, *c.* 9. *per quas civitas evadat felix cap.* 13. *per quas civitas optimè administretur*, &c. Commune quippe omnibus Rerump. speciebus est, ut in iis inveniantur probè & improbè constitutæ, 3. *Polit. & ult. in fin* & hæc divisio non aliunde, quàm ex fine desumenda est, cum Respubl. ad finem ordinentur & ex usu bonitatem acquirant vel malitiam. Videtur nihilominus Bodin. 2. *de Rep. c.* 1. *in pr.* in hanc Aristotelis divisionem in transcursu velle Theoninum figere dum ait: *Si Rerumpubl. formas bonorum ac malorum finibus, aut virtutibus ac vitiis metimur infinitas esse comperiemus: & propterea à Montecat. ad text. 4. schol. lib.* 3. *Pol.* temerarius vocatur & ab Alberg. *disc. contr. Bod.* reprehenditur.

32. *Reprehensio Bodini.* Errat autem Bodinus, si contra hanc Arist. divisionem arietes suos direxerit tum quia non propositum est Aristoteli formas Rerump. ut ille ait, sed modos dividere, tum quia fines ex virtute & vitio non sunt infiniti, ita, ut infinitas fore Respub. jure concludi possit. Nam Arist. ipse proponit, *d. c.* 4. διαλῶν non formas, sed τρόπους τῆς ἀρχῆς. & *cap.* 5.

33. *Rejicitur.* demum investigat species rerumpl. ex formis ipsarum extractas. Præsupponenda quippe erat hæc diversitas ante species Rerumpubl. cum communiter omnibus speciebus accidat, ut *in sect.* 5. deducemus. Nec infinita Rerump. multitudo timenda est, quia non est, nisi unus finis optimus, τὸ ἁπλῶς δίκαιον, ex quo æstimatur optima Resp. & hinc oppositus pravus, τὸ σφέτερον μόνον τῶν ἀρχόντων, ex quo æstimatur pessima.

Vnde petenda sit distinctio Rerumpubl.

SECT. 4.

1. *Sententia Arist. de fundamento, unde petenda sit divisio Rerump.*
2. *A Politicorum non nemine probata.*
3. *Distinctionem Respubl. quamennq; petendam esse à Majestate.*
4. *Quomodo Thomas & Piccol. sententiam Arist. explicent.*
5. *Qui tamen nodum & veritatem non tangunt.*
6. *Defensio Montecatini.*
7. *Rejicitur.*
8. *Ex sententia Arist. Monarchiæ non assignatur ratio differentiæ.*
9. *Divitias & paupertatem nihil attinere ad Essentiam magistratuum.*
10. *Nec ad naturam Majestatis.*
11. *Multò minus totius Respubl.*
12. *Divitias & paupertatem rerum Essentias non ingredi.*
13. *Aliud argumentum contra Aristotelem.*
14. *Varia ex causis tribus imperia.*
15. *Sed ob eas non statim mutari Ress.*
16. *Quod probatur exemplo.*
17. *Ex sententia Arist. incertum fieri numerum specierum Respubl.*
18. *Aristotelem in hoc negotio sibi ipsi non constare.*
19. *Aliud contra Arist. argumentum.*
20. *Item aliud.*
21. *Item tertium.*
22. *Quod à numero Imperantium petatur essentialis Rerump. divisio.*
23. *Declaratur exemplo familiæ.*
24. *Et Oeconomia corporis humani.*

POstquam communem omnibus rerumpubl. speciebus differentiam prænotavimus, seu præcipuum Analogatum ex fine & perfectione præsupposuimus, consequens est, ut ad divisionem progressuri, sentes ex via primùm removeamus, & fontem detegamus, ex quo species earum hauriendæ sint. Nescio enim, num rei difficultati hoc 1. *Sententia Arist. de divisione Rerump.*

loco

loco satisfaciat disputatio Aristotelis, 3. *Polit. c.* 5. 4. *Polit. c.* 4. qui cum distinxisset inter se tres species Rerumpubl. & Monarchiam, Oligarchiam & Democratiam ex numero Imperantium vulgò denominari dixisset, contra nominum notationem & communem vulgi sententiam negavit, ex numero petendam esse distinctionem. Rationem non addidit, sed declaravit saltem, qui factum sit, ut vulgus Oligarchiam ex paucitate Imperantium, Democratiam ex multitudine definierit, quia accidentia perpetua non distinxit à causa essentiali. Quia enim inopum magna multitudo ubiqúe occurrit, divites autem non sunt, nisi pauci, hinc, cum præsiderent divites, iique ut plurimum pauci essent, ad paucitatem respexit opinio vulgi, cum potius respicere debuisset ad divitias, id quod pari ratione obtigisse putat circa pauperum multitudinem. Ex sententia verò Aristotelis, quando divites imperio potiuntur, διὰ πλοῦτον, sive plures sint, quod tamen rarenter accidere verisimile est, sive pauciores, semper oritur Oligarchia: quando vicissim inopes, Democratia, adeò ut id, quo inter se differunt Oligarchia & Democratia, sint solæ divitiæ & paupertas. ᾧ διαφέρουσιν ἥ τε δημοκρατία, καὶ ἡ ὀλιγαρχία ἀλλήλων, πενία καὶ πλοῦτός ἐστι. Paucitas verò sit penè perpetuum accidens Divitum: Multitudo Inopum.

2. *A quibus propugnata.*

Quam sententiam Aristotelis Interpretes & Commentatores certatim propugnant Thomas, Stapulens. Victor. Sepulved. Burrh. Casus, Giphan. 3. *Polit. cap.* 5. *in fin.* & 4. *Polit. c.* 4. Pacius *lib.* 3. *Polit. cap.* 5. *num.* 20. Montecat. *in* 3. *Polit. c.* 8. *schol. tex.* 50. Piccol. *grad.* 10. *Moral. c.* 8.

3. *Distinctio petenda à Majestate.*

Inter omnes verò de eo convenit, quod penes πολίτευμα, seu penes principem potestatem, quam infra Majestatem vocabimus, quærenda sit radix distinctionis, 4. *Polit. c.* 4. quia ordo, in quo consistit essentia Reipubl. ab ea fluit tanquam à capite. Quia verò, Majestas individua & uniformis est in omnibus Rerumpubl. speciebus dubitari cœpit, quidnam sit illud, unde petitur distinctio. Plato *in Polit.* recurrit ad numerum: quem Aristoteles videtur obiter perstringere, dum ipse distinctionis originem accersit ex divitiis & inopia. Thomas *in fin. comm. cap.* 5. *lib.* 3. sententiam Aristotelis interpretatur de fine, eò quod ex fine putaret essentialiter debere Respubl. dividi.

4. *Explicatio sententiæ Aristot.*

Alia, inquit, *ratio est regiminis, quod ordinatur ad opulentiam, & ejus, quod ordinatur ad libertatem, quæ est finis potentia multorum. Et ideò necesse est, quod ubicunque aliqui dominantur propter divitias, sive sint plures sive pauciores, quod ibi sit status paucorum, & ubicunque dominantur pauperes, ibi sit status multorum.* Piccol. *gr.* 10. *c.* 8. in eundem sensum inquit: *Numerus in Respubl. est aliquid ex eventu, & præter essentiam ordinis. Id autem, ex quo præsertim oritur ordinis varietas, est finis & conditio gubernantium, aspirantium ad finem.*

5. *Rejicitur.*

Cæterum hanc interpretationem planè respuit contextus Aristotelis, qui πλοῦτον καὶ πενίαν in Majestate requirit, non tanquam finem, sed tanquam conditionem quandam necessariam, quam protulit in locũ exauctorati Numeri. Nullibi enim dicit ad divitias & libertatem spectare Imperantes: sed esse vel Divites, vel pauperes: Fieri enim posset, ut etiam plebs captaret divitias: nec tamen plebis dominium propterea foret Oligarchicum. Accedit quod proprius quæstus in omnibus spectari soleat Rerumpubl. generibus. Quod verò omnibus commune est, nequit distinguere. Præterea, quomodo paupertas, aut ignobilitas, quam cum paupertate conjungit Aristot. 4. *Polit. cap.* 4. potest cuiquam imperantium objici instar finis? Addit quidem Aristot. libertatem, & propter eam dicit plebem in Republ. lites movere: Verum dum differentiarum radices proponit, non facit libertatis, sed inopiæ mentionem, quæ quidem finis locum in nulla obtinet Repub. Benè quidem assumunt Thomas & Piccol. à fine petendam esse divisionem Reipub. sed id Aristot. jam ante, 3. *Polit. cap* 4. executus erat: & ex fine petita divisio dirimit quidem vitiosam Rempubl. à recta: sed essentiam unius non separat ab essentia alterius, id quod sibi investigandum proposuerat Arist. *d. c.* 5.

6. *Defensio Montecat.*

Proinde Montecat. 3. *Polit. in schol. tex.* 50. sententiam Aristotelis sic explicat & confir-

confirmare nititur: Cur potius opulentia & inopia, quam paucitate & multitudine imperantium Democratiam, Oligarchiamq; contra Etymologias vocabulorum, communemque hominum opinionem distinguere voluit Philosophus? *An quia multos esse, vel paucos, qui imperent, dum non sit unus solus (hoc enim alia ratione ex vi unitatis adversus multitudinem maximam facit differentiam) mores hominum & fundamenta Respubl. haudquaquam variat: Variant inopia & opulentia, ut clarum est*

7. Rejicitur.

ex 2. *Rhet.* In hac verò Montecatini ratione, & sententia Aristot. illud primò explicari mihi velim, Si divitiæ & inopia distinguant Oligarchiam, & Democratiam, quidnam sit illud, unde distinguatur ab utraque Monarchia? Cum enim sint tres species Rerumpubl. in æquali linea contradistincta, oportet ab eodem principio singularum differentias desumi. Iam confitetur Montecat. Monarchiam constitui ab unitate numeri, Debeor igitur ab eodem numero peti opposi-

8. Monarchiæ non opponitur ratio differentiæ.

tarum specierum differentiæ, quia, quæ per diversa accidentia differunt, non opponuntur propriè, cùm oppositio sit distantia sub eodem genere. Quod si unitas essentialiter constituat Monarchiam, nec in ea inest ex eventu, aut per accidens, quare unitates plures dicuntur esse ex eventu, aut per accidens in cæteris Rerumpubl. speciebus? Nec quicquam valet, quod de vi unitatis excipit Montecat. quia & illa non magis quàm ipsa unitas, vel mores hominum, vel fundamenta Reipub. secundum Montecatini sententiam attingit, & proinde non magis, quàm illa, Reipubl. aliquam speciem & constituere potest, & ab alijs distinguere. Nobis igitur contrà demonstrandum est, Divitias & paupertatem fundamenta Reipubl. non attingere, sed esse nuda accidentia, à quibus Essentialis nulla differentia fluat. Idem e-

9. Divitias & paupertatem non attinere ad essentiam magistratuum.

nim docuit Aristot. 7. *Polit. toto. c.* 8. Divitias sc. ad Magistratuum essentiam non plus attinere quàm ad essentiam boni Tibicinis, Medici, aut Choragi, id quod res ipsa quoque satis evidenter evincit Nec enim alius Consul erat Marius, cum ex ulva & vago exilio in urbem, inops rerum omnium, reduceretur, & septimum auspicaretur consulatum pauperrimus, quam cum priores initet ditissimus, & spoliis Iugurthinis, Gallisq; onustissimus? P. Valerium utrumque, ex congesta matronarum stipe funeratum, *Liv. l. b.* 2 & 3. Cincinnatum ex aratro in curiam, à rastris ad sceptra protractum: Contemtorem opum Fabricium, animæque magnæ Prodigum Paulum Æmylium, nec non incomtis Curium capillis, Quem utilem bello tulit. ut & Camillum, Sæva paupertas, & avitus apto cum Lare fundus, Imò Scipionem ipsum in angusto prædio tabescentem intuere. & cum magnificentia Syllæ affluentia Crassi, luxu Luculli, Pompeij magnitudine compara, an propter divitiarum accessionem horum consulatus & gesta Imperia putas differre specie. à magistratibus illorum? Non melior Imperator fuit Phocione Cimon, aut Aristide Pericles, licet alter affectata quadam paupertate munera Regum respueret, *Plutarch. in Phoc.* alter publicè sumtus quoque petere cogeretur in pallium, *Plutarch. in Aristid.* & ex fisco filiabus dotem exoraret. *Æmyl. Prob. in Eod.* Cimon econtra & Pericles, alter acquisitis, alter paternis bonis omnes aliorum civium opes superaret. *Plutarch. in Phoc. & Péricl. Thucyd. lib.* 1. Quod autem diversitatem nullem progenerat in magistratibus, 10. Nec Majestatem.

multò minus progenerabit in Majestate, quæ est regula & lydius lapis, ad quem reliqui omnes, tanquam imitationes, ad primam Idæam revocandi sunt & examinandi. Magistratuum enim essentia consistit in potestate precaria, dependente à potestate suprema, eaque propria & indissolubili. Si igitur ad potestatem magistratuum variandam nihil facit opulentia & paupertas, nihil faciet ad potestatem Majestatis. Nec verò 11. Nec Rempubl.

quicquam facere potest, quod est extra Rem. Divitias verò esse bona externa non tantum Platonici & Stoici, *Plato in Lysid. Plotin. Enn. 7. lib. 6 Alcin de doctr. Platon. c.* 30. *Camut.* 1. *de amor. & falsc. Cic.* 3. *de fin & in Tusc. Sen. Ep.* 9. 8?. 119 *&c.* sed & ipse Arist. docet 3. *Polit.* 6. 7. *Pol. c.* 1. 1. *Eth. c.* 5. & 8. quippe quæ Rebuspub. magistratibus, & cuivis hominum accedere possunt, & rursum adimi, sine cujusquam interitu. Nec enim alia fuit facies Democratiæ Romanæ, cum

cum annulis cives non uterentur nisi ferreis, & aurei, maximi muneris loco offerrentur externorum principum legatis. *Pancirol. lib. 1. memorab.* Cumque magistratus ejus vescerentur rapis à se tostis, & hæc edentes dicerent *se imperare divitibus*: *Valer. Max.* quam cum post Antiochum devictum, dejectam Carthaginem, totius ferè mundi luxus in unam civitatem conflueret, *Flor. lib. 3. c. 12.* Crassusque negaret, divitem esse, qui suis sumtibus nequiret integrum ducere exercitum, aut Lucullus vestes ad quoscunque ludos præberet, quas, & cujus coloris Comœdi vellent, nec nisi uno verbo opus haberet, ad Persicas & Pontificales cœnas. quanto principi satis esset, sumtu apparandas. *Plutarch. in Crass. & Lucull.*

12. *Divitiæ & paupertas rerum essentias non ingrediuntur.*

Nunquid tu Rhagusianorum, quorum imperium iisdem finibus, quibus urbis ambitus circumscribitur, aut Massiliensium olim, pauperis Phocensium coloniæ, *Strab. lib. 4.* quam sua paupertate optimam indigetat Cicero *libr. 2. de offic. & pro Flacc.* Aristocratias diversæ speciei censes esse, ab divite & latè patente Republ. Venetorum? aut pauperes Macedoniæ Reges, quibus uxores coquebant cibaria *Herod.* minus pro Regibus habebis, quam olim Regem Persarum, regem regum & consanguineum Deorum *lib. 2. suppl. ad Q. Curt.* aut Cajum Caligulam, qui omnes alios reges despicatui præ sua unius potentia habebat, *Suet. in Calig.* aut Antonium, qui se vocat *κύριον τοῦ κόσμου? l. ἀξίωσις ad l. Rhod. de jact.* Divitiæ & potentia, nec Rebusp. nec Majestati, nec Magistratibus, quicquã addunt ad essentiã, sed requiruntur, ut ornamenta & adjumenta externa *1. Eth. c. 8. 7. Polit. c. 1.* Quoties enim fit, ut unus idemque magistratus, ex paupertate assurgat ad altissimas divitias, & vice versa ex divite Crœso degeneret in pauperrimum Irum. Tum eveniet hoc incommodi, ut forma Reipubl. mutetur nihil mutato ordine aut forma gubernandi. Pone enim omnia in eodem statu permanere, & Optimates ex calamitate aliqua communi in pauperiem recidere, divitiis ad quosdam ex plebe traductis, nec tamen illos à regimine Reipubl. excludi: Iam Oligarchia mutata erit in Democratiam sine mutatione aliqua regiminis, ex mutatione unius externi accidentis.

Quod si propterea essentialiter mutari fundamenta Reipubl. ponantur, quia mutantur divitiæ & inopia, quia causæ cur non mutari debeant, per alia accidentia ejusdem ordinis, ut argumentatur ipse Arist. 3. *Polit. c. 8.* & cogitur concedere 4. *Polit.* 4. Si enim divitiæ & inopia propterea attingunt fundamenta Reipubl. quia variant mores, res hominum, ut videtur velle Montecat: multò magis ea attingent nobilitas & ignobilitas, prudentia & rusticitas, justitia & injustitia, & quæ sunt, ejus generis infinita. Nobilitatem quidem Aristot. 4. *Pol. c. 4.* ad Oligarchiam redigit, eò quod divitiæ inveteratæ speciem aliquam nobilitatis constituant, *Arist. ibid. & in libr. de nobil. apud Stob: serm. 84.* Sed *in 3. pol. c. 7. 8. 9.* omninò distinguit, quemadmodum & revera distincta sunt eò quod plura sint nobilitatis genera, ex virtute, genere, institutione, 4. *pol.* 4. & divitiæ non nobilitent, nisi ex errore hominum, ut alibi dicemus. Nobilium vero mores arrogantes infinitum discrepare à plebis refractariis animis, extra controversiam, interque sapientes & rusticos tantum interest, quantum inter feras bestias, & mansueta animalia. Imò multò plura & minutiora sunt, quæ aliæ gentes in principibus & magistratibus spectare solent. *Plurimis gentibus* ait Curt: *lib. 6. in majestate corporis venerati est, magnorumque operum non alios capaces putant, quàm quos eximia specie natura dignata est donare.* Hinc Onesicratus autor est, apud Catheos Indos pulcerrimo omnium de consuetudine regni solitum fuisse dari regnum, *Strab. lib. 16. Diodor. libr. 17.* quam legem AEthiopibus tribuit Athen. 3. *δειπνοσοφ*: Ipsi etiam Lacedæmonij Archidamum Regem mulctabant, quod pusillam & indecoram uxorem duxisset, quasi non Reges sed *Regulos* Reipubl: procreaturum. *Athen. ibid. Plutarch. in pr. de Educ. lib.* & exercitus Romani in Sicilia, Mitium Quendam, quod pulcritudine omnes alios vinceret, Imperio Orientali præfecerunt. *Diac. in Constant.* Saulem quoque pulcritudine & robore corporis concives superasse, ex 1. *Sam.* notum est, & Poëtæ

13. Aliud argumentum contra Arist.

14. Variis ex causis tribui imperia.

Poëtæ Heroum virtutibus affingunt etiam excellentiam formæ, quasi sine hac non satis spectatam futuram, eò quod sit *Gratior pulcro veniens è corpore Virtus*, ut prolixè ostendit Tiraquell. *in l. 4. Connub.* Ecce tibi novum genus Reipubl. ex pulcritudine constitutum, pari ratione, qua Oligarchiam constituit Arist. ex divitiis. Nihilo enim plus divitiæ attinent ad fundamentum Reipubl. quam pulcritudo, nec minus hæc, quam illæ immutant mores.

15. *Sed non mutari statim Reip.*

Fastus inest pulcris, sequiturq; superbia formam, Ovid. 1. Fast. Atque hac arte, quantilla opera, quot formas Rerumpubl. tibi potero exhibere? Si enim robustissimo adjudicetur imperium, ut apud incolas Meroës insulæ, *Mela libr. 3. Alex. ab Alex. lib. 4. Genial. Dier. c. 23.* Si maximo & longissimo, ut apud Æthiopes *Herod. libr. 3. Arist. 4. Polit. 4. quod & Camerar. 4. Pol. cap. 4. citat ex Diod. Sicul.* Si pinguissimo, ut apud Gordios & Gothos, *Munster. libr. 2. Geogr. Lauterbach. libr. 1. de polit. regim:* Si ob alias quascunque causas & conditiones regnum offeratur, toties subnasci novam Remp. oportet, quoties ex nova causa Rex constituitur, aut toties mutari unam eandemque Rempub. quoties alia via ad ejus cacumen princeps ascendit. Regnum Persarum meruit Cyrus virtute, Cambyses accepit per genus, Smerdis in se transtulit fraude & mendacio, Darius Hystaspis inivit sorte, reliqui jure generis ordine successerunt. Nullam tamen tot causarum mutationes in forma Reipubl. mutationem introduxerunt, cum Respubl. Persarum inde à primo fundatore Monarchicum permanserit usque ad Alexandri M. victoriam, *testibus Platon. 3. de ll. Plut. in libr. ad princip. indoct. Strab. lib. 15. Athen. lib. 12. Dipnos.*

16. *Quod Probatur exemplis.*

Nec refert, quod Aristotelis sententiam transferamus ad Monarchiam, cum ipse soli Oligarchiæ & Democratiæ differentiam ex divitiis & inopia asscripserit, quod *ut in princ. hujus sectionis ostendimus*, idem judicium ferendum de omnibus speciebus, & quod in una specie differentiam non parit, non poterit parere in altera. Quis enim toties mutatam Monarchiam Reipubl. Romanæ assereret, quoties mutata fuit causa, per quam Imperatores solium illius ascenderunt? Iulius Cæsar favore plebis & militum, nec non fortitudine militari Aquilas sibi fixit perpetuas. Augustus, Tiberius, Claudius, Caligula, Nero, Trajanus, Adrianus, Antonini, titulo Adoptionis successerunt, & quod scripti hæredes fuissent. Pertinaci auxilio fuit gravis & benè de Republ. merita ætas. Nervam, Probum, Marcianum, Decium promovit pietas. Galbam, Othonem, Severum, Leonem Isaurium, Nicephorum, Romanum Diogenem, scientia militaris: Didium Iulianum, Iustinum pecuniæ: Maximinũ robur corporis: Maximũ & Balbinũ autoritas Senatus, Gordianũ favor plebis: Atque adeò alij aliis de causis ad summum honorem aspirarunt, quæ si ad mutandum regimen Reipubl. sat afferrent ponderis, nunquam de numero formarum Reip: possemus certi esse. Nam non solum summi principes, sed & subordinati magistratus aut ipsi Optimates, diversis ex causis eligi & constitui solent. Quid enim, si soli pauperes magistratus, qui deprehensi sint continentes habere manus, Reipubl: gubernaculis præficiantur, Aristides, Phocion, Pelopidas, Epaminondas, Lysander, Valerij, Scauri, Fabricii? Si soli milites, Alcibiades, Aratus, Marius? Si soli oratores, Pericles, Demosthenes, Cicero? si soli Sapientes, Solon, Lycurgus, Numa, Antonini? An aliam speciem Decemviratus constituissent plebeij, si soli ad eum allecti fuissent, quemadmodum allecti fuerunt patritij? Aut num novus exortus fuit Consulatus, cum L. Sextius, primus ex plebe consul patritio adjungeretur? Ignobilitas & nobilitas personæ non mutant vim principatus magis, quam quodvis aliud eiusdem ordinis accidens. Hinc enim evenit, ut Plato *libr. 3. de ll. & in libr. de Republ.* quique ejus doctrinam in compendium redigere voluit Averrh: *tractat. 3. Pol.* nullibi consistere, aut certum Rerumpubl. numerum proponere potuerit, dum mox duas, mox tres, mox quatuor, alicubi etiam octo species enumerant, nullibi certum & definitum numerum assignantes, eò quod verum Respubl: distinguendi rationem neglexerint. Plato enim *in Polit.* dixit: Respubl, inter se distingui, *Vno, pau-*

17. *Ex sententia Arist. incertum fieri numerum Rerump.*

cia

cit. multis, paupertate, divitiis, violentia, voluntate, legibus & arbitrio. In 3. verò de ll multas imperandi diversitates proponit: quando *nobiles ignobilibus, seniores junioribus domini servis, parentes liberis, melior deteriori, sapiens imperito* imperat, aut imperium *sortè* ducitur. Averrh: autem *in pr. tract. 3. Polit.* constituit quinq; Resp. fortasse *ex libr. 8. Plat. de Repub. in pr.* Primam *ex virtute*, quæ regnum & Aristocratiam continere dicitur, alteram *ambitiosam*, in qua spectent honorem imperantes, tertiam *quæstuosam* vel ex censu, quartam *paucorum dominatum*, quintam *Tyrannidem.* Paulò post verò duas novas iterum annectit: Dx *voluptate*, & ex *Necessitate*, ut cum Tissaphernes & Lacedæmonij victis Atheniensibus imperarent triginta Tyrannorum Oligarchiam *Thucyd libr. 8.* Ibi enim nec virtutis, nec divitiarum, nec alterius alicujus causæ ratio habetur, quia necessitas excludit arbitrium. Tam incerta ponere vestigia coguntur, quicunq; regiam distinguendi viam semel ex oculis amiserunt. Imò nec ipse Arist. suis sibi disputationibus

18. *Arist. sibi ipsi non constare.*

satisfacit *lib 4. Polit. c. 4.* quando, quod rejecerat *lib. 3. c. 5.* ad constitutionem tam Oligarchiæ, quam Democratiæ, duas causas conjungit, divitias cum paucitate, inopiam cum multitudine Item quando nobilitatem, magnitudinem, pulcritudinem, ex quibus quasdam gentes principes sibi delegisse refert, ad numerum revocat, inquiens: *Nam si magnitudine quoq; imperia deferant, ut in AEthiopia quidam ajunt, aut ex forma, esset Oligarchia: Ex guus namq; est numerus & formosorum & Magnorum* Ad quod enim cætera, quæ per accidens accedunt, revocantur, illud est per se & essentiale. Sed infinita accidentia cætera, ex quibus Resp. componuntur, revocantur necessariò ad numerum Si enim quæras, cur, si pulcri, divites, nobiles, formosi imperium teneant, Respubl. sit Aristocratica, non est aliam assignare rationem, quam quod istiusmodi pau-

19. *Aliud argumentum contra Arist.*

ci sint. Vna enim res per unam differentiam & constituitur & distinguitur. Aristocratiæ aut Oligarchiæ una debetur essentia, quæ à nulla alia re accersi potest, quam paucitate dominantium, cum cætera accidentia sint infinita. Ideoq; nomen quoq: Oligarchiæ à paucitate, Democratiæ à populi multitudine datum fuit. Nec refert, quod Aristocratiæ nomen non quidem paucos, sed optimos viros complectatur. licet sit species Oligarchiæ in genere acceptæ. Non enim propriè species est, sed Analogicè, ut paulo post dicemus, & propterea, sicut regnum, ita Aristocratia essentialiter præsupponit optimā Reip. ad salutem publicam administrationem, quæ potius prima fronte à nomine exprimi debuit, quàm numerus, qui ipsi cōpetit propter innexum genus Analogicum.

Denique, ne longum faciamus, sic hanc disputationem concludimus: Vbi est eadem differentia, ibi eadem species, quæ ex differentia generi immersa constituitur. In tri- 20. *Item aliud.*

bus verò ab Arist. propositis & concessis Rerump. formis, concurrunt sæpè eædem differentiæ; Ergo ex sententia Arist: Monarchia, Oligarchia, & Democratia ubiq; non differunt specie. Aliquando enim & populus dives est, ut de Colophone testatur Aristot 4. *Polit. c. 4.* Aliquando paupertas non solum populum, sed magis premit Regem ipsum & Optimates. Quoties enim regia Scotorum bella unus ex subditis facilius sustinuit, quā Rex ipse? *Buchan. lib. 19. hist. Scot.* cujus annuos reditus ultra tonnam auri non excurrere scribit Boter *part. 2. Cosmogr.* Iam olim Hæbudum incolæ reges suos necessaria paupertate assuefacere volebant ad justitiam *Solin. c. 35. Polyhist.* & sæpe fit, ut privatæ opes subditorum superent paupertem principis, qui nihilo minus imperium Monarchicum obtinet in eos, qui divitiis se longè sint superiores. Nec Pelopidas & Epaminondas cum sui similibus, minus erant Optimates, cum pauperes Aristocratiam Thebanorum regerent, quam si eidem ditissimi quique incubuissent. Paupertas igitur communis est Regibus, Optimatibus, & plebi, & proinde unam Rempubl. discernere nequit ab altera, quia quod commune est, non distinguit Deinde, quod abesse & adesse potest absque rei interitu, accidens est, & ad Essentiam non pertinet. Constat

21. *Item aliud.*

verò ex iis, quæ huc usque diximus, Monarchiam, Aristocratiam & Democratiam in eodem statu permanere, licet circa divitias

tias & inopiam infinitis modis commutentur.

22. *Quod à numero Imperantium petatur essentialis divisio.*

A numero verò imperantium Essentialiter peti differentias primas Rerumpubl. facile demonstratu est, si modo repetiverimus *ex sect.* 1. Reipubl. essentiam consistere in ordine imperandi & parendi. Ordinis verò essentia potissimum recumbit in *Vno primo*, à quo omnem ordinem dependere dixit Arist 5. *Metaph. cont.* 16. 12. *Metaph. cont.* 52. quia illud unum est mensura cæterorũ, cum in unoquoq; genere reperiri unam naturam, mensuram omnium eorum, quæ sub genere comprehenduntur, idem Arist: docuit 10. *Metaph. cont.* 7. Id quo eò magis conspicitur in ordine Reipub. qui ita se habet, ut omnia à primo quodam capite dependeant & moveantur. Quia enim illud primum est de essentia Reipubl. & ad illud requiritur essentialiter unitas vel numerus, hic quoq; ad essentiam Reipub. per se attinet Ordo enim Reip. consistit in effluxu potestatis à Majestate: Aliter autem fluet ab uno à quo tota traditur, aliter à pluribus, aliter ab Vniversis: Sive jam universi inopes, sive pauci divites sint, propter illam qualitatem accidentariam, effluxus nihil mutatur, quemadmodum mutatur ex numero.

23. *Declaratur exemplo familia.*

Exemplum ex gubernatione domestica licet capias, vel de ipsius Arist sententia 8. *Eth. c.* 11. Nam si unus præsit familiæ, aliud regiminis genus statuit, quam si maritus & uxor simul, aut fratres præsint ex æquo, nulla facta mentione divitiarum & inopiæ, quas & per se planum est, nihil ad distinctionem juris domestici cõferre. Sola variatio in numero personarum variat speciem juris, quemadmodum etiam in corpore humano patet. Ostendimus enim *in Observ. & qq. Anat.* Sedem animæ & principis in corpore membrum esse Cor, quæ est sententia Arist,

24. *Et Oeconomia corporis humani.*

3. *de part. anim c.* 3 *&* 4. *Averrh.* 2 *coll* 9 *c.* 9 *Alex. Aphrod. de an. c. ult. Themist. in lib. de somn. c.* 13. *Zabar. de part. anim. c.* 7. 8 9. *Piccol. de sed. anim per tot. Varol lib.* 2. *Anat c.* 1. Sive jam calidum sit cor, sive frigidiusculum, sive humectetur vel siccetur præter modum, sive alia aliqua qualitate afficiatur, nihil immutatur Oeconomia totius corporis, quam diu omnia vegetantur ab uno principio. Quam primum verò unitas subvertitur, & pro uno corde subnascuntur bina, jam subversa est Respubl. corporis, & pro perfecto homine nascitur monstrum! Tantum in ordinis principio potest numerus, quatenus à primo principio prodeuntem potestatem distrahit, & diversitatem in ordinis essentia constituit. Meritò igitur à numero desumimus primam essentialem Rerump. divisionem, eo, quo mox subjicie-mus, modo.

De divisione & speciebus Rerumpubl. SECT. 5.

1. *Vitia & Virtutes Rerump. separandas ab initio à legitimis speciebus.*
2. *An Respubl. propriè accepta dentur species.*
3. *Rejicitur opinio eorum, qui duas Rerump. species primas constituunt.*
4. *Divisio Platonis examinatur.*
5. *Alias species Rerump. assignari ab aliis.*
6. *Non posse autem plures quam tres primas species constitui.*
7. *Monarchiam.*
8. *Oligarchiam.*
9. *Democratiam de quarum nominibus agitur.*
10. *Singulas dividi in Rectas & Prolapsas.*
11. *Qualis sit hæc divisio.*
12. *Demonstrationem esse genus Analogum,*
13. *Nec non Bonum.*
14. *Et Amicitiam.*
15. *Ad quarum legem accedit & dividi debet Resp.*
16. *Quemadmodum illi dividunt Feudum & Majoratum.*

ANte omnia autem removenda est divisio Reipubl. in vitiosam & probam, quam supra desumsimus ex fine. Non enim Essentiam, sed qualitatem Reipubl. dividit, nec speciem aliquam constituit, sed accidentariam diversitatem. In eo enim plerique falluntur, qui bonitatem cum essentia, differentiam cum accidentibus confundunt quemadmodum Polyb. *libr.* 6. Sex species enarrans, prolapsas in eadem serie collocat cum rectis: & Patrit: *libr.* 1. *de Republ. t.* 4. dum dividit Respubl. in popularem, optimatum & paucorum, non 1. *Vitia & virtutes Rerũp. separantur à speciebus.*

diſtinguit inter Oligarchiam probè conſtitutam, quæ eſt optimatum, & prolapſam, quæ in ſpecie nomen generis retinet. Ariſt. enim 4. *Polit. c.* 2. *&* 3. Ariſtocratiam non aliter diſtinguit ab Oligarchia, quam virtute, omneſq; illius labes, ſpecies hujus conſtituit. In ſe enim conſideratæ Reipubl. ſpecies non ſunt niſi tres, *ut docet Ariſt.* 8. *Eth. c.* 10. 3. *Polit. c.* 5. *& ſeqq.* Neſcio enim

2. *An Reipub proprie accepta ſint ſpecies?*

quid ſibi velint illa Paurmeiſteri verba, *libr.* 2. *de jurid. Imp. Rom. c.* 1. *num.* 3. *Reipub. propriè accepta nulla ſunt ſpecies, ſed unum tantum genus ut vera eſt Socratis apud Platonem ſententia, Ubi ἓν εἶδος τῆς πολιτείας eſſe dicit, libr.* 4. *de Rep. in fi. Impropriè tamen pro adminiſtrandi & exercendi πολιτεύματος ſeu κυρίας, ſive ἀρχῆς πολιτικῆς τῆς ἀρίστης forma accepta vetus Socratica apud Platonem in Polit. diviſio eſt, in Monarchiam, Ariſtocratiam, & Democratiam.* Reſpub. enim impropriè non accipitur pro gubernatione τοῦ πολιτεύματος, niſi & impropriè eam Ariſtot. definivit, dum dicit: *quod*

3. *Quidam duas ſpecies Rerumpub. conſtituunt.*

ſit τάξις, ſive ordo principum poteſtatis in ſubordinatas & in totam civitatem; nec facile eſt aliam Reipubl. eſſentiam fingere, quam hanc, ex qua cum diviſio ſit extructa, procul dubio erit eſſentialis & legitimas Rerumb. ſpecies conſtituet. Idem porrò Paurmeiſt. *ibid. n.* 6. prima duo membra diviſionis conſtituis: μοναρχίαν & πολυαρχίαν *ut & Frider. cap.* 29. *Polit.* ſeu ut Machiav: *c.* 4. *de princip. Rempubl. & principatum*, & hanc ſubdividit demum in Ariſtocratiam & Democratiam. Oſtendimus verò alibi, nullius artis eſſe dichotomias, quæ ſine arte conſtituuntur, & Galen: *lib.* 1. *Meth* ridet vanas diviſiones, quæ ſpecies non pariunt, quemadmodum idem Paurm. *lib* 1 *Iurid. c.* 3. *n.* 20. duo tantum genera juriũ Majeſtatis proponit. Policratia enim, cum ſpeciem nullam intermediam Reipubl. conſtituat. fruſtra interſeritur, & ad ſpecies cõſtituendas ſatius eſt, immediatè, cum Ariſt. Rempub. in Monarchiam, Ariſtocratiam, & Democratiam diducere, quia aliter ſe habet majeſtas in paucos, aliter in omnes cives ſparſa. Plato quidem *lib* 3 *de ll* duas propo-

4. *Diviſio Platonis.*

nit quaſi *matres, ex quibus*, inquit, *ſi quis alias dixerit originem ducere, rectè utiq; dicet, quarum alteram principatum unius, alteram populi appellare decet: Alterius quoq; ſummum tenere Perſarum genus, alterius Athenienſes putandum eſt: Cætera verò forma omnes hinc variè componuntur.* In hac diviſione Platonis petitur principium ſpecierum à numero, quia ex Monarchia & Democratia cæteræ non componuntur, niſi propter numerum. Quod verò Ariſtocratiam ex ordine ſimplicium excludat, quaſi compoſitam ex coalitu Monarchiæ & Democratiæ, admittendum non eſt, quia licet medium locum obtineat inter utramque: tamen ex utraq; non componitur, perinde ut colores omnes oriuntur ex confuſione perſpicui & opaci. Nam ſi numerum 30. cogites medium inter 10. & 50. non ſtatim eum ex utroq; confundis. Multò minus verò Ariſtocratia media idonea eſt componi ex Domocratia & regno; quia ut primùm in conſortiũ regni ſecund⁹ vel tertius aſciſcitur, aut populo univerſo imperiũ adimitur, nihil regiũ, nihil populare manet. Ex intereuntibus autem non fit compoſitio.

Propterea Barclaius ſcribit: *lib.* 3. *cont. Monarchom c.* 4. *De eo, quod ſint tres formæ Rerump. omnes Politici, alijs licet in rebus diſcordes, nullo excepto, & verbis & animis conſentiunt*, quod quam verè dictum ſit, ex 5. *Multifariã ſpecies Rerump aſſignari.*
doctrina Platonis, & Averrh. patuit, nec non ex Polyb. Patrit: & aliis, qui quinq; ſex aut octo, primas Rerump ſpecies excogitarunt: Si verò ſemotis præjudiciis, rei veritatem intueamur, non poſſunt niſi tres primæ ſpecies conſtitui. 6. *Tres eſſe primas ſpecies.*
Si enim ſcribit Cicer. 2. *de divin. à Platone philoſophiſq; ſe didiciſſe, Reſp. tum à principibus teneri, tum à populis, aliquando à ſingulis.* Item 3. *de Rep.* & ex eo Auguſt. 2. *civ. DEI c.* 21 *Reſp. res eſt populi, cum benè ac juſtè geritur, ſive ab uno Rege, ſive à paucis Optimatibus, ſive ab univerſo populo.* Seneca ait *Epiſt.* 19 *Interdum populus eſt, quem timere debeamus; interdum, ſi ea civitatis diſciplina eſt, ut plurima per Senatũ tranſigãtur, gratioſi in ea timeãtur viri: interdũ ſinguli, quibus poteſtas populi & in populũ data eſt.* Conciſius Tacitus, 3 *Annal. Cunctas nationes & urbes, populus aut primores, aut ſinguli regũt.* Græci quoq; plenis velis huc appropetãt, niſi quod in nominib⁹

non

non per omnia cōsentiant. Aeschines dicit: *Apud omnes homines tres esse Politias: τυραννίδα, ὀλιγαρχίαν & δημοκρατίαν.* Isocrates item *in Panath.* nisi quod pro Tyrannide nominet *μοναρχίαν*. Herod. *lib.* 3. non nisi tres status, de quibus Otanes, Megabyzus, & Darius contendunt, proponit *ἰσονομίαν, ὀλιγαρχίαν & μοναρχίαν* quas totidem repetit Halycarn. *lib.* 4 ubi disputatur de Rom. Rep. ordinanda ejecto Tarquinio: nec non Xenoph. *libr.* 1. *Cyrop. in pr.* qui tamen Tyrannidem veluti diversam & à regno distinctam enumerat. Plutarch. *in lib. de Monarch.* *Tres* inquit, *sunt Politia formæ, Monarchia, quæ unius est dominatio: Oligarchia, quæ paucorum: Democratia, quæ penes populum summam gubernationis ponit.* Reliquæ autem intentione & remissione horum ortæ, vitia potius sunt & corruptelæ, quam formæ Reipublicæ.

7. *Monarchiā.* Primam generali nomine *μοναρχίαν* vocant Plato *in Polit.* Plutarch. *Monarch.* Isocrat. *in Panath.* Aristot. 4. *Polit. c.* 5. *& seqq.* Apul. *libr. de Philos. in fin.* Aeschines vocat *Tyrannidem*, quia antiquitus *teste Aemyl. prob. in Miltiad. Tyranni* dicebantur, *quicunque potiebantur perpetua potestate in civitate aliqua libertati assueta*, adeò ut ipsum Iovem *Tyrannum Deorum* indigetet Aristoph. *in Nubib.*

8. *Oligarchiā.* Alteram generali & adæquato nomine *ὀλιγαρχίαν* appellant Aeschin Herod. *libr.* 3. Plutarch. *de Monarch.* Thucyd *lib.* 1. Cæterum Aristot. 3. *Polit. c.* 5. *& seqq.* 4. *Polit. c* 4 *& seqq.* imitatus Platonem *in Polit.* Oligarchiam accipit in partem deteriorē pro corrupto statu paucorum, quem in sensum Aristocratiam poni pro eorundem probo & benè constituto regimine, quam alii pro tota hujus generis latitudine accipiunt, à potiori & præcipuo analogato denominationem petentes.

9. *Democratiam.* Tertiam sub communi Democratiæ vocabulo comprehendunt Aeschines, Plato *in Polit* Plutarch. *de Monarch.* Apul. *in fin. de Philosoph.* quibus maximè suffragatur notatio nominis. Polybius verò *lib.* 8 Democratiam accipit pro statu populari optimè instituto, cui opponit *ὀχλοκρατίαν καὶ χειροκρατίαν*: Aristoteles è contrario Democratiam proponit, tanquam *παρέκβασιν* Politiæ sive status popularis benè constituti, dum huic relinquit nomen, generis nimirum Reipubl. seu Politiæ, eò quod ad communionem rerum publicarum status popularis quam proximè accedat. 3. *Polit. c.* 4. *& in pr.* 5. *Polit. passim.*

Sic igitur, ne essentialis divisio confundatur cum accidentariis, quarum multas proponit Boter. *libr.* 2. *de Polit. Illustr. c.* 2 Simplices tres species Rerumpubl. ordinandæ sunt, & postea singulæ dispescendæ in *Rectas & Prolapsas*, quia hæc divisio omnibus speciebus ex æquo communis est, singulis attribuenda, ductu Aristot. 3. *Polit. c.* 4. *&* 5. Platon 7. *de Rep. in pr.* Plutarch. *in li. de Monarch.* Apuleij *in fin. lib. de Philos.* Volaterr. *lib.* 6. *s. de Polit.* Sebast. Erric. *li.* 1. *discurs. de Rep* Guliel. de la perriere *en son Miro. Polit. in pr.* Hurault. *libr.* 1. *des Estats. ch.* 3. Pacius *l. b.* 3. *Polit. c.* 5. *n.* 20. Bodin 2. *de Republ. c.* 1. Thom. Victor. Sepul. Montecat. Camerar. Cas Zwinger. Giphan *in comm.* 3. *Polit. ad c.* 5. Piccol *grad Mor.* 10. *c.* 7. *&* 8. Dan. *lib.* 2. *Pol. christ. c.* 6. Bodenst *l br.* 1. *Disq. Polit. c.* 4. — 10. *Singula dividi in rectas & Prolapsas.*

11. *Qualis sit hæc divisio.* Nec multum difficultatis in ea re supererit, si quæ huc usque deduximus in memoriam revocentur. Tantum illud superest considerandum, si Monarchia dividatur in regnum, Despotiam, & Tyrannidem, & simili modo reliquæ respubl. dirimantur in optimè & minus probè constitutas, qualis ea divisio sit censenda. Specifica censeri non potest, quia ordinis natura, in quo consistit essentia Reipubl. nihil mutatur, sed refertur tantum ad alterum, atque alterum finem. Sciendum verò est *ex* 4. *Metaph. c.* 2. 1. *Eth. cap.* 6. non omnia genera, quæ dividuntur, esse *univoca*, sed quædam etiam *Analoga & dici ab uno ad unum*, qua ratione sese habere Ens respectu Dei & creaturarum, *lib.* 1. *Metaph. part.* 1. *c.* 8. prolixe ostendimus. Longius enim distat imperfecta creaturarum Essentia à simplici & infinita perfectione essentiæ divinæ, quam despotia à regno, aut vitiosa quæpiam Democratia, ab æqualitate Arithmetica Politiæ. Ita se habere demonstrationis definitionem ad omnia ejus genera in Logicis dictum est. Aristot. enim *in* 1. *Post. Anal. usque ad tex.* 95 unius demonstrationis principia, — 12. *Demonstratio est genus Analogicum.*

 condi-

conditiones & proprietates declarat, quam Græci vocant *κυρίως ἀπόδειξιν*, ex proxima immediata causa, satisfacientem omnibus quæstionibus. 2.*Poster.cap.*1. recensitis, cui meritò principatum totius Logicæ tribuit Themist.1.*post.cap.*2.cum ob certitudinem, tum ob nobilitatem & quod una opera quæstionibus omnibus respondeat. Licet enim Averrhoës. 1.*Post. comm.*54. 55. 56. 95. *Epit. num.post cap.*2 3.4.2.*Physic.com.*22. 6. *Physic.com.*62.2. *de Cal. comm.*35. *Potissimam*, quam vocat demonstrationem divellat in duas, quarum una demonstret, tantum propter quid, altera & hoc & τὸ ὅτι: tamen ipse utramque sub nomine principalis demonstrationis complectitur, *Epit.*1.*post.cap.*3. & nulla datur causa quæ demonstret τὸ διότι, quin simul, quantum est ex vi demonstrationis, evincat & inferat τὸ ὅτι Ab hac porrò deficit illud demonstrationis genus, quod non notificat, nisi *QVOD*, cujus duas diversitates subjicit Aristoteles. 1.*Post.tex.*95. *&* 96. *A signo* seu *Effectu*, & à *Causa remota*. Non autem sunt hæ legitimæ demonstrationes, quia nec scientiam pariunt, nec proprietatibus demonstrationi asscriptis insignitæ sunt, sed defectus quidam & lapsus à regula, de quibus nomen Regulæ, seu veræ demonstrationis perinde prædicatur, ut nomen Monarchiæ de Dominatu & Tyran-
13. Vtrū bonum. nide. Eandem Analogiam notavit Aristoteles 1.*Eth.cap.*6. in Bono idque de ipsius Platonis contra cujus Idæale Bonum disputat, sententia. Alcinous enim *cap.* 30. *de doctr.* Plat. & Plotin. *Enn.*1.*libr.*8.*c.*2. *Enn* 6.*lib.*7, contendunt bonum primò complecti summum & absolutum bonum, sicut disputat Plat. *in Phileb. & Lys.* Nec tamen propterea à censu & definitione bonorum excludenda, quæ per ejus participationem bona evadunt, quemadmodum Diogenes *apud Ciceronem libr.* 3. *de ll.* definit bonum, *Quod natura absolutum est, & αὐτοτελείας suam in se habet*, & Seneca ubique *quod honestum est. Epist.*31. *quod sincerum est Epist.*71. *&* 88. *aut secundum naturam, Epist.*118. Nam & iis, quæ *commoda* tantum dicenda disputat Seneca *Epist.*87. inest particula Bonitatis & hujus definitio competit, sed Analogicè, seu posterius, cum prius dicatur de Bono per se. In amicitia idem notare est, quæ ex omnibus bonis exurgit, *Honesto, Vtili, jucundo*, 8.*Ethic.c.*3.*&* 4. sed veræ tamen amicitiæ typum & Idæam gerit tantum illa, quæ fundatur in virtute: cæteræ in tantum amicitiæ nomen merentur, quantum ad hujus perfectionem & indolem accedunt. Parem verò in Rerumpublicarum hac divisione rationem esse, ex iis, quæ dicta sunt, in promptu est cognoscere, & tradit conceptis verbis ipse Aristot. 3. *Polit. c.*1. Maximè enim nomen Reipublicæ meretur, in qua referuntur omnia ad publicum bonum: ab hac in quoque genere deficiunt cæteræ, donec ad extremum deveniatur. Sic regia Monarchia prolabitur in Dominicam, quæ nondum planè vitiosa est, & tolerabilior Tyrannide, donec publicum bonum prorsus vertatur in privatum, & degenerent omnia in pejus. Interim, sicut demonstratio à posteriori, amicitia, ex jucundo & utili, Ens creatum & finitum, retinet nomen generis, sed cum additione: Ita prolapsa quoque Respubl. sub nomine generis collocatur, sed cum adjectione, Reipubl. vitiosæ aut prolapsæ. Pari omninò ratione, qua ICti Feudum dividunt in *proprium & improprium, In rubr.cap.*1.*de feud.non habent. propr. à natur.feud.* quam divisionem Schradet.*part.*2.*de feud.c.*3. vocat *summam* feudorum divisionem; seu *In Rectum & non Rectum, per c.*1. *de consuet. rect. Feud.* Rectum seu proprium, quod omni sui parte ad rationem feudorum communem, quam habent ex jure communi vel consuetudine, confirmatur, *c.* 1. *§. præterea, quid sit Invest.* Improprium, quod aliqua parte deficit, *Schrad.d.c.*3.*num.*2. unde & *degenerans* dicitur. *Vultej.libr.*1.*c.*8.*n.*38. Non enim hæc divisio species eruit, sed feudum dividit ab. Vno ad Vnum, quemadmodum ostendimus Resp. quoq; dividi, quamq; in suo genere & ad majoratus Hispanicos accommodatur Ludovv. Molin. *libr.* 1.*c.*1.*nu.* 23.*de primog. Hisp.* quorum alios *proprios* esse dicit in quibus succedit primogenitus, alios *improprios* quibus substituitur alius quispiam ex liberis.

14 Nec non amicitia.

15. Item Respub.

16. Et Demum Feudum.

CAPVT

CAPUT II.

DE MONARCHIA IN GENERE.

SUMMARIA.

1. *Vtrum Monarchia sit prima Rerumpubl. & secundum naturam.*
2. *Monarchiæ rationem non aliter constare, quam si uni reddatur.*
3. *Quid sit Monarchia.*
4. *Vtrum satius sit ex stirpe per successionem accersere principem, quam per vota Electorum.*
5. *Vtrum Electio successione temperari possit vel debeat.*
6. *Vtrum omnia legitima Imperia originem traxerint ab Electione.*
7. *An Regnum inter filios Regis dividi debeat.*
8. *De jure primogenii, seu primogeniturę privilegio.*
9. *Qua ratione primogenitus teneatur prospicere fratribus.*
10. *De contentione inter patruum & nepotem.*
11. *Inter natum ante & post adeptam dignitatem.*
12. *De successione & exclusione fœminarũ.*
13. *De successione filiorum illegitimorum.*
14. *De successione Legitimatorum.*
15. *De speciebus Monarchiæ.*

SECTIO I.

Utrum Monarchia sit prima Rerumpubl. & secundum naturam.

1. *Quare inter Respubl. primò agendum de Monarchia.*
2. *Monarchiam esse primam Rerumpub.*
3. *Eidem se subtraxisse Athenienses, qui primi creduntur Democratiæ autores.*
4. *Origo Monarchiæ ex natura.*
5. *Bodini ratiocinatio contra Aristotelem.*
6. *Rejicitur.*
7. *Tres Babylonis conditores.*
8. *Nimrodus an idem fuerit cum Nino.*
9. *Primitus homines vixisse sine Republ.*
10. *Unde orta Monarchia.*
11. *Monarchiam demonstrari à natura.*
12. *Magnos patresf. ab initio dominatos fuisse ad instar Regum.*
13. *Ideoq; facilè in perfectos Reges abiisse.*
14. *Antiquorum regna extitisse voluntaria.*
15. *Monarchiam esse antiquissimam Rerumpubl.*

Postquam in genere de Rebuspubl. egerat Aristot. 3. *Polit. à c. 4. usq. ad c.* 10. exorsurus singularum specierum explicationem, initium facit à Monarchia, *d. c.* 10 non quod sit perfectissima, aut simplicissima, aut prima origine, sed quod propter Simplicitatem cæteris sit notior & facilior cognitu, tum etiam quod ad reliquarum notitiam tanquã regula illarum plurimùm conferat. Accidit tamen, ut sit simul simplicissima, quemadmodum dictum fuit, & perfectissima, quemadmodum post explicatas omnes species dicemus & deniq; ante alias quascunque nata, quemadmodum omnium historicorum cõsensus testatur. Iustinus historiam suam sic exorditur: *Principio rerum, gentium, nationumq; omnium imperium penes Reges erat. lib.* 1. Isocrates *in Panath. Priusquam Democratia & Oligarchia nomen notum erat, Barbaricæ gentes & omnes Græciæ civitates regibus parebant.* Halyc. *li.* 5. *Omnes Græciæ civitates initiò sub regibus erant, sed postquam eorum nonnulli potestate abuti ceperunt, magna pars publicum statum mutavit in leges ac magistratus omni potestate ac dominandi ratione transcripta.* Cicero 3. *de ll. Omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt, &c.* Antiquissimum quippe Regni nomen: *Le plus ancien nom du commancemant est le Royaume, Claude Fauchet, li.* 1. *de Orig. dignit. & magistr. Franc. c.* 1. Si Plinio credimus *li.* 7. *c.* 56. primi Athenienses introduxerunt populares administrationes, cũ primis seculis etiam ipsi obedivérint regib. *teste Thuc. lib* 1. & Cecropẽ ultrò admiserint Regem, quod in duodecim oppida palantes homi-

1. Quare inter Resp. primo agendum de Monarchia.

2. Monarchiam esse primam Rerumpub.

3. Athenienses primi Democratia autores.

homines coëgisset. *Pausan. in Attic. Strabo lib. 9. Trog. libr. 2.* A Cecrope dominati sunt Reges usq; ad interitum Codri, cujus filius Medon præfectus est Reipubl. nomine Archontis, *Pausan. in Attic. Euseb. in Chron.* de quo scribit Patercul. *libr. 1. Codri filius, Medon, primus Archon fuit. Ab hoc posteri apud Atticos dicti Medontidæ: sed hi insequentes Archontes usque ad Charopem, dum vivebant, honorem usurparunt, inde perpetui Archontes esse desierunt, cum fuisset ultimus Alcmaon, cœperuntq; in denos annos creari, quæ consuetudo in annos 70. mansit, ac deinde annuis commissa est magistratib. Resp. Ex iis, qui denis annis præfuerunt, primus fuit Cherops, ultimus Eryx: ex annuis primus Oreon.* Aristot. 1. *Polit. c. 1. ad fin.* ex societatum progressu naturali, regni exortum ante

4. Origo Monarchiæ ex natura.

cæteras Resp. sic deducit. *In domibus privatis primùm dominabatur pater postea ex liberis, & natis natorum propagabantur gentes, oriebantur pagi, in quibus de consuetudine domestica, pristinam erga nepotes suos reverentiam & autoritatem obtinebat ὁ πρεσβύτατος, seu grandævus pater, donec sensim ad civitates processum fuit & mutata multitudine parentium, imperium domesticum quoq; mutatum in publicum, paternum in regnum.* In *lib. 3. Polit. c. 11. 4. Polit. c. 13. 5. Polit. c. 10.* aliam originem regnis attribuit, sed non minus ex dictamine naturæ deprõptam. Quia enim virtutis excellentiæ natura regnum deberi credebant, & in angustis regionibus pauci reperiebantur virtute excellentes, inde exortum fuit regnum, cum imperium isti uni ex multis in manus traderetur. Item, cum magnis beneficiis civitatem demereri, paternum animum declaret, siquidem paternam & regiam amicitiam beneficiorum magnitudine discernit Arist. 8. *Eth. c. 11.* parentum & regum loco cœpti sunt haberi etiam illi, qui magno aliquo beneficio populum affecissent, quemadmodum Cecropi ob collationem civium in oppida, Theseo ob collectionem oppidorum in civitatem seu ἄστυ, Melantho ob Monomachiam, qua Xanthum Bœotorum ducem, bellum Atheniensibus inferentem, stravisset, regnum donarunt Athenienses. *Pauſ. in Attic. Strabo, lib. 6. & 9.* Rectè & verisimiliter ex naturæ impulsu regnum eduxit Aristot.

5. Bodini ratiocinatio contra Aristotelem.

cujus doctrinam insectatur Bodin. 2. *de Republ. c. 1.* quasi ex fabulis poëtarum potius deductam, quam veritate historiæ: Cum omnibus persuasum sit ac perspicuum, Monarchiam omnium primum in Assyria fuisse constitutam Nimerodo principe, quem sacræ literæ *potentissimum venatorem* appellant, loquendi genere Hebræis familiari, quo verbo *Latronem* significari volunt. Plato quidem *in Polit.* ut probet, regem debere homines excellere, quemadmodum homo excellit animalia cætera sibi subjecta, & in hoc regno nihil esse violenti sed subditos illi parere ἑκουσίως ut ait Plato, aut ut accommodatius Arist. 3. *Polit. c. 9. in fin.* ἀρχομένων, advocat regnum Saturni, ad quod alludit Aristot.

6. Quæ Aristotelem non tangit.

d. c. 9. Verum Aristotelis sententia à fabulis procul est, & ex naturæ ipsius ordine educitur, & veritati historicæ optimè consentit. Neque refert, quod Bodin. omnem Monarchiam violentam faciat, unius Nimrodi exẽplo, quia quod uni nationi violenter inductum fuit, alteri induci potest sponte. Nam Arist. *d. c. 9. & 11. libr. 3. Polit.* non omnibus naturale esse regium imperium perspicuè ostendit, si videlicet æqualis æqualibus, aut deterior imperet melioribus: sed si dignior & virtute excellentior indignioribus & minus prudentiá conspicuis præficiatur. Cum verò talis Nimrodus non esset, sola fortitudine & potentia celebris, mirum non est, si venando seu latrocinando gentes sibi vi subegerit. Fuit enim idem Nimrodus, qui *c. 10. Gen. Potens venator coram Domino* dicitur, & *c. 11.* tacitè innuitur autor & regnator Babylonis, ad cujus ædificationem cum populo suo à montibus in planum progressus erat. Tres quippe Babylonis conditores nominant tàm sacræ, quàm profanæ literæ. De

7. Tres Babylonis conditores.

Nimrodo testatur Moses *d. c. 10.* quod initium regni ejus fuerit Babylon, quam idem à confusione linguarum denominat *d. c. 11.* Semiramidem conditricem Babylonis jactitant, Herod. *lib. 1.* Diod. *lib. 3.* Strab. *libr. 16.* Mela. *lib. 1.* Iustin. *lib. 1.* Hieron. *in cap. 2. Oseæ.* Daniel verò, *cap. 4.* introducit Nabuchodonosorem gloriantem: *Nonne hæc est Babylon magna, quam ædificavi.* Cæterum Beros. Annianus Semiramidi non afscribit nisi

m... ampliationem urbis de qua Ovidius 4. *M... am.*

Vbi dicitur altam
Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbē.

& Pererius Nabuchodonosori restitutione. *l. 15. in Gen. disp. 4 lib. 5. in Dan. p. 25.* Plerumq; enim nomen Autoris non soli primo fundatori, sed & restauratori & innovatori attribuitur. Quemadmodum Nehemias autor murorum Hierosolym. dicitur *Ecclesiastici 49* quos tantùm refecisse legitur, *c. 1. & 2. & 4 Nehem.* Quin etiā verba Nabuchdonosoris, vesanam jactantiam redolent, & plus autori arrogant, quam competebat. Tribuit quidem Curt. *li. 5* Babylonis ædificationem Belo: sed cum à Nimrodo non distinguunt Euseb *in pr. Chron.* Hieron. *in c. 2. Ose.* August 16. *de Civ. Dei. c. 17.* Primus igitur Babylonis conditor esto Nimrodus, quē

8. Nimrodus ... cum Nino

perperam Geth Mercator *in Chronol, ex lib. 4. recogn. Clement.* cōfundit cum Nino, quia Ninus non condidit Babylonem, sed Niniven, & cum Babyloniis, jam à Nimrodo constitutis, pugnatum venit. *Oros. lib. 2. c. 6. Euseb. præpar. Evang. c. ult.*

9. Primitus homines vivebant sine Regibus.

Quicunq; autem is fuerit, non negamus violentum fuisse imperii illius initium, quia αὐτῷ τῷ κατακλυσμῷ ὄντι ἰδιώτῃ ... βασιλεία, ait Georg. Cedren. *in compend. histor.* imò etiam post diluvium sparsim & vicatim habitabant illi, ad quos, quæ longissima est hominum memoria excurrit, testibus Plat. *in Polit.* Thucyd. *li. 1.* Arist. *1 Pol. c. 2.* Plutarch. *in Thes.* Cic. *pro Publ. Sest.* Tacit. *3 Annal.* Vitruv. *lib 2. c. 1.* Horat. *1. Sat. 3.* Virgil. *1. Georg.* Eorum alii sub jugum coacti sunt à Tyrannis, quorum primum constituit Hieron, *in Tradit. Hebr. ad Gen.* Nimrodum, dum ait:

10. Unde orta Monarchia.

Nemrod arripuit insuetam primus in populo Tyrannidem, regnavitq; in Babylone. Alii verò sua voluntate sibi præfecerunt optimos quosq; ex universis civibus, justitiæ fruendæ causa & ut alienis vigiliis somnum suū sincerum sibi præstarent & non interruptum. Id quod non solus Arist. docuit, sed & Cicero *lib. 2. Offi.* *Cum premeretur initio multitudo ab his, qui majores opes habebant ad unum aliquem confugiebant virtute præstantem, qui cum prohiberet injuriā tenuiores, æquitate constituenda summos cum infimis pari jure retinebat.* & *li. 3. de R. Omnes antequam gentes Regib. paruerunt quondam, quod genus imperij primum ad homines justissimos deferebatur.* Hesiod. eidem fini Regem a Iove datum asseverat, *Patrit. de regn. & regis instit. li. 2 t. 1.* & Seneca prolixè: *Natura commenta est Regem, quod & ex aliis animalib. licet cognoscere & ex apibus, quarum Regi amplissimum cubile est, medioq; ac tutissimo loco, præterea onere vacat, exactor alienorum operum, & amisso Rege, totum dilabitur examen. Nec unquam plus unum patiuntur, melioremq; pugna quærunt. Præterea insignis Regis forma est, dissimilisque cæteris, tum magnitudine, tū nitore. li. 1. de Clem. c. 19.* Imò non solis apibus Regem 11. Monarchiam monstrari à natura.

unum imposuit natura, sed ut ait Cypr. *in tr. de Idolor. vanit. In gregibus quoq; Dux unus, & in armentis Rector unus & grues* (hoc addit Hieron *in Epist ad Rust. Monach.*) *unam sequuntur ordine literato, c. In apibus 7. q. 1.* Si enim non ex natura prodiret Monarchia, sed per violentiam reb. humanis introducta fuisset, stabilis nunquā foret, quia omne violentum, quod contrarium est naturæ, aut expugnatur tandem à natura, aut expugnat naturam. *3. Eth. c. 1.* Vnde fit, ut nullū violentum possit esse diuturnum, *1. de Cal. tex. 15*, ne dum perpetuum, *lib. 2. de Cal. tex. 17. Vis consili expers mole ruit sua. Horat. lib. 3. Od.* Proinde, sicut Tyrannis stabili nunquā pede quiescit, quia invitis inducitur, *4 Pol. c. 10* ita de regno ex eadem ratione concludendum esset, si cum violentia ubiq; inchoaretur. *Qui diroit*, ait Gallicus scriptor, *que Seigneurie fut entreprise par la violence des plus forts sur les moindres: peu de merveilles, seroit voir subvertir ou muer chose fondee, sur si petit & inique commencement. Maistre Alain Chartier dedans son Curial. Pasqu. livr. 5. des recerch. ch. 15.* Si enim ultra ætatem Nimrodi ad an. 50. aut paulò minus respicias, omnis multitudo, ait autor histor. Eccl. *c. 37. & 18. in Gen* tres supra se Duces habebat, Noæ filios, qui licet non dominarentur ut Reges, quemadmodū rectè notavit Danæ *li. ult. de prima mundi at. c. ult.* & Peret. *in Gen li. 15. super c. 10. vers. 8 & 9.* præsidebant tamē, ut magni patrisfamilias, ad instar Regum Nā & jus vitæ & necis exer- 12. Magni patresf. ab initio erant loco Regum.

 cebant,

cebant, *Gen.c.* 8. & bellis finitimorum inju-riis propellebant. *Gen.c.*14. *&* 33 nemini, ni-si Deo summo subjecti, *Gen.*21 *&* 34. Quā-lita verò accessione, ex tantis familiis civita-tes, & patribusfamil. cum summa potestate, Reges fieri potuerint, licet facili conjectura, cum Aristot. assequi queamus: tamen satius est ex ipsius historiæ veritate cognoscere. Nam cū duodecim filios Ismaelis nominasset Moses, *Gen.c.*25 cum civitatibus & domibus suis: *Totidē*, inquit, *erant illi populi prin-cipes.* Item cum recensuisset posteritatem E-saui dispersam in terra Edomitica, *Gen.c.*36. in singulis familiis, Principes & Reges secundum ordinem stirpium; superaddit: Ex senioribus enim. aut virtute aliqua singulari conspicuis patribusfam. creabantur, à voluntariis nepotibus Reges, quales quidem fuisse minutos quosq; Reges, quorum in primis seculis ubiq; fit mentio, vero admodum simile est, *ex c.*14.34.36. *Gen. Iob. c.*1. atq; hac ratione apparet, quomodo ab initio homines sese ultrò subjecerint patribusfamilias, mox eodem animo familias auctiores commutarint in voluntaria regna, licet alicubi non defuerint, qui cum Nimrodo vicinos invaderent, & præter ductum naturæ, regnandi principatū vi & armis auspicarentur. Quod enim Carolus Paschal. *de legat. cap* 5. dicit: *Plura imperia Vi enixa est, quam Electio. Plura fundaVit felix temeritas unius, quam inconcinnus consensus plurium Paucissima nominari possunt, quibus libera suffragia gentium initium dederint, quale fuit Dejocis primis Regis Medorum*, de corrupto, prava regnandi ambitione, seculo intelligendū venit; non de melioribus annis, cum procul omni violentia, solius naturæ impulsum pia vetustas comiter sequeretur. Nam Aegyptiorum, quos pro antiquissimis mortalium multos habuisse testatur Ioseph. *contr. Ap-pio. Gramm.* primam Remp. regnum constituit Ioseph. 8. *Antiq c.*1. & Diod. Sic. *libr.*1. Polyd Virg 2. *de InVent. rer. c.*2. usq; adeò ut Herod. *libr.*2. testetur, ipsos sine rege vivere nunquam potuisse. Ex Aegypto Cecrops venit, qui ducta in uxorem Actæi filia, qui tunc Actam in Græcia regionem tenebat, quæ post Attica dicta fuit, regnum itidem Athe-niensium condidit, *Pausan Attic. Strab. li.*9.

13. *Et facile in Reges abibant.*

14. *Antiquorū regna extitisse voluntaria.*

trecentum & aliquot annos ante excidium Troje. Nam ad bellum Trojanum [illegible] fuisse reges, sive ad expugnādum, sive ad propugnandum, & ab Aenea exule undiq, in vē-tos reges, quibuscum pugnandum sibi erat, ex Homeri & Virgil. poematis liquet, & fragmētis Dictys Cretensis *de bell. Troj.* Imo ducentos annos ante Lacedæmon. Spartam cō-diderat, & Thebani, Argivi Messenii, Macedones. adeoq, omnes Græciæ insulæ Tyrannis ut tunc vocabātur, cum propter abusum regum, nomen potestatis nondum in [illegible] venisset, sponte sua subjecti erant, perinde ut Latini Larthi suo. Non enim tam homines quàm Deos & Heroas eos credebant, ut testatur Fabius Pictor *in fragmen* [illegible] *ætate nulla erat Monarchia, quia mortalib. pectoribus nondum hæserat ulla regnandi cupiditas. Principes, quia justi erant, & rel[igioni] [illegible] bus dediti, jure habiti Dij & dicti.* In o[rbe a]pud Garamanthas & Indos, quos ultrà sinum orbis projicit Virgil. *Georg* regulos offi[illegible]runt Cambyses, *Herod libr* 3. & Alex. M. *Ar-rian. in hist. Alex. ad fin.* cum in eos expeditiones susciperent, & plerosq; Americanorum regibus paruisse retulit Columbus, exceptis Pariensibus, qui annos mag[i]stratus sibi præficere solebant. *Martyr. d. c.*1. *libr.*1. Vsq; adeò etiam extra mores & disciplinam exclusas gentes solus impetus naturalis ad regiam Monarchiam tulit, cui idcircò inter Respubl. cæteras meritò primum locum originis attribuimus, quemadmodum præter Isocr. *in Panath.* Plat *in Pol. &* 3. *de ll.* Arist. 1. *Pol. c.*2. 3. *Pol. c.*11. 4. *Pol. c.*13 Iustin. *lib.* tradunt & consentiunt Cic 3. *de ll. pro Sest.* Salust. *de conjur. Catil.* Tacit. 3. *Annal.* August. 4. *de CiVit. Dei c.*6. *& ibi ViVes in comment.* Barclai. *lib* 2. *contra Monarchiam: part.* 2. *&* 3. *c.*2. Castell. *libr.*3. *de offic. Reg part.* [illegible] Hurault. *lib.*1. *des offi. d'estat. ch.*4. Claude Fauchet. *li.*1. *de orig magistr. Franc.* [illegible] 1. Lett. de Andlo. *lib.*1. *de Imp. Rom c.*1. Canonher. *in Tac p.*104. Criph. & Vict. *in* 1. *Pol. c* 1. Itē *li.*3. *c.*11. Montec. *lib.*1 *c.*3. *sec.*13. *in exolam. & Schol* Bell. *li.*1. *de sūm. Pont. c* 2. Hippol. à Coll *c. de pr* Iun. *q.*4. *Polit. in p. de Mo-narch.* Heg. 1. *part. quæst.*6. *num* 2. [illegible] Vida *lib.* [illegible] *de Reipubl. d gn.* Patrit *de regno t.*3. Cortas. *ad cap.*2. *in princ. nu.*15. *de orig.* 15. *Monarchiam esse primam Rerumpub.*

fur

lur Kpi... *libr* 10.*Polit*. Aristot. in princ.

SECT. 2.

Mo[illegible] rationem non aliter constare quam si uni reddatur.

1. *Dualitatem Imperantium pugnare contra naturam Monarchiæ.*
2. *Quis genuinus sensus versiculi Homeri, εἷς κοίρανος ἔστω.*
3. *[illegible] interpretatio damnatur.*
4. *Incommoda divisæ Monarchiæ.*
5. *Infidam esse regni societatem,*
6. *Inde à principio mundi.*
7. *Exemplum à Regibus Spartiatarum.*
8. *Triumviratus quare sit stabilior Duumviratu.*
9. *Nec tamen accedit ad stabilitatem Monarchiæ.*
10. *Quibus de causis plurium dominium necessario sit inquietum.*
11. *Duos Reges se mutuò destruere.*
12. *Quanta sit vis ambitionis & regnandi cupidinis.*
13. *Quæ armat liberos in parentes & vice versa.*
14. *Ne dum fratres in se invicem.*
15. *Quod probatur pluribus exemplis.*
16. *Multo igitur minus feret imperiũ duos alios naturali vinculo non connexos.*
17. *Omnem Regem esse impatientẽ consortis.*
18. *Probatur dictis & factis.*
19. *Exemplum divisæ Monarchiæ in Re. R.*
20. *Remedium contra dissensiones Monarcharum.*
21. *Quod parum proficuum repertum fuit.*
22. *Multos Imperatores per dissensiones amittere occasionem rei bene gerendæ.*
23. *Divisionẽ Monarchiæ repugnare rationi.*

1. Monarchia [illegible] Ut igitur ad Monarchiæ naturam explicandam ordine progrediamur, ex nominis [illegible] notatione præsupponendum est, ad summa gubernacula in hac Reipubl. specie non admitti, nisi unum, quod vulgato versiculo posteritatem admonuit vetustissimus scriptorum Homerus, *lib.2.Iliad.*

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς.

2. [illegible] sensus. Solebant enim exercitui uni sæpè bini Imperatores, apud Græcos, ex divisis provinciis in unum contractis, præfici, interdum cum pleno, interdum cum diviso imperio, *versiculi Homerici.* quem morem Vlysses improbare volens, omnem multitudinem Dominantium condemnat. Calvinus *c.6.Inst.§.8.* interpretatur de duobus tantum, qui potestatem omnem in solidum singuli capiant. In hunc quippe sensum accipit ipse Arist. 11. *Met.tex.*11. quãdo Vnum mundi caput & Rectorem constituit, ne Entia maneant divulsa, & in varios fines abripiantur, id quod similitudine declaravit Thom. Aquin. *lect.*9 *in fi. Sicut non esset bonũ, quod essent diversæ familiæ, in una domo, quæ invicem non communicarent. Et lib* 3.*Pol.c.*4.*circa fin.* dubitat, utrum Homerus per πολυκοιρανίαν intelligat, Democratiam, cũ plures præsunt, tanquam unus Monarcha, an cũ plures præsunt, tanquam singuli. Perperam n. hæc duo confundit Bellar. *lt.*1.*de Rom. Pont.c.*2. dum Calvini interpretationem impugnans, idem esse, dicit, sive priori sive posteriori modo interpreteris, quod si ita est, cur dubitat Arist. *d.c.*4. utro modo accipi debeat? Quantum verò intersit inter utrumq; sensum, facile est advertere, si posteriori modo cogites potestatem integram manere apud singulos, ex quo imperandi ordo prorsus aboletur, priori verò dispersi quidem in plures singulos, sed apud omnes in universum manere, tanquam penes unum, unde ordo imperandi & parendi non perit. Sic enim Myeipsa duos legitimos filios cum Iugurtha, successores in regno cõstituerat, pari autoritate, iisdem imperiis omnia gubernaturos. *Salust. in Iugurth.* Nec illud alterum Bellarmini argumentum alicujus momenti est, quando de unitate Regis in Regno disputare, nihil aliud esse dicit, quam nugari & disputare: *Vnum hominem, non esse plures homines.* Nam in Aristocratia quoq; ex nominis vi non admittuntur ad rei gubernacula, nisi optimi: & tamen non alios admittendos disputat Arist. 3. *Pol.c.*5.11. & 12. Non enim de Rebuspubl. disputamus in Idæa aut Abstracto, sed prout variis mutationibus ex hominum pervicacia & fortunæ occulto impulsu obnoxiæ sunt. Sic enim sæpè fit vis nominibus, & sicut Optimatibus se ingerunt non rarò indigni: ita Monarchiæ individuum sceptrum sæpè capessunt plures,

3. *Interpretatio Bellarmini damnatur.*

plures, quorum dominatum instabilem, contentiosum, & præposterum, omni jure condemnavit Homerus, non quidem in universo mundo, ut hinc inferre laborat Bellarm. *ubi supra*, sed in exercitu, & propter rationum consensum, in quaque Republica. Nam, quod Bellarm. tertio loco objicit, Homericum Vlyssem concionari non ad unam aliquam provinciam, sed totius Græciæ exercitum, in quo multi erant Reges, & hinc conficere laborat, ex ratione Vlyssis ne bonum quidem judicari, si mundus plures habeat Rectores, illud directò sententiæ Bellarmini per jugulum reduci potest. Nã si exercitus major fuisset, quam qui ab uno regi potuisset, non suasisset Vlysses ejus moderamen unius imperio subjici. Græcia verò, respectu totius mundi, quid est, nisi exiguus angulus? quid reges, nisi parvarum Insularũ Domini, qui modò Persis, modò Macedonibus, & modò sibi invicem per vices, modò Romanis & deniq; cuivis Tyranno simul paruerunt. Ab exiguo verò exercitu, ad totius mundi amplitudinem, propter infinitam distantiam, nulla probabilis duci potest consequentia. Et proinde ex sententia Vlyssis convinci nihil potest, nisi quod in exercitu regendo plus possit unius, quam multorum imperium, quod, quia tam verum est, de diviso inter plures, quam singulis attributo in solidum imperio, de utroque accipiendum putavit Arist. 3. *Polit.c.*4. nec satis scitè Calvin. *d.* §. 8. ad solos Monarchas, Majestatis in solidum capaces, illud detraxit.

4. *Incommoda divisæ Monarchiæ.* Quæ verò incommoda ex multorum dominatu sentiant Respubl. inferius declarabimus, nunc quàm sit infidus & subditis noxius Duorum principatus, in Monarchia, ad investigandam ejus definitionem, & verificandam nominis impositionem, succinctè ob oculos ponemus. Non enim abs re dictum fuit à Poëtis:

Nec regna socium ferre, nec tadæ sciunt.
Sen. in act. 2. *Agam.*
Vel,
Non benè cum socijs regna Venusq; manēt.
Ovid. 2 *art. amand.*
Vel, ut Statius *libr.* 1. *Thebaid.*
Summo dulce unum
Stare loco, sociisq; comes discordia, regnis.

Arduum ait, Tacit. 4. *Ann. in pr. E... potentiam & concordiam esse.* E... *insociabile* dicit esse *regnum.* & *...aras inter fratrum concordias*, ubi agit de nece Britannici, a qua Nero imperium, perinde ut Tiberius à cæde Agrippæ, auspicatus erat, *Tacit. lib.* 1. *Ann.* Item:

Ambitiosa pios collidit gloria fratres, *lib.* 6. *Stat.*

Exemplum addit Lucan. *lib.* 1. *Pharsal.*

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas, 5. *Infidelitas regni.*
Impatiens consortis erit: nec gentibus ullis
Credite, nec longè fatorum exempla petantur,
Fraterno primi maduerũt sanguine muri.

Sive enim ob auguriũ, ut prius, ita felicius, sive, quod mœnia fratris transilierit, non sine specie irrisionis, Remus ceciderit, & sive Romulus ipse, sive Fabius Celer manus in hanc necem accommodarit, non alia de causa ipsum cecidisse apparet, nisi ex æmulatione & ambitione impatiente. *Liv. libr.* 1. *Dionys. li.* 1. *Plut. in Rom.* Quod si fraterna sanguinis communio non potuit ambitionem 6. *Inde à principio mundi.* Remuli compescere, qui potuisset æquanimitas Fabii Sabini, quem invitus in consortium consecrati regni admisit advenam? Licet enim non modo commune, sed & cõcors regnum duobus regibus fuerit à principio, post paucos tamen annos Tatium à Laurentibus impunè occidi Romulus sivit, quam rem sic memorat *Livius libr.* 1. *Eam ne... minus ægrè, quam dignum erat, tulisse Romulum ferunt, seu ob infidam societatem regni, seu quia haud injuria cæsum credebat.* Quidam ex patribus longius retrò trahit, ad primæ in mundo civitatis fundatorem, qui fratrem Abelem, pro felici auspicio condendæ urbis Deo quē suo sacrificio minus propitium viderat, immolavit. ex puro æmulationis zelo Hieron ait *in Epist. ad Rust. Monach. Roma, ut cõdita est, duos fratres simul Reges habere non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebecca vero utero, Esau & Iacob bella gesserũt, Abrahã & Loth de ... discẽdũt Gen. c.* 13. Tã est consortii impatiens Majestas, ut fratrũ etiam naturalē amicitiam præ sui cupidine dirũpat. Inter primos ...

tæ Re-

7. *Exemplum egregium Spartanum.*

... Rege Hippocoontē regno pepulit Tyn-[illegible] frater, ut solus rerum potiretur fine [illegible]. Mox cum Heraclidæ in Peloponnesum reversi, Aristodemi binis filiis Spartam de[illegible], & ab eorum [illegible] binos sibi semper Reges præficerent Lacedæmonij, tam ordinatis contentionibus inter se pugna[illegible] ad bellum, in quo maximè damnosa & exitialis solet esse discordia, progressio alter [illegible] alterum cogerentur domi retinere, quemadmodum Plistoanactes domi mansit cum Agis duceret in Argivos, & Demaratus, cum Cleomenes iret in AEginetas. *Thucyd. lib.5. Herod. lib. 6* Pausanias, qui omnia [illegible] acta ad calculos sedulò revocavit, vix una in re ambos concordes exhibere potuit. *In Lacon.* & primi gemelli perpetuis vol[illegible]atibus inter se, quoad vixerunt, disse[illegible]runt. *Pausan. in Lacon.* Cleomenes, cum lege prohiberetur solus in regio sedere solio, invitus revocavit Archidamum fratrem Agidis ex altero latere regni socium, mox tamen eum trucidari, si non jussit, saltem conniventia sua impunè passus est. *Plutarch. in Cleom.* Apud Romanos, priusquam [illegible] statum Monarchiam reconvalesceret, turbata Democratia incidit prius in triumviratum, Lepidi Antonij & Augusti, qui quidem duumviratu paululum stabilior censetur, sed stabilitatem, Reipubl. debitam, nullibi

8. *Triumviratus quare stabilior Duumviratu.*

unquam adeptus est. Cæsar quidem, Crassus & Pompejus talem inter se societatem coierunt, ne quid ageretur in Republ. quod displicuisset ulli ex tribus *Sueton. in Cæs. c. 19.* Ea autem societas, non stabat virtutis vinculo, aut studio Reipubl. sed mutuo metu, ut ait Florus: *lib. 4. c. 2. Mutuo metu tenebantur*, & Plutar. *in Cæs. Occiso apud Parthos Crasso, qui utrique imminebat, reliquum erat Cæsari, quo evaderet maximus, ut eum qui erat, prostigaret: ad id devitandum, ut anteverteret eum, quem formidabat toll[illegible].* Pari ratione qua imperium Italiæ utrinque affectantes Ludouicum Sforzam, & Ferdinandum Neapolitanum, reprehendisse Laurentium Medicem *comme un contrepoix*, scribit Guicciard: *l. b 1.* & Comines *l. br. 5. cap. 18.* dissensiones vicinorum principum dicit facere ad securitatem Reipubl. dum mutuo metu sese cohibent, Childebertus Rex Metensis licet jam diu leviter benè vellet Fredegondi Chilperici I. regis Paris: uxori & Clothario filio, non ausus tamen fuit arma expedire, quam diu Gontramus rex Aurel. viveret & incertum relinqueret fratrem, cui se parti esset appliciturus. *Aimon. l. br. 3. c 82.* Imperium vero vi quod

9 *Nec tamen accedit ad stabilitatem Monarchiæ.*

fit, aut metu continetur, stabile & firmum censeri non debet: Facilius quidem gliscunt duorum animi, quando nullo vel interno nodo colligantur, sed quid si duo ex tribus syncretismum faciant, & conjurent in exitium tertij, quem timent? quemadmodum Augustus Lepidum & Antonium ad fœderis communionem invitavit, ut conjunctis operis primùm funus faceret Bruto & Cassio, mox ipsos confœderatos pari arte oppressurus, ut ait Xiphil. *ex Dion. in Aug.* Nam cum à Lepidi imbelli & effœta senecta nihil admodum metuendum esset, Augustus belli occasionem quæsivit in Antonium, per latus Fulviæ uxoris & Lucij fratris vivo adhuc & spectante ex remora Libya Lepido. Adoptatus paulò post in consortium est Sextus Pompejus, sed propter unius liberti defectionem exclusus, contra quem cum opem Augusto ferre Antonius simulasset, parum abfuit, quin ipsum Augustum opprimeret. Debellato Pompejo, Augustus in Lepidum vim obvertit, nactus occasionem ab importunis Lepidi contentionibus qui prædæ & victoriæ perinde particeps esse volebat, ut fuerat sumtuum & laboris in occupanda Sicilia. Revera autem Augustus, quam diu presserat, nec in apertum producere ausus fuerat, quamdiu Lepido ad Pompejum desciscendi & Octavianas partes prægravandi occasio patebat, inimicitiam, victo Pompejo, in apertum produxit, & Lepidum, antequam se recolligere, & novas copias amicitiasq; sibi comparare posset, tàm castris, quàm provinciis exutum, privatum in Italia, quantillum ætatis supererat, transigere coegit, ut prolixè scribit Dion. Usque adeò perpetuis contentionibus obnoxium est trium vel quatuor imperium; Sed multò magis duorum. Augustus primùm cum Lepido & Antonio simul, mox cum Antonio solo non præfuit Reipubl. nisi annos duodecim, eosque non intermissis bellis

10. *Quare plurium Dominatum sit iniquum.* cruentatos. Expugnatis verò rivalibus, totos quadraginta quatuor annos, solus, quietè rerum potitus est *Sueton. in Aug. c.* 8. Reipubl. enim natura consistit in ordine. Ordo refertur ad unum primum, sive simplex, sive per unionem plurium. Vbi verò plures præficiuntur cum plena potestate, ubi plures nasci ordines, & plures Respubl. necesse est, quia singuli ordines pendent à singulis capitibus. Nec enim minus monstrosa censenda Respubl; triceps, quam corpus, nec minus in diversas partes distrahetur, quam si hydram aliquam cogites ex diversorum animalium capitibus congestam, unâ caudâ, ad suum quoque propositum abusuris.

11. *Duos Reges se mutuò destruere.* Aristoteles tàm absurdum hoc esse putavit, ut fortiori nullo argumento ad excludendam Deorum multitudinem sibi opus esse putaverit: 12. *Metaph. tex. ult.* Nam, dicente Athanasio, *in orat. adVers. Idol. Vt multitudo Deorum, nullitas est Deorum: Ita quoq; necessè est multitudinem principum id efficere, ut nullus princeps esse videatur.* Imò eò difficilius duo principes in officio continentur, quò magis homines regnandi cupidine inescari verisimile est.

12. *Ambitionis & regnandi cupidinis quanta sit vis.* Illa quippe omnium affectuum vehementissimè agitat ambitiosos homines, in ore & corde perpetuò circumgerentes illos Euripidis versus *in Phaniss:*

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν, τ' ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών,

quos unicè à se dilectos sic vertit Iulius Cæsar:

Nam si violandum est jus, imperij gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas. *Suet. in Cæs. c.* 30.

Paulò secut Polynices apud Senecam:

Pro regno velim
Patriam, penates, conjugem flammis dare.
Imperia precio quolibet constant benè.

in Theb. act. ult. in fin. Macro, post occisum Sejanum potentiam indeptus apud Tiberiũ, non dubitavit C. Cæsari, futuro hæredi, Enniam uxorem immittere, amore juvenem inliciens, pactoque matrimonij vinciens, nec quicquam abnuens dum dominationis adipisceretur. *Tac. 6, An. num*, 9. Agrippina nec ipsa impudicitiam horruit, Pallante adultero, ut ejus opera in Imperatorium arriperet matrimonium, *imo* inquit Narcissus, *ne quis ambigat, decus, pudorem, corpus, cuncta regno viliora habuit. Tac* 11. *Annal. n* 14. Regum historias intuere à condito mundo. sacras profanas nulla de causa parentes & liberos in se mutuò vel sæpius vel crudelius armatos, excussa omni reverentia & exuta humanitate invenies, quam ob regnandi certamen. Absolon Davidi 2. *Reg. cap.* 15 Adramelech & Sarasares Sennacheribo, 2. *Regum c.* 19 Phraates Phraati regi Parthorum, *Ioseph.* 18. *antiq. c.* 3. *Appian. de bell. Parth.* Nicomedes Prusiæ *Iustin. libr.* 25. *Appian. de bell. Mithrid.* Pharnaces Mithridati, *Dion. li.* 37. *Appian. de b. K. Mithrid.* Philopator Ptolemæo Evergeti, *Iustin. libr.* 2. Childericus Sigeberto, *Gregor. Turon. libr.* 2. *cap.* 40. Alexander & Aristobulus Herodi *Ioseph. libr.* 15. *antiq & lib.* 16. *in pr.* omnes filij patribus regna eripere, conati sunt, & ut voto potirentur, ne parricidio quidem abstinere timuerunt, quos Alexander Herodis filius sic excusat: *Spem & cupidinem dominandi propellere magnos quosque animos, ad audendum altiora, quam natura patiatur. Ioseph. libr.* 16. *Antiq. c.* 8. nec enim, dicente *Tacit.* 15. *Annal. numer.* 7. *cupidine dominandi ullus affectus est flagrantior*, Tullia non verita fuit carpentum agere supra cadaver patris jussu suo trucidati, *partemque sanguinis ac cadis paterna cruento vehiculo contaminata ipsa respersaq; tulit ad penates suos. Liv. libro* 1. M. Antoninum Philosophum decessisse non morbo, quo laborasse vulgò creditur, *Herod. lib.* 1. *in pr. Capitol. in M. Ant. Phil.* Sed peremtum à Medicis, qui Commodo gratificabantur, certò se accepisse testatur Dion, & ex eo Xiphil. *in M. Anton. f.* quid passus fuerit Henricus IV. Imp. ab utroque filio, apud Helmold. *in Cron. Sclav.* Sigeb. *in Chron* Paul. AEmyl. *libr.* 5. *gest. Franc.* Sigon. *lib.* 9. *hist. Ital.* qua pietate Ludovicum filium remuneratus totidem filij, apud Thegan. *in Vit. Ludov.* Nithard *de dissen. fil. Lud.* & AEmyl. *libr.* 2. Quid Eduardus I rex Angliæ. apud Frossard *lib.* 1. Quid Selimus in Bajazethem patrem

13. *Quæ inter liberos & parentes & è converso.*

apud

apud Vlss *in hist. Tar.* Quid Themer Hoschar ex Tartaror. Savolhensium in patrem Chrivam, apud Sigism. Bar. *in descr. Tartar.* legere est. Nec ulli ævati desunt parricidia, amore regnorum, à liberis in parentes perpetrata aut vice versa à parentibus in liberos. Ptolemæus Physcon filium Memphiten, ne ab Alexandrinis contra se Rex crearetur, se inspectante, & supplicij executorem dirigente, in frusta dividi jussit eaque pro munere natalitio matri transmisit, *Val. lib* 9. Mithridates filium, aureis catenis vinctum ob suspitionem affectati regni, occidi jussit. *Appian. de bell. Mithrid.* Irene filio Constantio oculos excidit, *Zonar. in Iren.* Sigismundus rex Burgundionum filium strangulavit, *Turon. libr. 3. cap. 5.* Solymannus Mustapham, ab uxore supplantatum, quò filiis suis Imperium præservaret, crudeliter strangulatum, exercitibus, à quibus amabatur, conspiciendum exposuit. *Busb. 4. Epist. 1.* Herodes Aristobulum & Alexandrum, sæpius frustrà apud Imperatores accusatos, tandem sua autoritate interemit *Ioseph. lib. 15. & 16. Antiq.*

14. *Nefas fratres in consortium.* Quod si parentes noluerunt in consortium imperij admittere liberos, & liberi in odium parentum longævitati, æquam concordiā sperare ausis inter fratres? Primus Imperatorum Vitus consortem imperij, quem Cæsarem sub Adriano dici cepisse, AElius Spartian. testis est *in AElio Vero,* sibi ascivit fratrem Domitianum statimque expertus est, quid non ambitiosa pectora cogat regnandi sacra fames. Non enim à primo die, imperij desiit fratri insidiari, & pene ex professo sollicitavit exercitus: *Sueton. in Tit. cap. 9.* Quin & gravi correptum valetudine, priusquam planè efflaret animam, pro mortuo deseri jussit, defunctumque nullo, præterquam consecrationis honore dignatus, sæpe etiam carpsit obliquis orationibus & edictis *Id. in Domit. cap. 2.* Tertia autem in commercium potestatis & dvvum imperium primus, *ut scribit Entrop. Abr. 8.* adoptatus fuit AElius Commodus Verus à M. Antonino Phil. cui Senatus soli Imperij plenitudinem obtulerat. Et licet libentius literis libere studere, Reipubl: cura in Marcum rejecta, cui, *ut ait Capitol.* obsequebatur *ut legatus proconsuli, vel præses Imperatori.* cum tamen ante senectutem vivis excederet, Marcus in sermonem venit. quod Verum vel veneno ita sustulerit, ut parte cultri veneno lita vulvam incideret, venenatam partem fratri edendam propinans, & sibi innoxiam reservans: vel certè per Medicum Posidippum, qui ei, tanquam Apoplectico, sanguinem dicitur intempestivè emisisse: quam fabulam licet Marci vitam capere neget Capit. *in Vit. Marci & Veri in fin.* verisimilius tamen creditum fuit, Verum & sororem Fabiani inuisse consilium ad Marcum è vitâ tollendum, idque per Agaclytum libertum proditum esse Marco. Paulò post Severus Bassianum & Getam fratres successores imperij reliquit, quibus simul fidem dedisse exercitus juraram, testatur Spartian. *in Geta.* Verum ut primùm Eboraci in Britānia expiravit pater nequicquam pro fraterna concordia laborante matre, in ipso itinere seditiones agitare ceperunt: quippe diversoriis mensaque nunquam iisdem usi, multumque cibum & potum suspectum habentes, ne alteruter ante capto tempore, ipse clam aut per ministeria veneno rem gereret. Ob eamque causam etiam iter properantius faciebant, tutius rati victuros ubi jam in urbem pervenissent, divisaque inter se regia, amplis ac spatiosis ædibus, majoribus etiam reliqua urbe, pro suo uterque arbitrio separatim agitarent: quò ut perrigerunt, partiti sunt inter se regiam, januisque secretioribus obstructis publicis tantùm atque atriensibus promiscue utentes. Quin & custodes corporis separatim sibi delegerunt, vix unquam congredientes nisi pauxillum duntaxat, ut in publico à multitudine ipsa conspicerentur. Nihil tamen hæc ædium divisio profecit, nec exinde destiterunt discordias quotidie & simultates exercere, insidiari inter se, moliri, parare omnibus modis, atque ea modò in animo habere, quibus alter dolo caperetur: postremò quicunque via grassari ad singulare imperium, ac nihil invicem prætermittere dum consortem potestatis extinguerent. Atque hac ratione utrosque vixisse, in omnibus factis suis & quidem levissimis in rebus obstinatè discor- 15. *Probatur multis exemplis.*

discordes refert Herod. *in Baß. & Get.* licet Spartian. *in Get.* Getam ab insidiis excipiat donec tandem impatiens æmulationis Bassianus fratrem in ipso matris sinu trucidarit, adeoque rebus humanis exemerit, priusquam in imperio concaluisset, quod parricidium ipse in Senatu tam lepidis exemplis excusavit: *Vlcisci illum, qui prior insidietur, ut justum est, ita usu quoq; jam receptum. Quippe, ne ipse quidem urbis hujus conditor Romulus germanum pertulit suis tantum operibus illudentem. Taceo Germanicum Neronis, ac Titum Domitiani fratres. Marcus ipse Philosophia simulator ac mansuetudinis, Lucij generi sui contumeliam non pertulit. Ego verò venenis comparatis in me, gladioq; impendente ultus hostem: quippe hoc illi sua opera nomen imponebat. Vos autem Diis gratias agite, quod alterum saltem vobis principem servaverint, neq; mentes vestras in diversa partiti, sed unum tantum spectantes Imperatorem, vitam securi traducite. Imperium autem Iuppiter sicut ipse inter Deos solus possidet: ita etiam uni tantum mortalium adjudicat. Herod. in Ant. Carac.* Vsq; adeò in imperio fratrum quoque gratia rara est. Ne parvum quidem Ibes oppidum, pacatè à fratribus patruelibus regi potuit, sed usque ad alterius necem certatum fuit. *Liv. lib.* 28. Etheocles pactus alternum imperium cum fratre Polynice, ubi semel dulcedine regnandi inescatus erat, oblitus pacti, exclusum fratrem non amplius admisit. *Diod. lib. 4. c. 6* Iugurtha non prius quievit, aut tutum se fore putavit, quam Adherbale & Hiempsale, quibus ipse per errorem Micipsa, tertius ex adoptione frater adjunctus erat, partim interfectis, partim regno pulsis, solus rerum potiretur, *Flor. Epit. lib. 72. & 74. Salust. in Iugurth.* Gundebertus Rex Longob. non destitit machinari in Berthalium fratrem, cum quo simul regnum iniverat, & perfecisset insidias, nisi utriusque contentiones stricto ense discidisset Grimoaldus. *Diac. lib. 3* Attila & Bleda fratres simul pacti erant sceptra Hunnorum, sed non dispari, quam dictum fuit, eventu. Nam Bledam insperata mors prævenit, eamque frater procurasse creditur: *Callimach. in Attil.* Conradus Rex Neapol. diviserat Italicas provincias & Siciliam cum fratre: Mox tamen, pœnitentia ductus, seu Monarchiæ amore incensus, mortem ipsi procuravit, quod negaret, Siciliam à regno avelli posse. *Summont. part. 2. histor. Neapol.* Asineus & Anileus fratres, exorsi erant fatali quadam seditione novum regnum & jam Mesopotamiam totam sibi subjecerant, & Babylonicum exercitum straverant, sed mutuis insidiis perierunt, cum majori natu fratris uxor venenum propinasset, & alteri per insidias domesticas Babylonij necem procurassent. *Ioseph. 18. Antiq. c. ult.* Turcæ parricidium hoc, boni publici lorica armatum fere in jus verterunt, nec licet illic fratribus impunè vivere, postquam imperium primogenitus & ex animi sententia auspicatus est.

Quod si ne fratrem quidem à natura ipsa in consortium datum, fert Monarchia multò minus feret Pompejus Cæsarem, quos nullum naturale vinculum, sed infida tantùm & in fraudem Reipubl. confarreata affinitas tam diu continet donec cujusq; videatur inservire rebus. Cum Cæsar in Alpibus præteriret oppidulum quoddam frigidum, jocantibus amicis, an illic etiam contentiones essent de principatu, substitit, & Mox, *Mallem*, inquit, *hic primus esse, quam secundus Romæ.* Hoc est, quod Lucanus, Regum quasi omnium depicturus indolem, dixit: 16. *Multo minus feret duos non æquales.*

Nec Cæsar ferre priorem,
Pompejusve parem poterat.

Omnes quippe nobis benè malumus, quam alteri: Reges verò ne alios quidem compati possunt, & extemplo, ut ceperunt esse pares, affectant esse superiores. *Regnum non capit duos, ut nec mundus duos Soles,* dicente Alexandro M. *apud Curt. lib. 5.* seu ut quidam ex Lydis ad Crœsum, qui fratri in regno locum aperuerat: *Omnium in terra bonorum autorem Solem vides: Si geminarentur Soles, periculum esset, ne omnia conflagrarent. Stob. Serm. 45.* Seu ut Solymannus Turcarum Imper. cum Mustapha filij cadaver in conspectum exercituum, à quibus nimio applausu exceptus fuerat, projecisset, per præconem acclamari jussit: *Vnus in cælo Deus, unus in terris Sultanus. Bod. lib. 6. de Republ. c. 4. Vnam coronam non conve-* 17. *Omnem regem esse impatientem consortis.*

niunt

nire apiè duobus capitibus, proverbio jactari, notavit Hotom *feud. d sp. cap. 28*. Severus, eos quoque adverti jussit, qui Bassianum, cum pater pedibus ægrotaret, Augustum dixissent, cum hac increpatione; *Tandem sentietis caput imperare, non pedes. Ael. Spart. in Sever.* Gordianus Iunior, cum se factioni Philippi imparem sensisset, nec imperium, retinere speraret, petiit, ut æquale saltem inter eos esset imperium nec impetravit. Deinde, ut loco Cæsaris, aut præfecti, aut Ducis saltem haberetur, quæ omnia negavit impatiens consortis ambi-

18. *Probatur dicto & facto.* tio. *Capitol. in Gord. Iun.* Ptolemæus Cæsarion, Cleopatræ ex Iulio Cæsare filius, à matre per AEthyopiam in Indiam amandatus, redierat ad Augustum Cæsarem, qui cum deliberaret, quid eo facturus esset, & Arius Philosophus mutatum Homeri versum subjiceret:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκαισαρίη, εἷς κοίρανος ἔστω

morti Cleopatræ ipsum dedit comitem, *Plutarch. in Anton. Dion. 51.* Domitianus, indigne ferens, Generum fratris albatos quoq ministros habere, quasi Imperatorium solium nimis propè accederet, proclamavit

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, &c. *Suet. in Domit. cap. 12.* quo versu jam ante usus erat Cajus Caligula, cum multi juxta se Reges de dignitate contenderent. *Suet. in Caj. cap. 22* Pyrrhus & Neoptolemus pacti inter se erant æquale & mutuum regnum, cæterum in quas discordias ex impossibili illa concordia prolapsi fuerint, prolixè subjicit Plutarch. *in Pyrrh. num. 2.* Maximum & Balbinum, præfecerat rerum summæ Senatus vel ob canitiem, quæ animos mollire solet nihil acturos sua ætate indignum. Cæterum de eorum concordia, ita memorat Herodian. *lib. 8 Forte accidit, ut ne ipsi quidem inter se satis congruerent, sed, (ut est rerum inexhausta aviditas atq; incommunicabilis natura potestatis) uterq; ad se summam imperij trahebat.* Diocletianum & Maximinianum ex insueta regnantibus concordia admodum commendat Mamertin. *in Panag. de* Pompon. Lætus ait: *Tanta fuit in gubernanda Republ. inter principes concordia, ut alter alteri, quamvis semper honesta cupiebant, nunquam repugnaverit: Verum Maximianus, ut filius patri Diocletiano obtemperabat.* Cæterum si feros & agrestes mores Maximiani intueamur, & ea quæ postea depositum imperium retentavit, non dubium est, quin coacta & simulata fuerit Maximiani concordia, cum etiam imperium adjecerit, invitus & repugnans, sed victus majestate Diocletiani, quem & ipse & cæteri Cæsares ut *parentem, seu DEI magni suspiciebant modo*, ut ait Victor *in Dioclet.* Nam cum pœnituisset Maximianum assensisse collegæ, contulit se ad urbem, simulans filio ad gubernacula auxilio fore: Sed repulsus ab exercitu, profectus est ad Constantinum generum suum ex Fausta, quæ in Galliis erat, & clanculum quærebat genero insidias. Res aperta est Viro per uxorem, quæ patri maritum prætulit. Itaq jussu generi, captus Massiliæ strangulatusque est. *Pom. Lat. in Dioclet. ad fin.* Zosymus dicit in desperationem rerum omnium adductum, apud Tarsum morbo periisse. *libr. 2. histor.* Quantis deinceps, cum imperium inter duos subinde divideretur, quamq; cruentis bellis depugnatum sit, inter Maxentium & Maximianum Gallerium Severumque: Inter Maxentium & Constantinum, Inter Licinium & Maximinum, prolixius est, quam quod breviter referri posset. Constantinus Constantiam sororem Licinio in matrimonium dederat, & provincias inter se diviserant, *nihilominus*, ait Zosymus, *cum per exiguum temporis fluxisset, exorta sunt inter eos dissidia, non quod Licinius causam præbuisset, sed quod Constantinus nationes quasdam ad imperium Licinij pertinentes avertere voluisset.* Victor rationem hanc addit: *quia imperia difficilè concordiam custodiunt. In Constantin.* Iam olim Iulia mater Getæ, & utriusque fratrum amici consilium inierant per divisionem provinciarum, ad concordiam redigere dissidentes Imperatores, *Herod. in Carac & Get.* quod tentatum fuit post Diocletiani & Maximiani ætates usque post receptum à Merovæi & Caroli M. Ludovvicique Pij successoribus in Galliis, necnon Angliæ Saxonicis regulis, quia istac ratione una Monar-

19. Exemplum divisæ Monarchiæ in Rep. Rom.

20. Remedium contra dissensiones.

chia dissilit in multas Monarchias distinctas, nisi unus maneat quasi Dictator reliquorū, quemadmodum & Marcum comiter observavit Verus, *Capitol. in Ver.* Maximianus Herculius Constantius Chorus, & Maximianus Gallerius Diocletianum, *Pompon. Lat. & Vict. in Diocl.* & inter filios Ludovici dominatum in cæteros sibi vendicabat, qui eum Italia sibi induerat nomen Imperatoris. Cæterum ne sic quidem satis cautum

21. *Repudiatur.* esse gliscentibus discordiis, Licinij & Constantini toties ex nihilo reiterata certamina ostendunt, *Zosym. in Constantino*, & ipsorum Constantini filiorum parricidiales cædes. Nam ut primum potuit Constans, minor natu, toto triennio pressas insidias, in Constantinum majorem natu expedivit, & subornatis sicariis fratrem interemit, idem passurus forte à Constantio, nisi Magnentius prævenisset; *Zosym. in hor. rebus gest.* Nam Constantium patruum, & cæteros imperialium signorum quodammodo participes, ad unū trucidarat, exclamantibus militibus: *Alterius neminis imperium se ferre paratos esse, quam Constantini filiorum. Zosy. ubi supra.* Clodovæi tres filij licet in totidē regna separarent provincias paternas & Theodorico Spurio Lotharingiam attribuerent, nisus tamen fuit Childebertus major natu omnia ad se retrahere, & Clodomiri quidem duos filios hæredes, patre mortuo, interfecit, cum fratre Clothario, donec viveret, bella gessit: *Gregor. Turo, libro tertio, Aimon. libro secundo.* Nec minori cum pernitie pugnatum fuit inter tres filios Clotharij I donec extinctis nequitia Brunhildis Childeberti duobus filiis, tota Gallia recideret in Monarchiam unius Clotharij II. Ludovici verò Pij filiorum parricidiales machinas, & hinc nata internecina bella non potuit satis exequi Nithardus, pars non parva ejus familiæ, integris libris quos scripsit *de dissensionibus filior. Ludov.* Usque adeò ne provinciarum quidem divisio cupiditatem absoluti dominij prorsus excindere, & dissensiones prævertere potuit. Fabius Max. novo more creatus simul cum Minutio Dictator, eodem consilio, divisit castra sua à castris Minutij, *Liv. in libro 22.* *Plutarch. in Fab.* & Romani Consulum eadem de causa imperia volebant esse alterna, ne contrariis jussis sese mutuò impedirent, & potestatis vim, in unione sola efficacem, obtunderent. Cum Philippus Augustus Rex Gall. & Richardus I. Rex Angl. expeditionem sacram simul suscepissent, nondum Siciliam egressi, in tantas inciderunt contentiones, ut Richardus de reditu consilia iniret, quod Regem Gallor. ad se solum imperium omne rapturum timeret. *Nicol. Gill. in Phil. Aug.* Atheniensium Imperatores, qui cum Nicia missi erant in Siciliam, altercando & rem perdiderunt & exercitus: *Plut. in Nic.* qua de causa Aristidis autor fuit exemplo suo novem aliis Imperatoribus, cum Miltiade contra Persas electis, ut uni Miltiadi, tanquam sapientiori, consilia sua submitterent, victoriæ momentum in unius Imperatoris imperio consistere ratus: *Plutarch. in Aristid.* quemadmodum & ad Trojani profecti Græci Agamemnoni jus vitæ & necis in reliquos omnes dederunt. *Arist. 3. Polit. cap. 10. Homer. Iliad. 2* Nihil enim pernitiosius, quam si Athenienses & Tegeates de dignitate & primo loco, aut Imperatores inter se de ordine aciei disputent, quemadmodum ante pugnam Platæensem factum erat, *Plutarch. in Arist.* quando periculum est in mora & non verba, sed manus exigit præceps occasio. Multos verò cum plena potestate vix est, ut invenias per omnia concordes, aut sine æmulatione: ideoque non abs re miratos esse homines Pelopidæ & Epaminondæ perennem fidamque amicitiam refert Plutarch. *in Pelop. in pr.* Quisque enim victoriam ad se trahere laborat, sicut Terentius properavit consil gere cum Hannibale, ne vincendi gloriam Æmylio Paulo relinqueret: *Plutarch. in Hannib.* & Agrippa noluit debellare Sex. Pompejum, quod non sibi, sed Augusto victurus esset. *Xiphil. in Dion. Aug.* Proinde, ut Tiberius dicere solebat: *Ratio in bello & imperio non aliter constat, quam si uni reddatur*, & Carolus Rex Neapol. Manfredi legatis pacem petentibus respondit: *Manfredum aut Carolum mori oportet: ambo reges esse non possumus*: *Papyr. Masson. libr.*

22. *Aliud argumentum contra Pœnitam.*

libr. 3. Annal id quod Clemens IV. Pontifex Roman. eidem Carolo in mentem revocatum voluit, cum consilium petenti, quid de Conradino legitimo regni hærede, sibi faciendum videretur, in hæc verba rescripsit. *Conradini mors, vita Caroli.* Status Scotiæ prudèter responderunt legatis Elisabethæ Reginæ Angliæ, quibus orabat Mariã Stuartam exulè in partem regni & consortiũ cum filio recipi: *Omnem imperij societatem esse periculosam. Buchan. libr. 19.* Drusus & Sejanus, quamvis imperio Tiberij constricti erant, tamen cum alterum tribunitia potestas, triumphalis dignitas, societas imperij, alterum præfectura prætorij inflaret. *Drusus*, inquit Tacit. *Ann. in fi. impatiens æmuli & animo commotior orto forte jurgio, intenderat Sejano manus & contra tendentis os verberaverat*, quæ res eò evasit, ut Sejanus Druso per latus uxoris venenum propinaret, æmulumque è medio tolleret. Rationi enim repugnat duos simul esse in una Republ. summos, *cap. in apibus 7. qu. 1.* prout *in libr. 1. de jur. maj. cap. 3. num. 1* prolixè demonstravimus, & Purpurat: ait. *in l. 1. de off. ejus, cui mand. Non possunt esse in eodem corpore duo capita, nec duo præsides in eodem Senatu, nisi subordinati, Thessaur. præfat. decis. num. 31.* ne unius sententia eludat autoritatem alterius. Galli, cum reipsa experti essent æmulationes Ducum Aurelianensis & Burgundiæ, qui Rempubl. ægrotante ex animi morbo Rege Carolo VI. vicario nomine regebant, unde ea mala eveniebant, quæ Herodianus enarrat sub discordibus auspiciis imperii Bassiani & Getæ, utrique administratione interdixerunt. *Gill. in Car. VI. Nam sive duces aliqui ac magistratus eligerentur, uterque amico suo potissimum suffragabatur: sive jus dicerent, semper diversa sentiebant, magno interdum illorum periculo, quorum res agebatur. Pluris enim studium suum, quam jus aut æquum faciebant, etiam in ludis ipsis diversarum semper factionum.*

11. *Rationi repugnat Monarchiam dividi.*

Quid sit Monarchia.

1. *Elicitur definitio Monarchiæ ex prædictis.*
2. *Quomodo Theologi accipiant Monarchiam.*
3. *Quorum sententiam censere voluit Bodinus.*
4. *Statuam Nabuchdonosoris non repræsentare omnia magna imperia.*
5. *Quo tempore futuram lapidis abscissionem indicet Daniel.*
6. *An Turca possit dici Monarcha.*
7. *Vitia externa non destruere Monarchiam.*
8. *An lege aut necessitate cogatur Turca fratres interimere.*

SECT. 3.

Ex iis, quæ hucusque disputata sunt, patet, Monarchiam esse individuam, & rectè definiri: *Rempubl. in qua gubernentur omnia imperio unius, penes quem residet suprema & libera potestas, indeq; in omnes Respubl. partes, tanquam a fonte in canales derivatur.* Quot præterea modis accipiatur Monarchia vide Tileman. *in discurs. Polit.* Theologi paulò secus accipiunt, non pro absoluto unius imperio in subditos, sed pro latissima unius Reipubl. jurisdictione in totum mundum, vel maximas ejus partes, quando quatuor tantum Monarchias constituunt secundum vaticinium Daniel. *cap. 2. & 7.* & secundum hanc significationem negat Iohann. Gerhardi *dec. 1. qu. 10. Polit.* Turcam posse dici Monarcham, quia quatuor tantum Monarchiæ exprimuntur à Daniele, Chaldæa, quæ & Assyria, Persarum & Medorum, (cum Daniel eversionem Babylonis non Cyro attribuat, sed Dario Medo, *cap. 5. ut & Esa. cap. 13. Ierem. cap. 51.* Iosephus verò *lib. 10. Antiq.* Dario & Cyro simul, *ut & Hieron. in cap. 5. Daniel.* quod ipse Daniel innuere videtur, *d. cap. 5.* divisum dicens regnum Balthasaris inter Medos & Persas) Alexandri M. & Græcorum, & denique Romanorum. In hunc quippe sensum interpretantur non tantum Nabuchdonosoris, *cap. 2. Daniel.* sed & Danielis visionem, *cap. 7.* Hieron. Theodor. Vatabl. Peret. Luther. Osiand. Bronchton. *in Daniel.* Hemming.

1. *Definitio Monarchiæ.*

2. *Quomodo Theologi accipiant Monarchiam.*

in pr. tom. 1. & tom. 4. Genealog. nec quisque huic interpretationi bellum movet, ut patet ex catalogo Autorum: quos notavit Meibom. *ad libr. Sleid. de 4. Monarch.* excepto Bodino *in Meth. histor. & 4. de Republ. cap. 2. in fin.*

3. *De censura Bodini.*

cujus ego disputationem in medio relinquo, nec visionem unam vel cum altera conjungo, vel ab altera separo, sed hoc saltem dico, Monarchiæ illam κατ' ἐξοχὴν significationem, quæ maximum imperium mundi denotare dicitur, non quadrare ad definitionem Monarchiæ Politicam, quanquam ne hoc quidem respectu, Turcarum Imperatori Monarchiæ nomen denegari potest. Nam causæ extiterunt singulares, quare quatuor tantum magna imperia DEVS ostendere voluerit Danieli, cum plura interim existere multò majora, quam fuerint ista propter sedem & mutationem Ecclesiæ maximè celebria, nihil prohibeat, & ut de sola statua Nabuchdonosori ostensa dicam, in ea non fuerunt omnia magna imperia representata, sed ea tantum, quæ successura erant in regno Nabuchdonosoris post annum regni 25 (quo verisimilius est eum somnium vidisse, ut interpretantur Ioseph. 10. *Antiq.* & Hieron. *in cap. 2. Dan.* annum secundum, quem illic nominat Daniel, sc. post devictos Syros & AEgyptios, quos anno regni 23. si Iosepho credimus, expugnavit) usque ad adventum Christi in carnem. Nam Medi longè lateque dominati jam erant ante victoriam Nabuchdonosoris per totam Asiam, quam Scytharum quoque expeditiones & latè patentia imperia aliquot annis infestam habuerant. *Herod. lib. 1. Iust. libr. 2.* Nec tamen in statuæ compage continentur, per quam voluit DEVS tantum ob oculos ponere, regna, quæ se invicem exceptura essent, sicut cohærebant partes statuæ. Scytharum verò, Carthaginensium, Pyrrhi, & aliorū magna imperia, nulla connexione attingunt aureum caput, seu regnum Assyriorum, ideoque nec eorum cum cæteris fit mentio, quando expressè addit Daniel, repræsentari imperia, quæ post Chaldæum sint exoritura: & quidem eò usque, dum lapis parvus sine manibus abscissus omnia adumbrata regna, sit comminuturus, qui lapis, quis alius intelligi potest, quam Christus, lapis angularis, *Psal. 118.* & in fundamentis Zion fundatus: *Esa. 28.* de quo omnes consentiunt. Sed Tertull. *in libr. ult. contr. Iudæ.* Thedor. *in cap. 2. Dan.*

4. *Statuam Nabuchdonosoris non repræsentare omnia magna imperia.*

5. *Quo tempore abscissio Lapidis intelligenda sit.*

accipiunt tempus abscissionis de ultimo & glorifico Christi adventu, quibus adversantur verba Danielis. Nam & ipse Luther. *in præfat. Dan. Christum,* ait, *indicari abscissum a populo Iudaico, & traductum ad gentes.* quod incarnatione demum factum est, de qua accipiunt & omnes illi, qui per *montem* intelligunt *corpus Beatæ Virginis.* Propterea enim non dicit Daniel: *Post illa tempora,* quando sc. venturus est Christus ad judicium, sed: *In diebus regnorum illorum.* Quin etiam parvum lapidem præviderat Rex. At Christus glorioso suo adventu non apparebit parvus, sed redibit in virtute & majestate. Denique dicitur excrevisse, qui exiguæ molis erat ab initio, lapis in magnum montem, quod nec ipsum aliò referri potest, quam ad regnum Christi in hac terra ex parvis initiis ad felicia deductum incrementa. Non possunt igitur Turcarum, Tartarorum, Hispanorum, Francorum, Saxonum, latè patentia imperia, quorum nonnulla Chaldæorum regnum inultis passibus vicerunt, ex albo Monarchiarum eradi, quia non fuerunt in statua Danielis inclusa. Nec enim de omnibus magnis regnis sollicitus fuerat Nabuchodonosor, nec de omnibus ipsum divina erudire voluit providentiâ.

6. *An Turca possit dici Monarcha.*

Omissa verò Theologica hac Monarhiæ significatione videtur idem Gerhardus, ne Politica quidem significatione Turcarum Imperatorem velle Monarcham dicere, propter barbaricam Tyrannidem, blasphemias in DEVM, contemtum eruditionis, dogmata Alcorani rationi adversa, & crudelitatem, quam exercet novellus Imperator in fratres. Quod si horum quædam impediunt, quò minus quis sit Monarcha, quid fiet de Nabuchdonosoris arrogantia, & in DEVM blasphemia, de Belsasaris impietate; quid de Xerxis fastuosa barbarie, Alexandri M. rapinis & Romanorum inculta audacia, inter quos, qui & sapientissimus habitus fuit Cato, Græcas literas *pestem* vocare solebat

bat *Reipubl. Plut. in Cat. Maj.* quo encomio donabat Licinnius Imper. eruditionem forensem. *Victor in Constantin.* Gravius enim peccatū fuit in omnib. Monarchiis, nec minus ludibrio habita Christiana religio, quam nunc fit apud Turcas de quorum erga Dominum fida subjectione, & disciplina militari: de historiarum & Philosophię studio, quibus nostris quoque moribus convitium faciunt, fide digna testimonia ex probatis quibusque autoribus parata haberem, nisi eventum, eorum omnium fidem superare quotidiè experiremur. Tantum ex supra dictis repeto, Monarchiæ essentiam externa illa vitia nihil destruere, imò ne fratrum quidem internecionem, quoniam nec Cyrus sine sacrilegio, nec Alexander sine iniquitate, nec Romulus sine duplici parricidio, nec Iulius Cæsar, nec quisquam ferè usque ad decrementum imperii incruentus conscendit solium Monarchiæ.

7. Vitia externa non destruere Monarchiam.

8. An necessitate cogatur Turca fratres interimere.

Turcarum verò sceptris lex ea de fratribus mactandis innata nō fuit à principio, sed Bajazethis I, & II. Mahometis II, Selimi I. & Solimanni I. perfidia sensim invaluit, cum Cyricælibes, quem Iovius vocat *in histor Turc. ad Carol. V.* aut Calepinus, quem Nicolaus Secundus *in libell. de Turc. orig. ad Pium Pap.* Mosen fratrem reliquerit filio Orcamo tutorem, *Aventin. in parten contr. Turc.* & hoc à patruo in carcere occiso, Mahometh. I. frater adhuc superstes esset, qui in regnum vacuum successit. *Vasco in Mahomet.* 1. Adde, quod sæviendi hāc necessitatem excuset Busbequius *Epist.* 1. per militum prætorianorum sublestam fidem, qui, si quis fortè fratrum sit, præter eum, qui regnat, superstes, congiariorum petendorum nullum finem faciunt: Si recusantur statim audit: *Salvus frater sit, Fratrem Deus nobis servet:* quo verbo designari *illum imperio non est obscurum: adeo ut fratrum sanguine manus polluere, & à parricidio regnum auspicari Turcis Imperatoribus sit necesse.* Nihil igitur obstat, quò minùs tam Tartarorum, Muscovitarum, Turcarum, Abyssinorum principes, quam reges Gallorum, Hispanorum, Anglorum, & qui sunt his similes, generali Monarcharum notione & definitione comprehendi queant.

Utrum satius sit ex stirpe per successionem accersere Principem, quam per vota Electorum. SECT. 4.

1. *Præsentem statum cujuscunq; Resp. esse bono civi boni consulendum.*
2. *Consueta, etiamsi deteriora, insuetis minus molesta esse.*
3. *Mutationem frequentem rerum bonarum esse deteriorem stabilitate malarum.*
4. *Præsenti conditioni acquiescendum.*
5. *Cautio pro hac controversia de Successione & Electione.*
6. *De sorte quod dirigatur à Deo.*
7. *Olim Deos ipsos confugisse ad sortem.*
8. *Cui & lčti locum faciunt.*
9. *Perinde ut nonnulli alij.*
10. *Quibus casibus aut quatenus sortis locus sit dandus.*
11. *Sortem ut plurimum aberrare.*
12. *Etiam prudentum consilia dirigere Deum.*
13. *Sortem & fortunam pari gradu ambulare.*
14. *Facilius sortes, quam consilia corrumpi.*
15. *Sortem non distinguere dignum ab indigno.*
16. *Aristotelem præferre Electionem successioni.*
17. *Idque optimo argumento.*
18. *Quod deducitur ex Novell. 5.*
19. *Et explicatur prolixè à Tacito.*
20. *Electionem præstare optimum Principem.*
21. *Id quod per partes probatur.*
22. *Qui bene imperat, eum paruisse aliquando oportet.*
23. *Melius enim ex suo ingenio & experientia quisque judicat, quam suggestione aliena.*
24. *Exceptiones adversariorum.*
25. *Facilius corrumpi Principem, qui succedit, quam qui eligitur.*
26. *Quod probatur exemplis.*
27. *Nec non ratione.*
28. *Remedium Electorum in principes degeneres, quo destituitur successio.*
29. *Rejicitur altera adversariorum exceptio.*
30. *Unius judicium facilè falli.*

31. Et multitudinem. ut plurimum aberrare.
32. Sed in probè institutu electione nihil tale timendum esse.
33. Probos naturaliter vergere ad probos.
34. Electorum vota circumscribi juramento.
35. Electionem non fieri pravam, nisi per accidens.
36. Ideoque ab Arist. & alijs successioni anteferri.
37. Quod & multis magnis principibus visum fuit.
38. Et consentit prima Regum origini.
39. Vbi Aristot. defenditur ab invectiva Bodini.
40. Dominatus innasci successionem: regnum vero etiam electioni parere.
41. Electionem corrigere vitia successionis.
42. Vnde per electionem successio sæpe interrumpitur.
43. Et exceptio adijcitur: Si meruerit, aut dignus sit.
44. Multitudo gentium; quæ successionem recipit, non ponit eam extra culpam.
45. Bodinum argumento suo confundere regna cum dominatu & Tyrannide.
46. Quænam gentium receperint electionem.
47. Successionem sæpe necessitate quadam devolvi ad liberam electionem.
48. Eamq; multis in regionibus hodie invaluisse.
49. Etiam in prima Roman. Republ. receptam.
50. Vtrum imperium Rom. fuerit hæreditarium, vel ex libera electione dependerit.
51. Militibus non posse tribui jus eligendi Imperatoris.
52. Imperium de manu in manum fuisse transmissum.
53. Probatur longa serie Imperatorum.
54. Vtrum primi Francorum Reges electi potius fuerint, quam successerint.
55. Electionem positam pro elevatione.
56. In stirpe Merovæi viguisse successionem.
57. Electionem accipi sæpe pro approbatione.
58. Successionem non habere hanc vim, ut queat per se bonum præstare principem.
59. Heroum filios ut plurimum degenerare.
60. Probatur autoritatibus.
61. E[illegible]xemplis.
62. Quid adversarij hic respondeant.
63. Politicum debere respicere ad ea, quæ fiunt ut plurimum.
64. Quibus ex causis fiat, ut degenerent liberi.
65. Examinatur ratio Physica.
66. Adduntur aliæ generaliores.
67. Tanguntur rationes Theologicæ.
68. Explicantur rationes Politicæ.
69. Exceptio vel præoccupatio adversariorum.
70. Non posse liberos in aulis rectè educari.
71. Propter absentiam necessariam & negotia parentum.
72. Quare principes docti vulgò improbentur.
73. Quare principes non exaudiant monita præceptorum.
74. Imprimis si accesserint adulationes eorum, qui Solem spectant orientem.
75. Naturam præceptis non mutari.
76. Malitiam doctrinâ etiam armari.
77. Conclusio primi argumenti pro Electione.
78. Subijciuntur argumenta alia.
79. Adversariorum argumentum retorquetur.
80. Retorquetur aliud & inducitur pro Electione.
81. Imperaturum omnibus deligi debere ex omnibus.
82. Electionem magis continere licentiam Principum, quam successionem.
83. Palmarium argumentum Bodini & aliorum ex incommodis successionis.
84. Retorquetur in genere.
85. Quibus remedijs subveniatur incommodis interregni.
86. Facilius esse invenire precarium Pro-Regem, quam Regem perpetuum.
87. Pro-Regem à capessenda Tyrannide, brevitate temporis, excludi.
88. Alia duo remedia adversus incommoda interregni.
89. Administrationem regni recidere ad Senatum & Senatus principes.

90. Af

146. Non-

146. *Nonnunquam ob ipsum jus primogenij.*
147. *In successione ut plurimum vim praevalere iuris.*
148. *Quod in electionem retorqueri non potest.*
149. *Successionem turbari etiam ab illegitimis liberis.*
150. *Incommoda successionis ex degeneribus haeredibus.*
151. *Aut si successor relinquatur puer.*
152. *Pueritiam non esse aptam capiendis sceptris.*
153. *Regere non potest, qui ipse rectore opus habet.*
154. *Puerorum regna semper extitisse inauspicata.*
155. *Et contemni tam à subditis, quam ab exteris.*
156. *Mala multa puerilis imperij.*
157. *Ob defectum consilij & virium.*
158. *Quibus mederi conantur adversarij per Tutores.*
159. *Incommoda tutela regia.*
160. *Certamina consanguineorum de tutela.*
161. *Pluralitas Tutorum quam noxia.*
162. *Tutorum imperium aequalibus intolerabile.*
163. *Non satis prospectum esse Respubl. per Tutores.*
164. *Vnde Tutoribus saepe regna tradita, ut propria.*
165. *Quod & iniquum est & contentionum non magis expers.*
266. *Minori cum periculo pareri puero Regi quam pluribus Tutoribus.*
167. *Incommoda ex unitate Tutoris pullulantia.*
168. *Quam periculosa sit tutela Vnius.*
169. *Qui solet pupillus regna praeripere.*
170. *Conclusio totius discursus.*

POstquam, quis sit Monarcha, praemisimus, sequitur, ut cętera subnectere pergamus, quae Monarchis competunt in genere omnibus, & illud quidem ante omnia, cum tres pateant viae, ad cacumen Monarchiae, *Sors, Successio, & Electio*, quaenam sit ex his compendiosior & Reipubl. commodis utilior: in quam controversiam priusquam nos immergamus, praeceptum aliquod Politicum magni momenti pręsupponendum est: quod sc. ad bonum civem pertineat, *praesentem statum Reipub. boni consulere & quantum fieri potest, in melius interpretari*. Gruter. disc. 3. in Tacit. *Non expedit concutere felicem statum*, ait Sen. in Oed. & Marcellus ap. Tacit. 4. hist. *Bonos Imperatores voto expetere oportet, qualescunque tolerare*. Nam de sententia Hippocratis, *lib. 2. Aph. 50. Consueta longo tempore, etiamsi deteriora, insuetis minus molesta esse solent*, Gal. 11. Meth. c. 3. Sanctor. lib 4. de Error. Medic. c. 1. quod Cleon. *in orat. sua apud Thucyd. lib. 3.* sic accommodat ad Rempubl. *Melior est civitatis fortuna, qua deterioribus, modò firmis immotisq; regitur legibus, quam qua bonis inconstanter utitur*: & alibi Alcibiades, *apud eund. lib. 6.* τῶν ἀνθρώπων ἀσφαλέστατα τούτους οἰκεῖν, οἳ ἂν τοῖς παροῦσιν ἤθεσι καὶ νόμοις, ἢν καὶ χείρω ᾖ, ἥκιστα διαφόρως πολιτεύωσι. id est, interprete Lipsio *lib. 4. Pol. c. 9. Eos hominum tutissimè agere, qui praesentibus moribus, legibusq; etiamsi deteriores sint, nihil variantes, Rempub. administrant*. Augustus ne in Catone quidem improbare voluit contrarium studium, cum Strabo quidam Augusto, Catonis aedes ingresso, adulaturus, Catonis pervicaciam accusaret. *Quisquis inquit, praesentem Reipubl. statum mutari non vult, is & civis & vir bonus est*. Satis seriò & Catonem laudavit, & sibi ne quis affectaret res novare, consuluit. *Macrob. libr. 2. Saturn. cap. 4.* Imò, proverbium inde sibi sumsit, cum hortaretur, *ferenda esse praesentia, qualiacunq; essent*, dicere solitus fuit: *Contenti simus hoc Catone. Sueton. in Aug. c. 87.* & cum Agrippa & Mecaenas contenderent, utrum principatum retineri satius esset aut populo reddi, hujus sententiae acquievit, *non esse praesentem statum mutandum, Dion. lib. 52.* quod Caesar se non tam sui, quā Reipubl. causa facere dictitabat: *Se jampridem potentia gloriaq; abundè adeptū: Rempubl. si quid sibi evenisset, neq; quietam fore & aliquando deteriore conditione civilia bella subituram. Suet. in Caes. c. 86.* Vnde Senec. 2. *de benefic. c. 20.* reprehendit Brutum: quod existimaverit, *civitatem in priorem formam posse revocari, amissis pristinis moribus: futuramq; ibi aequalitatem civilis juris, & sta-*

1. *Praesentem statum cuiuscunque Reip.* ... *boni civis boni consulendum.*

2. *Consuetum, etiamsi deteriorem, insueto minus esse molestum.*

3. *Mutationem malarum rerum in Rep. noxiam.*

4. *Praesenti conditioni acquiescendum esse.*

& staturas suo loco leges, ubi videret tot millia hominum pugnantia, non an serviret, sed cui. Nec non Thrasea Rusticum Arulenum flagrantem juvenem & cupidine laudis efferentem se intercessurum SCto, quod in caput Thraseæ à Quæstore Neronis agitabatur, dehortatus, dixit: *Sibi actam ætatem & tot per annos continuum vitæ ordinem nõ deserendum: illi initium magistratuum & integra, quæ supersint. Multum ante secum expẽderet, quod tali tempore capessendæ Reipub. iter ingrederetur. Tac. li. 16. Annal.* Florentini, cum Cosmi, qui primus Tyrannidẽ invaserat, filius Petrus, podagricis doloribus confectus, fatis maturè cessisset, relictis duobus filiis Laurentio & Iuliano, quorum major natu non nisi vigesimum primum ætatis annum agebat, pertæsi, quantumvis pacati principatus, quam à Soderino & Neronio frustrà sperarant, mutationem meliori occasione, cum hæredes pueri essent, aggressuri Thomæ Soderino rerum summam detulerant. Sed is luculenta oratione protestatus, Nota mala esse optima, introductis in Senatum pueris dominatum reddidit, hortatus & patres & cives ut tempori consulerent, & patienter ferrent, quod sine majori malo mutari fas non esset. *Ioh. Michael. Brut. lib. 5 hist. Florent.* Augustus in eam sententiam scripserat quoq; ad Senatum: *Positas semel leges constanter servate, nec ullam earũ immutate. Nam quæ in suo statu, eademq; manent, etsi deteriora sint, tamen utiliora sunt Reip: his, quæ per innovationem vel meliora inducuntur. Dion, libr 52.* Contendebat L. Quintius Orator, ut omnia acta Syllæ abolerentur, sed Lucullus, qui videbat ad pacem turbandam & refricandam cicatricem, vix dum induci ceptam, eam orationem tendere, hominem à proposito avertit. *Plut. in Luc.* Nam & Cicero 1. *Philip.* quædam Antonii statuta, quantumvis ex amussim æquitati non consona, retinenda censet, *quod ex Platone didicisset: præsentia esse ferenda, libr. 2. de divin.* Sapienter Marcellus: *apud Tacit. 4. hist. c. 8 ex divisione Curtij Pichenæ, Se meminisse temporum, quibus natus sit, quam civitatis formam patres avique instituerint: Vlteriora mirari, præsentia sequi: Bonos Imperatores voto expetere, qualescũq;* tolerare. Nam prudentis est, arte corrigere, quicquid cecidit forte præter spem: Proximus verò prudenti habetur, qui, quod corrigere arti impossibile est, patienter ferendo superare. Et nonnunquam mutatio plus mali secum trahit, quam id, quod mutare annitimur, inferebat. Ex duobus autem malis, qui eligit minimum, is demum sapientis viri nomen jure meretur.

5. *Cautio pro hac controversia.*

Ex quo principio porrò inferimus, sive de hujus vel illius Reip. præstantia sive de magistratuum instituendorum conditionibus, sive de successionis & Electionis prærogativa disputemus, nolle nos eorum prurigini oleum affundere, qui, quæ diu utilia habita & felici usu inveterata fuerunt, evertere & sub pallio reformationis in melius quietem Reipubl. turbare quærunt, imprimis in præsenti controversia, ubi successio sua quoque habet commoda licet minora, quam Electio, & mutatio, nisi leptè sensimq; fiat, non raro desinit in *ἀναρχίαν* & interitum totius Reipubl. Sed tota nostra disputatio eò redit, si quæ de novo informanda veniat civitas, nullius Reip. specie adhuc induta, in quam inducere velis, quod rationi videtur utilissimum, utrum postquam constitit & præsuppositum est, Monarchiam illic efformandam princeps accersendus potiùs sit ex stirpe per successionem, quam ex liberis subditorum votis per Electionem.

6. *Deum dirigere sortes.*

De sorte enim, quæ nunc ferè eviluit, non est, ut plurimùm simus solliciti Plato 3. *de ll.* Sortem in eligendis magistratibus, tam Electioni, quam Successioni præfert, quod Deus eam maximè dirigere videatur, quemadmodum & sapientissimus Regum docet: *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur. Prov. cap. 16.* Samuel etiamsi à Deo Saulem electum præsciret. 1. *Sam. c. 9.* tamen ut hanc ordinationem divinam populo testatam faceret, in sortem conjecit tribus, & postquam Saulis nomen exierat, quasi hæc omnia immediatè à Deo directa fuissent, *videtis*, inquit, *quem elegit Dominus. 1. Sam. c. 10.* Ipsos Deos olim sorte divisisse imperia, autor est Homerus *Iliad. 15. &* Tibull 3, *Eleg. 5.* ubi ait:

7. *Olim Deos ad sortes confugisse.*

Duraq; sortiti tertia regna Dei.

Oracula quoq; hæsitantes de successore po-

pulos sæpius ad sortes remiserunt, ut cum Phrygum discordia Regem exigeret, & oraculum eum designaret, quem plaustro in templum Iovis euntem primum à reditu reperturi essent: *Iustin. lib. 2. Curt. lib. 3.* Et cum Heraclidarum genus apud Argivos defecisset, idem oraculum Aquilam ostenderet, quæ Aegonem regem fecit, quod paucis diebus post ejus ædibus insedisset. *Plutar. orat. 2. de fortit. Alexandr.*

8. *Etiam Ictis sorti locum facere.*

Romani quoque Icti sorti committunt litem, quæ evidentia argumentorum, aut sine magna invidia & altercatione decidi nequit, ut per multa jura probat. Tiraq. *de jure primog. q. 17. opin. 1. n.* 1. *&* 2. Gregor. Tholos. *in tr. de elect. c. 3. n. 10. & lib. 34. Syntagm. c. 5.* Scip. Ammir. *lib. 20. disc. 3. supra Tacit.* eò quod *ut ait Bald. in l. ultim. in 1. not. C. Comm. de legat. judicium sortis dicatur judicium fortunæ, argu. l. servum destat. hom.* cujus dux est DEus, cum fortuna nihil aliud sit, quam concursus causarum, à superiore ad eventum nobis incognitum & incertum directarum, *prout in Metaph. lib. 1. part. 2. c. 3. disputamus.*

Nam qua permissis fluitare habenis,
Fors patitur frenos, ipsaque legemeat.
Boët. 5. conf. metr. 1.

9. *Et nonnullos alios.*

Augustinus dubitationem hanc: *Quibusnam ex obsidione desperata civitatis fugiendum sit, quibus manendum*, forte dirimendam putat, *quod Deus in hujusmodi Ambagibus melius judicet, quam homines, in Epist. ad Honorat. Cyl. in summ. 16 q. 2. in fin.* Et Romani Imperatores, si quando decimandi essent exercitus, ut invidiam à se declinarent, sorti rem totam cômiserunt, quia *sors accusari non potest, nec superiorem habet in hoc mundo*, ut ait Bald. *in d. l. ult. C. Comm. de leg.* unde & de ea appellare non licet. *Marant. in Spec. Au. part. 6. §. Si autē producantur testes, nu. 55. & seqq. Item §. & quandoq; appellatur. n. 257. & seq.* Consules suffragiis creati, provincias sortiri solitos, notius est, quam ut hîc repeti debeat.

10. *Summatio de sorte.*

Cæterū sorti tum demum locum faciunt jura Ro. quando alia ratio decidendi non occurrit, & quando non timetur, magnum præjudicium, ut cum portiones hæreditatis dividendæ magna non laborant inæqualitate, *l. 2. C. Quibus. & quando quart. pars debet. lib. 10.* Periculosius enim est sorti, quam arbitrio prudentum virorum rem committere, quod illa ut plurimum cæca sit, & ut ait Tacit. 13. *Annal. sæpe deerret ad parum idoneos. Sortium concursum*, ait Basil. 1. *Hexam. ad omnium pessimum deterrimumq; sæpe deferunt magistratum.* ipsiq; consules, si forte prudentia aut vi majore in una provincia opus esset, aut ipsi sibi imperium præripuerunt, aut à Senatu decretū acceperunt, cujus consuetudinis rationem assignat Livius *lib. 8.* ubi Valerio Corvino provincia Calium extra sortem committitur, *ne forte casu aut sorte aberraretur*, Nam Aristot. etiamsi sortitò duci magistratus in Democratia velit: tamen exceptionem addit, *l. 4. polit. c. 14. lib. 6 polit. c. 2.* nisi usus & ars singularis in alieno magistratuum requiratur, quæ sorsnon discerhit An non enim & Deus sortes occulta sua directione destituit? aut an prudentum piorumq; vota virorum ita à DEI concursu aliena sunt, ut non hæc quoque ad gloriam suam & salutem publicam destinet: nec ex natura utilem explanare potest successorem? Projectas sortes dirigere DEuM dicit Salomon: At idem, propositio hominum æqualem attribuit providentiam: dum homine dicit oportere, DEuM disponere, aut dum vias hominum & corda Regum asserit in manus Domini: Sors non est magis in manu Domini, quam *Fortuna sævo, læta negotio, &*

11. *Sortem sæpe errare.*

12. *Etiam prudentum consilia Deus dirigit.*

Ludum insolentem ludere pertinax.
Horat. lib. 3. Ode 29. Et tamen hæc non rarò,
Transmutat indignos honores,

13. *Sors & fortuna pari gradu ambulat.*

& ut ait Sen. *Epist. 74. in catum mortalium divitias, honores improvide excutit, quorum alia inter diripientium manus scissa sunt, alia infida societate divisa, alia magno detrimento eorum, in quos devenerant, prensa, &c.* Errant consilia hominum fateor, sed sæpius fortuna, & quæ huic innitūtur, sortes, idq; eò magis, quod humana malitia ipsas sortes facilius pervertere, quam consilia cordatorum Senatorum corrumpere potest. Inter septem Magicidas convenerat, ut ex iis Rex esset, cujus equus primum hinnitum in prato designato edidisset. Darius igitur curavit equum suum illic

14. *Facilius sortes quam consilia corrumpi.*

cum

cum equa committi, ut receptis commixtionis ab ipso loco admonitus, equam quantumvis absentem suavi hinnitu reposceret, & hic arte, Rex evasit Persarum, *Iust libr.1. Herod.lib.5.* quæ fraus, quia divinitus fulgure confirmata credebatur, aliquantò melius ipsi cessit, quam Lesco Polono, qui curriculum, quo certandum erat de regno, stratis hexagonis impeditum reddiderat, ut extra carceres excurrens corrivales longo intervallo superaret & precium certaminis interregnum, cæteris præriperet. Detecta enim fraude ab obscuro juvene, regio diademate non ipse, sed qui de dolo populum edocuerat, insignitus & Lescus II. appellatus fuit *Cromer.lib.2. Michov.lib.1.c.8.* Propterea cum Veneti, Flandri & Longobardi conjunctis operis occupassent imperium Constantinopolitanum, positisq; quatuor, pro numero Ducum, calicibus in altari, cum Imperatorem cæterorum esse vellent, *qui plenum, ut scribit Nicet. de Baldu. Imper. corpore & sanguine Christi calicem praebendisset*, cæteris existentibus vacuis, Dandulus Venetorum Dux, sive quod sortis incertitudinem revereretur, sive quod citra fraudem calices vix positum iri suspicaretur, ut sors mutaretur in suffragia, obtinuit, curavitque præcipuum ex competitoribus nominari, nimir. Balduinum. Eodem argumento eleganter disputat Helvidius contra morem Roman. quo legatos sorte & non suffragiis ad vitandam invidiam eligere consueverant. *Sorte*, inquit, *& urna mores non discerni: suffragia & existimationem senatus reperta, ut in cujusque vitam famamque penetrarent: pertinere ad utilitatem Reipub. pertinere ad Vespasiani honorem, occurrere illi, quos innocentiss. mos Senatus habeat, qui honestis sermonibus aures Imperatoris imbuant. Tac.4.hist.c.7.* An tu Medicum curandis ægris, aut gubernatorem agendis navibus sorte ducis, ac non potius maturo consilio eligis, quem in artis operibus deprehēdis exercitatissimum? *Phil de creat. Princ.* Et quidem antiquitus, ut notat Paschal. *de legat.c.1.* potuerunt legati sorte eligi, cum omnes Senatores in sortem conjici soliti, æquè essent optimi, quod & Marcellus in responsione sua subjicit: *id, lib.4.c.8.*

15. *Sortem non distinguere dignum ab indigno.*

Sufficere omnes obsequio: & explicat Scip. Amm. *lib.10.disc.1.* Verum ubi competitores non occurrunt æquè perfecti, & periculum est, ne sortis error indigno administratori prodat Rempubl. plus tribuendum est calculis prudentum, qui collatis in medium consiliis, ex plurimis circumspicere possunt optimum, quam cæco fortunæ sortisque impetui.

16. *Electio præfertur successioni ab Aristotele.*

Exclusa igitur sorte, ad reliquos, qui supersunt, Regna obtinendi modos progredimur, *Successionem* nimirum & *Electionem*. Et Electionem quidem præfert Aristot. 3. *Polit. c.* 11. non tantum tacitè *ut censet Giphan. d. c.11. verb.* Εἰ δὲ τις ἄριστον, sed satis apertè, ut *ibid.* docet Thomas, dum ait: *Melius est principatum sumi illo modo, quo per se contingit assumi meliorem, quam per successionem generis, quia melior, ut in pluribus, invenitur in tota multitudine, quam sit Unus. Et Electio per se est appetitus ratione determinatus.* Illum quippe modum optimum & in optima Rep. præferendum cēset Arist. quo offertur optimus princeps, nec id quisquam credo inficiabitur, qui quantū in optimo principe sitū sit, probè secum pertogitare velit. *Insipiens quippe Rex perdit populum suum. Eccl.10.* Certius verò & facilius ex Electione, quam Successione sperari bonum Principē, id hoc loco auspitiis Aristotelis nobis, priusquam ad alia argumenta prolabamur, demonstrandum incumbit. Demonstrari verò potest eadem verisimilitudine, qua sancit Iustin. *Nov.5. c.ult.in pr. ut si quando contigerit egere monasterium Abbate, non per ordinem Monachorum, nec omnino is, qui post primum est, mox Abbas fiat; nec qui post illum secundus est neq; tertius aut reliqui: sed ut Episcopus percurrat consequenter per omnes, & eū qui apparuerit primus optimus inter monachos constitutus & dignus præsulatu, hunc eligat*, quod ad patruum accommodat Lucas de *Penna l.nepotes C.de his qui num. liber.* quem propter ætatem & præsumtionem majoris prudentiæ Nepoti præfert, quemadmodum Conradus III Imperator Fridericum Barbarossam fratrem in Imperii traditione antepofuit filio, quod firmioris eum animi putaret, quam juvenem filium. *Cusson. libr. 4.*

17. *Quo argumento.*

18. *Electio præstat optimum Regem.*

19. *Id quod deducitur & explicatur.*

Galba *apud Tacit. lib. 1. histor.* hoc argumentum prolixè inducit, quando postpositis privatis necessitudinibus, imperium seu principatum offert Pisoni, exemplo D. Augusti, qui sororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes suos, postremo Tiberium Neronem privignum in proximo sibi fastigio locavit. *Sed Augustus*, ait, *in domo sibi successorem quæsivit: Ego in Republ. Non quia propinquos aut socios belli non habeam: sed neq; ipse imperium ambitione accepi, & judicij mei documentum sint, non mea tantum necessitudines, sed & tua. Est tibi frater pari nobilitate natu major, dignus hac fortuna nisi tu potior esses. Ea ætas tua, quæ cupiditates adolescentiæ jam effugerit: ea vita, in qua nihil præteritum excusandum habeas.* Et paulò post: *Sub Tiberio & Cajo & Claudio, unius familiæ quasi hæreditas fuimus, loco libertatis erit, quod eligi cœpimus. Et finita Iuliorum Claudiorumque domo, optimum quemque adoptio inveniet. Nam generari & nasci à principibus, fortuitum, nec ultrà æstimatur: adoptandi judicium integrum, & si velis eligere, consensu monstratur. Sit ante oculos Nero, quem longa Cæsarum serie tumentem non Vindex cum inermi provincia, aut ego cum unâ legione, sed sua immanitas, sua luxuria, cervicibus publicis depulêre.* Involvit quidem plura in hac oratione argumenta, quæ suo quodque loco, evolvemus, sed præ omnibus urget id, quod per adoptionem infallibili

20 *Electionem præstare optimum principem.* errore ad bonum Principem feramur. *Non est* enim *dignus adoptari*, ait Plinius, *nisi qui fortißimus meretur agnosci. Ignavi autem esse nesciunt, quos judicia pepererunt. Item gratiam non de natura, sed de solis meritis habent, quando animi vinculo obligantur extranei. Plin. l. b. 4. Epist. 2.* Vnde & Vlpius Crinitus adoptionem Aureliani sic auspicabatur: *Apud Majores nostros ab optimis quibusque in filiorum locum fortißimi viri semper electi sunt, ut vel senescentes familias vel fœtus matrimonii jam caducos substituta fœcunditas prolis ornaret. Hoc igitur quod Cocceius Nerva in Trajano adoptando, quod Vlpius Trajanus in Adriano, quod Adrianus in Antonino, & cæteri deinceps proposita suggestione fecerunt, jam in Aureliano arrogando censui repetendum. Fl. Vopisc. in Aurel. num. 4.* Exemplum Trajani affert etiam Plinius *in Panag. An Senatum, populumque Romanum, exercitus, socios, provincias, transmissurus uni, successorem è sinu uxoris accipias? Summæq; potestatis hæredem tantum intra domum tuam quæras, non per totam civitatem circumferas oculos? & hunc tibi proximum, tibi conjunctißimum existimes, quem Optimum, quem Dijs simillimum inveneris?* De qua adoptione sic Dion *in Nerv. in fin. Itaq; Trajanus, quanquam Nervæ propinqui non deerant, tunc Cæsar, ac postea Imperator factus est. Nec enim ille conjunctionem sanguinis antepo-suit publicæ utilitati: neq; rursus eum deterruit, quod Trajanus homo Hispanus, nec Italus erat, nec Italicus, quodq; ante eum nemo alterius nationis imperium Rom. obtinuerat. Censebat enim virtutem cujusq; non patriâ existimari & ponderari oportere.* Quod enim successio ad interitum, duxisset, adoptio, & ut ait Victor *in Nerv. externa virtus adoptione quæsita* integritati restituit imperium, nec dissimulat Adrianus, quando de salute dubius, convocatis Senatorii Ordinis Principibus, Aurel. Antoninum tali oratione Successorem designat: *Mihi quidem, Charißimi Viri, natura filium non dedit, vos vero lege dedistis. Multum autem interest, nascatur an adoptetur filius, propterea, quod is, qui nascitur talis est, qualem eum Dij immortales esse voluerunt: Eum verò qui adoptatur, unusquisq; sibi deligit. Ex quo fit, ut ille sæpe nascatur mutilus & demens: hic (quod certo judicio fit) integer & sana mentis deligatur. Quamobrē ego antea Lucium Commodū unum ex omnib. delegeram, qualem ne nasci quidē mihi optare potui. Sed cū eum mortis fata peremerint, alterum pro illo vobis inveni, eumq; vobis do, nobilem, mitem, mansuetum, prudentem, qui nihil temerè propter juventutem, nihil propter senectutem negligenter potest facere: vixit enim semper legibus, fuitq; cum Imperio moribus & institutis patriæ, ut neq; ea, quæ ad Imperatorem spectant, ignoret, neq; ijs omnibus malè uti posset. Dion & Xiphil. in Adria.*

Vt autem hoc argumentum, quod in præsenti controversia, primas sibi vendicat, 21. *Argumentū Aristot pro* parti-

partes dissertatio. particulatius probemus & ab adversariorum instantiis liberemus ad duo nobis præcipuè respiciendum est: Tum quod Electio de bono Principe cives certos reddat, tum quod Successio non infrequentius Malo, quam Bono Principi rerum summam tradat. Vtrumque prævidit Mætius Falconius, Senator Consularis, qui in orat. sua inaugurali Tacitum, vix dum renunciatum Imperatorem convenit, *petens, obsecrans, liberè quod communis patria legibus deposcens, ne parvulos suos, si illum citius fata prævenerint, faciat Romani hæredes imperij; ne sic Remp. patresq; Consc. P. q; R. ut villulam suam, ut colonos suos, ut servos suos relinquat: Sed circumspiciat, imitetur Nervas, Trajanos, Adrianos. Ingentem gloriam esse morientis principis, Remp. magis amare, quam filios. Fl. Vop. in Tacit. n. 2.* Addit Vopiscus paulò post: *Adjuratum fuisse in Senatu Tacitum, ut eum mors cœpisset, non liberos suos, sed optimum aliquem principem faceret.*

22. *Eius qui eligitur, semper certa & probata indoles.* Quid ita? quia liberorum ambigua est indoles: Eorum verò, quos circumspecta seligit prudentia, virtus certa & pluribus documentis spectata. *Nos*, inquit Galba, *bello & ab æstimantibus ascitis, cum invidia quamvis, egregij erimus. Tacit. 1. Annal.* Probum ab exercitibus Floriano obrogatum, unanimi acclamatione receperunt Patres Senatus, quod sperarent, tam bonum futurum Imperatorem, quam bonus fuisset ductor. *Qua enim mundi pars est*, ait Manlius Statianus, *qui tunc prima sententia in Senatu erat, quam ille non vincendo didicerit? Omnia in uno principe constituta sunt, res militaris scientia, animus clemens, vita venerabilis, exemplar agendæ Resp. atq; omnium prærogativa virtutum. Vopisc. in Prob.* Tacitum pari facilitate tam exercitus admiserunt, quam Senatus creavit, quod dicerent. *Diu privatus fuisti. Scis quemadmodum debeas imperare,*

23. *Optimè sapit, qui sicâ sapit experientiâ.* *qui alios principes pertulisti. Scis quemadmodum debeas imperare, qui de aliis principibus judicasti. Vop. in Tac.* Sic enim Simonides dicebat ad Hieronẽ Regem Syracusanor. *Verisimile esse utriusq; vitæ notitiam habere illum, qui & diu privatus vixisset, & nunc feliciter regnet. Xenoph. in Hier, seu Tyran. in pr.* Permultum enim ad modestiam confert, aliis paruisse, adeò ut Cicer. 3. *de ll.* & Sen. 2. *de Ira.* ex Arist. 3. *Polit.* non dubitet dicere: *Qui benè imperat, paruerit aliquando necesse est*, non tantum, quod qui parere didicit, imperiosæ jam modum posuerit superbiæ, sed etiam quod subditorum vota, & quid à principe factum quisque percupiat, certius ad animum sibi revocare possit. Rectè enim Galba Imp. *utilissimum & brevissimum rerum bonarũ malarumq; delectum vocat, cogitare, quid sub alio principe vel nolueris, vel volueris: Tacit. lib. 1. hist.* cujus etiam Mecænas Augustum admonet: *Si omnia, quæ alium quemvis imperantem in te facere velles, ea ipse tua sponte feceris, nec peccabis quicquam & omnia ritè diriges, & vitam ex eo jucundissimam simul & tutissimam vives: Dion in Aug.* Imò Trajanus id sibi ob oculos quotidie ponebat: *Talem se præstiturum dicens aliis Imperatorem, qualẽ optasset ipse privatus*, & de Tacito idem auguratur Metius: *Scit, qualem sibi principem semper optaverit, nec potest aliud nobis exhibere, quam quod ipse desideravit & voluit, Vopisc. in Tacit. Non ignara mali miseris succurrere disco*, ait Dido apud Virgil. & Sex. Aur. Victor. *Constat sanctos prudentesq; sensu mali promtius fieri: contraque expertes ærumnarum, dum opibus suis cuncta æstimant, minus consulere. in Diocelt.* Nec quisquam est ex omnibus successionis propugnatoribus, qui per inficiationem hunc nodum solvat, aut negare audeat, quin semper ex civium tanta multitudine is erui possit, qui sit ad imperii necessitates quam instructissimus, sed Electorum animos ajunt interdum virtutes futuri principis non penetrare, interdum ira, odio, aut favore vota corrumpere, nonnunquam bonos principes licentiâ fieri deteriores & degenerare, quorum postremum cum sit commune tam successioni, quam Electioni, huic soli exprobrari non debet. 24. *Exceptiones adversariorum.*

Quin imò frequentius degenerant principes, qui succedunt, quàm qui eliguntur, quia minus legibus in officio continentur, & prout ætate ad imperandum accedunt magis tenera: ita in partem deteriorem facilius flectuntur. Dion quidem 25. *Facilius corrumpi succedentes quam Electos principes.*

lib. 13. Eam scribit esse naturam humanorum ingeniorum, ut non juvenes modò, verum etiam provectiores postquam multum temporis in potestate transegerint, patriis moribus haud sibi vivendum ducant, & Tiberium, quantumvis matura ætate principatu potitum, nihilominus *vi dominationis convulsum mutatumque* fuisse dicit Tacitus, qui & de Galba: *Ab omnibus capax imperij judicatus fuisset, nisi imperasset.* Cæterum si rationes inire velimus cum Machiav. *lib. 1. discurs. cap.* 10. plures inveniemus degeneres, & in partem deteriorem felicitate flexos ex iis, qui hæreditario jure successerunt, quam quos, cum nihil ad imperium spei nisi in virtute haberent, libertas electionis promovit.

26. *Probatur exemplis.*

Videmus, inquit Machiav. *omnes Imperatores, quicunque hæreditario jure successerunt in imperium, sceleratos homines fuisse, uno Tito excepto: Qui verò eligebantur, viri boni erant, sicut cernere est, in iis quinque, qui Nervam ad Marcum usque secuti sunt: rursumque postquam ad hæredes imperium rediisset, cœpit in pejus ruere*:

27. *Nec non ratione.*

Rationi enim congruum est ita fieri, quia qui eligitur, ad omnes fortunæ casus obduratum, firmioremque habet animum, quam ut facilè concutiatur: qui verò à stirpe accersitur, plærunque ex eorum ordine est, quos Aristot. 1. *Eth. cap.* 3. ab Acroaterio Ethico repellit propterea, quod experientia destituantur, & affectibus imperare nesciant. Accedit, quod Electis ubique duriores præscribi leges soleant, quemadmodum Tacitus in Senatu adjuratus fuit, se non aliquem liberorum, sed optimum ex omnibus, in possessione principatus post se relicturum: *Vopisc. in Flor.* & experientiâ quotidianâ videre est, pleraque regna, ad arbitrium Electorum dilapsa, in mixtas Respub. degenerasse, eò quod novellum & precarium ab initio Regem, subinde durioribus illigaverint conditionibus illi, qui sub nomine Ephororum rerum summam ad se trahunt.

28. *Remedium electorum in degeneres principes.*

Denique si præter spem & expectationem Electione adoptatus Princeps, ad deteriorem partem animum applicet, Electoribus in promtu est remedium, quo subditis contra hæreditarium Regem, uti non licet, nimirum *ut quem meritum investierunt, eundē immeritum devestiant*, quemadmodum ab Episcopo Moguntino pronuntiatum fuit contra Henricum Imperatorem. *Helmold. in Chron. Sclav.* & Zacharias Papa scripsit ad Francos; Childerici abdicationem mediantes: *Regem plebes constituit, eundem & destituere potest: Avent. lib. 3. Annal. Boj.* quanquam uterque lege regni precarij abusus est contra legitimos successores, ut facit etiam Augustinus Triumphus de Ancona *de potest: Eccles. q. 22. art.* 3. quando Imperatorem contendit à Papa posse deponi, quia, *Ejus*, inquit, *est deponere, cujus est constituere*, quod paulò secus sic enunciat gl. *in cap. cum ex injunct. verb. iam institutio de hæret. Ad quem pertinet institutio, ad eundem destitutio.* Imò ipse Autronius Tiberianus Senator Rom. Claudius Capellianus & alij, cum primum Senatus sibi videretur recepisse jus eligendi Imperatorem, hoc nomine Reip. & Senatui gratulantur: *Imperatores damus, principes facimus: possumus & prohibere, qui cepimus facere. Fl. Vop. in Flor. in fi.* Vbicunque enim imperia ab Electoribus dantur cum conditione, hoc remedium, & hæc ratio, quod destituere possint, qui constituerunt, locum habet, prout status Imperij Danici prolixè disputant, in eo libro, quo rationem reddunt Abdicationis Christierni II, & Electores Germaniæ *in Epist. ad VVenceslaum Imperatorem*, quem, quod juramento non satisfaceret, sed sortem unam imperij post alteram partim dilapidaret, partim ignavia sua diripi & pessum ire sineret, eadem autoritate exludunt, qua ab initio, precibus parentis & precio decepti receperant. In successorio verò regno abdicatio locum non habet, tum quia sine conditione succeditur, tum quia subditis non competit jus in principem, quamdiu non prorsus in Tyrannum corrumpitur, *ut in li. 1. de jur. maj. c 6. & tot. libr. de Autor. Princip. prolixius disputamus.*

Quod verò adversarij ignorantiam, errorem, aut malitiam Electorum prætereà incusant, & Electionem ex nomine improbant, *Buridan 3. Polit. q. 25. concl. 2. Camenber. dsc. in Tac. mihi pag.* 140. in eo committunt *fallaciam*, quam Logici vocant 29. *Reiicitur secunda exceptio.*

Acci-

accidentis. Forte in imperij Romani corruptos mores hæc exceptio quadraret, ubi vel unius hominis adoptio, vel militum inconsideratus impetus Imperatorem dabat. Nam unius animus facilè aberrare, & aut nimio suæ parentelæ studio decipi potest, quemadmodum Cicero post victoriam Cæsaris interrogatus, cur in Electione partis errasset, respondit: *Præcinctura me decepit*:

30. *Vnius iudicium facilè falli.*

Cæsar enim ita toga præcingebatur, ut trahêdo laciniam, velut mollis, incederet, adeò ut Sylla, tanquam providus, dixerit Pompejo: *Cave tibi illum puerum malè præcinctum. Macrob. lib. 2. cap. 3.* Erravit & Augustus in electione Tiberij, licet invidiâ fortunæ, sublatis Cajo & Lucio Nepotibus, & Agrippa ob ingenium sordidum & ferox abdicato, ad privignum rei summam deferre ferè cogeretur. *Sueton. in Aug. cap. 65.* Sunt etiam qui suspicantur, ob eam causam Tiberium, cujus mores habebat cognitos, de industria successorem reliquisse, quo ipse majorem gloriam consequeretur. *Xiphil. in Aug. in fi.* De errore verò circa Agrippæ adoptionem commisso, ipse Augustus confessus est, quando ob ingenium ferox & sordidum abdicatum sepoluit Surrentum. *Sueton. in Aug. cap. 65.* Erravit Adrianus in Electione Cejonij Commodi, de quo ipso dicere solebat: *In caducam parietem nos inclinavimus, & prodidimus quater millies H-S quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus. Spart. in Adr. num. 13.* Multò etiam rectius opponeretur hæc exceptio tumultuariæ Militum electioni, qui Imperatores perinde ludebant ut talos, *& avaritia libidineque Imperatorem Imperatore veluti clavum clavo expellebant*, ut ait Plutarch. *in Galb. in pr.* cæco prorsus impetu fortuitum alicujus clamorem secuti, quemadmodum de Probo Imp. factum refert Vopisc. *in Prob.* Nam cum exercitus Senatum & legiones Italicas prævertere properarent, & sermo inter milites esset, quis fieri deberet Imperator, manipulatimque in campo tribuni eos alloquerentur, dicentes, *Requirendum esse principem aliquem*

31. *Nec non multitudinis.*

fortem, sanctum, verecundum, clementem, probum, rati nonnulli, *Probum* hoc nomine jam designatum, statim acclamarunt: *Probe Auguste, Dij te servent.* Mox concursus & cespititium tribunal, appellatusque Imperator, & ornatus pallio purpureo. Ea enim est natura militarium hominum, ut virtutes regias aut non intelligant, aut non æstiment, dum favore aut inconsulto odio præoccupatos gerunt animos, aut molliorem, pinguiorique congiario ora sublinentem quærunt principem, quemadmodum incolis Guineæ usu receptum tradunt relationes Belgicæ, ut regem in ordinem privatorum redigant, quam primum suis thesauris studere, & minus regaliter sumtus in cœnas & festos dies facere cœpit. *pars. 6. hist. Ind. Orient.* Quod si Galba promissionem donativi non reservasset usque ad extremum halitum, cum jam projectus è sella & provolutus, paucos dies exolvendo donativo deprecaretur, nunquam Imperio tam properè excidisset. *Tacit. libr. 2. hist.* Alexandro & Probo quid aliud jugulum fregit, quam disciplina militaris, & quod militem non sinerent otio ferocire? Rectè de temeraria hac electione Vopisc. *in Tac. in pr. Milites irati audiunt, plerumque temulenti, certe consiliorum propè semper expertes:* nec non Victor: *in Claud. Milites ferè contra ingenium perdita res, ubi afflicta omnia perspexere, sub gunt recta consilere.* Item Lamprid. *in Alexand. Sev. in pr. Milites insueverant sibi Imperatores & tumultuario judicio facere, afferentes nonnunquam ad defensionem, se idcirco fecisse, quod nescissent senatum principem appellasse.* Nec non Plutarch. *in Galb. in Pr. Dionysium Pheræum qui Tyrannidem in Thessalos decem jam annos obtinuerat, Tragicum vocabat Tyrannum, ejus crebra mutationi, illudens. At verò palatium, Cæsarum domus, breviori temporis spatio quatuor Imperatores excepit, militibus tanquam in scena, modo introducentibus aliquem, modo educentibus.* Sicut igitur Canones promiscuæ plebi demunt jus eligendorum Sacerdotum, *c. non est, dist. 63. c. docendus, dist. 62. c. Osius. de Elect.* eo quod, ut ait Hieron. *Sæpe clamoribus aut gratia, aut pretio fortasse excitata moveri solet c. si ergo, 8. q. 1.* ita ex eadem ratione tam hominibus è vulgo, quam qui in deum militiam translati sunt,

dene-

deneganda est potestas proferendi principē. *Neq; enim illis* ait Tacit. *judicium aut veritas, quippe eodē die diversa pari certamine postulaturis tradito more quemcunq; principem adulandi, licentia acclamationum & studiis inanibus, lib. 1. histor.* Si enim in manumissione, *l. si privatus, qui & à quibus l 3. qui manum:* & pœnarum vel exactione vel remissione, *vanæ voces populi non sunt audiendæ,* ut aiunt Impp. *in l. Decurionum 12. C. de pœn.* quantò minus locus iis dandus in creatione Principis, in quo vertitur salus totius Reipubl. Atque ita repulsum est primum argumentum Ebethardi à Weihe, *in Orat. pro Success.*

32. *Probè instituta Electio non fallitur.*

In legitima verò & probè instituta Electione nihil tale timendum, ubi facultas eligendi non traditur, nisi prudentissimis civium, quemadmodum in imperio Germanico res à principibus universis devenit ad septem præcipuos, & in Electione Pontificis Romani ad Cardinales, huic fini unicè creatos.

33. *Si quidem probi naturaliter vergunt ad probos,*

Hi cum mores futuri Principis probè præcognitos habeant, & qua præsupponuntur esse in patriam pietate, nec se nec concives in perniciem agere possint velle, ecquem electuri sint, nisi, quem patriæ putent fore maximo decori & emolumento? sicut de senatus electione judicat Capitolin. *in Max. & Balb. Neq; enim cum esset potestas, malos Senatus eligeret,* & cum Maximus & Balbinus à Senatu electi modestius potestate uterentur, quam fecissent, quos impetus militum ad illud honoris fastigium extulisset, vulgò dici consuevit: *Sapienter electi principes sic agunt, per imperitos electi Principes sic pereunt. Capit. ibid.*

34. *Electores solent iuramento se obligare ad legitimam electionem,*

Hoc amplius, quod, ubi legitima electio invaluit, jurejurando adigi soleant Electores, ut eligant, quem censeant omnium dignissimum. Sic enim jurant Electores Romani imperij: Sic Cardinales: sic Nobiles Daniæ, & Palatini Poloniæ, priusquam ad electionem novi Principis committantur. *Const. aur. bull. Sleidan. lib. 1. & 21. hist. Lauterb. lib. 1. de Polit. Regim:* &c. Quæ omnia suspitionem illam prævertunt, quæ ex ignorantia aut malitia Electorum desumta & objecta fuit. Thomas *in lib. 3. Polit. cap. 11.* quem ferè sequitur Buri: Dan. 3. *Polit. q. 25. conclus.* 1. & 2. Electionem quidem absolutè antefert successioni, per accidens tamen fieri non negat posse, quin successio fiat potior scilicet, ut verbis ejus utar: 1. *Quia inter eligentes contingit esse dissensionem,* (de quo argumento prolixè agemus paulò post) 2. *Eligentes interdum mali sunt, & tum eligunt non nisi malum.* 3. *Consuetudo dominandi multum facit ad hoc, quod aliquis subjiciatur alteri. Et ideo regnante patre assuescunt filiis subjici, ideo inclinantur ad hoc, ut subjiciantur ei.* 4. *Iterum valdè durum & extraneum est, quod ille, qui est hodie aequalis alicui, cras dominetur, & sic Princeps illi.* Horum argumentorum duo posteriora non tollunt, sed limitant Electionem, *ut sect. seq. videbimus:* Priora verò palmam relinquunt Electioni per se, quoniam ut dissensio oriatur inter Electores, aut ipsi pravi sint, per accidens evenit, & quando Electio corrupta est, de qua non magis licet texere consequentiam ad naturam & qualitates Electionis legitimæ, quam à degenere Tyrannide ad regiam Monarchiam. Per se enim Electorum vota non corrumpuntur, sed ex accidenti, cui rei facilè est maturis remediis prospicere.

35. *Electio non est prava, nisi per accidens.*

Cum igitur in unaquaque disciplina considerandum sit, non quod per accidens (sic enim ipsa virtus & quicquid uspiam boni occurrit præter DEUM, in vitium rapi & damnari posset) sed quod per se ex causis suis sequatur, & electio prudentum per se sufficiat præstare bonum principem, meritò eorum accedimus sententiæ, qui Electionem absolutè potiorem statuunt Successione: Aristot. 3. *Polit. cap.* 11. Thom. *ibid. in comm.* Basil. M. *libr.* 8. *Hexam.* Hieron. *in cap. Moses.* 8. *q.* 1. *ubi gl. in Verb. non sanguinis: gl. in* 6. *legimus. Verb. Eligant, ubi text. dist.* 93. *cap. si ergo.* 8. *q.* 1. Machiav. *lib.* 1. *disc. in Liv. cap.* 10. id quod vel illi ipsi confiteri coacti fuerunt, qui successorio titulo principatus invaserunt.

36. *Qui præferant Electionem.*

Rogatus enim Alexander M. in agone, quem regnis suis successorem relinqueret, non de Roxane prægnante, nec de Hercule filio respondit, sed *dignissimum* sibi succedere voluit: *Iustin, lib.* 15. Pyrrhus cum nominavit, *qui*

37. *Alexand. M.*

Iustin.

Apoph. M. Antonin.

habiturus esset culterum acutissimum. Marcus Antoninus Phil. cordatè & ex animo respondit: *Quod dicis liberis meis cavendum morte Cassii, plane liberi mei pereant, si magis merebitur amari Avidius, quam illi, & si Reip. expedit vivere Cassium, quam liberos Marci, Vulcat. in Cass.* Quin & biduo ante, quam expirasset admissis amicis, dicitur ostendisse sententiam de filio eandem, quam Philippus de Alexandro, cum de hoc malè sentiret, addens, *minimè se ægre ferre, filium superstitem relinquens, qui jam turpem se & cruentum ostentabat*, ut quidem refert Capit. *in M. Anton. Phil. circ. fin.* Fertur etiam illum mori voluisse, cum filium talem videret futurum, qualis extitit post ejus mortem, *ne*, ut ipse dicebat, *similis Neroni, Caligulæ & Domitiano esset. Capit. ibid.*

Conrad. I.

Conradus I. Rex Germ. cum ex proximis necessitudinibus neminem inveniret tantæ molis satis capacem, ad Henricum Aucupem, eo momento adhuc hostem, se recepit & successorem sibi designavit, cujus virtutem ex intestinis discordiis satis spectatam habebat, *Peuc. & Car. lib. 4.* cujus exemplum imitatus fuit Conradus III.

Conrad. III.

Imp. qui Fridericũ Barbarossam fratrẽ, tanquam digniorem & sustinendo Imperii ponderi firmiorem, filii imbecilli ætati anteposuit, *Id. ibid.*

Pharnac.

Pharnaces Rex Parthorum eadem ratione Mithridati fratri regnum tradidit, exclusis liberis, plus regno, quam stirpi, deberi ratus, magisque consulturus patriæ, quam liberis, *Iustin lib. 42.* Ab initio principatus non sanguini, sed vitæ seu virtuti deferri solitos colligere est, *ex cap. Moses, 8. quæst. 1.* & patet ex eo, quod Arist. Heroicis temporibus, seu melioribus annis, regna iis delata fuisse testetur, qui populum magno aliquo beneficio demeriti fuerint. *3. Polit. cap. 10. 5. Polit. cap. 10. Cic. 2. off. & 3 de ll. Lactant. lib. 1. div. Instit. cap. 15. Halyc. lib. 5. Inst. lib. 1.*

38. Ab antiquo eligebantur reges.

Postquam verò virtutis propagationem præsumpserunt in liberis, aut ipsi Principes oblatos principatus contra vota civium in arctiorem dominatum mutare ceperunt, tum demum evilescentem electionem excepit Successio, quorum utrumque inculcat Aristot *d. loc* & quidem *3. Polit. cap. 10. & 11. in princ.* Barbaricam dominationem vocat: *Imperium ex genere herile, & legitimum*, inque eo distinguit Dominatum à cæteris regni differentiis; quam Aristotelis sententiam nimium quantum insectatur Bodinus *lib. 6. de Repub. cap. 5. in pr.* sed uti solet, quando contra Aristotelem leoninam inducit, cum suis 39.

Defenditur Arist. à Bodini calumnia.

luctatur larvis & Aristoteli affingit, quasi Barbaros vocet, quicunque jure successorio regna deferant, cum tamen id Aristoteli nunquam in mentem venerit. Is quidem Barbaris tribuit dominatum, sed dominatum non describit solo jure successorio, quemadmodum ipsi imponit Bodinus. Si enim fas est ex multis propriis, quæ ad descriptionem alicujus rei adhibentur, unum & alterum decerpere, idque pro definito venditare, cur non eodem argumentandi artificio omnia legitima imperia proclamantur barbarica, quia τὸ κατὰ νόμον, quod consequitur custodia civium, tertio loco inter requisita dominatus barbarici reponitur. Voluit Arist. dominatum ab omnibus aliis Monarchiæ differentiis secernere, ideoque non, τὸ δεσποτικὸν tantum, non τὸ πάτριον, nec τὸ κατὰ νόμον separatim, sed omnia conjuncta posuit. Nam τὸ κατὰ νόμον separat Dominum à Tyranno, τὸ δεσποτικὸν à Rege. τὸ πάτριον verò, etiamsi sit commune Tyranno, Domino, & Regi, *ut sentit Montecat. in explan. & schol. tex. 105.* discernit tamen eundem ab Heroë & Aisymneta, qui fuêre principes precarii: & secundum hanc interpretationem, successio proprium est dominatus, non reciprocum, sed quod in relatione demum ad aliud fiat proprium, prout Arist. 1. *Top. c. 4.* id genus propriorum proposuit & exemplis 40.

Dominatui innascitur successio, quæ in regno libera est.

in Categoriis declaravit. Nec enim solâ substantia prædicatur univocè, & tamen hanc inter proprietates substantiæ legimus, *in Categ. subst.* non solus homo bipes est, & tamen hoc ipso distinguitur à nonnullis animalibus à Porphyr. *in Isag. cap. de propr.* Quin etiam si oculatius in medullas textus Aristotelici oculos adigamus, rectè videbimus dominatui successionem præ regno attribui, quia in Dominatu necessariò succeditur, regnũ verò indifferens est ad electionẽ & successionem. Nam, quia Dominus primariò respicit sua commoda, dominatu

ſuo perfectè non defungitur, niſi totum tradat hæredibus: Regi verò ſincero, potior eſt ſalus Reipub. quam familiæ, prout de Marco Antonino Phil. paulò ante diximus, & Tacitus juravit in Senatu, ſe liberis imperium relicturum, niſi digni appareant. *Vop. in Tacit.* Auguſtus liberos nunquam populo commendavit, niſi, *ſi digni videreniur. Suet. in Auguſt. cap.* 56. imò ipſe Nero, antequam à ſe degeneraret, agenti gratias Senatui, reſpondit: *Cum meruero. Suet. in Ner. cap.* 10. & Pertinax Cæſaris nomen filio à Senatu ingeri noluit, *niſi meruerit. Capit. Pertin.* Baldus *in l. Benè a Zenone. §. quæ omn a. n* 6. *C. de quad. præſcr.* ex eo, quod ibi dicitur: *Si ve qui imperio digni fuerint, junct. c. Venerabilem §. inſuper. de Elect.* elicit, *imperium non deberi ætati, ſed virtuti*, quod licet falsò accommodet ad imperium Roman. quaſi illud ſucceſſorium de jure nunquam fuiſſet, ſed libertati exercituum relictum, qui eſt plerorumquè hiſtoricorum error: tamen hinc apparet, quoties à rigore ſucceſſionis ad Electionem deflectendum, & illius vitia hujus beneficio corrigenda fuerint. Id enim boni affert

41. *Electio corrigit vitia ſucceſſionis.* ſucceſſioni Electio, ut qui ex infelici radice proſiliunt, ramuſculos præcidat, quod in ſucceſſione pura puta non licet, aut certè ſine magno malo & concuſſione totius Reipubl. obtineri non poteſt. Lege quippe ſucceſſionis, jure gentium firmata, ætati debetur prærogativa: & tamen neceſſitas, ſeu extrema Reipubl. utilitas perſæpe legem fregit, non tantum apud Abiſſynos & Inſularum Indicarum incolas, ubi à ſtirpe quidem ſucceſſor accerſitur, ſed ætatis gradibus neglectis, quicunque Sabandiis (hi ſunt Principes populi) digniores videntur: *part.* 5. 7. *&* 8. *hiſt. Indic.* ſed etiam apud cultiſſimas quaſque gentes, ut de Pharnace nuper diximus & aliis, qui licet ad ſuos tranſmit-

42. *Ideoque ſucceſſio ſæpe & neceſſariò interrumpitur.* tere regna ſucceſſoria potuiſſent, fratres tamen aut peregrinos privatis neceſſitatibus præpoſuerunt, ex eadem rationem, qua Galba Piſonem ſe adoptare dicit, præ agnatis ſuis, quod ſc. vita & ſpectata indole cæteros omnes ſuperaret. *Tacit.* 1. *Hiſt.* Pyrrhus excluſo primogenito, minorem natu ſucceſſorem deſignavit, *Pauſan. lib.* 1. Ladiſlaus Rex Vngar. Colomannum in cœnobium detruſit ut Almo minori filio ſuccedendi copiam faceret. *Riec. in compend. hiſt. Vngar.* Calo Iohannes Imp. Conſtantin. jus primogenituræ abſtulit Iſaacio, propter ferociam ingenii & præcipitem iracundiam, qua putabatur ad regnum ineptus eſſe. *Nicet.* 1. *Annal. Calo Ioh.* Ludovicus Pius, Princeps nec indoctus, nec malus, *captus arbitrio* (utor verbis Crantzii *lib.* 2. *Vandal. c.* 24.) *à duobus fratribus Wolſorum principibus, quorum pater moriens, ætatis jura ſecutus præfecerat majorem, ſed is per ignaviam regno impari à populo improbabatur, præferente ad omnia minorē, cum ſtudia populi cognoſceret, minori regnum adjudicavit ſeniore aliis conditionibus quietato.* Malè ut ē habebat Iohannem Galeacium, quod Philippum Mariam natu minorem ſibi non liceret primogenito præferre: *Barbat. conſ.* 20. *Illud aſſeram. col.* 5. *lib.* 2. quoniam ubi ſucceſſio invaluit, non auffertur jus ſucceſſionis primogenito ſine ſpecie ſacrilegii contra jus gentium, ut *Sect.* 8. ſubjiciemus. Tantum tamen apud omnes ferè gentes potuit ſucceſſionis vitium, dum pravum & ineptum principem obtruſit, ut à regula ſucceſſionis legitimæ recederent, & quod illic malè cecidiſſet, arte Electionis corrigerent & temperarent. Nam dum ſucceſſio per Electionem interrumpitur, in ipſa ſucceſſione Electio præfertur. Philippus Rex Macedoniæ, cum à Perſeo malitiosè ſe circumventū, eumq; poſt injuſtam fratris Demetrii cædem, totum ignaviæ deditum videret, in Antigonum ſummā rerum reducere non dubitavit, quem & his verbis ſæpe allocutus dicitur, *Quando in*

eam fortunam veni, Antigone, ut orbitas mihi, quam alij deteſtantur parentes, optabilis eſſe debeat, regnum, quod à patruo tuo forti non ſolum fideli tutela ejus cuſtoditum & auctum etiam accepi, id tibi tradere in animo eſt. Te unum habeo, quem dignum regno judicem, ſi neminem haberem, perire & extingui id mallem, quā Perſeo ſceleſtæ fraudis præmiū eſſe. Quod ſi vita longior ſuppetiſſet, haud dubium fuit, quin eum in poſſeſſione regni relicturus fuerit. *Liv. lib.* 4. Poloni etiam priuſquam ſtrictam ſucceſſionē ad liberam Electionem detraherent, [illegible] re-

43. *Succeſſio plerumque indigna exceptione, ſi dignus [illegible]*

medio

medio usi sunt, in Casimirum I. quem sub imperio ambitiosæ matris Rixæ ad paternum ingenium & in odium Polonorum educari suspicabantur, *Cromer. libro quarto. Mechov. lib. 2. c. 14.* nec non in Micislaum Boleslai Impii & Lescum Boleslai Crispi filiũ, *Crom. libro quinto & sexto.* quos regno excluserunt, quod in iis paternæ fraudis scintillas licentiâ resuscitandas, timerent: Perinde sicut Otto dux Saxoniæ ad Visurgin Henrico IV. à Saxonibus petenti, ut filium suum Regem Romanum creari sinerent, in concilio Saxonum restitit; dicens proverbio rustico: *Quia nunquam mala vacca bonum vitulum ediderit. Rivand. in Chron. Thur. folio 100.* Ipse Carolus IV. Imp. *in bull. c. 25.* tum demum primogenitos Electorum ad successionem admittit: *nisi sint mente capti, fatui, seu alterius notab. lis defectus per quem non deberent, nec possent hominibus principari:* cujus legis intuitu fortè Fridericus Marchio Brandeburgensis, quem Sigismundus Imp. in delitiis habuit, primogenitum præteriit, prout his verbis memorat Æneas Sylv. *de stat. Europ. sub Frid. III. c. 31. Iohannis, qui primogenitus erat, Electoratus debebatur, sed judicium patris Fridericum prætulit, qui secundo genitus erat, & aptior ad obeunda imperij munia videbatur. Primo itaq; quam moreretur, hæreditatem suam inter filios divisit, Fridericum Electorem instituit, neq; male judicavit. Nam Fridericus inter Principes Germaniæ sapientiâ clarus habitus est, cujus consilio multa sæpe provincia pacata sunt.*

44. *Ex multitudine exemplorum nihil solide concludi posse.*

Quorsum igitur Catalogus populorum, quos contra Aristot. in acie sistit Bodin. pro successione, contra libertatem Electionis, exempla sua jactitantes? quasi non illi uno jactu protelari possent, quod ipse Bodinus demonstravit *lib. 1. de Repub. c. 5.* ubi licet confiteri cogatur, inde usque à maledictione Chami apud omnes omnium terrarum gentes servitutes in usu fuisse & adhuc esse, si paucos Christianos exceperis: negat tamen de jure servitutis quicquam inde concludendum esse, cum multitudo errantium non pariat errori patrocinium, & supra *lib. 1. c. 5.* à nobis demonstratum sit: Non id ad jus gentium referendum, quod maxima gentium pars sequitur, sed quod ex naturali ratione educitur. Annon hodie, si oculos per Americam, Asiam, Africam circumferas, omnes provincias, omnes urbes, omnia oppida occupata invenies à Dominis? qui & in Europa, cum Attila, Longobardis & Gothis, quondam non infeliciter posuerant pedem, & adhuc hodie servant in oris Septentrionalibus. Ad tu propterea Dominatum potiorem facies Regno? Eadem opera Polygamiam posses anteferre legitimo conjugio, & si Bodinum ipsum exaudire velis *d. lib. 1. c. 5.* superstitionem veræ religioni. Nec verò in hoc tantũ labitur Bodini argumentum, sed & in eo, quod exemplorum suorum farragine Dominatus & Tyrannides obtrudat pro Regnis, & his leges ferat ex illis. Dominatus enim & Tyrannides nec stare possunt, nec propagari, nisi in hæredes transmittantur, imò eorum naturæ repugnat Electio, cũ referant omnia primariò ad commoda Imperantis. Sed hinc non est capienda regula regnorum, in quibus subditorum salus prius spectatur, Regis post illam, ideoque hic quæritur; Utrum Reip. utilius sit, si Principes succedant è stirpe, vel eligantur, quæ quæstio in Dominatu & Tyrannide plana est & locum non habet. Bodinus ad hujus rei decisionem advocat, Assyrios, Medos, Persas, Ægyptios, Asiaticos, Parthos, Armenios, Turcas, Indos, Africanos, Tartaros, Arabes, Muscovitas, Celtas, Numidas, Æthiopes, qui omnes sub Dominatu vivunt, & eius leges sequuntur. Si jam hinc progrediendum sit ad examen eorum, quæ constitui debent in Regnis, cur non eadẽ opera concludere liceat: Cives in regnis nihil debere directò possidere, quia non possident in Dominatu apud eas, quas laudavi, gentes. Ex Græcis verò quod citet Athenienses, Lacedæmonios Sicyonios, Corinthios, Thebanos, Epirotas, Macedones, partim Tyrannos, pro veris Regibus affert, ut postremos Atheniensium, Sicyonios, Corinthios, Thebanos, partim insufficientẽ ex paucis iisq; incertis exemplis inductionem facit, quoniam Athenienses, pertæsi successionis incommodorum, Rempublicam, post mortem Codri primum ad Decennales, mox ad Annos Archontes deduxerunt. Ex

45. *Bodin. confundit regna, cum Dominatu & Tyrannide.*

Epirotis, quid Pyrrhus, ex Macedonibus, quid Alexander Magnus & Philippus de successione senserint, paulò ante dictum fuit. Lacedæmonios non tantum taxat Aristoteles 2 *Polit. cap. 7.* quod à stirpe Regem potius necessarium accipiant, quàm è virtute liberè eligant, sed & Lysander inveteratum hunc morem immutare aggressus est, cujus rationes recenset Plutarchus *in Lys. sub. fin. Vt scilicet Spartani ex æquo ad virtutem excitarentur, quorum maxima pars rebus periculosis & optimis abstineret, quod virtuti non satis dignum offerri præmium viderent.* Aliam explicat idem *in compar. Lysandr. & Syll.* dum ait : *Natura probare videtur, ut in ea urbe, quæ virtutis nomine Princeps Græciæ erat, Optimorum Optimus non propter nobilitatem generis, sed virtutis causa regno potiatur. Vt enim venator non id, quod cane natum sit, sed canem requirit: & rei equestri deditus non quod equo prognatum sit, sed equum : (Quid enim si mulus ab equo procreetur) Ita & civilis Boni arbiter procul à scopo aberraret, si non, quis sit, sed ex quibus ortus princeps, quærat. Quando ipsi etiam Spartani quosdam Reges abdicare coëgerunt, ut indignos regno & nullius pretij homines. Quod si vitia etiam in nobilibus genere inhonesta sunt : utiq; etiam sine nobilitate virtus honorem meretur.*

46. *Quæ gentes receperint electionem.* Sint denique pauca quædam successionis in regna receptæ exempla reliqua, Gallorum, Hispanorum, Anglorum, Scotorum, Perusinorum, &c. Plures iis non minus cultarum gentium contrarios calculos opponimus, & illos ipsos sæpè ad necessitatem Electionis per incommoda successionis adactos demonstramus, quemadmodum jam pluribus documentis planum fecimus, & Lysander ex Republ. Lacedæmoniorum exempla nobis dedit. Franci, cum regiam stirpem Merovæi & Caroli M. in fine marcescere, & quasi fatali aviditate emori viderent, bis coacti fuerunt, modò regnum vicinis in prædam exponere nollent, jus successionis interrumpere, & per viam Electionis regia lilia novis Pipini & Capeti stirpibus inserere. Causam assignant Canones, *quod Reges essent inutiles, c. alius. 15. q. 6. Valas. lib. 3.* id est, explicante gl. *ibid, in*

47. *Successio aliquando necessitate devolvit ad liberam electionem.* *verb. Inutilib.* & Babæburg. *de jur. Imper. Rom. cap. 17. dissoluti cum mulieribus & effæminati.* Vnum ex stirpe Carolina, Ludovvicum III. Carolomanni Spurij filium etiamnum historiæ Gallicæ vocant, *Faineant, Nullius Frugi, Inventair. de Serr. in Ludovv. III. Gall. ibid.* & alterum ab Imbecillitate Mentis, Carolum *Simplicem*, cujus hebetudo non tantum Normannorum externis, sed & Rudolphi Ducis Burgundiæ domesticis injuriis regnum fecit pervium. Angli contra Iohannem sine terra accersiverunt Ludovvicum Gallum, & Richardum II. Henricum VI. contra jus successionis dejecerunt à solio, quod viderent eorum ignaviâ aut imbecillitate Gallorum res evadere superiores. Scotos eò adegit successio, ut Elhodio II. in singulis provinciis tutorios præfectos substituere cogerentur, cum ipse præ mentis impotentiâ viam sibi non saperet, nedum ut aliis semitam præire potuisset, *Buchan. lib. 4.* sicut & Augustus Archelao, Cappadociæ Regi, tutorem adjecit, cum mente captus esset, *Dion. lib. 57.* & Portugaliæ Nobilitas Clerusque, Sanctio II. de consilio Innocentij IV. curatorem dederunt. *cap. 2. de suppl. negl. prælat. in 6. Duard. Non. & Hemming. in Genealog. regum Portugal.* Galli quoque, cum Carolus VI. mente non constaret, principibus, quos vocant, sanguinis regnum administrandum tradiderunt, *Froissard. lib. ult.* quanto cum Reipub. detrimento paulò post videbimus. Sicut igitur Monarchiam optimi quique Politici præferunt Democratiæ, vel hoc argumento, quod Romani rebus desperatis plerunque se recipere coacti fuerint ad Dictaturam, quam *brevem Tyrannidem* seu *temporaneam Monarchiam* vocat Halyc. *lib. 5.* Ita Electionis major utilitas elucet ex eo, quod successio in deterius acclivis sæpiùs interrupta & beneficio Electionis in integrum restituta fuerit. Quam multi verò gentibus potior visa fuerit Electio, quid opus est commemorare? cum Hispanis, Anglis, Gallis, Scotis, multò plures opponere possimus. Electione magno cum Reip. suæ commodo utentes, Germanos, Vngaros, Polonos, Bohemos, Danos, Norvvegos, Suecos. Ne de Pontificum

48. *Multis regionibus invaluisse Electionem.*

Electio-

[illegible], item Magistrorum quondam Borussiæ & Livoniæ, aliorumque Prælatorum dicam, qui non solis sacris peragendis, sed ut dominentur instar Principum, creantur. Apud Abissenos & plerasque Indiæ Orientalis Electio successioni commixta reperitur, ita tamen ut Electio primas ferat, cum non is, quem proximum fecit ordo nascendi, sed quem vota Sabandrorum digniorem reputant, in solium elevetur. *part. 5. & 8. hist. Indic.* In Guinea, Africæ regione, soli civium arbitrio debentur regna, *part. 6. Eiusd. histor.* quæ variè quoque licentia subditorum conturbantur in regnis Congo & Angola, *ut Lopez. retulit.* Hæbudes insulæ regibus suis olim interdicebant conjugiis, ne liberi regna arriperent hæreditaria. *Solin. in Polyh. c. 35.* Tartari, etiamsi vota astricta habeant ad regiam familiam, tamen quemcunq; inde ad sceptra vocatum cupiunt, ei dicunt: *Abs te petimus & jubemus, ut imperes*, quod ut Rex acceptat, Sacerdos hæc verba addit: *Suspice cælum, ac DEUM præpotentem universitatis Regem agnosce: Nā si justè imperaveris, omnia ex animi tui sententia consequere: sin muneris officiiq; tui oblivisceare, praeceps ex alto ac sublimi solo dejectus, regalo potestate ac bonis omnibus ita spoliabere, ut ne tabula quidem hac, (cui Rex tunc insidet) tibi relinquatur. Refert ipse Bodinus 1. de Rep. c. 8.* Veneti, cum ab initio Ducem haberent hæreditarium, eumq; potestatis plenitudine abuti viderent, autoritate Dominici Flabanici sanxerunt, ne quis in posterum successorem sibi vel ex familia agnata, vel adoptione daret: *Volat. libr. 4. Geogr.* Mammeluci quoque Aegyptiorum Sultanum suffragiis elegerunt, *Petr. Mart.*

49. *Romanorum primos Reges electione regnum obtinuisse.*

histor. Babyl. ut olim Carthaginenses Imperatorem, quos eo nomine commendat Aristoteles 2. *Polit.* Romanorum primi Reges Autoritate Senatus, Iussu populi constituti sunt, ut pluribus disserit Servius contra Tarquinium *apud Halycarn. lib* 4. Numa Pompilius, Tullius Hostilius, Ancus Martius, L. Tarquinius. Servius etiamsi injussu populi, consensu tamen Senatus regnum sumsit, sed L. Tarquinius Superbus, occiso Servio, non per interregem legumque jure prodiius est, sed vi usurpavit imperium, de quo Livius *lib. 1. Neq; enim ad jus regni quicquam præter vim habebat: ut qui neq; populi jussu, neque auctoribus patribus regnaret.* Tyrannus igitur habebatur, etiamsi Servii filiam in matrimonio haberet, & ipse contra Servium jura successionis, tanquam Regis filius allegaret: Se scilic. *patris sui tenere sedem, multò quàm servum, potiorem filium regis regni hæredem.* Postquam Democratia per Tyrannidem in legitimam Monarchiam vicissim convaluerat, plerique putant Imperium Romanum ab initio non fuisse hæreditariū, cujus opinionis est ipse Bodinus *6. de Republ. c. 5*, eò quod plerique eorum à militibus ad tantum fastigium evecti sint. Cæterum, si de jure, & non de facto loquantur, toto cœlo errant, cum imperium, armis & jure belli quæsitum, totum in manus & potestatem Victoris reciderit, ita ut tàm Iulius Cæsar, quàm Augustus de eo testamento, quid factum velint, sanciendi facultatem, connivente Senatu & universo populo habuerint. Et quo jure mercenarii milites, adeoque servi Reipubl. autoritatem sibi arrogare poterant, Principem Reipublicæ dandi. Iure enim gentium per mortem Principis vacans Respubl. recidit ad universum populum, qui eam in Imperatores transtulerat, seu potius assensu subsecuto per vim occupatam victoribus confirmarat. Militibus verò potestas eligendi à populo nunquam tributa fuit, nec ab iis in præjudicium Senatus & populi, nisi de facto arripi potuit. Itaq; cum Galbæ infensi essent: quod se militem non *emere*, sed *legere* diceret, promissumque à Nymphidio donativum non exolveret; convocati à Flacco præfecto, Calendis Ianuariis, ut in nomen Imperatoris, juramentum pro more repeterent, in S.P.Q.R. nomen, ductu sponteq; sua juraverunt: *Plutarch. in Galb. num 6.* Legiones etiam Germanicæ literis alium Imperatorem flagitantes, Senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittebant, *Tacit. 1. hist. num. 4. in pr.* & cum duo perdita monstra Othonem & Vitellium, velut ad perdendum imperium temerè electa viderent, ac dolerent optimi quique militum, agitasse eos consilia, scribit Plutarch. *in Oth. num. 4.* convocato Senatui potestatem deligendi Imperatoris committendi,

50. *Utrum imperium Rom. fuerit hæreditarium.*

51. *Milites non habuerunt jus eligendi Imperatorem.*

tendi,

tendi, quod in Maximo & Balbino, nec non Tacito, longo intervallo post factum est. Accedit, quod novum Imperatorem nunquam dixerint exercitus, nisi per vim & successores sustulissent, & vota pacifici Senatus antevertissent. Quoties absq; vi & cæde res acta legitur, cuivis Imperatorum semper licuit, vel hæredes sive à natura datos, aut adoptione inventos, pollicitum imperium transmittere, quod inde merito hæreditarium dicendum erit. Nisi enim fuisset, non traditum fuisset Tiberio, consentiente Senatu populoque, eo, quod ab Augusto scriptus esset hæres: nec Cajum admisissent, quia testamẽto Tiberii æquis partibus hæres relictus erat cum Tiberio Tiberii ex Druso nepote, quem Cajus paulò post sustulit, ut solus citra æmulum & hæres esset & regnaret. Claudium quidem extraxerunt milites ad solium vacuum, itq; ejus Imperium paulò post Senatus, qui pristinam libertatem importuno tẽpore affectare cogitabat, cum populo consensit, quod, ut inquit Dion, *stirpe regia ortus, & vir bonus habitus esset.* Post mortem Claudii, inquit idem, *Britannicũ optimò jure, Imperio succedere oportebat: quod erat ejus naturalis & legitimus filius. Iure autẽ civili, propter jus adoptionis, imperium ad Neronem quoq; pertinebat.* Quapropter Nero, ut Britannicum anteverteret, tabulas testamenti rescidit, aut saltem, ut ait Tac. *non recitavit, ne antepositus filio privignus injuria & invidia animos vulgi turbaret. Tacit. lib. 12. Annal. in fin.* Agrippina verò primum omnium mortem Iunio Silano intulit. *crebra vulgi fama,* ait Tacit. *anteponendum esse vix dum pueritiam egresso Neroni & imperium per scelus adepto, virum ætate composita, insontem nobilem, & quod tũ spectabatur è Cæsarum posteris. Quippe D. Augusti abnepos erat: hæc causa necis. Tacit. 13. Annal. in pr. Huc usq;* igitur, dicente Galba ad Pisonem: *Unius familia quasi hæreditas fuimus: Tacit. 1. histor.* Mox verò, evulgato Imperii arcano, posse principem alibi, quàm Romæ, fieri, legiones ceperunt jus imperii de facto invadere, & ne aliæ aliis cedere viderentur, ex omnibus angulis, ubi milites erant, solstitiales emerserunt Imperatores, qui, ut herbæ irriguæ, citò ad terminum properarunt, mutuis cladibus consumti, donec summa rerum ad unum rediret Vespasianum, qui pacatum filiis tradidit imperium, nec ad Electionem suam vel milites vel Senatus redire nisi sunt, quamdiu legitimus successor ex familia Vespasiani superat. Extincta verò in Domitiano tota familia, Nerva designatus est Imperator, qui in Senatu sibi surrogavit Trajanum, Trajanus Adrianum, ut quidem omnes historici referunt, Dione excepto, qui à parente se cognitum habuisse scribit, non à Trajano adoptatum, sed celatâ morte Trajani, à Plotina uxore Trajani, & Attiano, curatore ejus, suppositum fuisse Adrianum) Adrianus Aelium Verum & Antoninum Pium, cujus adoptioni conditionem adjecit: ut sibi itidem duos, Annium Verum, & M. Antoninum adoptaret, quorum hic filium Commodum absque controversiâ successorem reliquit. Trucidato verò Commodo, autores cædis imperium detulerunt Pertinaci, quem multitudo populi cunctantibus militibus obtrusit, & Imperatorem salutare coëgit. Pertinax, cum invito militi obtrusus & licentiam, cui sub Commodi Tyrannide assuetus erat, severioribus vinculis coërcere aggrederetur, facilè in odium incidit, accedentibus imprimis sordibus, quas ipse populus detestabatur, ideoq; post alterũ mensem per vim occisus fuit, imperiumq;, quod turpe dictu venditum Didio Iuliano, semoto Pertinacis filio, qui postea patris flamen factus est. Cum verò exercitus Syriaci & Illyrici Prætorianis nec cedere quicquam vellent, nec in ejus nomẽ jurare, qui præmio pignoratus esset Rep. illi quidem Nigrum, hi verò Severum Imperatorem dixerunt, in quorum conflictu prævaluit fortuna Severi, isq; ambos filios successores reliquit, nisi quod Bassianus Getam, impatiens consortis, è medio sustulerit, ipse fraude Macrini sexennio post pari vindicta interemtus, ita ut tum iterum successore vacaret Resp. quæ raptim, imminente Artabano, tradita fuit Macrino. Quamprimum verò fama exiit, vivere geminos Antonini Bassiani filios, ad eos, tanquam legitimos hæredes, milites defecerunt, & hoc milnũ errore Heliogabalus primùm, mox etiam Alexander Severus imperium adepti, sed fine liberis trucidati

52. *Imperiũ fuisse hæreditarium.*

53. *Probatur lege, exempl.*

trucidati sunt. Possem ulterius progredi & per seriem sequentium Imperatorum deducere, quod quivis illorum, quos rerum privatarum, eosdem & imperii hæredes habuerit. militibus verò jus nullum constituendi Imperatores competierit, nisi fraude occiso uno, per vim obtrusissent alterum. Unde Nero, ex præscripto Senecæ de imperii sui auspiciis disserens, *auctoritatem Senatus* anteponit *consensui militum*, Tacit. 13. *Annal. in pr.* Maximinus Gordianus, Philippus, licet per vim principatum invaderent, filios tamē statim Cæsares dixerunt, sed violentiâ præventi in successione stabilitos relinquere nō potuerunt. Diocletianus reduxit potestatem adoptionis, adeoque suo arbitrio Principes Reipubl. dedit. Constantinus M. inter liberos imperium divisit, quod certè, si jus eligendi penes exercitus vel Senatum fuisset, facere ipsi non licuisset: Ut breviter dicam, in statu turbulento, & quando vis prævaluit luti, Milites sumserunt sibi autoritatem creandi principem: In statu verò pacato & quando princeps incruenta morte à scena abscessit, successio ordinaria, citra controversiam locum invenit. Atque hæc successio, quatenus per seditionem scelere interrupta non fuit, non tantum in Orientali, sed & Occidentali imperio recepta fuit, sive Carolinam stirpem spectes, sive primos Germanorum Imperatores, quicquid contradicant Bellarm. Gretser. & alii ejus farinæ, prout *in c. de mixta Republ. & statu regni German.* ostendemus.

54. *Utrum reges Gallorum successores vel electi fuerint.*

Hottomannus *in Lib. de Franco Gall.* ut majestatem Regis absolutam omninò deterat & autoritati statuum subjiciat, inter priscas Merovingiorū leges etiam hanc reponit, quod Reges Electione creati, & beneficio populi autoritatem nacti fuerint, hoc unico argumento inductus, quia Greg. Turon. & Aimon. sæpius circa inaugurationem Regum, mentionem faciunt Electionis, non secus ac si unius atque alterius Monachi inconsiderata phrasis toti juri regio præjudicium creare possit. Et quam parum horum hominū locutionibus, quoad proprietatem, fidendum sit, cum ipsi vulgariter & non ex cura de rebus plerisq; locuti sint. *lib. 1. de jur. Maj. c. 5. nu. 9.* diximus. Mos erat primis Francorū Regibus, ut in scuto elevati populo ostenderentur, & publico applausu acceptarentur, quemadmodum in castris olim Romanos exhibebant Imperatores, & quā plurimos Regum scuto elevari solitos fuisse, notat Lips. *in not. ad li. 4. Tacit. n. 20.* Gothis idem usu receptum testatur Cassiodor.

55. *Electio pro elevatione.*

Hanc verò elevationem, quam iidem autores simul describunt, & per eam declaratum consensum publicum, Electionem vocant, quemadmodum & Abbas Svvarzah. *in Ann.* 1077. de Rudolpho Suevo scribit: *Rudolphus indigena Sueviæ, qua Regalibus omnino stemmatis aliena est, in Regem elevatur:* id quod Gregor. & Aimon, exprimere, per hæc verba, *In Regem eligitur*, censet Claude Fauchet. *lib. 1. de Magistr. Francor.*

56. *In stirpe Merovæi viguisse successionem.*

Nam quod jure hæreditario successerint nepotes Merovæi, adeò certum est, ut regna in minutissimas partes scinderent, ne quisquam exhæres relinqueretur. Anastasius Bibliothecarius Adriani II. *Francorum, ait, moris est, Dominum id est, Regem secundum genus principari*: Nec quicquā majori vitio vertitur Francis, quam quod liberâ electione ad Pipini stirpē regnum transferrent, quanquam illi rem tantam sine suffragio oraculi Romani aggredi non audebant, cujus quidem autoritate opus non fuisset, si ab initio suo arbitrio populus sibi Regem creare liberè potuisset? Contra hæc rerum testimonia, quantum ponderis habebit unicū verbum Electionis, quod illa ætate pro approbatione passim acceptum legimus, ut in Concilio Tolet. III.

57. *Electio pro approbatione.*

Si quis ad Reg a Maj statu ambitu pervenire fastigia, quem nec Electio omnium præficit, nec Gothicæ gentis ad hunc apicem extollit nobilitas, sit cōsortio Catholicorum privatus. Quod si Covarr. *c. 1. pract. qq. n. 7.* hoc Anathema rectè accipit de electione sincera libera, qua Gothos ante Pelagiū I. in Regibus eligendis usos putat, jam maledicti erunt omnes adeò Reges, quicunque inde à Pelagio in Castilia, utraq; Lusitania, Arragonia, Navarra, Leonia, &c. rerum feliciter potiti sunt. Apud Gallos in Regis inauguratione potissimas partes sustinet Archiepiscopus Rhemensis, qui in veteri consecrandorum Regū formula, inter cætera. *Se dicit Eligere Regē. Papyr. Masson. lib. 3. Annal. in pr.* At igitur

Rex

Rex Galliæ ab arbitrio Archiepiscopi dependet, nec rectè illic dicitur: *Regem immortalem esse*, quia in vestigia abeuntis, statim est, qui, quoad potentiam, succedat? Hodie illa Archiepiscopi arrogantia lege lata Majestatis damnata est, nec ex veteris formulæ inconcinna locutione magis extrui potest, quàm ex oratione Iohannis IIX Electio Imperatoris, quando ait: *Carolum* (Calvum puta) *à populo expeti videntes, elegimus meritò & approbavimus*, &c. Item: *Caroli Magni & Pacifici Electionem & promotionem in æternum firmam & stabilem decernimus permansuram. In actu Coronat. Caroli Calv. à Pithoe editis.* Quid enim per Electionem hîc intelligit Pontifex, nisi approbationem & consensum? quemadmodum & Ivo *in Apolog.* de inauguratione Caroli Crassi, à Senonum Archiepiscopo facta, loquitur: *Communi scilicet consensu Episcoporum ac procerum jam pridem ipsum Electum, & tamē hæreditario jure regnum adiisse.* Ipse Carolus Magnus licet tabulis testamenti filiis hæreditaria regna dividat, non dubitat tamen *ibid.* sic loqui: *Quod si talis filius cuilibet trium fratrum natus fuerit, quem populus eligere voluerit, ut patri suo succedat in regno, ne patrui id impedīant.* Ita in Ducum Venetorum electione à Sebastiano Ziano, usque ad Petrum Gradenicum, antiqua commentaria sæpè usurpant hęc verba: *Questo fal Doge fu creato per via d' elettione & confermato à voce di populo.* Quomodo verò confirmavit populus, cui consentiendi tantum gloria relicta erat, erepta omni post magni consilii constitutionem, potestate. Nimirum applausus populi, qui in foro S. Marci, cum Electores novi Ducis Electionem multitudini indicarent, pro confirmatione allegatur, *Laqual cosa*, ait Don. Giannot. *de Rep. Venet. non essendo necessaria s' osserva piu per cerimonia, che per altro.* Electionis igitur verbum per consensum interpretantes, omnes Gallorum seu Francorum Reges statuimus à stirpe successisse, excepto eo casu, quando necessitas successionis incommodis ex Electione remedium afferre cives coëgit, ut retrò diximus.

58. *Successio per*

Sicut verò huc usque certitudinem Electionis in assequendo Optimo Principe, quæ Buridanam *d. concl.* 1. eò adegit, ut Electionem per se meliorem, successionem tantum ratione circumstantiarum tolerabiliorem confiteatur, asseruimus: Ita nunc è contrario ostendendum nobis incumbit, quod per viam successionis ad tantam felicitatem non liceat certò aspirare, ad quam rem non opus est alio argumento, quam hoc adagio: *Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα*, seu *Ἡρώων παῖδες βλαβαί. Eurip. in Heracl. Homer. Iliad.* 5. id est, *Heroum filii noxa*, quod quàm verè dicatur, præter quotidianam experientiam, omnium ætatum historiæ, sapientumque testimonia planum faciunt.

se neq; esse bonum[...] cipem.

59. *Heroum filii ut plurimum noxa.*

Ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως

Εὕροις ἂν ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. *Eurip. in Heracl.* id est, *interprete Erasm.*

Vnum forsan inter plurimos

Invenerit, qui patre non sit nequior.

In Epitaphio Isburgis Danæ, Philippi Augusti Regis Gallorum uxoris, quod Corvolii juxta Lutetiam videtur, inter cætera legitur hoc Distichon, quo innuitur, quam rarò virtus cum sanguine propagetur?

Nobilis hujus erat, quod in ortis sanguine claro

Invenias rarò, mens pia, casta caro.

Licet enim Augustinus quatuor modis, *Aut malos ex bonis*, aut *bonos ex malis*, aut *malos ex malis*, aut *bonos ex bonis* nasci dicat, *c. recurrat.* 32. *q.* 2. nec rarò

Fortes creentur fortib. & bonis: Horat. 4. *Od.* 4. *Redeatq; ad autores genus*

Stirpemq; primam posterûm sanguis referat. Sen. in Hyppol.

60. *Probatur ex autoritate.*

Facilior tamen & magis præceps lapsus est in deterius, in quod humana omnia vadere, deq; die in diem prolabi, jam tum conquæstus est Epictetus, & majores suos ante quæstos esse testatur. *Et reputanti mihi* (verba Spartiani affero *ex Sever.*) *neminem propè magnorum virorum optimum & utilem filium reliquisse satis clares: deniq; aut sine liberis viri interierunt, aut tales habuerunt pleriq;, ut melius fuerit, de rebus humanis sine posteritate discedere. Et ut ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit nihil Numa Pompilius, quod utile posset esse Reipubl. Quid Camillus? num sui similes liberos habuit? Quid Catones? quid Scipio, qui*

81. *Magni fratre? Quid monstro similius, quàm superioris [illegible] Scipio? Qui in tanta dom[illegible] gloria ortus a parvulo admodum Regis præsidio cape sustinuit, cum ei [illegible] a morte ab[illegible] factus fuerit, quã inter duo fulgen[illegible] cognomina patris & patrui, altero oppressa Africa jam parto, altero jam majore ex parte recuperata Asia, surgere incipiente, manus vinciendas hosti tradere, ejusq; beneficio precarium Spiritum ab[illegible]nere, de quo mox L. Scipio speciosissimum Deorum hom[illegible] numq; oculis subjecturus erat triumphum.* Idem: *Cum præturam difficulter exorasset, eamq; propinqui ab eo pollui tantopere animadverterent, id egerunt, ne aut [illegible]llam ponere aut jus dicere auderet. Valer. Max. lib. 3. c. 1. Q. Fabij Max. Allobrogici & Civis & Imperatoris Clariss. filius Q. Fabius Max. quam perditam luxuria vitam [illegible] adeò, ut quem nimia patris indulgentia haredem reliquerat, publica severi[illegible] Q. Pompeij prætoris urbani edicto exhaeredaverit. Clodij Pulchri filius cognominis, præterquam quod enervem frigidamq; ju[illegible]tam egit, perdito etiam amore Vulgatissimæ meretricis infamis fuit, mortuusq; erubescend[illegible] genere cõsumtus, cum abdomine avi[illegible] devorato, fœda ac sordida intemperantia [illegible]tritum reddidit. Iam & Q. Hortensii ne[illegible]s, Hortensius Corbio omnib. scortis abjectio[illegible] & obscæniorem vitam egit, ad ultimumq; [illegible]gua ejus tàm libidini cunctorum inter [illegible]panaria prostitit, quam avi pro salute civium in foro excubuerat. Val. d. c. 5. Tib. Grac[illegible]us Publij filius tàm diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. At [illegible] ut [illegible] nec vivi probabantur à bonis, & mortui obtinent nomen jure Cæsorum. Cic. 2. offic.* Quid de Pericle loquar, qui filio Xantippo bonis interdicere coactus fuit, ne multo su[illegible] partas opes flagitiis disjiceret, senectu[illegible] paternam extrema paupertate de[illegible]et. *Plutarch. in Peric. Quid de Homer[illegible] Dem[illegible]sthene, Virgilio, Crispo & Terentio, [illegible]o, caterisq; aliis loquar? Quid de Cæsa[illegible] quid d[illegible] Tullio? cui soli melius fuerat, li[illegible] non habere. Plin lib. 14. c. 22.* Augustus [illegible]doptivum quidem bonum habuit, cum [illegible] eligendi potestas fuisset ex omnib. Filias [illegible] genitas *Carcinomata & Vomicas* vocare solebat, ad earum mentionem subinde ingemiscens & exclamans:

Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι ἄγονός τ' ἀπολέσθαι.

Suet. in August. c. 65.

Nullus unquam expectationem provinciarum & totius populi inopinatius elusit, quã Cajus, Germanici filius, & ejusdem ex filia nepos Nero: sed non soli in diverticula vitiorum declinarunt, cum eorum vestigia omnes ferè purpurati liberi secuti sint, Domitianus, Commodus, Bassianus, Gallienus, tantæ imperii Roman. pestes, quantis commodis parentes illud exornarant, adeò ut de Antonino Philosopho rectè Auson. scripserit *in Cæsar.*

Hoc solo patriæ, quod genuit, nocuit. & *Spart. in Sever. Quid Marco felicius fuisset, si Commodum non reliquisset haredem? quid Severo Septimio, si Bassianum nõ genuisset?* Ac nisi in re certa verba prodigere vererer non necessaria, per omnia item regna, ac Optimorum principũ degeneres filios in medium adducerem, Cambysem Cyri, Xerxen Darii, Ochum Artaxerxis, Perseum Philippi Macedonis, *Liv. l. 40.* Hieronymũ Hieronis Syracusarum Regis, *Liv. lib. 24.* Guilielmum Malũ Rogerii M. Regis Siciliæ, *Thom. Faz. in Guil. I.* Dagobertos & Carolos Simplices ex Merovæi & Caroli M. stirpe, Iohannem Philippi Vallesii regis Gall. ex Regib. Angl. Ioh. sine terra Henrici II. Eduardum II. ignavum, Eduardi I. Richardum II. Eduardi III. Henricum VI. Henrici V. Ex regibus Scotorum, Ethodium II Ethodij I. Thereũ Rheuteri, Durstum Tinnani, Evenum III. Ederi, Luctacum Corbredi Galdi & Mertellani nepotem Dardanium. Ex regibus Polonorum, Popielum seu Pompilium II. Popieli I. Miezislaum II. Boleslai I. & quos post Boleslai Impii ætatem invalescens electio, tanquam sceptris indignos amovit. Ex regibus Bohemiæ, Wenceslaum Caroli IV. filium. Deniq; nulla tàm felix stirps unquam emicuit, cujus gloriam non devenustarit aliqua familiæ labes, & confirmarit Rhythmum Norinbergensium, qui vulgò circumfertur: *Nullam esse magnam familiam sine degeneribus Bastardis*, sicut *nullum magnum ingenium sine specie dementia* prodiisse dictitat Sen. Cõtempletur mihi quis primogenitum omniũ

homi-

hominum, Cainum, & in secunda ætate Chamum: quam citò, quamq; turpiter à quantis paternarum virtutum laudibus ceciderint. Ne de liberis Eli & Samuelis, de Ammone, Absalone & Adonia, primogenitis Davidis dicam, nec cum Baldo *in c.1. col. 4 vers. Amplius quaeritur, de jud. in 3. lect.* degeneris Roboami testimonium adducã, aut Iorami filii Iosaphat, Manasse filij Ezechiæ, aliorumque Iosiæ liberorum, quorum & his similiũ Cathalogum, qui volet, convasare poterit *apud Spartan. in Sever. nu. 7. Valer. Max. lib. 3. c. 5. Tiraq. de pœn. semp. caus. 51. n. 44. Campo Fulgos. lib. 3. Exempl. cap. 5. Iohan. Baptist. Egnat. lib. 3. c. 5. Anton. Guevar. in horol. princip. lib. 2. c. 42. Ioh. Baptist. Leucium observ. Polit. 58. Richter. Axiom. 14. part. 2. Num. Oeconom.* ne de veritate adagij, tot exemplis confirmati, fideque dignorum virorum testimoniis comprobati quisquam dubitandi probabilem rationem habeat.

62. *Responsio ad adversariorum.*

Sunt tamen, qui ad causam per accidens confugiant, & quam directò sustinere non audent aciem, per ambages circumire satagant. Per accidens enim, aut, ut Canonher. disputat *in desc. ad Tac. pag. 145.* secundum Quid Electioni palmam porrigunt, quando scilicet contra naturæ ordinem ex bonis parentibus generatur, ut ait Valer. *d. c. 5. in pr. nobile portentum.* Sicut enim Aristoteles *lib. 4 gen. anim. c. 3.* monstrum quodammodo vocat eum, qui parentibus similis non est facie, seu forma externa: ita multò magis à linea parentum abscedere putandus est is, qui in forma interna degenerat, quam unicam Plato pro homine acceptandam contendebat. Ad hujus verò responsionis declinationem præsupponendum est, quod Aristot. 1. *Eth. c. 3.* in omni discursu Politico observandum esse præmonet, ne scil. rationes quæ-

63. *Politicus respicit ad ea, quæ fiunt ut plurimum.*

tantum demonstrativæ & necessariæ, sed παχυλῶς καὶ τύπῳ τ' ἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι, καὶ περὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας. Viri enim eruditi est, *ut ibid. subjicit Philosophus,* τ' ἀκριβὲς in quoque genere requirere eatenus, quatenus rei natura patitur. Perinde enim est, si Mathematicus conclusiones orationis lenociniis persuadere, & si Orator necessariam rationem, quam demonstrationẽ vocant Logici, adhibere velit. Contra leges artium Rhamisticas alibi disputavimus, *in notis ad part. 2. Log. Crell.* quod unâ decempedâ agros omnes metiantur, & necessitatem in reb sua naturâ Contingentibus quærant, quæ nulla apparet. Nam in rebus Politicis, fortunæq; vicissitudini & variis hinc inde circumcursantibus casibus obnoxiis, istuc per se evenire censetur, quod ut plurimum verisimiliter evenit, quemadmodum Theophrastus juris decisionem determinat non ad ea, quæ necessariò, sed quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ οὐκ ἐκ παραλόγου eveniunt. Solum τὸ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. *l. jura const. 3. l. τὸ γὰρ. 6. de ll.* Iam verò frequenter & facilè, *ut vult Celsus l. Nam ad ea 5. Eod.* uno probabili ratione evenit, ut ex bonis nascantur mali, ideoque de hoc casu omninò in Politicis habenda est ratio, & per se fieri putandum, quod frequentius & verisimilius evenit, quam opppositum.

64. *Quibus de ca[illegible]*

Omni verò ætate sollicitì fuerunt de causis Philosophi, ob quas toties ab indole parentum cadant filij, ut videre est apud Arist. *sect. 10. probl. 12.* Alex. Aphrodis. *lib. 1. Pol. 20. Tiraq. in l. Connub. 15. n. 154.* Guevar. *d. c. 42.* Richter. *part. 2. Axiom. Oecon. c. 14.* Cardan. *li. 8. de rer. varietat. c. 40.* Scalig. *in Exercit.* Physicam hanc afferunt Aristot & Aphrodis. & Oppian. *libr. 1. κυνηγετικῶν.* quod homines stultiores, (verba sunt Aphrodisæi) dum concumbunt, totos se libidini dedant. *Itaq; inquit, animo penitus in corporis concreatione demerso, astrictoq;, res tantum Venereas, (c*

65. *Ratio Physica.*

men vires optimas, tùm rationales, tùm naturales adeptum perfluit, creatq; proinde hominem prudentiorem. At homines prudentiores & docti εἰς φιλότητα, ut ait Oppian. *ιων,* id est, *semper aliquid vel honesti vel utilis animo complectuntur, ne in ipso quidem Venereo coitu omnino à rerum studio desistentes. Itaq; animo remissiori profluens semen expers longè facultatis illius animalis incumbit. Vnde homines stulti & indocti filios robustos maximè procreant. prudentes & docti imbecillos.* Non est de nihilo hæc [illegible] quippe cum primogenitura ex ea parte [illegible] præripiat cæteris fratribus, & prima parentum virtus dicatur: imò etiam spuriis multis parasangis post se relinquunt legitimos, quod, ut quidam hujus ævi Rex d[illegible]

conjuc-

consuevit, uxor necessitate, concubina voluptatis gratia ineatur. Nec enim dubiū est, quin voluptate excitentur Spiritus, & floridius extillet semen cupientibus, quàm coactis. Aetius ne concipere quidem fœminas
66. *Generales aliæ.* censet, nisi ament & amore turgidum protrudant semen. *lib.16.c.26.* Accedunt rationes Physicæ generales, quod in pejus vergāt naturaliter omnia, quò à principiis longius abeunt, sicut Horat. innuit *lib. 3. Ode 6. in fi.*

Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Item, *quod facilior sit transitus ad privationem*, quàm contrà, imprimis in iis, quæ ad summa pervenerunt. Nam, ut ait Hippocr. *lib. 1. Aphor. 3. Habitus, qui ad summum pervenerunt, periculosi, si in extremo constiterint. Neque enim possunt in eodem permanere, neque quiescere: Cum vero non quiescant, neque possunt proficere in melius. Reliquum est, ut decidant in deterius.* Et quia *inter præcipitia & summa nihil medium est*, di-
67. *Rationes Theologicæ.* cente Tac. 2. *hist.* ab alto virtutis in abyssum vitiorum ruunt. Nō prodeo ad causas Theologicas, quod Satanæ invidia contra majorem fortunam sese impensius inflet, quod vel magna latèq; patientia imperia, unde felicitas Principis vulgò æstimari solet, non acquirantur sine innocenti sanguine & sine injusta audacia: de qua re sententiam fert Cicero *lib. 1 Off. Haud facilè potentissimum quemq; esse etiam justissimum, quoniā difficile est, cum præstare cæteris concupiverit, servare æquitatem.* Hanc verò iniquitatem, memor peccatorum Deus, à tertia & quarta generatione repetere solet.

De malè quæsitis nec gaudet tertius hæres.

68. *Politicæ.* His, inquā, tàm Theologicas, quàm Physicas rationes, tanquam à proposito nostro alienas obiter huc accerso & ad Politicas me converto, quæ perraro sinunt filios ad apicem felicitatis virtutisque paternæ aspirare.
69. *Objectio adversariorum.* Plerique adversariorum, quando vident se non lanciniā, sed medios hîc teneri, nec negare posse, quod à natura sæpè stolidus aut pravus subjiciatur successor, ad Institutionem, naturæ Correctricem, confugiunt, & ita argumentantur Bundan. *d.q.25.* & Casus *3. Polit. c. 11. quæst. 2.* majorem Principis in liberis instituendis præsumunt diligentiam, qua putant, quicquid à natura tortuosum producitur & confragosum, corrigi & in melius flecti posse. Nec est de nihilo, quod de Institutionis efficacia excipiunt, siquidem consuetudo fit altera natura, & Socrates, institutionis beneficio, luxuriosam indolem in temperatissimum habitum transformavit, quando, Chiromanta ex lineamentorum intuitu, luxuriæ deditum ipsum pronūciante, *Talem se futurum fuisse* dicebat, *nisi Philosophia ad frugem vacillantem animum revocasset.* Cæterùm an diligens institutio in 70. *Non posse in aulis liberos rectè educari.*
Aulis per medias Principum occupationes, locum inveniat, & num superficiaria illa ad virtutem assuefactio improbæ naturæ corrigendæ satis sit, hoc demum illud est, in quo argumenti totius cardo vertitur. Equidem Plato exemplo Cyri & Darii, Persarum Regum, *lib. 3. de ll.* ostendit, quam indiligenter necessum sit educari regios liberos. *Cyrus*, inquit, *cum ab ipsa pueritia vitam in re militari traduxerit, liberos suos mulieribus educandos tradidit. Illa verò ipsos nutrierūt, ut eos, qui à pueris felices continuò extitissent, nullaq; re prorsus indigerent, vetantes, ne quis eis ulla in re, ut satis superq; beatis adversaretur, imò cogentes, ut omnes laudarent, quicquid ab illis diceretur, aut agere- tur.* Et sanè, si respiciēdum sit ad ea, quæ facilè & frequenter fiunt, ut ait Celsus *in libr. 5. de ll.* non tantùm Bodinus *lib 4. de Repub. cap. 1.* confiteri cogitur, sed res ipsa quotidiè loquitur, nullos institui liberos segnius, quàm qui ad successionem à natura destinantur. Quotus enim quisque princeps est, 71. *Propter absentiam & negotia parentum.*
qui liberorum educationem non totam alienæ fidei concredat, dum ipse vel à publicis occupationibus abripitur, vel in saltus & nemora voluptatum quærendarum gratia, se abdit, vel commessationibus dies noctesque trahit. Carolùm Magnum referunt Turpin. & Eginhart. si qua per otium datū fuerit, liberos literis & armis instruxisse, & Augustus nepotes & literas & natare aliaq; rudimenta per se plerunq; docuit, ac nihil æquè laboravit, quàm ut imitarentur Chirographum suum. Neque cœnavit unà, nisi in imo lecto assiderent, neque iter fecit, nisi ut

vehiculo anteirent, aut circa adequitarent. *Sueton. in August. c. 64.* At quis principum hodie, vel imitatur hæc exempla, vel imitari potest, præcipuè si multitudine negotiorum & ditionum provinciarum latitudine operæ distrahantur, quemadmodum Carolum Magnum nunc Sarracenorum rapinæ in Hispaniam, nunc Saxonum iterata rebelliones in ultimam Germaniam, nunc Longobardorum perfidia & injuriæ in Italiam, procul lares & familiam, avocabant. Iulium Cæsarem signa diversis temporibus contulisse cum tricies centenis millibus bello Gallico oppida plus octingenta vi cepisse, gentes subegisse trecentas *In Cæs. nu. 5. Plut.* Henricum IV. Imperatorem sexagies & bis justa acie conflixisse accepimus, *Car. l. 6. 4.* Cæcinnam, cum à Germanis circumveniretur, quadragesimum stipendium parendi aut imperitandi habuisse, Tacit. autor est, *lib. 1. Annal. n. 13* L. Siccius Dentatus de seipso: *Centies & vicies dimicavi in acie, vulnera quadraginta quinq; accepi, adversa omnia, aversum nullum. apud Halyc. lib. 10.* An verò, quisquam bellicis expeditionibus tantoperè occupatus, aut in remotas regiones peregrè ætate distractus, diligenti liberorum educationi operam dare potest? aut si inter impedimenta post parentem trahantur liberi, an imbibendæ disciplinæ tempus & spatium ullibi nacifcuntur? Nec inscitè Ludov. XI. Rex Gallor. filium prohibuit quicquam ex literis discere, præter hæc tria verba: *Qui nescit dissimulare, nescit imperare. Paul. Aemyl. lib. 10* non quod literis per se bonis tantum convitium facere voluerit, sed, quod eruditionem principibus plerunque arrogantiam inflare & funestam esse intelligeret. Quid ita? Quia nunquam tàm sollicitè erudiuntur Principes, multitudine negotiorum obruti & animi altitudinem ad res plerunque alias divertentes, ut ad perfectam sapientiam pervenire queant. Qui vix in limine constiterunt, pro doctis vulgo habentur. Nihil verò imperfecta eruditione superbius, nihil magis noxium Principibus, qui cum sua se sapere sententia solos putent, aliorum consilia contemnunt & præcipites eunt, quocunq; à præsumpta opinione protruduntur.

72. *Qui Principes docti vulgo imperabantur.*

73. *Principem...*

Sed ut occupationes aulicas & Principum in educandis liberis somnolentiam [illegible] mus, & omnem a parentibus adhiberi diligentiam credamus, necessum est præceptoribus hanc provinciam dari, quorum modesta, quam sint futura efficacia, ex comparatione summorum animorum paret ad ingenium plebeium. *Sapientia quippe pauperis contemta est, & verba ejus non audiuntur. Ecclesiast c. 9.* Phormio repudiavit imperium classium Atheniensium, quod sibi ob paupertatem non sat auctoritatis apud milites fore diceret *Pausan. in Attic.* Cum verò dicente Tac. *lib. 4. Annal. Optimi mortalium altissima cupiunt*, tum præcipue superiorum impatientes suorum animi principum, ut primùm se nosse, & quam in spem educentur, per ætatem intelligere incipiunt. Omnium quippe Nobilium animis à natura insidere aliquid *Superbum*, ex Metelli ingenio rectè notavit Salust. *in Jugurth.* quod tùm per se cum ætate se exerit, tùm matrum palpis, ut nuper dixit Plato *3. de ll.* & circumfusorum adulatorum, qui omnes in Orientem Solem stant ore converso, blandimentis exufflatur. *Quares malos principes faciat, quæritur*, ait Vopisc. *in Aurel. Iam primum nimia licentia, deinde rerum copia, amici præterea improbi, satellites detestandi, Eunuchi avarissimi, aulici vel stulti, vel detestabiles, & quod negari non potest, rerum publicarum ignorantia.* Cum verò nulla pestis impensius noceat principibus, quàm turba assentatorum, qui *obsequio grassantur*, & aurem cupienti laudari substringunt,

Donec Obe jam,
Ad cœlum manibus sublatis dixerit. Vrgent:
Crescentem tumidis inflant cervicibus utrem. Horat. 2. Sat. 5.

Tantò pestilentior evadit, quantò incidit in animos magis flexibiles, & ad virus horum avertendum minus providos, quale quidem juvenum esse necesse est. Ecquem enim principum vides præceptoribus obsequentem ultra eam ætatem, *quæ animum ad aliquod studium adjungunt, aut equos alere, aut canes ad venandum, &c. Terent. Andr. Act. 1. sc. 1.* Hercules Lino præceptori [illegible] lam impegit in caput, & Ptolemæus Aristonicum præceptorem veneno bibere [illegible]

Sunt audientes molesti præceptorum.

74. *Praecedentis superaequi palpis.*

[illegible] è ab eo admonitus fuisset. [illegible] *lib.* [illegible] *c. reg c.* 50 Nero, quam [illegible] Afranio Burrho & Annæo Senecæ, re[illegible] Imperatoriæ juventæ, & pari in so[illegible] potentiæ concordibus, dicto audi[illegible], adeo felix inauspicati imperij fun[illegible] jecit, ut Trajanus, nihil Deos [illegible], quam ut quinquennij Neronis [illegible] se assequi finerent. *Tacit. lib.* 13. *Annal. in pr.* Vt primum verò annos pu[illegible]s superavit, *capit*, inquit Dion, *ma[illegible] cum præceptoribus contemnere, præser[illegible] cum crebrò audiret à familiaribus suis: Tu hæc pateris? tu hos times? ignoras te Cæsarem esse? teq́ in illos potestatem habe[illegible], non illos in te? partim contendere, ne [illegible]ederes. tum erubescere, quod Sene[illegible] & Burrho prudentissimis hominibus in[illegible] esse videretur: Denique omnia eorum [illegible] præcepta prætermittere atque negligere, & [illegible] mores institutaq́ Caij se conferre. Xiphil. in Neron.* Tandem Burrhus interiit, incer[illegible] valetudine, an veneno: Senecam verò, [illegible] malevoli in invidiam duxissent, subin[illegible] clamitantes: *Certè finitam Neronis pue[illegible] & robur juventa adesse; exueret [illegible] istrum, satis amplis doctoribus instru[illegible] Maioribus suis*, tandem venas sibi in[illegible] cogit ingratus discipulus, & quod reliquum erat sanguinis, milites haurire [illegible]. *Tacit.* 14. *Annal.* Theodosius Arca[illegible] & Honorio Arsenium, Romanæ Eccle[illegible] Diaconum, præceptorem dederat, cum[illegible] iis, non ut Imperatoribus, sed ut ple[illegible] & vulgaribus agere jusserat, flagris et[illegible] adhibitis, si negligentes eos esse & ab [illegible] recedere videret. Arcadius verò pla[illegible] aliquando ob delictum acceptis, in iram [illegible] exarsit, ut præceptori insidias locaret, eumque ab infida aula ad solitudinem se re[illegible] cogeret. *Zonar. in Theod. in fin.*

77. Nondum ne sic quidem, etiamsi hunc [illegible]lum prætericrint adversarij, in tuto [illegible], quia superest expugnanda natura [illegible] quam

[illegible] expellas furca, tamen ipsa recurrit.

[illegible], ait Senec. *naturam suam effu[illegible], Controv.* 2[illegible]. *in fin.* & ubi ingenium [illegible] invenit doctrina, ingenerare nullum [illegible].

Doctrina vim quidem promovet insitam
Rectiq́ cultus, pectora roborant: Horat.
4. *Od.* 4.

Sed ubi in indolem incidit protervam & vitiis acclinem, non tantum nihil proficit institutio, sed ex mala pejorem, ex stulta facit insanam, prout vivis rerum argumentis certum reddit Aristot. 6. *Ethic. c. penult. & ult.* quando prudentiam separat à calliditate, in hoc tantum, quod illâ δεινότης naturalis ad virtutem traducatur, hac ad malitiam armetur. 78. *Malitiam doctrina armari.* Annon Augustus filiam & neptes ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret, vetaretque loqui aut agere quicquam, nisi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur. Extraneorum quidem cœtu adeò prohibuit, ut Lucio Tucinio claro decoroque juveni scripserit, quondam parum modestè fecisse eum, qui filiam suam Bajas salutatum venisset: *Sueton in August. c.* 64. Nec tamen tam diligens custodia aliud effecit, quàm ut vetitorum cupidinem incenderet, & in omnem libidinem prorumpentem quasi ex carceribus lasciviam propelleret. Nec Agrippæ feroci & sordido ingenio corrigendo quicquam momenti attulit, quod eum ne à consortio quidem suo dimitteret Augustus avus, *Sueton. ibid. cap.* 65. Nihil profuit bona institutio Cajo, quò minus licentiam adeptus, pernitiem accerseret. *In tantum ardua res est*, ait Ioseph. *eos sapere, quibus adest quidvis faciendi impunitas. Ioseph.* 19. *antiquitat. c.* 2. *Vigilantia & industria haud minus noxiæ*, ait Tacit. 4. *Annal. in pr. quoties parando regno finguntur.* Quid Seneca? *non erudiit Neronis indolem, sed armavit sævitiam*, ait Auson. *in Grat. act. ad Gratian.* Diligenter curavit Antoninus institui Commodum, nihil profecit: *Herod. in Comm. in pr.* de quo sic Lampridius: *Sed tot disciplinarum Magistri nihil ei profuerunt, Tantum valet aut ingenij vis, aut eorum, qui in aula Institutores habentur. in pr. Comm.* Quorsum Platonem accersivit Dionysius? An ab Aristotele justitiæ legem accepit Alexander? Equidem,

Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit tantisper cavet,

 Sistle-

Sisperat fore clim, rursum ad ingenium redit. *Terent. Adelph. act. 1. sc. 1.*

77. *Conclusio pro Electione.* In detetius autem à natura flexus animus, imprimis, si improbum magistrum nasciscatur Licentiam, non magis discit virtutem seriò complecti, quam lapis ascendere, ut docet Arist. 2. *Ethic. cap.* 1. Cum igitur institutio à pertinaci Naturæ malitiâ sæpè eludatur, aut ad minimùm incertum habeat eventum: è contratio verò prava & elumbia ingenia nativitate certò obtrudantur, quid superest, nisi ut Electioni palmam demus, quippe quæ quantum ex ipsa est, sine dubio ad optimum principem nos ducit, prout Macrinus docet in prima ad Senatum Epistola *apud Herod. in Macr. Quid vobis profuit Commodi nobilitas aut Antonini paterna successio? Scilicet ejusmodi homines, quasi ipsis debitam hæreditatem adepti, veluti proprio patrimonio per contumeliam abutuntur. Qui autem à vobis imperium acceperunt, velut in perpetuum obstricti, etiam referre gratiam pro meritis annituntur. Ad hæc patritia principum nobilitas sæpenumero in superbiam vertit, despectis omnibus, velut multò inferioribus. Atqui modestia experimento ad imperium adsciscuntur, quasi partum labore tuentur semper, verenturq; & colunt, quos consueverant.*

78. *Argumentum aliud.* Possem hic argumenta subnectere varia, nisi huic uni, & quod de incommodis successionis sequitur, satis inesse roboris ad thesin nostram persuadendam putarem. Quantum enim inter naturam interest, & virtutem, tantum præstat ElectioSuccessione, cum natura sæpè cadat à bonitate, virtus, quam spectat Electio, fallere nesciat. Præsumtionem verò, quam de fidelitate Institutionis fecerunt adversarij, contraria præsumtione in favoremElectionis convertere possumus.

79. *Adversariorum argumentum retorquetur.* Nam, qui sibi paratum locum novit successione, sive bonæ sive malæ spei fuerit, qua causa ad diligentiam Institutionis tantoperè impelletur? Ita verò se habet jus successionis, ut propter stupiditatem, aut ineptitudinem nemo repelli queat, quemadmodum *in tr. de Autor. princ.* ostendimus, *cap.* 2. 3. & 4. quia successione natura annascitur princeps subditis, ut parens liberis. *Nec enim naturâ cum bono patre conjunctus es*, ait Epictet. *in Enchirid. sed cum patre.* Vel ipsis Episcopis officij incapacibus, propter inutilitatem nuncium non remittit Gregorius *libr.* 11. *Epist.* 7. cum alius substitui possit. *c. petiisti 7. quæst* 1. *Bald. in c.* 1. *§. hoc quoq; de success. feud. & in Auth. hoc amplius. C. de fidejuss. Montan. in tract. de jur. tut. & curat. c.* 8. *num.* 17. Multò minus à sceptris temerè abigendus est, ex cujus infortunio præjudicium crearetur toti posteritati. Isaacius primogenitus Calo-Iohannis Imperatoris, nunquam passus esset sibi præferri fratrem natu minorem Manuelem, nisi ab hoc in carcerem compactus & vi prohibitus esset, jus suum persequi. *Nicet.* 7. *Annal.* Nec defuerunt Lotharingiæ Duces, qui jus avitum à Capeto repetitum irent, nisi armis & potentiæ majori cedere coacti fuissent. A ducibus quoque Manensibus non nihil turbarum excitatum fuit in Galliis, quod jus primogenituræ iniquo judicio perdidissent. Quoties Angliam fratri Wilhelmo eripere tentavit Robertus, Dux Normanniæ, quem contra legem successionis solo Normanniæ ducatu contentum abire jusserat pater? Eduardus Henrici VI. filius, rogatus causam, & de jure, cujus gratia bellum intulisset Eduardo IV. *To recouer fathre, mysfaders Kingdome & hepitage. Ioh. Rastall. & Ioh. Stovv. in Eduard. IV.* Cum igitur successio delectum non faciat inter stupidos & doctos, probos & improbulos principes, quorsum putemus ad apicem Virtutis iàm seriò enisuros principes, cum sine eâ ad speratam felicitatem ascendere possint? Electio è contrario acuit studium educationis, non tantum in principe rerum potiente, ne malè educati liberi in honoribus paternis excidant, sed in primoribus quibuscunque subditorum, quorum virtuti hac spe via aperitur. Torpescit enim virtus, & ardor conandi emoritur, quando conatus sine præmio expirat.

Porrò & illud, quod objici solet, à Burid. *d. conclus.* 2. Lipsio *c.* 3. *in mon. & exempl. Polit.* 3. Læl. Zech. *lib.* 1. *de princip.* Canonher. *disc. in Tacit. pag.* 142. de favore subditorum in Regiam stirpem, eadem facilitate, 80

tate qua cætera, convertitur. Amatur quidem regia posteritas, sed propter memoriam virtutis paternæ, à qua si *deficiant mores* &

Dedecorent bene nata culpa

amor plerunque vertitur in odium, quemadmodum Subrius Flavius Neroni dixit: *Dilexi te & odi supra omnes homines: Dilexi, quod te sperabam bonum Principem fore: Odi, quod hæc facias. Non enim possum aurigæ & cytharœdo servire. Xiphil. in Neron.* Quod si memoria virtutis jam emortuæ tantum potest, ut longam posteritatem reddat admirabilem & subditis commendatam, quantò magis viva virtus amorem conciliabit iis, quos quoties intuentur cives, toties spem sibi de pari honore facere possunt. Suo quisque generi melius cupit, quam alteri, & multitudo eos majori obsequio colit, qui à multitudine desumti sunt.

A patria sumsit, qui regeret patriam,

ait Auson. *in Cæsar.* de Antonino Pio. & Plin. secund. *in Panag. Traj. An Senatum populumq; Roman. exercitus, provincias, socios transmissurus uni, successorem è sinu uxoris accipias? summæq; potestatis heredem tantum intra domum tuam quæras, non per totam civitatem circumferas oculos? & hunc tibi proximum, tibi conjunctissimum existimes quem Optimum, quem Diis simillimum inveneris? Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus. Non enim servulis tuis Dominum, ut possis esse contentus necessariò herede, sed Principem civibus daturus es.* Idem innuit Tacitus in oratione Galbæ: *Augustus in domo successorem quæsivit: Ego in Republ.* Item: *Finita Iuliorum & Claudiorum domo, optimum quemq; adoptio inveniet. lib. 1. histor. Neq; enim unius tantum hominis privata possessio est principatus, sed communis antiquitus totius populi Romani,* ut ait Maximus Imperator in orat. ad milites. *Herodian. in Max.*

Denique hoc commodi affert Electio absolutis imperiis, quod effrenem licentiam, in quam summa potestas ferè degenerare solet, legitimis legibus circumscriptam tenet, non tantum, dum timor abdicationis homines in præcipitium ruris injicit, illud-que cogitare monet, quod à magistratu cogitavit volebat Agatho, *quod non semper esset imperaturus*: sed etiam, quia qui precariò ad sceptra adhibetur, non timet leges quascunque, etiamsi summæ potestati inimicas recipere, quandoquidem Electores & interreges, futuro Regi conditiones præscribendi potestatem omni jure habent. Veneti, mortuo Duce priusquam ad novam Electionem congregantur, quinque correctores creare solent, in eum finem, ut cum tribus Inquisitoribus in vitam & acta præmortui Duces inquirentes, operam dent sedulò, si qua lege opus esse videatur nova, ad circumscribendam potestatem futuri Ducis, quâ fortè antecessor abusus visus fuisset, ejus perferendæ magno Consilio autores sint interregno, antequam in pristinum locum alter succedat. *Don. Gianott. de Republ. Venet. & ex eo Sansov. 1. del. Doge. lib* 19. Quin etiam postquam lege Flabunici successio interdicta fuerat, brevi potestatem Ducis absolutam eò usque diminuerunt, ut hodie præter nomen & dignitatem pristinam vix quicquam reliquum habeat. Vacans enim Respubl. recidit in manus populi & curatorum ejus, qui de ea interim disponere possunt, prout toti corpori videtur quam maximè conducibile: Hoc est, quod Galba innuit: *Loco libertatis erit, quod eligi cepimus. Tacit. 1. histor.* Macrinus in has leges dicit se accipere imperium; *Mihi sanè decretum est, nihil sine autoritate vestra gerere, ac vos participes consiliariosquè habere Republica gerenda. &c. Herod. in Macrin.* Tacitus etiam adjurare coactus fuit, se imperium in posteros non propagaturum. *Fl. Vop. in Tacit.* Hodie autoritas absoluta Imperatoris invalescente jure Electionis, eò usque decrevit, ut Bodin. *lib. 2. de Republ. c.* 1. non vereatur Imperatorem censuræ & jurisdictioni Collegij Electorum subjicere, contra quem *infra in c. de mixt. Repub.* disputabimus. Negare tamen non possunt, quicunq; pristinam Monarchiam reductam cupiunt, quin pleraque Majestatis jura ab uno Capite ad omnia membra conjunctim transferint, siquidem futurus Imperator jurare cogitur: *in leges, privilegia, dignitatesq; omnium ordinum: se nec bellū moturū, nec pacem firmaturū, vel fœdus inituram,*

nec tributa inducturum, nisi volentibus Electoribus, qui & ipsi sibi servarunt potestatem, exigente Reipubl. necessitate, inscio Imperatore, conventus agendi, & actionem eidem intendendi, *Sleidan. lib.* 1. Iisdem legibus illigantur reges Vngariæ, *ut ex Decret. Andr. Regis in fin. & ex Decreto* 2. *Matth. I. patet*, nec Vladislaus II. prius ad recipiendum hommagium admitti potuit, quàm in propositas conditiones & manu & ore consentiret, *Bonfin. dec.* 4. *lib.* 9. *in fin. & lib.* 10. *in pr.* quod in Matthiæ I. inauguratione itidem observatum fuit. Idem *dec.* 3. *lib.* 9. Poloni in juramento, quod à Regibus exigunt, idem complexi sunt, *Lib.* 1. *stat. Polit. c.* 2. *art.* 2. *Chytra. lib.* 23. *Sax.* & cum Sigismundus III. cunctaretur promissis suis fidem facere, non horruit regni Cancellarius eidem abdicationem nomine Ordinum minari & ponè denuntiare. *Chytr. lib.* 28. *Sax.* Nec alia lege admittuntur Reges Daniæ & Succiæ, *Chytra. lib.* 2. *Sax. Libell. Ordin. Dan. de abdic. Christ.* 2. adeò ut ubicunque Electio invaluit, in tantum absolutæ potestati detractum hodie videamus, in quantum potestas Electorum succrevit. Genuenses & Veneti Ducum suorum Monarchias in puras Aristocratias hac arte verterunt, postquam Dominicus Flabanicus legem tulit: *Ne cuiquam Ducum fas esset sibi successorem dare*, simulque potentem & successioni assuetam Vrseolorum familiam urbe ejecit, eadem de causa, quam propter Brutus Tarquinium Roma amovit, ne sc. vestigium hæreditariæ potentiæ in Republ. libera superesset. *Sabell. in hist. Venetor.*

83. *Palmarium argumentum Bodini & aliorum.* Cæterum Bodinus 6. *de Repub. c.* 5. quem imitatur Eberh. à Weihe, *in orat. contra Elect.* uno ictu omnes hos nodos solvit, quando plura coacervare nititur incommoda, ex Electione oriri solita, quam ex Bono Rege speranda sint commoda: In successione enim Regem immortalem esse, tritum est: Per Electionem verò necessariò devenitur ad Interregnum, quod anarchiam sine cujusquam dominatu paratam habet & Rempubl. in illud discrimen ponit, quo navis fluctibus sine gubernatore jactata. Accedit, quod dissensio Electorum interregnum sæpè ad multos annos extendat. Nam Clemente V. Pontifice mortuo, Roma Pontificibus caruit duos amplius annos. Felice verò Duce Allobrogum eodemque Pontifice Rom. mortuo, sedes Pontifice vacua fuit annos 16. Sæpe quoque duo vel tres Pontifices Rom. ac totidem Imperatores factos legimus. Cum enim Senatus Iulianum principem dixisset, ait Lamprid. *in Alex. Sev. in pr. exercitus, simulantes se ignorare, quid ab Senatu actum esset, Pescennium Nigrũ, & Clodium Albinum, & Avidium Cassium, & ante Lucium Vindicem, & L. Antonium, & ipsum Severum dixerant, quæ res bella civilia severat, quibus nec esse fuit militem in hostem paratum parricidaliter perire.* Et imperium Germanorum annos amplius 18. caruit capite, cæso Wilhelmo Comite Batavorum, donec idem Alphonso X Castaloniæ Regi mandatum, & ab eo repudiatum fuit. Nihil verò nos terrent incommoda hæc, quæ nullo negocio amoveri possunt, cum è contrario multò & plura & graviora circumsistant Successionem, quæque nullâ arte prævenire, nec sine majoribus incommodis, postquam evenerunt, corrigere licet. Nam quod Anarchian Interregni attinet, ea Vicariis & Curatoribus, aliisque remediis, quorum nonnulla tangit, nec improbare potuit Bodinus, facilè amovetur. Scoti, etiamsi ex successione Reges inde à tempore Fergusij accersiverint, quia tamen multos eorum absumserunt civilia bella, & Insulanis usu receptæ insidiæ, multos inopini casus, sæpius ad Pro-Regem summam rerum deferre coacti fuerunt, cujus creationem statim improbat Bodinus, quod nihilo minor difficultas oriatur in procuratore Regni, quàm Rege ipso creando: & quod Pro-Rex non videatur facilè successori regnum redditurus, quemadmodum Gustavus Succorum Præfectus in interregno viam sibi ad Regnum munivit. Neutri verò argumento inest sat roboris, quandoquidem facilius consentitur in precarium brevemq; magistratum, quàm absolutum & perpetuum Principem: nec tanta diligentia opus est ad seligendum procuratorem, cui post paucos dies nuncium sis remissurus, quanta ad præficiendum Regem, qui ut semel

84. *Refutatur.*

85. *Remedia incommodi interregni.*

86. *F[illegible] Rex [illegible]*

[illegible] gaveris pœnitendi facul[illegible] qu[illegible]. *Neq; enim aeque diffi[illegible] mal.um, ac Macedo[illegible] in [illegible] locum substituant,* ait [illegible] Macedoniæ Rex, *apud Livium lib.* [illegible] pulcrè ad extirpandam [illegible] potestatem, non tantum dividi imperium inter Consules, sed & parvo tempore [illegible] vult. *Unum,* inquit, *omnium* [illegible] *arbitror, & ad magistra*[illegible] *astrahendum efficacissimum,* [illegible] *per totum vitæ spatium* [illegible] *prægravis enim est omnibus ma*[illegible] *qui certo temporis spatio limitatus non est* [illegible] *administrationis rationes* [illegible] *unde Tyrannis nascitur.* [illegible] *lib. 4.* Tyrannidem verò in procura[illegible] est, ut timeas, tum quia non acci[illegible] potestatem, nisi limitatam, tum citius [illegible] eam resignare, quàm incalescat & ad Tyrannidem sese obfirmare possit. Pisistratus quidem Athenis sese imposuit principem, cum armatus satellitio in forum [illegible], & quas in hostes simulaverat, in [illegible] converteret vires. Cæterum Decem[illegible] annum integrum cum summo [illegible] exegissent, nondum tamen sat tem[illegible] perpetuandæ dominationi se habuisse [illegible] erunt, nisi Comitia impediendo, al[illegible] quoque annum sibi sine populi suf[illegible] sollicerent. Sylla, in octoginta an[illegible] Dictaturam sibi ex lege Valeria arroga[illegible] potius, ut ait Cicero *lib. 3. de fin. re*[illegible] *exoleto nomine novam pro Dictatu*[illegible] *est Tyrannidem,* ut & Cæsar [illegible] perpetuum se Dictatorem creari passus est, [illegible] *Tyrannus,* ut ait Plutarch. *in* [illegible] *num. 15. cum ad potestatem absolutam* [illegible] *et perpetuitas.* Et de hoc negotio [illegible] Cicero *in pr. 1 Phil. Antonius SCto* [illegible] *Dictatur*[illegible]*m, quæ jam in regnum* [illegible] *imperio Cæsaris. Magnum,* [illegible] *ab eo Republica datum, libera* [illegible] *putabat, cum Dictatoris nomen, quod* [illegible] *propter recentem perpe*[illegible] *Dictaturæ memoriam funditus ex Re*[illegible] Quid ita verò? Quia in [illegible] um ne menstruo quidem [illegible] esse videbant ad au[illegible] Tyrannidem, temporis modum

[illegible] Brevem tempo[illegible]

detraxerunt, & ut Appius Claudius ex lege veteri censuram in quintum annū sibi prorogabat, ne perficiendis operibus angustiā temporis subtraheretur: ita ambulatorium magistratum vertendum sibi putarunt in perpetuum. *Maximam enim libertatis custodiam esse,* dicit Mamercus Dictator, *si magna imperia diuturna non essent, & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non posset.* Ideoque non tantum ipse, ut reipsa ostenderet, quam sibi diuturna non placerent imperia, Dictatura statim se abdicavit, sed & lege tulit, *ne plus quam annua, ac semestris censura esset. Alios magistratus esse annuos: Quinquennalem censuram gravem esse: iisdem per tot annos magna parte vita obnoxios vivere. Liv. lib. 4.* Nullus enim unquam Dictatorum Tyrannidem affectavit, brevitate imperij exclusus, quæ ratio metum, quem de Pro-Rege incutit Bodinus, demet, accedente imprimis potestatis ad certos actus limitatione, quâ solet curatorum ambitio compesci.

Quod si ab hac parte superest aliquid periculi, & difficultas omnis in dicendo Interrege tolli nequit, duo se ingerunt remedia multò tutiora, quibus metus Anarchiæ securè prævertitur, ut scilicet administratio vacantis Reipublicæ recidat ad Senatum universum, ejusque autoritate, lege Regni perpetua, committatur duobus pluribusve principibus, qui se mutuo metu intra limites justitiæ contineant, Senatusque & totius Reipubl. censuræ subjaceant. Nulla hic nascitur difficultas in Electione Pro Regum, cum ex lege regni perpetuā administratio detur, quemadmodum probè à Carolo IV. Imperatore constitutum est, ut vacantis imperij superiores provincias Comes Palatinus, inferiores Dux Saxoniæ, Vicario nomine gubernandas suscipiat. *§. Quoties, in Aur. Bull.* Nec ullus hic turbatum metus est, quo adversarios terrere pergit Bodinus, quia tùm demum in factiones scinditur populus, quando quisque imperium ad se suosve rapere contendit, aut quando confusæ multitudini jus eligendi improvidè attribuitur, quorum neutrum hoc casu accidere potest, quando Electio probè instituta, & ad judicium Senatus delata est. Poloni, 88. *Alia remedia in interregno.* 89. *Administratio datur Senatui principibus.*

Zz mortuo

mortuo Ludovico, juratæ nobilitati negotium defendendi regni & Ecclesiarum imposuerunt, *Anno* 1382. ex quo Senatus Regni cœpit jus administrationis sibi arripere, & Palatinis, in suo cuique territorio, retribuere *L.* 6.1. *Stat. Polon. cap.* 1. *art.* 2, *l.* 3, *art.* 3. *Lib.* 6. *cap.* 1. *art.* 1. Aliquando etiam pœnæ per interregnum duplicantur, quò licentia grassatorum, justitio abutentium, fortius reprimatur. Sed pœnas exacerbari nihil attinet, nisi sit, qui acerbè eas exigat. Eum verò nos ponimus vel totum Senatum, vel præcipuos ex iis, ne ullo momento desit, qui malitiam compescat & pressis opem ferat.

90. *An successor in Electione designari debeat.* Præterea ne successor unquam in incerto relinquatur, quid obstat, quò minus Princeps, Reipubl. ante obitum consultum cupiens, Electores ad exprimendum successorem, se vivo, inducat? quemadmodum Carolus V. Imperator, Ferdinandum fratrem, Bohemiæ & Vngariæ Regem, curavit in Regem Romanum eligi, *Sleidan. lib.* 7. *in fin.* & nostrâ memoriâ Matthias I. Imperator designatus fuit Rex Bohemiæ, vivo & consentiente fratre Rudolpho II. Sigismundus item Rex Poloniæ à proceribus petiit, ut in successionem filij Sigismundi Augusti se vivo consentirent *Lib.* 1, *Stat. Polon. cap.* 1, *art.* 3. *l.* 11. perinde ut ante Vladislao Iagelloni vivo substitutus erat Vladislaus fi[l]ius major natu, ad excludendam fratrum cæterorum ambitionem. *Cromer. libr.* 20 Vetus hic mos est, & à multis Regibus ad stabilitatem Regnorum utiliter usurpatus, imprimis quando successio, ut in novo principatu, incerta videbatur.

91. *Probatur exemplis & rationibus.* Persarum lege cautum erat, ut quoties Rex in bellum proficisceretur, aut aliò se conferret, unde periculũ timeri potuisset, successorem sibi nominare & relinquere cogeretur, ne ipso absente humanique aliquid perpesso Respubl. sine capite fluctuaret, instar navis sine remo. *Herod. libr.* 2. *Plutarch. in Artax.* Carthaginenses duos Rectores singulis navibus decernere solebant, *non convenire dicentes, ut cum duo gubernacula navis haberet eam, quæ navigantibus utilis esset, &* [illegible] *in tuenda navi teneret, solum aut* [illegible] *& successore esse. Ælian, libr.* 9. *cap.* 40. Ita interregni incommoda [illegible] objicient adversarij, si deficiente principe statim succenturiatus sic successor, cui lampas tradatur, quoniam

Vno avulso non deficit alter. Vt [illegible] Augustus Imperator post [illegible] mortuos & Agrippam nepotem abdicatum, Ti[berium] privignum in foro, lege Curiata, adoptavit, quem & hæredem testamento scripsit, eoq; ipso successorem sibi designavit. Tiberius Cajum ex Germanico & Tiberium ex [illegible] nepotem hæredes reliquit, *ne successor in incerto foret*, ut ait Tacitus 3. *Annal.* & *cur p*[illegible] *ribus munimentis insisteret*, ut ait idem de Augusto *libr.* 1. *Scip. Amm.* 1. *disc.* 2 C[l]audius ab Agrippina excæcatus, Neronem [fi]lio Britannico antelatum, *Principem* [illegible] *tutis*, adeoque successorem vivus [illegible]vit, *Tacit.* 12. *Annal. num.* 9. ex quo nomen *Principum Iuventutis* successoribus destinatis mansit, quod paulò ante C[aius] Calig. Tiberio fratri, die virilis togæ adoptato, attribuerat. *Sueton. in Caj. Calig.* [illegible] 15. Galba, ut primum Romam venit, [Piso]nem sibi successorem delegit, *sua sen*[illegible] *non plus populo Romano conferri pos*[illegible] *cens, quàm bonum successorem. Tacit. libr.* 1. *hist.* His, quos in spem imperij adoptabant principes, postera ætas dedit nomen *Cæsarum*, quemadmodum de Vespasiano [scri]bit Xiphillin. *ex Dion. in Vespasian. in pr.* [illegible] *sianus interim a Senatu creatur Imperator: Titusq; & Domitianus Cæsares designantur.* Primus tamen hoc nominis, quasi principis filius & designatus augustæ Majestatis hæres, obtinuit Cejonius Commodus, qui & Ælius Verus appellatus est, ut notabiliter memorat AElius Spartianus *in pr. Ælij Ver. & Eutrop. lib.* 8. unde post illam ætatem distincta leguntur nomina Augusti & Cæsaris. Sic enim Capitol. *in Opil. Macrin.* *Varo* [illegible] *liogabalo Imperatore, cum jam Cæsarem Alexandrum Senatus dixisset.* Item Lamprid. *in Anton. Diadum.* *Herodianus hæc* [illegible] *riens Diadumenum tantum Cæsarem* [illegible] *puerum a militibus nuncupatum.* [illegible] *Dioclesianus Iulium Constantium, &* [illegible] *rium Maximianum, creatos Cæsares* [illegible] *nitatem vocat. in Diocl.* Pon[illegible] *Dioclesianus Galerium, Maximian*[illegible] *stantium,*

92. *Quid Principis iuventutis* [illegible] *& Cæsares apud Rom.*

[illegible] *Cæsarem fecerunt, & præter ado* [illegible] *n Dio. les* &c. [illegible] *à Constant. Gallus Præ*[illegible] *dictus est* [illegible] *14. & 15* quod [illegible] *Pan*[illegible]*g. Iul.* & notatur à [illegible] *& 1* [illegible] *6. c. 1. Panag. Maxim. &* [illegible] *Tiraq. de jur. primog. quæst.* [illegible] *4. n. 22 & seqq. Heg. li. 1. qu. 6. n. 33.* ex eo. *Matth. Stephan. li. 2. Iurid. part. 1. c.* [illegible] *n. 11. VVesenbec. in proœm. Instit. in pr.* [illegible] *de Regal.* [illegible] *1. num. 23.* Sic in legum Romanarum inscriptione sæpè legimus: A. & C. item AA. & CC. & *in l. etsi excepta. 6.* [illegible] *f. & Mathem.* dicit Constantius: *In comitatu meo & Cæsaris,* Iulianum intel ligens, de cujus adoptione jam supra diximus. Vlpianus quoque *in l. fiscus 6 de ju*[illegible] *in fin.* distinguit inter fiscum *Imperatoris Cæsaris & Augustæ. Calvin. in Lex.* [illegible] *Cæsares. Brisson. de Verb. Signif. in* [illegible] *Cæsar. Frecc. de feud. lib. 2. Quis dica*[illegible] *ps. num* [illegible]. Translato ad Constantinopolitanos Imperio, & audacissimo cuique [illegible] prædam exposito, cum plures spe [illegible] edendi, pascendi, & ab insidiosis molitionibus amovendi essent, plures adhuc no[illegible] ordines & dignitatum titulos extru[illegible]ssitas, quando non tantùm Augusti & [illegible]toris nomina imperiaque distincta [illegible], sed præter Cæsaris etiam Sebasti, & [illegible] Sebasti addita, quibus omnibus successionis spes deferebatur, *ut ex Zon. Diac.* [illegible] *Gregor. videre est.* Capitolinus voca[illegible] *Participatum Imperij, in Opil. Ma*[illegible] *& Maxim.* cum plerunque admini[illegible] Imperij divisim Cæsaribus commu[illegible], sicut Diocletianus *partito impe*[illegible] Victor. *cuncta, quæ trans Alpes* [illegible] *sunt, Constantio, Africam Italiamq;* [illegible] *no, Illyrici oram usque ad Ponti* [illegible] *Galer* [illegible] *commisit, cætera sibi retin*[illegible] *in Dio*[illegible]. quo quidem in excessu [illegible] merito repudiatur. [illegible] quidem periculum subest, ne gusta[illegible] imperandi dulcedine, fundatam cum [illegible] populi potestatem destinatus suc[illegible] non capiat, sed rapiat, ut est po[illegible] consortium pati, & gratius [illegible] Sol oriens, quàm Occidens, quem[illegible] um Macronem ad Cajum nimis pro-tervè se applicantem, Tiberius monuisse legitur: *Tu quidem Macro Occidentem deseris, & ad Orientem festinas. Dion. in Tiber. ad fin.* Et hic idem Macro Cajo suppetias tulit, cum cunctantem exire animam injecto pulvino extruserunt, præviâ inediâ, & de industria, quasi ad recuperandam valetudinem comparata, diu emaciatam, *ut Tacitus libr. 6. Annal. in fin. Dion. & Xiphilin. referunt.* Sunt etiam, qui putent venenum ei à Cajo datum lentum atque tabificum. *Sueton. in Tiber. cap. 73.* Claudium quoque inconsiderata successoris nuncupatio ad mortem festinavit. Verita enim Agrippina, ne amor flexilem animum ad Britannicum revocaret boletorum venenum vel sua manu infudit, vel per Halotum prægustatorem infundi curavit cumque vomitu videretur toxicum redditurus, adhibita Xenophontis medici conscientia, Pinnam rapido veneno illitam in fauces ejus, quasi conatum vomentis adjutura, egit, haud ignara, summa scelera incipi cum periculo, peragi cum præmio. *Tacit. 12. Annal. Sueton. in Claud. cap. 44.* Domitianus ab eo die, quo consortem successoremque frater Titus testatus est, non destitit fratri insidias struere clam palamque, tantum non ex professo sollicitans exercitus, quoad correptum gravi valetudine, priusquam planè efflaret animam, pro mortuo deseri jussit, defunctumque nullo, præterquam consecrationis honore dignatus, sæpè etiam carpsit obliquis orationibus & edictis. *Sueton in Tit. cap. 9. in Domit. cap. 2.* Hoc periculum imminet iis, qui successores destinatos armant potentia, cum spe & honoraria dignitate contenti, imperiis abstinere deberent, sicut Socrates & Sozomen. *lib. 5. Tripart. c. 5. 12. & 49. libr. 6. c. 1.* de Iuliano & Gallo ejus fratre loquentes dicunt: *Nomen Cæsarum successoribus decretis quidem datum esse, sed interdicta administratione.* Severus, etiamsi utrumque filiû exercitibus, tanquam successores suos commendasset, cum tamen milites Bassianum Augustum salutassent, quod pater pedibus æger bellum moraretur, in omnes animadverti jussit, prostratosq; ante tribunal increpuit: *Tandem sentitis, caput impe-*

93. [illegible]

94. *Designatum successorem spe contentum esse debere.*

imperare, non pedes, A El. Spart. in Sever. Tigranes M. filiũ interfecit, quod prolapsum in terram non sustulisset, & Cidarim excussam non patri, sed sibi injecisset. *App. in Parth.* Vsum Cassanis, Persiæ, Cappadociæ & Armeniæ Regis filius Vogher-Maumet, cum sparso rumore patrem mortuum finxisset, & se Regem adorari fecisset, proditus tandem patri justas capite pœnas luit. *Chron. Bergom. libr. 15. Bizarr. lib. 10. Iov. lib. 13.* Successurus enim in Regnum, non est Rex, nisi secundum spem, sicut David 1, *Samu. cap. 25.* quem Athanasius *in Epist. solit. vit. agent.* vocat quidem Regem ob promissionem, Rex nondum erat, vivente Saule, & Heliszus ad Hazaëlem dicit: *Ostendit mihi Dominus, te Regem Syriæ fore, 2. Reg. cap. 8.* licet, vivo adhuc Benadad, jamdiu ab Elia in Regem Syriæ unctus esset. *1. Reg. c. 19.* Quod enim nobis debetur & in actione

95. *Successurus in regnum nondum est rex.*

est, nostrum propriè non esse prudentes definierunt, *l. Quintus 27. §. argento 2. l. Scribit 34. in pr. de aur. arg. leg. l. 28. §. 4. de lib. leg. l. 5. de reb. cred.* nec filius, licet liberam administrationem post obitum patris sit accepturus, *Dominus*, vivo patre, nisi *quodammodo*, dicitur. *l. in suis 11. de lib. & posthum. Alciat 2. Parerg. c. 15.*

96. *Retorquetur solutio Bodini.*

Quòd verò Bodinus *lib. 2. de Republ. c. 3. in fin.* ex hac suspitione morem surrogationis protsus improbatum eat, id non magis Electioni officit, quàm successioni, quandoquidem cupido regnandi etiam filios cò adigit, ut *ante tempus patrios inquirant in annos. Ovid. 1. Metam.* & ut ait Seneca *5. de benefic. cap. 1. parentibus supremum diem, ut innocentes sint, optent, ut modestiores, exprimunt, ut pii, cogitent:* Aut si ad agnatos devoluta sit successio, tantò certius ad timendum, quantò minus regnandi ardore inflammatam ambitionem supprimit naturalis liberorum in parentes amor, quanquam nec hic expugnandæ dominandi libidini sufficit.

97. *Quanta sit vis cupidinis regnandi.*

Qua trudente, dolos, gestus, artemque nocendi
Edidicit, simulare fidẽ, sensusque minaces
Protegere & blando fraudem prætexere risu, Claudian. lib. 2. in Ruffin.

Polynices quippe Patriam, Penates, Conjugem, post Regnum se habere dixit, cum *Imperia precio quolibet constent bene. Seneca in Thebaid. act. ultim. in fin.* Et Herodis filius Alexander suas in parentem, insidias hac lepidâ ratione excusat, quod *Spes & Cupido dominandi magnos quosque animos ultra naturam propellat. Ioseph. 16. antiquit. c. 8.* Caracalla consulius de fratre Geta, more Romano, quem describit *Herod. in Anton. & Get.* consecrando, respondit: *Sit Divus, dummodo non vivus, Spartan. in Geta.* Et supra quidem, *sect. 2. num. 15.* quoties liberi parentum regna non sine parricidio invaserint exemplis restatum fecimus, unde apparet, successionem suspitioni insidiarum magis obnoxiam esse, quam Electionem, siquidem jus sit ex certitudine successoris præsumere certam in caput prædecessoris conjurationem. Cæterum ne in successione quidem hoc timendum est, nisi successoris animus intempestiva honorum accessione incendatur, & potentia ad facinus impunè audendum armetur, quâ quidem in re nimiâ facilitate peccavit Ptolemæus Lagi, qui filio Philadelpho regi pronunciato vivus inservit, *honorabilius esse*, dicens: *Regis patrem esse, quàm Regem*, nec multò post incauti sui amoris pœnam dedit. *Iust. in lib. 16.* perinde ut Artaxerxes, cum Dario filio indulsisset. *Κίταριν ὀρθὴν φόρειν, Plutar. in Artax.* *Sincerum gaudium ex procreatione se capturum* dicebat, *si insignia Majestatis sua in filio vivus conspexisset. Iustin. lib. 10.* Ptolemæus Physcon è contrario veritus ne filius Memphitis ab Alexandrinis Rex crearetur, vivum & spirantẽ, in obtutu suo in frusta secari jussit. *Valer. lib. 9* quemadmodũ & Solymannus Turcarũ Imperator filium Mustapham cũ parvis nepotibus in tentorio strangulavit, quod affectati dominatus à noverca accusatus esset. *Busbeq. Ep. 1.* Artaxerxes Persarum Rex simili errore Darium filium siverat regios honores usurpare, quibus ita inflammuerat adolescentis superbius ingenium, ut nisi summa Persarum potentia regi illius fuisset, ab ejus furore nec Rex quidem ipse tutus fuisset. *Plutar. in Artax. in fin.* Gaza, res III cõstitutus consors Regni [illegible] de, mox aconitum [illegible] quod cum vis naturæ superasset, ad [illegible] mam

98. *Etiam in successione timendum esse ambitionem successoris.*

[illegible] manum jugulo injecit. [illegible] Romanus Lacapenus In- [illegible] in exilium a filio Stepha- [illegible] fuisset, nisi proximum a [illegible] *Zon. in Rom.* Hoc enim [illegible] vellicabat Iustino, cum Iusti- [illegible] Cæsarem se nominari peteret. Non [illegible] enim postulatis ejus consensit, quam [illegible] superatum intelligeret, ne si ci- [illegible] purpuram successori tradidisset, hostem [illegible] pro nisso cepisset. *Diac. & Zonar. in Iust.* [illegible] enim Comnenus regia ejecit Mi- [illegible] Stratioticum, à quo Cæsaris nomen [illegible] postquam exercitus in suas par- tes [illegible] *Zon. in Michael. Stratiot.* [illegible] si Ludovvicus Pius contentius habuis- [illegible] nec sibi vivo clavum extorqueri [illegible] fuisset, nunquam in tot calamitates [illegible] isset. Henricus IV. Imperator ipse con- [illegible] fuit de indulgentia & lenitate sua in [illegible] Henricum V. quæ effecit, ut in con- [illegible] imperii admissus, Pontificumq; A- [illegible] ematis everberatus, non horruerit patri [illegible] altari regalia detrahere, deprecanti [illegible] eficia sua ingrato filio pleno ore ex- [illegible] anti. *Paul. Aemyl. libr. 5. Helmold. in* [illegible] *Sclav.* Eodem tempore, cum Dide- [illegible] Marchio Saxoniæ, qui Thuringiam ad [illegible] & a Cæsare abalienarat, ab Hen- [illegible] IV. in vinculis detineretur, non exper- [illegible] acerbiorem hostem, quam filiũ co- [illegible] id unicè intendentem, ut, parte [illegible] occiso, ad se vacua possessio de- [illegible] *Rivand. in Chron. Thuring.* Ludo- [illegible] bosus, Dux Bavariæ ex serie In- [illegible] patrem à se captum Marchio- [illegible] bachii in manus tradiderit, ut, dum is [illegible] bus moreretur, sibi liceret inva- [illegible] possessionem usurpare. *Henning in Ge- neal. Ducum Bavar.* Quam citò pœnituit [illegible] II. Regem Anglorum, quod filio [illegible] coronam solenniter imponi jussis- [illegible] tanquam Regi, quæ subditis con- [illegible] servitia exhibuisset, cum insolenti [illegible] filius assidenti Archiepisco- [illegible] dicere occiperet: *Patrem sibi* [illegible] *quod matre tantum regina* [illegible] *Gero regum ortum esse, tàm* [illegible] *mat[illegible]* Statim enim excepit [illegible] *it repenteth me, that I have them ad-* *vanced the boy. For he gesset hereby, what a one he would proune afterward, that she- wet h. m selfe so disobedient and froward alreadie. Paris, Hoved. VVilhelm. Parv. in Henric. I.* Nec fefellit eventus eatum divi- natorem, cum paulò post filius instinctu & ope Gallorum patri bellum moveret, cum ipso de regno certaturus, nisi DEVS ingra- titudinem filii justâ morte ultus fuisset.

Hactenus igitur designationem successo- ris meritò improbamus, quando scilicet in- cautâ festinatione ambitiosus animus in re- gium non tantum honorem, sed & poten- tiam inducitur: Absque eo sola designatio non potest afferre plus periculi in Electio- ne, quàm certitudo successoris in successio- ne, ideoque omnibus benè institutis populis usu recepta fuit, imprimis, quando post ob- itum Regis suspitio turbarum incidit, ut in recens acquisitis regnis accidere solet. 99. *Quam utilis sit futuri suc- cessoris desi- gnatio.*

De Persarum lege nuper dictum fuit, cu- jus intuitu Darius, qui forte regnum occu- paverat, antequam in Græciam prorumpe- ret, Xerxen Regem designavit; inter quem & fratrem Artabazanem de successione tum contentio erat. *Herod lib. 7. Instit. 2.* David Salomonem in regio solio sedere jussit, cum ab Adonia regnum injuriâ usurpari intelli- geret. *1. Reg. 1.* Seleucus utriusque Asiæ Rex, Antiochum filium superiori Asiæ præfecit cum honore & potestate regia. *Plutar. h. in Demetr.* Carolus Magnus Bernhardum ne- potem Regem Italiæ, Ludovvicum verò fi- lium Imperatorem constituit, cujus exem- plum & prudentiam imitatus Hugo Cape- tus, filium Robertum, se vivo, regem dici & haberi voluit. Henricus I. ut impuberi filio caveret, ne contemtu ætatis teneræ aliqui novis rebus studerent, in regem eum septen- nem promovit. Ludovicus verò Crassus fi- lium Ludovvicum VII. Innocentii Pontifi- cis manu consecrandum curavit, idque sua- su Eugenii qui hoc ipsum testatum reliquit. *Pap. Masson. lib. 3. Annal.* Conradus I. Ger- manorum Rex Henricum Aucupem sibi successorem selegit. Otto I. filium Ottonem II. Romam excitum infula Imperatoria in- duit, ut contra patrui Henrici vim tutior es- set. Henricus II. Conradum Salicum Fran- ciæ Orientalis Ducem successorem nomi- navit,

Exemplo Persarum.

David.

Seleuc.

Francorũ

Germano- rum.

navit, & hic filium Henricum III. sibi substituit, priusquam vita decederet. Henricus III. Henricum IV. filium, Henricus IV. Henricum V. itidem filium. Sed Conradus III. præterito filio, fasces certo consilio detulit Friderico I. fratri. Apud Anglos Henricus I. jurejurando adegit proceres, & ex regia Wilhelmi Augusti stirpe oriundos, ut nepotem suum ex Mathilde Regem agnoscerent, cui licet Stephanus regnum perfidè extorsisset, pœnitentiâ tamen facti ductus, Eustachio filio inopinâ morte consumto, Henricum II, vicissim adoptavit, & successorem reliquit. Eduardus III. cum timeret filiorum dissidium, propterea quod ante aditam hæreditatem Eduardus Niger primogenitus vitâ abscessisset, relicto Richardo II. nepote, huic uni, præ cæteris filiis coronam vivus imposuit. *Froissard. libr. 1. cap. 325.* Apud Tartaros Magnus Chingi Horotam aut Iocucham, *Pansa. in descript. Tartar.* filium Regem vivus designavit. Apud Suecos Gustavus, Henricum filium, recens invasi regni successorem confirmavit. *Bodin. lib. 2. de Republ. a cap. 3.* Apud Muscovitas Magnus Princeps ore Metropolitani solet futurum successorem in templo publicè renunciare, & regio habitu induere, quemadmodum Iohannes Iohannem filium majorem natu primum, deinde copræmortuo, Demetrium ex filio nepotem successorem declaravit, nisi Sophiæ novercæ intercessio sententiam irritam fecisset, & Gabrieli Sophiæ filio, successionem impetrasset, qui postea Basilius dictus fuit. *Sigismund. Bar. in histor. Muscov.* Ludovvicus rex Vngariæ & Poloniæ, cum utraque gente egit, ut filiabus divisa regna committerent, cujus cum Polonis pactum extat *lib. 1. Stat. Polon.* Apud Hispanos quanquam Concilia Toletana IV. V. & VI. Anathema denuntient iis, qui de successore disputare velint, ex ea ratione, *quod iniquum sit, & valdè execrabile Christianis, futuri temporis illicitè prospicere, & vita sua ignares ventura disponere:* Rex tamen nunquam prohibitus fuit à natura sibi datum hæredem vivus in possessionem intromittere, sicut majorum exempla secutus nuper Carolus V. Philippum pro se in Hispaniis regnare jussit, Ferdinandū verò fratrem Germanis successorem exoravit, quorum illud, quo ... te tacere potuerit, disputat Pad. II. *in l. unum ex familia. in pr. n. 10. de legat. II. Heig. q. . num. 37. Stephan. lib. 2. de iurisdict. part. 1. . t num. 115.* cum & Baldus *in c. ô na memoria num. 1. de Elect.* concedat, Prælatum, quem vetant Canones omninò sibi successorem deligere, *Concil. Aurel. V. c. 5. Concil. Antioch. c. 23. c. Episcopo. c. Pleriq. c. Moses. 5. quæst. 1. Duaren. lib. 7. de Sacr. Eccles. minist. cap. 8. in pr.* in mortis articulo se constitutum videntem, posse cum Capitulo tractare de Electione successoris, *sic tamen, ne aliquid determinet, vel promittat.* Nominare enim non prohibetur, *c. Apostolica 8. quæst. 1.* quemadmodum Petrus, Athanasius & Augustinus, Romanis, Alexandrinis & Hipponensibus, successores dedisse feruntur. *Duarenus libr. 8. de benefic. Eccles.* Hispani, qui omnem Politicam ad retinendas in obsequio Indias Orientales prodigunt, hunc morem habent, ut tres, quatuor aut amplius scytulas Goam mittant, quibus varios Pro-reges singulis singulos decernant. Vt primum funus unius ductum est, à Iesuitis, quorum fidei & custodiæ omnes concreduntur, aperitur prima, secunda & tertia, donec ex nominatis inveniatur, qui præstò sit & in vivis. Vt primum nomen præsentis prodiit, unius mors in momento excipit successionem alterius, ea arte, ne unquam dissitæ provinciæ careāt capite, ut refert Ioh. Hugo Lindschott. *li. . & 3. hist. Ind.* Venetorum mos est, ut mortuo Duce, natu maximus ex Consiliariis, vices sustineat. *Il piu Vecchio de Consiglieri, s'intende essere Vicedoge. Don. Gianott. de Republica Venet.* Nec enim hic objici potest, quod omnis actio, quæ conjuncta est cum voto captandæ mortis, improbetur. *l. donari 29. l. ult. de donat. l. 2. in fin. de his, quibus ut indign. l. ita tamen, 27. §. à patre. ad SCt. Trebell. cap. 1. Qui success. feud. dat. ten. cap. 1. §. Si quis investierit, de feud. dat. in vic. leg. commiss. Heg. quæst. 23. nu. 4 lib 1.* quandoquidem longo usu receptum est, posse aliquem de feudo viventis investiri, *cap. 1. moribus, si de feud. defunc. contr. Dd. communiter in l. fin. de pact.* ubi textus, qui tamen requirit consensum ejus, de cujus hæreditate fit pactum. Nec adeò incivile est,

Anglorū.

Tartarorum.

Muscovit.

Vngarorū. Polonorū.

Hispanorum.

100. *Iniquum liceat*

Iniquum de successore tractare

num. 2 de morte futura cogitare, *... v. Oblig.* & tristibus quan... prospicere. *l. generali er §. ... m. libert. Si come e uf. ... huomo ... governar le presenti co-se con prudenza, così è disavvisi no anive-der le future, & quelle antivedendo dar le ... ordine & misura, che ezeandio per lunghissimo spatio di tempo, ... il breve ter-mine dell humana vita, possano mantene-... Ammir. lib. 1 disc. 2 in pr.*

101. E... o nihil nos remoratur primum in-commodum ex interregno petitum, cui tot ... remediis obviam ici potest: priusquã ... us incommoda successionis, perse-... r cætera, quæ copiosè ingerunt suc-cessionis patroni. *August. de Ancon. de pot. ... l. q. 3 . art. 7. Aegyd. Rom. lib. 3. de regim princip. cap. 5. Turrecrem. in c. Moses 8 quæst. ... de terr. Rub. int. tr. contra rebell. art. 1. ... l. 4 Burid. in 3. Polit. quæst. 25. Ioh. Mar. ... de reg ... 3. Bodin. 6. de Repub. c. 5. in pr. ... 3 Polit. c. 11. q 2. Lips. cap. 3. in monit. & ... empl. Polit. 3. Lal. Cech. libr. 1. de princip. ... ber. disc. in Tacit. pag. 140. & seqq. Ci-... lib. 2. primog q. 14. Covarr. c. 1. qq. pract. ... Gregor. Tholos. lib 7. de Rep. c. 4 & 12. ... hard. dec. 2. q. 2. Eberhard. à Weihe in o-... pr... ...*

102. Et post interregnum quidem ... instrepunt factionibus & bellis civili-bus, quæ Electionem comitari solent, cujus ... enti testimonium capit Bodin. *d. c. 5. ... pr* ex imperio Germanico, & seditioni-... Romæ excitatis, quibus duos & viginti Pontifices cæsos memorat, præter eos, qui se-de Pontificali deturbati sunt, aut veneno pe-rierunt. Quanquam verò in successionem i-dem argumentum retorquere possem: tamẽ quia id paulò post suo tractu excussurus

103. sum, breviter, sed distinctis solutionibus illi ... am. Nam licet bonum principem ... obtinere non liceret, nisi per varia ... discrimina. quod tamen adversa-

104. ... dum indulgemus, satius nihilomi-... et, & minori cum periculo coniun-... brevem pugnam ab initio subire, quã ... o aut acerba Dominatione perpetuum ser-... *Ma... enim pax vel bello benè muta-...* Tac... *Annal.* & Epaminondas re-... Meneclidem, quod cives falleret, otii nomine ad servitutem eos vocans. *Plu-tarch. in Apopht. Qui diutinâ pace frui ve-lint, eos bello exercitatos esse oportere*, scribit Aemyl. Prob. *in Epam.* aut ut Cicero *Phil. 7. Si pace frui volumus, bellum gerendum est, si bellum omittemus, pace nũquam fruemur.* Sub pravo enim principe, quem, ut maximè velis, abdicare non possis, quamdiu in vivis est, perpetuò malè vivitur: at pro bono prin-cipe quod subitur certamen, breve est, & in salutarem desinit pacem. *Omnia* autem *bre-via*, ait Cicero *in Lal. in fin. tolerabilia esse debent, etiamsi magna sunt*

Mitius ille perit, subita qui mergitur unda,

Quam sua qui tumidis brachia lassat aquis. Ovid. lib. 3. de Pont. Sed ne hîc quoq; subsistendũ, sed in causas inqui-rendum est, ex quib. in Imperio Germanico & sede Pontificali toties cõcursum sit. Nam qui in Electioni omnem imputare velit cul-pam, nõ secus fecerit, ac si Pompejum accu-set, quod Cæsar Rempubl. invaserit. Longè 105.
enim certiores harum turbarum causæ ex fi-dis historiarum documentis legenti patent, quarum unam atq; alteram obiter tangam, ut fallaciam à non causa, ut causa, in specio-so hoc argumento lector animadvertat. An-non Romani sub prima conditæ urbis auspi-tia Reges sine contentione elegerunt? an-non hodie in Daniâ, Polonia, Germania, Re-ges, in Rebuspublicis Genuensium & Ve-netorum Duces, pacificè eligimus? nedum ut Electio intimè per se innexas habeat con-tentiones. Dissidia verò & factiones peperè-runt, partim studia partium electione non satis probè institutâ, partim inveteratæ suc-cessionis captata continuatio, priusquam res ad sinceram Electionem deducta fuit, partim externarum causarum impulsio, quæ & ipsam successionem non raro tur-bare solet. Accedit, quod ab uno extremo ad alterum sine turbis transiri vix possit *Ra-rò ea moles convellitur sine convellentium ex-* 106.
itio, ait Tacitus 4. *Annal* Successionem au-tem in imperio Rom. jure receptam fuisse, non tantùm apud priores seculi principes, sed & in stirpe Carolina & Ottonis I partim suprà ostensum est, partim ostendetur infra. *c. de mixt. Repu.* Quantæ verò molis fuerit,

... pus. (margin, 101)

Abudanciandam Electionem ex factiones proponitur. (margin, 102)

Et refellitur (margin, 103)

Iterum ... (margin, 104)

Detegitur fallacia causæ. (margin, 105)

Causa alia factionum in imperio Germanorum. (margin, 106)

jus ſuccedendi legitimis hæredibus auſſerre, & ad vota Electorum traducere, præterquam quod ſuo cum animo quiſque cogitare poteſt, ex bellorum etiam civilium frequentia patet, Conrado quippe I. controverſiam moverunt Arnolphus Malus Bavarus, Giſelbertus Lotharingus, Burchardus Suevus & Henricus Auceps, in favorem Caroli Poſthumi, cui ex ſtirpe Carolina imperium videbatur debitum, quo prætextu idem Arnulphus ſe poſtea oppoſuit Henrico Aucupi. Otto I coactus fuit ab inteſtinis bellis imperium auſpicari, ſed contra fratres, qui partem hæreditatis paternæ ad ſe jure ſucceſſorio trahere nitebantur. Tanquardus enim ſpurius Marchiam Brandeburgenſem invaſerat & Henricus, qui poſt victoriam titulum Ducis Bavariæ lucratus eſt, totum imperium prætendebat, inſtigatus ab Eberhardo Franco & Giſelberto, Lotharingo. Cum Ludovvico Transmarino paulò minus negotii ipſi fuit, licet & ipſe hæredem imperii ex Caroli M. proſapia ſe ferret. Cum Ottone II. eandem fabulam denuò exorſus eſt Henricus patruus, invidiâ vicinorum Regum & innatâ ambitione extimulatus, ſed fortunâ non meliore, quam egerat prius: nec tamen ne ſic quidem abſtinuit ab Ottone III. cui aditum ad imperium difficiliorem fecerunt, Lotharius rex Franciæ, & poſtea Carolus hujus nepos, Carolinæ ſtirpi imperii dignitatem repetituri, niſi Hugo Capetus imperiũ affectantes interim à regno quoq; avito excluſiſſet, & Carolo in Lotharingiam damnato, exciſione ſtirpis Carolinæ, finem hiſce litibus, & pacem cum Germanis feciſſet. Hactenus quidem multis bellis implicitum fuit imperium, non propter electionem, quę tum nondum invaluerat, ſed quia inter hæreditarios principes, & qui rem totam ad liberam Electionem trahere nitebantur, in utramq; partem certabatur, dum illi jus ſuum retinere, hi etiam cum privato damno in melius inveteratam ſucceſſionem converte-

107. *In regno Polonorum.* re laborabant. Sic Polonia continuis bellis exarſit inde à Boleslai III. cui Sbigneus frater obducebatur corrivalis, liberorumque ejus, qui ordine Ethnarcharum titulum pro arbitrio procerum adierunt ætate, uſque ad Præmislaum Regem, quia hoc tempore Electionis nomen primùm exaudiri & jus novum introduci cepit, quod ſine convulſione totius corporis fieri non potuit. Velle autem ex hoc capite Electionem in univerſum cõdemnare, quid aliud eſt, quàm totum genus humanum malitiæ alligare, quia quidam deerrant, & in vitiorum præcipitia proni devolvuntur. Quod ſi nullus extitiſſet in imperio, in regno Poloniæ, qui jus ſuccedendi ſibi attribuere ſub ſpecie juris potuiſſet, nullus ob Electionem quicquam bellorum excitaſſet. Ab Electione, quæ adhuc introducitur, & nondum perfectionem ſuam aſſecuta eſt, ad jam introductam & probè inſtitutam, non ducitur argumentum ſatis validũ:

108. *Altera cau[illegible]*
nec improba electio comparari debet cum probâ, quæ eſt altera bellorum in imperio causa, nec non ſeditionum Romanorum in Pontifices. Fit quidem Electionis mentio circa tempora Ottonis III. ſed quod Bellarmin. Baron. Gretſer. Electores tum primum à Gregorio Pontifice inſtitutos nugantur, id paulò poſt *c. de mixt. Republ.* refutaturi ſumus. Incertus enim manſit numerus principum eligentium, incerta forma Electionis, prævalente ſucceſſione, uſque ad tempora Friderici II. ex quo factum, ut per ſtudia partium, trahente quoque ad ſe jus eligendi integrum, aut in Electionem conſentire negante, ſæpiſſimè à contentionibus res delapſa fuerit ad civilia bella, tã inter principes ipſos, quàm inter hos & Pontifices Roman. qui ſibi jus Electionis inde ab eo tempore arrogarunt, & adhuc arrogant. Nam cum Henricus Sanctus, qui & Claudus dictus eſt, Henrici Bavari Rixoſi inde dicti, quod toties fratri & nepotibus Ottonibus, controverſiam moviſſet, filius, mortuo Ottone III. ſine hæredibus, ad imperium, quod ipſi jure ſucceſſorio debebatur, conſenſu principum Germaniæ admiſſus eſſet, Itali ſuffulti autoritate Pontificis Arduinũ Marchionem ipſi oppoſuerunt, nondum ſueti obtemperare legi, ab Ottone III. nuper latæ, qua Electio Romani Imperatoris ſolis principibus Germaniæ tribuebatur. Ortum igitur fuit hoc bellum ex electione prava & nõdum confirmata, unde & Conrado Salico, ab ipſo Henrico ſucceſſore nominato, domeſticæ turbæ natæ ſunt & excitatæ ab Erneſto

Duce

Duce Sueviæ & Guelpho Duce Bavariæ, qui, quod ex stirpe Henrici Aucupis originem suam accerserent, eo prætextu imperium sibi deberi contendebant. Ab Henrico IV. idem reposcere tentarunt Ecbertus Marchio Saxoniæ, Otto Bavarus, Vdo Marchio Brandeburgensis, conspirantibus Saxoniæ Episcopis, Magdeburgense & Halberstadiense, qui Salicorum stirpi dignitatem Imperatoriam à Saxonibus avulsam invidebant. Victi autem ab Imperatore, Rudolphi Suevi partes sequi ceperunt, cui Gregorius VII. Diadema transmiserat, cum hac inscriptione:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

Hactenus electioni nondum obfirmatæ intercesserant discordes Principes, & qui jus suum alteris cedere negabant: posthac ingessit se Tyrannis Pontificum, qui tàm successioni, quàm Electioni insidiantes agro cum istis miserandis vastitatibus, cædibus mutuis subditorum, clarissimarum urbium direptionibus, quas hic exaggerat Bodinus, omnia compleverant. Vnde proverbium natum memorat Guicciard. *in comm. Polit. Proprium esse Ecclesiæ Cæsares temere & odisse.* Gregorius enim VII. Rudolpho imperium tradidit, cujus auspitia secuti Saxones non multò post Hermanno Comiti Lucelburgensi, & Ecberto Marchioni Saxoniæ idem detulerunt. Vrbanus verò II. Conradum filium Henrici IV. & hoc, justo Dei judicio intereunte, Henricum V. pro patre regnare jussit, adeoque non tantùm civilibus, sed & parricidialibus bellis, omnia cruētavit. Paschalis II. interruptam morte Henrici IV. fabulam, cum Henrico V. redintegravit, quippe in quem Lotharium Saxonē, proximè imperaturum, armavit, idemque à Pontifice defensus est contra Conradum III. imperium affectantem, quod tandem etiam obtinuit. Bellorum Italicorum contra Fridericum I. ecquæ alia causa extitit, præter proscriptionem & Anathemata Pontificum, quibus subditi ab obedientia ad defectionem sollicitabantur? Henricum IV. sierunt quietè rerum potiri, sed cum Philippus frater, nepotis sui ex fratre Friderici tutor, de consensu Principum imperium, capesseret, & Pontificiæ Tyrannidi exosus esset, quod Thusciam patrimonio Petri reddere cunctaretur, fulmina sua in eum iterum stringere ceperunt, quo fragore excitati principum quam plurimi Bertoldum Zaringiæ Ducem Philippo opposuerunt, eoq; ultrò cedente secuti vestigia Pontificis, Innocentii. III. ad Ottonem IV. Henrici Leonis filium se receperunt, concitatoque in arma præcipue rege Anglorum, multos annos Germaniam innocenti sanguine rigarunt, donec ad Fridericum II. Henrici VI. filium, legitimum hæredem, rerum summa rediret, & Pontificum machinæ, Principumque factiones, sensim invalescente septem Electorum autoritate, retunderentur. Non est autem, ut hinc dicam scribere soli Electioni quis possit, cum successoria Hispanorum, Gallorum, Anglorum, Scotorum, Siculorum regna, fulminibus Pontificum æquè violenter concussa & propè in perniciem acta sint. Ne dicam de Pontificum Electione, quæ antequam ad arbitrium Cardinalium deduceretur, cujusvis ludibrio & populi cædibus exposita fuit, quandoquidem propter Damasi & Vrsicini factiones, uter Pontifex esset, sexcentos cives Romanos cæsos esse legimus. Quid ita? quia imprudenti vulgo perperam in manus asserta erat electio, & ut ait Cusan. *lib. 3. Concord. Cathol. c. 2. ambitio procurabat divisionem votorum, & facilius persuadebat, qui plus afferebat:* Hine enim permoti Pontifices ultrò Imperatoribus obtulerunt facultatem eligendi & investiendi Pontificem Rom. *ut de subject. Cler. c. 7. num. 21. diximus*, quò dissensiones populi, autoritate majori compescerentur, quo jure ab initio quidem usi sunt Imperatores, non sine commodo Ecclesiæ, donec Gregorius VII. & qui ejus vestigia legerunt, ne quid juris seculari principi in Ecclesia superesset, post longas turbas, multorum Pontificum exilia & cædes, humanique sanguinis largam profusionem, totum illud ad se rapuerunt. Vnde iterum apparet, seditiones, factionesque, quæ Electioni improperantur, non prodire ex sincerâ & probè institutâ Electione, sed ex ejus incertitudine & vitiis. Postquam enim Pontificis Electio ad certos Cardinales, Imperatoris

109. *Res ubi tertia.*

110. *Qua in successione ipsa locum habuit.*

111. *Errorum in Electione Pontificis causa.*

112. *Instantia quadam recicuntur.*

ratoris ad certos Principes transiit, omnibus istis turbis repagulum objectum est Quod si convenire inter se Electoribus non potest, ecce tibi aliud remedium, ut major pars concludat, quemadmodum se res habet in omni collegio, *teste Arist. lib. 3. Polit. c.* 8. aut legibus imperii intra certum tempus ad consensum adigantur, quemadmodum Electoribus & Cardinalib. & sacræ militiæ equitibus 24. nihil porrigitur præter panem & aquam, si intra præscriptum terminum de novo vel Imperatore vel Pontifice vel Magistro non consentiant. Quod etiam Canonher. objicit: Tardè venturos Electores ad Comitia, id eadem lege prohibetur, quâ Moguntinus intra mensem Electores convocare, & hi se, sub pœna amissionis voti, præscripto tempore sistere & de Electione inter se convenire coguntur. Quod si pauci sint, & viri boni, quales præsupponere debemus, ultrò facturi sunt officium & sine cunctatione convenire possunt.

113. *Argumentum aliud de abalienatione prædiorū.*

Omnium verò minimè movet nos, quod Bodinus objicere pergit, de abalienatione prædiorum, si principis non sit Respublica propria, quoniam *nō parcit populus regnum breve*, & qui ad suos nihil perventurum intelligit, nisi quod fraude eripuerit, omnia potius amicis largiri aut sub hasta proscribere velle præsumitur, quàm successori reservare. Nam præterquam quod hæc suspicio non cadat in virum bonum, qualem Electio indubitatè præstare potest, minus certè in distrahendis rebus Imperii licet Electo, quam à stirpe accersito principi, quandoquidem hoc boni affert Electio absolutis imperiis, ut severioribus legibus licentiā circumscribat, & quod prodigè datū sit, repetendi potestatem Ephoris & Electoribus faciat.

114. *Refutatur.*

Hanc enim Vladislaus II rex Vngariæ inter cæteras conditionem recepit: *ut omnia decreta ac donationes Matthiæ Regis, quæ præter morem & regni jura injustè tulerit sanxeritq; rescindat: pecuniam ex redemtione trium provinciarū, Moraviæ, Silesiæ & Lusatiæ in regni ærarium referat, &c. Bonfin. dec. 4. lib. 9. in fin.* Item Carolus V. Imperator in hæc verba juravit: *Facultates imperij neq; distrahat neq; oppignoret. Sleid. lib.* 1. Rudolphus quidem imperator, accepta pecunia Hetruriæ civitatibus libertatem vendidit, hoc est, dilabi passus est, quod retinere non poterat, sicut Carolus IV. regni Arelatensis jura, non tàm donavit, quàm possidenda reliquit Gallis, & populus Rom. lege lata omne imperium, quod jam diu amiserat, in principem contulit. Idem Carolus IV Imperator, ut filio Wenceslao spem successionis admercaretur, Imperii vectigalia Electoribus concessit, sed hoc nō est alienare, cum extra territorium imperii non dispergerentur. *Zoann. de Rom imper. n.* 162. nec rectè accusat Cromerus, Ludovici regis Vngar. prodigalitatem ex eo, quod statim, ut in Poloniam venit, Vladislao Duci Oppoliensium dederit Ostreslovienlem & Velunensem tractum, item in tractu Cracoviensi, Olstinense, Crepiciense, & Bobolicense territoria, nec non Breznicicense in ditione Siradiensi. Infeudationem enim aut feudorum jam constitutorum collationē negant ICti inter species alienationis annumerare. *c. un. §. fin. Ex quib. caus. feud. amitt. c. un. §.* 1. *per quos fiat invest. c. un. §. si verò. Qualiter d. pot. feud. alie. Corn. in cons.* 261. *incip. De duobus principaliter. lib. 4 Meno. arb.* 44. *jud. cas.* 519. *n.* 11. Leviora verò damna, quâ una atque altera civitas libertate donatur, hoc est, privilegio ab oneribus gravioribus eximitur, aut urgente necessitate distrahitur, tantoperè non sunt exagitanda, cum id omni Principi de jure liceat, sive successionis, sive Electionis titulo regnum adeat, quanquam in Electum principem, si prodigalitate res publicas dissipare occipiat, Electoribus remedium in promtu sit, quemadmodum Wenceslao inter causas abdicationis & hanc perscripserunt: *quod complures urbes terrasq; tàm in Germania, quam Italia ad imperiū pertinentes alienasset, parū pensi habens, ut eas retineret.* Item, *quod perniciose mutilasset, & mutilum reddi permisisset, dum ex Vicario Imperij creasset Ducem Mediolanensem: Vrst. s. tom.* 1. *histor. Illustr. ex Chron. German Iacob Kongelshov.* Ludovvico quoque Bavaro vitio datum fuit ab Alberto & complicibus, quod partium suarum studiosos Helvetios in remunerationem fidelitatis Imperii exemisset. Verùm, quid potuerunt Romani in prodigalitatem Neronis statuere,

115. *Qui bene meritis feuda largitur, non abalienat.*

116. *In princ. pi electum prodigere publica perit, EE. dicium se possunt.*

statuere, nisi quod Agrippina ad pœnitentiam ipsum ductura, centum aureorum millia, quæ prætoriano militi dari jusserat, coacervari uno in loco curaret, quo tantæ summæ intuitu à nimia profusione absterretur. Atqui is duplicari summam jussit. *Non enim putaram*, inquit, *me tam exiguum munus dedisse. Dion. in Ner.* Idem laudabat mirabaturq; avunculum Cajum, nullo magis nomine, quàm quod ingentes à Tiberio relictas opes in brevi spatio prodegisset. *Sueton. in Ner. c. 30.* Vterq; vero successione imperium acquisiverat, nec tamen alium meliorem hæredem futurum putabat, quàm semetipsos sibi. Nero certè nec largiendi nec absumendi modum tenuit. In Tyridatem, (quod vix credibile videatur) octingenta nummûm millia diurna erogavit, abeûntique super H.S. millies contulit. Menecratem Cytharœdum & Spicillum Mirmillonem triumphalium virorum patrimoniis ædibusque donavit. Ceropithecum Panerotem fœneratorem, & urbanis rusticisque prædiis locupletatum, propè regio extulit funere. Nullam vestem bis induit. Quadrigenis in punctum H.S. aleam lusit. Piscatus est rete aurato, purpura coccoq; funibus nexis. *Sueton. d. cap. 30.* Heliogabalus nunquam minus C. H. S. cœnavit, hoc est, argenti libris triginta. Aliquando autem tribus millibus H.S. cœnavit, omnibus supputatis, quæ impendit. Cœnas verò & Vitellii & Apicii vicit, & quæ præterea Persici apparatus documenta, recenset Lamprid *in Heliogab. num. 8. & 9.* Philippicus Bardanes non præfuit imperio, nisi annos 2. & menses novem, cum jam eò usque exinanivisset thesauros Reip. ab. ut unde sumtus suppeditari potuissent, nihil superesset. *Zon. & Diac.* Præsumtionem vincunt rerum testimonia, & quando non pauciores invenire licet prodigos inter eos, qui succedunt, quam qui eliguntur, quare de his tantum tàm sinistrè ominari velimus. Imò Hæbudes insulæ solebant Reges suos paupertate assuefacere ad justitiam, *Solin. cap. 35* & qui suo damno didicerunt, quantum vectigal sit parsimonia, in mediis divitiis vela contrahere possunt, & non ignari mali, miseris succurrunt, futurisq; temporibus prospiciunt, dum è côtrario, re nulla dura ad parsimoniam exerciti, sed luxui & affluentiæ innutriti, nihil aliud sciunt, quàm dare, & cum Nerone divitiarum pecuniæq; fructum non alium putant, quàm profusionem. *Sueton. in Neron.* imprimis si nimis pueri, ut in successione fieri necesse est, gubernaculis admoveantur, quibus prodigalitatem asscribit Arist 4. *Eth. c. 1.* tanquam propriam, & Horat. de imberbi juvene testatur *in art.* quod sit

Vtilium tardus provisor, prodigus aris:

& Angli Richardo II. & Henrico VI. pueris nuntium remiserunt ex hac causa inter cæteras, quod thesauros regios prodigè dilapidassent: Aut si mentis impotentia necessarius hæres laboret, qui omnia diffluere sinat, & ab Harpyis aulicis diripi, quemadmodum Carolus Rex Franciæ in Henricum V. generum, regem Angliæ, præter eas, quas vi belli occupaverat provincias, totius regni summam alienare non dubitavit. Otto Marchio Brandenburgensis totum districtum Marchiæ sex millibus aureorum vendidit, redactamque inde pecuniam cum Margretula, Bavara molitrice lepidè consumsit.

117. *Prodigalitas succedentium quam corrigere non licet.*

118. *Verisimile est contentius mixturũ Electam, quam succedentem principem.*

Quod porrò Bodinus & ex eo Eberhard. à Weihe hoc vitium Electioni improperat, quod ex humili & obscuro loco ad altissima dignitatum fastigia accersiti, intumescere soleant & Tyrannidem crudeliter exerceant, quemadmodum Salomon *servi dominationem* dixit esse *intolerabilem*, & Fabio Valenti, à Vitellio repentè evecto, hanc laudem tribuit, *Tacit. lib. 1. histor. Quod diu sordidus, repentè dives, mutationem fortunæ malè texerit, accensis egestate longâ cupidinibus, immoderatus, & inops juventa Senex prodigus*: deque Tiberio hos versus refert Sueton. *in Tiber. c. 59.* 119. *Aliud arg. ex insolentia eorum, qui eliguntur.*

Regnabit sanguine multo,
Quisquis ad imperium venit ab exilio.

Item de Sixto IV. ex sordida origine & Cœnobio mendicantium ad Pontificatum Max. ad prævertendam ambitionem competitorũ extracto, Ioh Mich. Brutus, *lib. 4. hist. Flor. Oblitus quam ex humili fortuna emerserat, ejus modo, quam esset assecutus, meminit, potestateq; summi imperij, multò quàm cæteri impudentius ambitiosiusq; abuti ditandis*

 augen-

augendiq; sui instituit. Id contra legitimam Electionem tantundem valet, atque omnia, quæ præcesserunt. Nam nec ex humili loco quenquam repentè ad summos honores provehi cavent Electores, ut monet Arist. *Polit. c.9.* Carthaginenses Lacedæmoniis præferens, quod non ad Regium fastigium & summum magistratũ promiscuè quosvis, ut Spartani Ephoros eligant, *quia humiles ad magnam potestatem evecti maximum nocumentum afferant*, ut ex Laconica apparere dicit: nec eum imperare sinet, cujus animum non perspexerint, in utramque fortunam satis obfirmatum, seu tollat
120. *Refutatur.* Iuppiter, seu mergat. Quod si præter spem licentiâ evadat deterior, autoritatem eam expedire possunt, qua Scoti Argadum, ex infima nobilitate post abdicatum Conanum, ad Proregis honorem elatum, cum fastu à speratâ modestiâ degeneraret, imperium jusserunt deponere & ad obedientiam redire, qui imperare liberis hominibus nesciebat. *Buchan. lib.4.* Augustus Agrippam ob ingenium ferox & intractabile abdicavit,
121. *Autoritas Electorum in Electum insolescentem.* Constantius Gallum insuetis honoribus ad superbiam abutentem, non tantùm ex testamenti tabulis erasit, sed & securi percussit. *Marcell.* Et hoc juris attribuit Electio principibus, qui eam sibi in manus asseruerunt, cum è contrario, si innatam superbiam exerant successori principes, nihil superest sub ditis præter plorare & Deos meliora posce-
122. *Verisimile est, succedentem præ Electo magis superbiturum.* re. Et facilius sanè superbiæ frena relaxaturus præsumitur in purpura & ad fastum à teneris educatus princeps, quam ex asperiori fortuna per virtutem expulsus, quando spectata virtus expugnandæ superbiæ & crudelitati satis est. Quid modestius & sedatius Dario, qui fortè fortunâ ad regnum pervenit, Cyro, *ut judicat Plato lib.3. de legib.* simillimus? quid insolentius Cambyse & Xerxe, Deorum, maris, terrarum, hominumque, ut videri volebant, triumphatoribus? Cæsaris modestiam ne adversarii quidem redarguere poterant, quando Clementiæ ædem ipsi dicarunt, cum hostium plurimis non tãtum salutem, sed & magistratus daret, Pompeiiq; ipsius statuas restitueret. *Plutarch in Cæsar. nu.15.* Atqui Cajus Germanici filius eò dementiæ prorupit, ut se Deum adorari & Hierosolymis statuam sibi dicari juberet, *Ioseph. lib.18. & 19. Antiq. in pr.* Quid conferam Domitiani & Commodi insanam arrogantiam cum submissâ moderatione Nervæ & Antoninorum? Diocletianum quidem vituperat Victor, *in pr. quod primus ex auro veste quæsita, sericis ac purpura gemmarumque vim plantis concupiverit: quod primus omnium se Caligulam postq; Domitianum Dominum palam dici passus & adorari se, appellariq;, ut Deum jusserit*, cujus rationem *subjicit, Compertum scilicet esse: Humillimos quosq;, maximè, ubi alta accesserunt, superbia atq; ambitione immodicos esse. Hinc Marius*, inquit, *patrum memoria, hinc iste nostrâ, communem habitum supergressi, dum animus potentia expers, tanquam inedia refectus, insatiabilis est. Quo mihi mirum videtur, Nobilitati plerosque superbiam dare, qua gentis patriciæ memor molestiarũ, quis agitatur, remedio eminere paululum pluris habet.* Mox tamen ex factis & vita Diocletiani nomina & externum habitum ejusdem corrigit, dum ait: *Verum hæc in Valerio obducta cæteris bonis, eoque ipso, quod Dominum dici passus, parentem egit, satisque constat, prudentem virum edocere voluisse: Atrocitatem rerum magis quam nominum officere.* Nec non produco Iyaseum Polonum, aut Lescum II. Præmislaũ Bohemum, aut Agathoclem fictilibus solitum cœnare, & qui præterea ex bubulcis moderati evaserunt Reges, adeò ut hinc intelligatur, honorem non inflare, nisi ventosos & virtute non satis præmunitos animos: id tãtum pro exordio hujus solutionis repeto, quod *sect. sequent.* disputabo, probè institutam Electionem non dimittere se ad humilimos quosq;, qui magnæ potentiæ ferendæ sint impares, sed successorem in proxima stirpe, quantum fieri potest, quærere, quâ de causa huic argumento nihil roboris inest contra Electionem simpliciter, sed contra Electionem pravam.

Sic & cętera, quæ à Zeeh. Lipſ. Canonher. 123. *Arg. aliud de transitu regnorum ad peregrinos rejicitur.* Caso objiciuntur, diluuntur. Nam, ut ex mutatione principum transeant regna in aliam ditionem & nomen, timendum non est, ubi exteri principes aliunde non accersuntur, nec Regni nomen per principes, sed provincias

124 vincias aut nationes propagatur. Quin etiam non est major autoritas succedentis, quam Electi, quandoquidem stabilis & firma autoritas fundatur non in stirpe, sed solida virtute. *Æterna enim lege naturæ receptum esse* dicit Halycar. *ut inferiores præstantioribus pareant, lib.* 3. id quod latius diducit Boter. *lib.* 1. *Pol. illustr. c.* 9. & Fabricius olim innuebat cum Pyrrho diceret: *Si subditi tui me nossent, sine dubio Regem mallent, quam te. Plutarchus in Pyrrh.* Demaratus certè maluit exul mori, quàm deterioris imperium, licet à natura successione datum, ferre, *Herod. lib.* 5. & Antigenes Teutamusque Argyraspidum Duces, quanquam æquè imperiti erant regnandi, atque impatientes parendi, nunquam tamen Eumenis imperium ut agnoscerent, induci potuerunt, quod se illi opinione anteponerent. *Plutarch. in Eumen.* Atqui, inquit Canonher. naturam sequendo non fallimur: non certè, si rectè operetur. Alioquin & Medici deerrantem corrigunt, & Gymnastæ sinistra in dextra commutantem reprehendunt. *Naturâ* quippe *præstantius dominatur deteriori*, ut ait Plato confirmatq; Aristoteles 1. *Polit. c.* 3. & proinde, quando degeneres Childericos, Simplices, Carolos, Obtusos Ethodios, successio summis & altissima spectantibus civibus arbitros vitæ morumque Censores imponit, non agit sibi consentaneè, nec prudenti Politico sequenda est magis, quàm Medico, si symptomaticam excretionem moliatur pro Critica.

Ausfit maior autoritas succedentis, quam Electi.

125. *Aliud arg. Canonher.*

126. Supersunt adhuc alia argumenta minoris momenti, quod subditis præcludatur via insidiandi, quia præclusa est via succedendi. Item, quod Rex à stirpe petitus non gravet novis exactionibus populum, quorum posterius refutatur ex ipsis adversariorum ratiocinationibus. Nam si Rex, jure hæreditatis succedens, potestatem habet magis absolutam, ut Lipsius objicit & res ipsa loquitur, multò gravioribus tributis exhaurire potest subditos, quàm is, quem Electores certis legibus circumscribunt & sine consensu principum, tàm vectigalia erigere, quàm tributa indicere prohibent. Prius verò non præsupponit, nisi unam causam insidiandi, videlicet spem successionis, *in tr. de Conjurat.* multò plures aperuerimus, invidiam, Tyrannidem, contemtum, desidiam, quæ omnia facilius in principibus occurrunt hæreditariis, quàm Electiis: ne interim hunc eundem insidiarum metum in successores certos ex eadem stirpe retorqueam, præcipuè cum suspecti à necessaria hæreditate amoveri nō possint: Electores verò eorum non sint habituri rationem, qui per cuniculos aditum sibi quærant, cum proditionem quidem nonnulli probent, proditorem autem nemo ullus unquam amaverit, vel frugi putaverit.

Breviter perstringuntur argumenta reliqua.

Vnicus adhuc superest nodus, quem ab aliis nexum, fortius stringit Bodinus, & repetit Eberh. à VVeihe *d. orat.* dum sic argumentatur: Regem aut peregrinum, aut civem creaturus est populus. Si civibus pateat aditus, ferocissimus quisque per fas & nefas dominatum præripiet, aut si plures æquâ potestate & gratiâ valeant, populum in factiones distrahent, & ad peregrinum sceptra deferre tandem cogentur, quando æqualium imperium nemo lubentibus subit humeris, quod non modò Tacitus Armeniis contigisse scribit, qui Regem nisi peregrinum ferre non possent, sed etiam mortuo Sigismundo Augusto, Rege Poloniæ, SCtum factum est, quo omnibus civibus ad regnum aditus præcluderetur. Ac majorum nostrorum memoria Mammeluci Campsoni Caramanniæ Regi Ægypti regnum detulerunt, quibus calamitatibus diu jactati sunt Germani, qui quod æqualium imperia recusarent, sæpè peregrinos acciverunt, ut Alphonsum X. Castulonum Regem, & quidem minutos sæpè principes, ut Wilhelmū Batavorum, & Henricum Lussenburgorum Comites. Si peregrinum accersere jus sit, multa alia ingerit incommoda, quæ libenter admittimus, cum non sine divina ratione Iudæos vetuerit Moses peregrino sceptra tradere: *Deuter. c.* 17. & imperij legibus cautum est, *ne quis nisi Germani sanguinis & originis, aliud capessere possit*, qua ratione obtinuit Archiepiscopus Trevirensis. ut Carolus V. Rex Hispaniarum, ex domo Austriaca ortum ducens Francisco I. Regi Galliarum anteferretur, quod hic à sanguine Germano alienus omninò inveniretur.

127. *Argumentum Colophonium.*

128. *Ad peregrinum sceptra non esse deferenda.*

 Sleidan.

in Hispania, Ottonem Romæ, Vitellium in Germania Vespasianum in Asia, Imperatores creando: *Tacit. 1. hist. Sueton. in Galb. c. 1. in Vespas. c. 6* qua potentiâ sequenti ætate adeò abusi sunt, ut luxuriante Gallieno & quasi pro mortuo habito, Triginta simul Tyrannis Imperatorium ornatum assignarint, præter Zenobiam & Victoriã mulieres. *Trebell. Poll. in 30. Tyrann.* Post Michaelis Constantini Ducæ filii obitum duo potentissimi Duces imperium sibi arrogarunt, nec exitus bellorum fuit prius, quàm alteruter succumberet. *Zon. in Niceph.* Et ne prodeam ulterius, statum Vngariæ mihi contemplare, cum Vladislaus insperatâ morte contra Turcam occumberet, & Matthias Corvinus sine legitima sobole fatis cessisset, licet hic cum Austriacis de successione pactus esset. Tantis quippe turpis necesse est obnoxia fieri imperia, quæ repentè interrumpuntur, quando de successore Electoribus prospicere non licet.

115. *Alterum in hæredum incerto iure.* Quod si funditus stirps aliqua non emoriatur, sed quod frequentius evenire solet, hæredes quidem supersint, sed incerti & contentiosi, quorum singuli, vel jure, vel si id desperent, manu hæreditatem deposcant, pericula imminent multò majora, & bellorum sparsa sunt semina multò certiora. Nec sine causa gratulari sibi potuit Iacobus Magnæ Britanniæ Rex, quod regnum tàm floridum sine cæde & sanguine post mortem Elisabethæ occuparit, à cujus successione tàm longè remotus videbatur, quam properè ad illam sine obstaculo accessit. Non ea Gallis affulsit felicitas, cum Vallesiorum stirps in Henrico III. deficeret, & ad Burbonios transitus faciendus esset. Quam longo enim tem-

116. *Probatur exemplis.* pore, quam cruentis discordiis agitati sunt, priusquam Henricus IV. cui factio Hispanica Cardinalem Burbonium opposuerat, non tàm jure, quanquam eo suffultus erat

Gallorum. opimo, *ut in Apol. pro Rege demonstratum est*, quàm armis & virtute bellica in vacuum conscenderet solium. Ipsi etiam Guisii, cum ex Henrico III. nulla spararetur posteritas, ausi sunt sibi tanquam legitimis hæredibus, coronam à Capeto, Carolo Duci Lotharingiæ injuriâ ereptam vendicare, (*sicut Regni Navarr. Cancellarius exprobrat in eo discursu, quem id temporis composuit de statu Franciæ*) imitaturi Pisistrati technas, qui occupatam Atheniensium Tyrannidem, jure sibi debitam dicebat, *quia*, inquit, *genus à Cecrope duco, cujus gentis regnum recuperatum venio, quod Athenienses jurejurando promiserant, se relicturum Codro ejusq; stirpi: mox tamen rupta fide abstulerunt. Laer. in Sol. in Epist. Pisist.* Nec tum primum incerta hæreditas intestinis cædibus inundavit Gallias, sed multò crudelius grassata est sica Anglorum, cum Philippus Vallesius, exclusa Elisabetha, Eduardi III. Regis Anglorum uxore, in suam stirpem regnum primus transferret, quæ bella paucis annis post recruduerunt sub Carolis Galliæ, & Henricis Angliæ regibus, adeò ut nunquam gravius quassata fuerit Gallia, nec propius ab internecione abfuerit, quam cum de successione hac pugnaretur. Et his quidem bellis superior fuit Anglia & à periculo immunis, sed Angloru. mortuo Eduardo III. & deposito Richardo II. cum Lancastrii & Eboracenses de successione pugnare inciperent, & per totos ferè 90. annos rosæ rubræ & candidæ infestis odiis concurrerent, donec in Henrico VII. & Elisabetha novo quasi stipiti insererentur unitæ, quantum illic sanguinis fusum, quot urbes excisæ, quę vastitates inductæ? Scriptor Poeticus ejus ævi testatur,

Bello intestino fluvios fluxisse cruoris.

Ante illam ætatem deficiente Hengisti stirpe in Alrico Saxonum Cantuariensium Rege, ex eadem causa inter corrivales infesta bella exorta sunt, sed, quæ citius in paupere regno evanuerunt, *Cambden. in descript. regn. Saxon.* nec multò post Eduardo V. decedente concussa fuit Anglia ab Edgaro, Eduardi nepote, & Haroldo ejus tutore, nec non Wilhelmo Normanno, qui, quamvis jure inferior, armis tamen superior evasit, & pugnantes inter se ranulas, tanquam Ciconia superveniens absorpsit, *prout in vita Eduardi V. ab incerto Autore & Alvredo Revallense, nec non Malmesb. Dunelm. & Hoved. describitur.* Quantas turbas incerta successio sæpè dederit apud Danos, apud Dussam videre est, *lib. 2. in pr. & lib. 3. in fin.* Mortuo Ladislao, ex venato, ut putabatur, potu, Pannoniæ & Bohemiæ, nec non Archi-

Saxonum in Anglia, Danorum, Vngarorum,

ducatus

ducatus Austriæ hærede, relictis duobus patruelibus Friderico III. Imp. & Alberto ejus fratre, cum inter eos de divisione hæreditatis non conveniret, Imperatore totam sibi, tanquam indivisibilem arrogante, nec id concedente Alberto, Vngari interim aliunde sibi regem quæsiverunt, & fraternorum bellorum non attulit, nisi mors Alberti

Mediolanensium. Pereunte Philippo, ultimo Mediolanensium Duce, relicto Carolo Aurelianense, ex sorore nepote, & Blancha notha filia, quæ Sfortiæ desponsa erat, quid ibi non mali vidit Insubria? Carolus hæreditatem jure materno, tabulis Iohannis Galeacij confirmato, magno exercitu repetitam veniebat: Sfortia proximiorem hæredem se ferebat, simulq; ultimam Philippi voluntatem prætexebat: Fridericus III. universam provinciam, tanquam masculo hærede destitutam imperio asserebat, nec interim cessabant Veneti, quin potius nunc his, nunc illis, auxilia ferendo, aliosve prætextus fingendo, lautissimas urbes à Mediolanensium ditione avulsas ad suam pertrahebant. Et si incendium hoc uno atq; altero anno deflagrasset, aut vicinis pepercisset, majoris boni gratia fortè tolerandum videri posset, Verum in societatem belli rapuit Sabaudos, Genuenses, Florentinos, Romanos, Neapolitanos, adeoq; universam Italiam fatali flamma involvit, inde usq; à tempore Friderici III. ad imperium Caroli V. qui pulsis ex Italia Gallis, Sfortiarum stirpe excisa, filio Philippo vacuã possessionem tradidit

Neapolit. Horreo meminisse, turbarum in regno Neapolitano motarum, non tantum à Normannis ipsis, dum alter alteri provincias præripere gestiebat, sed ab hæredibus Friderici, cum Manfredus Conradinũ excluderet, & Manfredum Pontifex per Carolum Andegavensem destrueret, Carolum verò ab injusta hæreditate depulsum, Conradinus veniret stipatus flore juventutis Germanicæ: Item, cum dux Iohannæ partim matrimoniis libidinosis, partim illicitis adoptionibus Hispanos & Gallos committerent, quorum cruore non tantùm arida Apuliæ arva pinguefacta, sed ipsa adeò

Hispanor. maria infecta fuerunt. Nec unquam in Germania tanta cum sanguinis humani prodigalitate ex electione pugnatum fuit, quam in regnis Hispaniarum ob successionem. Tantum abest, ut successio Electioni ex hoc capite præferri debeat, quod intestinis discordiis careat, & successorem cum pace recipiat sine strepitu.

Libet enim obiter percurrere caussas aliquot, ex quibus verisimiliter lites oriri & possunt & solent in successione, quarum nulla locum habet in Electione. Prima enim 117.

Quot bellis obnoxia sit successio propter fæminas.

pugna incidere solet de successione fæminarum, quæ regulariter quidem à feudis exclusæ sunt, sed non à regnis hæreditariis, ut patet ex regnis Hispaniæ, Navarræ, Arragoniæ, utriusq; Siciliæ, Anglorum, Scotorum, Danorum, & multorum populorum, qui legem Salicam vel ignorant vel recipere nunquam sustinuerunt. Et licet inferius *sect.* 12. contra Gynæcocratiam cum ipso Bodino disputaturi simus: tamen quia de successione 118.

Incommoda Gynæcocratiæ.

loquendum, non qualem Thomas Morus in Vtopia fingeret, sed prout usu plerisq; locis recepta occurrit, non effugient successionis propugnatores, quin Gynæcocratiæ incommoda in mediam regionem recipere cogantur, & pœnam illam subire, quam per muliebre imperium DEVS ipse luxuriosis populis interminatur. Quid enim huc afferam contemtum imperij fæminei, pugnas procorum, regnorum per nuptias cum alienigenis abalienationes, & quæ præterea in sectionem 12. congesta sunt, Vanda Craci Poloni filia in Vistulam se præcipitare maluit, quàm procorum contentiones sua forma & hæreditate amplius in se & cives suos irritare. Nam Wilhelmus Austriacus procul dubio bellum movisset Polonis, qui promissam sibi à patre Ludovvico Hedvvigin reginam, Iagelloni Litvano elocabant, nisi vires defecissent. *Cromer. lib.* 14. Etiam Elisabethæ reginæ Angliæ Sueci bellum minitati erant, cum procus à Rege ad contrahendas nuptias missus repulsam tulisset, & de Maria, Caroli Burgundi unica hærede, quot principes certarunt? Ludovvicus Gallus, Archiduces Austriæ, Duces & Comites Angliæ, donec ope Gandavensium, qui prædam hanc, non secus ac mala aurea, custodiebant, in casses Maximiliani incideret, & Gallus repulsam hanc confiscatione Ducatus Burgundiæ multaret. *Comin. de bell. Gall.* Postquam ad nu-

 ptias

139. *Gynæcocratia deducit regna in multas turbas.* ptias transitur, plerunq; successio incidit in incommodum illud, Electioni tantoperè exprobratū, quod regna deducat in manus peregrinorum. Nam aut civibus nubit regina, aut peregrinis. Vtrū fecerit, pœnitebit & in currerColophoniūBodini argumentum. Ex

140. *Exemplis Neapolit.* emplo sit utraq; Iohanna Neapolitana, quæ non tantum peregrinis hominibus regnum obumbrarunt, sed una cum iis bella ab omni littore, ex Vngariâ, Hispania & Gallus contraxerunt. Iacoba Alberti Batavi unica filia & hæres Hollandiæ, Selandiæ, Hannoviæ & Frisiæ, nuptiarum frequenti mutatione in non minora mala provincias conjecit, quando

Belgard. post immaturū obitum Iohannis Delphini Franciæ, cui primò nupserat, Iohanni Duci Brabantiæ se cū hæreditate in matrimoniū dedisset, & mox pœnitens consilij consortiū ejus, prætextu sanguinitatis abjuraret. Diuturna enim bella sibi & Philippo Burgundo contra Ducem Brabantiæ excitavit, quibus nondū sopitis transiit in fidem Humfridi fratris Henrici V. Angli, quē Burgundus comitatu Hannoniæ depulsum, in Angliam redire coegit, ubi postquā novo matrimonio se il ligarat, Iacoba in thorū induxit Franconem Equitem Auratū, quem unà cum uxore Philippus tota ditione exuit & in exilium depu-

Vngar. lit. Quantoperè turbata sit Vngaria, cum Sigismundus Lucelburgensis desponsam sibi à patre Mariam reginam, favente matre Elisabetha, invitis Vngaris peteret, ex historicis Vngaricis notū est, quando Carolo regi, Elisabethæ regiæ matri, & Palatino, multisq; utrinq; nobilibus personis jugulū petitū, & Sigismundus ipse bis in carcerē conjectus est, quorū nihil sine gravi bello expediri potuit.

Scot. Maria regina Scotiæ utrumq; experta est, cū primum Francisco Delphinat Franciæ nuberet, & suorum animos adeò abalienaret, ut Elisabethæ Angliæ fidei se dedere, quā externū imperiū pati mallent: mox in alterā partem versa, corpus & regnū suū in Henricū civem transferret, quem brevi tàm ipsa, quàm fastidiosi concives despexerunt. Ita ab omni angulo confluunt infinita incommoda, quando fœminæ ad successionem admittuntur lege vel consuetudine: sed priusquam eò assuescant animi Principum & eum gratia muliebri dominationi se substernere discant,

non pauciores instant contentiones inter agnatos masculos & fœminas. Est enim regnu *141. Multæ viri bella movent cognati de successione.* cotiæ hæreditarium, sicut de Margarita, uxore Alexandri III. & Mar a Iacobi V. hærede constat & tamen Robertus Brussius Dornagilâ Balliolo uxorem, quanquam Alexandrum uno gradu propius contingebat, excludere volebat, quæ contentio non tantū Scotiam in duas factiones distractam intestinis In Scot. bellis replevit, sed liberū adhuc regnum, arbitrio Eduardi I. Angli subjecit, ex qua servitute demū, indulgentia Eduardi III. post captivitatē Davidis Brussij liberatū est. *Buchan. lib.8. Froissard. lib. 2.* Est & regnum Angliæ hæreditariū, ut de Elisabetha Henrici VII. uxore & Maria & Elisabetha Henrici IIX filiab. Anglia. patet, & tamen Mathildis Henrici I. filia, cum filio Henrico II Henrici I nepote prævenita fuit à Stephano, Comite Bononiæ, nec prius utrinq; ab armis cessatum est, quam Stephanus, Eustachio filio mortuo, Henricum Mathildis & Ducis Andegavensis filiū adoptaret. Missus etiam erat libellus ex Hispania ad Comitem Essexium, quo Hispanorum stirpi regnum Angliæ præ Iacobo VI tum temporis Scotiæ regi deberi autor contendebat propter Lancastriam, regis Portugaliæ uxorem. Vngaria ab initio ad fœminas citra cōtroversiam devenit, & tamen Carolus Parvus Vngaria. Ludovvici filiam Mariam anteverisset, nisi fraude Plateni circumventus, & spectante regia matre in cubiculo mactatus fuisset. In Galliis. Galliis omnia feuda, excepto regno, exclusa lege Salica, ad quasilos devolvi testātur Ioh. Fab. *in Auth. Ingressi. col.; en. de sacros. Eccles.* Forcat. *de feud. c. 7. n. 1. & 2.* Et tamen Iohannes Monfortius obtinuit Britanniam præ Carolo Blesensi, licet hic jure uxoris superior esset, & id quidem de sententia Parisi. *Froissard. lib 1. hist* Inveterata lex Salica, & cū Francis ipsis Gallias ingressa, turbas has, easq; quas successioni fœminarum necessariò implicari diximus, supprimere non valuit. Etenim Eduardus III. Rex Angliæ, cum uxoris suæ hæreditatem Valesio extorquere vellet, postquam longo bello Gallias fatigarat, & regem Iohannem Philippi filium captivum abduxerat, optimas tandem provincias fœdere Carnutensi obedientiæ Gallorum subtraxit. Eandem litem cum Richardo II. sepultam,

142. *Exemplum è Gallia re torquetur in adversarios.* pultam, feliciori eventu, instinctu Archiepiscopi Cantuariensis refricuit Henricus V. qui Carolo VI. mente capto, universam ferè cum filia extorsit Galliam: Atq; ita successionis suæ non parvas pœnas luit Gallia, quā tamen Bodin. 6 *de Rep.* c.5. producit, tanquam exemplum quietæ successionis contra Electionem, nec advertit, quod omnia mala, quibus maximè afflicta fuit Gallia, non aliunde ortū traxerint: quàm à præsumta successione, aut ineptitudine pueritiave Regū, quæ ipsa non possunt nisi successioni imputari. Hurastus quidem *in lib. de Offic. Stat.* cum recenseret incommoda, quæ Philippi Vallesij, Iohannis Caroli V. & VI. ætates infestarunt, *Si*, inquit, *hæc incidisse necum alicujus Regis pueritia, procul dubio ab imperitis scriptoribus culpa in illam rejecta fuisset*: quasi diceret, mala, quæ accidunt non esse ætati aut morbis principis imputanda, sed fatali quodam temporis cursu evenire. Cæterum, si imperfectionem pueri, cū mole imperij conferas, non posse aliter fieri, *quin malè sit, o ulu, quibus puer præest*, ut ait Salomon, manifestò videbis. Nec Henrici V. felicitas eò progressa fuisset, nisi Caroli VI. morbus mentisque impotentiæ viam illi aperuisset.

143. *Pugna & bella cognatorum inter se.* Sed esto, nihil ne ab hac quoq; parte instet periculi, & fæminæ securè abigantur ab hæreditate paterna, an tum nihil turbari solet ab avidis & ambitiosis cognatis? quandoquidem Corbi & Orsuæ fratribus patruelibus, de parvula civitate, quam Iben vocabant, convenire non poterat, *mortem in certamine, quam ut alter alterius imperio subijceretur, prao, tantibus*, nec à tanta rabie dirimi poterant, *antequam*, ut ait Livius *lib. 28. insigne spectaculum Scipionis exercitui præbuissent, documentumq́, quantum cupiditas imperij malum inter mortales esset*. Et quid miraris, ait Ambros. *in lib. de Iosep. h Patriarch. c.2. si propter fundum aut domum oriuntur inter fratres jurgia, quando propter tunicam inter Iacob Sanctos illos exarsit invidia ? Gen c.37.*

144. *Imprimis fratrum.* Idq; potissimū sibi vendicare locum dicit Angel. *in cons. 27. incip. pro clariori decis. col. 3. in fratribus dividentibus hæreditatem paternam, qui ex invidia causata à forma specifica plus solent* contentari, *quod extraneus etiam inimicus habeat de hæreditate paterna, quam alter eorum plus altero unum iota*: Idem notat gl. *in §. Et quod sa. c. in Verb. Adducunt. Auth. de tri. & sem. & in §. Nec illud in Verb. Secundo. Auth. de nupt. ex l. Cum oportet ibi. Quod multis videtur gravius. C. de bon. quæ lib.* Satis indultum erat Cyro, ut summam rerum cederet Artaxerxi fratri: nec tamen ne sic quidem cupido regnandi cohiberi potuit, omnia sibi deferri putans, nisi omnia haberet, quin parricidiale in caput suum bellum in fratrem moveret. Pyrrhus ingenia suorum secum perpendens illis se regnū relinquere dicebat, *qui cultrum allaturis esset acutiorem*: *Plutarch. in Pyrrh.* Quam sit inter fratres quoq; gratia rara, ubi de hereiscunda hæreditate agitur, innuens. Galliæ exemplum iterum mihi intueatur aliquis, 145. *Ob divisiones.* quantas ibi turbas patrui, patrueles, fratres & cognati dederint, dum de regnorū divisione digladiantur. Childebertus primus diviserat Gallias cum Clodomiro & Clothario fratribus, & cum hoc quidem bellum gessit acerrimū, illius verò post obitum filios duos suasu Clotharij interfecit, tertio in Monasterium auffugiente. *Greg Turon lib. 3. c. 18. Aimon. li. 2. c. 1?.* Clotharij filius Chilpericus eū iterum regnū patris, qui Galliæ Monarchiam possederat, cū tribus fratribus divisisset, Ariberto Rege Parisiorū mortuo, Sigisberto consilio Fredegondis manum intulit, ejusq; primogenitū Merovæum cū fratre Clodovæo ad monasterium damnavit. Chilperici filio Clothario statim natum fuit bellū cum Childeberto patruele, ejusque filio Theodeberto Aurelionū Regibus donec Childeberti filiis, fraude Brunhildis, sublatis, solus universam Franciā occuparet. Childericus itē II. Theodericū I. de regno deturbavit, & Chilpericus II. ex monasterio ad regnum revocatus fuit, ut excluderet fratre Dagobertū II. In secunda stirpe, quot contentiones inter Ludovvici P. filios, tū contra patrē, tum in se invicē obortæ fuerint, Nithardus ex regia familia tribus integris libris vix comprehendere potuit: unō ex Carolo M. non superstite, nisi Ludovvicus filius, & Bernhardus ex fratre Pipinon epos. Huic tamē capto Ludovvicus oculos exsculpsit, ut filiū Imperatore & Regem

Italiæ faceret. *Sigon. lib. 4. hist. Ital.* Ludovvici filio primogenito Lothario negotium fecerunt duo fratres, Carolus Galliæ & Ludovvicus Germaniæ Rex, neutri suis regionibus contenti. *Paul. Æmyl. lib. 3. de reb. gest. Franc.* Carolo Calvo bellum feliciter intulerunt Ludovvici Regis Germaniæ & Lotharij fratris tres filij, quod Ludovvici Regis Italiæ sine hæredibus mortui hæreditatem totamq; adeò Italiam solus occupasset, amicisq; distribuisset. *Idem ibid. Sigon. li. 5. hist. Ital.* Et Carlomannus quidem Ludovvici regis Germaniæ filius Italiam Ludovvico Balbo extorserat, quæ post ejus obitum rediit ad Carolum Crassum fratrem, *Peucer. lib. 4. Chron.* Orta quidem sunt tot bellorum nonnulla ex divisione, quæ jure primogenituræ corrigi potest, sed si ad unū omnia deferantur, major nascitur occasio bellum excitandi illi, qui excluditur à toto, quam qui à parte. Nam sub auspicia imperij Germanici, licet penes unū tantùm resideret jus Majestatis, nihilo tamen minus turbarum fuit, imò vehementius in se gladium strinxerunt principes, cum pugnaretur de successione, quàm cum de Electione, cujus documentum supra cepimus ex intestinis factionibus, quibus impediti fuerunt Conradus I. ab Eberhardo Franco, Giselberto Lotharingo, Ludovvico Transmarino, Otto I. à fratre Henrico, Otto II. ab eodem, Otto III. à Lothario Franciæ & Lotharingiæ Rege, Henricus Claudus ab Echardo Saxoniæ Duce, & Arduino Marchione in Italia, Conradus Salicus ab Ernesto Duce Sueviæ & Guelpho Duce Bavariæ: Henricus IV. à Saxonibus, nihil aliud, quàm successionem suis familiis debitam prætexentibus. Wilhelmo I. regi Angliæ bellum movit Robertus filius, quod tardius, quàm promissum erat, Normanniæ Ducatum sibi cederet, *Paris. in hist. Angl.* qua de causa, cum præter fas à successione regni Anglici amoveretur, inq; illud frater Wilhelmus Ruffus, & post hunc Henricus I. succederet, mutuis bellis tam diu se triverunt, donec Robertus ab Henrico caperetur & oculis multaretur, filio verò ejus Wilhelmo paterna hæreditas prorsus abjudicaretur. Graviora mala experta est Anglia, cum Henricus II. quatuor filios, Henricum, Gothofredum, Richardū & Iohannem sine Terra relinqueret. Henricus enim in regiū nomen à patre inconsulto amore accitus, impatiens imperij paterni, bello ante tempus extorquere maluit, quod paucolos post annos cum gratia ex jure expectare potuisset. Nec segnius hujus vestigia secuti sunt Gothofredus & Richardus: sed illum mors cū fratre prævenit, hunc à sollicitudine liberavit obitus parentis, qui Iohanni regnum attribuere meditabatur, ingratitudine Richardi toties irritatus. Richardum nihilominus, cum in Palæstina abesset, & ab Austriacis captivus nunciaretur, de solio deturbare, molitus est Iohannes, idemq; Arturū Britanniæ ducem, suum ex fratre nepotem sceleratè interfecit, ne, occiso Richardo in Gallia, quisquam superesset, qui in solium regale ascensuro obsisteret. Quid dicam de posteritate Eduardi III. quæ annos paulò minus nonaginta Angliā miseris factionibus laceravit, donec de consilio Episcopi Eliensis vulnera illa cicatrice obduci ab Henrico VII. ceperunt. Eat nunc aliquis & causas bellorū ab Hispanis, Scotis, Danis, Norvvegis intra ambitus regnorum depugnatorū inquirat: Annon pleraq; à contentiosis hæredibus, ob successionē enata inveniet? Ac mihi quidē reges Anglorū à Wilhelmo I usq; ad Henricū VII. intuenti, non videntur plures jure & sine vi regnū iniisse, quā Henricum II. Richardum I. Henricū III. Eduardum I. & II. Richardum II. Nam Wilhelmus Ruffus & Henricus I. fratri Roberto, cui jure omniū gentium debebatur, Stephanus Henrico II. Iohannes Arturo ex fratre nepoti regnum præripuerunt: Eduardus III patri ipsi extorsit, eò quod Spenseriis in fraudem Reipub. favere crederetur, illumq; in carcere à Regina matre occidi passus est. Henricus IV. V. & VI. non tantum Richardum II. injuria à paterna hæreditate dejecerunt, sed & contra stirpem Eboracensium regnum usurparunt. Henricum VI. exclusit Eduardus IV. non tàm jure, quàm fraude, & hujus filium Eduardum V. unà cum fratre, simul de regno & vita dejecit, Richardus III. ipse vicissim regno dejectus ab Henrico VII. Et cum de Eduardi V. tutela à Richardo patruo suscipienda ageretur, meritò suspicabatur Regis mater, prout

narrat

146. *Nonnunquam ob ius ipsum primogenitura.*

147. *In successione ut plurimum vim prævalere iuri.*

narrat Thomas Morus *in Eduard. V. Wee have experience, that the desire of a Kingdome knowveth no Kindred. The brother hath beene the brothers bane, & may the nephevves bee sure of their uncle.* Ita nimirum est ut Euripides dixit *in Phœniss.* interprete Cicer. *l.b.3.offic. Si jus violandum est, regni gratia violandum est: aliis rebus pietatem colas:* Henricus V. etiamsi omnium Regum Angliæ felicissimus fuerit, fortè, quod, ut de Alexandro M. dicit Livius *libr. 9. ætas breviter vertenti eum non præbuerit fortuna* . ideoq; inter optimos, utpote Eduardum III. Henricum VII. & Elisabetham, in templo Westmonasterii, artificiosa cera expressus conspiciatur: patri tamen animam agenti, & adhuc quid ageretur respicienti, coronam juxta caput positam subtraxit. Tanta erat in patre retinendi, in filio rapiendi coronam aviditas, quæ, *ut est natura humana imperii avida, Salust. in Iug.* vix sinit successione

148. *Insp nita adversar etiam diluitur.*

quenquam pacatè gaudere. Nec est, ut hoc argumenti, *cum Gerhard. dec. 2. q. 2.* contra Electionem retorquere velis, quia ubi res tota acquiescit in arbitrio Electorum, ambitio frustrà sese inflat, prætextuq; specioso, sub quo se ingerunt hæredes, destituitur, & si quid contra jus moliatur, autoritate Eligentium reprimitur, dum in successione nullus esse potest tantæ autoritatis, qui pro rege se gerentem retrahat, & subitò à Tyrannide depellat. Accidit quin etiam, ubi recepta successio est, ut illegitimi vel legitimari, si legitimi hæredes lites non moveant, partem

149. *Etiam illegitimi turbant successionem.*

hæreditatis ad se vi rapiant, quibus Electione via prorsus occluditur. Iugurtha quippe Adherbalem cum fratre regno avito exuit *Salust in Iug.* Ludovvicus & Carlomannus, quos spurios ex Anscarda nobili muliere fuisse tradunt Aemyl *lib. 3.* & Gill. *in ambor. vit.* regnum Galliæ Carolo Simplici, cui tutores dati erant, præripuerunt, & Carlomānus illud ad Ludovvicum filium transmisit, à Carolo deinde dejectū *Gill. in Car. Simpl.* Henricus Castiliæ Rex Petri I. spurius frater à Gesevino, Galliæ regis legato adjutus difficili bello fratrem regno depulit, quem licet Eduardus princeps Walliæ armis contra ferociam subditorum restituisset, ipso tamē recedente subditi, armati bullis Pontificiis, facilè dejecerunt. *Reder. 4. part. histor. Hisp. Froissard. lib. 1.* Manfredus, cum se tutorem fecisset Conradini fratris diu pro eo, regno Neapolitano incubuit, donec Caroli Andegavensis armis depelleretur, *Summon. lib. 2. histor. Neap.* quod fuit initium vastitatis Italiæ. Matthiæ quoque Corvini naturalis filius regnum Vngariæ invadere conatus erat, nisi vi majore statim rejectus fuisset. 150.

Incommoda ex indigno hæredibus.

Denique si constet de certo & legitimo hærede, in quem tam cognati, quàm universus populus consentiant, ne tum quidem res composita est, sed cum illinc folia ceciderint, hinc imminent arbores. Prohiberi enim non potest natura, quin interdum aut Carolum Simplicem, aut Ludovvicum nullius frugi, seu *Faineant*, aut degenerem Domitianum, incommodum Commodum, Tyrannicum Hieronymum, pro sapiente Pipino, felice Carolo, pacifico Tito, optimo Antonino, & publicarum rerum studioso Hierone subroget. Annon tum *Insipiens Rex perdet populum suum?* ut divinat Salomon *Eccl. c. 10.* Aut si nec erret natura, nec, quod benè natum est, corrumpat adulatoria institutio, fieri non potest, quin interdum successor puer sit, & infra eam ætatem, quæ est capiendis sceptris: Et tum iterum malè ominatur Ecclesiastes *cap. 10. Væ vobis, quorum Rex puer est. Item c. 12. Pueritia & juventus mera vanitas.* Vnde & Falcon Nicomach. *in Orat. ad Senat.* precatur: *Dii avertant Principes pueros*, & Senatus ipse inter acclamationes Tacito sic gratulatur: *Quis melius, quam Senex imperet? ap Vopisc. in Tacit.* Vespasianus jam quinquagesimum sextum agens annum, verebatur tamen, ne fortè junior, quàm deceret, imperium acciperet, ideoq; ætatem etiam, quantum potest, excusat *apud Philostr. in vit. Apollon. lib. 5.* Trajanus annum ætatis agebat 42. cum in spem imperii adoptaretur, ideoq. *& viribus corporis præditus erat*, ait Dion. *& ita vigebat animo, ut non eum juventus temerariū, non tardum efficeret senectus. Xiphil. in Traj.* Namque

151. *Aut pueritia successorum.*

152. *Pueritia non est apta capiendis sceptris.*

Tenero tractari pectore nescit
Publica Majestas. Claudian.

Qui enim sibi ipsi viam non sapit, quî possit monstrare semitam aliis? ICti non patiuntur 153. *Regere nō potest, qui ipse*

 quic-

Rectore opus habet. quicquam esse in ejus dominio, qui ipse dominus non est. *§. item vobis 3. instit. per quas pers. nob. acquir. l. si evenerit 21. ad l. Iul. ad. ult.* quod Theophilus sic extulit: κατὰ νόμους ὑπεξούσιον ἔχειν ὑπεξούσιος οὐ δύναται *§. cum autem. Inst. Quod cum eo, qui in alien. potest.* & Cato *pro l. Oppi.* turpe censet, mulieres Remp. capessere, forove concionibus & comitiis misceri, quandoquidem *Majores nostri nullam ne privatam quidem rem agere fœminas sine auctore voluerunt, in manu esse parentū, fratrum, virorum Livius li. 34. in pr.* Hanno Barchinæ factionis desiderium & Annibalis immaturam ad imperium evocationem ita dissuadet *apud Liv. li. 21. in pr. An timemus, ne Amilcaris filius nimis serò imperia immodica & regni paterni speciē videat? & cujus Regis genero hæreditarij sint relicti exercitus nostri, ejus filio parū maturè serviamus? Ego istum juvenem domi tenendum sub legib. sub magistratib. docendū vivere æquo jure cum cæteris censeo, ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet. Naturalis n. lex est,* ait Plut. *in Pelop. ut qui sci sū regere nequit, alteri se summittat:* nec sine naturæ ductu subridebat quidam non infimæ gentis ex America ad Carolum Regem Gallor. adductus, cum tot barbatos Helvetios, canisque renitētes capillis unius juvenis solium, ad nutum nictumque oculi quemcunque parato, circumsistere videret, *Mich. de Montaign. es Ess.* quasi indigna res esset & cōtra decus naturæ, ut vetulus juveni assurgeret, prudentiave senilis ad pedes puerilis temeritatis procūberet. Nec facilè est invenire tàm felicem Regis pueritiam, quæ si non in extremum discrimē Remp adduxerit, saltem sine vehementi ejus motu ad adultam ætatem pervenerit, cujus rei rationes in promtu sunt permultæ, quia sive consilio, sive manu res gerenda sit, ubique claudicat pueritia, & ut ait Tac. 4. *Annal.* de Ptolemæo Iubæ filio, *juventa facit incuriosos.* Nec quicquam magis sollicitum habebat moriturum Antoninum Phil. *quam quod hæredem relinqueret, tanto imperio immaturum, quem faciè esset fervore & lubricitate ætatis in luxus voluptatesque delabi. Terrebant hominem minimè imperitū, multorum memoria principum, qui juvenes imperium suscepissent, ut Dionysij Siciliæ Tyranni, nec nō Neronis ipsius, qui ne à materna quidem cæde abstinuerit. Herod. lib. 1. in pr.* Vnde Hiero Rex Syracusarum scribitur ultima senectā liberas voluisse Syracusas relinquere, *ne sub dominatu puerili per ludibrium bonis artibus partum firmatumque interiret regnum.* Nec fefellit eventus hominem senem, quando juvenis puer inflatus assentationibus, excusso tutorum jugo, quorum alii morte voluntaria, alii fuga prævertérant metum suppliciorum, in omnem se effundere cepit superbiam, non tantum purpuram, diadema, satellites armatos, quadrigas alborum equorum, more Dionysij Tyranni, imitatus, sed ad hunc apparatum mores quoque conformans, contemtum omniū hominum, superbas aures, contumeliosa dicta, donec in caput suum conjuratos cives concitaret, eorumque manu medios inter satellites caderet. *Liv. lib.* 4. Pari omninò fortuna Roboam Salomonis filius, cum senes consiliarios non exaudiret, juvenili arrogantiâ decem tribuum imperio excidit. *1. Reg. c. 12.* Et Dardaniorum Rex rectè prædixit, inclutum Macedoniæ regnum immaturi juvenis Ptolemæi Regis temeritate brevi casurū, quod eventus paulò post probavit. *Iustin. lib. 24.* Annon imperium Rom Augusti prudentia munitum, Augusti pueritiâ pessum iit *Procop. li. 1. bell. Goth.* Nam ut maximè rectè haberent cætera, pueritiam Regis nō tantum exteri, sed & subditi ipsi contemnunt. Imperium verò, quod contemnitur, cujusvis injuriis & incursionibus obnoxium est. Illyrii quondam Macedones bello aggressi legūtur, non alia de causa, nisi quod Philippus Argei filius decessisset, relicto tantum non in cunis Europo successore. *Iustin lib. 7.* Nondum annum unum exegerat Nero, cum Parthi contemtu pueritiæ ejus, Armeniam raperent, Rhadamistum pellerent, & Romanis provinciis magna vi imminerent. Tum ne in ipsa quidem Vrbe sermonibus abstinebant, *quemadmodum Princeps vix septendecim annos egressus, suscipere eam molem aut propulsare posset? quod subsidium in eo, qui à fœmina regeretur: num prælia quoque & oppugnationes Vrbium & cætera belli per magistros administrari possent. Tac. 13. Annal. in pr.* Timebat idem Antoninus Philosophicum

154. Puerorum regna infausta.

155. Et [contemtu]

cum Germanos partim vi subegisset, partim insomitos relinquere coactus fuisset, ne de specta filii ætate arma resumerent. *Herod. lib. 1. in 7.* Aratus quoq; Lacones aggressus est, non alia spe, quam quod Cleomenes Rex juvenis esset, & bellicarum rerum expers. *Plutarchus in Cleom.* Lescum Album Ethnarcham Poloniæ constituerant Fulco Episcopus & Nicolaus Palatinus Cracovienses, quo bene merito patri gratia redderetur, Mox verò, ut à matre & tutoribus omnia pro ibitu administrari videret, ab ipsis subditis desertus & regno exutus fuit. *Crom. lib. 7* Cum Davidi Brussio pater decedens regnum Scotiæ relinqueret nimis puero, Eduardus Balliolus captatam occasionem arripiens, regnum invasit, & post multa civilia bella regem se fecit. *Buchan. lib. 9.* In Anglia pluri ma civilia & externa bella ex his causis excitata sunt. Nam Henrici II. pueritia viam aperuit Stephano ad coronam. *Parif. in Steph.*
116. *Mala multa patriis im peris.* Henrici III. adolescentia (nonum quippe agebat annum) Ludovvicum Gallum nō tantum diutius detinuit in Anglia, sed & amisit omnes, quas pater & avus hæreditarii feudi nomine in Gallia possederant, provincias. *Masson. lib. 3. Annal.* Quæ causa extitit tàm furiosæ rusticorum seditionis *An.* 1381. quā pueritia Richardi II qui nec sat consilii ad prævidendum, nec sat virium ad reprimendum, tum horum hominum, tum Ducis Glocestrensis aliorumque Principum insidiosas machinationes habebat. *VValsingh. in Rich. II.* Ipse primus regiam Majestatē Parlamentorum autoritati tàm demissè subjecit, dum quod contrà opponeret, apud se non inveniebat, nec ejus verba apud senilem prudentiam sat videbantur habitura ponderis. Ipse ignominiosam cum Gallo pacem fecit, ut filiolam ejus, matrimonio nondum aptam, sibi impetraret, & ita juveniles voluptates publicæ utilitati antepofuit, *Froffard. lib. 4. in fin.* donec tandem Henricus, patrui ex Lācastrensi familia filius, quem in exilium miserat, regno eum exuit, in cujus inaugurationem Arundelius Archiepiscopus Cantuariensis concionem habuit, quæ extat, *apud Fabian. pag 351. sū. er dicto 1. Reg. cap. 9. Vir dominabitur in populo.* Vbi ostendit pueriliter Richardi imperium omnia mala Regno attulisse, secundum illud Esaiæ *c. 3. Dabo illis juvenem Regem & pueri dominabuntur illis* Item: *Pueri erunt exactores populi, & mulieres gerent in illos imperium.* Quod si Bodin. 6. *de Repub. cap. 5.* hoc posterius jure sese afferre putat ad improbandam Gynæcocratiam, etiam prius contra successionem admittere debet. Sed ad Archiepiscopum redimus, qui *in Concione* pergit: *VVile a child regneth, selfe VVill & lust regned; and reason VVisgood consciencie VVere outlaVVed, VVith justice and fastnesse, & manie other vertues.* Huic similem orationem habuit Richardus Dux Eboracensis, cum Henricus VI. superatus esset, quæ est *apud Eduardum Hall.* Longè enim lateque exponit populo mala, jacturas, seditiones, oppressiones, à pueritia Regis occasionem trahentes. Et certè quæcunq; Eduardus III. Henricus V. Henricus IIX. in Galliis, infinitis sumtibus, summo labore & singulari felicitate occupaverant, Richardi II. Henrici VI. & Eduardi VI. pueritia amisit Henrici enim VI. infantia tam dissidiis intestinis eorum, quorum curæ creditus erat, viam aperuit, quàm Gallis animum reddidit, ut scriptor præliorum Anglicor. *sub Henr. 6.* testatur:

Hic Franci puerum Regem neglectus habentes
Desciscūt, violatāq; fidē gens perfida, sacro Consilio ante datam.

Eduardo V. per ætatem quid ageretur, non intelligenti Richardus patruus sceptra & capiti jam jam imminentem coronam detraxit, indignum esse dicens & detrimentosum Reipub. si duo pueri tàm nobile regnum cujusvis libidini prostituerent, prout pluribus ejus orationem proponit Thom. Mor. *in Eduard.* In Gallia quantum nocuerit Caroli Simplicis, Ludovvici IV. illius filii, Ludovvici V. Caroli VI. & aliorum immatura ætas, ex historiis notum est. Carolo enim Simplici spurii duo fratres primum, deinde Carolus Crassus, tum Otto Comes Parisiensis, per varias seditiones regnum extorserunt, quibus cum distractæ essent regni vires, Normanni, occasione captata, bonam ejus partem sui juris fecerunt. Cum Ludovvico IV. Rudolphus regnū per vim divisit. A Ludovvico V. Hugo Capetus illud totum ad se transtulit.

Ex Caroli VI. pueritia fluxisse omnia mala, quæ tum affligebant Franciam, abundè deducit Pasquier *lib.5.des Recerch.de Franc. c.5.& 6.* Conradi & Conradini Regum Neapol. pueritia, non tantùm Gallos, sed & spurios in spem prædæ pellexit. *Summ.lib.2.histor.Neapolit.* Quod si Henricus III. Imperator filium Henricum IV. non reliquisset ætate adeò imperfectâ, (Septennis enim erat, cum pater buccella panis suffocaretur) arrogantia Saxonum tàm audacter se non inflasset, nec insurgendi causam habuisset, aut Imperatoria autoritate primo insultu reprimi, & in herba, priusquam firmam radicem ageret, suffocari potuisset. Et quis scit, an Pontifex Rom. tantum juris imperio adimere potuisset, si non contentio principum de tutela pueri, in perpetuas factiones imperium divisisset. Aliter fieri non potest, quin auspicia puerilis imperii, æmulationibus principum obnoxia, quas exemplo Alexii pueri, Manuelis Comneni filii, ob oculos ponit Nicet. *in pr. Alex. fil.* in distractiones & ruinam deniq; desinant, dum Rector nec consilio, nec autoritate, nec manu valet,

157. *Ob defectum consilii & virium.* quemadmodum Polyb. *lib.2.* innuit, quando de Philippo Demetrii filio dicit: *Post omnes Rex sententiam dixit, si tamen Regis eam sententiam fuisse dicendum est: Neque enim verisimile videtur, puerum, qui vix decimum septimum ætatis annum excessisset, de talibus tantisq; rebus potuisse judicare.* Adnotatum est à Senioribus, quibus otiū est vetera & præsentia contendere. *tanquam omen pessimumituri imperij, quod primus ex ijs, qui rerum potiti essent, Nero alienæ facundiæ eguerit. Nam Dictator Cæsar summus Oratoribus æmulus, & Augusto prompta ac profluens, quæ deceret Principem, eloquentia fuit. Tiberius autem quoq; callebat, quæ verba expenderet, tum validus sensibus aut cōsulto ambiguus. Etiam C. Cæsaris turbata mens vim dicendi non corrupit. Nec in Claudio, quoties meditata dissereret, elegantiam requireres. Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit, Tac.13. Annal. in pr.* & hac de causa alienam Senecæ facundiam sibi succenturiare coactus fuit. Qui verò alieno innititur baculo, subtracto eo, non potest non in præceps devergere, quod ut prohiberent Pomerani & Megapolitani, ita successionem Principum temperarunt, ut non, qui proximus sit stirpe, sed qui primus ætate, ad successionem vocetur. *Nic. Bets. de jur. success. princ.* à Scotis ducto exemplo, quibus idem in more positum, sub initia nascentis regni, & lege confirmatum fuisse, infrà ostendemus.

Omnibus verò hisce incommodis obviam ire sperant adversarii, si pueris tutores adjiciant, aut mentis impotentibus Curatores, prout in pluribus regnis usu receptum esse, multis exemplis, testantur Benedict. *in repub. c. Raynutius verb. Adjectæ impuberi. n. 41. & seqq. de testam.* Tiraq *q.40. de jur. primog. n.206. & seqq.* Mol *in consuet. Paris. t. 1. §.29. per tot.* Paul. Montan. *de tut. c.9.* Nic. Bets. *c.7. de pact. succ. princ.* Sed quid hoc est, quàm ex fumo incidere in ignem, ex febre degenerare in hecticam, quandoquidem majori periculo tutor datur, quàm soli puero relinquatur Respubl. Statim enim inter consanguineos, prout quisq; potentia excellit, aut ambitione stimulatur, orietur certamen de adeunda administrandaq; tutela, sicut Hermeam filii Antiochi tutelam spe, etiā vivo patre, devorasse, scribit Polyb. *l.5.* & Arcadius Imperator ad vitandas contentiones suorum, imperium cū filio Theodosio maluit sub externa curatela Isdigertis Regis Persarum relinquere, *Procop. lib.1. bell. Pers. Agath. lib.4.* Quantas in turbas incurrerunt Poloni, cum Boleslao Pudico tutor inveniēdus esset? quantas Germani, cum Henrico IV. Imperatori? *Crantz. lib.5. Sax. c.1.* Ladislai Pannoniæ, Bohemiæ & Austriæ hæredi tutelam Cilianus Comes avunculus & Fridericus III. Imperator divisim ad se trahebant. *Peuc. lib.4.* Eduardi V. regis Anglor. potestatem pari jure sibi vendicabant, tam patris, quàm matris cognati, dum eò regnum propendere quisq; sibi persuasum habebat, ubi custodiretur regius hæres. *Thomas Mor. in Eduard. V.* De Mariæ Stuartæ reginæ Scotiæ tutela diu disputatum fuit inter Archiepiscopum S. Andreæ & Comitem Augusium, dum interim Angli liberè provincias populabantur. *Stovv. in Henric. VIII.*

Porrò, ut hunc obicem removeamus sine periculo, dum dantur tutores, aut plures dantur

158. *His incommodis nituntur adversarii mederi per tutores.*

159. *Incommoda tutelæ.*

160. *Certamina consanguineorum de tutela.*

161. *Pluralitas Tutorum quā noxia.*

[illegible] tutelam [illegible] tantum. Plures constitutos [illegible] Æacidæ Regis Epirotarum, [illegible] lib. [illegible] Item Pyrrho paulò post. *ibid.* & [illegible] filio parvulo, autor est [illegible] *h. lib. 2. antiquitat. cap. 12.* [illegible] dixeras, post obitum Alexandri [illegible], ut si ex Roxane uxore Alexandri [illegible] puer nasceretur, tutelam ejus susciperent Leonatus, Perdicca, Craterus & Antipater. *Curt. lib. 1 . Iust. lib. 13.* Hiero ex Syracusan tutores numero XV. puero reliquit, & inter hos Andronodorum & Zoilum generos. Mox verò cæteros summovit Andronodorus, juvenem jam esse dictitans Hieronymum ac regni potentem, deponendoque tutelam, quæ ipsi cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit. *Liv. lib. 24.* Galeatio Sforcia à tribus juvenibus trucidato, Iohannem Galeatium filium in tutelam receperant Bona mater & Ludovicus Octavianusque Sforciæ patrui. [illegible] cum simultates natæ essent, inter [illegible] & Simonetam, à cujus arbitrio Bona mater pendebat, factum est SCtum, quo [illegible] indiceretur exilium, specie [illegible] limites provinciæ extra urbem, [illegible] *lib. 7. h stor. Florent.* nec multo post [illegible] imminentem Insubribus Ludovvicum, [illegible] consilio Tassini, hominis Ferrarien[illegible] cogeretur, & is, Simoneta ca[illegible], ex fratre nepotem suo arbitrio [illegible]sset, non sine magno motu Bona [illegible], & Insubriam vicinis Venetis, Ge[illegible]us & Pontifici Sixto IV. ludibrio prædæque reliquit. Idem enim accidere pluribus tutoribus necesse est, quod pluribus [illegible]bus, ut, quia Majestas impatiens est consortii, in simultates & certamina distrahantur, & vel mutua invidiâ rempublicam pe[illegible]nant vel mutuis odiis sese consumen[illegible] ex se aditum ad injustam Tyrannidem faciant. Eduardo III. regi Anglorum [illegible] adolescenti adjecti erant tutores una [illegible] matre: sed diu non fuit, quin regina [illegible] contentiones excluderetur, *Helnshed.* *in Eduard. III.* quemadmodum & Agne[illegible] IV. Imperatoris matri accidit. [illegible] Richardi II. tutela sine seditio[illegible] tutorum expiravit. Ducis verò Glo[illegible] cum Wincestiensi Episcopo contentio eò rem deduxit Anglicam, ut dum alter alterius actis, prohibendo de industria intercederet, Gallis res suas feliciter agendi, & Henrici VI. exercitus ex universa Gallia excludendi occasionē daret. *Helnsh. in Henric. VI.* Iohanne Rege Gall. apud Anglos detento, Procuratores Regni, quos Regentes vocant Galli, Rex scilicet Navarræus & Dux Normandiæ gravius ferro & armis, mutuis dissidiis Rempubl. quassarunt. *Frossard lib.* [illegible]. Eadem felicitate præfuerūt regno Dux Bituricensis & Burgundus, Item Burgundus & Carolus Delphinus, Carolo rege mente capto *Frossard. lib. 4.*

Quod si etiam inevitabilibus discordiis non divellantur tutores, imperium tamen eorum non habebit satis ponderis in eos, qui pares esse volunt, quemadmodum Oliverius Clisson Comes Stabuli Franciæ negavit fidem dare Duci Bituricensi, pro Carolo VI. Franciam regenti, *Frossard. lib. 4.* & Angli litem intenderunt Comiti Herfordiensi, Eduardi VI. & regni protectori, cujus exitus idem fuit, qui Spensieriorum, ut nimirùm conspiratione principum tutor capite plecteretur. *Stovv. in Eduard. IV.* Nec unquam tantam Reipubl. curam habebunt tutores, quantam Reges ipsi, non tantum ex præsumtione naturali, qua quisque ad sua commoda impensius, quàm aliena vergit, sed etiam ex necessaria ratione, qua moti ICti tàm arctis legibus administrationem tutoriam circumscripserunt. Quorsum enim severitate ista opus esset, nisi lex tutorum fidei ubique diffideret. Constantini Leonis filii septennis tutores tres tanta oscitantia imperio præfuerunt, ut coactus fuerit de consilio matris eos amovere, & in patrocinium parentis sese tradere, *Zonar.* ex quo factum, ut Scoti exemplo matris illius, quam dicit Papin. *l. 3. §. cum Pollidens de Usur. maluisse res filiæ tradendas, necessitudinis amici committere, quàm lubrico tutelæ,* legem perferre coacti fuerint, quæ usque ad Kennethum III. per annos 1025. duravit, ut, regis filio existente minorenni, ex cognatis proximus regnum susciperet. *Buch. lib. 4.* Germani Henrico VI. suffecerunt Philippum, qui tutorio nomine Friderici II. pueri regna administrare debuerat.

162. *Tutorum imperium nesciunt ferre subditi principes.*

163. *Non satis consulitur Reip. per Tutores.*

164. *Unde ex Tutoribus creati sint Reges.*

buerat. Obligare enim eum voluerūt ad majorem fidem, dum non alieno, sed suo periculo Rempubl. se gubernaturum sciret, vel potius ultro cesserunt, quod metus erat, ne is, non expectato consensu, in se transferret. Vngari etiam Vladislaum Regem Poloniæ accersiverunt, impositaq; corona Regem salutarunt, ne pueriliː Ladislai temeritati, aut tutorum contentionibus & sublestæ fidei regnum exponerent. *Crom. li. 21.* Franci Ottonem ad regnum evexerunt, eum Caroli Simplicis pueritia & ingenii imbecillitas regendæ Reipubl. non sufficeret. *Gill. in Eud.*

165. *Quòd & iniquum est, & cōtentionum non magis expers.* Mortuo Mazucho Rege Hunnorum, relictis Attila & Bleda filiis, cum hi propter ætatem adhuc teneram gerendo principatui impares essent, Huni rerum summam detulerunt ad Holiaœm & Rugilam Mazuchi fratres. *Callimach. in Attil.* Sed præterquam quod iniquum est, legitimis hæredibus, quibus successio regnum defert, sine causa jus suum auferri, plures ex hac lege sequi solent contentiones, quando jus suum legitimi hæredes repetitum veniunt: quemadmodum Fridericus II. excitus Sicilia, in imperium, fu o Ottonis exercitu, se restituit, & Rudolphus Richardi Ducis Burgundiæ filius Ottoni traditum regnum à Caroli Simplicis filio Ludovvico III. repetiit, eoq; prætextu postea pro causæ suæ favore usus est Hugo Capetus. Romanus Lacapenus in regiam penetraverat, data fide, se non insidiaturum Constantino. Vt verò solium attigit non tantū se, sed & tres suos filios illi antepo-suit, & vix potuit Constantinus post totos 25. annos ereptum sibi imperium recuperare. *Zonar. in Constantin. & Lacapen.* Hinc

166. *Satius esse puero Regi, quàm Tutoribus parere.* etiam natum fuit duellum fratrum patruelium, *apud Liv. lib. 8.* quia Orsua patri suc cesserat, Corbis verò, quod pater suus prius regnum tenuerat, sibi illud vendicabat. Quin etiam hæc incommoda, quæ tutelam undique circumsistunt, Carolum V. regem Gallorum, postquam suo periculo dissensiones & incuriam tutorum didicerat, legem ferre coegerunt, qua primogenitus Regis quarto decimo ætatis anno Majorennis & sceptri capax censetur & declaratur. Imo Iohannes Marcsius advocatus fisci oratione luculenta, *quæ est ap. Bud. Forest. in add. t. ad Gill. in Car. 5.* persuasit, ut vitandæ dissensionis gratia etiam ante illum tempus coronari possit. *Masso. lib. 4. Annal.* Minus enim mali timebat ex puerili imperio, quam contentiosa & indiligenti tutorum administratione, qua de causa etiam Carolus IV. Imperator *in Aur. bull. c. 7 §. E. tu[...] successo.* Electorum filios à potestate tutorum eximit *post annos octodecim completos, quos, inquit, ut exigerint, ius vocem &, vices atem & omnia ab ipsis dependentia tutor i; se sibi totaliter cum effi. 10, teneatur totenus assignare*, idq; repetiit Sigismundus *in bull. de success. Palat. Anno 1592. Heidelbergæ excusa, §.* . Et est ea ætas Longobardis legitima, *l. 1. & l. si infans. de prohib. alien. min.* quanquam ne in hac quidem tat consilii agnoscit Polyb. *lib. 2.* & constat ex infelicibus auspiciis Hieronymi regis Siciliæ, quem Androdorus juvenem quidem esse, (annum quippe agebat XV) [...]ctitabat, ac regni potentem, sed paulo post suæ temeritatis pœnas tandem videbat. *Liv. lib. 24.*

Si denique uni tutori tantùm rerum summam committi velis, ut dissensiones evites, cætera tamen incommoda non declinabis, quia cæteri principes non nisi difficulter ad obedientiā adigentur, & is nihilo diligentius curabit rem alienam, quam si multi præessent, imò fortassè minus, quia aliorum præsentia & inspectione non urgetur. Cæterum cum unico hoc tutore majus adhuc periculum conjunctum est, quod propter summam potestatem facilè possit tutelam in regnum hæreditarium convertere, quam ob causam Vascones nolebāt Balduinum Flandriæ Comitem Philippo I. Regi Francorum tutorem dari, ne sub specie tutoris se Regem ingereret, *Æmil. lib. 3.* Nihil enim in historia frequentius occurrit, quam pupillos a tutoribus regno, nec non vita interdum, exui, sicut AEropus tutor Orestis Regis Maced. tertio anno pupillum trucidavit, *Diod. libr. 14.* Cassander Alexandri M. hæredes quos in tutela habebat, interfecit, *Iustin. lib. 5.* Wirtigornus item Gvisiorum Comes Constantem Regem Britanniæ, [...] *ab Insul. in expl. c. Pro het. Merlin.* A[...] dis filius Rex Syriæ, decem annos ad[...] habens,

167. *Incommoda, quæ pullulant ex unitate Tutorum.*

168. *Quàm periculosa sit tutela unius.*

[illegible] oio, qui Triphon cognomi[illegible] suo per fraudem occisus est, [illegible] Medicis, qui eum calculi [illegible] ad populum mentiri, dum [illegible], occiderunt. *Flor. Epit 55. in* [illegible] frater E[illegible]mundi, duobus hujus [illegible], Anglorum & Saxonum regna præri[illegible], & Haroldus, quem Eduardus S. impro[illegible] tuo Edgaro tutorem præfecerat, [illegible] Regem fecit. *S. ecul. histor.* Richar[illegible] Edu[illegible] V. patruus, cum se hujus & Ri[illegible] tutorem seu protectorem con[illegible] uisset, brevi universum regnū in se trans[illegible], & in carcerem compactos pupillos [illegible] necari jussit. *Thomas Morus in Edward V.* Manfredus, in cujus tutela [illegible] erat Conradinus, hæres regni Neapo[illegible], in sua verba subditos jurare coegit. [illegible] *men. lib. 2. hist. Neapol.* Tarquinius, li[illegible] Anci, quibus testamento tutor datus [illegible] sub tempus comitiorum, regi creando [illegible]um, venatum ablegavit, & speciosa [illegible] se regem dici curavit. *Liv. libr. 1.* A[illegible]xander & Romanus Lacapenus Constan[illegible] *Zonar in Const. int.* Irene Constanti[illegible]. *Zonar & Diac. in Iren.* Andro[illegible] Alexiu. *Nicet. in Annal. Alex.* Philip[illegible] Fridericum II. Guido Lusignanus Bal[illegible] Regem Hierosolymitanum, *Peuc. 4.* [illegible]oria autoritate regnis avitis depu[illegible] Robertus Phrisius, cui frater Baldui[illegible] nepotes cum uxore in tutelam dederat, [illegible] Flandriæ eos exuit, illoq; diu po[illegible], donec Balduini abnepos cum per[illegible] demum recuperaret. Henricus [illegible] avius Thuringiæ & Hassiæ cō[illegible] fratris Ludovvici VI. filius & [illegible] Elisabethæ, tota ditione ambos ex[illegible] & in exilium in Franconiam se recipe[illegible]. *Henning. in Geneal.* Nec abs re Pa[illegible] *in l. 3. § cum Pollidius de usur. Lubri[illegible]* *tutela* vocat, & probat consilium pru[illegible] mulieris quæ filiæ tradendos fructus [illegible] sollicitudini potius, quàm tutorū in [illegible] fidei committere voluit: & Albericus [illegible] *de rur. l.* tutores *tollitores* dici scribit, [illegible] que Iolani Euripide producit [illegible] loquentē *Pecuniam summum [illegible] quod & virtutis & [illegible] sir [illegible]dum*, quem populus propter hanc vocem theatro ejicere voluit. Vulgò nota sunt exempla Antiochi Parvuli à Demetrio, *Iustin. lib. 34.* Arcadii & Honorii à Ruffino & Stilicone regnis penè exclusorum. *Claud. in Carm. Sigon. 1 hist Ital. Molin. de Monarch. Franc. num. 4 1;* Demosthenis boni spoliati ab Aphobo tutore, Æbutii à Vittico tutore, *Liv. lib. 39.* & C. Malleoli à Verre supplantati. *Cicer act. 3. in Verr.* nec plura coacervo, cū nullibi lex benè de tutoribus præsumat, prout disputat Paul. Mont. *c. 1. in pr. de tutel.* Et proinde majus periculum imminet à tutore, quàm à Pro Rege, quia hujus insidias ipsa temporis brevitas excludit, is verò, quò diutius se obfirmandi copiam habet, eò faciliorem sibi viam ad Tyrannidem straiam ingreditur, quæ omnia mala, quia effugere non licet, in successione, meritò Electioni, utpote ab his immuni, calculum damus, & in regno noviter inchoato tutius eligi, quàm succedere Principem, concludimus.

Vid. ex. Exempla & [illegible] omnis tutela.

170. Conclusio totius discursus.

Utrum Electio successioni temperari possit vel debeat. SECT. 5.

1. *Miscella Electionis & Successionis exempla.*
2. *Quæ quibus probentur.*
3. *Electionem non posse misceri successioni.*
4. *Sublata libertate nō manere jus eligendi.*
5. *Sed repleri Rempubl. funestis dissidiis.*
6. *Consiliū ad benè instituendam Electionē.*
7. *Vise. Electores, quantum fieri potest, unì regnastirpi vota sua accommodent.*
8. *Tàm parens enim ad diligentem administrationem, quàm filius ad studium virtutis excitabitur.*
9. *Et refertur gratia benè merito parenti.*
10. *Grassiores semper esse Principes, qui ex benè mer ta & imperio assueta familia petuntur.*
11. *Inveteratis familiis videtur inesse quid Sacrum.*
12. *Mutationem principis, ut Medici, esse periculosam.*
13. *Multos principes colorem quæsivisse occupatis regnis ex ascita vetere familia.*
14. *Hæc vera tolli omnes contentiones, quæ ex Electione super esse possunt.*
15. *Cautio pro hoc consilio.*

Sunt

SVnt tamen, qui mediam viam quærentes, cum extremas multis obsitas necessariis sensibus deprehendant, miscellam quandam conflare volunt, ex Electionis & successionis confusione, si scilicet Electio non relinquatur undiq; libera, sed stirpi alicui certæ alligetur, quemadmodum Germani jam duodecimum ex domo Austriaca, felici omine, Imperatorem crearunt, & Comes Embdensis *Anno* 1512. de consensu filiorum & subditorum, primogenito, aut si quis dignior sit futurus ex fratribus, jus successionis attribuit, *Borchholt. consil.* 13. *q.* 2. *in pr. lib.* 1. quod olim in Bohemia observatum fuisse, Æn. Sylv. *in Bohem.* & in provincia Michuacanensi testatur Ferd. Lopez. *in hist. Mexic.* eamq; viam optimam esse probat Zas. *cons.* 8. *nu.* 10. *lib.* 1. autoritate veteris cujusdam commentatoris *in* 3. *Polit. Arist.* & Rossæus *de Aut. Republ. in pr. c.* 1. *in fin.* & *c.* 2. *n.* 2. successionem nullam puram inveniri contendit, cum ubiq; potissimas partes sibi vendicet consensus subditorum. Illi verò aut nihil diversum statuunt à propugnatoribus successionis, aut fenestram & seditionibus scatentem conciliationem proponunt. Electio enim & successio misceri nō possunt, quia tota natura sibi invicem repugnant, nec successio recipit magis & minus, ut eum electione misceri possit, perinde, ut calidum cum frigido, perspicuum cum opaco. Nam si Electores coguntur ex lege imperii adoptare in regnum, quem proximum obtrusit ordo nascendi in certa stirpe & jus naturæ, quid quæso iis relictum est præter gloriam consentiendi, & totus ille ad quærendum idoneum Regem apparatus frustrà ad ἐφ' … , & in speciem adornatur. Exemplum capias licet ex primis Francorū regibus, quos Hottom. *in Francog.* per Electionem regnum obtinuisse contendit, cum tamen revera puto puto successionis jure, cum consensu populi, potestatem regiam sortiti fuerint: aut ex Imperatoribus primis Germanorum, quos Pontificii novelli creaturas sui patris & ejus beneficio principum Germaniæ, precarias faciunt, reipsa verò hæreditaria lege successisse historiæ veritas evincit & scriptorum ejus ævi testimoniis confirmat Haninsfeld *in replic. pro Imper.* *c.* 18. & 26. Vbi enim libertas nulla est repudiandi, nullus locus relinquitur electioni. *l.* 2. *de opt. leg. L.* 1. *in prin. de adsign. libert. c. un. §. Et quia vidimus in fin. ubi Bald. n.* 18. *de his, qui feud. dar. poss.* Nam in feudis periit Electio Domini, postquam ea ceperunt inter omnes hæredes dividi *d. §. quia vidimus. Curt. part.* 3. *n.* 10. *Cujac. consult.* 54. *circa med. Lud. Molin. de primog. li.* 2. *c.* 5. *n.* 3. quandoquidem proximitati non alligatur, cui libera electio concessa est, ut probat Bart. *in l. unum ex familia, ubi* 1. *tex. n.* 4. *§. Si Falcid. de leg. II.* & *sequuntur ibid. Bald. vers. itaq; not.* 1. *Paul. n.* 1. *Imol. post prin. Facit l. cum quidam, ubi Dd. Eod.* Omnium enim principū successionibus lex hæc tacitè innata est, ut non succedant, nisi populus consenserit. Atq; hoc sensu Electio nō temperat jus successionis, sed nomine tenus illi adhæret, cum reipsa nihil immutet. Si verò temperamentum successionis & electionis alia mixtionis ratione cōsistere posse cogitemus, ut scil. libertas eligendi astringatur ad unam stirpem, cum hac exceptione, ut inde seligant, aut quem velint, aut quem dignum judicent, infinitis turbis occasionē aperiemus, & perpetuis bellis Rempubl. implicabimus. Si enim lege regni toti stirpi imperium debetur, proximus quisque eo dignum deputabit, & repulsam cum pernicie totius Reipubl. vindicare nitetur. Satis enim speciosam belli causam præ se habebit, qui jure successionis sibi debitæ, sine causa dejicitur, qui prætextus in libera electione prorsus desit.

Proinde Electio lege aliqua ad certam stirpem sine certis dissidiis & Reipubl. commotione limitari non potest: Nihil verò obstat, quin arbitrium suum spontè cō limitent Electores, quemadmodum in Germanico imperio jam inde à tempore Rudolphi I. factum vidimus. Licet enim Aurea Bulla liberam eligendi potestatem concedat Electoribus, *tit.* 2. *de Elect. regis Roman.* tamen Electores, nullâ lege coacti, sed reipubl. salute commodisq; adducti, stirpi Austriacæ prærogativam Imperatoriam liberè detulerunt. Voluerūt principes Saxoniæ hanc vim olim libertatem introducere contra Henricum IV. Imper. & ejus causa in Comitiis Forcheimen-

1. Miscella Electionis & successionis exempla.

2. Quibus probantur.

3. Electionem non posse misceri successioni.

4. Sublata libertate, nulla remanet Electio.

5. Sed Respubl. repleretur dissidiis.

6. Consilium ad benè instituendam Electionem.

7. Ut Electores se arbitrio ad stirpem regiam applicent.

[illegible] sibus *Ann.* 107[illegible]. concluserunt, *ut* [illegible] *nulli per hæreditatem, sicut* [illegible] *uetudo, cederet, sed filius Re*[illegible] *valde dignus esset, per electio*[illegible]*neam, quam per successionis li*[illegible] *Rex provenirett: si verò non esset de*[illegible] *filius, vel si nollet, eum populus, quem* *R*[illegible] *facere vellet, haberet in potestate po*[illegible] *uno in hist. bell. Sax.* Ex hujus de[illegible] sententia, impulsu Gregorii VII. Ru[illegible] regnum suscepit, qui, *ut scribit* [illegible] *Bernr. edens. in vit. Greg. VII. Regnum non ut proprium, sed pro dispositione* [illegible]*reditum reputans, omne hæreditarium* [illegible] *in eo repudiavit, & vel filio suo se hoc* [illegible] *aturum negavit: justissimè in arbi*[illegible] *Principum esse decernens, ut post mor*[illegible] *ejus liberè, non magis filium ejus, quàm* [illegible] *eligerent, nisi quem ad id culm*[illegible]*nis,* [illegible] *& morum gravitate dignum inve*[illegible]*nt.* Quod verò per nefas & seditionem [illegible] naturalem Principem Rebellibus [illegible] obtinere non licuit, id sensim opti[illegible]lo introduxit consuetudo, ut ne Re[illegible]dem filius jure sibi regnum arrogare [illegible] sed quasi morte patris deperditum, à [illegible]ctorum arbitrio & auctoritate reci[illegible] cogatur, idque in Germanorum, Polo[illegible], Suecorum, Chanorum & Vngaro[illegible] Republ. qui tamen omnes alterum ocu[illegible] intendunt ad ortum regiæ stirpis, non [illegible] lege cogantur, sed quod salus regni ita [illegible], & multæ maximi momenti rationes [illegible]deant. Nam si spem habeat parens de [illegible]one filii, modò dignus sit, non du[illegible] est, quin & diligentius ipsum sit ad re[illegible] Remp. educaturus, & majori cum [illegible]dine Reipub. præfuturus, quò gra[illegible] sibi & optabiliorem subditis princi[illegible] faciat, & filio certiorem spem succes[illegible]s relinquat. Nisi enim ipse de Republ. [illegible] meritus sit, & filius paternarum virtu[illegible] regno præsumatur futurus hæres [illegible]essor, nihil certi de successione sibi al[illegible] hoc casu, promittere audet. Quin [illegible] nihil pietati & æquitati magis con[illegible]um est, quàm ut benè merito patri [illegible]tur, nec alius metat, quod ipse [illegible]ine vitæ & infinitis curis seve[illegible] Apud Polonos, cum Casimiro II. mor-

[illegible].
Leg. multa de consil.

[illegible] bene meritis pa[illegible].

tuo, superstes esset frater Micislaus, qui jam ante Casimirum sceptra gesserat, nec non Vladislai fratris filius, cui ante Casimirum paternum regnum debebatur, tamen hujus filio Lesco Albo, adhuc impubi, traditus est principatus, suadentibus Fulcone Episcopo & Nicolao Palatino Cracoviense, quod grata Casimiri memoria adhuc in omnium animis regnaret, & pietati paternæ successio filii, præmii loco, quasi deberi videtur. Sic enim Polyb. *lib.* 6. *Eorum qui ex strenuis & beneficis regibus nati sunt, beneficia continuata, effecerunt regna in familiis hæreditaria.* Nam & postero tempore, cum ad sinceram electionem, delapsam successionem tandem detraherent Poloni, nunquam ita à votis suis alienam habuerunt regiam stirpem, quin eam unà miscuerint. Licet enim Wenceslaum accerserent ex Bohemia. contra Vladislaum Locticum, & is, ut obsequentiores sibi faceret subditos, Præmislai Regis filiam in matrimonium duxisset: post primum tamẽ triennium, peregrini imperii pertæsi, ad Locticum redierunt, cujus familia ultra quingentos ferè annos partim sub Regum, partim principum nomine in Polonia regno assueverat. *Crom. lib.* 11 Paulò post mortuo Casimiro, hujus filio, quem Magnũ indigetant, sine liberis, res quidem delata fuit ad Ludovicum Regẽ Vngariæ, sed à Regia stirpe non alienum, quippe qui Casimiri esset ex sorore nepos. *Bonfin. in hist. Vngar.* nec tamen ne sic quidem effugit invidiam, quin multi ex proceribus clanculùm ex cœnobio Divionensi Vladislaum, qui proximus habebatur, ex cognatis masculis Casimiri, retraherent, & in ipso regno Ludovico opponerent. *Cromer. lib.* 12 quemadmodũ & Arragonenses, cum post Alphonsum & Petrũ Sanctii filios, sine liberis præmortuos, Petrũ Tares regno præfecissent, parvo intervallo arrogantis imperii pertæsi, Rymitum, tertium Sanctii filium, ex monacho & presbytero, in regium fastigium reduxerunt, *An.* 1126. *Hiero. Henning. Monarch.* 4. *tom.* 4. *part ult. pag.* 11. Fagello accitus fuit ex Litvania, sed in consortium tantum venit uxoris, Ludovici filiæ, cui regnũ ex dispositione patris & consensu procerum debebatur. Gratiora enim sunt corũ

10.
Gratiores semper esse Reges, qui ex benè merita stirpe petuntur.

imperia, quos longa patientia ferre didicimus, & inveteratis stirpib. putatur inesse nescio quid religionis & Majestatis. *Dignitas*, ait Claud. Sesell. 2. *de Rep. Gall. pag.* 28. *& splendor familia magnam tùm autoritat. m tum benevolentiam Imperatori conciliant.* Persæ inde à tempore Arsacis numinis ejus memoriæ & honori id dederunt, ut non, nisi sit Arsacides, quisquam in regno suscipiendo cunctis anteferatur, & hos vel privatos sine sacrilegio tangi nō posse putāt. *Amm. Marc. lib.* 23. Iudæi ne quidem tormentis adigi potuerunt, ut Herodem regem dicerent, propterea quod non oriundus esset regia stirpe, *Ioseph.* 15. *antiq c.* 1. cumq; idem summo Pontificatui, præfecisset Ananelem, peregrinū, seditione populi coactus, reddidit eū Aristobulo, quem tamen mox per insidias curavit interfici. *Ibid. c.* 2. & 3 Memor enim populus legis, *Deut.* 17 nolebat, nisi suæ gentis sacerdotem & Regem ferre, cum Herodes per arcana regni in contrariū niteretur. Vt enim in moribus ferè capitale est, Medicum, cui assueti sumus, repudiare & novi alicujus non satis perspectæ vel artis, vel diligentiæ fideive vitā credere: Ita per novos homines qui imperando imperare discunt, Reipubl ubiq; malè cōsuli ait Thomas Soderinus, cum oblatum sibi principatum Florentinor. Petri liberis Laurentio & Iuliano redderet. *Iohan. Mich. Brut. li.* 4. *hist. Flor.* Captata Tyro & dejecto ab imperio Stratone propter amicitiā quam cum Dario coluerat, Alexander M. Hephestioni negotium dedit præficiendi Regis, qui cum hospitē suum diademate honorare vellet, negavit is accipere, quod nullo cognationis gradu regiam stirpem attingeret: monstravit verò Ballonymum quendam, regii ortus, sed pauperculum, ad quem cum improvisus tenderet Helphestio, hominem invenit, tenuiter vestitum & in horto mercede aquam ex puteo trahentem. Non tamen destitit ipsum regia veste amicire, & Tyriis regem edicere, quem tantum absuit, ut Tyrii propter paupertatis opprobrium respuerint, ut propter regii sanguinis venerationem cupidis animis acceptarint, & summo cum applausu regem esse jusserint. *Diod. Sicul. li.* 17. Pisistratus occupata Atheniensium Tyrannide, non tantum boni Regis personam simulavit, sed & titul..m malum deleturus Cecrops sibi affinx[illegible] iam iam. *Lae[illegible] in* [illegible] *E.* [illegible] *Pisistr. ad Solon.* Alexander illius qui Demetrio Soteri substitutus fuit proximi cognati, ut gratiorem subditi futurum Regem facerent, induerunt eum familia & nomine Antiochi, *Iustin. lib* 3. & Mæsi, avia Heliogabali pari astu nepoti suo Bassiano, affinxerat ortum Imperatorium & nomen Antonini, quasi à Bassiano Severi filio procreato, cum ipsa cum aliabus versaretur in aula principis: quo commento non tantum effecit, ut exercitus undiq; ad novum Antoninum à Macrino transiret. *Herodian. in Macr. n.* 5 sed etiam *scribente Lamprid. in Heliog in pr.* cum Romam nuntios misisset, excitatis omnibus ordinibus omniq; populo ad nomen Antoninum, quod no solum titulo, ut in Diadumeno fuerat, sed etiam in sanguine redditum videbatur, cum se Antoninum Bassiani filium scripsisset, ingens ejus desiderium factum est. Gordianum Seniorē non tantum commendatum Senatui fecit erudita virtus & in publicis functionibus consumta ætas, sed etiam quod paternam originem ex Grachorum, maternam ex Trajani stirpe traheret; quod cum intellexisset ipse, filium Antoninum appellavit in literis ad Senatum: *Capit. in Gord. Sen.* nec facile acceptior populo princeps datus est, quam Gordianus Iunior, licet de stirpe ejus non omnes cōsentirent, quippe, quem adhuc puerum & pubertatis annos nōdum ingressum, ut pleriq; asserunt, Maximo & Balbino provectæ ætatis & Senatoriæ dignitatis viris, socium & consortem efflagitarat populus, tantùm, quod ex Gordianorū familia originem traheret. *Ca. itol. in Gord. Iun.* Cum Flandri occupassent imperium Orientale, & Balduino illud præripere niteretur Marchio Bonifacius, Manuelē, Isaaci Angeli filium, suum privignum, purpura circumdedit, & eo commento Romanos, catervatim ad se pellexit *Nicet. in Imp. Bald. Flandri.* Aragones Ruiram II mortuis duobus ejus fratrib. [illegible] liberis, ex Monachatu revocarunt potius, quam Petro Tares, præter familiam regiam electo, se subjicerent. Tantū gratiæ conciliat principibus in animis vulgi veneratio stirpis, quam fortuna semel in altum evexit, & Augustam

Marginalia: 11. *Inveteratis familiis censetur inesse quid sacrum.* — 12. *Mutationem principis, ut Medici, esse periculosam.* — 13. *Multi principes coluerunt quasi verum eminentem antere familiæ.*

g[illegible] feit fel x Regni g[illegible]bernatio. Da[illegible]ius [illegible] per sortem in regnum evectus, ut [illegible] edes suos regium sanguine propag[illegible] [illegible] communine subditos illis efficeret ma[illegible] os, Cy[illegible] filias, quę adhuc erant su[illegible] [illegible] uxores cooptavit. *Herod. in* [illegible] prius fere tutum & invidiâ vacuum [illegible] transmisit progenies Capeti, quàm [illegible] Caroli M. stirps in unum truncum [illegible]ret, cu Phil[illegible]ppus I. ex Carolina gente [illegible] sibi jungeret. *Aemyl. li. 3. de reb. gest.* [illegible]. Poloni ipsi conditionibus quæsiti ex [illegible] lvania regis, Stephani, adjecerunt, ut A[illegible] Sigismundi Augusti filiam sibi ma[illegible] jungeret. *Dec. in Sigism. & Steph.* [illegible] ut [illegible] estinus III. veritus ne satis [illegible] a subditis acciperetur Henricus Imperator, Neapolitanorū Rex nuper designa[illegible] conjugio Constantiæ, Rogerii I. filiæ, [illegible] regni hæres, supererat, sed in ece[illegible] damnata, gratiam & colorem illi ac[illegible] *[illegible] & Falcand. in hist.* Rudol[illegible] Habspurgensis Alberto filio de Archi[illegible] Austriæ invest[illegible] pro conjuge addi[illegible] [illegible]betham, Gertrudis, cui altera pars [illegible] Austriacæ obvenerat, neptem.

14. *[illegible]*

[illegible]que si quid superest incommodi vel [illegible]tionū in Electione, quod propter par[illegible] & pertinaces hominum opiniones præ[illegible] averti non queat, illud hac via prorsus [illegible], dum libera manent Electoribus [illegible] & tatis[illegible] eorum quoque cupiditati[illegible] qui se ex jure hæreditario oportere te[illegible] [illegible]dunt, & in hanc sententiam subdi[illegible] quoque bonam partem deducere solent. Si [illegible] arbitrium Electorum, in jus ante legem vertere nituntur hæredes, quemadmodum [illegible] majus omnia vulgò interpretari [illegible] 3. [illegible]olit. c. 8 5. Polit c. [illegible] maturè obviā [illegible] est, ne eligendi jus, vis successionis [illegible] excludat, aut certè non sine maxima [illegible] commotione regnum ab inveteratā [illegible] queat. Poloni, Casimiro I. mo[illegible] reliquisset filium impuberem, tan[illegible] esse, ut a successione principes repel[illegible] & regiam autoritatem ad libera vo[illegible] [illegible] deducerent, diu cunctati sunt [illegible] paternum confirmare, ne [illegible] quod jam tum anhel[illegible] bant, [illegible] *Cromer lib. 7. in pr.* Imo licet de

15. *[illegible]*

consilio Episcopi & Palatini Cracoviensis filium admisissent, tamen levi de causa sive[illegible]runt eum regno cadere, & in Miezislaum senem cōsenserunt, cui jam antea regnum abrogatum fuerat ob sævitiā, *Crom. lib. 6.* sicut postea Vladislao Loctico, ob negligentiam & luxuriam, Wenceslao Bohemo, ob peregrinitatem. *Crom lib.* [illegible]. & cum Vladislaus Iagello magnis promissis amplianda liberta[illegible]tis Senatui persuasisset, ut filiū sibi successorem designarēt, mox verò promissis non staret, Senatus diploma in hujus rei confirmationem scriptum, in conspectu Regis discerpsit. *Crom. li. 19.* Carolus IV. non nisi ingentibus donis & plusquam regiis promissis Electores inducere potuit, ut sibi Wenceslaum filium successorem darent, quem tamē, cum indignum se fecisset imperio, statim dejecerunt, & hoc actu jurisdictionem suam in degenerem Imper. testatum reddere, & fortasse etiam ampliare voluerunt.

Utrum omnia legitima imperia originem traxerint ab Electione. SECT. 6.

1. *Omnem legitimam potestatem pendere a consensu populi.*
2. *Id. eoq. jure belli non fieri justum Regem.*
3. *Nec successionem sortemq. probari, nisi præsupposita Electione.*
4. *Quia de jure naturæ potestas omnis Resp. pertinet ad populum.*
5. *Consensum populi non esse necessarium ad justum sed ad stabilem, [illegible]atum.*
6. *Et hic sufficere consensum tacitum seu longam patientiam.*
7. *Primos Reges non ortos fuisse ex Electione, sed à natura agnatos.*
8. *Successionem esse priorem Electione.*
9. *Et [illegible] viam monstrante naturâ.*
10. *Multa regna fundata sine Electione.*
11. *Etiam bello acquisita justa regna.*

Non desunt, qui Electioni tantū tribuunt, ut sine ea nulla legitima imperia ab initio potuisse subsistere arbitrentur. Præsupponunt enim omnem legitimā potestatē haberé sibi innexum consensum populi, *Alphons. de Castr. lib. 1. de pot. st. legu pœn. c. 1. Vasq. [illegible] [illegible] contr c. 1 & 47. Covarr. 1. pract. qq. concl. 1. & 4. Hottom. q. 1. illustr. Alex. [illegible] Rossa. de po[illegible] autor. 6. 2* Unde concludunt, 1. *Omnem legitimam potestatem pendere a consensu populi.*

jure

jure belli neminem posse sese constituere legitimum Principem, nisi vocatus sit à populo ipso ad ejiciendum Tyrannum, & post victoriam regnum suscipiendum. *Vasq. d. c. 1 n. 4. & 5.* Item, Successionem non aliter legitimam censendam, quàm si præsupponat tacitum consensum populi: *Covarr. d. c. 1 n. 4.* quod de sorte etiam enuntiat Alphons. de Castr. *d. c. 1.* dum ait: *Primus Rex, qui est hominibus datus. 1. Sam. 8 non nisi populo petente fuit à DEO concessus.* Ita ut cum quatuor modo obtinẽdi regna enarret Bellarm. *lib. 1. de translat. Imp. c. 9. lib. de summ. Pontif. contr. Barcl. c. 7. in resp. ad octo propos. Venet. prop. 1. Hæreditatem sc. Ius belli, Electionem & Donationem,* duo priores prorsus illegitimi censeri debeant, nisi accedat cõsensus populi, aut Electio, quã à primis Rerumpublicarũ exordiis altius quoq; sic repetunt. De jure quippe naturę potestas est penes populum, *Covarr. d. c. 1.* Non potest igitur jure ad alium transferri, nisi cõsentiente & transferente populo, cui soli juri suo renunciare licet. Vnde infert Hœnon. *disp. 2. Polit. Subditos esse priores principe, quia constituunt principem,* & Fridenreich. *c. 10. Polit.* ait: *Ius eligendi & constituendi Magistratus* (quorum nomine complectitur etiam Reges) *penes universos primò fuit, qui & ipsi eligunt & alij quibus jus hoc suum tradiderint,* &c. Ex quo intelligitur, omnis legitimi magistratus initium ab Electione cepisse.

2. *Ideoq; iure belli non fieri iustum regẽ.*

3. *Nec successionem sortemque probari, nisi præsupposita Electione.*

4. *Quia de iure natura est penes populum.*

Quod attinet consensum populi, an & quatenus ad legitimum imperium sit necessarius, jam aliquoties explicavimus, *in lib. de Auctor. pr. c. 1. & 4.* & repetemus infra *de Tyrann.* Modò præsupponimus: Eum præcisè necessarium nõ esse, ad justum, sed ad stabilem principatum, quia si inveteratã successionem excutere superbi subditi, & ad illicitam eligendi libertatem aspirare vellent in præjudicium legitimi hæredis, procul dubio etiam inviti sub jugum obedientiæ possent repelli, nec injustè princeps dominaretur iis, quos justo bello sibi ex justa caussa subjecisset, licet inviti novum Regem ferret. Imò licet consensum necessarium concedamus, non tamen inde inferri potest Electio, quia ad successionem sufficit patientia seu tacitus consensus, ut interpretatur ipse Covarruv. *d. cap. 1. num. 4.* Quod verò H[illegible] [illegible] denr. regnorum originem à libera [illegible] voluntate & electione repetant, & A[illegible]totelis doctrinæ, & historiæ antiquissimæ, unde hæc controversia decidenda est, adversatur. Aristot. enim *1. Polit. cap. 1.* Regna scribit exorta ex familiis, in quibus, cum angustioribus circumscriberentur terminis, ab initio dominabatur paterfamilias, sed qui sensim transibat in autoritatem Regis, postquam familia amplior evaderet, quam quæ domestico imperio ambiri & concludi posset. Plato *in Pol. 5.* idem probat ex regno Saturni & Iovis, quæ fabulæ, licet ex Poetarum phantasiis primùm enatæ sint, procul dubio tamen prodierunt ex obscurata veritate. Nam Noë Abrahamum, Isaacum & Iacobum principes tẽporales constituit, Bellarm. *lib. 5. de Rom. Pontif. c. 9. arg. 1.* qui tamen aliàs jus Regum cõstituendorum tribuit populo, *lib. 3. de Laic. q. 6. in Recogn. lib. 3. q. de Laic.* Hi verò imperabant familiis tantùm suis, à quibus non electi erant, sed à natura agnati. Postquã verò Ismaelis filii principes familię facti dicuntur, *Gen. c. 25.* ut & Iob, *Iob. c. 1.* & reliqui Reguli, quorum passim in Genesi mentio, *Gen. 14. 34. 36.* constat, eos nõ per electionem familiæ, sed successionem naturæ, magnas familias insensili trãsmutatione vertisse in parva regna, quemadmodũ copiosius supra *sect. 1.* fuit explicatum. Et de his si accipiatur sententia Iohan. Ciriet. *in tract. de primog. lib. 2. q. 13.* qui successionem ante electionem, post diluvium, prima ætate locum babuisse scribit, nõ tantùm vera est, sed & sacris literis & naturæ ductui consentanea. Nam aut vi, aut inclinatione naturæ orta sunt primùm regna. Inclinatio naturæ licet eluceat etiam ex ea Electionis specie, qua [illegible]e. nè meritos, tanquam patres adoptatos, sibi præficiunt lubentes subditi: tamen, quia hæc ad imitationem naturæ fictè tantùm instituitur, ex intimiori naturæ sinu progreditur ille Monarchia, quem ipsa natura primùm patremfamilias, deinde Principem dedit, ut de tribus Noæ filiis tradit historia Scholast. *c. 37. & 38, in Genes.* Hîc enim Regn[illegible] debet arbitrio popularis auræ, sed n[illegible], quemadmodũ nec ille, qui cõtractis ad se [illegible]lẽtibus civib, jura dare, & bella geren[illegible]cipe ad exem-

5. *Consensum populi non esse necessarium ad iustum, sed ad stabilem principatum.*

6. *Et hic sufficere consensum tacitum seu longam patientiam.*

7. *Primi [illegible] creati non ex [illegible]ctione, sed agnatione natura.*

8. *Succe[illegible] prior E[illegible]ctione.*

9. *Successio [illegible] à natura.*

[illegible] & Remi. Hi enim ci- [illegible] primos principes jure [illegible] futurorum subditorũ [illegible] populi, sed suis auspitiis [illegible] cum subditi præter o- [illegible] nihil conferrent. Et ne [illegible] regum virtute & autori- [illegible] magis, quam Electione civiũ [illegible] intuere antiquissima quę [illegible] Lacedæmoniorũ, & mul- [illegible] in Græcia & Italia regna, à [illegible] inventes transmissa ad hæredes, [illegible] quidem, sed non eligente po- [illegible] Lechum Bohemorum, Lechũ [illegible]orum, & quos præterea fabulosa anti- [illegible]orum Autores introduxit. Non [illegible], quàm suis auspiciis fundarunt [illegible], quemadmodũ Mahometh, [illegible] in Aphrica, Sophius in [illegible] in Tartaria, nova regna con- [illegible] exercitus primùm circa se col- [illegible], mox in vicinos populos imperium [illegible], & per vim propagarent, quod cum [illegible] suos auspicati erant. Verisimile [illegible] non alia primæ dominatio- [illegible] fundamenta, cum populum sibi [illegible] à montibus in planitiè Orien- [illegible] dicatur, *Gen. c. 11.* & eorum ope [illegible] populos subjecisse, unde nomen [illegible] *Venatoris Gen. 10.* Omnia autem [illegible] imperia sine electione substiterunt, & [illegible] accessio, quę per vim facta fuit. [illegible] bellum, quo acquiruntur provinciæ, [illegible] est, aut injustum: Si justum, & justa [illegible] indictum, de jure gentium omnia [illegible], etiamsi victi reluctandi ansam [illegible] capient, & inviti induant insuetũ ca- [illegible]. Adeò ne consensus quidem hic re- [illegible] nedum electio. Si verò injustè & si- [illegible] gens aliqua subjiciatur per vim, aut [illegible] illud imperium; aut vitium [illegible] tempore, & consensu popu- [illegible] alibi declarabimus. Atq; [illegible] in libera electione justo regi [illegible], dummodo consensu tacito & longi [illegible] prærogativa in successione obfir- [illegible] sit. Cum igitur multæ aliæ sint justum [illegible] constituendi viæ, quam per El- [illegible] populo attribuitur ex ju [illegible] hæc potestas, quasi sine ejus auto- ritate tutò & salvâ conscientiâ nemini liceat regnare. Sed hæc breviter & quasi in transcursu attingere volui, priusquam ad successionem progrederer.

SECTIO VII.

An regnum inter filios Regis dividi debeat.

SECT. 7.

1. *Liberos de jure civili aequaliter ad hæreditatem paternam admitti.*
2. *Idq; exigere justitiam, aequalitatis matrẽ.*
3. *Ex inaequali divisione nasci lites ac jurgia.*
4. *Quatenus exorbitet consuetudo, quæ uni omnia defert.*
5. *Vtrum rationabilis dici debeat vel minus.*
6. *Aliam esse rationem successionis publicæ, aliam privatæ.*
7. *Nec exigendam esse successionem principum ad leges privatas.*
8. *Cum in hac non privatum succedentium, sed commune civium bonum spectetur.*
9. *Facilius constitui primogenium in nova, quam legibus jam fundata Repub.*
10. *A privatis ad publica non valere consecutionem.*
11. *Duabus de causis.*
12. *Regem non possidere Rempubl. pleno dominio.*
13. *Ideoq; eam non transmittere instar possessionis privatæ.*
14. *Imprimis cum divisio regnorum tendat ad eorum interitum.*
15. *Quod probatur exemplis regni Alexandri M.*
16. *Imperij Romani.*
17. *Græcorum.*
18. *Germanorum.*
19. *Italorum.*
20. *Francorum.*
21. *Anglorum.*
22. *Septentrionalium.*
23. *Polonorum.*
24. *Silesiorum.*
25. *Moschorum.*
26. *Persarum hodiernorum.*
27. *Hispanorum.*
28. *Principatus posse tribus modis dividi.*
29. *Perire regnum, quod in distincta regna, aequalis potestatis distrahitur.*

30. Quod

[illegible] tantum in utilitate pu[illegible] in jure gentium.

[illegible] dictum fuit, [illegible] sed & plurima re[illegible] de eo [illegible] agen[illegible] hæreditatis in[illegible] De jure enim civili [illegible] bona [illegible] testatorum paren[illegible] omnibus æquo jure di[illegible] testantur [illegible] & [illegible] us in l. inter 11. Cod. fa[illegible] & passim in legibus ita cautum [illegible] mater. 2. ff. Eod. ubi vocatur [illegible] l. si in adoption. 11. in fin. [illegible] contr. tab. l. si cogitatione. 21. [illegible] 3 atoribus 3. C. Comm. u[illegible] 4. C. Comm. divid. l. [illegible] dicitur. Aequalem [illegible] oportet liberis utriusque [illegible] 20. Co. de collat. l. si quis 7. §. fin. [illegible] ad Ter. l. 1 [illegible] Comm. de succ. [illegible] l. [illegible] 6. § non autem. 2 in [illegible] n. C. de bon. [illegible] potest. pa[illegible] l. 1. ubi dicitur: pro ra[illegible] unde lib. Novell. 118 cap. 3. in [illegible] in suc. ess. C. de suis & leg. Id [illegible] justitiæ mater, exigebat, ad [illegible] divisionibus civilibus Ari[illegible] cap. 3 & 4. ita in hæreditatis [illegible] distributione spectandum esse, Im[illegible] monet in d. l. ut liberis. C. de collat. [illegible] comm. div. Nimium enim in [illegible] displicere debent. Novell. 22 [illegible] 4 [illegible] ius in l. omnes populi de [illegible] de legat. 1. statutum [illegible] filius primogeniti damnat [illegible] natura pari non debeant con[illegible] a. Prolixè juxta atque accu[illegible] Leo [illegible] ll 19. in fin. Quin imo nec il[illegible] um [illegible], ut parentes ys, qui [illegible] nati sunt, non parem curam [illegible] æqualiter ipsorum vita pro[illegible] quidem [illegible] facult[illegible] alys [illegible] nihil parcen[illegible] illo[illegible], tametsi inopes in miseria vi[illegible] vivunt. Cæterum æquum est, ut [illegible] ad [illegible] omnibus liberis ex æquo vi[illegible] sint, ita etiam ad hanc facul[illegible] stantur: nequaquam vero velut [illegible] libra, [illegible] quiddam, illa vero gravius pro inæqualitate animi sui attribuant. Justinianus d. Nov. 22. c. ult. eandem legem & rationem accommodat ad divortiorum matrimoniorum liberos, in quib. idem censet æquum esse parilem observari æqualitatem, quia eodem sanguine creverunt, & a lege ad parem hæreditatem vocantur, cui legi non est justi patris velle derogare, & se illa probere vel mitiorem, vel prudentiorem. Nec enim sine hac æqualitate licet concordiam inter fratres fovere. l. cum oportet 6. §. non autem. in fin. C. de bon. quæ lib. in potest. patr. quoniam, ut ait Arist. 5 Eth. c. 3. cum aut æquales inæqualia, aut inæquales, æqualia habent & accipiunt, [illegible], tum pugnæ & concertationes oriuntur, quemadmodum Lotharius Ludovicus, non tantum patrem Ludovvicum pium cum noverca in carcerem conjecerunt, sed & Carolum quoque tertium fratrem subinde conjurarunt, quod pro amore novercæ pinguiores, latioresque provincias crederetur huic attribuisse pater quam cæteris, Thegan. in vit. Ludov. Nit hard. de dissent. filior. Lud. Nec inficiamur, quin hoc respectu, quatenus naturalem æquitatem destruit, consuetudo seu statutum de unius successione, sit exorbitans & iniquitatem non levem intus alat, ut objiciũt Cyn. in l. Barbarius, de off. prat. Alex cons. 128. li. 1. Corn. cons. 199. lib. 2. Franc. Aret. cons. 164. Luc. de Penna in l. quæcunque C. de pr. agent. in reb. libr. 12. quibus adde Bald. ubi supra. Cæterum quod inde inferãt, primogenitum non posse salva conscientia soli sibi universum imperiũ retinere, quia repugnat lex naturæ; id negamus ita esse, & opponimus, omniũ gentium unanime consensum, quem à lege naturæ in rei veritate nihil differre alibi ostẽdimus. Eth. Disp. 5 Diverso n. respectu unam & eandem consuetudinem rationalẽ dici & irrationalẽ tradit Abb. in c. l. ult. n. 6. de consuet. & exẽplis declarat Men. cas. 82. arb. jud. n. 18. quanquam propriè irrationalis lex dici nõ debet, cujus iniquitatẽ pẽsior utilitas & majoris ponderis ratio excusat, quia, ut ait Cic. nulla lex omnib. ex æquo commoda est. Id tatũ sp. statur ut majori parti prosit. Et omne magnũ exẽplũ habet aliquid ex iniquo, quod contra singulos utilitate publica rependitur.

Ex inæquali divisione oriuntur lites. 3.

Consuetudo, quæ uni omnia tribuit, quatenus exorbitat. 4.

Non est irrationalis. 5.

Tac.14. Annal. Nec enim usucapio propterea irrationalis censenda, quia contra naturæ dictamen legitimo possessori eripit res tuas sine culpa. nec inter irrationales damnanda lex, quæ jubet cujusq. privatas possessiones sua inservire publico, ut possessori eripi, & in commoda Reipubl. impendi, invito Domino, possint. Posterior enim potiorq;ratio tollit priorem, minoremq; quemadmodum & Medici, quando contrariæ indicationes sese oppugnant, sæpe coguntur cum noxa prodesse, & jactura, quicquid sanari potest, redimere. Nec tamen propterea magis iniustitiæ iniquitatisve argui aut condemnari possunt, si brachio noceant, aut prosint capiti, quam si legislator noceat privatis hæredibus, ut servet totum corpus Reipubl.

6. *Alia est ratio successionis publicæ, alia privatæ.* Hinc enim accersenda nobis est ratio successionis publicæ, & non ex utilitate aliqua privata, quia privata utilitas ubiq; cedit publicæ, seu, ut ait Cic.3.*offic.in pr. Vincit utilitas publica honestatem*, & proinde Robertus Brussius meritò disputabat, contra adversarios: *Regna non posse dividi ad instar prædiorum privatorum. Buchan.lib.8.hist. Scot.* quod argumentum illi quoque in comitiis Sterlinensibus resumserunt, qui negabant Reginæ Mariæ copiam esse suo unius arbitratu ad secunda vota transeundi, & quem vellet conjugem eligendi cum eodem errore & sibi maritum & populo Regem esset inductura *Thuan lib.37.* Poloni nihil moti lachrimis reginæ, nec Regis testamento, repudiato Archiducc Hedvvigi Ludovvici S. filiæ, Tabellonem sponsum dederunt, quod se copiosiorem dotem afferre & totius Lithvaniæ accessione regnum augere stipulare tur. Bene ad nostrum propositum gl.*in c. licet.Ver.pr.Sandam. de Vot. & Vot. redemt.*

7. *Nec exigenda est necessario principum ad leges privatas.* *Lex de legitima relinquenda non potest habere locum in regijs dignitatibus, cum dividi non possint, quia regnum unicum debet esse & si contingeret, quod taliter dimi nueretur, [illegible] destrueretur,* quod repetit Iohan. Andr. *in c fine culpa. q ult. de R. I. in 6 in Mercurial.* addens: *Consuetudinem & statutum de successione filiis primogenitis fundari sic er æquitate, ne patrimoniũ per divisiones [illegible]tur.* ex H[i]spanor. *l.2.t.15.part. 2.* id probat ex dicto C[hr]isti. *Omne regnũ divisum desolabitur* inquiens: [illegible] *[illegible] partieron [illegible] podria [illegible] nes que destruidas non [illegible] & [illegible] Christo [illegible] Reyno [illegible] no [illegible] estingado:* quod si tali [illegible] inevitabiles dissensiones, quæ [illegible] circumstant, fortasse non abs re d[illegible] *Adde Panorm. & ceteros in d. [illegible] fin. in c. cum omnes de const. [illegible] §. præterea Ducatus enim [illegible] per Frid. per Alvar. Laud & [illegible] lier. Si de feudo defunct fuerit contro[illegible] Duen in reg.316. Zas.cons.2. [illegible] cos.47.n.5.lib.3. Tiraq.q.4.n.16 Lud. [illegible] li.1.c.11.per tot. Covarr.3. Var.res. c 1[illegible] Lud. Molin.2.prim.c.1.n.3* In privatarum [illegible] enim hæreditatum divisione nihil [illegible] spectatur, quàm ut suum cuiq; tribuatur [illegible] successione principum caput celebr[illegible]

8. est, salus Reip. cui omnia privatorum [illegible] da comiter se submittere & cedere co[illegible]. Fundamentum enim totius hujus decisionis consistit in eo, quod regna & principatus [illegible] transferri debeant, ut privatæ hæreditates, quod quia non attendit Nic. Bet[illegible] *stat.pact & cons.illustr fam.[illegible]* aliunde litem decidere ni[illegible] quam ex jure privato, cujus contemplatione [illegible] ut in feudis etiam Regalibus d[illegible] mittendam disputet, quam nec summæ infringere liceat Majestati.

9. Nostra quidem disputatio respicit potissimum, constitutionem Reipublicæ, in qua nemini adhuc jus quæsitum est, unde [illegible] tertii præjudicium primogenitum [illegible] tui, & à successione, reliquorum omnium series excludi potest, quemadmodum de feudo novo ICti concedunt, quippe in quo plus operatur pactum, quam jus *[illegible] de feud.non hab.propr.nat.* dum Unam [illegible] ximam constituunt; feudorum naturam [illegible] tenore investituræ potius æstimã[illegible] lege. *Iac. de S. Georg.in Ver. Mar[illegible] de feud. Laudens. in c.cum unt n 5.d[illegible] feud. dare poss. Bald. in [illegible] un. [illegible] norem investituræ. de duobus fratr[illegible] Gæden.cons.27.nu.2.cons.1[illegible]4 nu.1[illegible]* [illegible] rum quia eadem opera [illegible] tis etiam altera contro[illegible] potest, de mutanda divisione [illegible]

re[illegible]

[illegible] cessionem primogeniturae [illegible] obtei agimus, con[illegible] quod a privatarū re[illegible] non liceat argumentū du[illegible] matrimonij sint libera: [illegible] ut sua hæres regni re[illegible] est in ejus temeritate po[illegible] Reipub. ut in quem ferat [illegible] amor, vel libidinosus impetus, [illegible] principem imponendi [illegible] at, cum nec principibus vi[illegible] facultas futurorum principum [illegible] digna aliqua persona incestandi, [illegible] modum E[illegible] cum regem Daniæ de [illegible] arguit subditi, quod Lictoris fi[illegible] sita corona, justæ uxoris loco sibi [illegible] *Thuan. li. 43. hist.* ne forte sor[illegible] ex stirpes, splendidis & ingenuis [illegible] propagentur. *l. super 9. C. de dignit.* [illegible] *5. C. ad S. Orsit.* Richar[illegible] Angli, quod impotentiori animo [illegible] conjugis appetens, ignominiosam [illegible] pacem conclusisse argueretur. *Frois[illegible] ad fin.* Nec unquam à viri[illegible] tus portione excluditur sexus, *l.* [illegible] *1. famil. hercis. Auth. in success.* [illegible] *g.* si de privata hæreditate a[illegible] tamen in omnibus gentibus inde [illegible] primordiis regnorum invaluit, ut, [illegible] viri stricto successionis jure utan[illegible] as tamen rei gubernacula non de[illegible] quam diu mares supersunt. In pri[illegible] c[illegible]cat[illegible]bus spurius succedit in bo[illegible] An etiam in regnis? Et sexcentæ [illegible] n occurrunt, quarum duas [illegible] est assignare rationes: Vnam ex [illegible] ssionis alteram ex fine, in quem [illegible] destinatur.

Disputatum enim nobis fuit *lib. 3. de ju[illegible]* [illegible] de Dominio quod competit [illegible] B[illegible]na, & ostensum, quòd [illegible] universale, & respectu solius [illegible] quemadmodum physici [illegible] a mandana sese habere na[illegible] universalem. Quæ enim universali[illegible] lic[illegible]tum, sed prout salus publi[illegible] possidet princeps, ea in sin[illegible] civium proprietates descripta [illegible] *de benef. c. 1. Rex im[illegible] singuli Dominio.* & apertius *c.* *4. Iure civili omnia Regis sunt. Et tamen illa, quorum ad Regem pertinet universa custodia, in singulos Dominos discreta sunt, & unusquisque respective possessorem habet suum. Ad Reges enim potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas.* De bonis verò, quæ nostra insolidum non sunt, nec in *marsupio nostro continentur, ut ait Roland. à Vall. cons. 1. num. 115. Vol. 2.* non licet nobis, ut de bonis privatis disponere. Ita verò sese habere Rempubl. cum abundè disputatum sit supra *cap. 1. sect. 5. & lib. 1. de jur. Majest. c. ult. n. 1. lib. 2. c. 2. n. 4. lib. 3. c. 1. per tot.* fastidiosè nunc non repetimus: Ideoque nihil hîc operatur argumentum, ex vulgata regula petitum, *quod jus suum sine culpa nemini auferri queat. l. id quod nostrum. 11. de R. I. cum sim.* : Nam principi in rebus alienis, quales publicas esse constat, jus nullum quæsitum esse potest, nisi consentiat utilitas publica, quemadmodum de promissis quibusdam principum, & testamentis explicavimus. *lib. 1. de jur. Majest. c. ult. num. 11. & 12.* & ICti ipsi tradunt, In successionibus dignitatū regaliū magis attendi debere commoditatē subditorum & habilitatem succedentis quam gradum vel ordinem ætatis, cujus dicti veritatem considerabimus. *Sect. seq. Luc. de pen. l. 6. col. 6. C. de privil. eor. qui in sacr. pal. lib. 12. l. 1. C. de Tyron. lib. 12. l. nepotes C. qui non. libr. lib. 10. Cas. cons. 8. n. 8. libr. 1. pro Bald. in c. 1. de feud. Marcb.* Et hinc jam prodit altera ratio, quod princeps omnia cogatur possidere & administrare ad salutem Reip. & commoda subditorum. Nihil vero ad interitum Reipubl. & perniciem totius populi plus momenti afferr, quam æqualis provinciarum in singulos hæredes distributio, quia compertum est, per divisionem omnia magna imperia in prædam venisse, quæ sola unione in integrum reconvaluerunt. Imperium Alexandri quod Hieron. *in Dan. c. 1* ab Illyrico & Adriatico mari usque ad Oceanum Telicum & Gangem fluvium extendit, litigiosa Ducum partitione in decem pluresve capita primum scissum, *Iust. li. 13. Curt. lib. 10. Diod. libr. 18. Oros. lib. 3.* mox, oppugnantibus sese mutuò ambitiosis principibus, in quatuor quidem satis ampla regna,

15. *Idque, eam non transfert ut & possessionem privatam.*

14. *Imprimis cū divisio regnor. tendat ad eorum interitum.*

15. *Exemplu regni Alexandri M.* Macedoniæ, Asiæ, Syriæ, & Ægypti redactum fuit, prout Daniel *c.* 8. prædixerat sed ne sic quidem ibi singula substiterunt, quin intra breve [illegible] um cesserint in prædam Romanæ potentiæ præ nimia imbecillitate, ut *d. c.* 8. Daniel iterum præsagit: Quod autem fracto cornu grandi surrexerunt, quatuor pro eo, quatuor Reges de gente ejus consurgent, sed non in fortitudine ejus.

16. *Imperij Rom.* Imperium Rom. etiamsi à variis Tyrannis sæpe dilaceratum fuerit, adeò ut capto à Persis Valeriano, triginta corrivales eodē ferè tempore contra se excitaverit ignavia Gallieni *Trebell. Poll. in ejus Vita.* tamen ad ruinam & declinationem non prius spectavit, quàm divisione in Orientalem & Occidentalem partem, vires totius diminuerentur, & desertæ singulæ, altera Hunnorum, Arabum & Turcarum, altera, Gothorum, Longobardorum & Francorum incursibus exponerentur. Nec enim in duabus primis partibus substitit divisio, sed utraq; in minutiora subinde Dominia dissilierunt, donec ut de fluviorum principe Rheno apud Batavos veri videmus, cum nomine, dignitas & potestas omnis extingueretur & difflueret. Nam cum Flandri, Veneti, & Longobardi instar tricipitis belluæ ut scribit Nicet *in Bald. Flandr. Imp.* Orientem depascerent & unitatem imperij multifariam distraherent, Baldvino cum progenie sua, ob annos Constantinopoli incumbente, Bonifacio Marchione Montisferrat. regem Thessalonicæ se denominante, Theodoro Lascari, Alexij Imperatoris genere Nicææ novum regnum moliente, Alexio verò, Trapez[illegible] imperium resuscitante, Palæstinam adhuc vexantibus expeditionibus Occidentalium, quantillæ molis fuit, divulsas, & impotentibus Dominatas Dominis provincias unam post aliā, vi dolove subtrahere? quemadmodum Amurathes ad suppetias invitatus a Michaele Palæologo, cū deprehendisset

17. *Græci.* dissidia Despotarum Græciæ, quamq; parum in se haberent virium, captata occasione, totam Græciā sibi subjecit usq; ad limites Serviæ, cujus regem Lazarum Despotum eodem impetu in acie occidit, & regnum apertum reliquit Bajazethi filio. Is verò vicinas quasq provincias, tantæ potestati jam impares, Bosniam, Albaniam, Bulgariam, Wallachiam, singulis subje[illegible] negotio superavit [illegible] deribegi[illegible] ve virtus sive for[illegible] poris remotam [illegible] incommodus & ex[illegible] totiu dominatu[illegible], qui inexpug[illegible] tuissent Barbaris præst[illegible] cum gratia obedire di[illegible] cissent, [illegible] dum de Thracibus [illegible] & ante Romanum impe[illegible] Macedonibus, Persis & b[illegible] tibus patebant, & p[illegible], cum [illegible] spotiarum multitudi[illegible] netorum, Normannorum & [illegible] briis sese prostituerunt. Osten[illegible] hoc [illegible] lentè Servius rex Rom. *ap. Italy. li.* 4 q[illegible] do Latinas civitates ad societatem cu[illegible] nē inducere laborat eo argument[illegible], q[illegible] phyction olim Græcos iā communē [illegible] lium contraxerat, ut se externi[illegible] R[illegible] potentiis pares fieri possent. Nam c[illegible] A[illegible] rum civitates singulæ suo se mo[illegible] arbitrio mox Macedonibus, mox [illegible] regib. Asiæ, cuicunq denique exte[illegible] tiæ præda fuerunt, sed postqua[illegible] corporis conspirarant, non tantū su[illegible] tuti fuerunt, sed & Roman[illegible] dus attulerūt, ad hostes expug[illegible] *li.* 2 *Liv. li.* 32. Nota est vox Turca[illegible] Imperatoris Germanos sibi videri re[illegible] 18. *Tur[illegible]*
gregem Canum Multicolorum, quo[illegible] guli suū sequantur natum, nullius im[illegible] obnoxij. Iovius Germanorum prin[illegible] gulos vocat, liberā eorum potest[illegible] caturos, ex quo fit, ut difficulter co[illegible], nec se pro dignitate tueri, nec al[illegible] ferre queant, prout Don: Gian: re[illegible] tur *de Rep. Ven. in fi. Le forze d' Alem[illegible] ancora che elle sione grandi, n[illegible]ndimeno (per esser divise) non sono hoggi molto [illegible] chi ha notitia del viver di qu[illegible] age volmente può vedere, che c[illegible] culta si possono unire. Et non è dub[illegible] elle fussero unite, havrebbe la [illegible] di loro multo piu, che di quelle d[illegible] Tur[illegible]* nunc melior expectanda esset for[illegible] 19. *Ital[illegible]*
taliæ, si qua vis major aliunde ingrue[illegible] olim, cū inter tot parvos principes m[illegible] Remp. auspicarentur Romani, a[illegible] sam inter Longobardos, Græcos & [illegible]

sui

[illegible] tionem [illegible] Otto I. Exemplo licet [illegible] rum victoris, cum de [illegible] o Neapoli [illegible] in alieno [illegible] cederent. Nulli usquam [illegible] ceperunt sed co[illegible] vela [illegible] vitentur partis fortu-[illegible] possisse Italiæ consulunt, quã si [illegible] dux Hetruriæ sibi [illegible] ulur [illegible] Machiavell *de pr.c.[illegible]*, quem-[illegible] *Romanæ saluiẽ exegisse* scri-[illegible] *Novissime.* [illegible] *d. Orig. jur.* [illegible] *regeretur*, cum hinc inde partem [illegible] decerpere & individuam [illegible] cepissent. Quod si longius [illegible] præterita quæq; regna circum-[illegible] per unionẽ ea firmata, per divi-[illegible] plane animadvertes. An unquã [illegible] ro dignu pararunt ex Merovin-[illegible] partitæ obtigerunt Galliæ? [illegible] us vexillu primus induxit, Clo-[illegible] promovit usque ad Cameracenses, [illegible] usque Burgundiã, superato Atti-[illegible] ctus [illegible] tempore habebatur; Chil-[illegible] ra Andegavenses produxit, Et Lu-[illegible], ad Tholosates & Burdegalen-[illegible] cũ cœpissent regna dividere, ce-[illegible] arma in se convertere, & quod vicinis [illegible] debuissent a fratribus & nepotibus [illegible] cti fuerunt, donec post annos [illegible] centos, totius regni indivisa moles [illegible] in manu Pipini & Caroli M. cũ ille [illegible] Carolomannum livisset in monasterio [illegible] cre, huic vi fata ipsa viã sine annulo [illegible], mortuo fratre, qui jam [illegible] lium designatus erat. *Quod si* [illegible] a Tillius *l. 2 de reb. Gall. &* [illegible] *nationũ, quæ hod. è usitata est in-* [illegible] *rvata fuisset a tempore Caroli M.* [illegible] *Imperii suffecisset debellando or-* [illegible] Ludovicus Pius solus, non sine [illegible] in pat[illegible] regna succederet, [illegible] a regna Italiæ, Germaniæ, [illegible] filios distribuit a brevi [illegible] nul[illegible] eorum sibi p[illegible] su-[illegible] et, & in al[illegible] hæredes, [illegible] huic in [illegible] tertia [illegible], qui [illegible] rerum potitus [illegible] masculas a sceptris exclusit et-iam secundo genitos, sola spe succedendi, si fors prior stirps hæredibus destituatur, & regiis [illegible] prærogativâ contentos: ex quo factum, ut cum Carolina progenies vix quadraginta ultra ducentos annos potuerit rerum potiri, jam de ab anno nongentesimo octuagesimo octavo, per annos sexcentos floruerit, & vehementia cum Anglis & Hispanis bella feliciter peregerit. C. petit posteritas, unde fortunæ res causa, seu fundamẽtales leges affert Bodin. *li. 6 de Rep. c. 5.* & inter cæteras hanc *quod uni primogenito Regalia maiestatu tribuant in solidum.* Quid 21. *Anglorum.*

circumducã ad vicinos Anglos, quos sic denominarunt & sibi subjugarunt ex Angaria Saxones, sed cum quisq; putet prædæ sibi diriperet & angustam insulam in septem regna scinderent, non tantum intestinis bellis se confecerunt, sed cuivis è vicino ludibriũ debuerunt, cum primùm a Danis spoliarentur & opibus & regno, mox à Normanniæ Duce Wilhelmo sub jugum & tantùm non sub Tyrannidem mitterentur, qui, quia unico tantum filio totũ regnum adjudicarat & Robertum jusserat Normanniæ Ducatu contentũ esse, Monarchiã stabilẽ illic inchoavit, quæ jam ab anno millesimo sexagesimo sexto illic feliciter floret, & terribilem facit [illegible] iam toti continenti, maxime hac ætate, qua ad Anglorũ affluentiã accessit robur Scotorum, & prudentissimus utriusque regni Rex Jacobus, deletis Anglorum & Scotorũ nominib. & hinc subinde pullulantibus altercationibus, nihil non agit ut unius insulæ duo populi in unum coalescant corpus, tantò futurum firmius, quantò difficilius funis triplex rumpitur, ut ait Ecclesiastes c. 4. Idem hujus consilii admonuerat filium [illegible] *Basil. dor.* ne secum fratre divideret provincias regias, sed unitas sub titulo regni solius regeret. Si 22. *Septentrionalium.*

enim tria regna Septentrionalia, Sveciæ, Norvvegiæ & Daniæ, nunquam comparatis floruerunt, quam cum ab unius Regis arbitrio penderent, licet solius fœderis lege connexa essent: quantò amplius floruissent dum de firma unione, qualem Poloni inierunt primum cum Lithvanis, deinde cum 23. *Polonorum.*

Borussis. Didicerant quippe Poloni tam externis, quam intestinis bellis nihil esse divisione provinciarum detrimentosius.

Quam

Quam benè enim aberant ab extrema pernitie, cum præmissum, principum cæterorum potentissimum, regem iterum esse, & solum sceptra capessere, juberent? cujus rationem proceres ipsi in comitiis Cracovienſibus non aliò rejecerunt, quam ad distractionem principatuum, ut testatur Cromer. *lib. 6. in princ.* Nam ut primùm Vladislaus aufugientem ex monasterio spurium filium Ebigneum, cum Boleslao ad æqualem hæreditatem admittere coactus fuit, res regiæ ceperunt in deterius labi; præcipuè cum Boleslaus quatuor filiis partitò Poloniam distribuisset, & suo exemplo in minutiores portiones suam cuique hæreditatem scindendi ansam præbuisset. Vladislaus enim major natu, cum in reliquos fratres affectaret imperium, ab iis quidem dejectus fuit, sed tribus filiis reliquit Silesiam divisam, quæ hac occasione à corpore abrumpi cepit, donec neglecti Silesij à principibus Poloniæ, qui nec sibiipsis propter tenuitatem satis prospicere poterant, & contentionibus Ducum Massoviæ exacerbati Oppoliensium & Vratislaviensium Duces ad Bohemum transierunt, qui proximos Silesiæ Duces Lignicensem & Brigensem Glogovienses & Saganensem, sua tenuitate contra tantum principem sibi non sufficientes unum post alterum expugnavit & partim feudali contractu, partim proprias eorum ditiones sibi subjecit. *Cur. 1. & 2. part. Chron. Siles.* Poloni verò, postquam mutuo sese, sine superioris autoritate, impunè oppugnantium bellicas discordias & binas Thartarorum crudeles direptiones pertulissent; Gnesnæ demum An. 1295. convenerunt & ad Præmislaum rei summam detulerunt, ex quo satis benè habuerunt, & quibus ipsi divulsi prostituebantur in prædam, Cruciferos, uniti non tantum aliquot præliis superarunt, sed prorsus edomuerunt, Borussis in societatem regni receptis *Prilus. lib. 5. Stat. Polit. c. 3.* quemadmodum paulò ante recepti erant Litvani, cum Iagello reginæ simul & regno ea lege nuberet, ut ambo populi sub unius imperio æquali lege viverent. Si à Polonis placet progredi ad Moschos, æquè detrimentosa illic invenitur divisio. Nam cum Snatoslaus Olhæ sive Helenæ filius tribus filiis, Ieropelcho, Olegæ & Vladimero Russiam quæ tum longè latèque patebat distribuisset, primum incendit inter se fratrum odia, quæ postquam cum interitu duorum priorum deferbuerant & qui solus supererat Vlodimerus, magnum principatum in minutiores provincias secundum numerum filiorum dissecuerat, Suatopolcho, majori natu, novam contra fratres tumultuandi ansam porrexit, donec eousque se depugnarent & regiones in tantum subdividerent, ut post Vlodimeri, Suatopolchi filii, obitum non tantum nihil dignum memoria gesserint, sed ne à Tartarorum quidem viribus immunes se defendere potuerint. Nam ab anno 1247. quo succubuerant Bato, Tartarorum Domino, tributum dederunt cum homagio Tartaris, & sub eo jugo vixerunt donec Basilius, qui antea Gabriel vocabatur, An. 1506. Magni Ducis & Monarchæ Russiæ nomen & potestatem recuperavit, Ismael Sophy imperium suum extenderat è Perside per Mediam Cappadociam, Mesopotamia, Armeniam, Iberiam, Albaniam; Quamprimùm verò id inter filios ita divisit, ut Tamasus primogenitus Rex esset Persiæ, Armeniæ & provinciarum ad Oceanum, Eleases secundus præfectum saltem nomine teneret, Assyriam, Mesopotamiam & Babyloniam, Becramus tertius, Mediam, Iber, Albani; & mari Caspio contermina, Somtrza minimus Parthiam, primū commisit inter se fratres, quorum secundum ad Turcas deficientem, & similia meditantem tertium, Taemasus è medio sustulit, Deinde Eleasis provincias & contermina quæque Turcis oppida in prædam obtulit, cum Somitza suppetias fratri negaret, & de cætero ipse non esset sustinendis viribus Solymanni & Selymi. Nisi hæc exempla sufficere, aut si rei evidentiam pluribus indigere testimoniis putarem, ex Hispaniarum in diversa regna divulsione, quæ mauris, imò interdum etiam Gallis & Anglis aditum fecit idem demonstrarem, & noxam adjicerem, quam posteritati [illegible] intulit Alphonsus VI. Castellæ & [illegible] Rex, cum Portugaliam in notham ex [illegible] filiam Tiresiam Henrico, Guilielmi [illegible] næi filio ob fortiter repressos Mauro [illegible] tam, transferret: Sed ne ad rem nec[illegible] verbis

24. *Silesiorum.*

25. *Moschorum.*

26. *Persarum.*

27. *Hispanorum.*

verbis abutar non necessariis, ad Germanos nostros, & rationes Sevenio, ex quibus aliter fieri non posse appareat, quin certus Reipub. immineat interitus, si membra ejus detruncentur, & in varias plagas distrahantur.

28. *Tres modi divisionis.* Finge enim supremum aliquem principatum inter filios dividi; aut distrahitur in distinctos principatus, quorũ singuli sint pari potestate, aut divisi principatus administrantur ab omnibus pro rata parte ad instar unius, aut suprema jurisdictio manet penes unum, cui reliqui tenentur præstare fidem, tanquam vasalli. 29. *Quorum primus reprobatur.* Si priori modo distribuantur provinciæ, quemadmodum Ludovicus Pius testamento suo tribus filiis tria regna Italiæ, Germaniæ, & Galliæ distribuit, Ludovicus Rex Ungariæ & Poloniæ, filiabus duabus, totidem regna attribuit divisim; quod 30. *Iure Longobardorum.* jus Longobardorum vulgo vocant feudorũ interpretes *Barth. Cam. in dial. inter se & Isern. composito post. rep. & Imperialem Ioh. Thom. Murin. de genere feud. t. de feud. jur. Longob. n. 12. Rob. Marant. disp.* 2. dubium nemini esse potest, quin nervus virium in tantum diminuatur in quantum partes illæ divelluntur, in quarum multitudine unita robur omne consistit. Nec hic valet effugiũ Nicol. Bets. *in d. c. 9. de pact. success.* Fratrum & consanguineorum amorem & concordiam Rempub. non minus, quam unus, successionem redditurum unicam, inseparabilem & invictam: quoniam hoc casu fratres & subinde futuri principes prorsus in diversas Respub. separantur: quanquam ne inter fratres quidem stabilem concordiam nos sperare sinit profunda regnandi ambitio, ut paulo post subjiciemus.

31. *Divisio omnis ducit ad minima.* Divisio autem omnis ducit ad minima, quemadmodum docet Plutarch. *in lib. de fortun. Prudentiam divisam & diminutam degenerasse in artes Mechanicas ad eam faciem, qua à Promotheo, scint. Ita ignis hinc inde sparsa evanuerunt.* In *Philop.* vero exemplo fluvij, in plures rivulos diducti, aperit causam, quam propter civitates Achajæ à se invicem separatæ, nec se ab aliorum injuriis defendere, nec pomœria sua ultra oppida proferre potuerint: coactæ verò ab Arato in unum corpus totius Peloponnesi imperium affectare ausæ fuerint: quo eventu edoctus Aratus non solam Achaiam sed & totam Peloponnesum meditatus fuit in unam Remp. adunare, non aliud contra externas Tyrannides superesse remedium dictitans *Plutarch. in Agid. n. 7.* Econtrario Augustus, ut vires Herodianæ familiæ detereret contra dispositionem testamenti paterni inter tres Herodis filios regnum divisit, *Ioseph. 17. Antiq. c. 13.* quorum majorem natu Archelaum non longè post relegavit in Gallias. *ibid. c.* 15. Quidni enim valeat argumentum à præbendis ad feuda, à dignitatibus Ecclesiasticis ad seculares? *Bernhard. gl. in c. si hæredes Verb. interdicatur. de testam.* Atqui concilium Turonense, tàm de Minimis, quàm Maximis præbendis ita statuit ex utilitate Ecclesiæ. *Ut sicut in magnis, ita quoq; in minimis membris suis firmatam Ecclesia habeat unitatem, divisionem præbendarum fieri prohibemus: c. Majoribus. de prabend. & dignitat.* ex cujus c. ratione inferimus etiam ad feuda, quorum vasalli agnoscant Dominum superiorem. Nam si Ecclesiæ firmata unitas consistit etiam in integritate minorum præbendarum, oportet Reipubl. quoq; stabilimentum situm esse in integritate earum dignitatum & bonorum ex quibus ejus corpus immediatè exurgit, licet Majestati subjiciantur. 32. *Exempla Ecclesiarum.* Objicit Betsius: Si ratio boni publici admittenda, cur non militabit quoque in Nobilibus ampliora sæpè feuda possidentibus quam Comites aut Barones? Nam & eorum subditis expediet ab uno potius regi, quam multis. Cæterum Fridericus Imper. *in c. un. §. præterea Ducatus. de prohib. feud. alien. per Fred.* & Carolus IV. *in Aur. bull. c. 7. & 25.* nec non Sigismundus *in Bulla de Palat. apud Haiminsfeld. in Ration. const. pag.* 145. prærogativam hanc solis regiis dignitatibus tribuerunt, quod dividi non debeant, quia ratio boni publici ad ea tantum pertinet, ex quibus exurgit immediatè Res & bonum publicum. 33. *Cur sola regia feuda sint indivisibilia.* Imperij verò Germanici Majestas consistit in regiis Principum & Comitum non Nobilium familiis. Ex principibus enim conflatur numerus Optimatum, quibus unà cum Imperatore & Electoribus incumbit cura Reipub. Nec boni publici ratio petitur ex eo, quod expediat subditis ab uno regi, quia non habetur

betur subditorum, sed totius imperij ratio, quod destructis membris suis integrum salvumque esse nequit.

34. *Dum dividuntur status, destruuntur.* Destruuntur autem status imperij, dum dividuntur *arg. l. 1. in pr. de bon. sep. l. solent. de adim. leg. l. plane fam. ercisc. Auth. de trient. & sem. in pr. l. 2. §. novissimè de orig. jur. c. in apibus 7. q. 1.* quemadmodũ ex Pyasti familia in Silesia patet, quæ cum provincias Vladislao, Boleslai III. filio attributas in minutiores subinde particulas, pro numero heredum, divelleret, cò tandem devenit, ut pusilla illa Dominia, partim à vicinis occupata, partim præ magnitudine debitorũ aliis oppignorata, partim suapte imbecillitate collapsa fuerint, ut præter Lignicensium & Brigensium prosapiam, ejus ne vola quidem aut vestigium amplius supersit. Possem multarum qui adhuc in reliquiis vix ægrè respirant, familiarũ ex summo fastigio ad extremas angustias, delapsarum exempla in medium proferre, nisi in oculis omnium viverent, & me nullo monente, cuivis in promtu essent, adeò, ut qui aliorum exemplis sapere didicerunt principes, cum ab initio ex jure Longobardorum successerint, non d post illud mutarint in jus Francorum. Bavariam

35. *Exemplum Ducum Bavariæ ex stirpe Theodonis.* velim intuearis, quæ sub Theodone I. ab Oceano usq; ad Padum Savumq; & mare mediterraneum patebat, sed quam primum Utilo abstraxit finitimas oras inter Scaldim, Mosam & Rhenum, ibique Marchionatum Antvverpium constituit, & hujus frater Theodo Magnus tribus filiis reliquas provincias divisit, ex eo cœpit res Bojorum labi & in bella tam intestina, quam externa præceps ferri, donec supervenienti Carolo M. in universum cederet. Nam cum tota ditio, mortuo Ottone sine liberis, ad duos recidisset Tassilonem, Theobaldi, & Theoteberium. Theodonis III. filium, & hic Garibaldum filium, vivo adhuc Tassilone, hæredem reliquisset, Garibaldus, illectus absentia Tassilonis, qui suppetias iverat regi Francorum Bavariam universam occupavit, & Regem se denominavit. Ejectus verò ope regis Francorum, licet integram possessionem cessisset Tassiloni, tamen hujus nepos Theodo IV. iterum eam subdivisit, & in duas & Tassilo II. Theodonis filius, in tres partes pro numero liberorum, ex quo factum, ut divulsa provincia nec Hunnorum vires amplius sustinere, nec Francorum fortitudini pares esse potuerint, quã fortunam ex eadem causa passa est altera Bojorum principum familia, à Carolo M. propagata, donec Arnulphi 36. *Ex stirpe Caroli M.*
Imp. hæredes tota ditione exuti fuerint, ab Henrico Aucupe, & Ottone I. qui Heinricum Rixosum fratrem Ducem Bavariæ creavit. Tandem per varias vicissitudines, postquam Otto Major, Ottonis Comitis Schirensis & Wittelsbachij ex Arnolpho ultimo Bavariæ rege oriundi filius, vicinis provinciis, partim auro, partim infiscatione, partim beneficio Imperatorum, acquisitis sese locupletarat, proscripto Henrico Leone, Dux Bavariæ iterũ creatus est à Friderico I. & Ludovvicus filius eidem successor confirmatus ab Henrico VI. 37. *Ex stirpe Ottonis Vittelsbacii.*
cujus filio Ottoni, partim Friderici II. decreto, partim jure uxoris (duxerat enim Gertrudem, *ut Henning. in Geneal. Duc. Bav.* aut Agnen, *ut Aventin. in hist. Bavar. nominat,* Henrici Palatini ad Rhenum filiam, Henrici Leonis nepotem,) accessit Palatinatus Rheni, quas provincias duo eius filij ita inter se diviserunt, ut Ludovvicus primogenitus, Dux esset superioris Bavariæ, & Palatinus Rheni, Henricus verò Dux Bavariæ inferioris, qui moriturus testamento cavit, ne filiis, terras, dividere liceret, & ut minores natu majoribus obedientes essent: Et licet nepotum ejus alij Comites Andechsianos, alij Marchiones Abacenses & Comites Wasserburgios sese denominarent, particularibus contenti provinciis, caput tamen principatus, seu Bavariam integram primogenito Ottoni, eiusq; filio Henrico Natterbergensi, cesserunt, à quibus mortuo Iohanne Ottonis ex fratre Stephano Nepote, devoluta fuit ad Ludovvicũ Imperatorem, Ludovvici, quem Henrici fratrem extitisse diximus, filium, uniusq; Bavariæ iterum unum Dominum factum. Is mortui fratris, quem in exilium egerat, liberis, Heidelbergensem & Ambergensem tractus cum prærogativa Electorali, restituit, Bavariam, suis filiis pari imperio regendam tradidit. Quia verò Ludovvicus major natu, occupatus erat, in uxoris Margaretæ Maultaschinnæ, hæreditate acquirenda Ducatu sc. Carinthiæ & Styriæ Tyrolisque

liisque comitatibus, & Electoratum Brandeburgensem, quo à parente Imperatore ditatus erat, resignarat fratri Ludovvico Romano, qui ab eo delapsus est ad Ottonem sextum fratrem, Wilhelmus verò in matris hæreditatem, Hollandiæ, Zeelandiæ, & Phrisiæ comitatus succedere nitebatur, eiusq; successionem excipiebat Albertus frater ex testamento Patris, solus Stephanus Fibulatus, ex sex fratribus retinuit Bavariam, quam à tribus filiis pari & indiviso imperio regi voluit. Nec intra proximos 17. annos quicquam actum fuit inter eos de divisione: Postea verò, ut est instabile & contentionibus infinitis obnoxium multorum indivisum imperium, Stephano maiori natu assignatus fuit tractus Ingolstadiensis, Friderico Landshutensis, seu Bavaria inferior, Iohanni Monachiensis, seu Bavaria superior, eo successu ut Stephani filius Ludovvicus statim Iohanni patruo bellum moveret, ejusq; liberos, Ernestum & Wilhelmum Monachio ejiceret, & Friderici filius Henricus Ludovvico etiam cruentas manus inferret; quem cum in carcere necasset & filius eius Ludovvicus sine hæredibus patris à se perditi manes sequeretur Henricus Landshutensis totã hæreditatem Ingolstadiensem ad se rapuit, unde iterum instabat cruentum bellum, nisi Albertus Pius pacis publicæ causa, injuriam dissimulasset, ad cujus tamẽ hæredes iterum tota Bavaria relapsa est, mortuo Georgio Landshutense Henrici nepote sine masculis. Decreverat autem Albertus Pius, ad vitandas dissensiones, ut duo ex filiis majores natu simul provinciam gubernarent, nec tamen bellum præcidit, quod cedentibus ab Imperio, Iohanne & Sigismundo, actum fuit, inter Albertum & Christophorum, qui Landshutum fratri extorquere conabatur. Albertus iterum divisit superiorem Bavariam ab inferiore, Ludovvicum & Wilhelmum iis præficiens, cum Ernestus sacris esset initiatus, sed Ludovvico cælibe mortuo, recidit integra possessio ad Wilhelmum à quo tranquilla & florens transmissa fuit. Viceversa verò, cum in Palatinatu & Electoratu primogenitus ejusve hæredes, aut cui ius suum primogenitus ultrò cedere vellet succederet, inde usque à Rudolpho, ad Fridericum IV. nullis hæredum bellis quassata fuit provincia, sed quam ab initio Rudolphi Balbi filij tenuem & angustam ex manibus patruelis receperant, concordi successione adeò ampliarunt, ut familia Palatina nulli principum in Germania hodie vel amplitudine, vel virtute, vel cultura cedat, ad quem felicitatis apicem procul dubio non aspirasset, si Fridericus Bellicosus, aut Iohannes Casimirus unitas provincias dirimere, & pupillis suis, Philippo & Friderico, jus primogenituræ præripere aut parem saltem suis liberis successionem acquirere voluissent. Cæterum, sicut filij Ruberti Imperatoris Fridericus Ambergæ & Stephanus Comitatus Veldentij, &c. Dominio contenti, Ludovvico Barbato fratri Electoralem dignitatem, cum eò pertinentibus provinciis cessissent: ita Friderico Bellicoso satis fuit condidisse suis hæredibus comitatum Lennensteinensem, quod jam tum Aurea bulla Caroli IV. vetaret Electorales principatus dividere & nominatim Palatinatum Sigismundus Imper. *in Bulla de Elect. palat. publicata à Marq. Freher.* Eodem tempore, quo in Wittelsbachium Bavaria collata est à Friderico I. & à Friderico II. adjectus Palatinatus Rheni, Bernhardo Anhaldino Ducatus Saxoniæ assignatus fuit, sed quam dispari eventu? Vix est, ut hujus reliquias in Lauvenburgensibus Ducibus, & principibus Anhaldinis conspiciamus. En quò divisio divulsas adegit familias.

38. *Indivisio causa quietis in Palatinatu Rheni.*

39. *Exemplum Anhaldinorum.*

Nam dum à se invicem separantur provinciæ, non possunt non magis magisque debilitari, quemadmodum cauda disrumpi non potest, si pili simul prehendantur, sed si carptim vellicentur, nulla vis tam exigua est, quæ singulis frangendis non sufficiat. Austriacorum potentiam jam eò deduxerat Leopoldus VII. emta Syria & acquisitis plurimis imperij feudis, ut non tantum domi tutus esset, sed & Vngaros & Sarracenos bello lacessere auderet. At cum tam ampla hæreditas provoluta esset, ad neptem Margaretam & proneptem Gertrudem interque utriusque maritos divisa, quid ibi non mali passa est Austria ab

40. *Austriacorum.*

Vngaris, Bohemis, Misnensibus, Bavaris? donec Rudolphus Imperator eam in Alberto Filio & Elisabetha Gertrudis nepte iterum uniret. Mox cum Alberti I. Imp. filij hæreditatẽ vicissim dividerent, & universa ditione ad duos Albertum & Leopoldũ, qui ad Sempachium occubuit, tandem redacta, & hujus portionem quatuor filij de novo inter se partirentur, Sigismundus Leopoldi ex Friderico filio nepos eò ab Helvetiis redactus est, ut, quas præ impotentia virium tueri non poterat, provincias Carolo Burgundo septuaginta millibus aureorum vendere cogeretur. Hic enim solet esse exitus divisionis, ut aut à vicinis invadantur imminutæ provinciæ, aut à principibus ipsis exhaustæ sub onere exactionum deficiant. Tenetur enim quisq; injurias suis illatas, vi & armis propulsare; tenetur uxorem regiè alere, & liberos ditare, prout principem decet. Quin etiam sui ordinis hominibus nemo mortalium libenter cedit aut inferiorẽ se gerit, nedum principum, quorum animi ad altissima quæq; nativo quodã errore efferuntur. Cum verò tanto sumtui non sufficiant, si vel Scotadis Thessali hæredes essent de cujus divitiis magna prædicant Plut. *in Cat. M.* Scholiast. Theocr. *Idyl.* 16. Plut. *de cupid. divit.* quid superest, nisi ut obæratas provincias creditoribus cedant, in detrimentum non tantum familiæ, sed etiam imperij, cujus membra sunt. Ita Ducatus Styriæ & Carinthiæ, nec non Comitatus Tyrolis & Goriciæ transierunt in possessionẽ Austriacam, cum Albertus & Meinhardus fratres Carinthian Tyrolin & Gorician inter se partirentur, & Alberti tres filii iterum Goriciæ comitatum & Carinthiæ palatinatum subdividerent Exhaustæ enim provinciæ bellis contra Venetos & Ludovvicum Brandeburgensem gerendis, quibus ferendis non erant, & præcipuè cum Meinhardus Alberti filius, filiæ Catharinæ, Iohanni Bavariæ Duci elocandæ, ampliorẽ facultatibus suis dotem stipulatus esset, brevi intervallo cesserunt Austriæ Archiducibus. Partem etiam admercatus est Episcopus Salizburgensis ab Alberto, Alberti filio. Ita Leopoldus Victoriosus Archidux Austriæ, emit Styriam à genero Sigismundo, Simplex Archidux, quos defendere non poterat Helvetiorum agros vendidit Carolo Burgundo: Otto Major Comes Schirensis & Wittelsbachius emit comitatum Dachaviensem 18. libris auri ab Vthilde, Conradi Comitis immatura morte prærepti, matre, consentiente Arnulpho patruo: Ita Otto Ludovvici Bavari Imp. filius Marchiam Brandenburgensem distraxit: & precium cum Gretula, Molitoris uxore, consumsit: Comitatus Geldriæ procul dubio direptus fuisset à creditoribus nisi Comes Mercatoris Mechliniensis soceri sui beneficio fidem liberasset: & quis posset Comitum omnium numerum recensere, qui bona sua vicinis principibus imò etiã oppidis & Nobilibus, vel oppignorarunt, vel vendiderunt eò quod ad nihilum longa prædiorũ distractione redacti essent? Distractis autem provinciis, ecquid familiæ superesse queunt? Pereuntibus verò membris ecquid Resp. sarta tecta stare? Nam quod quidã putant, hic agi tantum de commodo privato seu conservatione familiæ & ejus intuitu non esse tantum præjudicium liberis, secundo genitis inferendũ, id ita se non habere, facilè adverterint, si causas accuratius intueri voluerint. Fieri quidẽ vix potest, ut, quod prodest publicè, non prosit etiam privatim, ideoq; integritas provinciarum redundat in privatum usum familiæ, sed eum usum non spectabit legislator, qui caput hæreditatis uni tantum attribuit, verum utilitatem publicam primò, privatam secundò promotam capiet. Nam familiæ, quibus indivisio principatuum imperatur, non sunt nisi regiæ, *d. §. præterea Ducatus. c. un. de prohib. feud. alien. per Frid.* ex quibus exurgit Imperij Majestas, & eligitur Imperator. Toties igitur decedit publico, quoties decedit aliqua ex his familiis: quoniam privatæ non sunt, sed Remp. immediatè suis humeris fulciunt, Nam si Vlpian. *publicè interesse* dixit, *ut ordinum dignitas familiarumq; salva sit, l. 1. §. Sed & si sersum 13. de inspic. Vent.* quantò magis publicè interest, ut publicis familiis sua constet integritas *arg. eorũ quæ tradit Paul. à Castr. cons.* 189. *l. 1. Lud. Molin. lt. 1. c. 11. n. 6. de jur. primog.* Præterea, cùm familiæ per varias vicissitudines mutẽtur, principat⁹ verò sint immortales, hac lege nõ tã spectatur familiæ unius propagatio, quam

41. Divisa provinciæ ut pereant.

42. Exempl. Ducat. Styr. & Carint. Item Comit. Tyrol. & Goric.

43. Quam multa provincia vendita.

44. Divisionis prohibitio spectat non tam familiarum, quam totius Reip. conservationem.

quam principatus, cui præest, integritas: Potest enim sine Witckindi, aut Pipini familia salva esse Respub. sed non sine provinciis, in quibus diversæ familiæ sibi invicem succedunt, & lampada tradunt. Cum verò provinciæ & membra imperij illibatam suam non servent integritatem, nisi præscripta ab imperij arbitrio unitate contineantur, facilè condescenderunt Imperatores in pacta earum familiarum, quæ provinciarum suarum unionem inter se concluserunt & jus primogenituræ inde extruxerunt. Inter privilegia domus Austriacæ & hoc confirmatum fuit ab Imperatoribus: Daß der Elteste unter den Hertzogen die Herrschafft deß Landes haben soll / vnd nach jhm sein ältester Sohn erblich / vnd daß diß Hertzogthumb nimmermehr soll getheylet werden. *Constit. Fred. I. & II. & Caroli V. apud Cuspin. in Austr. Heinensfeld. in rat. const. Imp. post Carl. V. Munster. lib. 3. Cosmogr. c.* 406. De Henrici Ducis

45. *Privilegium domus Austr.* Bavariæ testamento jam suprà diximus: De unione Wilhelmi Ducis Iuliacensis & Bergensis Comitis Ravenspergensis, & Iohannis Ducis Clevensis & Comitis Marchiæ pleni sunt libri eorum, qui de successione Iuliacensi disputant. Convenerat enim inter eos *An.* 1496. de arcta quadam confœderatione, in qua quidem successionis nondum fit mentio, ut ex his verbis patet: Daß wir vns mit gantzen wahren vnd vesten trewen gelobten Freundschafft vnd Gunste/glimpfflich/freundlich/ vestiglich/ erblich/ ewiglich / vnd jmmermehr zusammen gedeien / vereinigt/ verstrickt vnd verbunden/ denn vns zusammen verstricken vnd verbinden/ over mitz diesem Brieff gäntzlich vnd vnverscheidenlich beyeinander zu bleiben / so dat vnser ein

46. *Unio Iuliacensis.* von dem andern Rath/ Trost Hülff vnd Beystandt han / vnd ein dem andern dienen soll / als mit klarem Vnterscheid hierin beschrieben vnd geklert folgt. Cæterum pacta posteriora & statuta Iuliacensium expressè determinant. Daß die Fürstenthumb vnd Land Gülich Cleff vnd Berg/ Auch Marck vnd Ravensperg/ allezeit so lange die succession Hertzog Wilhelms zu Gülich/ꝛc. Erben vnd posteritet in absteigender Lini wehren vnd verhanden seyn würde / zusammen Miterb/ vnd gäntzlich beyeinander vngesondert vnd vnzertrennt bleiben sollen: in quo sensu etiā à Ferdinando & cæteris Imperatoribus confirmata sunt, nec id negare denique possunt, qui in favorem Bipontini Ducis & Marchionis Burgaviensis unionis vinculo connexas provincias separari posse disputant.

Causam minoris omnium optimam assignat Maximilianus in confirmatione: Damit die Hertzogthumb vnd Grafschafft / dieweil etliche Güter derselben / an ander Ende fallen möchten / nicht zertrannt / noch Vns / noch dem Heyligen Reich / deßhalben also nützlich vnd wol gedient würde: quæ certè causa ex utilitate publica petita est. Hæc eadem perculit Ioachimum Fridericum Electorem Brandeburgensem, ut patris testamento, quo Novam Marchiam cum Ducatu Crosnensi, Dominiis Corbusiano, Sternbergensi &c. Ernesto ex Anhaldina secundò genito adscripserat, derogaret, & cum reliquis Marchiæ provinciis prædictas in unum corpus redigeret: fratribus verò duobus natu majoribus Ducatus Franconicos, in recompensationem, traderet: Nec non Henricum Iuniorem, qui cum unione provinciarum etiam jus primogenituræ primus in eam ducatus Brunsvvicensis partem introduxit, quæ ipsi tū obediebat, à Lunæburgensibus & Grabenhagensibus distincta, idq; de consensu & confirmatione Caroli V. Imp. cum consensu fratris Wilhelmi quod testamento Iulii pacifici postea confirmatum in consuetudinē per trium principum Iulij, Henrici Iulij, Friderici Vlrici, continuam successionem vertere cepit. Ex quo tempore quantum vires sumserit provincia, malo ex effectu quisque quam nudis verbis cognoscat. Ecquid enim Philippus Landgravius Hassiæ ditione avita potuisset ejicere Henricum hunc Iuniorem, nisi hic divisas, ille unitas possedisset provincias. Nam cum Wilhelmus ad Lanum, qui primus adjecerat comitatum Cattimeliboc ēsem, Wilhelmum minorem natu scripsisset hæredem & hujus frater Wilhelmus primogenitus Cassellis sine liberis decederet, tres disjunctæ provinciæ reciderunt in unius Philippi Wilhelmi filij, potestatem, cujus potentiam vel ipse Carolus V. timere coactus fuit. Nam Brunsvvicensem Ducem regione depulit, Monasteriensem seditionem

47. *Statutum Brandenb.*

48. *Stat. Brunsvvicens.*

compescuit, & Ducem Wirtebergensem Vlricum, ab Austriacis exclusum, restituit. Nec

49. *Potētia principū ex unione provinciarum an noxia sit imperio.*

est quod ex unione provinciarum nimis magnam alicujus principis timeamus potentiam, quemadmodum Clemens IV. cum investiret Carolum I. de regno Neapolitano has conditiones adjecit, *ne Lombardiā, Tusciam aut regnum Imperium ve Rom. cum eo conjungeret* quod cum faceret Carolus V. solemni bulla in comitiis Francofurtanis de jure suo & contractu priori protestatus est Leo X. Cum enim Henricus II. Rex Anglorum, dimidiam ferè Galliarum partem, partim successione, partim pactis matrimonialibus obtinuisset, nec ipse nec successores ejus Regibus Gallorum debita servitia satis submissè exhibuerunt. Quantas turbas dederit Imperio Henricus Leo cum Bavariam, Saxoniam, Westphaliam, Holsatiam, Brunsvvicensium & Lunæburgensium, ubi posteritas ejus adhuc dominatur, terras, uno imperio premeret, notum est: Notum itē, quod Fridericus Bellicosus Dux Austriæ, cum coronam & diadema regium rapuisset, obsequium Imperio detrectaverit, & exercitum Imperialem ad Fulnam fuderit. Notū quod Bullionæi, regno Portugalliæ à regibus Castiliæ donati licet fidem subjectionis dare & curiis interesse cogerentur, obedientia tamē se sensim subtraxerint, & armis etiam in libertatem asseruerint, cum Dionysius Rex Portug. VI auctus accessione regni Algarbiorum ex dote materna, Castellanis obedire apertè negaret. Cæterū potentiæ numeroq; provinciarum modum præscribet eadē Majestas, quæ legem unionis tulit seu universalem, in publico bono fundatam, consuetudinem cōfirmavit. Nam *ut sect. 9. subjiciemus*, non id agitur, ut omnes provinciæ cōgerantur in unum, & deleantur discrimina præcipuarum familiarum, sed ut ducatus singuli, certis terminis definiti integri maneāt, prout Roland. de Valle tradit *cons. 80. num. 14. Vol. 1.* scilicet non obstante prohibitione Friderici *in d. §. præterea ducatus.* solo unionis vinculo colligatas regiones jure posse dividi.

50. *Pacta principum de successione quatenus subeāt.*

arg. cap. Vacante de prabend. & dign. Nec enim quævis familiarum facta in præjudicium tertii valent, sed quæ conveniunt constitutioni Majestatis aut consuetudini receptæ: ut plurium autoritatibus probāt. Tiraq. *de retract. lign. §. 11. gl. 6. n. 24. 25. §. 26. n. 3.* Rosenth. *de feud. c. 7. axiom. 53.* Grass. *in §. legat. n. 19.* Gail. 2. *obs.* 116. & 127. Mynss. *cons.* 10 *n. 39. cons. 32. n. 21. cons. 49. in fi.* Knichen. *ad privil. Sax. c. 2. & 3.* Chopin. *de doman. Franc. li. 3. t. 6 n. 59.* Oldend. *class. 4. Act. c. 7. de Emph. in fin.* successionem autem primogeniti in Regnis cōfirmasse immemorialem consuetudinem *sect. Seq.* dicemus: in feudis verò regalibus divisionem prohibuit Fridericus Imp. *d. §. præterea Ducatus,* ita, ut qui indivisionem & successionem unius in suos principatus, per pacta inducunt, nihil inducere videantur contra leges & consuetudinē.

51. *Princeps & consuetudo possunt ius suum tertio, intuitu utilitatis publicæ adimere.*

Principem verò & quæ hujus potestati æquivalet, consuetudinem posse jus tertio, intuitu utilitatis publicæ, prævertere & adimere, extra controversiam est. *Dd. ad c. quæ in Eccl. de const. Dd. in l. Item si verberat. de rei vend. in l. Lucius. de evict. gl. & Dd. in l. fin. C. si contra jus vel util. publ. ubi Ias. & in l. Barbar. ubi tex. nu. 24. de offic. prator.* Gail. 2. *obs. 56. n. 3.* Mynsing. 5. *Cent. obs.* 79.

52. *Et suspendere.*

Multò magis verò ad tempus suspendere, majori cum fœnore aliquando recuperādum, ut ex communi sententia asserunt Grass. *de success. q. 19. n. 15.* Rosenth. *c. 7. q. 19 in gl. lit. Ex.* Nam dum Imperator legitimat, spurium ad successionē feudalem existentibus legitimis heredibus annon jus ferè acquisitum suspēdit? Quin id tamen possit non dubitant *gl. in §. Naturale. si de feud. defunct.* Vbi Bald. *in 7.* Alvar. *nu. 4.* Præpos. *c. 4.* Gail. 2. *obs. 142. n. 14.* Rosenth. *d. q. 19. n. 28. & q. 46. nu. 5.* Forst. de success. *li. 6. c. 20. n. 4.* Iap. *c. 1. n. 66. de constit.* Covarr. 3. *Var. resol. c. 6. nu. 2. & 3.* Nec enim jus suum cuiquam auffertur in hoc casu, sed quod per divisionem diffluxurum erat, unione conservatur, donec præmortuis proximioribus successoribus, integrum redeat ad posteritatem secundo loco vocatorum, quemadmodum regnum Galliæ per Vallesios post annos trecentos paulò minus devolutum est ad Borbonios. Licet igitur pacta de successione acquirenda non valeant. *l. stipulatio hoc modo. de verb. obl. & l. pactum quod dotali. C. de pact. l. ex eo. C. de inut. stipul.* non tantum ad evitandum inhonestum votum captandæ mortis, *d. l. pactum. & l. ult. C.*

ult. C. de pact. aut quia pactum non est modus acquirendi hæreditatem jure Civili *l. hæreditas. 5. C. de pact. conv.* aut quia pacto voluntas alicujus constringi non potest, quæ libera debet esse ad extremum vitæ, *d. l. ult. C. de pact. l. si quando 38. C. de inoffic. testam.* sed etiam quia pacta contra constitutiones principum sine privilegio nihil operantur. *l. pacta quæ. 6. l. licet 19. C. de pact. Leo const. 14. ubi: Statuimus ne filiorum.* & reipubl. non expedit jura successionum cujusvis arbitrii incertitudini subjici, quoniam *jus publicum* Harmenop. κατὰ ψιλὰς: *privatorũ pactu mutari non potest: l. jus publicum 38 ff. de pact. l. Neratius. 20. de relig. & sumt. fun. l. quod bonis. 15. ad l. Falcid. Leo. d. const 19.* Tamen quæ Lex ipsa ordinat, seu quibus non repugnat, ut sunt pacta de conservãda successione, sive in emancipatione *§. fi. de legit. agn. success. Inst. l. fin. C. de emancip. l. ber. Corras. li. 6. Misc. c. 9.* sive dotalitiis tabulis, *Gomez. ad l. 22 Taur. n. 19. Heig. li. 1. q. 23. n. 17.* de iis disponendi facultas nemini adimitur, quemadmodum Collegiis potestatem facit Lex, pactionem, quam velint, sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. *l. fin. ff. de colleg. l. 1. §. 1. l. Item eorum in pr. 6. Quod cujusq. univers. nom.* quam potestatem ex legibus Solonis fluxisse Cajus autor est *in d. l. fi.* & Plutar. *in Sol.* Unde tàm in Gallis, *Masuer. in prac. for. Papon. 20. Arrest. 2. Arr. 1, Bodin. lib. 1. de Rep. c. 2. Tiraq. q. 7. de primog. in pr. Aufrer. in decis. Thol. 452. Benedict. in cap. Raynut. verbo duas habens villas. n 197. & seqq. de testam.* quam Germania, *Wesenb. in tit. l. pactũ. 15. nu. 7. C. de pact. Zas. in l. stipulatio hoc modo. de verb. oblig. cons. 1. lib. 2. Hottom. cons. 1. & 72. lib. 1. Borcholt. part. 1. cons. 13. 9. 2. per text. in l. divi. vers. pactis C. de natur. lib. in l. sciente. C. de pact. dot. in c. 1. de filiis natis ex matrimon. ad Morgan.* & Hispania *Lud. Molin lib. 3. primog. c. 2. n. 23. Burgos de Pac. in proæm. ll. Taurin. nu. 98. & seqq.* pacta de successione conjugum, & familiarum passim invaluerunt, & ut ait Dioclet. *in d. l. licet. C. de pact. principalium constitutionum prompto favore firmata sunt,* puta quoad ea, quæ videbantur à juris communis dispositione aliena. Quemadmodũ Vladislaus Bohem. Rex & Maximilianus I. Imp. sponsionem fecerant de successione mutua si quã alterutrius stirps mascula deficeret, quæ statim in actum deducta fuit, cum Ludovvicus Vladislai filius inprohib. Mosatiensi occideretur Item S. Olaus Norvveg. & Canutus M. Daniæ Rex, ex qua post Canuti III. obitũ, successit in Dania magnus clari filius: Itẽ Marchiones Brandeburgenses cum ducib. Pomeraniæ & Megapolitanis de successione cõiaxerunt, & Hermannus Landgravius Hassiæ An. 1373. pactus est cũ Friderico Balthasare, & Wilhelmo Lãdgraviis Thuringiæ, ut altera familia alteri, deficientib. masculis, succederet, quod fœdus An. 1433. inter Ludovvicũ & Lãdgravios Thuringiæ, jam ad Electoratũ evectos, cum is Annã Friderici I. filiã duxisset uxorem, renovatum est & in fraternitatẽ An. 1457. adoptati Marchiones Brandeburgẽses, cum accessisset cõfirmatio Imperatoria Friderici III. 1471. sine qua putant Icti stipulationẽ, quippe ad excludendas fœminas & cõtra rationes juris in præjudicium Domini directi introductam nullius fuisse momenti. *Zas. cons. 1. lib. 1. Hottom. d. cons. 1. libr. num. Schurff. cons. 8. lib. 1. Bodin. 1. de Repub. c. 2. in fin. Mol. 1. prim c. 6 & 7.* Si verò nihil statutum inter eos fuerit contra jus publicum & per consi. in præjudicium tertium, unicuiq; licet rei suæ legem dare in quo consistit ratio Dominij. *l. in re mandata C. mandati c. Eos qui per sæcum. 1. q. 1.* & hoc Imperialis Majestas permisit. *l. ult. in fin C. de ll.* & qui legis autoritate munitur, nõ opus habet peculiari confirmatione principis, *Suar. in rep. l quoniã in prior. 2. lim. ad l. fori. n 17. C de inoffic. test. Ferd. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 26. n. 95. 96.* quia facultas legis facultati principis æquiparatur, *Auth. licẽt sine legit. C. de nat. li. Tiraq. in rep. l. si unquã. verb. donatione largi. n. 226 C. de don.* cujus viva vox est lex. *Auth. de cõsulatu fi. col. 4. l. si arrogatur ff. de adopt.* & precib. non indiget cui jus cõmune suffragatur. *l. Imperatores. 30 de reb. aut jud. cum concord.* Iã verò non tantum longo usu derogatũ est juri Longobardico, per jus Francor. quod alii nominant Salicũ, sed & Fridericus peculiari constitutione æqualem fratrum in feudis Regalib. successionem prorsus sustulit, ita ut pacta de unione ducatuũ nihil cõtineant vel à consuetudine, vel à lege diversũ.

53. *Pacta voluntates liberas constringentia, aut cõtra Const. PP. nihil operãtur.*

54. *Quando valeant pacta familiaris de successione.*

55. *A quibus in usũ recepta.*

56. *Confirmata ab Impp.*

57. *Modo nõ sint contra ius publ. & tertij.*

58. *Precibus non indiget cui ius commune suffragatur.*

Quod

Quod attinet consuetudinem feudorum, licet controversiæ feudales, quando de jure ex quo decidendæ sint, non constat, revocandæ sint ad jus primævum, quod introduxerunt Longobardi, *Laurent. Silvan. de feudi cognit. q.1. nu.57. Maraut. disput.2. Thom. Martin. de gen. feud. t. de feud. jur. Francor. n.6. & 7. & t. feud. juris Longobard. nu.12. & seqq.* & feudum dum est incertum, præsumatur Longobardicum *Afflict. c.1. §. præterea ducatus, num.13 vers. quintò quaro. de prob. feud. alien. per Frid.* prout quæq; consuetudo qua reditur ad jus commune latè interpretanda est, *l. si unus 27. §.3. vers. Quod & in specie. de pact. cap. ab exordio dist. 35. gloss. in c. statutum 3. verb. numerandum. de prabend. in 6.* Tamen lex posterior excludit priorem & consuetudo subsequens absorbet præcedentem, quemadmodum Lotharij & Côradi autoritate, successiones mutatæ, & alienationum plures formæ prohibitæ sunt, *c.1. §. Cum verò Conradus, ubi substituit Hottom. Lotharium. de his qui feud. dare cap. un. in pr. de probib. feud. alien. per Lothar. Hottom. de feud. lib.3.* Nam cum Carolus subigeret Longobardos in Italia jus quoque Francorum bellum movit Longobardico & cum illud expugnare non posset, parem sibi vendicavit autoritatem, ita ut rectè notaverit: Crusius *in Annal Suec. part. 1. libr.12. c.4.* Introductum fuisse in Italiam legem Salicam sive jus Francicum, atque ita triplici tunc genere legum Italiam vixisse: *Romano, Longobardo, Salico* & profitendum cuique fuisse, qua lege vellet vivere, atque ex ea illi jus dictum fuisse, perinde ut in Poloniam, Moraviam, & Silesiam insinuavit se jus Magdeburgense seu Saxonicum, ex quo, pro optione petentium controversiæ perinde dirimebantur, ut ex regis aut Municipali, quod in plerisque ducatibus & civitatibus Saxonicum de novo expugnavit. Suffragatur enim Sigon. *libr.8. hist. Ital.* & legum varietatem probat exemplo Mariæ, vel Mathildis, quæ Bonifacio Marchioni Ferrariæ nupsit & traducta in legem Longobardicam ex Romana, tributis suis in Ecclesia Mutinensi sic subscripsit: *Maria, qua professa sum lege vivere Romana, sed nunc pro ipso viro meo lege Longobardorum vivere videor, qui professus est ex natione sua, vivere lege Longobardorum.* Vnde apparet consuetudinem Francorum post Caroli M. & Ludovvici Pij in Longobardos imperia, æquali successioni in feudis permultum detraxisse, adeo ut *in c. un. de nat. success. feud.* licet *in fin.* reducatur consuetudo Longobardica & proximiores lineæ omnes ex æquo vocentur: tamen manifestè, præsupponitur feudum in divisione ad unum posse pervenire, & côsequenter in tota illa stirpe eo modo per unius possessionem, exclusis reliquis omnibus deduci, quod tantum abest, ut improbetur, ut potius non prius ab ejus unius stirpis possessione avelli posse feudum statuatur, quam decesserit quis nullo relicto filio. Tum enim suopte impetu res recidit ad nativam indolem.

59. Ius feudale dubium, explicãdum ex Longobardico.

60. Consuetudo posterior tollit priorem.

61. Triplex ius in Italia.

Ius Salicum expugnavit Longobardicum.

Quod verò consuetudine sensim introduci cepit, Fridericus Imperator, aperta lege confirmavit, cujus hic tenor: *Praterea ducatus, Marchia, Comitatus, de catero non dividatur: aliud autem feudum si consortes voluerint dividatur: ita ut omnes, qui partem feudi habent jam divisi, vel dividendi fidelitatem faciant. c. un. §. praterea ducatus de prob. feud. alien. per Frid. Alber. col. 4. vers. sed si.* Non solum enim dignitatem indivisibilem facit Imperator, aut jurisdictionem Ducalem *Alberic. in dict. verb. feud. Boer. q. 204. n.27. Rubeus cons.133. nu.5. Rosenth. c.9. q.56. Bets. c.9. de jur. primog.* sed apertis verbis nominat feudum ipsum, quod hoc complecti provincias & bona ipsa ex subsequentibus facilè est colligere. Quod enim addit de parte feudi divisi vel dividendi, ecquis aliter quam de reipsa, quæ in feudum datur, interpretari potest? Accedit quod indivisionem feudi regii, opponat divisioni feudorum aliorum. In oppositione autem non debere mutari significationes vocabulorum, ex Logicis didicimus, quia super æquivoca aut diversum significantia, nisi ad certam significationem figantur, non fundantur opposita. Divisio verò feudorum permissa est, non secundum jurisdictionem aut dignitatem tantum, sed secundum rem ipsam feudalem, & proinde secundum eandem prohibetur in Regalibus. Ne interim obiter adjiciam, quod paulò post tutius deducendum erit,

61. Explicatio constitutionis Friderici.

63. Feudum illud designat provincias.

erit, quantis turbis implicatum sit imperium, si feuda maxima possideantur pro indivisis, sive quoad reditus sive quoad jurisdictionem. Absurda verò interpretatio ubiq; vitanda. *l. cum debere. de serv. urb. præd. l. nam absurdum. de bon. libert. l. scire oportet. §. aliud de excus. tutor.*

64. *Instantia solvitur.* Quod verò argumentum contra communem interpretationem *d. §. præterea.* petat Nicol. Betsius *in d. c. 9.* ex vocabulo *consortium*, inquiens: *Non posse consortes dici ejus rei cujus jus omne & dominium unum sp. ctat: Esse verò legis mentem hauriendam ex iis quæ præcedunt & sequuntur:* duplici nomine nihil probat. Nam subsequens oratio explicat priorem, nisi contrarias contineant dispositiones & posterior removeat priorē, quemadmodum hoc casu consortes quidem nominat Imp. sed in feudis moribus tantum, quæ quia dividi possunt cõsortes admittunt. Malè verò hinc infertur: Consortes nominantur in feudis divisibilibus: Ergo iidem locũ habent in indivisibilibus. Indivisibilitas enim cõsortium excludit. Deinde licet consortes nominentur etiam in feudis divisibilibus, nihil tamen ne sic quidem concluditur cum ita nominarentur respectu antiqui juris & quia in puncto quo per legem repelluntur consortes erant, licet consortes esse desinant, ex quo feudum transit ad unum tantum. Vtrum porrò ex indivisione, quam *ex d. § præterea.* tantum conficere laboramus, sequatur jus primogenituræ, *sect. seq.* deducemus. In observantiam statim lex Friderici deduci non potuit, fateor, prævalente inveterata consuetudine. In Italia & Alemannia *ut testantur Vrad. cons. 237. Ver. Verum. Ioh. Andr. in add. ad spec. de feud. in fin. addit. magn. Matth. de Affl. in t. not. §. præter. Zas. in E. it. feud. part. 9. de feud. alien.* dũ adhuc hodie magni principatus in libros æqualiter distribuuntur: pler q; tamen boni publici favore, & familiarum suarum studio admoniti, ultrò locũ dispositioni Friderici fecerunt, ut paulò ante ex Bavariæ, Brunsvvicensium, Iuliacensium Ducum, Marchionum Brandeburgensium pactis conventis ostendimus. Megapolitani & Pomerani, etiamsi ditiones in duas partes divelli consenserint, plures tamen duobus principibus non admittunt, Hispani quàm tenaciter indivisionem feudorum regalium observent generali cõsuetudine testantur illi, qui in causa comitatus Valentiæ scripserunt contra Rhod. Zuar. *Ant. Gomez in l. 40 Taur. n. 11. Lud. Diol. lib. 1. de Major. c. 11. n. 16. & seqq.* in qua causa in supremo Vallisoletano conventu tandem pro indivisibilitate ex more regionis pronũciatum fuit. Ex cæteris plæriq; secundogenitis finitimas & aliunde per matrimonia acquisitas provincias tribuunt, caput rei sibi retinent, quemadmodum Iohannes Fridericus, Dux Wirtebergensis nuper cum fratrib. convenit, & Bipontini hac eadem ratione abscesserunt ab Electoratus Palatini ditione, cum Stephanus Ruperti Imperat. filius Annam Friderici ultimi Comitis Veldentiæ, filiam duxisset, & socero in comitatu successisset, 1410.

Ex quibus omnibus patet feuda Regalia per constitutionem Friderici facta esse individua, *Schenck. libr. 1. feud. c. 31. §. præterea ducat. pag. 535. Vult. lib. 1. de feud. cap. 8. nu. 16. Gail. 2 obs. 153. Cujac. & Gothofr. ad d. §. præterea Ludov. Molin. de jur. primog. lib. 1. c. 3. n. 6. c. 11. per tot. Zas. cons. 20. n. 3. & seqq. libr. 2.* quod jam antea per consuetudinem Francorum invaluerat & adhuc hodie apud Gallos plerosque Anglos & Scotos non tantum in majoribus, sed & minoribus feudis observatur. 66. *Feuda regalia esse indivisa.* Vtrum autem Imperatori ea potestas competat, sacrilegij instar esset dubitate velle, cum successio feudalis non dependeat ex pacto *ut disputat Schrad. : art. 2. de feud. 1. de succ. desc. masc. abs. interest lim. 2.* sed ex consuetudine, *Forster. de success. li 6. c. 36. & seqq* cui dubium non est, quin Imperator abrogare queat ex causa publicæ utilitatis, cui omnes leges & cõsuetudines comiter cedunt. 67. *Idq. potuisse Imperatorem statuere.* Publicam autem utilitatē prolixè huc usq; deduximus, quia divisio cõminuit principatus, & comminutos facit recidere in alienam potestatem, deterit familias & fulcra imperij. Nam minora illa incommoda, de confusione intributionum, quæ præverti posse putat Nic. Betsius *d. c. 9.* nihil in hoc negotio moramur; cũ multò graviora instent incommoda, unione præoccupãda, ut patet, quibus, si agatur de supremo principatu contentiones adeò sunt innexæ, ut profunda 68. *Nec attendendum quod contributiones inde confundantur.*

69. *Cum ex altera parte metu gravioris injuriæ nemo cedat ut ass. pidasfrätru.* cupido imperij nunquam siverit quiescere regna, in quę divisio introducta fuit. Dissidia verò fratrum non tantum nocentissima dicit Gl. *in l. 2. Verb. domesticis, ad SCt. Syll.* sed & Rempubl. turbare & penitus destruere tradunt. ICti. *l. 2 C. de offic prafe. Afr. Alb. Rosenth. in l. si quis à filio. §. si parts de ll.* Non

70. *Quorum varia exempla.* affero hîc bella Seleuci II & Antiochi fratrũ, qui Asiam & Syriam, ab Antiocho II. jũctim possessam inter se diviserant, non Antipatri & Alexandri, qui Macedonicum imperium Cassandri distraxerant, nõ Merovingiorum, & Carolingiorum in Galliis, Germania & Italia, non Anglosaxonum in Britannia, quorum suprà mentionem feci, nec Ducum Bavariæ ante Carolum M. nec Regum Portugaliæ, Castellæ, Legionis, Arragoniæ, Navarræ in Hispania, unum atq; alterum exemplum

71. *Vetera & nova.* superioribus adjicio. Res Longobardorum primùm ad duos delapsa erat, cum Aribertus à proceribus electus, duos filios relinqueret, Bertharium & Gundebertum: cęterum Gundebertus fratrem, priusquam in regno incalesceret, ejecit. ipse non multis mensib. post ejectus à Grimoaldo sororio, Duce Fori Iulij ex Alboini Regis stirpe oriundo, cui Berthanus, ope Gallorum, ad quos exulatum ierat, bellũ movit. Hermanfridus Rex Thuringorum, Clodovæi regis Francorum, Coætaneus, Baldericum & Bertharium fratres partim bello exegit, partim ferro necavit, ne Thuringiæ regnum secum æqualiter hercifcerent, qua de causa & ipse ingens bellum sustinere coactus fuit à Theoderico Austrasiæ Rege. Sãctius major rex Arrag. & Navarr.

72. *Hispania.* Garciæ majori natu reliquerat regnum Navarr. Ferdinando Castellæ, quod jure uxoris acquisierat, Sanctio Sobarbræ seu Gasconiæ, Ramiro naturali Arragoniæ Atq; Ferdinandus statim arma movit in regem Navarræ, quem Raymirus quoq; impetiit, mox à fratre Ferdinando impetendus cum Gascones post cædem Sanctij ad Raymirum defecissent, nec unquam quievit Hispania donec mutuis ædibus se recipissent. *Roder. part. 3.* Cum Ferdinandus I. filius Sanctij Majoris filiis regna Hispaniarum ita distribuisset, ut Sanctius Castellanum, & Legionis, Alphonsus partem hujus & Asturum, Garcias Galleciæ & Portug. [illegible] regnum divisum obtineret, primum Sanctius Alphonsum regno pepulit mox à Garcia superatus, victore iterum superat & in vincula ferrea cõpingit, quarum turbarum is finis fuit, ut Garcia in carcere decedente, & Sãctio per insidias occiso, cum sorori quoq; Viracæ dominium Zamoræ cripere aggrederetur regna omnia redirent in manum Alphonsi. Nihil tamen fratrum suorum exemplo cautior factus Alphõsus Portugalliam Henrico Duci Lotharingiæ cum naturali filia Tiresia concessit unde successoribus ejus plurima sæpe bella nata sunt. An. 1135. cum Ferdinandus Rex Legionis debellaret Alphonsum regem Portug. Ann. 1307. cum Ferdinando puero bellum inferretur; An. 1386. cum Iohannes succumberet victus a Iohanne Beatricis uxoris suæ naturali fratre, &c. Ejus verò ex filia Viraca & Raymundo Berengario Comite Tholosano nepos, Alphonsus iterum pomum Eridos duobus filiis in medium projecit, quando Sanctium Castellæ, Ferdinandum Legionis Regẽ creavit. Nam cũ Sanctius reliquisset Alphonsum filium in cunis, Ferdinandus partem magnam Castellæ ad se pertraxit, nepotemq; sibi vasallum constituere, aut fortè penitus occidere decreverat, nisi fide suorum subditorum liberatus & ultra jurisdictionem ejus ablegatus fuisset. Petrus major natu constitutus Rex Arragoniæ à Iacobo patre fratrem Iacobum carceris squalore necavit, (alij Alphonso Petri filio id tribuunt) quod regnum Balearium ex dispositione paterna, a tota hæreditate abstraxisset: Conradus rex Neapol. licet fratri Siciliam ab initio concessisset, mox tamen possessionem morte redimere coactus fuit negante Conrado, Sicilia avulsa, regnum posse subsistere. Quid putas facturos fuisse, si unum & idem regnum partiri inter se coacti fuissent. Apud Polonos Boleslaus III totum regnum, in quatuor filios æqualiter diviserat sed mox Vladislaus major natu cum reliquos bello peteret in exilium ab iis actus est. Miecislaum ipsi proceres exuerunt regno & Casimiro litem movit de successione Boleslai Crispi filius Lescus instinctu Miecislai, qui & ipse regnum repetiit à Lesco Albo Casimiri filio, & permultas contentiones & vicissitudines transmisit in Vladislaum, Lasconorum Vladislai majoris

73. *Portugallia.* (margin beside "rum exemplo cautior")

74. *Polonia.* (margin beside "ri inter se coacti")

natu

natu filium. Et quis posset enarrare omnes seditiones, & bella intestina, quib. exhausta fuit Polonia inde ab an. 1139 usq; ad annum 1295 cum æquali potestate inter se certarent principes & divisas provincias sibi mutuo ereptum irent. Nam quæ superiori potestate non constringitur, ambitio, tantum sibi licere putat, quam libet.

75. *Sicilia.* Vnicum adjicio documentum ex auspiciis imperij Normannici in Apulia & Sicilia, ubi non tantum Tancredus pater injuria ex successione Apuliæ exclusit filios omnes primi matrimonii, sed etiam fratribus sibi invicem ditiones eripiendi fenestram aperuit, quemadmodū Guiscardus extorsit imperium Bajelardo ex Vnifredo fratre nepoti, eo quod Vniberrus cum minor ætate esset idem anteverisset Guiscardo. Mox Rogerius assus duodecimus Tancredi filius occupata Sicilia & auctis viribus, bellum indixit fratri Guiscardo, ob iniquam Calariæ divisionem, quæ eadē causa incitavit Boemundum principem Tarentum, & paulò post ducem Antiochenum contra fratrem Rogerium, qui jus primogenituræ & successionis in Apulia & Calabria invaserat, nec finē viderunt hæc certamina, donec Rogerius, Rogerij Bassi filius, superato Guilielmo Guiscardo nepote, inq; suam potestatem redactis Italicis provinciis, Italiæ simul & Siciliæ Regem se salutari jussit. Ex quo Sicilia & Italiæ ea pars, quæ Regnum Neapolitanum vocari cepit, sub unius dominatu unitæ manserunt, tum Normannis, tum Suevis & Andegavensibus donec Petrus Rex Arragoniæ Siciliam detraheret & familiæ Arragonicæ adjiceret 1282.

76. *Minus periculosa divisio in feudis alteri subiectis.* In provinciis, quæ superiori potestati subjacent, supprimit regnandi cupiditatem vis major & minus periculosè illic contenditur, quia minoris arma cohibere tenetur superior princeps *l. si quis ingenuum §. in civib. de capt & post lim. rev. cap. 2. ubi Felin. de tranq. & pac. c. Venerabilem §. nos itaq; de Elect. c. 2. de pac. tenenda.* adeò ut licet ad transigendum nemo compelli queat, jus tamen compellendi habeat princeps ut noxiæ Reipub. dissensiones præscindantur. *Iaf. in l. quidā æstimav. n. 4. & seqq. si cert. pet. Farinac. in pract. crim.* sed per vim & metum stabilis cōcordia nunquam inducitur, & violētior est imperij cupido, quā quæ imperio excedere velit. Ecqui n. sunt hodie principes jure Longobardi utentes, qui non inter se litigēt: Landgravios Hassiæ, Duces Bipontinos & Neoburgēses, Brunsvvicenses & Lunæburgēses, Marchiones Badenses mihi vide & quos præterea lōga referre mora esset. Pomerani jā inde à Suantibori libero dominio anteriorē Pomeraniam diviserunt ab ulteriori: sed perpetuis diffidiis utrinsq; principes cōtenderunt, donec illam Poloni & cruciferi hanc Marchiones Brandeburgenses diriperent. Bavariæ in tres regiones distinctæ duces nec fraternus amor, nec auctoritas Imperatorum repressit, quin mutuis cladibus se absumerent, ut supra explicabamus. Henricus Raspo Landgravius Thuringiæ Ludovvici fratris filios unà cum matre S. Elisabetha, regione depulit. Nihil morata est Gerhardum comitem Aldēburgens. vel fratris Christierni Regis Daniæ potētia, vel imperij, cui suberat, majestas, quin Holsatiam ferro ignique vastaret. quàm Leonina æqualitate fratrem secum divisisse prætendebat. Fridericus quidem armis abstinuit, cum frater Iohannes Rex Daniæ pari proportione secum partitus esset, sed Christiernum II. Iohannis filium suum nepotem ex fratre, clandestina conspiratione, non tantum Holsatia, sed & regno utroq; exuit, & in carcere vitam finire coēgit. Iam assueverat Thracia obedire Romanis & Imperatoribus fidem dederant ejus Reges, cum Regnum Romanis legatum esset testamento Sadalis, *Dion. libr. 41. Cic. 3. in Verr. Caf. 3. de bell. civil.* Nihilominus cum coriis Rhoemetaleis filius, cum patruo Rhaseipere regnū divisisset, eò exarsit ambitio ut nepos in vinculis necaretur, & patruus nihil veritus vires patronorum, totius regni Dominū se ferret. *Tac. 2. An. Suet. in Tib.* Tum arctè innectuntur divisioni principatuum cōtentiones & bella, quæ ab unione timenda non sunt, quia ut stimulet ambitiosa ingenia voluntas, quia tamē nervis destituitur, ridetur sine virib. ira. Nequaquā igitur è re faciunt, publica qui regna & principatus ita dividūt, ut liberis omnib. æquū ad eos aditum faciūt, & divisam partem inter singulos distribuāt.

77. *Sed tamē scatet dissidiis.*

78. *Quod declaratur multis exemplis.*

79. *Ad evitandū scandalū* Nam ad evitandū scandalum & inevitabiles discordias præcidendas vel ipse pontifex

& Epi-

etiam Episcopus officio exuitur. & Episcopus dignitate & officio exuitur *c. si papa dist. 40. Panorm in c significasti. de Elect. Late Dec. in consil.; incip. Maximi ponderis* & communiter receptū est ex his causis à præscripto ac Regulis Juris communis sæpe recedi, *c. nihil ext. de præscr. c. tua. de Cler. agrot. c quia circa. de consang. & affin. c. de his vero dist. 50. c. presbyteros c. per ven i dist. 50.* & quæ præterea in hanc sententiam congesta reperiuntur *apud Felin. in d. c. nihil Dec. d. cons. 5. Ludovv. Rom. in repet. l. si vero §. de viro. sol. matr. Borcholt. de cons. 13. Lud. Mol. lib. 3. prim. c. 1. n. 23.* quoniam omni conatu prævertenda sunt, quæ cum publicam etiam privatam cujusque rem evertunt. *§. illud. Auth de judicib.*

80. *Nec potentia omnibus conjunctim recte relinquitur.* *Si vero* alio modo, proventus æqualiter inter singulos distribuas, sed administrandi potentiam omnibus conjunctim relinquas, quemadmodum fieri debere censent illi, qui ex indivisione feudorum negant inferri jus primogenituræ, *Menoch. cons. 439. n. 15. lib. 1. & cons. 721. n. 51. lib. 8. Flores. Diez di Mena lib. 1. q. 17. n. 12. 17. Cephal. 11. consil. 152. n. 22. lib. 2. & cons. 699. n. 38. lib. 3. Roland. à Valle cons. 50. nu. 27. 37. lib. 1. Rosenth. c. 7. concl. 55. de feud. Ludovv. Molin. lib. 1. c. 11. nu. 15. qui tamen nō sua verba affert, sed Rodenri Zuar in rep. l. quoniam in prior. lim. 11. ad regiam. 2 dub. princ. in n. 7. ad fin. Baptist. de S. Blas. int. cons. feud. 66 n. 25 seq. Bets. de pact. succ. cap. 19.* multò gravioribus turbis implicatur Respubl. quia indivisa illa potestas, ubicunque introducta unquā fuit semper per contentionum præcipitia delapsa est, aut ad *ἀναρχίαν* aut ad unius dominatum, id quod consentaneè accidit iis, quæ *sect. 2.* disputavimus, de impatiente consortii potestate.

81. *Communio jurisdictionis parit necessariam discordiam.* Communio quæ enim parit discordiam, *Aristot. 2. polit. c. 2. & 3. l. cum pater. §. dulciss. de legat. 11.* & per immensas contentiones plerumque rem ad divisionem pervenire rectè scripsit *Paulus in l. communi 26. de serv. præd. urb.* quando aliter de re communi sociis convenire non licet, *lib. 4. de serv. legat. l. 28. comm. divid. l. 8. §. 2. de rep. cor. qui sub. int.*

82. *Est enim individua.* Nam cum jurisdictio sit jus incorporeum & individuum *arg. l. 1. §. si usufructus ad l. Falc. l. Stip. de serv.* singulis ita communicatur, ut aut eam in solidū singuli exerceant & præventioni locus sit, *qua est sententia Bartols. in l. si uni. n. 8. ff. de rejud. & gl. in cap. prudentiam verb. teneatur. de off & pot. del. & ibid. Abbat. Imol. Felin. Dec.* aut de communi suffragio omnes ea simul utantur, *quæ est e, in gl. in c. licet. verbo. convenit. 16. q. Bald. q. 7. l. un. de offic. cons. Pauls de castr. d. l. si uni. Rom. sing. 759.* Ubi controversia incidit de potestate suprema quam Majestatem infra vocabimus, sententia Bartoli ut plurimum locum invenit, quia ad communæ suffragiū à nemine cogi possunt, nisi mutuis armis se cogant & oppugnent. Dum verò quisque alterum prævenire & jurisdictionem suam pro virili amplare laborat, ecquid stabilem concordiam & litium expertē pacem expectare possumus? Quoties inter Imperatorem & Cameram Imperialem controversiæ incidunt dum aliter alterius jurisdictionem vel intercipere & ad se trahere, vel contrariis decretis diminuere & impedire contēdit? eò quod æqualis jurisdictio præventioni locum fecerit, *Gail. lc. 1. obs. 29. n. 3. obs. 42. n. 3. Heig. l. b. 1. q 9. Paurm. l. 2. de jurisd. Rom. Imp. c. 3 n. 31. Matth. Steph. 2. de jurisd. part. 1. c. 1. membr. 2. n. 225. & seqq* licet Camerā à judicio Imperatoris nō sit prorsus distracta, sed consistoriū, *Gail. d. obs. 42. n. 3.* & judicium ipsius dicatur, *Heig. d. q. 9. n. 16.* sententiasq; nomine & autoritate Imperatoria promulget. *Ord. Cam. part. 1. t. 27 §.* vnd sol der Verwalter, *part. 3. t. 12. §.* vnd so solche *citation. Denaif. jur. Camer. l. 225. §. 4.* Pone 83. *De Imperat. Imp & Camer. contentio.*

84. *Jurisdictio communis quid operetur.* verò exercitiū jurisdictionis commune esse, quemadmodum in Galliæ iis locis, ubi feuda dividuntur, usu receptum testatur *Carol. Mol in consuet. Paris. t. 2. de mater. feud. §. 10. nu 24.* & in principatib. Germaniæ *Zas. d. part. 1. de feud. alien. in fi.* ut jurisdictionem nemini separatim, sed omnib. junctim liceat exercere, ne sic quidem vitabuntur dissidia, quæ cōmunio parit, & ambitio occulto fomite alit, & impeditur justitia, dum ex remotis provinciis convocandæ sunt & emendicandæ sententiæ singulorum, ad quos pertinet jurisdictio, & à magistratibus communibus appellari solet. In minoribus territoriis posse hoc jurisdictionis indivisum exercitium locum habere non negamus,

nec de iis disputamus, sed de regiis & latè patentibus dominiis, in quibus dissidia domestica facile erumpunt in bella, & principes in longe dissitas regiones distrahuntur Boerius *decis.* 5. in prætorio Burdegal. ter pronuntiatum refert, quod plures habentes jurisdionem in uno territorio per vices pro quantitate partium, divisim eum exercere debeant. Conjunctum enim exercitium perpetuis litibus abundare deprehenderant, & proinde ad divisionem aliquam pervenire contenderant: quò & ipsos principes aderit tandem necessitas: Guantibori principis Pomeraniæ quatuor filij ea lege provincias diviserunt, ut bini fratres communi imperio unam partem regerent.

85. *Ex communione devenitur tandem ad divisionem.* Cæterum postquam ad conjugium animum appellere ceperunt & hæredes procreare necessitate adacti sunt ad divisionem, ut & contentionum ansam præscinderent, & hæreditatem definitam liberis relinquerent. Nam quam diu liberorum aliqui per impubertatem sceptri incapaces sunt, concorditer indivisa bona ad tempus posse administrari liquet, aut quando alter tanta reverentia persequitur alterum, ut omnia ejus unius arbitrio expedienda tradat, quemadmodum Ælius Verus secutus fuit auspicia Antonini, & Maximinianus cũ duobus Cæsaribus observavit Diocletianum, ut parentem. Sic enim junior princeps indiviso imperio acquievit, quam diu Georgij autoritati nihil detrahere vel poterat, vel audebat: & Christiani I. Electoris Saxoniæ tres liberi, nec non Duces Lunæburgenses ex indivisis bonis & communi prospexerunt & suos quisq; sumtus sibi decerpserunt. Cæterum ut primùm humanis rebus valedixit Georgius dux Pomeraniæ, frater cum nepote ad divisionem properavit: Stephani Fibulati Ducis Bavariæ tres filij, Stephanus, Fridericus & Johannes, septendecim annos communi opera indivulsum Ducatum administrabant, sed diutius inter se convenire, non potuerunt: Bertharius & Gundebertus vix mensem unum atq; alterum Regno Longobardorum sine mutuis insidiis incubuerunt. Qua de causa, cum discordiæ inter Bassianum & Getam Severi filios, glíscere & de die in diem altiores radices agere cepissent, id unicum dirimendæ litis remedium invenerunt utriusque amici, ut provincias inter se partirentur, quod & fecissent, nisi lachrimæ matris Getæ consilium disturbassent. Constantinus M. cũ Licinij machinationes fallaces aliquoties expertus esset, ut filiis rectius consuleret divisum iis attribuit imperium, & Constantino vel illud lethale fuit, quod ditionem cum Constante haberet confusam. Aristodemus rex Spartæ cum duobus filiis, Proculo & Eurysthem regnum traderet indivisum, utrumq; subjecit arbitrio populi, & Leucippi Alpharæiq; indivisum in Messenios imperium brevi abiit in planam Aristocratiam. Quid enim sunt optimates, nisi plures principes, Rempub. conjuncta autoritate moderantes? Tam infida sunt principibus & Reipub. noxia multorum indivisa imperia, ne dicam interim, quod communia negligantur, ut Arist. 2. *Polit. c.* 1. 2. & 3. prolixè disputat contra Platonem. *l.* 2. *C. quando & quibus quart. pars deb. ex bon. Dec gl. in l.* 3. *§. quamvis Verb. facilius de adminstr. tutor.*

Si denique tertiò ex fratribus unum constituas principem, & reliquos jubeas ipsi fidem dare, ut Vasallos, quemadmodum principes ex regio sanguine, *Les princes du sang*, 86. *Rejicitur tertius modus divisionis regnorum.* in Galliis, & qui supersunt ex Lancastriorum & Eboracensium familiis in Anglia, regi dicto audientes sunt, perinde ut cæteri subditi, quamvis ea dispositio, ad id, quod ex utilitate publica fieri potest, quam proximè accedat, *ut sect. ... exp licabimus*: tamen divisio nulla ex æqualitate Arithmetica, qualis in successione de jure civili, exigitur, hoc casu admittitur. Nam cum nihil iniquiori feramus animo, quam Imperium parium aut Inferiorum quemadmodum à Balduino recessit Conradus Marchio Montis ferratensis cum is suffragio quindecim ex toto exercitu selectorum Ducum Imperator Constantinopolitanus proclamatus esset, & Eumenes, dicere solitus fuit, *quam diu posset evaginare gladium, se superiorem neminem mortalium agniturum.* 87. *Fratres ingratius subjici fratribus.* Nihil quoque difficilius, quam fratrem æquo animo subjici fratri, cui par sit potestate & imperio, cum etiam alias nimis potens Vasallus obedientiæ se subtrahere soleat, & Dominus malit esse, quam servus.

Andreas Rex Vngariæ fratri Belæ non nisi tertiam partem regni assignarat, sed tamen, cum in suas portiones Salomonem filium destinasset, à Bela toto exutus est. *Bonfin. dec.* 1. *libr.* 2. 3. Dorieus Anaxandridæ regis Spartan: filius solum vertere maluit, quam Cleomeni fratri, cui successionem lex deferebat, subjici, eò quod se prudentiorem & ad rempubl: gubernandam magis putaret idoneum. *Pausan. libr.* 3. Ad quæ incommoda prævertenda, is, qui Dominus constituitur majori potentia armandus est & Vasallis futuris minora feuda ita circumscribenda, ne dum pares esse ceperint, continuò velint esse superiores, de qua re *sect.* 8. *&* 9. prolixius agemus.

48. *Feuda Regalia non esse dividenda.* Modò ex iis, quæ disputata sunt colligimus, regna & principatus absolutos & horum naturas imitantia feuda Regalia, non debere dividi æqualiter, propter utilitatem publicam, quod vel ipse Iustinus *libr.* 21. innuit quando Dionysio substitutum filium Maximum scribit, *non tantum ob prærogativam ætatis, sed quia firmius putabatur regnum fore, si penes unum remansisset.* Hesiodus *libr.* 2. *Oper. & Dier.* in una familia non requirit, nisi unum filium, cujus rationem reddit Spondan: *in comm.* quò hæreditas mole suâ coadunata firmior evadat. Bernhardus Panormitanus, rogatus à quodã successionũ leges, *inter rusticos* dixit *esse arbitrarias: Mercatoribus commune utilius, quam divisum: In Nobilibus autem familiis, maximè, si potens sit dominatus, Regnum Ducatus, & si quid est ejusmodi, oportere unicum & proximum hæredem succedere*, uti refert Bers. *d. c.* 9. *ex Till. libr.* 2. *de fil, Reg. eorum assign. & benef*: Accedit verò præter rationem boni publici, alia hujus juris excusatio ex jure gentium, & æqualitate Geometricâ petita. Nam quia cardo controversiæ vertitur in eo, quod æqualibus fratribus adjudicentur inæqualia, ex inveterata consuetudine, quæ jus gentium condidit, demonstrandum venit, primogenito à natura, ut ætatis dignitatis datam prærogativam, quæ faciat, in privatis quoque hæreditatibus causam ejus potiorem, ne dum in publicis. Si enim fratres non sunt per omnia æquales, non possunt æquales ex hæreditate portiones petere.

49. *Inæqualis fratrum successio fundatur in iure gentium.* Quia verò tota hæc responsio fundatur in jure & prærogativa primogenituræ, ex ea porrò extrahenda est.

De jure primogenij, seu primogenituræ privilegio.

SECT. I. *De primogenituræ privilegio.*

1. *Ex indivisione regni non statim inferri jus primogenituræ.*
2. *Quem reliquerit Alexander M. hæredem.*
3. *Sæpe antepositum fuisse primogenitis alium aliquem ex filiis.*
4. *Primogenitum ne quidem in novo regno jure excludi posse.*
5. *Exemplis non esse judicandum.*
6. *Primogenito jus suum auferri à patre non posse.*
7. *Cum nitatur jure divino & gentium.*
8. *Excusatio frigida Calo Iohannis Comneni, quare primogenito prætulerit minimum natu.*
9. *Incommoda quæ sequuntur si fratrum alij ex electione patrum præferantur primogenito.*
10. *Satis est si qui electus est, dignus sit, etiamsi inter alios occurrat, aliquis dignior.*
11. *Non tamen illa electio excusat Electorem in conscientia.*
12. *Toleratur enim electus tantum scandali & majoris mali vitandi gratia.*
13. *Multò igitur magis tolerandus est primogenitus etiamsi cæterorum aliquis videatur dignior.*
14. *Ante susceptum imperium de ingenio successoris nihil certi judicari potest.*
15. *Primogeniti præteritio semper turbat & convellit quietem Respub.*
16. *Gentes omnes primogenitum præferre cæteris fratribus quantumvis alterius indolis & prudentiæ majoris.*
17. *Nec primogenitos repulsam unquam quieto animo ferre.*
18. *Esauum quidem vendidisse sed Iacobum non emisse jus primogenituræ.*
19. *Refutantur exempla, quæ in excusationem suam adducit Calo Iohannes ex sacris.*
20. *Quo jure Salomon fratribus sit antelatus.*

21. *Pri-*

21. *Primogenitura jus deducitur ex regno Iudaico.*
22. *Explicantur catera exempla, qua supra contra jus primogenitura proposita sunt.*
23. *Plerumq; enim subest dolus aliquis.*
24. *Qui ea reddit suspecta.*
25. *In regno AEgypti viguisse jus primogenitura.*
26. *Et id confirmari jure gentium.*
27. *Vt apparet ex inductione prater allata exempla, Macedonum.*
28. *Regni Syria & Asia.*
29. *Persarum tàm veterum.*
30. *Quàm posteriorum & recentiorum.*
31. *Nec non gentium Sarmaticarum.*
32. *Thracum & Hunnorum.*
33. *Polonorum.*
34. *Russorum.*
35. *Tartarorum.*
36. *Turcarum.*
37. *Congianorum.*
38. *Atheniensium.*
39. *Trojanorum.*
40. *Gracorum aliorum.*
41. *Lacedamoniorum.*
42. *In dubio deveniendum esse ad sortem vel Electionem.*
43. *Afferuntur praterea leges Francorum.*
44. *Anglorum.*
45. *Britannorum veterum seu VVallorum.*
46. *Dictorum.*
47. *Legitimatio an queat retrò trahi.*
48. *Gothorum in Hispania successio.*
49. *Vtrum à principio potius electi fuerint, quam successerint.*
50. *Postquam succedere ceperunt, jus primogenitura receperunt.*
51. *In regno Castellano.*
52. *Arragonia.*
53. *Navarra.*
54. *In regno Neapolitano.*
55. *Ius primogenitura dependere ex jure gentium.*
56 *Contraria non nullorum facta explicantur.*
57. *Differentia inter principem hareditarium, & purum Magistratum.*
57. *Patrem non posse filio jus primogenitura quod à natura & jure gentium pendet auferre.*
59. *Propter ingenij aliquam hebitudinem.*
60. *A monasterio ad regni fasces non dari regressum.*
61. *Secundo genitum non esse ob merita praferendum primogenito.*
62. *Quibus casibus primogenitus jure suo excidat.*
63. *Primogenitum sine incommodo Reipub. nunquam repelli regno.*
64. *Primogenitum posse juri suo renunciare.*
65. *An in prajudicium posteritatis.*
66 *Electionem legitimam esse dummodo, qui eligitur dignus sit, etiamsi alter sit dignior.*
67. *A regnis ad feuda regalia valere consequens.*
68. *Enarrantur causa, ob quas primogenitus praferendus fratribus.*
69. *Quo respectu regnũ dicatur Monarchia.*
70. *Causas interdicta divisionis militare etiam in feudis Regalibus.*
71. *Regibus non competere licentiam de regnis ex arbitrio dispensandi.*
72. *Successionem à regnis defluere in feuda.*
73. *In Hispania feuda regna esse indivisa.*
74. *Nec non in Gallia.*
75 *Item in Anglia & Scotia.*
76. *Cur minimus natu aliorum succedat pro fratribus.*
77. *Primogenito ubiq; sua tribuuntur privilegia.*
78. *Consuetudine veteri majorem dividere, minorem eligere.*
79. *Qua tamen locum non habet, ubi primogenitus suo gaudet privilegio.*
80. *Prasumtio pro primogenito.*
81. *Quid operetur prarogativa atatis in primogenito.*
82. *Pracellentiam atatis primogeniti non consistere in eo, quod primus perruperit uterum.*
83. *Sed quod plures annos habeat.*
84. *Posse jus primogenij, pramortuo primogenito, in eum, qui atate proximus est transferri.*
85. *Primogenito qua insit à natura dignitas.*
86. *An publica, vel saltem privata.*
87. *Theologia Chinensium circa jus primogenitura.*

88. *Ius*

88. *Ius Primogenitura descendere ex jure divino.*

89. *Quo argumento ex indivisibilitate regnorum inferatur jus primogenitura.*

1. *Ex indivisione regni non statim infertur jus primogenitura.* HActenus id nobis propositum fuit concludere: Regna & Principatus non debere inter plures dividi: superest, ut, quod hinc sequitur, subjiciamus, scil. quod necessariò devolvantur integri ad primogenitum. Multi enim licet à Friderico, *d. §. praterea Ducatus.* indivisionem in feuda regalia inductam confiteantur, negant tamen inde construi jus primogenituræ, cum vel ab omnibus quæcunque possideri indivisa, vel alteri alicui ex filiis attribui. *Menoch. Cephal. in consil. supra allegatis. Item Menoch. resp. 2. caus. F n. art. 4. num. 53. Diez. lib. 1. q. 17 Ludov. Molin. d. c. 11. Rosenth. d. concl. 55.* & hoc effugio eludunt Bipontini ducis & Marchionis Burgaviensis consiliarij, Marchionis Brandenburgensis & Palatini Neoburgensis argumentum ex unione petitum, quod scilicet neque Marchionis Brandeburgensis conjunx, neq; masculi Palatinæ conjugis hæredes, propter defectum masculorum in stirpe primogenitæ, jus primogenituræ petere, aut totã hæreditatẽ Iuliacensem ad se solos rapere possint, prætextu unionis, cum ex unione primogenitum non inferatur.

2. *Quam Alexander M. reliquerit haredem.* Nec inficior, aliquando ad minorem natu totum regnum fuisse delatũ, vel per vim, vel ex iniquo amore odiove parentis, quemadmodum Alexander M. ne filium quidem nominavit, rogatus de successore, sed dignissimum, *ut tradunt Iust. lib. 21 & Curt. 10.* imò, cum jam vox esset præclusa, detractum digito annulum Perdiccæ tradidit, quo argumento postea ejus fautores disputarunt in concilio Ducum: summam imperij ad Perdiccam deferendam. Nam etsi non voce nuncupatus hæres fuerit, judicio tamen electum videri. Nec enim unum cum assedisse momenti, sed circumferentem oculos, ex turba amicorum delegisse, cui traderet. Id quod forsasse intelligere voluit autor *lib. 1. Maccab. c. 1.* quando ab ipso Alexandro provincias inter duces distributas scribit, sive ut commentando interpretatur Rabanus: distribuendas, id est, diripiendas relictas fuisse. Nam Alexander non plures, sed unum tantum sibi designavit successorem, ut reliqui omnes historici testantur. Pyrrhus rogatus à quodam filiorum, cui regnum relinquere vellet, respondit: *Qui habiturus est gladium acutiorem, Plutarch. in Pyrrh.* Aristobolus persuaserat Hyrcano, fratri natu majori, ut sibi dominatum in Iudæos cederet, quem ipse, etiamsi Hyrcanus non cessisset, per vim nihilominus arripuisset, *Ioseph. 14. Antiq. c. 2.* Calo Iohannes Imperator Orientis, de consilio Magni Domestici, cum quatuor habuisset liberos, & eorum primi duo natu majores ante mortem patris obiissent, omnium ultimo, scil. Manueli imperium tradidit, excluso Isaacio, non alia de causa, nisi quod ira moderari nesciret, & Manuel è cõtrario in loco cedere & obsecundare nosset, & rationis imperium sequi. David quoq; Salomonem prætulit Adoniæ & cunctæ soboli regiæ, *2. Reg. c. 1.* Rehabeam Abiam filium Maachæ filiæ Absolonis *2. Paralip. c. 11. in fr.* Ptolomæus Lagi filius, Rex Ægypti omnium minimo ex filiis regnum tradidit, *Iustin. lib. 34.* Guilielmus conquæstor Guilielmo Ruffo, secundò genito, asscripsit regnum Angliæ à se acquisitum, Roberto primogenito in Normanniam rejecto, *Emel. lib. 3. de reb. gest. Franc.* sicut & Xerxes in regno Persarum prævertit Artabadanem *Herod. lib. 7. Iustin lib. 2.* Fridericus Elector & Marchio Brandenburgensis ab Electoratu seclusit Iohannem primogenitum, substituto Friderico secundò genito. 3. *Multi primogenitis pratulerunt alios natos.*

Cæterum exempla non faciunt regulam, & pauca quædam præjudicia, non tollunt universale jus gentium, *ut in cap. de Dom. & serv. diximus*, præsertim, quando vel manifestam continent injuriam, vel ex peculiari causa excusari possunt. Ptolomæum excusat Tholos. *lib. 7. c. 5. num. 14.* quod recens acquisito Regno potuerit leges dare ex suo arbitrio, cum liberis nullum dum jus in eo acquisitum fuerit, quæ excusatio locum quoque haberet in Davide & Wilhelmo Anglo, cum uterque regni sui autor extiterit. Idem in Tancredo, qui occupatam à se Apuliam Gulielmo ex secundo conjugio primogenito, in successione comitatus Apuliæ prætulit omnibus fratribus ex primo matrimonio. Cæterum nullus eorum voluit legem 4. *Exempla non esse judicandum.*

5. legem successoribus dare, cum tam apud Aegyptios quam Israelitas & Anglos interrupto ordine primogeniti subinde successerint, ut mox subjiciemus. & licet voluissent, non potuissent tamen, contra jus gentium legem iniquam introducere. Nam & in feudis novis licet patri fas sit ab initio legem constituere, eo quod feudorum natura magis dependeat à contractu, quam stato jure, [illegible] *nn. de feud. non hab. propr. nat.* tamen in feudo contemplatione filiorum, vel requisito vel concesso, negant dispositioni locum esset Gail. 2. *obs.* 116. *num.* 9. & *seqq.* Gabriel. *libr.* 3. *comm. concl. de jure Emphyt. con l.* 2. *numer.* 6. & *seqq.* Mascard. *de prob. concl.* 275. *num.* 26. *volum.* 1. quin lex naturae exigit, ut aut omnes ex aequo paternorum bonorum fiant participes, aut meliorem partem auferat is tantum, cui praerogativam concessit natura ipsa. Non esse in Regis potestate apud Gallos, ut primogenito jus suum auferat, prolixè disputat Hottom. *lib.* 2. *de jur. regn. Franc.* eò quod non subjaceat arbitrio hominis, sed dependeat à legibus regni fundamentalibus, & iniquè hac in parte egit, qui prae odio, primogenitum a corona depulit. Etenim licet Hugo Capetus noviter regnum occupasset, & illi cum filio Roberto leges dare novas potuisset, tamen Robertus noluit consentire precibus Constantiae uxoris, quae quia propensiori amore ferebatur in Robertum, ut jus primogenii ab Henrico in illum transferret nullum non movebat lapidem. Sed Robertus pater plus putavit tribuendum amori regni, quam uxoris aut filii. *Glaber. libr.* 3. *Masson.* [illegible] *Annal.* atque ita primus exemplo confirmavit legem, cujus beneficio tot jam annos floret stirps Capeti. Henricus I. statim [illegible] corona, fratrem creavit Ducem Au[illegible]m, ex quo invaluit jus appannagii, [illegible]ssignationum, quo regio sanguini ad [illegible] successionis ita cautum est, ne vel ad [illegible]ratem redactus vilescat, vel opi[illegible]s elatus in regem superbiat, quem[illegible]n a Burgundis factum est, cum [illegible]nde ampliores possessiones acquisivissent, quam vasalli subjectio requireret, nec [illegible] Normannis cum per totam Britaniam & [illegible] Angliae suam potestatem dispersissent: de qua assignatione *sect. seq.* agemus: successio verò in regno haereditario aut omnibus debetur ex aequo, aut si dividi non possunt provinciae, uni primogenito, cui praerogativam hanc prae omnibus fratribus apperuit jus divinum & gentium, ut demonstrat Tiraquell. *in praefat. de jure primogen. Ludov. Mol. libr.* 1. *cap.* 2. *Cirier. libr.* 1. *quaest.* 1. 2. & 3. *libr.* 2. *quaest.* 2. & contra haec jura fas non est quantumvis absoluto principi, dispensare: quemadmodum testatur Iustin. *libr.* 16. quando de Ptolomaei facto sic judicat: *Finito bello Ptolemaeus, cum magna rerum gestarum gloria moritur. Is contra jus gentium minimo natu ex filiis ante infirmitatem regnum tradiderat.* Calo Iohannes Comnenus, cum persuasus à Magno Domestico Manuelem praetulisset Isaacio, & confiteretur se agere *contra jus naturae*, non alia ratione melius, putavit injuriam excusari posse, quam autoritate Dei, tanquam supremi legislatoris & Naturae Domini, à quo destinatum ad imperium minorem prae majore duplici conjectura probat, tum quod pluribus donis instructus esset, ex quibus tamen nullum profert praeter moderatam clementiam, qua dicit Isaacii, praecipitem iracundiam vinci, tum quod multa praesagia inclinarent in favorem Manuelis Orationis excusatoriae verba sic praescribit Nicet. *in fin. Annal.* Calo Iohan. *Equidem fateor naturam principatum natu Majoribus deferre solere. DEum verò in designandis Regibus aliam rationem plerunque sequi animadverto. Cogitate Isaacium natu minorem Ismaële Iacobum post Esaum materno utero exiluisse, Mosen Aarone juniorem, Davidem & statura & aetate minimum fuisse inter fratres, aliosq; plurimos. Nec enim Deus humano more personae rationem habet, nec pretia rerum, canis & aetate metitur: sed indolem animi mansuetudinem, l. nitatem intuetur, mandatorumque suorum observationem. Quibus de causis, ego quoque corruptrici naturae in multis non obsequor, sed ejus institutis, ut pusillae mulierculae conj[illegible]is, in rebus gravioribus repudiatis, Deum omnis pravae affectionis expertem, auctorem sequi malo, &c.*

7. *Cum nitatur jure divino & gentium.*

8. *Excusatio frigida Caio Iohannis Comneni.*

Quod si electio inter filios sit facienda ex

9. *Incommoda quæ sequuntur si alij ex liberis præferuntur primogenito.*

virtutibus, magis ambiguum & incertum erit jus successionis quam Electio, & datur patri occasio per odium & amorem erranti, bellis & seditionibus replendi Rempubl. Nam & ICti, quando boni viri arbitrio electio conceditur, etiamsi digniorem præterierit, dummodo qui electus est, dignus sit, officio suo Electorem functum censent, nec teneri ad restitutionem vel digniori præterito vel Reipubl. & Ecclesiæ, cui præfectus fuit,

10. *Satis est si electus dignus sit, quamvis inter alios quis occurrat dignior.*

Thom. 2. 2. quæst. 63. artic. 2. ad 3. Quodl. 6. artic. 9. Quodl. 8. art. 6. Gl. in c. constitutis de appell. Verb. magis utilem ibi Abb. Dec. & Dd. Gl. in c. licet ergo. Verb. qui præstantior, ex autoritate Hugonis, ibi Tunc Crem. & Præpos. 8. quæst. 1. Gl. in c. l. quoniam Verb. Majoribus de iur. patron. gl. in c. ultim. Verb. sanctiores de off. custod. gloss. in c. Cum inter Canonic. Verb. Aliam de Elect. Dd. in c. cum nobis de Elect. Covarru. part. 2. rel. c. peccatum §. 7. numer. 3. de R. I. in 6. Padill. in l. cum quidam num. 18. de leg. II. Domin. de Soto. libr. 3. de just. & jur. quæst. 6. art. 1. LudovV. Molin. de primogen. libr. 2. cap. 5. num. 46. Quod quia jure Canonico cautum etiam est. *c. Monasterium. 16. quæst. 7. c. cum nobis, ubi Abb. Dec. de Elect. c. quia propter junct. c. cum in cunctis. Dd. c. constitutis, de appell. c. nisi cum pridem. §. de pro defectu. de renunt:* idcirco Perusin. *in dict. c. constitutis.*

11. *Non tamen illa electio excusat electorem in conscientia.*

in conscientia quoque tutum facit eum, qui autoritate juris Canonici digniorem præterit, dummodo electus officio satisfaciat, *a qui peccat. 3. quæst.* 4. qua de causa meritò reprehenditur ab ipsis Canonicis, *Abb. Dec. in d. c. constitutis. Sot. d. quæst. 9. artic. 2. concl. 9. ex Thoma, ubi supr. & Cajet. in summ. Verb. acceptio. nec non d. quæst. 63. artic. 2. præter eos, quos supra citavi. per c. licet ergo 8. q. 1.* quia justitiam distributivam convellit, quæ proportione Geometrica honores distribuere jubet. *5. Ethic. cap. 3.*

12. *Toleratur Electus tantum maioris mali vitandi causa.*

Tum præcipuè, cujus causa hæc repetimus, quia Canones non ita disponunt, quod justum & æquum, sed majoris mali vitandi gratia, ut patet *ex c. quia propter de Elect. c. constitutis, de Elect.* Nam si merita personarum secundum defectum & excessum semper essent in statera appendenda, quia humano intellectui penè impossibile est, uter utro ad rempubl. gubernandam sit futurus magis idoneus, certa & exquisita cognitione comprehendere, [illegible] magno excessu alter superet alterum, quælibet electio infinitis exponeretur calumniis, & mille litibus implicaretur, si retractari posset ex hac causa, quod dignior non sit electus. Ad quas turbas & contentiones vitandas, satius putarunt Canones, dignioris præteritionem tolerare, quam nimis scrupulosè examinando & comparando litibus inextricabilibus viam aperire, ut tradunt *Dec. in d. c. constit.* Pinel. *in l. 2. C. de resc. vend. part. 2. cap. 1. num. 39.* Covarr. *dict. § 7. num. 5. in fin. nu. 4. Vers. Igitur jura.* Domin. Sot. *d. q. 6. art. 2. Vers. subtexitur.* Molina *d. cap. 5. num. 47. & 55.* Quantò erit hæc ratio efficacior in hoc proposito, ne legitima successio turbetur & fratrum mutua odia in se exacerbentur, propter levem in bonitate morum excessum, præcipuè cum liberum eligendi arbitrium pater non habeat, ubi jure sanguinis succeditur. *l. 2. de opt. leg. c. un. §. Et quia vidimus in fin. de his qui feud. dare poss.* nec dignitas ex quavis qualitate, seu doctrina, seu sanctitate, seu modestia æstimanda veniat, sed ex ea, quam administratio Reipubl. & civium indoles & præsens rerum status necessariò exigunt. *Thom. d. quodl. 6. art. 9. Covar. d. num. 4. LudovV. Molin. d. 5. num. 73. Sot. d. artic. 2. per text. & Dd. in c. cum in cunctis de Elect.* 13. [illegible]

Quin etiam ante susceptum imperium de futuris virtutibus judicari nequit, cum, secundum Biantis verbum, *Magistratus demum virum judicet*, & de sententia [illegible] Panæg. *Tum demum judicari possit, an meruerit quis honorem, postquam adeptus est.* Illud quippe divinator, rogatus de successu Manuelis contra fratrem adjecerat *Vt ea quoque scias de quibus non interrogasti, avum Alexium ætate primum superabit, sed instante obitu insaniet*, quod quam verè prædictum fuerit, impietas profana incestuosa libido turpis avaritia, & ambitiosi bella eventu comprobarunt. 14. *Ante [illegible]*

Rectius denique consultum est imperio, etiamsi principi obediat hebetiori, quam si ad obtinendum prudentiorem, jus naturæ frangat, & periculo eversionis se plane prostituat, quia sine maximis bellis à jure suo primogeniti non patiuntur abigi, & populi in horum favo- 15. *Prim[illegible]*

rem

[illegible] impensius semper propendent, quam [illegible] seniorum. Nec vel exercitus, vel [illegible] Constantinopolitani admisissent Ma[illegible]lem, nisi anteis promissis excæcati fuissent, & [illegible] in vincula abductus à Cho[illegible]ago hujus Tragediæ executore *Nicet. libr.* 1. [illegible] *Manuel. in princ.* Iudæi, licet Hyrcanus [illegible]ium fratri cessisset, nihilo minus eum in [illegible] restituerunt. *Ioseph. libr.* 14. Epi[illegible]ræ contra testamentum Pyrrhi institutum a patre minorem filium ejecerunt, & jus

16. [illegible] primogenito reddiderunt. Aegyptii [illegible]dem pertica tractarunt Alexandrum, Pto[illegible]læo Lathyro antelatum à Cleopatra. *Pausan. libr.* 1. Spartiatæ Cleomeni sceptrum [illegible]s deferendum putarunt, quam Dorieo, [illegible] quod prudentia pares essent, sed quod Dorieus sola ætatis dignitate superaretur, [illegible] Cleomene longè superior. *Herodot.* *l.* [illegible]. Athenienses exclusum à Cersoblepte fratre Berisadem majorem natu, militari manu restituerunt, in regnum Otryssarum, & Cersobleptem coëgerunt regnum in tres [illegible]es pro numero filiorum Cotyos partiri, [illegible] totum possessori auferre nequirent. [illegible] *contra Aristocrat. Diod.* 16. Ungari, [illegible] Ladislaus Rex sine liberis decessisset, & [illegible]essorem sibi designasset Armum mino[illegible] ex fratris Geisæ liberis binis, quod & [illegible] oris & agilitate ingenii, fratre, ad [illegible]lum damnato, longe videretur supe[illegible] & corona dignior, nihil moti regia vo[illegible] jus gentium redierunt, & de ve[illegible] Colomannum jusserunt regnare præ[illegible]e *Mich. Ricc. in Epit. regum Ungar. P.* [illegible] *in Epit. rer. Ungar. Ind.* 12. Iohann. [illegible] ingenio adeò miti fuisse Almum [illegible] ut concessam fratri coronam præiule[illegible] tanquam cui jure primogenituræ vide[illegible] competere. *libr.* 2. *Chronic. Ungar. cap.* [illegible] Quod si etiam vel decepti vel mu[illegible] deliniti in injuria acquiescant subdi[illegible]um nunquam ferunt exclusi primo[illegible], quantum vires & copia suppetunt Ro[illegible]s Dux Normanniæ, cui pater abstule[illegible]

17. [illegible]um regnum Angliæ, nunquam [illegible] lacessere fratres Wilhelmum & Hen[illegible], qui regnum sibi, alter post alterum [illegible]erant, donec exhaustis, tum intesti[illegible] palæstino bello viribus deveniret in manus & carcerem Henrici, & ipse quidem vita, filius autem ejus Wilhelmus ducatu spoliaretur. Alphonsus IV. Rex Asturum & Legionis temerario quodam superstitionis impetu regnum resignarat Raymiro fratri & monasterio S. Facundi sese mancipat. Mox tamen recrudescente regni cupiditate, impatiens regulæ monasticæ ex solitudine in forum rediit, & fratri regnum jure suo extorsisset, nisi circumventus & effossis oculis in angustius S. Iuliani monasterium damnatus esset. Tam faciles in sua vota reperit Hispanos, licet nullo jure repetere posset, quod semel fratri cesserat. Posse enim primogenii jus abdicari, *sect.* 10. demonstrabimus. *Tiraq. de primog* [illegible]*n. quæst.* 29. quemadmodum Iacobus illud abstulit fratri Esauo, in speciem venditionis offerens frustulum panis & pulmentum lentis. *Genes. cap.* 25. quanquam nec emere voluit Iacobus, nec sine peccato fratris fame & lassitudine ad quæstum suum abusus eum inducere potuit ad vendendum, sed quod sibi divina destinatione jam alias deberi ex matre intellexisse poterat, *c. laudemus de divort. gl. in c. quam periculosum Verb. primatus in fin.* 7. *quæst.* 1. sub specie contractus, quam simplici cessione acceptare maluit. *Cajetan. & Perer. in comm. ad cap.* 25. *Genes.* Esau verò quia per temeritatem jus suum abdicarat, injuria à fratre non afficiebatur, proinde malè accommodavit ad suum factum hoc exemplum Calo Iohannes, quia Isaacius jus suum non abjuraratut Esau. Tum etiam divinitus mutatus erat ordo, & primogenitum translatum ab Esauo ad Iacobum, *Malach. cap.* 1. de quo nec Calo Iohanni ex vatis auguriis constare poterat. Davidis verò electio prorsus ad successionem frustra affertur, quia nullo jure, sed sola Dei destinatione per sortem Rex fuit constitutus, id quod de Salomone quoque respondemus *cum gloss. in c. Moses Verb. Non sang.* 8. *quæst.* 1. Deus enim in regno Israelitico multos Reges constituit immediatè, Saulem, Davidem, Ieroboamum, Iehu, præter seriem & ordinem successionis, è quorum numero quadam tenus est & Salomon, non tantum quod, post Absolonis cædem Adonias & qui supererant filii regis, perduellione erga patrem se impiassent, & de facto jure

18. Esau quidem vendere potuit sed Iacob non emit primogenituram.

19. Refutantur exempla Calo Iohannis.

20. Quo iure Salomon prælatus fratribus.

successionis excidissent, 1. *Reg. cap.* 1, quemadmodum Ferlegum Ferensii primogenitum propter rebellionem in Ferithariuin patruum Regem jure successionis spoliarunt, Scot. *Buch. libr.* 4. *histor. Scot.* Qui enim erga proximum successorem impiè se gerit, à successione ut indignus merito excluditur *potest si ab hostibus §. si Ver. ubi gl. Verb. lucrifac. fol. matr. & quæ hinc docet Bald. consil.* 50. *libr.* 4. *de fideicommisso fratri substituto relictus Barbat. in rep. cap. Raynal. col.* 13. *Vers. Et hoc Dominus Petrus de testam.* Sed potius, qui à primis incunabulis Salomon Deo dilectus 2. *Sam. cap.* 12. & ut Adonias ipse confitebatur, à Deo in regnum, divina permutatione, immissus fuerat 1. *Reg. cap.* 2. Absque singulari vero jussu fuerit, jus gentium perinde apud Iudæos observatum constat, atque apud gentes alias, ut testatur Hieron. *ad cap.* 49. *Genes.* & patet vel ex successore Iosaphati Ioramo, cui tradidisse pater regnum dicitur, *quia erat primogenitus*, 2. *Paralip.* 21. Ioramo quidem surrogatus legitur Ochozias, natu minimus 2. *Paral. cap.* 22. Sed cum cæteri à Philistinis & Arabibus, aut rapti essent aut trucidati 2. *Paralip. cap.* 21. Imò Salomon ipse redarguens petitionem patris, confitetur ratione primogenituræ pertinuisse, quando ait: *Cur non & regnum ipsi deposcis, quia me major natu est, & a suis partibus habet Abjatharum summum Sacerdotem & Ioab principem exercituum* 1. *Reg. cap.* 2. Atque hunc morem a vicinis regibus videntur Iudæi retinuisse, cum de Moabitarum rege scriptum legatur, 2. *Reg. cap.* 3. *quod arripuerit primogenitum, qui regnaturus erat post se.* Cum Maccabæi principatum cum sacerdotio conjungerent idem observarunt, quemadmodum ex fraude Aristobuli colligere & qua circumventum Hyrcanum fratrem, misit in Arabiam, & accusatus eo nomine à Pompejo, non aliam causam prætexuit, quam spontaneam fratris cessionem. *Ioseph. libr.* 14. *in pr.* Herodes item licet recens regnum Iudææ, favore Antonii, consecutus esset, Antipatrum tamen ex Doride Idumæa primogenitum hæredem scripserat, sed conjurationis in se convictum nervo necari jussit, & regnum detulit, ad Aristobulum & Alexandrum ex Mariamne fratres, quos ips[illegible] paulò post ob idem crimen strangulavit & Herodem item quartum omni successione [illegible] ob insidias sibi locatas, privavit [illegible] Tetrarchias separatim attribuit, do[illegible] favore Caij totum regnum recuperaret A[illegible]pa Herodis ex Aristobulo nepos. *[illegible]* 17. *Antiq. & libr.* 1. *de bell. Iud.* Si igitur e[illegible]storia divina argumentum pro iniq[illegible] judicio petere voluisset Calo Iohannes, non ad extraordinariam Regum surrogationem, sed jus ordinarium respicere debuisset, [illegible] exemplum Mosis & Aaronis, qui Reges [illegible] quam fuerunt, nec ad sacerdotium [illegible]sione, sed electione devenerunt, nec Ism[illegible] & Isaaci afferre, quia Ismaël ex ancilla g[illegible]tus, non poterat hæres institui cum [illegible] [illegible]trisfamilias. Imò si cætera exactius co[illegible]platus fueris exempla, quæ ab initio pro[illegible]suimus, in singulis tale quid reperitur q[illegible] faciat, quò minus trahi queant ad conse[illegible]quentiam. Nam Wilhelmus rex Angliæ & Xerxes primogenitos fratres ex h[illegible] causa præverterunt, quod essent primi in d[illegible]te geniti, de qua controversia agemus [illegible]. 11. Ptolemæus Lagi filius Philadelph[illegible] [illegible]teposuit Cerauno ex iniquo affectu, [illegible]admodum & de constantia Roberti [illegible] Galliarum uxore nuper diximus ex *P[illegible] Masson. & Glaber. lib.* 3. & de Iohan [illegible]tio I. duce Mediolan. refert Barbat *con[illegible]o. libr.* 5. quod cum intueretur am[illegible]os Iohannem, & Philippum Mariam ex[illegible] verit: *O quam injusta consuetudo, [illegible] primogenito defert principatum.* Rox[illegible]na Solimanni Turcarum Imper ex co[illegible]bina per dotis constitutionem ux[illegible] tantum Mustaphæ ex alia concubina [illegible]nito futuram in regno successionem in[illegible] debat, sed à Selymo queque ma[illegible] liberis translatum cupiebat in [illegible]ethem, quem præ cæteris impe[illegible] *Busbeq. Epist.* 1. Cleopatra, u[illegible] P[illegible]mæi Physconis simul & ne[illegible] ex f[illegible] & sorore, cum duos regni hæ[illegible]stites haberet, Ptolemæum L[illegible] majorem natu & Ptolemæum A[illegible]drum, avulsum à Lathyro imperi[illegible] conatu molita fuit trad[illegible] [illegible]drum, sed populi studio & favore q[illegible]

[illegible]

21. *Primogenitura sui decantatur ex Regno Iudaico.*

22. E[illegible] *sta.*

23. [illegible] *fraus.*

[illegible] non ignorabat impedita, coa[illegible] Lathyrum, quem tamen [illegible] post in exilium egit, ut veri com[illegible] Alexandrum brevi tempore faceret. [illegible] non poterat esse imperium con[illegible] gentium, repugnante populo occu[illegible] que a populo ejectus fratri locum [illegible]cit, qui Ptolemæum Auletem pri[illegible]tum successorem reliquit alteri filio [illegible] Cypri attribuit, quæ distributio ob[illegible] it item ab Aulete cum Ptolemæo [illegible], beneficio Cæsaris, Cyprus esset red[illegible], & Ptolemæo Dionysio AEgyptus à pa[illegible]. *Pausan. ad Attic. Iust. lib. 39. Strab.* [illegible] *Dion. lib. 42. Plutarch. in Pomp. An*[illegible] *Caton. Vtic. Mela. li. 3. Hircius in bell. Alexandr. Flor. Epit 46.* Nec denique afferri [illegible] cum [illegible]sio *consil. 8. num. 10. li. 1.* succes[illegible], filij Rehabeami, quia & ipsum cæ[illegible] antepofuit Rehabeam propter [illegible] amorem, quo matrem ejus Mæcham [illegible]sequebatur, ut additur *2. Paral. cap. 11. in* [illegible]

24. [illegible] Quæ verò dolosè fiunt, etiamsi in libera [illegible]e, non subsistunt, *l. creditor, §. Lu*[illegible] *Mand. Bart. in l. fideicommissa. §. si* [illegible]*m. 5. de legat. 3. Bart. in l. cum quidam* [illegible] *2. ibid. Petrus de Peralt. nu. 2. de leg. II.* [illegible]cunque liberrimo arbitrio semper [illegible]itur dolus excessus. *d. §. Lucius ubi D.D. in Venditione. §. 1. de bon. aut. jud. poss.* [illegible]*urator. Verb. Quod si in debitum. de* [illegible] *in d. b.* Et voluntas sibi relicta, non ta[illegible] extendi ad actum illicitum & do[illegible] *gloss. in c. humanum. Verb. Vult.* [illegible]

[illegible]ibus omnibus apparet licet Ptole[illegible] Lagi filius, minorem natu ante tu[illegible], & ejus iniquitatem Cleopatra [illegible]uerit, actum tamen esse ab utroq; [illegible] regni contraque sententiam sub[illegible] Romanorum, in quorum patro[illegible] erant. Vnde & horum ope redu[illegible] Lathyrum, & vindicatam inju[illegible] Alexandro refert Flor. *d. Epit. 46.* Non [illegible] legem in Aegyptum introduxe[illegible], sed ab ultima Pharaonum [illegible] retinuerunt, siquidem [illegible] *cap.* [illegible] legitur. *Occidam* [illegible] *natum, a primogenito Pharao*[illegible], infert Nicol. de Lyra *ibid.* successionem primogeniti in regno se ius primogeniture. Et Sesostris, licet duos haberet fratres, Ramessem & Harmain, quem Danaum nominatum putat Ioseph. solus tamen patri successit, & fratribus administrationes provinciarum commendavit. quorum ultimus cum administrationem in regnum converteret, a fratre in exilium ejectus est. *Eusebius in Chron. Diodo. libr. 1. Ioseph. 1. contra Appion.* Ab Aegypto & Iudæis si progrediaris in vicina regna, aut universum mundum, constanti consuetudine ab omnibus, qui regna non diviserunt, ad successionem solum primogenitum admissum deprehendes, adeò ut non immeritò Perseus in accusatione fratris, jus gentium ab eo violatum dicat, inquiens: *Frater non commessantium in vicem jam diu vivimus inter nos: Regnare utique vis. Huic spei tua obstat ætas mea, obstat gentium jus, obstat vetustas Macedoniæ mos, obstat verò etiam patris judicium. Huc transcendere, nisi per meum sanguinem non potes. Liv. libr. 40. in pr.* Fuit autem Perseus ultimus regum Macedoniæ, cui quidem regnum, propter parricidium fratris & insidias scelestas in patrem, prævertere & in Antigonum derivare, nisus est Philippus pater, sed quia jure id obtinere desperabat, precibus civitatum & principum consensum elaborare studuit, & *si vita longior suppetisset*, ait Liv. *libr. 40. in fin. haud dubium fuit, quin eum in possessione regni relicturus fuerit.* A principio enim conditi regni jus succedendi majoribus natu tributum invenitur *apud Pausan. in Corinth. & Boet. col. 1. c. 14. Iustin. li. 7. Herod. in Terpsich. Thucid. lib. 1. & 2.* Cisus enim Temeni Argivorum Regis primogenitus, ope fratrum, qui timebant ne pater in Deiphontem generum & Hynethonem filiam regnum amoverat, postquam patrem e medio sustulerat, & sororem à marito abduxerat, regnum retinuit, quod esset primogenitus. *Pausan. in Corinth.* Ex cujus posteris propagari Macedonum Reges in consuetudinem eandem successerunt, quemadmodum Amyntas I. Alexandro regnum Macedoniæ reliquit & Aridææ regnum Elymeorum. Alexander Perdiccam successorem instituit, Alcetæ & Philippo certa quædam oppida legavit, quibus tamen a Perdicca exuti sunt. Perdiccæ succes-

Marginal notes:

[illegible]

26. Et id confirmatur iure gentium.

27. Primogenitura iur usu receptum apud Macedones.

successisset filius unicus nisi ab Archelao naturali fratre tutore morte præventus fuisset. *Thuc. lib.* 2. Philippus II. Alexandri M. pater non venit in partem regni, priusquam Alexander & Perdiccas, insidiis maternis ut Iustin. *libr.* 7. scribit, seu ut Diod. *lib.* 16. Athen. 11. *c.* 22. Plut. *in Pelop* partim Ptolemæi Aloritæ naturalis fratris fraude, partim Illyriorum vi interemti essent. Post mortem Alexandri Magni interfectis ejus hæredibus & uxoribus à Cassandro, Antipater & Alexander Macedoniam quidem & sub ejus potestate comprehensas regiones inter se diviserunt, quod mater propensior videretur in partes Alexandri, sed parricidialibus bellis contritas post primum quadriennium Lysimachi, Pyrrhi, Epirotici & Demetrij filij Antigoni libidini diripiendas obruerunt. *Iust. lib.* 16. *Paus. in Boet. Plut. in Pyrrh. & Demetr.* In familia Antigoni & Demetr. in quæ variæ agitationes Macedoniæ tandem quieverunt, idem observatum non tantum oratio Persei supra adducta, sed & Philippi Persei patris successio demonstrat, cui Antigonus patruus, quod sibi deripere potuisset, regnum tutorio nomine administratum spontè reddidit, quia erat Demetrij primogeniti filius. *Iustin. lib.* 28. *Pausf. in Attic. Polyb. libr.* 2. In familia Antiochi &

28. *Apud Syros & Asiatos,* Seleuci, regum Syriæ & Asiæ idem colligere licet ex eo, quod cum Seleucus II. καλλίνικος ἢ πώγων dictus, Seleucum & Antiochum filios reliquisset, Antiocho qui Magnus postea cognominatus fuit assessus prius datus non fuerit, quam Seleuco interemto, *Polyb. lib.* 4. & 5. *Iust. li.* 28. Hunc enim successisse διὰ τὴν ἡλικίαν scribit Polyb. licet Seleucus horum pater cum Antiocho divisisset duo regna Syriæ & Asiæ *Polyb. l.* 4. *Iust.* 27. Pariter Antiochus IV. ἐπιφανὴς non prius regni particeps factus est, quam Seleuco IV. Philopatore & Sotere immatura morte prærepto 2. *Maccab. c.* 3. *Ioseph.* 12. *Antiq. Appian. in Syr.* Post hos jura successionis à Demetrij I. & Antiochi Epiphanis hæredibus per annos octoginta ita turbata sunt, ut armis & venenis potius, quam gradibus consanguinitatis jus quæsitum sit. Nihilominus Demetrius Roma se dimitti petit, ut quemadmodum ipse patruo Antiocho propter prærogativam ætatis cesserit: ita Antiochi filius sibi tanquam patruo ex eadē causa locum faciat. *Plut. Epit.* 46.

Vis longius antrorsum recurrere [illegible]ram in Asiæ quam Europæ regnis verum esse deprehendes, quod dicimus. Cyrus enim etiam in recens condito imperio, cum duos haberet filios, Cambysen, & Tanioxarcen, ut Ctesias, aut ut Xenophon appellat, Tanaoxaren, æquum putavit, regnum ei relinqui, qui prior natus esset, *ut ait Xenoph. lib.* 8. *Cyrop.* inter Darij Hystaspis priores duos filios Artabazanen & Xerxen, vertebatur periculosa de successione disputatio, eò quod Artabazanes regnum sibi tribueret, cum apud omnes homines institutum dictitaret, ut maximus natu liberorum obtineret principatum. *Herod. libr.* 7. quod sic refert Iustin. *libr.* 2. *Artabazanes maximus natu, ætatis privilegio regnum sibi vendicabat, quod jus & ordo nascendi & natura ipsa gentibus dedit.* Xerxes vero opponeret aliam prærogativam, scil. quod primus in dignitate, per sortem à patre acquisita, generatus esset, cujus petitioni subscribebat Demaratus rex Lacedæm. & votum parentis, qui biennio ante expeditionem Græcam Xerxem, consortem imperij & successorem declaraverat, confirmavit. *Hero. l.* 7. *Iust. l.* 2. *Euseb. in Chron.* Postquam verò in stirpe Darij sceptrum obfirmatum erat, nihil profuit hæc exceptio Cyro contra Artaxerxen Mnemona, cui favore Parysatidis matris regnū prævertere cupiebat, quod ille Dario Notho ante [illegible]tatem, ipse verò in dignitate prog[illegible] esset *Xenoph. libr.* 5. *exped. Cyri Iust. libr.* 6. *Plut. in Artax.* Prævaluit enim jus primogenituræ, quod Artaxerxes iterum, in Darium primogenitum transtulerat, quippe cui C[illegible] rectam gestare permiserat, in signum successionis, nequicquam nitente pro Ochio At[illegible]sa noverca. Nam illi non licuit novam de regno spem prius concipere, quam Darius a patre trucidatus occubuisset, & reliquos fratres, cùm pater tanquam participes conjurationis, tum Ochius ipse, tanquam æ[illegible]s futuros, crudeliter medio sustulisset. *Plutarch. in Artax. Ioseph.* 11. *Antiq. Diod. lib.* [illegible] Occiso Ochio à Bagoa Eunucho [illegible] sterilitate. *Ælia. libr.* 6. *var. hist. Suid.* [illegible] Arsames seu Arses propter ætatem [illegible] est, ut succederet *Strab. li.* 14. cu[illegible] etiam u[illegible]m annum imperij ascribit Tertull. *in lib.* [illegible] 20. *Persarum.*

Ind. tres Sulpit. *lib.* 2. *sacr. histor.* Diodor. *libr.* 17. [illegible]uor Euseb. *in Chron.* Beda *de sex atat.* [illegible] enim & ille fuit venenum bibere à [illegible] [illegible]ente patricidii in patrem perpe[illegible] supplicium a filio: *Strab. lib.* 14. atque ita ex[illegible]ta prosapia regis seu ut Arrianus innuit *lib.* 3. [illegible] ane Arsis fratre ad Alexandrum aufu[illegible]te, Bagoa ad sceptrum vocavit Co-d[illegible]um, quem Iustinus & Strabo faciunt [illegible] tantum gregarium, Diodorus ve[illegible] Genealogiam sequitur Henning. Ar[illegible] [illegible] filium, quem triplici victo [illegible] Alexander toto Persarum re[illegible] potius, uti Daniel *cap.* 8. & 11. prædictum [illegible].

30. Hanc vero legem in Persia diu fuisse [illegible] innatam, ex serie historiæ cuivis liquet & Procop. docet *lib.* 1. *de bell. Pers.* *Lege Persa[illegible] [illegible] natu ad regnum vocari*: Item Zo[illegible] *libr.* 12. Plato *in Alcibiad.* & *Lysid.* [illegible] contra hanc legem Chosroes de vo[illegible] patris Cabadis Cabadi & Ramæ fra[illegible]bus majoribus natu successionem antever[illegible] [illegible] à proceribus armis impetitus [illegible] solium, nisi amborũ fratrum [illegible] perspersum, ascendere *Procop. libr.* 1. *[illegible] Pers.* Item cum Chosroes II. hujus ex Hormisda nepos, Merdasan minorem natu fi[illegible] Syroe primogenito coronatum cu[illegible], comperta re Syroes, scripsit ad Gunda-[illegible] Chiliarchum militiæ: *Nosti, qualiter R[illegible]b. Persarum per nequam hominem istum [illegible] pereat, & vult coronare Merdasan, & [illegible] genitum suum contemsit: & si locutus [illegible] ad exercitum, ut recipiant me, & stipen[illegible] augebo, & pacem cum Rom. Impe[illegible] ac Turcis faciam, & benè vivemus & [illegible] cum populo tuo, ut ego regnem, omnes vos [illegible] & auxiliabor & præcipuè te.* Nec [illegible], ut jus suum prosecutus tam patrem [illegible] fratrem ignominiosa morte mulctavit. *D[illegible] in H[illegible].* Nostra ætate Ismael Sophus, [illegible] Rex Persiæ, etiamsi filiis tribus poste[illegible] recens à se acquisitarum Pro[illegible] partes distribueret & bellis intesti[illegible] hac ratione aperiret, primoge[illegible] [illegible] Turcis eò facilius expugnandas [illegible] tamen Tacmasum primogenitum [illegible], cæteros præfectorum, loco [illegible] *Bizarr. lib.* 10. & 11. *Busbeq. Epist.* [illegible] At licet Tacmasus Ismaëlem secundo genitum, cum Muhemet primogenitus regnum detrectaret, Curassanorum Regem, quorum ex hæreditate uxoris factus hæres, scripsisset testamento: tamen proceres post mortem Tacmasi, regnum ad primogenitum omnium primo detulerunt, & cum Ismaele & Aidere trucidatis, Peria Concone soror sceptra capessere, & ultra traditum sibi à proceribus facultatem progredi inciperet, nolentem, volentem ex latibulo extraxerunt, & in solium patrium constituerunt. *Iohan. Thom. Minado. in hist. Pers.*

Defluxit eadem lex à Persis in vicinos Parthos apud quos Phrahatem successisse *more gentis, quod esset maximus filiorum Priapatij*, scribit Iustin. *libr.* 41. quanquam Phrahatem magis patriæ, quàm liberis consulturum, propriis liberis prætulisse fratrem Mithridatem subjiciat. Sed & Orodes, odiosum subditis Mithridatem Magnum fratrem per vim expulit, & postea pessimo ex filiis Phrahati III. contra legem regnum resignavit, cujus exemplum imitatus idem tribus legitimis filiis anteposuit Phinatcem ex Thermusa ancilla genitum, qui perinde, ut patet, à fratrum cæde regnum auspicatus est. *Iust. libr.* 2. *Strab. libr.* 16. quod scirent contra legem invasum regnum per legis mollitiem non potuisse defendi. 31. *Apud Parthos.*

Quid dicam de Armeniis, Thracibus, & Sarmaticis regionibus quibuscunque. Parisades Rex Bosphori aut Ponti Satyrum sibi voluit succedere, ut seniorem, quanquam & huic & alteri fratri Prytavi bellum movit Eumelus omniũ minimus, contraque legem patriam, occisis fratribus regnum tenuit. *Rhod. lib.* 20. In regnum Thraciæ restituerunt Athenienses Berisadem, Cotyos primogenitum, quem Cersobleptes per vim ejecerat *Rhod. libr.* 16. & Roman. Cotyn. V. cui Rhescupors patruus patris jus præripuerat. *Tac. lib.* 2. *Annal.* 32. *Sarmaticae gentes.*

Ungari non admiserunt testamentum Ladislai, & quo Almum minorem natu ex patruelibus successorem scripserat, sed ad Colomannum, propter ætatis prærogativam sceptrum detulerunt, & exinde ubique regnum in divulsum non tantum ad primogenitum solum, sed & primogeniti nepotem, semotis patruis devenit, quod jus genituræ vocat & confirmat autoritatis Pontificia Innocentii III. *in c. licet. in fin. de vot.* 33. *Vngaros.*

de vot. & vot. redemt. dum primogenito minitatur privationem juris genituræ, quod ad minorem se delaturum ait, nisi injunctam à patre expeditionem in terram sanctam ante festum exaltationis Crucis, persequatur Po-

34. *Polonos.* lonorum consuetudinem, si velimus à principiis accersere, inveniemus statim Graci filios inter se pugnantes, eò quod Lestius minor natu aditum ad regnum sibi vita fratris præclusum videret, ideoque Græcum fratrem sub specie venationis transfixit & ipse, cognitio parricidio, in exilium actus est. *Crom. lib. 2. Meckov. lib. 1. Chron. 4.* Lescus III. cum haberet filios 21. soli Popielo seniori regnum assignavit, cæteros in finitimas oras Pomeraniæ, Lusatiæ, Sorabiæ, Rugiæ, Marchiæ ablegavit. Casimirus, Monachus, tres reliquerat filios, sed ex iis solus Boleslaus Audax successit, quod major natu esset. Exinde eum regio titulo expiravit successionis ordo donec per turbulentas divisiones res recideret in arbitrium Palatinorum, qui omnium primum Præmislaum ex Sandomiriæ, Cracoviæ, Vratislaviæ & Pomeraniæ duce Regem crearunt, & ab eo licet regii sanginis maximam rationem haberent, votorum libertatem sibi pepererunt. Nihilominus Vladislaus, Iagellonis filius, vocat se verum & legitimum successorem Iagellonis, quod fratre Casimiro major natu esset, *lib. 2. Stat. c. 1. art. 2. l. 6.* & Casimirus III. frater cum suscepisset regnum, postquam Vladislaus ab Amurathe ob fidem fractam cæsus esset ad Varnam vicum Bulgariæ, ut viam præcluderet Vladislao primogenito ad regnum Poloniæ affectandum, propterea quod Iohannem Albertum, quem ad regnum Vngariæ promotum cupiebat pater, exclusum iret, testamento ipsum exhæredavit, quæ tamen dispositio nullius roboris fuisset, nisi successio in regno Poloniæ jam degenerasset in Electionem. Hinc enim electi sunt secundum ordinem ætatis, Iohannes Albertus Alexander & Sigismundus, qui & Sigismundum Augustum filium ex Iagellonica mascula stirpe ultimum, successorem reliquit.

35. *Russos.* De Moschis seu Russis supra diximus, quomodo per dilacerationes provinciarum cesserint sub jugum Tartarorum, à quo postquam Demetrius, Ann. 1377. sese liberare cepit, ex pluribus filiis totum ducatum [illegible] tribuit, nisi uni Basilio, nec is [illegible] fratrem Georgium potuisset, n[illegible] ulterium uxoris Sophiæ timu sse, ne [illegible] ultero suppositus esset, quam ob c[illegible] & Philippus Rex Maced. Persea [illegible] successione excludere cogitabat. Se[illegible] bus filii & votis subditorum [illegible] tavit & à Georgio fratre pote[illegible] ad Basilium filium, cui tamen [illegible] te mortem patrui recuperare no[illegible] Hujus filius Iohannes Basilide[illegible] primogenito Iohanni & eo ante ad[illegible] teditatem mortuo nepoti Demetrio, [illegible] nam imposuit, quam tamen perfide exussit Gabriel secundogenitus, & transmi[illegible] Iohannem Basilidem filium à quo de[illegible] Theodorum filium, cum Iohannem primogenitum propriis manibus interemisset pater, eò quod dehortaretur ipsum al[illegible] molere thoros & suaderet pacem [illegible] Polonis. *Oderborn. in vit. Iohann. Basil. Sigism. Baro in hist. Muscov.* De Tartarorum communi consuetudine licet conjectu[illegible] mere ex tertia & quarta lege, q[illegible] Chingi, scilic. ut septem Principes d[illegible] abdicarent, & eorundem primogenito[illegible] te truncarent. Ipse etiam, cum habe[illegible] beros, eosque ad concordiam exe[illegible] ligatarum fasciarum hortatus esset [illegible] tæ soli primogenito recens occupatum [illegible] minatum concessit, qui ex quatuor [illegible] iterum primogenitum, quem Hatto A[illegible] Iochin. Paulus Venetus Ginum [illegible] cessorem reliquit, Batto fratre in Co[illegible] secedente, indeque Poloniam, Musco[illegible] Silesiam, Moraviam, Vngariam [illegible] vastante. Vtrum filios habuerit Io[illegible] Iachinus, incertum est: Frater ta[illegible] danus obtinuit imperium & id tra[illegible] Mangonem majorem natu fi[illegible] gis Armeniæ ad Christianam relig[illegible] versum, eoque mortuo, *Hait. c. 19* [illegible] mum natu fratrem Cublai vel Cu[illegible] fratrem Haesonum adversarium [illegible] prærogativa ætatis superavit, [illegible] pse post mortem Cublæ & ejus [illegible] ti Chinchis, imperium usurpavit [illegible] nito Abagæ reliquit, sed quod [illegible] Temur, ut appellat Venetus, po[illegible] 36. *Tartaros.*

omnium principum Cublai ex primogenito nepos exclusis omnibus patruis & patruelibus [illegible], *ut legere est apud Hatton. Armen. c. 16. Venet. li. 1. & 2. Boter. part. 2. Cosmograph. Peucer. lib. 5. Chron. Nicol. Henning. in [illegible] tom. 4. reg. 9.*

36. *Turcas.* De Turcarum successione attestatur non tantum perpetua historiæ series, sed præcipuè Bajazethis II. & Zitzimi item Selymi & Achmetis concertatio, tum etiam Roxanes in Mustapham insidiosa machinatio, *quæ omnia legi possunt in Annal. Turcic. Leonclav. Chalcocond. lib. 2. &c. Aventin. de Turc. Imperat. Menav. in relat. captiv. Turc. Busbeq. Epist. 1. 3. & 4.* Etenim Zitzimus prærogativa ætatis ad successionem patris Mahometis II. vocatus, sed à Bajazethe exclusus primum Caitheij Sultani Aegyptii suppetias impetravit pro jure suo repetendo, deinde à Rhodiorũ Magistro Romam, & ab Innocentio VIII. in Gallias missus, Christianorum opem imploravit, æquum esse clamitans, ut omnes, quos hæc injuria tangat, primogenituræ patrocinium susciperent: Achmetem verò Bajazethes idem, successorem sibi destinarat tanquam maximum natu, quod cum adverteret Selymus, favore Ianizerorum confisus, non tantum jus gentium, sed & naturæ Deiq; regni gratia sibi perrumpendum putavit, & patri per vim extorsit imperium, fratrem verò prælio superatum mortem [illegible]. Quod jure sperare non poterat [illegible] putavit. Roxane verò uxor Solymanni, quod sciret filiis suis præclusam ad regnum viam, quam diu Mustapha, [illegible] prior erat, viveret, primùm ipsi & filio [illegible] procuravit, deinde conversa ad Selymum, cui successionem item præ Bajazethe [illegible] lebat iisdem artibus illum, sed frustra impetiit.

37. *Congianorũ.* Addam orationem Alphonsi [illegible] Regis Congiani, (quem Lusitani primum ad fidem Christianam traduxisse volunt,) primogeniti qua fratri dissuadet usurpationem injustam regni, ea de causa [illegible] Alphonsus religionem avitam mutasset, [illegible]exisset: *sibi sc. deberi regnum jure omnium populorum & id se non vi aut fraude [illegible], sed lege pervetusta & a Deo sibi [illegible] ad illud accessisse, &c. Eduard. [illegible] lib. 2. regn. Cong. c. 3.* Possem hoc non tantum Barbarorum, sed totius Græciæ adeoque omnium probè institutarum gentium moribus confirmare, si cui forte ad jurisgentium constitutionem, quæ dicta sunt, non sufficerent.

In regno Atheniensium Aegeus præfratribus duobus, Nilo, qui Megaris regnavit, & Lyco, qui montanum Atticæ tractum sortitus erat, successit Pandioni, & Lycum, quod regnum affectaret, in exilium egit. *Pausan. in Messen.* 38. *Atheniensis.* Thimoëtem, qui Aphydam majorem natu interemerat, ut sibi succedendi viam aperiret, ipsi Athenienses regno spoliarunt. *Sigon. libr. 1. de Republ. Athen. cap. 1.* Cedrus Medonti jus successionis assignavit, quem cum inde rejicere vellet Neleus frater, quod altero pede claudicaret, oraculi autoritate confirmatus fuit, *Pausan. in Achaic. Strab. lib. 14.* Thucyd. *lib. 6.* Hippiam Pisistrato successisse, non Hipparchum ex eo probat, *quod esset natu maximus.* Apud Trojanos Ilus successit Trojo, quod esset major natu, 39. *Troianor.* *Massal. Corvin. in libr. de Aug. de progen. August.* & Dares Phrygius inducit Priamum admonentem filios, ut minores paterentur sibi imperari à Majoribus. *in libr. de Excid. Trojan.* Apud Elides Augias abdicarat Phylium natu majorem, quod Herculi injuriâ denegari mercedem dixisset, sed ab Hercule in jus primogenituræ restitutus est, quod ipse utcunque à se adornatum, patri ultrò reddidit. *Paus. in Eliac. Plutarch. in Moral.* Apud Aetolos ex multis fratribus Oeneus unus successit, 40. *Græcos alios.* sub quo Agrius frater privatus vixit, cumque à fratrum nepotibus insidiis peteretur & regno dejiceretur, ope Diomedis Argivi, recuperatum imperium non fratribus aut nepotibus, sed Andræmoni genero reliquit. *Scholiast. Homer. Iliad. 9. Apollod. lib. 1. Pausan. in Corinth.* Apud Thebanos Etheocles pactus cum fratre Polynice alternum imperium, exacto anno negavit fratrem admittere, *Pausan. in Boeot. Diod. libr. 4. cap. 6. Apollod. lib. 1.* sic inquiens:

Quæ sors justa mihi, quæ non indebitus annis
Sceptra dicavit honos teneo, æternumq; tenebo.

Stat. in Theb. lib. 2.

41. *Lacedæmonios.* Apud Lacedæmonios Trippocoon initi regnum præ fratre Tyndareo ex ætatus præroga-

rogativa, *Apollod. lib. 2. Diod. lib. 4.* Sed quia à Tyndareo dejectus fuit, ne quis id jure factum suspicetur, consideremus legem successionis de qua Herod. *lib. 6. Aristodemum regem Lacedam. decessisse relictis duobus gemellis. Lacedamonios autem inito consilio creasse regem è pueris eum qui esset primogenitus, ut lex jubebat. Sed nescientes, utrum puerorum eligerent, cum similes essent ac pares, idq; cum nequirent ipsi discernere, percontatos fuisse nutricem eaq; negante sibi de controversia liquere, progressos ad consulendum oraculum, quod jusserit utrumque regem creare, quia nec ipsi de prerogativa ætatis constabat.* Debere enim in tali casu utrumq; admitti communiter tradunt Icti, uti videre est apud Tiraq. *de primog. q. 17.* & Cirier. *l. 1. q. 6. 7. 11.* nisi regnum sit indivisibile. Tum enim sorti vel electioni procerum rem committendam censent. Cirier. *d. q. 11.* Greg. Lopez. *in lib. 12. t. 33. art. 7. verb. Amb.* Anton. Gomez. *ad l. 40. Taur. nu. 68.* Ludov. Mol. *lib. 3. de prim. c. 1. nu. 21.* qui tamen tandem abscedit ad opinionem priorem sine urgente ratione. *nu. 22.* dum supponit Electionem sine turbis non futuram, & confundit quæ sunt peraccidens, & facilè vitari possunt, cum iis, quæ sunt per se. Paulò post in stirpe Proclis accidit ut Polydectes frater Lycurgi moreretur, relicta uxore gravida. Lycurgus igitur legis patriæ memor, quantumvis à gravida uxore illiceretur, & subditis sponte acceptaretur, ventri tamen, si filius nasceretur, regnum adjudicavit, idq; ipsi tutorio nomine fideliter administratum, & legibus firmatum, in manus resignavit, quippe jus primigenii, cui successio annectabatur non retrocedere ad fratrem, sed per ordinem generationis devolvi ad filium putabat *Plutarch. in Lycurg.* In Agidarum altera familia exemplum extat illustrius de Cleomene & Doricofratribus. Nam licet hic consilio & belli artibus longè superaret, fratrem tamen ex decreto Ephororum, & ut ait Pausan. *libr. 3.* ἐκ τῶν νόμων, vicit ætas & primigenii prærogativa, quemadmodum & Agesilaum exclusit Agis frater major natu, nec post Agidis obitum, nisi difficulter & astu Lysandri ad successionem admissus fuit Agesilaus pleris que ad Leotychidem Agidis filium inclinantibus. Sed cum Lysander Leotychidem ex adulterina Alcibiadis cum regina consuetudine natum demonstrasset, & huc traheret oraculum, quo acerbantur a sceptris Claudi, tum demum claudicaturum regnum dictitans, si adulterinus Rex illis præsideret, cumque humanitare alios, alios muneribus sibi demeritus fuisset ipse Agesilaus, tandem successionem præ spurio nepote obtinuit. *Xenoph. & Plut. in Ages.*

42. *In dubio devenjendum est ad sortem vel ad Electionem,*

Sed ut vetera tandem omittamus, & ad ætatem nostram redeamus, nullibi evidentius apparet jus primogenituræ, quam apud Francos, postquam Capetus pravam consuetudinem, qua regnum inter se partiebantur familiæ Merovæi & Martelli, correxit, & unicum Robetum successorem reliquit, qui Henricum sibi substituit, & Roberto alteri filio tractum Aurelianensem assignavit, *ut refert Glaber. & Gill.* Nec Borboniis prius aditus patefactus fuit ad coronam diripiendam, quam stirps Vallesiorum in Henrico III. moreretur, nec Vallesiis eadem via patuit, quam diu Philippi Belli posteritas eam præcludebat. Testantur de consuetudine Gallorum etiam Petr. Iacob. *in t. de success. reg. Fran.* Cirier. *lib. 2. prim. q. 13.* & cæteri, quos citat Tiraqu. *in præfat. de jure primog.* una cum iis, quos infra adjiciemus *Bodin. 6. de Repub. c. 5.* Iam olim ad confluentiam Araris Rhodaniq; prope Allobroges, cum Brancus quidam major natu à fratre minore & cætu juniorum, qui jure minus, vi plus poterat, ut ait Livius, pulsus esset, arbiter regni factus Annibal, quod erat Senatus principumque sententia futurum imperium Majori restituit, *Liv. lib. 21.* Apud Anglos licet Wilhelmus I. Robertum primogenitum, & Iohannes nepotē ex fratre natu majore, cui ex lege successio regni debebatur, necnon Henricus ex domo Lancastrensi ducem Eboracensem regno exueret, tamen absq; vi & dolo fuit, a patre semper devoluta fuit corona ad majorem natu filium, adeò ut Eduardus III. nepoti ex primogenito Eduardo Nigro moriens regnum tradiderit, præ omnibus filiis & Henricus VII. quem alterum Salomonem vocant Angli, ad communionem regni [illegible] IIX. non admisetit, nisi Artu[illegible] mortuo. Wilhelmus vero p[illegible] causam,

43. *Item apud Gallos.*

[illegible] propter sceptra Anglica trans- [illegible] Wilhelmum, de qua, an [illegible] disputabimus. *sect.* 11. Iohan- [illegible] invasit regnum, ideoque deser- [illegible] & à Rege Galliæ in jus voca- [illegible]. Nec enim parricidio manus commacu- [illegible] nepote regnum sibi tribuere jure [illegible]. Lancastrienses quoque per vim re- [illegible], & ea de causa Henricus VI. [illegible] fuit ab Eduardo IV. nepote Edmun- [illegible] Eboracensis qui tertius fuerat E- [illegible] III. filius, adeoq; major natu Iohanne [illegible] ensi ut putabatur, quo originem tra- [illegible] tres Henrici, IV. V. & VI. Nec prius [illegible] cædes Regum & seditiones [illegible], quam duæ hæ familiæ vinculo [illegible] in Henrico VII. proximo ut puta- [illegible], hærede ex domo Lancastrensi & Eli- [illegible] Eduardi IV. ex domo Eboracensi fi- [illegible] legitima herede, & consilio Episcopi [illegible] & ope Ducis Buchnigamensis uni- [illegible] Henricus transmisit regnum in filium [illegible] IX. post cujus posteritatem cum [illegible] hâ extinctam transiit ad nepotes Mar- [illegible] Henrici IIX. majoris natu sororis quæ [illegible] Iacobo IV. regi Scotorum. Atque [illegible] in successionem sibi debitam voca- [illegible] Iacobus VI. Margaritæ pronepos, qui [illegible] in tota Britannia potitur. Unde [illegible] *in l. ex hoc jure de just. & jur.* Rayner. [illegible] civ. *in disp. cui est initium: Consuetu-* [illegible] *in regno Angliæ.* Anglis in genere at- [illegible], quod soli primogenito successio [illegible] feudis deferant, ut post dicemus. A- [illegible] veterum posteros, in Wal- [illegible] Saxonibus & Normannis [illegible] idem consuetudine receptum fuis-

45. *Wales.* [illegible] ex universa historia & præcipuè in [illegible] ex querelis Griffini, majoris na- [illegible]. Nam cum Rodericus Magnus [illegible], ab Avia Powysium, ab u- [illegible] obtineret tribus filiis to- [illegible] diversis titulis acquisita distri- [illegible] divisione effecit, ut disunitæ pro- [illegible] Anglorum viribus impares bre- [illegible] cederent potestati vicini Regis [illegible] qualitercunq; angustis se tueren- [illegible] inter Anarandi Northwalliæ, [illegible] Southwalliæ Regis hæredes jus [illegible] in successione bona fide serva-

tum fuit usq; ad an. 1243. ab an. 913. Tum e- nim David Leolini minor natu filius subni- xus favore Henrici III. regis Angliæ, ut fratri Griffino regnũ præriperet, captivum abduxit Londinum. Sed coacti fuerunt tam Rex, quod David de sententia Papæ & Episcoporũ, totius negotii summã autoritati Curiæ Angliæ com- mittere, à qua procul dubio Griffinus restitu- tus fuisset, nisi ex carcere aufugiturus, cũ pe- dem fregisset, subitanea morte periisset. Filiũ n. Leolinũ, inter cæteros majorẽ natu, succes- sorem habuit qui cum Eduardo I. infeliciter pugnavit. *Lhoyd. in Descr. princ. Wall. Paris. in Henr. 3. & Edu. 1. Polyd. Verg. l. 6.* Scoti licet pe- culiariter præ omnibus gentibus patrueles al- ternatim miscuerint patruis, quæ consuetudo, propter successorem impuberum in idoneam ad regnandi munera ætatẽ introduci cœpit à Fergusij fratre & duravit ad Kennethi III. le- gem ab annis tercentum ante natum Christũ usq; ad an. 994. *Buch. l. 4. hist. Scot.* tamen in- ter utrosq; quantum in tanta confusione & vicissitudine de domo in domum transferen- dæ successionis, fieri potuit prærogativa præ- valuit, ita ut ne Ethodium quidem II. præteri- erint, licet adeo stupido animo, ut singulas provincias per proreges administrare cogere- rur. Ferlegus V. primogenitus Fergusij a sub- ditis ipsis regno exclusus fuit propter perduel- lionem qua patruo regnum ante tempus con- tra voluntatem populi extorquere nisus fue- rat. Postquam legem Kennethi post aliquot Constantini IV. Macbeti & Donaldi injusta & infelicia bella successio cepit ad natos à Regis fratribus devolvi & Milcolumbus III. tres fi- lios vivos reliquit Davidi I. omnium minimo ad regnum prius aditus non patuit, quam Ed- garus & Alexander sine posteritate fatis cessis- sent. Interim Nordhumbriæ & Huntingtoniæ, quã Latinè Venantodunum vocant comitati- bus quos in Anglia cum uxore acquisierat, cõ- tentus vixit. Hujus vero ex filio Henrico nepos Micolumbus IV. avo successit ob prærogativã ætatis: Fratres ambo Gulielmus & David par- titi sunt inter se Northumbrium & Venanto- dunum comitatus quos diximus ad Davidem jure uxoris devolutos, sed cum Milcolumbus [illegible] anno ætatis 25. terræ valediceret, re- gnum Gulielmus cum posteritate, præ fratre Davide iterum suscepit, non alia de causa 46. *Scoti.*

*Hhh 2 nisi

nisi quod major natu esset. Extincta denique stirpe Gulielmi post mortem Alexandri III. res rediit ad filiarum Davidis nepotes, quia Iohannes unicus ejus filius sine liberis decesserat: & Dornagilla quidem Margaritæ primogenitæ filia, Iohannis Ballioli uxor jus primogenitum urgebat, Robertus verò Brussius Isabellæ minoris natu nepos sexus prærogativa innitebatur, & successionem Regnorum distinguebat à successione privata. *Buchan. lib.* 8. Tandem Eduardus I. rex Angliæ utrinque captus arbiter, non tam juris, quam sui commodi studiosus pronuntiare voluit pro Brussio, sed cum negaret in verba Eduardi jurare, Dornagillæ marito Balliolo regnum adjudicavit, paulò post tamen novum regem cum cognomine filio, quod Reges esse, quam audire mallent, & Vasallorum subjectionem æquo animo ferre nescirent, carceribus mancipavit & in Gallias relegavit, qua ratione regnum recidit ad Robertum Brussium, qui Davidem filium testamento hæredem declaravit, & morienti substituit Robertum Stuartum ex Maria filia nepotem. Stuartus cum haberet tres liberos ex Elisabetha Mota concubina, & duos ex Euphemia conjuge, ducta in legitimam uxorem concubina comitiis Sconam indictis obtinuit, ut præteritis Euphemiæ liberis in rege creando, gradus ætatis observarentur. Posse enim id fieri disputant Hottom. *in l. Gallus §. quid si tantum col.* 122. *de lib. & posth. Covarr.* 2. *part. de matr. cap.* 8. *§.* 2. *n.* 35. *Vasq. de success. primog. lib.* 1. *§.* 2. *num.* 89. licet communis opinio in contrarium vergat, eò quod in puncto matrimonii contracti demum legitimatio exoriatur *c. tanta qui fil. sint leg.* & retro trahi nequeat in præjudicium filii legitimi *l. si mulier divert. sol. matr. §. liceat. Auth. Quib. mod. nat. eff. legit.* qui ex spe certa jus jam quæsitum habet, *c. quamvis de rescr. in* 6. quod ipsi sine causa auferri nequit. *Ioh. Andr. late in reg. sine culpa. col.* 10. *de R. I. in* 6. *Roff. lib.* 1. *de legit. de eff. legit. n.* 7. *Crsver. lib.* 1. *de prim. q.* 14. *n.* 20. *Tiraq. q.* 34. *nu.* 3. *&* 43. *Lud. Mol. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 7. *Car. Mol. in cons. Paris. t.* 1. *§.* 8. *in gl.* 1. *q.* 7 *Alciat. lib.* 3 *parad. c.* 12. Obtinuit tamen Stuartus, ut Iohanni ex concubina primogenito, qui se Robertum III. post inaugurationem indigetavit, regnum traderetur, cui successit Iacobus I. cum Davidem primogenitum Robertus Brussius patruus fame necasset, ut regni successionem ad antiquam legem revocaret. Iacobus exagitatus fuit à Roberti filio, & tribus nepotibus, quos omnes capite damnavit, Iohanne excepto, qui in Hiberniam profugerat: Gualtheri verò Atholiæ comi[illegible] ex Euphemia primogeniti filii Roberti II [illegible] dias effugere non potuit, [illegible] quin viginti octo vulneribus confoderetur. De Gualtheio per tres dies crudelissimum sumtum fuit supplicium: & Iacobus II. ætatis anno 19. patri de consensu procerum succedit, ex quo scil. ab anno 1449. sceptra Scotica perpetua serie penes majorem natu & proximum hæredem masculum ex familia Stuartina manserunt, usque ad Mariam Iacobi V. unicam filiam, quæ secundo matrimonio nupsit Henrico Stuarto Alexandri Iacobi III. fratris proximi pronepoti & ex eo peperit Iacobum Sextum Scotiæ & primum magnæ Britanniæ Regem.

47. *Legitimatio an retro trahatur.*

In Hispaniæ variis regnis jus multifariam variatum deprehendimus. Etenim primi Gothorum Reges fere per Electiones, & vota regimen susceperunt, quemadmodum in Concilio Tolet. 5. *can.* 3. conclusum legitur: *Si quis ad Regia Majestatis ambit pervenire fastigia, quem nec electio omnium proficit nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, sit consortio Catholicorum privatus & divino Anathemate condemnatus.* Item conc. Tol. 4. *can. ult. Defuncto in pace Principe primates totius gentis cum sacerdotibus successorem Regni consilio communi constituant, utdum unitatis concordia à nobis retinetur, nullus patriæ gentis dissidium per vim atq; ambitum moliatur. Idem repetitur Conc. Tol.* 6. *& in pr. conc.* 12. *ubi de Elvigis electione agitur.* Sicut enim Imperatores Romani post Neronem Reges Longobardorum & Gothorum in Italia precaria ab exercitu & militibus stipulabantur imperia, ita se habebant quoque auspitia regni Gothici in Hispania, priusquam à certis Legib. comprehenderetur, quanquam nullibi invenimus, quando à patre regnum devenit in filios, primogenito antelatum fuisse ullum alium ex cæteris: Theodorico successerunt tres filii alter post alterum, sed postquam majori natu [illegible]tem

48. *Gothorum in Hispania successio.*

pesan-

per insidias procurassent. Quibus I. fratri Leovigildo ultro regnum abdicavit, ad quod eis [illegible] Gothica contentus. Hermenegildum fratrem Reccaredi I. qui duo Concilia Toleti celebravit ad extinguendum Arianismum, pater ipse ob suspitionem mutatæ religionis avitæ non tantum jure succedendi privavit, sed & securi percussit, ideoque fratri locum fecit.

50. *Apud Astur. & Legion.* Postquam verò Gothorum principes a Saracenis cæsi & in angustos colles compulsi, & à residuis Christianis Pelagius ex regia familia Rex Asturum & Legionis primus constitutus fuit, quam diu mascula ejus progenies ex filia Ormisinda, per annos tercentum rerum potita est, summa imperii stato ordine transiit ad primogenitum, nisi vel ipse minori fratri cederet, ut Alphonsus IV. Raymiro II. vel sine liberis moreretur, ut Favilla unicus Pelagii, Garsias Alphonsi III. filius, vel per vim & insidias [illegible] præverteretur ut Alphonsus II. Froilæ I. Veremundus II. Ordonii III. filius. Oppressit etiam Raymirus duos patrueles Alphonsum & Raymirum, Ordonii II. filios, sed facta, imprimis violenta aut fraudulenta jus non faciunt, nec exemplis judicandum, sed legibus. Legem autem à Pelagio in hanc sententiam latam refert. Iohan. Lup. *de obten. reg. Nav. §. 9. part. 6. & in rub. de don. int. vir. Dux. §. 69. num. 26. ex Chron. Lucæ Tudensis, de Pelag. apud quem tamen eam reperiri negat. Lud. Molin. lib. 1. de primogen. cap. 2. num.* 13. Et huc usque mansit regnum Hispanicum indivisum: Sed quod Covarr. *cap. 1. pract. qq. num. 7.* Tiraq. *in præf. de jure primog. num.* 4. Ludovv. Molin *libr. 1. de jur. primo. cap. 2 num.* 10. Greg. Lopez. *ad l. 2. t. 15. part.* 2. jus primogenituræ usque ad sua tempora deducunt autoritate Oldrad. *cons. 94. & seq.* Castrens. *cons.* 164. *lib* 2. Decii. *cons. 397. col.* 2. Alber. *in donationes, C. de donat. inter vir. & uxor.* Card. Alex. *in c. jus naturale. dist.* 1.

51. *Apud Castellan.* id de separatis regnis concedo & præcipuè de regno castellæ, postquam Ferdinandus I. illud affinis suo præreptum à stirpe Pelagii in Navarram deduxit, juri uxoris innisus: In contrarium verò ut plurimum secus observatum video, ità ut antiquius aut præstantius regnum primogenitus retinuerit cætera pro gradibus ætatum in reliquos fratres dispersa fuerint, unde toties Hispanias tam principum, quam civium sanguis inundavit, ut retrò diximus. Etenim Sanctius Major Navarræ & Arragoniæ Rex, qui se Imperatorem totius Hispaniæ dici voluit, & stirpem suam per omnia Hispaniarum regna disseminavit, inter quatuor filios, quorum unus ex concubina Urraca seu Caja susceptus erat, provincias ita distribuit, ut paternum regnum Navarræ, ab Ennico nobili Gotho derivatum, Garcias natu maximus retineret, dominatus castellæ quem jure uxoris Geloiræ, seu ut alii nominant Majoræ, S. Gundi salvi filiæ & hæredis obtinuerat, cederet Ferdinando, Sobrarba seu Gasconia Sanctio & Arragonia Raymiro, filio naturali ex nobili concubina Arragonica, quod novercam adulterii à Garzia & Ferdinando filiis insinuatam, duello vindiceare se paratum obtulisset. Ex his Garzias Raymirus, & Sanctius fraternis armis mutuò perierunt, & Sanctius quidem sine hæredibus, unde Gascones ad Arragones transierunt: reliquorum verò successio ita moderata fuit, ut in primævo regno primogenitus succederet, in cæteris locus esset secundò, aut tertiò genitis. Ferdinandus enim, victo & occiso Veremundo III. uxoris Sanctiæ unico fratre, præter comitatum castellæ etiam Asturum & Legionis regna, jure uxorio occupavit, ideoque moriens primogenito Sanctio II. castellæ Alphonso, Legionis & Astur. Garciæ Gallíciæ & Portugaliæ regnum attribuit, quam rem quando enarrat Alphonsus X. *in histor. gener.* introducit Sanctium contra partitionem patris ex lege Gothica, qua regnum statuatur individuum, sic disputantem: *Que non podie ni de vie de derecho fazer esta parsidion. Ta tres Reges Godos ant guamente tizeron constitution centre si, que nunca fuesse partido el su imperio despues, que fuesse sempre de un senneno. Et hinc concludebat si dividi non debeat, quod ad se tanquam majorem y heredero naturaliter devolvatur.* Iterum Alphonsus VIII. ex comitibus Tholosanis vel Barcinonensibus primus Sanctium Castellæ & Ferdinandum Legionis Regem constituit: ex quo divisa mansit in utroque regno successio, donec Sanctii progenie

 mascula

mascula in Henrico nepote delata Castellanum regnum rediret ad Ferdinandum Alphonsi IX. Regis Legionis & Berengariæ, Alphonsi ibidem IX. regis Castell. filiæ filium, qui hæredem reliquit Alphonsum X. Astrologum, cum fratrum alios egisset in exilium, alios damnasset ad sacrum cœlibatum. Hic condidit leges partitarum Chron. Alphons. in quarum *part. titul.* 15. *l.* 2. majoratus in successione Regia, apertè constituitur, & hinc testatur Paul. Castr. *cons.* 85. *libr.* 1. In regno Castellæ ex lege successionem deberi soli primogenito: unde non tantum Majoratum in cætera regna, sed & bona quæcunque subditorum fluxisse autumat Molina *libr.* 1. *de primogen. cap.* 2. *num.* 16. *& seqq.* Nec à tempore promulgatæ legis ulterius hæc regna divisa leguntur. Etenim Sanctius IV. Alphonsi X. filius secundogenitus fratre Ferdinando de la cerda ante regnum initum præmortuo, vivo adhuc patre Castellam occupavit & Ferdinandi Filium, Alphonsum, regnum Castellæ patris nomine & repræsentationis jure repetentem, triennio expugnavit, fratem quoque Iohannem in vincula conjecit, ut solus citra æmulum dominaretur. Sanctio successit Ferdinandus, Ferdinando Alphonsus XI. Alphonso Petrus, quem propter crudelitatem Papa Urbanus, Nobiles subditi, ope Gallorum, in invidiam Anglorum, avito regno exuerunt, substituto in ejus locum Henrico, naturalium Alphonsi liberorum ex Leonora concubina natu maximo, quem Papa, ne quid successioni obstaret, legitimum esse jussit. Et licet Eduardus Niger, princeps Walliæ Petrum restitueret, & Henrico negotium facesseret Iohannes Lancastriæ Dux, cui Petri filia Constantia nupserat jus suæ uxoris contra patruum prosequens, mansit tamen utrumque regnum in fide & potestate Iohannis filii Henrici, qui cum accessione regni Arragoniæ & Valentiæ ex conjugio, quod cum Beatrice, Petri regis Arragoniæ filia & hærede contraxerat, avitum patrimonium auxisset iterum bonis filiis hæreditatem reliquit divisim, Henrico primogenito Castellæ & Legionis Ferdinando Arragoniæ & Valentiæ regna. Sed cum Henrici posteritas post annos 68. emoreretur, ad Ferdinandum redierunt universa Hispaniarum, Siciliæ & Majoricarum. Etenim Ferdinandus cum haberet quinque filios primogenito Alphonso reliquit regnum Arragoniæ & V[illegible], quem in regnum Neapolitanum & Siciliæ adoptavit, Iohanna Regina; Iohannes successit in regnum Navarræ, quod cum Blanca filia Caroli Regis Navariæ obtinuit, Henricus constitutus fuit Princeps Galleciæ & Magister ordinis Equitum S. Iacobi, &c. Mox verò Iohannes, Alphonso fratri, qui sine legitimis hæredibus (Ferdinandum enim, qui se tulit regem Neapolis ex concubina sustulerat) decesserat, in regnis supra enumeratis successit, & ea omnia transfudit in filium Ferdinandum, cum primogenitus Carolus hæres regni Navarræ ratione matris, erga patrem se impiasset, & ipso adhuc vivente è vita discessisset. Accesserat autem Ferdinando ex conjugio Isabellæ Iohannis II. regis Castell. & Legion. filiæ Henrici IV. ultimi regis Castel. sororis utrumque regnum, adeò ut, quæ longa serie in multas familias hinc inde dispersa regna fuerant tandem uni Ferdinando, cum magno Hispaniæ totius commodo, cederent qui ea conjunctim transtulit in Iohannam majorem natu filiam Philippo Maximiliani I. Imperatoris & Archiducis Austriæ filio elocatam. Ex quibus omnibus patet regna Castellæ, Legionis Galleciæ, ab initio quidem divisa fuisse, mox verò tam facto, quam lege Alphonsi Astrologi in unum coaluisse, licet accessoria regna ab iis subinde avellerentur, quemadmodum & in Arragonia & Navarra observatum reperamus. Nam ex 52. *Arraga.*
quo Raymundus Berengarius comes Barcinonensis cum Petronella uxore, filia Raymiri II. Sanctii Majoris pronepotis acquisivit regnum Arragoniæ, interrupta serie mansit jus succedendi penes primogenitum, [illegible] eo sine liberis decedente, delapsum est ad ætate proximum, ut cum Alphonsus III. fratri Iacobo II. aut Iohannes I. Martino & Martinus Leonoræ sorori ejusq; filio Ferdinando locum faceret. Iacobus enim Iacobi II. primogenitus ultrò cessit fratri Alphonso IV. Nihilominus cum Iacobus I. Bal[illegible] las Sarracenis eripuisset, & novo [illegible] primus occupasset, Petrum primog[illegible]m

scripsit

... hæredem regnorum avitorum, Ia... vero qui ætate proximus erat, donavit ... Balearum seu Majoricarum, cum comitatibus Rossilionis & Centaniæ, nec non ... Montis pessali, quibus provinciis ab Alphonso, exutus fuit. De Navarræ successione nullum dubium est, cum in omnibus familiis, ad quas ejus imperium beneficio nuptiali devenit, prærogativa data ... majoribus natu, qua filiis qua filiabus & Leonoræ Blancæ & Iohannis filiæ à qua regnum defluxit nuper in Foxensem, Albretanam & Burboniam familiam, non prius datus fuit ad regnum accessus, quam Carolus ... & Blanca soror Henrico IV. regi Cast. nuptam elocata, sine liberis decessissent. De regno Neapolitano patet ex disputatione Caroli Roberti, Martelli filii cum Roberto patruo, qui fratrem Martellum majorem natu ... eo, quod matri in regno Ungarico successisset. Eò enim res rediit post longa certamina, ut Martelli nepos Andreas & Roberti neptis Iohanna matrimonio juncti, ... autoritate regnum reciperet, & in... posteris traderent, quod tamen Iohannæ hujus toties reiteratæ nuptiæ, & Io... II. Versepelles adoptiones vehementer turbarunt, cum ante familiæ Normannorum, & Suevorum jure communi utriusque Siciliæ Summam ad primogenitum ... detulissent, teste *Bald. in cap. 1. num. 3. de ... natis ex matrim. ad Margan.* imo cum in ... investituræ à Clemente IV. disertis ... esset: *ut inter masculos primo... Summon. 2. hist. Neap. cap. 12.*

53. *Navarr.*

54. *Neapolitan.*

55. *Ius primogeniturae dependere ex iure gentium.*

Ex ... unanimi consensu receptis moribus, sine hæsitatione licet progredi ad concludendum jus gentium, quo primogeniti ... deferatur in regnis & magnis principibus, ut confitetur ipse Bald. *in c. cum ... d. ... & consentire cogitur Caſ. conſ. 8. ... 22. lib. 1. conſ. 20. q. 1 libr. 2.* nec non ... *Canorm. in c. licet de Vot. in c. intel... jure c. Venerabilem de Elect. Afflict. ... præterea ducat. de proh. alt. per Frid. ... de feud. Mart. Laud. & Card. in c. ... de feud. fuer. controv. Corſ c. qua 9. ... & ... reg. Borcholt. d. conſ. 13. quaſt. 2. ... 1. nu. 4. c. 38. Eod. ... prim. in præfat. paſſim. q. 4. Cravet. de primogen. lib. 2. quaſt. 13. & 14. Ludov. Molin. lib. 1. prim. cap. 2. in pr. Patrit. lib. 9. de regn. t. 22. Cujac. de feud. libr. 1. t. 9. circ. fin. lib. 5. de prohib. feud. alien. per Frider. Zaſ. in l. jus agnationis num. 4. de paſt.* Nec officiunt pauca exempla, quæ afferri possent in contrarium, cum quia ad jus gentium constituendum, non requiruntur omnium, sed meliorum gentium consuetudines cum aliàs & polygamia, & scortatio, & Vivorum hominum immolatio, ejus juris prætextu excusari possent, tum quia quæ ex causa singulari facta sunt, in consequentiam rapi non convenit. Aut enim electio cum successione juncta fuit, ut in Romanorum Longobardorum Gothorum regnis, aut major natu seipse jure suo abdicavit, aut per vim inde detrusus fuit, prætextu utilitatis publicæ, ut de Calo Iohannis errore hac ipsa q. disputavimus. Nescio enim, quid in mentem venerit Borcholt. *d. conſ. 13. q. 2. mihi pag. 208.* qui dispositionem comitis Embdensis, qua ex liberis hæredem nominarat dignissimum, juri Civili ita consentaneam facit, ut licet ita dispositum à Comite non fuerit, tacitè tamen subintelligi debuerit, *per l. ut gradatim. §. 1. de munerib. & honor.* ubi Modestinus rescripto D. Marci contineri testatur, *Etsi lege municipali caveatur, ut præferantur in honoribus certæ conditionis homines: attamen sciendum esse, hoc esse observandum si idonei sint*, & in genere, semper: *ita quocunque actu qui magis est idoneus præfertur l. præter §. si plures de accuſ. l. de popul. act. l. ultim. in fin. de colluſ.* Nam cum quæstio sit de regno hæreditario, seu ad minimum jure sanguinis devoluto, quemadmodum de Majoratu disputant Hispani *Pinell. de bon. mat. part. 3. num. 99. Petr. de Peralt. in rep. l. 3. §. qui fides comm. rum. 48. 52. & ſeqq. de hæred. inſtit. Ludov. Molin. lib. 1. de primogen. cap. 1. num. 3. 9. 11.* & ipse Borcholt. *d. conſ. 13. quaſt. 1.* versetur in terminis de feudo dignitatis hæreditario, frustrà omninò afferuntur d. ll. quæ loquuntur de factis magistratibus nuda Electione constituendis *§. Moyſes quaſt. 1. l. un. C. ut omn. jud. tam civil. quam Mil.* aut etiam de Præceptoribus & Medicis quos ab trium magistratuum citra alterius noxam aut præjudicium accersit & abdicat, ut patet ex *§. pen. & ult.*

56. *Contraria nonnullorum facta explicantur.*

57. *Error Borcholten.*

& ultim. d. l. ut gradatim 11. Principi verò hæreditario jus suum propter simplicitatem auferri non potest, quemadmodum *in libr. de Autor. Princip. cap. 4. num. 2. & seqq.* prolixius ostendimus & hic odiosè non repetimus, nec principi fas est contra leges fundamentales regni, aut inveteratam consuetudinem gentium, primogenito jus suum auferre, ut disputat Hottom. *libr. de ll. regn. Franc.* quia pr. id non dedit, sed lex & primus regni autor. *Bald. in auth. hoc amplius, num. 8. Ias. num. 6. lim. 7. c. de fideicomm. Gulielm. Bened. in rep. c. Rayn. Verb. Si absque liberis de test. Peralta late in l. 3. §. qui fideicomm. num. 86. de her. instit. Car. Molin. cons. par. 1. 1. §. 8. gloss. 3. Eman. à Cost. que de patr. & nepot. Padill. in l. unum ex fam. §. si de jure num. 16. de leg. II. Ludov. Molin. lib. 13. cap. 6. num. 17.* Lacedæmonii maluerunt Cleomeni primogenito sed hebetiori, quam Dorico secundo sed prudentiori se subjectos profiteri, *Herod. libr. 5.* Arragones contra Petrum Faresium, cui extra ordinem per errorem fasces detulerant, ex presbytero Regem crearunt Raymirum II. licet nec equo hærere sciret nec frenum tenere, aut lanceam manu moderari, tantum quod unus superesset ex stirpe Sanctii Majoris & Raymiri I. Gothi item Veremundum I. ex Diaconatu revocarunt ad regnum, quod proximus ex Pelagianis successor esset, post Alphonsum II. patruelem, licet totius Hispaniæ consuetudo repugnet, ut ait Lud. Molin. 1. *cap. 13. num. 94.* Poloni Casimirum I. ex Cluniacensi, & Uladislaum Casimiri Magni proximum hæredem ex Divionensi cœnobio ad aulam retraxerunt, Anglo Saxones Edel Wolfum, qui numum S. Petro promisit, Ungari Colomannum Geisæ filium, Portugalenses Henricum Cardinalem, alii alios ex Monastico habitu, quamvis regno administrando minus idoneos, contra regulam in quam jurarant. *Cyl. in c. scripsit Verb. dignit. ibi Auth. 27. quæst. 2. Bald. in c. cum in magnit. num. 3. de Elect. Specul. 1. de stat. hom. num. 15. Nicol. de Ubald. de success. ab intest. par. 2. num. 2. Philippi Port. cons. 23. passim Cirier. de primogen. libr. 3. quæst. 4. num. 15. Tacit. c. recolentes de stat. Monach. l. sed si res ubi gl. Verb. non habet de lega. 1. Zas. cons. 20. num. 8. lib. 2.* ad regias dignitates revocarunt, ne [illegible] quemquam jure præter meritum, & cum [illegible] trimento Reipubl. privarent Scoti [illegible] II. Curatores adjecerunt & I[illegible] IV. Alphonsum fratrem jussit regnum Portugaliæ administrare pro Sanctio II. ne propter simplicitatem aut peccatum patris, tota posteritas multaretur & Respubl. regia stirpe, à qua ejus salus ut corporis à capite dependet, quietaque & justa successione p[illegible]tur. *c. grandi ubi Iohan. Andr. de supp. negl. Prælat. in 6.* Zas. enim *consil. 8. num. 8. & seqq. libr. 1.* tum inclinat in hanc sententi[illegible] dum Mynsing. 30. *obser cent. 4. Ludov. Molin. lib. 1. cap. 14. num. 89.* non aliam a[illegible] rationem, quam quod in successione [illegible] tatum regalium magis habenda sit ra[illegible] publici, quam ordinis ætatis, sive [illegible] vati, quod probat autoritate Aristot. [illegible] *Polit. cap. 11.* & Bald *in cap. 1. de f. ud. March* [illegible] non exemplis Salomonis *2. Reg. cap. 1.* & Abiæ *2. Paralip. cap* 11. atque jam sup[illegible] sponsum fuit, quod Salomon divina de[illegible] natione, Abias stulto amore quo ma[illegible] ejus amplectabatur Rehabeam, reg[illegible] promeritus fuerit, quanquam uno at[illegible] altero hujus vel illius Reipubl. præjudicio [illegible] dum non sit, id *ibid. num. 12.* de consuetudine Ungariæ respondet Zasius. Baldus [illegible] hil dicit nisi quod dignitates regale[illegible] deant à Republ. à qua ortæ sint: A[illegible] lis verò sententia si locum habere deb[illegible] omni Reipubl. successionem prorsus [illegible] det, ut diximus *sect 4.* Vult enim p[illegible] optimum, omnium quod & in Epi[illegible] quiritur *c. hi quoscunque. 1. q. 1.* & Ma[illegible] bus seu honoribus quibuscunque *l. hono[illegible] 7 in pr. de decur. Alioquin,* inquit Hiero[illegible] *in d. cap. hi quosc. cur cæteris præferuntur, si nulla meritorum gratia à cæteris assumuntur?* Quod si jam ex posteris regis n[illegible] ex amussim bonus, aut ex al[illegible] sint [illegible] stirpe regia meliores, an pro arbitri[illegible] ti, ex auctorata prole regia, licet [illegible] te, quemcunque censuerint optim[illegible] Aristoteles quidem id æquum esse censet [illegible] Respubl. recens adornata, in qua jus [illegible] adhuc quæsitum est. Tum enim [illegible] argumenta, ex utilitate publicâ [illegible] rum postquam vel bello vel jure hær[illegible]

58. *Patrem non posse jus primogenituræ quod à natura dependet Filio auferre.*

6[illegible] *Secundo ge[illegible] rsa non [illegible] præfe[illegible] primog[illegible]*

[illegible] alicui [illegible] situm & longi temporis la-[illegible] est, ita consulendum est [illegible] privatis. Et cum [illegible] civium omnium priva-[illegible] sit, non prius per publica [illegible] privata, quam si summa ur-[illegible] aut evidentissima exigat utili-[illegible] 3. *Gar. resol. cap. 6. num.* 6. ideoque [illegible] ius suum prius non auferen-[illegible] quando ex ejus successione evi-[illegible] corruptio Reipubl. id quod [illegible]um timetur, quando prorsus men-[illegible] constat, aut in Tyrannum incorrigibi-[illegible]erarit. Seu quando prorsus inca-[illegible]it, quam in capacitatem particula-[illegible]ponit Ludovv. Molin. *lib. 3. de jur. pri-*[illegible].2. agens de exclusione primogeniti à [illegible]. *Item libr. 1. cap. 13. Eod.* Haben-[illegible]itur ratio boni publici in successione [illegible] sed postquam incommoda success-[illegible] in Remp. admissa fuerunt, quod [illegible] consuetudine confirmatum fuit, cum [illegible] non est temerè ob levem utilitatem [illegible]pe[illegible]dum, si fortè minor natu agilior [illegible]cis negotiis aptior videatur, quia [illegible]itur de præjudicio tertii, eviden-[illegible]tet esse causam, cujus gratia à regu-[illegible]atis & justitiæ dictamine recedatur. [illegible]e nimis levi argumento contra ma-[illegible]tu pugnat. Calo Iohannes Imper. [illegible] donis fuerit instructus, quam [illegible] Non sub moderato & quietis aman-[illegible]pe melius vivitur, quam sub [illegible]d maxima quæque per præcipi-[illegible]te. Et licet promittant sibi cives

63\. [illegible] [illegible]tum Reipubl. sub minoris natu [illegible] tamen ad fortunam hanc, incertum [illegible] licet, nisi per maximum in-[illegible]scendere, siquidem nihil obmit-[illegible]enitus eorum, quæ excogitaverit [illegible] repetendo, quemadmodum Boe-[illegible] p[illegible]genitus Guiscardi fratri Ro-[illegible]llum indixit à quo jussus fuerat prin-[illegible]ntino contentus esse: *Fazell. in* [illegible] Guiscardus annon nepotem Ba-[illegible] ducatu exuit, à cujus parente Um-[illegible]tus fuerat? *Id. Ibid.* Robertus [illegible] patruelis, Wilhelmi I. regis [illegible] primogenitus, cum filio Wilhelmo, [illegible]lus est, contra Wilhelmum II. & Henricum I. fratres & Reges Angliæ, ut injuriam ab iis sibi illatam vindicaret? Quid non mali vidit Anglia, cum familia Eboracensis jus suum à Lancastrensi repeteret, & obtineret? Quid non Sicilia, cum resignatum à Iacobo regnum Siciliæ invaderet Fridericus frater, ut regnum Neapolitanum, cum illud Robertus Carolo Martello ejusque filio Carolo Roberto præriperet. Et ne repetam Iudæorum, cum Aristobulus prævertisset Hyrcanum aut cum Herodes majores natu exauctorare aggrederetur, Item Aegyptiorum cum Alexander exclusisset Lathyram, & Persarum, cum Chosroes Merdasan vellet præferre primogenito Syroi, & aliarum Rerumpubl. bella & conquassationes, quarum ex superioribus messem licet demetere maximam ubicunque primogenitus jure suo citra causam privatus fuit, in periculosum discrimen procubuit Respubl. & propè absuit quin regnum Castellanum occuparent Angli & Galli, qui fratribus Petro & Henrico de successione contendentibus opem utrinque tulerant. Hoc verò tantum periculum an putas levicula aliqua utilitate, quæ speratur ex imperio secundo geniti, sufficienter posse rependi? Spem precio sapiens non emit. Quid enim prosit proba administratio Reipubl. si civium flos ante fuerit exhaustus, nec supersint, qui fructus gustare queant, quin simul recrudescat amarities, quæ præcessit? Magno igitur periculo non redimendum, nisi magnum commodum: & summum bonum oportet esse, ait Arist. 3. *Eth. c.* 1. cujus prætextu summa possit excusari injuria. Cessat au-

tem hæc injuria & nihil timetur Reipubl. si primogenitus in se descendat, & molem imperandi cui humeros suos impares expertus est, sponte abjiciat, quemadmodum fieri posse dicemus *sect.* 11. & patet exemplo, Esaui, qui cessit primogenita sua Iacobo *Gen. cap. 25. ad Hebr. cap. 12. c. quam periculosum ubi gl. 7. q. 1. Hostiens. Ioh. Andr. Præpos. Pano m. in c. licet. de Vot.* Sic enim Luiba vel Luibanes electus à Westgothis Rex Hispaniæ, fratri jus suum cessit, Gallia Gothica contentus, Iacobus Iacobi II. regis Arrag. filius, maluit regnum cedere fratri Alphonso IV. quam expeditionem in Sardos, qui ad Pisanos defecissent, à patre sibi injunctam suscipere. Alphonsus 64.

Primog. potest iuri suo renunciare.

succeslisset filius unicus nisi ab Archelao naturali fratre tutore morte præventus fuisset. *Thuc. lib.* 2. Philippus II. Alexandri M. pater non venit in partem regni, priusquam Alexander & Perdiccas, insidiis maternis ut Iustin. *lib.* 7. scribit, seu ut Diod. *lib.* 16. Athen. 11. c. 22. Plut. *in Pelop* partim Ptolemæi Aloritæ naturalis fratris fraude, partim Illyriorum vi interemti essent. Post mortem Alexandri Magni interfectis ejus hæredibus & uxoribus à Cassandro, Antipater & Alexander Macedoniam quidem & sub ejus potestate comprehensas regiones inter se diviserunt, quod mater propensior videretur, in partes Alexandri, sed parricidialibus bellis contritas post primum quadriennium Lysimachi, Pyrrhi, Epirotici & Demetrij filij Antigoni libidini diripiendas obtulerunt. *Inst. lib.* 16. *Pausan. in Boet. Plut. in Pyrrh. & Demetr.* In familia Antigoni & Demetr. in qua variæ agitationes Macedoniæ tandem quieverunt, idem observatum non tantum oratio Persei supra adducta, sed & Philippi Persei patris successio demonstrat, cui Antigonus patruus, quod sibi deripere potuisset, regnum tutorio nomine administratum sponte reddidit, quia erat Demetrij primogeniti filius. *Iustin. lib.* 28. *Pausan.*

28. *Apud Syros & Asiatas.* *in Attic. Polyb. libr.* 2. In familia Antiochi & Seleuci, regum Syriæ & Asiæ idem colligere licet ex eo, quod cum Seleucus II. καλλίνικος καὶ πώγων dictus, Seleucum & Antiochum filios reliquisset, Antiocho qui Magnus postea cognominatus fuit assessus prius datus non fuerit, quam Seleuco interemto. *Polyb. lib.* 4. & 5. *Iust. li.* 28. Hunc enim successisse διὰ τὴν ἡλικίαν scribit Polyb. licet Seleucus horum pater cum Antiocho divisisset duo regna Syriæ & Asiæ *Polyb. l.* 4. *Iust.* 27. Pariter Antiochus IV. ἐπιφανὴς non prius regni particeps factus est, quam Seleuco IV. Philopatore & Sotere immatura morte prærepto 2. *Maccab. c.* 3. *Ioseph.* 12. *Antiq. Appian. in Syr.* Post hos jura successionis à Demetrij I. & Antiochi Epiphanis hæredibus per annos octoginta ita turbata sunt, ut armis & venenis potius, quam gradibus consanguinitatis jus quæsitum sit. Nihilominus Demetrius Roma se dimitti petijt, ut quemadmodum ipse patruo Antiocho propter prærogativam ætatis cesserit, ita Antiochi filius sibi tanquam patruo ex eadē causa locum faciat. *Flor. Epit.* 46

Vis longius antrorsum recurrere, tam in Asiæ quam Europæ regnis verum esse deprehendes, quod dicimus. Cyrus enim etiam à recens condito imperio, cum duos haberet filios, Cambysen, & Tanioxarcen, ut Ctesias, aut ut Xenophon appellat, Tanaoxaren æquum putavit, regnum ei relinqui, qui prior natus esset, *ut ait Xenoph. lib.* 8. *Cyrop.* inter Darij Hystaspis priores duos filios Artabazanen & Xerxen, vertebatur periculosa de successione disputatio, eò quod Artabazanes regnum sibi tribueret, cum apud omnes homines institutum dictitaret, ut maximus natu liberorum obtineret principatum. *Herod. libr.* 7. quod sic refert Iustin. *libr.* 2. *Artabazanes maximus natu, ætatis privilegio regnum sibi vindicabat, quod jus & ordo nascendi & natura ipsa gentibus dedit.* Xerxes verò opponeret aliam prærogativam, scil. quod primus in dignitate, per sortem à patre acquisita, generatus esset, cujus petitioni subscribebat Demaratus rex Lacedæm. & votum parentis, qui biennio ante expeditionem Græcam Xerxem, consortem imperij & successorem declaraverat, confirmavit. *Hero. l.* 7. *Iust.* 2. *Euseb. in Chron.* Postquam verò in stirpe Darij sceptrum obfirmatum erat, nihil profuit hæc exceptio Cyro contra Artaxerxen Mnemona, cui favore Parysatidis matris regnū præverere cupiebat, quod ille Dario Notho ante regnum ætatem, ipse verò in dignitate prognatus esset. *Xenoph. libr.* 5. *exped. Cyri Iust. libr.* 6. *Plut. in Artax.* Prævaluit enim jus primogenituræ, quod Artaxerxes iterum, in Darium primogenitum transtulerat, quippe cui Cidarin rectam gestare permiserat, in signum successionis, nequicquam nitente pro Ochio A[illegible] sa noverca. Nam illi non licuit novam de regno spem prius concipere, quam Darius à patre trucidatus occubuisset, & reliquos fratres, cùm pater tanquam, participes conspirationis, tum Ochius ipse, tanquam æmulos futuros, crudeliter medio sustulisset. *Plutarch. in Artax. Ioseph.* 11. *Antiq. Diod. lib.* [illegible]. Occiso Ochio à Bagoa Eunucho cum tota posteritate. *Ælia. libr.* 6. *var. hist. Suid.* [illegible] Arsames seu Arses propter ætatem servatus est, ut succederet *Strab. li.* 14. cui e[illegible] unum annum imperij ascribit Tertull. *in lib. adv*[illegible]

Ind. tres Sulpit. lib. 2. sacr. histor. Diodor. libr. 17. quatuor Euseb. in Chron. Beda de sex atat. [illegible] enim & ille fuit venenum bibere à [illegible], [illegible] parricidii in patrem perpe[illegible] supplicium a filio: Strab. lib. 14. atque ita ex [illegible] prosapia regis seu ut Arrianus innuit libr. 3. [illegible] Arsis fratre ad Alexandrum [illegible], Bagoa ad sceptrum vocavit Co[illegible], quem Iustinus & Strabo faciunt [illegible] gregarium, Diodorus ve[illegible] genealogiam sequitur Henning. Ar[illegible] filium, quem triplici victo[illegible] subjecit Alexander toto Persarum re[illegible] potius, uti Daniel cap. 8. & 11. prædictum [illegible]. Hanc verò legem in Persia diu fuisse [illegible], ex serie historiæ cuivis liquet & Procop. docet lib. 1. de bell. Pers. Lege Persa[illegible] majorem natu ad regnum vocari: Item [illegible] libr. 12. Plato in Alcibiad. & Lysid. [illegible] contra hanc legem Chosroës de vo[illegible] patris Cabadis Cabadi & Ramæ fra[illegible] majoribus natu successionem antever[illegible] laboraret, à proceribus armis impetitus [illegible] potuit solium, nisi amborū fratrum [illegible] perspersum, ascendere Procop. libr. 1. [illegible] Pers. Item cum Chosroës II. hujus ex [illegible] nepos, Merdasan minorem natu fi[illegible] Syroe primogenito coronatum cu[illegible], comperta re Syroes, scripsit ad Gunda[illegible] Chiliarchum militiæ: Nosti, qualiter [illegible] Persarum per nequam hominem istum [illegible] pereat, & vult coronare Merdasan, & primogenitum suum contemsit: & si locutus [illegible] exercitum, ut recipiant me, & stipen[illegible] augebo, & pacem cum Rom. Impe[illegible] Turcis faciam, & benè vivemus & [illegible] populo tuo, ut ego regnem, omnes vos [illegible] & auxiliabor & præcipuè te. Nec [illegible], vi jus suum prosecutus tam patrem [illegible] ignominiosa morte mulctavit. [illegible] in Heract. Nostra ætate Ismael Sophus, [illegible] Rex Persiæ, etiamsi filiis tribus poste[illegible] recens à se acquisitarum Pro[illegible] partes distribueret & bellis intesti[illegible] fenestram hac ratione aperiret, primoge[illegible] vires Turcis eò facilius expugnandas [illegible] tamen Tacmasum primogenitum [illegible], cæteros præfectorum, loco [illegible]. Bizarr. lib. 10. & 11. Busbeq. Epist. [illegible] Tacmasus Ismaelem secundo ge-

10. [illegible]

nitum, cum Muhemet primogenitus regnum detrectaret, Curassanorum Regem, quorum ex hæreditate uxoris factus hæres, scripsisset testamento: tamen proceres post mortem Tacmasi, regnum ad primogenitum omnium primo detulerunt, & cum Ismaele & Aidere trucidatis, Peria Concone soror sceptra capessere, & ultra traditum sibi à proceribus facultatem progredi inciperet, nolentem, volentem ex latibulo extraxerunt, & in solium patrium constituerunt. Iohan. Thom. Minado. in hist. Pers.

31. Apud Parthos.

Defluxit eadem lex à Persis in vicinos Parthos apud quos Phrahatem successisse more gentis, quod esset maximus filiorum Priapatij, scribit Iustin. libr. 41. quanquam Phrahatem magis patriæ, quàm liberis consulturum, propriis liberis prætulisse fratrem Mithridatem subjiciat. Sed & Orodes, odiosum subditis Mithridatem Magnum fratrem per vim expulit, & postea pessimo ex filiis Phrahati III. contra legem regnum resignavit, cujus exemplum imitatus idem tribus legitimis filiis anteposuit Phinaticem ex Thermusa ancilla genitum, qui perinde, ut pater, à fratrum cæde regnum auspicatus est. Iust. libr. 2. Strab. libr. 16. quod scirent contra legem invasum regnum per legis mollitiem non potuisse defendi. Quid dicam de Armeniis, Thracibus, & Sarmaticis regionibus quibuscunque. Parisades Rex Bosphori aut Ponti Satyrum sibi voluit succedere, ut seniorem, quanquam & huic & alteri fratri Prytavi bellum movit Eumelus omniū minimus, contraque legem patriam, occisis fratribus regnum tenuit. Rhod. lib. 20. In regnum Thraciæ restituerunt Athenienses Berisadem, Cotyos primogenitum, quem Cersobleptes per vim ejecerat Rhod. libr. 16. & Roman. Cotyn. V. cui Rhescupor is patruus patris jus præripuerat. Tac. lib. 2. Annal. Ungari non admiserunt testamentum Ladislai, & quo Almum minorem natu ex patruelibus successorem scripserat, sed ad Colomannum, propter ætatis prærogativam sceptrum detulerunt, & exinde ubique regnum in divulsum non tantum ad primogenitum solum, sed & primogeniti nepotem, semotis patruis devenit, quod jus geniture vocat & confirmat autoritatis Pontificia Innocentii III. in c. licet. in fin. de vot.

32. Sarmaticae gentes.

33. Ungaros.

de vot. & vot. redemt. dum primogenito minitatur privationem juris genituræ, quod ad minorem se delaturum ait, nisi injunctam à patre expeditionem in terram sanctam ante festum exaltationis Crucis, persequatur Polonorum consuetudinem, si velimus à principiis accersere, inveniemus statim Graci filios inter se pugnantes, eò quod Lectius minor natu aditum ad regnum sibi vita fratris præclusum videret, ideoque Gracum fratrem sub specie venationis transfixit & ipse, cognitio parricidio, in exilium actus est. *Crom. lib. 2. Michov. lib. 1. Chron. 4.* Lescus III. cum haberet filios 21. soli Popielo seniori regnum assignavit, cæteros in finitimas oras Pomeraniæ, Lusatiæ, Sorabiæ, Rugiæ, Marchiæ ablegavit. Casimirus, Monachus, tres reliquerat filios, sed ex iis solus Boleslaus Audax successit, quod major natu esset. Exinde cum regio titulo expiravit successionis ordo donec per turbulentas divisiones res recideret in arbitrium Palatinorum, qui omnium primum Præmislaum ex Sandomiriæ, Cracoviæ, Vratislaviæ & Pomeraniæ duce Regem crearunt, & ab eo licet regii sanginis maximam rationem haberent, votorum libertatem sibi pepererunt. Nihilominus Vladislaus, Iagellonis filius, vocat se verum & legitimum successorem Iagellonis, quod fratre Casimiro major natu esset, *lib. 2. Stat. c. 1. art. 2. l. 6.* & Casimirus III. frater cum suscepisset regnum, postquam Vladislaus ab Amurathe ob fidem fractam cæsus esset ad Varnam vicum Bulgariæ, ut viam præcluderet Vladislao primogenito ad regnum Poloniæ affectandum, propterea quod Iohannem Albertum, quem ad regnum Vngariæ promotum cupiebat pater, exclusum iret, testamento ipsum exhæredavit, quæ tamen dispositio nullius roboris fuisset, nisi successio in regno Poloniæ jam degenerasset in Electionem. Hinc enim electi sunt secundum ordinem ætatis, Iohannes Albertus Alexander & Sigismundus, qui & Sigismundum Augustum filium ex Iagellonica mascula stirpe ultimum, successorem reliquit.

35. *Russos.* De Moschis seu Russis supra diximus, quomodo per dilacerationes provinciarum cesserint sub jugum Tartarorum, à quo postquam Demetrius, Ann. 1377. sese liberare cepit, ex pluribus filiis totum ducatum [illegible] tribuit, nisi uni Basilio, nec is filio [illegible] fratrem Georgium potuisset, nisi p[illegible]ter [illegible] ulterium uxoris Sophiæ timuisse, [illegible] ultero suppositus esset, quam ob ca[illegible] Philippus Rex Maced. Persea filium [illegible]ces-sione excludere cogitabat. Se[illegible] pr[illegible]bus filii & votis subditorum con[illegible] mutavit & à Georgio fra[illegible] po[illegible] ad Basilium filium, cui tamen [illegible] te mortem patrui recuperare [illegible] Hujus filius Iohannes Basilides [illegible] primogenito Iohanni & eo ante aditam hæreditatem mortuo nepoti Demetrio, coronam imposuit, quam tamen perfidè excu[illegible] Gabriel secundogenitus, & trans[illegible] ad Iohannem Basilidem filium à quo de[illegible] ad Theodorum filium, cum Iohannem primogenitum propriis manibus interem[illegible] pater, eò quod dehortaretur ipsum a[illegible] molere thoros & suaderet pacem cum Polonis. *Oderborn. in vit. Iohann. Basil. Sigism. Baro in hist. Muscov.*

36. *Tartaros.* De Tartarorum communi consuetudine licet conjectu[illegible] mere ex tertia & quarta lege, qu[illegible] Chingi, scilic. ut septem Principes d[illegible] abdicarent, & eorundem primogen[illegible] te truncarent. Ipse etiam, cum habere[illegible] liberos, eosque ad concordiam exem[illegible] ligatarum fasciarum hortatus esset [illegible] tæ soli primogenito recens occupatum dominatum concessit, qui ex quatuor fil[illegible] iterum primogenitum, quem Hatto A[illegible] Iochin. Paulus Venetus Ginum vo[illegible] successorem reliquit, Batto fratre in Coma[illegible] secedente, indeque Poloniam, Muscoviam, Silesiam, Moraviam, Vngariam cr[illegible] vastante. Vtrum filios habuerit Io[illegible] Iachinus, incertum est: Frater ta[illegible] Ca[illegible]danus obtinuit imperium & id tra[illegible] ad Mangonem majorem natu filium, [illegible] Regis Armeniæ ad Christianam [illegible] conversum, eoque mortuo, *Hatt. c. 19* a[illegible]ximum natu fratrem Cublai vel Cub[illegible] fratrem Haesonum adversarium [illegible] prærogativa ætatis superavit, qu[illegible] pse post mortem Cub[illegible] & ejus [illegible] ri Chinchis, imperium usurp[illegible] nito Abagæ reliquit, sed quo[illegible] Temur, ut appellat Venetus, po[illegible]

omnium principum Cublai ex primogenito nepos exclusis omnibus patruis & patruelibus recuperavit, *ut legere est apud Hatton. Armen. c. 16. Venet. lib. 1. & 2. Boter. part. 2. Cosmograph. Peucer. lib. 5. Chron. Nicol. Henning. in Geneal. tom. 4. reg. 9.*

36. Turcae. De Turcarum successione attestatur non tantum perpetua historiæ series, sed præcipue Bajazethis II. & Zizimi item Selymi & Achmetis concertatio, tum etiam Roxanes in Mustapham insidiosa machinatio, *ut omnia legi possunt in Annal. Turcic. Leonclav. Calcocond. lib. 2. &c. Aventin. de Turc. Imperat. Menav. in relat. captiv. Turc. Busbeq. Epist. 1. 3. & 4.* Etenim Zizimus prærogativa ætatis ad successionem patris Mahometis II. vocatus, sed à Bajazethe exclusus [illegible] um Caitheij Sultani Aegyptii suppetias impetravit pro jure suo repetendo, deinde à Rhodiorū Magistro Romam, & ab Innocentio VIII. in Gallias missus, Christianorum opem imploravit, æquum esse clamitans, ut omnes, quos hæc injuria tangat, primogenituræ patrocinium susciperent: Achmetem vero Bajazethes idem, successorem sibi destinarat tanquam maximum natu, quod cum adverteret Selymus, favore Ianizerorum confisus, non tantum jus gentium, sed & naturæ Deiq; regni gratia sibi perrumpendum putavit, & patri per vim extorsit [illegible] fratrem verò prælio superatum mortem [illegible] avit. Quod jure sperare non poterat [illegible] piendum putavit. Roxane verò uxor Solymanni, quod sciret filiis suis præclusam ad regnum viam, quam diu Mustapha, [illegible] erat, viveret, primùm ipsi & filio ejus mortem procuravit, deinde conversa ad Se[illegible]m, cui successionem item præ Bajazethe [illegible] debat iisdem artibus illum, sed frustra [illegible] it.

37. [illegible] Addam orationem Alphonsi [illegible] Regis Congiani, (quem Lusitani primi [illegible] ad fidem Christianam traduxisse videntur, [illegible] primogeniti qua fratri dissuadet [illegible] onem injustam regni, ea de causa in[illegible] quod Alphonsus religionem avitam mu[illegible] texisset: *sibi sc. deberi regnum jure [illegible] puorum & id se non vi aut fraude [illegible] sed lege pervetusta & a Deo sibi [illegible] ad illud accessisse, &c. Eduard. [illegible] lib. 2. regn. Cong. c. 3.* Possem hoc non tantum Barbarorum, sed totius Græciæ adeoque omnium probè institutarum gentium moribus confirmare, si cui forte ad juris gentium constitutionem, quæ dicta sunt, non sufficerent.

38. Athenienses. In regno Atheniensium Aegeus præ fratribus duobus, Nilo, qui Megaris regnavit, & Lyco, qui montanum Atticæ tractum sortitus erat, successit Pandioni, & Lycum, quod regnum affectaret, in exilium egit. *Pausan. in Messen.* Thimoëtem, qui Aphydam majorem natu interemerat, ut sibi succedendi viam aperiret, ipsi Athenienses regno spoliarunt. *Sigon. libr. 1. de Republ. Athen. cap. 1.* Cedrus Medonti jus successionis assignavit, quem cum inde rejicere vellet Neleus frater, quod altero pede claudicaret, oraculi autoritate confirmatus fuit, *Pausan. in Achaic. Strab. lib. 14.* Thucyd. *lib. 6.* Hippiam Pisistrato successisse, non Hipparchum ex eo probat, *quod esset natu maximus.*

39. Troiani. Apud Trojanos Ilus successit Trojo, quod esset major natu, *Messal. Corvin. in libr. de Aug. de progen. August.* & Dares Phrygius inducit Priamum admonentem filios, ut minores paterentur sibi imperari à Majoribus. *in libr. de Excid. Trojan.* Apud Elides Augias abdicarat Phylium natu majorem, quod Herculi injuriâ denegari mercedem dixisset, sed ab Hercule in jus primogenituræ restitutus est, quod ipse utcunque à se adornatum, patri ultrò reddidit. *Paus. in Eliac. Plutarch. in Moral.*

40. Græci alii. Apud Aetolos ex multis fratribus Oeneus unus successit, sub quo Agrius frater privatus vixit, eùmque à fratrum nepotibus insidiis peteretur & regno dejiceretur, ope Diomedis Argivi, recuperatum imperium non fratribus aut nepotibus, sed Andræmoni genero reliquit. *Scholiast. Homer. Iliad. 9. Apollod. lib. 1. Pausan. in Corinth.* Apud Thebanos Eteocles pactus cum fratre Polynice alternum imperium, exacto anno negavit fratrem admittere, *Pausan. in Boeot. Diod. libr. 4. cap. 6. Apollod. lib. 1.* sic inquiens:

Quæ sors justa mihi, quæ non indebitus annis
Sceptra dicavit honos teneo, æternumq; tenebo.

Stat. in Theb. lib. 2

41. Lacedæmonii. Apud Lacedæmonios Trippocoon initi regnum præ fratre Tyndareo ex ætatis præroga-

rogativa, *Apollod. lib. 2. Diod. lib. 4.* Sed quia à Tyndareo dejectus fuit, ne quis id jure factum suspicetur, consideremus legem successionis de qua Herod. *lib. 6. Aristodemum regem Lacedam. decessisse relictis duobus gemellis. Lacedamonios autem inito consilio creasse regem è pueris eum qui esset primogenitus, ut lex jubebat. Sed nescientes, utrum puerorum eligerent, cum similes essent ac pares, idq; cum nequirent ipsi discernere, percontatos fuisse nutricem eaq; negante sibi de controversia liquere, progressos ad consulendum oraculum, quod jusserit utrumque regem creari, quia nec ipsi de prærogativa ætatis constabat.* Debere enim in tali casu utrumq; admitti communiter tradunt Ictî, uti videre est apud Tiraq. *de primog. q. 17.* & Cirier. *li. 1. q. 6. 7. 11.* nisi regnum sit indivisibile. Tum enim sorti vel electioni procerum rem committendam censent. Cirier. *d. q. 11.* Greg. Lopez *in lib. 12. t. 33. art. 7. verb. Amb.* Anton. Gomez. *ad l. 40. Taur. nu. 68.* Ludov. Mol. *lib. 3. de prim. c. 1. nu. 21.* qui tamen tandem abscedit ad opinionem priorem sine urgente ratione. *nu. 22.* dum supponit Electionem sine turbis non futuram, & confundit quæ sunt per accidens, & facilè vitari possunt, cum iis, quæ sunt per se. Paulò post in stirpe Proclis accidit ut Polydectes frater Lycurgi moreretur, relicta uxore gravida. Lycurgus igitur legis patriæ memor, quantumvis à gravida uxore illiceretur, & subditis sponte acceptaretur, ventri tamen, si filius nasceretur, regnum adjudicavit, idq; ipsi tutorio nomine fideliter administratum, & legibus firmatum, in manus resignavit, quippe jus primigenii, cui successio annectabatur non retrocedere ad fratrem, sed per ordinem generationis devolvi ad filium putabat *Plutarch. in Lycurg.* In Agidarum altera familia exemplum extat illustrius de Cleomene & Dorico fratribus. Nam licet hic consilio & belli artibus longè superaret, fratrem tamen ex decreto Ephororum, & ut ait Pausan. *lib. 3.* *ἐκ τῶν νόμων*, vicit ætas & primigenii prærogativa, quemadmodum & Agesilaum exclusit Agis frater major natu, nec post Agidis obitum, nisi difficulter & astu Lysandri ad successionem admissus fuit Agesilaus pleris que ad Leotychidem Agidis filium inclinantibus. Sed cum Lysander Leotychidem ex adulterina Alcibiadis cum regina consuetudine natum demonstrasset, & [illegible] oraculum, quo acerbantur a sceptris C[illegible], tum demum claudicaturum re[illegible] dictitans, si adulterinus Rex illi præsideret, [illegible] que humanitate alios, alios muneribus [illegible] demeritus fuisset ipse Agesilaus, tandem successionem præ spurio nepote obtinuit. *Xenoph. & Plut. in Agesil.*

42. *In dubio devenjendum est ad sortem vel ad Electionem,*

Sed ut vetera tandem omittamus, & ad ætatem nostram redeamus, nullibi evidentius apparet jus primogenituræ, quam apud Francos, postquam Capetus pravam consuetudinem, qua regnum inter se partiebantur familiæ Merovæi & Martelli, correxit, & unicum Robertum successorem reliquit, qui Henricum sibi substituit, & Roberto alteri [illegible] tractum Aurelianensem assignavit, *ut refert Glaber. & Gill.* Nec Borboniis prius aditus patefactus fuit ad coronam diripiendam, quam stirps Vallesiorum in Henrico III. moreretur, nec Vallesiis eadem via patuit, quam diu Philippi Belli posteritas eam præcludebat. Testantur de consuetudine Gallorum etiam Petr. Iacob. *in t. de success. reg. Fran.* Cirier. *lib. 2. prim. q. 13.* & cæteri, quos citat Tiraqu. *in præfat. de jure primog.* una cum iis, quos infra adjiciemus *Bodin. 6. de Reub. c. 5.* Iam olim ad confluentiam Araris R[illegible]daniq; prope Allobroges, cum Brancus quidam major natu à fratre minore & cæ[illegible] juniorum, qui jure minus, vi plus poterat, [illegible] Livius, pulsus esset, arbiter re[illegible] Annibal, quod erat Senatus principumq[illegible] tentia futurum imperium Majori r[illegible] *Liv. lib. 21.* Apud Anglos licet Wilhelm[illegible] Robertum primogenitum, & Iohannes nepotē ex fratre natu majore, cui ex lege successio regni debebatur, necnon H[illegible] ex domo Lancastrensi ducem Eboracensem regno exueret, tamen absq; vi & dolo fu[illegible] patre semper devoluta fuit corona ad [illegible] rem natu filium, adeo ut Edu[illegible] nepo ri ex primogenito Eduardo N[illegible] moriens regnum tradiderit, præ omni[illegible] Henricus VII. quem alterum Salomonem [illegible] Angli, ad communionem r[illegible] IIX. non admiserit, nisi Arturo [illegible] mortuo. Wilhelmus vero præ[illegible] causam,

43. *Item apud Gallos.*

causam, quam propter sceptra Anglica transferret a Roberto in Wilhelmum, de qua, an ... disputabimus. *sect.* 11. Iohan... invasit regnum, ideoque desertus a subditis & à Rege Galliæ in jus vocatus. Nec enim parricidio manus commaculasset, si ... nepote regnum sibi tribuere jure ... Lancastrienses quoque per vim re... usurparunt, & ea de causa Henricus VI. ... fuit ab Eduardo IV. nepote Edmundi Ducis Eboracensis qui tertius fuerat E... III. filius, adeoq; major natu Iohanne Lancastrensi ut putabatur, quo originem trahebant tres Henrici, IV. V. & VI. Nec prius conquieverunt cædes Regum & seditiones ... quam duæ hæ familiæ vinculo ... in Henrico VII. proximo ut puta... hærede ex domo Lancastrensi & Eli... Eduardi IV. ex domo Eboracensi fi... & legitima herede, & consilio Episcopi ...is & ope Ducis Buchnigamensis uni... Henricus transmisit regnum in filium Henricum IX. post cujus posteritatem cum ... extinctam transiit ad nepotes Margaritæ Henrici IIX. majoris natu sororis quæ ... at Iacobo IV. regi Scotorum. Atque ... in successionem sibi debitam vocatus est Iacobus VI. Margaritæ pronepos, qui ... rerum in tota Britannia potitur. Vnde B... *in l. ex hoc jure de just. & jur.* Rayner. ... or. civ. *in disp. cui est initium: Consuetu... in regno Angliæ.* Anglis in genere at... quod soli primogenito successio ... feudis deferant, ut post dicemus. A... ...orum veterum posteros, in Wal... extremos fines à Saxonibus & Normannis ... idem consuetudine receptum fuisse ... patet ex universa historia & præcipue in N... valia ex querelis Griffini, majoris na... Leolini. Nam cum Rodericus Magnus ... Walliam, ab Avia Povvisum, ab ... Cardiganiam obtineret tribus filiis to... regn... diversis titulis acquisita distri... divisione effecit, ut disunitæ pro... Anglorum viribus impares bre... cederent potestati vicini Regis ... qualicunq; angustiis se tueren... inter Anarandi Northvvalliæ ... Suthvalliæ Regis hæredes jus ... in successione bona fide serva-

45. *VValliæ.*

tum fuit usq; ad an. 1243. ab an. 913. Tum enim David Leolini minor natu filius subnixus favore Henrici III. regis Angliæ, ut fratri Griffino regnū præriperet, captivum abduxit Londinum. Sed coacti fuerunt tam Rex, quod David de sententia Papæ & Episcoporū, totius negotii summā autoritati Curiæ Angliæ committere, à qua procul dubio Griffinus restitutus fuisset, nisi ex carcere aufugiturus, cū pedem fregisset, subitanea morte periisset. Filiū n. Leolinū, inter cæteros majorē natu, successorem habuit qui cum Eduardo I. infeliciter pugnavit. *Lhoyd. in Des. princ. Wall. Paris. in Henr. 3. & Edu. 1. Polyd. Verg. l. 6.* Scoti licet peculiariter præ omnibus gentibus patrueles alternatim miscuerint patruis, quæ consuetudo propter successorem impuberum in idoneam ad regnandi munera ætatē introduci cæpit à Fergusij fratre & duravit ad Kennethi III. legem ab annis tercentum ante natum Christū usq, ad an. 994. *Buch. l. 4. hist. Scot.* tamen inter utrosq; quantum in tanta confusione & vicissitudine de domo in domum transferendæ successionis, fieri potuit prærogativa prævaluit, ita ut ne Ethodium quidem II. præterierint, licet adeo stupido animo, ut singulas provincias per proreges administrare cogeretur. Ferlegus V. primogenitus Ferrgusij a subditis ipsis regno exclusus fuit propter perduellionem qua patruo regnum ante tempus contra voluntatem populi extorquere nisus fuerat. Postquam legem Kennethi post aliquot Constantini IV. Macbeti & Donaldi injusta & infelicia bella successio cepit ad natos à Regis fratribus devolvi & Milcolumbus III. tres filios vivos reliquit Davidi I. omnium minimo ad regnum prius aditus non patuit, quam Edgarus & Alexander sine posteritate fatis cessissent. Interim Nordhumbriæ & Huntingtoniæ, quā Latinè Venantodunum vocant comitatibus quos in Anglia cum uxore acquisierat, cōtentus vixit. Hujus vero ex filio Henrico nepos Micolumbus IV. avo successit ob prærogativā ætatis: Fratres ambo Gulielmus & David partiti sunt inter se Northumbrium & Venantodunum comitatus quos diximus ad Davidem jure uxoris devolutos, sed cum Milcolumbus ἄγαμος anno ætatis 25. terræ valediceret, regnum Gulielmus cum posteritate, præ fratre Davide iterum suscepit, non alia de causa

46. *Scoti.*

 nisi

nisi quod major natu esset. Extincta denique stirpe Guilielmi post mortem Alexandri III. res rediit ad filiarum Davidis nepotes, quia Iohannes unicus ejus filius sine liberis decesserat: & Dornagilla quidem Margaritæ primogenitæ filia, Iohannis Ballioli uxor jus primogenitum urgebat, Robertus verò Brussius Isabellæ minoris natu nepos sexus prærogativa innitebatur, & successionem Regnorum distinguebat à successione privata. *Buchan. lib.* 8. Tandem Eduardus I. rex Angliæ utrinque captus arbiter, non tam juris, quam sui commodi studiosus pronuntiare voluit pro Brussio, sed cum negaret in verba Eduardi jurare, Dornagillæ marito Balliolo regnum adjudicavit, paulò post tamen novum regem cum cognomine filio, quod Reges esse, quam audire mallent, & Vasallorum subjectionem æquo animo ferre nescirent, carceribus mancipavit & in Gallias relegavit, qua ratione regnum recidit ad Robertum Brussium, qui Davidem filium testamento hæredem declaravit, & morienti substituit Robertum Stuartum ex Maria filia nepotem. Stuartus cum haberet tres liberos ex Elisabetha Mota concubina, & duos ex Euphemia conjuge, ducta in legitimam uxorem concubina comitiis Sconam indictis obtinuit, ut præteritis Euphemiæ liberis in rege creando, gradus ætatis observarentur. Posse enim id fieri disputant Hottom. *in l. Gallus §. quid si tantum col.* 122. *de lib. & posth. Covarr.* 2. *part. de matr. cap.* 8. *§.* 2. *n.* 35. *Vasq. de success. primog. lib.* 1. *§.* 2. *num.* 89. licet communis opinio in contrarium vergat, eò quod in puncto matrimonii contracti demum legitimatio exoriatur *c. tanta qui fil. sint leg.* & retro trahi nequeat in præjudicium filii legitimi *l. si mulier divert. sol. matr. §. liceat. Auth. Quib. mod. nat. eff. legit.* qui ex spe certa jus jam quæsitum habet, *c. quamvis de rescr. in* 6. quod ipsi sine causa auferri nequit. *Ioh. Andr. late in reg. sine culpa. col.* 10. *de R. I. in* 6. *Roff. lib.* 1. *de legit. de eff. legit. n.* 7. *Curier. lib.* 1. *de prim. q.* 14. *n.* 20. *Tiraq. q.* 34. *nu.* 3. *&* 43. *Lud. Mol. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 7. *Car. Mol. in cons. Paris. t.* 1. *§.* 8. *in gl.* 1. *q.* 7 *Alciat. lib.* 3 *parad. c.* 12. Obtinuit tamen Stuartus, ut Iohanni ex concubina primogenito, qui se Robertum III. post inaugurationem indigetavit, regnum traderetur, cui successit Iacobus I. cum Davidem primogenitum Robertus Brussius patruus fame necasset, ut regni successionem ad antiquam legem revocaret. Iacobus exagitatus fuit à Roberti filio, & tribus nepotibus, quos omnes capite damnavit, Iohanne excepto, qui in Hiberniam profugerat: Gualtheri verò Atholiæ comitis ex Euphemia primogeniti filii Roberti II. ... dias effugere non potuit, quin viginti octo vulneribus confoderetur. De Gualthero per tres dies crudelissimum sumtum fuit supplicium: & Iacobus II. ætatis anno 19. patri de consensu procerum succedit, ex quo scil. ab anno 1449. sceptra Scotica perpetua serie penes majorem natu & proximum hæredem masculum ex familia Stuartina manserunt, usque ad Mariam Iacobi V. unicam filiam, quæ secundo matrimonio nupsit Henrico Stuarto Alexandri Iacobi III. fratris proximi pronepoti & ex eo peperit Iacobum Sextum Scotiæ & primum magnæ Britanniæ Regem.

47. *Legitimatio an retro trahatur.*

In Hispaniæ variis regnis jus multifariam variatum deprehendimus. Etenim primi Gothorum Reges fere per Electiones, & vota regimen susceperunt, quemadmodum in Concilio Tolet. 5. *can.* 3. conclusum legitur. *Si quis ad Regia Majestatis ambit pervenire fastigia, quem nec electio omnium præficit nec Gothica gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, sit consortio Catholicorum privatus & divino Anathemate condemnatus.* Item conc. Tol. 4. *can. ult. Defuncto in pace Principe primates totius gentis cum sacerdotibus successorem Regni consilio communi constituant, utdum unitatis concordia a nobis retinetur, nullus patria gentis dissidium per vim atq; ambitum moliatur. Idem repetitur Conc. Tol.* 6. *& in præfat. conc.* 12. *ubi de Elvigii electione agitur.* Sicut enim Imperatores Romani post Neronem Reges Longobardorum & Gothorum in Italia precaria ab exercitu & militibus stipulabantur imperia, ita se habebant quoque auspitia regni Gothici in Hispania, priusquam à certis Legib. comprehenderetur, quanquam nullibi invenimus, quando à patre regnum devenit in filios, primogenito antelatum fuisse ullum alium ex ... Theodorico successerunt tres filii alter post alterum, sed postquam majori natu ... em pe...

48. *Gothorum in Hispania successio.*

per [illegible] procurassent. Quibus I. fratri Le[illegible] ultro regnum abdicavit, ad quod [illegible] Gallia Gothica contentus. Herme[illegible] Reccaredi I. qui duo Con[illegible] celebravit ad extinguendum Arrianismum, pater ipse ob suspitionem mutat[illegible]onis avitæ non tantum jure succedendi [illegible], sed & securi percussit, ideoque
50. Apud Asturum & Legion,
fratri locum fecit. Postquam verò Gothorum principes à Saracenis cæsi & in angustos colles compulsi, & à residuis Christianis Pelagius ex regia familia Rex Asturum & Legionis primus constitutus fuit, quam diu mascula ejus progenies ex filia Ormisinda, per annos trecentum rerum potita est, summa imperii stato ordine transiit ad primogenitum, nisi vel ipse minori fratri cederet, ut Alphonsus IV. Raymiro II. vel sine liberis moreretur, ut Favilla unicus Pelagii, Garsias Alphonsi III. filius, vel per vim & insidias fratrum præverteretur ut Alphonsus II. Froilæ I. Veremundus II. Ordonii III. filius. Oppressit etiam Raymirus duos patrueles Alphonsum & Raymirum, Ordonii II. filios, sed facta, imprimis violenta aut fraudulenta jus non faciunt, nec exemplis judicandum, sed legibus. Legem autem à Pelagio in hanc sententiam latam refert. Iohan. Lup. *de obten. reg. Nav. §. 9. part. 6. & in rub. de don. int. vir. Dux. §. 69. num.* 26. *ex Chron. Luca Tudensis, de Pelag. apud quem tamen eam reperiri negat. Lud. Molin. lib.* 1. *de primogen. cap.* 2. *num.* 13. Et huc usque [illegible] regnum Hispanicum indivisum: Sed quod Covarr. *cap.* 1. *pract. qq. num.* 7. Tiraq. *in praf. de jure primog. num.* 4. Ludovv. Molin *libr.* 1. *de jur. primo. cap.* 2 *num.* 10. Greg. Lopez. *ad l.* 2. *t.* 15. *part.* 2. jus primogenituræ usque ad sua tempora deducunt autoritate Oldrad. *cons.* 94. *& seq.* Castrens. *cons.* 164. *lib* 2. Decii. *cons.* 397. *col.* 2. Alber. *in donation. C. de donat. inter vir. & uxor.* Card.
51. Apud Castellam,
Alex *in c. [illegible] naturale. dist.* 1. id de separatis regnis concedo & præcipuè de regno castellæ postquam Ferdinandus I. illud affini [illegible] præreptum à stirpe Pelagii in Navarram deduxit, juri uxoris innisus: In conjunctis verò ut plurimum secus observatum video, ita ut antiquius aut præstantius regnum primogenitus retinuerit cætera pro gradibus ætatum in reliquos fratres dispersa fuerint, unde toties Hispanias tam principum, quam civium sanguis inundavit, ut retrò diximus. Etenim Sanctius Major Navarræ & Arragoniæ Rex, qui se Imperatorem totius Hispaniæ dici voluit, & stirpem suam per omnia Hispaniarum regna disseminavit, inter quatuor filios, quorum unus ex concubina Urraca seu Caja susceptus erat, provincias ita distribuit, ut paternum regnum Navarræ, ab Ennico nobili Gotho derivatum, Garcias natu maximus retineret, dominatus castellæ quem jure uxoris Geloiræ, seu ut alii nominant Majoræ, S. Gundi salvi filiæ & hæredis obtinuerat, cederet Ferdinando, Sobrarba seu Gasconia Sanctio & Arragonia Raymiro, filio naturali ex nobili concubina Arragonica, quod novercam adulterii à Garzia & Ferdinando filiis insinuatam, duello vindicare se paratum obtulisset. Ex his Garzias Raymirus, & Sanctius fraternis armis mutuò perierunt, & Sanctius quidem sine hæredibus, unde Gascones ad Arragones transierunt: reliquorum verò successio ita moderata fuit, ut in primævo regno primogenitus succederet, in cæteris locus esset secundò, aut tertiò genitis. Ferdinandus enim, victo & occiso Veremundo III. uxoris Sanctiæ unico fratre, præter comitatum castellæ etiam Asturum & Legionis regna, jure uxorio occupavit, ideoque moriens primogenito Sanctio II. castellæ Alphonso, Legionis & Astur. Garciæ Galliciæ & Portugaliæ regnum attribuit, quàm rem quando enarrat Alphonsus X. *in histor. gener.* introducit Sanctium contra partitionem patris ex lege Gothica, qua regnum statuatur individuum, sic disputantem: *Que non podie nas de vie de derecho fazer esta parsidion. Ta tres Reges Godos ant guamente tizeron constitution centre si, que nunca fuesse partido el su imperio despues, que fuesse sempre de un sennono. Et hinc concludebat si devidi non debeat, quod ad se tanquam majorem y heredero naturaliter devolvatur.* Iterum Alphonsus VIII. ex comitibus Tholosanis vel Barcinonensibus primus Sanctium Castellæ & Ferdinandum Legionis Regem constituit: ex quo divisa mansit in utroque regno successio, donec Sanctii progenie

mascula in Henrico nepote delata Castellanum regnum rediret ad Ferdinandum Alphonsi IX. Regis Legionis & Berengariæ, Alphonsi ibidem IX. regis Castell. filiæ filium, qui hæredem reliquit Alphonsum X. Astrologum, cum fratrum alios egisset in exilium, alios damnasset ad sacrum cœlibatum. Hic condidit leges partitarum Chron. Alphons. in quarum *part. titul.* 15, *l.* 2. majoratus in successione Regia, apertè constituitur, & hinc testatur Paul. Castr. *consil.* 85. *libr.* 1. In regno Castellæ ex lege successionem deberi soli primogenito: unde non tantum Majoratum in cætera regna, sed & bona quæcunque subditorum fluxisse autumat Molina *libr.* 1. *de primogen. cap.* 2. *num.* 16. *& seqq.* Nec à tempore promulgatæ legis ulterius hæc regna divisa leguntur. Etenim Sanctius IV. Alphonsi X. filius secundogenitus fratre Ferdinando de la cerda ante regnum initum præmortuo, vivo adhuc patre Castellam occupavit & Ferdinandi Filium, Alphonsum, regnum Castellæ patris nomine & repræsentationis jure repetentem, triennio expugnavit, fratem quoque Iohannem in vincula conjecit, ut solus citra æmulum dominaretur. Sanctio successit Ferdinandus, Ferdinando Alphonsus XI. Alphonso Petrus, quem propter crudelitatem Papa Urbanus, Nobiles subditi, ope Gallorum, in invidiam Anglorum, avito regno exuerunt, substituto in eius locum Henrico, naturalium Alphonsi liberorum ex Leonora concubina natu maximo, quem Papa, ne quid successioni obstaret, legitimum esse jussit. Et licet Eduardus Niger, princeps Walliæ Petrum restitueret, & Henrico negotium facesseret Iohannes Lancastræ Dux, cui Petri filia Constantia nupserat jus suæ uxoris contra patruum prosequens, mansit tamen utrumque regnum in fide & potestate Iohannis filii Henrici, qui cum accessione regni Arragoniæ & Valentiæ ex conjugio, quod cum Beatrice, Petri regis Arragoniæ filia & hærede contraxerat, avitum patrimonium auxisset iterum bonis filiis hæreditatem reliquit divisim, Henrico primogenito Castellæ & Legionis Ferdinando Arragoniæ & Valentiæ regna. Sed cum Henrici posteritas post annos 68. emoreretur, ad Ferdinandum redierunt universa Hispaniarum, Siciliæ & Majoricarum. Etenim Ferdinandus cum haberet quinque filios primogenito Alphonso reliquit regnum Arragoniæ & Valentiæ, quem in regnum Neapolitanum & Siciliæ adoptavit, Iohanna Regina: Iohannes successit in regnum Navarræ, quod cum Blanca filia Caroli Regis Navarræ obtinuit, Henricus constitutus fuit Princeps Gallecíæ & Magister ordinis Equitum S. Iacobi, &c. Mox verò Iohannes, Alphonso fratri, qui sine legitimis hæredibus (Ferdinandum enim, qui se tulit regem Neapolis ex concubina sustulerat) decesserat, in regnis supra enumeratis successit, & ea omnia transfudit in filium Ferdinandum, cum primogenitus Carolus hæres regni Navarræ ratione matris, erga patrem se impie gessisset, & ipso adhuc vivente è vita discessisset. Accesserat autem Ferdinando ex conjugio Isabellæ Iohannis II. regis Castell. & Legion. filiæ Henrici IV. ultimi regis Castel. sororis utrumque regnum, adeò ut, quæ longa serie in multas familias hinc inde dispersa regna fuerant tandem uni Ferdinando, cum magno Hispaniæ totius commodo, cederent qui ea conjunctim transtulit in Iohannam majorem natu filiam Philippo Maximiliani I. Imperatoris & Archiducis Austriæ filio elocatam. Ex quibus omnibus patet regna Castellæ, Legionis Gallecíæ, ab initio quidem divisa fuisse, mox verò ram facto, quam lege Alphonsi Astrologi in unum coaluisse, licet accessoria regna ab iis subinde avellerentur, quemadmodum & in Arragonia & Navarra observatum reperimus. Nam ex quo Raymundus Berengarius comes Barcinonensis cum Petronella uxore, filia Raymiri II. Sanctii Majoris pronepotis acquisivit regnum Arragoniæ, interrupta serie mansit jus succedendi penes primogenitum, aut eo sine liberis decedente, delapsum est ad ætate proximum, ut cum Alphonsus III fratri Iacobo II. aut Iohannes I. Martino & Martinus Leonoræ sorori ejusq; filio Ferdinando locum faceret. Iacobus enim Iacobi II. primogenitus ultrò cessit fratri Alphonso [illegible] Nihilominus cum Iacobus I. [illegible] las Sarracenis eripuisset, & nov[illegible] primus occupasset, Petrum primog[illegible] scripsit

92. Arrag.

[illegible]ipsis hæredem regnorum avitorum, Iaco[illegible] qui ætate proximus erat, donavit r[illegible] Balearium seu Majoricarum, cum [illegible] Rossilionis & Ceritaniæ, nec [illegible] Mon is pessali, quibus pro[illegible] ab Alphonso, exutus fuit. De Navar-
53. Navarr. ræa Successione nullum dubium est, cum in omnibus familiis, ad quas ejus imperium beneficio nuptiali devenit, prærogativa data [illegible] majoribus natu, qua filiis qua filiabus & Leonoræ Blancæ & Iohannis filiæ à qua regnum defluxit nuper in Foxensem, Albretanam & Burboniam familiam, non prius datus fuit ad regnum accessus, quam Carolus frater & Blanca soror Henrico IV. regi Cast. [illegible] elocata, sine liberis decessissent. De
54. Neapolitan. regno Neapolitano patet ex disputatione Caroli Roberti, Martelli filii cum Roberto patruo, qui fratrem Martellum majorem natu præ[illegible]nerat eò, quod matri in regno Ungarico successisset. Eò enim res rediit post longa [illegible]mina, ut Martelli nepos Andreas & [illegible]rti neptis Iohanna matrimonio juncti, conjuncta autoritate regnum reciperet, & in[illegible]um posteris traderent, quod tamen Iohannæ hujus toties reiteratæ nuptiæ, & Iohannæ I. Versepelles adoptiones vehe[illegible] turbarunt, cum ante familiæ Nor[illegible]orum, & Suevorum jure communi utri[illegible] Summam ad primogenitum so[illegible] detulissent, teste *Bald. in cap. 1. num. 3. de [illegible] ex matrim. ad Margan.* imo cum in [illegible] investituræ à Clemente IV. disertis [illegible] esset: *ut inter masculos primo-[illegible] [illegible] Summon. 2. hist. Neap. cap.* 12.
55. primogen. a dependet ex iure [illegible]. Ex [illegible] gentium unanimi consensu receptis moribus, sine hæsitatione licet progredi ad concludendum jus gentium, quo primogeni[illegible] successio deferatur in regnis & magnis [illegible] ibus, ut confitetur ipse Bald. *in c. cum [illegible] consil.* & consentire cogitur Cas. *cons.* [illegible] 2. 22. *lib.* 1. *cons.* 20. *q.* 1 *libr.* 2. nec non [illegible] *anorm. in c. licet de Vot. in c. intel* [illegible] *Venerabilem de Elect. Afflict.* [illegible] *praterea ducat. de prob. alt. per Frid.* [illegible] *de feud. Mart. Laud. & Card. in c.* [illegible] *de feud. fuer. contr. Corf.* 1. *qua.* 9. [illegible] & *c. reg. Borcholt. d. cons.* 13. *quaest.* 2. [illegible] *qq. c.* 1. *nu.* 4. *c.* 38. *Eod. Tr* [illegible] *prim. in præfat. passim. q.* 4. *Cirect. de primogen. lib.* 2. *quaest.* 13. & 14. *Ludov. Molin. lib.* 1. *prim. cap.* 2. *in pr. Patrit. lib.* 9. *de regn. t.* 22. *Cujac. de feud. libr.* 1. *t.* 9. *circ. fin. lib.* 5. *de prohib. feud. alien. per Frider. Zas. in l. jus agnationis num.* 4. *de pact.* Nec officiunt pauca exempla, quæ afferri possent in contra- 56. *Contraria nonnullorum facta explicantur.*
rium, tum quia ad jus gentium constituendum, non requiruntur omniū, sed meliorum gentium consuetudines cum aliàs & polygamia, & scortatio, & Vivorum hominum immolatio, ejus juris prætextu excusari possent, tum quia quæ ex caussa singulari facta sunt, in consequentiam rapi non convenit. Aut enim electio cum successione juncta fuit, ut in Romanorum Longobardorum Gothorum regnis, aut major natu seipse jure suo abdicavit, aut per vim inde detrusus fuit, prætextu utilitatis publicæ, ut de Calo Iohannis errore hac ipsa q. disputavimus. Nescio enim, quid in mentem venerit Borcholt. *d. cons.* 13. *q.* 2. *mihi pag.* 208. qui dispositionem comitis Embdensis, qua ex liberis hæredem nominarat dignissimum, juri Civili ita consentaneam facit, ut licet ita dispositum à Comite non fuerit, tacitè tamen subintelligi debuerit, *per l. ut gradatim. §.* 1. *de munerib. & honor.* ubi Modestinus rescripto D. Marci contineri testatur, *Etsi lege municipali caveatur, ut præferantur in honoribus certa conditionis homines: attamen sciendum esse, hoc esse observandum si idonei sint,* & in genere, semper: *ita quocunque actu qui magis est idoneus præfertur l. præter §. si plures de accus. l. de popul. act. l. ultim. in fin. de collus.* Nam cum quæstio sit de regno hæreditario, seu ad minimum jure sanguinis devoluto, quemadmodum de Majoratu disputant Hispani *Pinell. de bon. mat. part.* 3. *num.* 99. *Petr. de Perals. in rep. l.* 3. *§. qui fidei comm. num.* 48. 52. & *seqq. de hæred. instit. Ludov. Molin. lib.* 1. *de primogen. cap.* 1. *num.* 3. 9. 11. & ipse 57. *Error Borcholten.*
Borcholt. *d. cons.* 13. *quaest.* 1. versetur in terminis de feudo dignitatis hæreditario, frustrà omninò asseruntur d. ll. quæ loquuntur de factis magistratibus nuda Electione constituendis *§. Moyses quaest.* 1. *l. un. C. ut omn. jud. tam civil. quam Mil.* aut etiam de Præceptoribus & Medicis quos arbitrium magistratuum citra alterius noxam aut præjudicium accersit & abdicat, ut patet ex *§. pen. & ult.*

[illegible] aequalium & longi temporis la[illegible] est, ita consulendum est [illegible] privatis. Et cum
62 [illegible]
[illegible] civium omnium priva[illegible] sit, non prius per publica [illegible] privata, quam si summa ur[illegible] ut evidentissima exigat utili[illegible] *Var. r. sol. cap. 6. num. 6.* ideoque [illegible] jus suum prius non auferen[illegible] quando ex ejus successione evi[illegible] net corruptio Reipubl. id quod [illegible] timetur, quando prorsus men[illegible], aut in Tyrannum incorrigibi[illegible] avit. Seu quando prorsus inca[illegible], quam in capacitatem particula[illegible] Ludovv. Molin. *lib. 3. de jur. pri-* [illegible] agens de exclusione primogeniti à [illegible]. *Item libr. 1. cap. 13. Eod.* Haben[illegible] ratio boni publici in successione [illegible], sed postquam incommoda succes[illegible] semel in Remp. admissa fuerunt, quod [illegible] consuetudine confirmatum fuit, eum [illegible] non est temerè ob levem utilitatem [illegible] endum, si fortè minor natu agilior [illegible] negotiis aptior videatur, quia [illegible] agitur de praejudicio tertii, eviden[illegible] tet esse cautam, cujus gratia à regu[illegible] atis & justitiae dictamine recedatur. [illegible] nimis levi argumento contra ma[illegible] tu pugnat. Calo Iohannes Imper. [illegible] onis fuerit instructus, quam [illegible] sub moderato & quietis aman[illegible] saepe melius vivitur, quam sub [illegible] maxima quaeque per praecipi[illegible]. Et licet promittant sibi cives
63 [illegible]
[illegible] statum Reipubl. sub minoris natu [illegible] tamen ad fortunam hanc, incertum [illegible] non licet, nisi per maximum in[illegible] ascendere, siquidem nihil obmit[illegible] primogenitus eorum, quae excogitaverit [illegible] suo repetendo, quemadmodum Boe[illegible] primogenitus Guiscardi fratri Ro[illegible] indixit à quo jussus fuerat prin[illegible] no contentus esse: *Fazell. in* [illegible] Guiscardus annon nepotem Ba[illegible], ducatu exuit, à cujus parente Um[illegible] tus fuerat? *Id. Ibid.* Robertus [illegible] frater patruelis, Wilhelmi I. regis [illegible] primogenitus, cum filio Wilhelmo, [illegible] us est, contra Wilhelmum II. & Henricum I. fratres & Reges Angliae, ut injuriam ab iis sibi illatam vindicaret? Quid non mali vidit Anglia, cum familia Eboracensis jus suum à Lancastrensi repeteret, & obtineret? Quid non Sicilia, cum resignatum à Iacobo regnum Siciliae invaderet Fridericus frater, ut regnum Neapolitanum, cum illud Robertus Carolo Martello ejusque filio Carolo Roberto praeriperet. Et ne repetam Iudaeorum, cum Aristobulus praevertisset Hyrcanum aut cum Herodes majores natu exauctorare aggrederetur, Item Aegyptiorum cum Alexander exclusisset Lathyram, & Persarum, cum Chosroes Merdasan vellet praeferre primogenito Syroi, & aliarum Rerumpubl. bella & conquassationes, quarum ex superioribus messem licet demetere maximam ubicunque primogenitus jure suo citra causam privatus fuit, in periculosum discrimen procubuit Respubl. & propè abfuit quin regnum Castellanum occuparent Angli & Galli, qui fratribus Petro & Henrico de successione contendentibus opem utrinque tulerant. Hoc verò tantum periculum an putas levicula aliqua utilitate, quae speratur ex imperio secundo geniti, sufficienter posse rependi? Spem precio sapiens non emit. Quid enim prosit proba administratio Reipubl. si civium flos ante fuerit exhaustus, nec supersint, qui fructus gustare queant, quin simul recrudescat amarities, quae praecessit? Magno igitur periculo non redimendum, nisi magnum commodum: & summum bonum oportet esse, ait Arist. 5. *Eth. c. 1.* cujus praetextu summa possit excusari injuria. Cessat au-

tem haec injuria & nihil timetur Reipubl. si primogenitus in se descendat, & molem imperandi cui humeros suos impares expertus est, sponte abjiciat, quemadmodum fieri posse dicemus *sect. 11.* & patet exemplo, Esaui, qui cessit primogenita sua Iacobo *Gen. cap. 25. ad Hebr. cap. 12. c. quam periculosum ubi gl. 7. q. 1. Hostiens. Ioh. Andr. Praepos. Pano in c. licet. de Vot.* Sic enim Luiba vel Luibanes electus à Westgotthis Rex Hispaniae, fratri jus suum cessit, Gallia Gothica contentus, Iacobus Iacobi II. regis Arrag. filius, maluit regnum cedere fratri Alphonso IV. quam expeditionem in Sardos, qui ad Pisanos defecissent, à patre sibi injunctam suscipere. Alphonsus 64. *Primog. potest iuri suo renunciare.*

[illegible]oque Rex Astur. & Legion. temerario quodam impetu fratri Raymiro II. regnum tradid[illegible] & se [illegible] recepit in monasterium unde mu[illegible] sententia in forum & ad Reipub. negotia [illegible] cupivit. Sed per fratris invidiam non li[illegible] ipsi pœnitere, quamvis alias renunciatio accipienda sit cum perseverantia *l. ult. ibi ad extremum* Vers. *C. de pact. l. 46. de hær. Inst. Dec. in l. pactum dotal. C. de Collat.* scilicet antequam jus resignatum alter invadat. *c. quam periculos. in fin. ubi gl. in Verb. Quam periculosum c. Eos. 7. q. 1. c. si illic. 23. q. 4. bis quæ 13. in tr. de adquir. hær. l. 1. §. 9. semel 6. de success. edict.* Adolphus item simplex ad quem post mortem Rudolphi Electoratus Palatinus devenerat, modesti amans otii, dignitatem cum onere resignavit fratri Ruperto. Anno 1327. Nec dubium est, quin juri suo liberè renunciare quisquam possit si nemini creet præjudicium, sed si fortè præter propositum ducat uxorem & tollat liberis quemadmodum Dux Luneb. cui Dannebergensis ditio à fratribus assignata fuerat fecisse cõstat, utrum vel ipse pœnitere possit, vel liberis pateat, facultas repetendi, quod injuria fuerit alienatum à patre, apud alios videre est, *Dd. gl. in c. un. §. hoc quoq; de success. feud. Matt. de Affl. in cap. 1. num. 38. cum seq. de nat. success. feud. Ias. in l. pactum dotale. num. 4. C. de Collat. in l. 15. potest. nu. 33. de adquir. hæred. Cioser. de primog. lib. 3. quæst. 8. Ludov. Molin. lib. 1. cap. 6. nu. 45. cap. 16. per tot. lib. 2. cap. 3. lib. 3. c. 2. n. 22. Tiraq. quæst. 29 Rod. Zuar. in rep. l. quoniam in prior. lim. 5. n. 4. C. de in off. testa. Burg. de Pace in procem. ll. Tauri. n. 93. & seqq.* Nobis sufficit, si ostendamus jus succedendi ita cohærere primogenito, ut modò capax sit successionis ab ea abigi nullo modo possit, licet secundo genitus dignior videatur, quia & in libera electione accusari non potest, qui digniorem non eligit, modè, quem eligit, dignus sit, ut retrò diximus *ex c. constitutus. de appell. c. cum nobis. c. cum in cunctis. de Elect.* Nam nec digniori nocetur, quippe cui jus nullum quæsitum auferrur, nec Reipubl. cujus administrationi, qui dignè electus est, satisfacit ut pluribus edisserunt, Hadrian. *in 4. sent. tr. de restit. in c. quia jam determinatum est. Dom. Sot. 4. de just. & jur. q. 6. art. 3.* Covar. *part. 2. Vel. c. peccatum §. 7. nu. 6. in fin.* Anton. de Padill. *in l.*

65. *An in præjudicium liberorum.*

cum quidam. n. 18. de leg. II. Lud. Mo[illegible] 2. *de jur. prim. c. 5. nu. 57.*

Sunt tamen qui licet jus ge[illegible] scere cogantur in regnis, negant [illegible] his ad feuda regalia valere conse[illegible] *Nicol. Bets. de pact. famil. circa prim*[illegible] *pag. 565.* propter diversitatem [illegible] facit, ut ab uno correlato ad alterum non [illegible]cedat argumentum *teste Eberha*[illegible] *Correl. num. ubi l. fin. ubi Bart. B*[illegible] *Dd. de collat.* quibus ut satisfaciamus, & [illegible]mul causas subjiciamus, ob quas o[illegible] gentes primogenito tantam præ rel[illegible] tribus prærogativam tribuerint, pa[illegible] *sect.* subnectendum superest. Mul[illegible]dem interesse inter regna, superiorem [illegible] agnoscentia, & regalia feuda, quæ Do[illegible] ex natura feudorum semper subjiciu[illegible] benter confitemur, nec id in similibu[illegible] runt Logici, ut sint eadem per omnia. S[illegible] enim est, si conveniant in iis quali[illegible] quarum respectu instituitur compara[illegible] *ubi gloss. in Verb. exequuta & Dd de*[illegible] Quod enim regnum dicitur indi[illegible] vi nominis quo denominatur Mona[illegible] ducatus verò & Marchionatus quo[illegible] contradictione nominis dividantur, [illegible] non habere, vel primo intuitu cuivis p[illegible] Non enim regnum dicitur Mona[illegible] spectu provinciarum, sed respect[illegible] quod regi competit in subditos: itaque [illegible]a etymologia vocabuli ex una Monar[illegible] pè constituuntur plures ut cum re[illegible] niarum, Castellæ, Legionis, Arragoniæ, Navarræ, Portugaliæ, Siciliæ, Neapolitan[illegible] totidem obedirent regibus divisim quæ [illegible] unius Monarchæ imperio patent, [illegible] ut Belgii provinciæ separatos olim h[illegible]t Dominos, quas Rex Hispani[illegible]um, [illegible] Isabellæ, & ejus marito Alberto Ar[illegible] possidendas commisit. Non magis [illegible]narchiis, quam feudis reg[illegible] divisio. Quod deinde sub[illegible] res Reges orin dissidia, quæ [illegible]s Vasallos compescere potest vis m[illegible] subsunt, ne id quidem alicujus [illegible], quia divisio prohibetur non [illegible] tandas lites, sed ne per d[illegible] nuta regna recidant ad ni[illegible] sit hæc una interdicti ratio [illegible]

67 [illegible]

69 [illegible]

puta

[illegible], quam nihil faciat vi superior, ad [illegible] ambitionem & re- [illegible]. Frustra enim extinguit [illegible] subito e affundi patitur & [illegible] eradicat Medicus, nisi fomi- [illegible] extinguat. Qui enim sibi impe- [illegible] e aut Rex volet esse, aut nihil, & [illegible] m cere non timet dummodo [illegible] æ morem gerat, & quod per [illegible] non potest, per vim ipsi supremo Re- [illegible], adeoque aquam prius turbat, [illegible] tutius piscari queat. Nihil igitur [illegible] citur, nisi quod divisio in [illegible] funestior & certiori cum periculo [illegible], in feudis verò per vim externam [illegible] supprimatur, licet incendium hic [illegible] certum sit, quam illic. Nihil [illegible] permovet extrema hæc dissimilitu- [illegible] quod V[illegible] non habeant facultatem de [illegible] suu constituendi ut velint, cum legem [illegible] a Domino, cui præjudicare non [illegible]. Nam Reges quoque leges capiunt [illegible] quas fundamentales vocamus: Et [illegible] in primogeniti constitutionem [illegible] per generalem patientiam & *d. §. [illegible]* consensit. Imò licet non [illegible] nihil tamen instantia hæc con- [illegible], nisi, quod id non liceret Vasallis, si [illegible] Domini, quanquam consensu [illegible] opus non est, quando jure commu- [illegible]s. *l. un. C. de thes. libr.* 10. *cum* [illegible] nobis ex Identitate rationis [illegible], Cum non minus diminuantur [illegible], ex quorum integritate exurgit [illegible], nec minus exponantur per [illegible] nestis dissidiis, licet minori cum [illegible] rent, cum denique jus primo- [illegible] etiam privatis successioni- [illegible] gentibus observatum sit, ut [illegible] nihil obstare, quo minus [illegible] es aliquam habeant etiam effi- [illegible] Regalibus, cum quoad hoc, [illegible] cum regnis. Hispani, li- [illegible], si absque Majoratu fuerit, [illegible] præ[illegible]giri consueverint. Lud. [illegible] *prim. cap. 1. n. 6.* sensim tamen ad [illegible] regiæ, quam Majo- [illegible] caput statuunt, quicunque [illegible] unt, *Paul. de Castr. cons.* [illegible] *nsf. 61. Sigismun. Loffrad.*

Neap. in Consiliis Feudal. cons. 1. n. 56. Greg. Lo- 72. *Successionem*
pez. in l. 2. t. 15. partit. 2. Molin. d. l. 1. c. 2. & 3. *à regno de-*
Burgens. de Pace in proœ. ll. Taur. Roder. Zuar. *fluere in*
in l. quoniam in prior. C. de inoff. testam. Per *feuda.*
alia in rubr. de hær. d. instit. Padill. rubr. C. de fideicom. Covarr. 3. Var. resol. c. 5. nu. 5. eò quod [illegible] legem Taurin. nec Majoratus *Majoradgo*, nomen inveniatur, nec de eo quicunquam [illegible]atum inveniatur in ll. partitarum à Ferdinando III. inchoatis & Alphonso X absolutis dum Majoratus reliqui æstimationem & judicium receperunt, à regno de cujus successione dispositum reperitur, *l. 2. t. 15. part. 2. & l. 12. t. 33. part. 7.* Ad hujus inquam successionis exemplar eò devenerunt, ut non modò Majoratus multos conderent, sed generalem in regiis dignitatibus consuetudinem inducerent quam sic describit Molina *libr. 2.* 73. *In Hispania*
de prim. c. 11. num. 26. Universalis Hispaniæ con- *feuda regalia*
suetudo est, ut Ducatus, Comitatus & Mar- *esse indivisa.*
chionatus non dividantur, sed ad primogenitos tantum deferantur adeò ut nunquam in Hispania visum seu auditum huc usque sit, quod Ducatus seu Comitatus divisus fuerit, non solum, quoad dignitatem, quod jure nimis consonum est: sed nec etiam quoad patrimonium nec ejusdem commoditates. &c. Quibus adjicitur, *quod etiam princeps similes dignitates cum Territorio donantes expediat in uno perpetuo conservari: cum ipse donatarius, ac ejusdem descendentes ex Hispaniæ consuetudine, teneantur Regi in bello præsertim deservire, quod fieri non posset, si bona dividerentur, ex talis namque divisione eadem bona destruerentur ac corrumperentur, memoriaque principis donantis & donatariorum cui Princeps providere voluisse censendus est, ex eo aboleretur ac deleretur, quod nullatenus dicendum, nec asserendum est.* Confirmat autem hanc Majoratus, seu primogeniæ condendi potestatem Iohanna regina *l. Taur.* 40. ita ut singulari Regis privilegio ad eam rem non sit amplius opus, uti censent Celsus *Consil. 93. num. 4. & cons. 117. num. 4.* Anton. Gomez. *in l. 45. Taur. num. 116. ad fin.* Ioan. Lup. *in l. 24. Taur. n. 62.* quia frustra innititur privilegio, qui jure communi uti potest. *& contra morem. dist. penult. c. hinc est. 6. quæst. 1. cum simil. apud gl. in l. 1. verb. leg. C. de th. fur. libr.* 10. & principis legisque

par est autoritas. *Auth. item sine legit. C. de natur. lib. Tiraq. in l. si unquam. Verb. donatione largitus num.226. de rev. donat. Covar. 3. Var. resol. cap.5. num.6. cap.6. nu.1. Vers. Quod si Majoratus.* De regni Galliæ consuetudine

74. *Item in Gallia.* licet conjecturam facere ex iis, quæ declaravimus paulò ante de successione regia cum soleant subditi imitari mores principum, & membra non recedant à capite. *c. cum non liceat de præscript.* Nam in multis Galliæ provinciis, præcipuè quæ vergunt ad Oceanum, & vel Hispanis olim vel Anglis subjacuerunt, jus Francorum ita invaluit, ut non tantum nomen dignitatis solus rapiat primogenitus, sed & bona feudalia, dummodo fratribus inde de honorifica vitæ sustentatione prospiciat. *Otto Frisin. libr.2. de gest. Frid. cap. 29. Cujac.1. de feud. t.9. in fin. Carol. Molin. in tract. de donat. fact. vel confir. in contr. matrim. num.29. Schenck. in t. si de feud. defunct. contr. & in cap. 1. de fil. ex matr. ad Morgan. Anton. Gabriel. concl. 9. libr. 6. Comm. conclus.* quæ consuetudo pervagatur universam Angliam & Scotiam, nisi si municipia alicubi illi

75. *Angliã & Scotia.* derogarint. For wen the ewres drdeth / his land dasendeth onelnto his Eldest sonne/ All tha rast beth sonnes And danghters have nothing bytha common lauten/ bnel must serve their Eldest brother/ if Phay will or make ve hate other schilt they kan to live/ Except thet the Father in his lise time do make sonne conveiance and esteres of part / of his land to their vse or else by devise / whuh word amongst the lavler dorth betoken/ à testament weitten / snaled And detivared in the life time of the testator befora witnesser; for withoat those ceremonies à bequenst of landes is not wailcable. &c. Althongh ordinarily by tha commea lerwa / the eldest sonne in hertcheth all the lands nat in sonn Countrins all the sommas have/ equall portion/ an that is/ called gawalkeid / and is in manu placus in kent. In sonne phlacus the jongst is sole heire: vnd in some places after another fashion. *Sms h. lib.3. de Repub. Anglor. c.9.* Quod verò

76. *An & cur minimus natu alicubi succedat pro fratribus.* in quibusdam Angliæ regionibus inverso ordine, minimus succedere dicitur pro maximo, [illegible] addo, quod Grimbergus, à Brabantis ope Theodorici Flandri, duce Iodefrido 1bL Victis, pœnæ loco imperatum fuit, ne primogenitus in ditione Grimberg[illegible] quam succederet, sed id juris minimus [illegible] haberet, propterea quod primoge[illegible] perfide contra pueritiam ducis arma [illegible] sent, *ut refert Pontus Heuterus.*

Non ego nunc suscipio hujus [illegible] nis patrocinium, quia immemorial[illegible] patrem liberat à dolo & conatu frau[illegible] quia princeps potuit feudo novi[illegible] to legem præscribere, sine præjudicio [illegible] quibus nullum dum jus quæsitum [illegible] tegritatem ejus conservandam, & ut [illegible] lius serviatur: id saltem inde notatum [illegible] quod omni juri consentaneum est, [illegible] feudum individuum ad neminem ex [illegible] bus deferatur, quam primogenitum. N[illegible] in reliquis Galliæ provinciis, ubi tota [illegible] tas primogenito denegatur, plurima [illegible] illi attribui solent. *Carol. Molin. in con[illegible] Paris. t.1. de mat. Feud. §.8. gl.3. in pr[illegible] 14.28. Tiraq. in præfat. de primog. num [illegible] q. quæst. 61. q.87. Cirier. lib.2. de prim[illegible] q.4 [illegible] seqq.* & Saxones, licet minori natu ex[illegible] fratribus optionem dent, postquam major [illegible] tu divisit. *lib.3.* Landrecht. *artic.29. & ibi [illegible] dit. in lit. B. gl. in* Weichbild. *artic. 23. [illegible] const. Elect. Saxon. 15. part.3. Ant. diff.[illegible] Reinhard. diff. 36.* tamen primogeni[illegible] rebus, quas vocãt Expeditoriis, non par[illegible] dulserunt prærogativã, eò quod ill[illegible] præcipuo inter fratres cum principe [illegible] esset in militiam, idq; decreto & [illegible] rici Aucupis *libr.1.* Landrecht. *art.[illegible] Theod. Nichlem. de privileg. Imp. t.[illegible] Imp. Spangenberg. Chron. Saxon. cap.12[illegible] & c.125. Albin. in Chron. Misn. part.1.[illegible]* Divisio autem illa Saxonica, qua & [illegible] divisi leguntur, & quamque comm[illegible] foro observari testantur *Las. in l.1 n.29 [illegible] ibid. num.70. sicert. petat.* Tiraq. *q.6[illegible] mog.* Rauchbar. *part.1. qq. Iuris Civ. & Saxo. q.40. n.3* Covar. *c.40. pract qq nu.[illegible]* per[illegible] tus esse deprehenditur ex leg[illegible] mittit & disputat Seneca *lib.6. de clam. con[illegible] 3. Major frater dividat patrimonium, minor eligat.* Item ex concilio [illegible] dispensatio refertur *in c. 1. de Paroch* un[illegible] riq; ICtorum divisionis huju[illegible] deducunt, quanquam in eo [illegible] divisione hæreditatis, nec de majori [illegible]

[illegible] Primogenito [illegible]

Cur [illegible] minor [illegible]

[illegible] Episcopatu consumseīit, [illegible] Onuurv. d. c. 40. n. ult. Au- [illegible] D.I. c 20. testatur [illegible] quam *Pacificam* vo- [illegible] *terrenorum aliquid partien-* [illegible] *dividat & minor eligat,* cam- [illegible] c. 1 *Gen.* ubi Abraham Lo- [illegible] onem eligendi, quam vellet re- [illegible] t autem imbecillitati mi- [illegible] us prudentia rectè utitur ad dis- [illegible] æqualiter partes patrimoniorum: [illegible] eo casu, quo æqualiter hæreditas [illegible] Vbi verò ex causa & consuetudi- [illegible] dividi non potest, de jure gen- [illegible] defertur majori natu, ob eas prærogativ[as], quas majori natu attribuit natura, *ut* [illegible] *vide est apud Tiraq. de jur. prim. in* [illegible] 3. *usque ad fin. Cirier. de prim. li. 2. q.* [illegible] *q. 1. & 2 de primog.* & regubare [illegible] Bald. ut dignitates, quæ transeunt [illegible] non ad omnes, sed solum primo- [illegible] anicani, *cons. 275. n. 3. lib 1. Ioh. de* [illegible] 2. *C. ut dign. ordo serv. Albert. in* [illegible] *tun. Verb. feudum. Vers. Item qua-* [illegible] *am & sub idem. col. 2. ejus versiculi.* [illegible] um induxerit consuetudo, ut de [illegible] nia testantur Dec. *in c. pruden-* [illegible] *de leg.* Tiraq. *de primog. q. 4. n. 37.* [illegible] quod in Hispania inauditum scribit [illegible] *li 1. c. 11. n. 25. de primog.* Militat [illegible] etiam præsumtio pro primogenitis, [illegible] turs prudentiores & ad maxima [illegible] da expeditiores, ut indicat Tiraq. [illegible] & multis verum facere laboravit [illegible] sed præsumtionem hanc sæpe vincit [illegible] ei, ut in Caino, Esau, Ruben, Absa- [illegible] & Hyrcanus se ultr abdicaverat [illegible] se imparem deprehenderat, *Ioseph.* [illegible] 2 ut & Adolphus Palatinus sim- [illegible] tus, cesserat Electoratū fratri.

[illegible] causa prærogativæ quæ primo- [illegible] ex ætate petitur, ut hic lo- [illegible] habeat vulgatis Regula: *Qui* [illegible] *ore, potior est iure.* Solent enim [illegible] de primogenitura disponunt præ- [illegible] ætatis nominare ut *Deut.* 21. qui [illegible] *m liberorum in l. 2. c. 15. part. 2.* [illegible] *Maior. Old. ad. cons.* 94. Vbi [illegible] era sint paria & in eodem gra[du] [illegible] quius, præfertur. *c. Domino Sancto dist.* 50. *cum concord.* Huic vero ætatis determinationi tam præcisè non est inhærendum, quasi comprehendat solum eum, qui primus reseravit claustra matris ut disputat Zas. *cons. 8. a n. 1. ad n. 6. lib. 1. cons. 20. l. 12. 13. 14. lib. 2.* Nam ea quidem qualitas est inseparabilis, quia personæ certæ competit, contemplatione primæ nativitatis, *l. sordidorum 13. de excus. arn. C. libr.* 10. Verum quia hic spectari debet ordo & excessus ætatis in primogeniti locum, si vel à scena per mortem recesserit, vel ob evidentem idoneitatem amotus fuerit, succedit, qui ætatis gradu proximus est, secundum dispositionem legis *l. 1. §. si quis igitur. Vnde cogn.* quoniam primogenitus æstimatur ex eo articulo, quo offertur hæreditas *d. l. 1. §. 7. & 11. l. 4. §. ult. de nox. action.* & cum primum sit quo nihil est prius *§. nos verò. de concept. Digest.* primus liberorum, seu primus inter genitos meritò habetur ille, qui licet primo loco genitus non sit in primum locum tamen post mortem alterius successit, quemadmodum præsupponunt Dd. *in sect.* 10 citandi quid disputant de successione patrui & nepotis. Nisi enim jus primogenituræ esset transmissibile frustra disputaretur pro patruo. Certè in sacris literis non tantum Iacobum per errorem pro Esauo benedixit Isaac, sed & Iacob moriturus una & eadem oratione bis transfert primogenituram, dum *c. 49. Gen.* Ruben amovet à primatu, quem tanquam primogenito deberi confitetur ne dominetur fratribus, & c. 48. Ephraimo minori filio Iosepho benedicit dextrâ, Manasse verò sinistrâ, quod cum contra jus & æquum fieri putaret Ioseph, respondet Iacob, se id ex composito facere, quod Minor autoritate sit superaturus Majorem. Quin & Adonias, post mortem Absalonis applausu ferè totius populi regnum sibi arrogat, quod absq; divina destinatione & patris jussu fuisset Salomon ipsi, ut majori natu debitum fuisse, non negat 1. *Reg. c. 1. & 2* Ideo & Ianbe *IV. in c. g and. de suppl. negl. pral.* Alphonsum Comitem Bolovensem, quem fratri Sanctio II. Regi Portugaliæ curatorem dat, legitimum successorem regni vocat, si Sanctius sine filio decessisset. Nec obstat, quod Hieron. *in c. Ioseph. in fin. de Verb. sign.* primogenitum definiat, *qui primo loco natus sit.*

82. *In quo consistat ætas primogeniti? Non in eo quod primus perrumperit uterum.*

83. *Sed quod plures annos habeat.*

84. *Posse jus primogenituræ transferri post fata in eum qui ætate proximus est.*

sit. Nam aliquando tantum sic accipi primogenitum addit, & secundo quoque genitus, primo loco genitus rectè dicitur si referatur ad eos, qui post se nascuntur. Licet enim non sit primo loco absolutè natus: natus tamen est ante cæteros, & sic, præmortuo primogenito meritò dicitur primogenitus inter fratres; quos ordine genituræ præcedit ut rectè explicat Philp. Francus *in. d. c. grandi not.* 2. Quod si etiam revera non esset primogenitus, fictione tamen & jure repræsentationis ejus locum subire posset, quemadmodum de nepote, subeunte locum patris, paulò post dicemus. Nec refert, quod fictio non subsistat in iis, quæ revera fieri non possunt, *l. adoptio. de adopt. §. minorem. Inst. Eod. l. filio quem de lib. & posth.* quia si jus primogenituræ separari potest, *ut dictum est*, transferri omninò potest in fratrem. Si enim non posset, quid fieret de regnis & regiis dignitatibus, quas ipse Zas. *d. cons.* 20. *n.* 1. concedit esse individuas, si primogenitus Regis decedat sine liberis? Cur enim illa minor filius potius diripiat, præ eo, quem ordo nascendi & natura surrogaverit? Aut cur distantia ætatis operetur in uno, quod non operetur in altero? Nec verò primogenitum, quando de successione & privilegiis quæstio est, unquam in sacris literis circumscribitur per ea verba: *Qui primus recluserit uterum*, quæ respiciant certam personam & cum ea extinguantur, *ut objicit Zas. d. cons.* 20. *n.* 12. Nam ubi hæc verba leguntur *Exod.* 13. 22. 24. *Levit. c. ult. Num.* 3. & 8. *Deut.* 15. *Luc.* 2. non agitur de Privilegiis primogenitorum, sed immolatione, ad memoriam cædis primogenitorum Aegyptius, & intelligitur tam de pecoribus brutis, quam hominibus.

85. *Primogenito quæ insit à natura dignitas.*

Accedit ad ordinem ætatis, Dignitas, qua ex consensu omnium gentium præfulget primogenitura. Ea primatus vocatur *in c. quam periculosum* 7. *q.* 1. & describitur *Genes.* 27. 48. 49. per *auctoritatem & imperium super fratres*. Nisi enim magnum quid prodegisset Esau, non reprehenderetur, *ut homo prophanus & temerarius Gen. c.* 25. *ad Hebr.* 12. *Cyloss. in d. c. quam peric. Verb. primatus.* id sic explicat: *Ius primogenituræ est dignitas talis, quia primogeniti præ aliis in festis sacrificia offerebant, & qui sedebant ad dextram patris & cibos duplicatos recipiebant* [illegible] *his addunt Ioh. Andr. & Panor. in* [illegible] *Vot. Archid. & Præpos. in d. c. qu*[illegible] *sum. Cirier. de primog. libr.* 1. *q.* [illegible] 2. & [illegible] *q.* 2. *Tiraq. in præfat. n.* 12. & *seq.* N[illegible] propriè loquendo primogenitu[illegible] n[illegible] dignitas publica, quia aliàs omnes primogeniti forent in publica dignitate & f[illegible] privilegiis dignitatum, ut adver[illegible] Molin. *d. §.* 8. *gl.* 1. *n.* 2. & Lud. Molin [illegible] *Hispan. prim. c.* 13. *n.* 5. tamen non [illegible] quin sit dignitas quædam domestica [illegible] prærogativa in familia, ut præter gl. & [illegible] *in d. c. quam periculosum in d. c. licet*, tradu[illegible] *Bald. in l. cum antiquioribus nu.* [illegible] *de lib. Oldrad. cons.* 94. *Aegid. Rom. lib.* [illegible] *Regim. pr. par.* 2. *c.* 5. *in fin. Cirier.* 2. *q.* [illegible] *qu.* 1. *n.* 1. *q.* 16. *n.* 5. *Covar. lib.* 1. *Var. re*[illegible] *ult. in fin. Anton. Gomez. in l.* 40. *T*[illegible] *Tiraq. d. q.* 4. & *in præfat. His enim* [illegible] *signit. Ruben Iacob. Ruben primogenit*[illegible] *es virtus & fortitudo mea, primus in* [illegible] *dono, & in regno. Gen. c.* 49. *Sed qui* [illegible] *sti cubile patris utrumq; aufertur* [illegible] & *sacerdotium dabitur Levi regnum Iuda* [illegible] benedictioni & hoc adjicitur: *quod* [illegible] *ipsum, ut pote in locum primogeniti succre*[illegible] *tem, magnifaciens, & coram* [illegible] *se insti*[illegible]. quemadmodum & Iacob primogen[illegible] benedictionem fratri præripiens, imp[illegible] auctoritatem accipit: *Dominabe*[illegible] *fratrum tuum, & filii matris tuæ pro*[illegible] *tuos. Gen.* 27. Chinensium Theolog[illegible] scribit Contalv. Mendoz. *lib.* 2. *c.* 5. [illegible] gant quendam Tam[illegible] quo incertum [illegible] Deum intelligant. Eum dicat produxisse [illegible] zonem & Parnizonam, marem & fœmin[illegible]am, dedisseq; potestatem Panzoni crean[illegible] mum cum XIII. fratribus ex quo[illegible] natu maximus fuerit Tejencom[illegible]us, [illegible] liberorum pater ex quibus iterum fuer[illegible] maximus [illegible]uncom[illegible]s, & hoc or[illegible] consequenter primogenitum unum po[illegible] successisse in dominio, per annos [illegible] Donec Tais universam hominum st[illegible] leverit. Quæ omnia licet ficta sint, [illegible] tamen tribuunt præeminentiæ pri[illegible] & in eo assequuntur senten[illegible] primogenitis multa indulsit [illegible] nâ privilegia, ut paulo ante dix[illegible]

86. T[illegible]

[illegible] ex jure divino primo[illegible] & C[illegible] *inc. li. er de* [illegible] immerito reprehendit [illegible] *li.* 2. [illegible] licet consuetudi[illegible] & diversimode pro diversita[illegible] origo tamen & funda[illegible] sunt, dependet exau[illegible] imò etiam naturæ & gen[illegible] dictos Autores docent Tiraq. [illegible] *primog. n.* 36. Rod. Zuar. *in rep.* [illegible] *preor. lim.* 11. *dub.* 2. *n.* 22. Lud. [illegible] *lib.* 1. [illegible] *primog. c.* 2. *n.* 3. & 4.

[illegible] ctius, Ferdinandi I. primo[illegible] h[illegible]s. Alphons. X. colligit: Post[illegible] thorum Regnum divini ne[illegible] essario devolaitur integrum ad [illegible], devolvisse posse, nisi ad illum [illegible] *major* [illegible] *heredero*: Ita postquam [illegible] *precedents* constat principatus ma[illegible] debere dirimi, & *hec ipsa sect.* de [illegible] um fuit primogenitum, seu majo[illegible] de jure gentium, dignissimum esse [illegible] trum, propter ætatis prærogati[illegible] & dignitatem à natura sibi innatam, [illegible] est, ut concludamus, contra o[illegible] ex indivisibilitate negant inferri jus [illegible] quæ quæcunq; communio [illegible] & ducit ad interitum, quod ne[illegible] regum Dominium, quod in plu[illegible] equit, [illegible] primogenito deferri [illegible] Qua conclusione imitamur Lycurgi [illegible] millibus partium in quas re[illegible] um divi erat, si plures simul ex[illegible] dividi, sed integram ad primo[illegible] evolvi voluit, *Plut. in Lycurg.* nec [illegible] antea agri.

9 Qua ratione teneatur primogenitus prospicere fratribus.

1. [illegible] *a quadam similitudo Dominica de* [illegible]
2. [illegible] & *fratricidium Turcarum qua* [illegible] *soleat.*
3. [illegible] *de putatur.*
4. [illegible] *non posse causam satis probabi*[illegible]
5. [illegible] *Imperatore tutoribus medius* [illegible]
6. [illegible] *gravius concussam Rempubl.* [illegible]
7. *Vt ex serie gestorum deducitur.*
8. *Quam multos parricidiis regna auspicatos.*
9. *Multitudinem sobolis facere ad familia & regni conservationem.*
10. *Abyssinorum institutum, de fratribus in castra recludendis examinatur.*
11. *Nec non regum Ormi Insula.*
12. *Quod iisdem premetur incommodis.*
13. *Nec rebellioni subditorum viam occludit.*
14. *Sed avertit futuros successores a studio regenda Reipubl.*
15. *Iniquum est æqualibus tribuere inæqualia.*
16. *Primogeniorum institutio defenditur ex utilitate publica.*
17. *Qua tamen utilitas publica nihil potest operari contra jus natura.*
18. *Ex jure verò natura debentur liberis alimenta.*
19. *Quatenus tota legitima statuto tolli possit.*
20. *Legitimam ex feudis indivisibilibus peti non posse, ut nec ex regno.*
21. *Nisi sint hereditaria.*
22. *Etiamsi secundo genitis aliunde sit prospectum.*
23. *Alimenta deberi in subsidium.*
24. *Imò potius ex debito.*
25. *Et actione peti.*
26. *Legitimam deberi etiam locupletibus.*
27. *Alimenta æstimari ex facultatibus & dignitate persona.*
28. *Ad constituenda principibus alimenta non satis esse pecuniam & reditus.*
29. *Sed requiri etiam ditionem.*
30. *Qua tamen à regno abalienanda non est*
31. *Nec tribuenda ut peragium, sed ut homagium.*
32. *Quantum verò assignandum sit pertinere ad arbitrium iudicis.*
33. *Itaq; in aliis regnis alia leges observata sunt.*
34. *Vt variis exemplis multarum regionum ob oculos ponitur.*
35. *Extremas oras non esse facilè fratribus committendas.*
36. *Qua sunt extra ambitum imperij facilius esse fratribus assignanda.*
37. *Maximè verò rationem habendam consuetudinis.*
38. *Quid sit appanagium Gallorum.*
39. *Conclusio totius quæstionis.*

Sequi-

1. *Tyrannica similitudo.*

SEquitur ut pergamus, & inquiramus, qua ratione sit consulendum cæteris fratribus, qui à primogenito excluduntur: ubi ante omnia de ponte dejiciendus est Dominicus de Soto *lib. 4. de just. & jur. q. 5. art. 1. Ver. At verò.* cum crudeli suo suffragio & Tyrannica similitudine, dum ait: *Primogenita instituentes agricolis prudentibus similes esse, qui arbori & viti minores ramusculos circumcunque amputant, ut præcipuum germen in truncum excrescat.* Fallor aut non aliter Plutarchus excusat Dejotarum Armeniæ Regem, qui, ut uni filiorum regnum relinqueret absque controversia, reliquos omnes trucidavit, vinitores imitatus, qui surculos superfluos præcidunt, ut reliqua vitis felicius cresat: *Dion lib. 47. Boter. 4. pol. Illustr. c. 2.* à quo exemplum ceperunt Turcarum Imperatores quod jam inde à Bajazethe I. secuti sunt ut se novum imperium à parricidio auspicarentur & cum fratribus se non posse vivere crederent. Sic enim patris & fratrum cædem excusare solebat Selymus: *Melius esse prævenire, quam præveniri, Vass. in Bajaz.* & Busteus ipse *Epist.* 1. per necessitatem & ex utilitate publica excusat vel mitigat tantum scelus, quoniam præ furore Ianizerorum tutus nunquam foret Imperator si haberent, quem illi probabili prætextu subrogare possent, nisi arbitrio ipsorum per omnia morem gereret, & seditiosos animos donariorum vinculis in officio & obedientia perpetuùm retineret. Liberat quidem extrema necessitas à dolo, sed non semper à culpa: nec qui hic urget, metus tantus est, ut extremam queat incutere necessitatem, quia distinguit Innocent. III. *in c. sacris, de iis, quæ vi met.* inter coactionem & metum, *l. 1. & l. 2. Quod met. caus.* de qua re plura annotavimus *in lib. de jur. connub. c. 3. sect. 9. & in lib. de prop. in Inst. c. 2.* præcipuè quando metus mortis. qui alias excusat *d. c. sacris ubi gl. l. servos. C. ad l. Iul. de vi. l. sententiam. §. qui cum aliter de liber. caus.* non est satis certus, in hoc casu & potest mitioribus remediis tolli. Imò de ipsa necessitate distinguit Arist. 3. *Eth. c. 1.* dum ait: *Sunt autem quædiam fortasse, ad quæ impelli nemo se pati debeat, potiusq; oppetenda mors gravissimis toleratis cruciatibus*: ad quam sententiam accommodari exemplum, prorsus huic negotio

2. *Fratricidium Turcarum quo pacto excusari soleat.*

conveniens, *Ridicula* inquit, *videntur* [illegible] *ad cædem maternam Alcmæonem Eu*[illegible] *impulerunt.* Non enim ex tantula [illegible] tum scelus exordiendum cum ut ait [illegible] *16. In parricidio nulla satis justa* [illegible] *sceleris patrocinium, prætexi possit.* N[illegible] excusat Neronem Cardanus *In Enc*[illegible] de matricidio, quod imperium aff[illegible] ut Burrhus jussu Neronis objiciebat [illegible] *hortes in urbe tentasset, provinciarum fi*[illegible] *labefactasset, servos libertosq; ad scelus co*[illegible] *posset: Tacit. 13. Ann.* quæ flagitia tantum [illegible] moverant Senecam & Burrhum, ut eo [illegible] sum crederent dicente eodem *lib. 14* [illegible] *nisi prævenirent Agrippina, pereun*[illegible] *rons fuisset.* Imò Seneca non dubita[illegible] verbis Neronis mandato, ad Senatum [illegible] re: *Repertum cum ferro percussorem* [illegible] *num, ex intimis Agrippinæ libertis, & la*[illegible] *am pœnam ea conscientia, qua scelus p*[illegible] *set.* Quanquam verò hæc excusatio [illegible] arridet Clapmar. *lib. 4. de Arcan. R*[illegible] men ut vera fuissent, quæ eviden[illegible] mentis refellit Tacit. *lib. 14. Ann. in pr*[illegible] buissent filium ad cædem matri inau[illegible] sâ inferendam everberare, quia major e[illegible] tas, quæ matri debetur, quam ut v[illegible] aut suspitione deleri debuerit. Mu[illegible] minus vis inferenda innocentibus fr[illegible] de quorum conjuratione ne per[illegible] quidem suspitionem constat. Nec [illegible] supplicium, quod ante culpam [illegible] innocenti sanguine sumitur, p[illegible] publicæ satis excusatur, tum quod [illegible] nem boni nuuquam subire queunt, quæ [illegible] sint facienda, ut eventu suadeant bo[illegible] quod saluti Imperatoris & tra[illegible] gni initio ratione consuli possit [illegible] mani quoque Legiones habe[illegible] u[illegible] pora Constantini M. à quib[illegible] tur sæpe etiam boni Imper[illegible] & [illegible] crearentur novi, quod incomodum [illegible] conjunctum esse, cum co[illegible] *infra* dicemus, pacificè tamen [illegible] gitimos admiserunt ab Augusto ad [illegible] a Vespasiano ad Commodum. N[illegible] hujus vel illius Imperatoris [illegible] totius Reipubl. Aut si Legio[illegible] diis haberi non possent, [illegible] earum numero viribusq; [illegible]

[illegible]

[illegible] I. mitiori vallo munire, quam sibi [illegible] scelerum imponere? Imò [illegible] quæ fratribus minoribus [illegible] gravius concussam esse Rempubl. [illegible] quam potuisset concuti se[illegible], si in vitiis relicti, & suc[illegible] exclusi fuissent, tam ex ratione [illegible] historiæ constat. Qui enim sibi [illegible] videt, nisi occidat, annon illum [illegible] omnem operam putas, ut præve[illegible] potius quam præveniatur, occidat, [illegible] occidatur. *Concitatissima* inquit Se[neca,] *lib. 4. controver. 29. in mortem rabies [illegible], desperatione ultima in furorem animus [illegible]. Quadam fera tela omnia com[illegible], & ad mortis autorem per vulnera [illegible]. Abscissa missione gladiator, quem [illegible] fugerat nudus insequitur. Praeci[pitati] non quod impulit tantum trahunt [illegible] occurrit, & naturali quodam de[illegible] mentis affectu morientibus gratissi[illegible] commori.* Martia commodi Impe[ratoris con]cubina, cum se unâ cum Læto & [illegible] cubiculi custodibus in sequentem [illegible] morti destinatam, ex furtiva sche[dula] [illegible] fortuna intellexisset, *aut facien[dum] [illegible] quam primum*, ait Herodian: *aut [illegible] quod constituit: nullum mora [illegible] nullum procrastinationi esse: in hist.* [illegible] quod passum ipsa propediem [illegible] tore convertere, & sibi paratum [illegible] in ejus collum rejicere maluit. Ba[jazethes] I. etiam cum impune fratres occi[dere] per consuetudinem nondum liceret, [illegible] Solymannum, seu Iagupen, in ten[torio] [illegible] oppressit, & nihil tale suspican[illegible] ulavit, veritus, ne idem, si cun[illegible] et cogeretur pati, quod ætate à [illegible] Omitto intestina bella [illegible] Bajazethis, nec non Mustaphæ con[tra] [illegible] hem I. quantum per ætatis im[illegible] [illegible] em fieri potuit, ope Græcorum ten[illegible] ad Bajazethem II. Venio cui [illegible] bellum movit Zitzimus fra[illegible] Sold[ano] Ægypti, Regis Carraman[illegible], eo quod jure succedendi ab Ach[illegible] præ[fe]cto prætorianorum exclusus esset. [illegible] ad arma statim devenissent, de al[illegible] actum fuisset; ideoq; ex præ[cepto] Machiav. c. 26. *de princip. justa* puta-

6. [illegible]
7. [illegible]

bat *arma capi ab iis, quibus nisi in armis nulla spes est.* Nam & jura civilia excusatum habent eum, qui qualitercunque potuit, sanguinem suum redimere voluit. Selymus filiorum Bajazethis generosissimus cum successioni & vitæ suæ videret obstare duos fratres Acomatem & Corcutem, illum quod major natu, hunc, quod ex pacto successor à patre declaratus esset, cum imperium à manu ejus recepisset Loco (quippe patris Constantinopoli electus erat à Ianizaris cum pater abesset in Cappadocia, & lex non sineret Imperatorem nisi in urbe nominari) non dubitavit scelestè aggredi, quod jure non poterat, & ut vitam suam redimeret, patri ipsi & fratribus vitam eripuit. Nam cum tam Selymus, quàm Acomathes cum exercitu ex provinciis, regimini suo commissis, Constantinopolin contra scitum jussumque patris venissent, quò vivo adhuc & spiranti regnum sibi quisque extorquerent, & Selymus vereretur, ne à fratre tandem anteverteretur, favore Ianizarorum armatus Imperatorem se proclamari, invito patre, procuravit, & tendentem quasi in exilium Dimotocum, viculum Thraciæ, per Hammonem Medicum Iudæum in itinere veneno extinxit. Corcutem verò ex fuga retractum chorda, ut & Acomathem, quem duplici bello superarat, una cum quinque patruelibus strangulavit. Solymannus Selymi filius eundem fortunam expertus est, quam Bajazethes, nisi quod nec ipse incruentas à parricidio manus tenuerit, dum Mustapham primogenitum in suspitionem affectati imperij deductum, in limine tentorij sui sterni & neci ejus filium comitem dari jussit. Ex reliquis quatuor filiis, maximus natu Roxalanæ matris artibus moritur, quippe quæ Bajazethi imperium animo destinarat, quartus, ludibrij gratia ad cadaveris Mustaphæ contemplationem deductus, præ dolore, seu quod similem eventum quem quasi ante pedes prævideret, pugione in viscera adacto, super jacentem se projecit, & unâ expiravit. Reliqui verò duo Vivo & Vidente Solymano, mutuis armis in se ruere ceperunt, quod Bajazethi mater faveret pro Selymo & is sibi pereundum sciret, ut primum patri quid humani contigisset. Repressus verò à

patre & victus in Caramannia, cum ducentis millibus armatorum & quatuor filiis profugit ad Tammassum Regem Persarum, extrema tentaturus prius, quàm jugulum gladio præberet. Nec dubium erat, quin ut Zitzimus olim fecerat, magnam Persarum vim secum reducturus fuisset, nisi fraude hospitis ad instantiam patris unà cum filiis more Turcico strangulatus fuisset. In has turbas ecquæ alia causa Turcas conjecit, quam metus mortis & desperatio eorum, qui nisi per cædes vitam redimere non poterant? *Gravissimi sunt morsus irritatæ necessitatis, & quæcunque habet homo pellem & ossa, dabit pro anima sua. Iob. 2.* Tantum abest, ut ad securitatem & quietem Reipubl. faciat injusta illa cædes, qua Amurathes III. quinque & Mahometes III. quindecim fratres intere-mit, perinde ut Ochus rex Persarum octoginta fratres ut sine æmulo regnare sibi liceret trucidavit, *Plut. in Art.* Phonates III. Rex Parthorum, triginta, *Iust. lib. 24. Dion. lib. 49.* Berdebocus rex Tartarorum duodecim, Caphedin, quem Saphadinum vocat Vincentius octo ex fratre Saladino nepotes. *Tyrius li. 19. Iov. lib. 17. Vincent. lib. 32. c. 55. 56. 101.* Abimelech spurius fratres sexaginta novem mactavit, *Iud. ca. 9.* Athalia, mater Ochesiæ, universam stirpem regiam delevit, ne quis esset, qui Tyrannicam ejus regnandi cupiditatem favore populi interverteret. *2. Reg. cap. 11. 2. Paral. c. 22.* excepto Ioa, quem Regis soror furtim furori sævientis Reginæ subtraxerat. Cleomanes rex Lacedæmoniorum, ut retraheret à cæde fratris Magæ, Ptolemæum Philopatora à parentum cæde sic cognominatum, tali etiam argumento utebatur: *Regi plures si fieri posset ad generandos patres ad regni securitatem & perpetuitatem.* Nam si tot regias stirpes quotidiè emori videmus, & in illis conservandis non sufficiunt multorum fratrum & nepotum propagines, quid non timeamus de ea, in qua fas non est esse superstitem, nisi unum, eumque Imperatorem. Nam cum Selymus I. post annum VII. Imperij moreretur, eò jam res redierat, ut non superesset, nisi unus Solymannus cui si aliquid quoque humani contigisset, aut si decedisset, antequam ex una concubinarum sobolem masculam suscepisset, quo loco putas res Turcicas fuisse futuras. An non tantum imperium inter Bassas & Beglerbegos distractum fuisset, perinde ut dominatus Alexandri Magni inter Duces aut imperium Romanum inter præfectos, quotiescunque contingeret aliquem ex Imperatoribus trucidari sine legitimo aut idoneo successore? Vnde & Tiberius timens quod & factum est, ne impatientia consortis propelleret Cajum in cædem fratris, sic etiam dehortari voluit: *Quia calamitas Regum est esse solos & qui violant jus consanguinitatis, nunquam effugiunt pœnam divinam, Ioseph. 18. antiq. cap. 8.*

8. *Per parricidia multi regna auspicati sunt.*

9. *Multitudo sobolis facit ad familiæ & regni conservationem.*

Abyssini & Chinenses, ut hoc incommodum effugiant, nec tamen regna divellant, regios filios excepto primogenito, Monte, quem Abyssini *Angam* vocant aut Castris includunt unde post mortem Regis pro ordine ætatis, aut prærogativa qualitatum ad gubernacula depromuntur, quemadmodum tradunt Francisc. Alvarez & ex ejus relatione Damian. à Goes *in histor. Aethiop. libr. 18. histor.* Boter. *part. 2. Cosmogr. & 4. polit. Illustr. cap. 2.* Gabriel item Magnus Dux Muscoviæ, quatuor fratres, Demetrium, Andream, Georgium, Simeonem, dura servitute pressit, nec arcibus, ut mos est præfecit, sit eos habere ratus, ut ... retinerent. *Sigismund. in histor. Musc.* Reges Ormi insulæ in India Orientali ex ... terata lege fratribus oculos effodiunt, quod cæcis successione regni interdictum sit, perinde ut olim reges Franciæ capillitium auferebantiis, quibus spem succedendi amputare volebant. *Gregor. Turon. libr. 1. cap. 16. libr. 6. cap. 24. Aimon. lib. 1. cap. 4. lib. ... 12. libr. 3. c. 61.* Excæcatos vero reges ... *Ioh. Hung. Lendschot. in histor. Ind. part. 2. c. 6.* Sed nec si omnem iniquitatis notam effugiunt, quia servitus & mors æquiparantur, omnesque magni animi malunt fortiter occumbere, quam muliebriter servire, unde nec numerus iniri potest eorum, qui ex monte, tanquam ex carcere, cum præsentissimo capitis discrimine aufugerunt, quemadmodum de Natu regis Abyssinorum testes, & Davidis item unico fratre supra dicti historici tradunt. Præterea non obstruunt ... ratione seditiosis exercitibus via ...

10. *Nec ...*

11. *Quod ... præmonstr...*

12. *Nec ...*

[illegible] si Poloni contra Ludovicum non du[illegible] ex ordine Benedictinorum & mo[illegible] Duronensi accersere Vladislaum [illegible] M. proximum hæredem, si Galli [illegible]: Cardinalem Burbonium de [illegible] alenses Henricum, licet mo[illegible] ita repellat a dignitate regia, *gl. in* [illegible] *nobis Thedeberg. 1. Verb. dignitate* [illegible] *2. [illegible] Archid. & Dd. Bald. in c. cum* [illegible] *strum. num. 3. de Elect. in l. Deo no*[illegible] *§.* [illegible] *etiam num 2. C. de Episc. & Cler.* [illegible] *num. 44. C. qui accus. non posse.* [illegible] *r. de stat. Monach. n. 15.* qui non etiam [illegible] orum claustris eruant turbidi cives [illegible] quem regi oppositum cupiunt. Etiam [illegible] cum II. totonderant Franci & de[illegible] in Monasterium, adeoque cumeo [illegible] omnem spem successionis, in regno illi [illegible]: At is nihilominus inde extractus [illegible] tra Dagobertum II. fratrem, & calvo [illegible] jussus imperare, quanquam imperio [illegible] digni sunt aut idonei, quos ætatem [illegible] nuit solitudo, & à foro, ubi agen[illegible] erandi discitur, arcuit. quod est et [illegible] non parvum incommodum, quo iniqui[illegible] premitur.

15. [illegible] non tantum ab æqua pie[illegible], sed ipso ade[illegible] rigore justitiæ alienæ sunt [illegible] nque dispositiones quæ primogenitis [illegible] magna utilitate publica universam [illegible] tatem deferunt, quia reliquis fratri[illegible] non relinquunt unde vivant, quod est, [illegible] us naturæ, quo debetur cuique rei ali[illegible] m ex eo, quo natum fuit, ut supra di[illegible] *1. ca. 4. sect. 4.* Hac quippe ratione u[illegible], qui primogeniorum institutionem [illegible] juri naturæ adversam, damnant, [illegible] *1. c. spta. q. 3. C. de prec. Imper. offer.* [illegible] *r. col. 1. de off. prætor. Bald. in l. o*[illegible] *Vers. Item si statutum dicat, quod* [illegible] *d. just. & jur. Luc. de Pena. in* [illegible] *vol. 1. C. de princ. agen. in reb. lib. 12.* [illegible] *sed ista quidem n. 124. Inst. de a*[illegible] *noch. cons. 250. Gail. 2. ob. num 122.* [illegible] *Illustr. famil. c. 8. & 9. Vasq.* [illegible] *creat. lib. 1. in prat. nu. 24. de suco.* [illegible] *in l si quis in suo C. de in off. test.* [illegible] *Lib. Lup. in c. per Vestras 3. no*[illegible] *in er Ver. & ux.* nec ulla [illegible] a aut consuetudines, quæ jus naturæ convellunt admittendæ *Dd. in de quib. Sell.* Et hactenus quidem argumento cessimus, quod in privatis aut minoribus familiis, in quibus non vertitur salus Reip. aut etiam in majoribus regiisve sine evidenti utilitate, fratres ab hæreditate non sint excludendi. Nam quicquid hujus sit, etiamsi fiat contra æquitatem: excusatur tamen magnitudine boni publici, prout ipse Simanc. *de Cathol. instit. ca. 9. n. 126. & seqq.* primogeniæ Hispanorum justa evadere censet ex fine & propter pia opera. Finem proximum omnium primogeniorum constituunt, qui ea licite instituti censent, integritatem bonorum, unde sequitur conservatio familiæ, & perconsequens Reip. cujus interest familias florere & divitiis pollere, *l. 1. §. denuntiare Verb. publice de Ventr. in spic. l. superstatu C. de quest.* Nam quæ per divisionem ad paupertatem delabuntur munia Reip. expedire nequeunt, quibus & similibus rationibus propugnant Albert: Brun. *in tract. de stat. exclud. famin. artic. 3. col. 2.* & Franc. Piscina. *de statut. iisd. n. 68. & seqq.* statuta excludentia fœminas. *Vide Prapos. in c. jus naturale. col. 3. dist. 1. Ioh. Andr. in c. sine culpa. q. ult. de R. I. in 6. Angel. in §. sed hac quidem Inst. de exhar. li. Hostiens. Ioh. Andr. Abb. in c. licet de Vot. Domin. de Sot. de just. & jur. lib. 4. q. 5. art. 1. Anton. de Padill. in rubr. n. 4. C. de fideicom. Tiraq. q. 4. de jur. prim. Lud. Mol. lib. 2. c. 1. n. 3. & cæteri qui de primogeniis scripserunt Anton. Gomez. ad l. 40 Taur. n. 16. Covarr. part. 2. de Matrim. c. ult. §. 6. n. 5. & 6. & libr. 3. Var. resol. c. 5. num. 5. Greg. Lopez. in l. 32. t. 9. part. 6. Rod. Zoar. in rep. l. quoniam. lim. 2. ad l. fori. C. de inoff. test.* Utilitas autem publica levi quidem injuriæ satisfacere potest præcipuè si immediatè ex statuto sequatur, quemadmodum de regiis familiis suprà deduximus, verum, nulla potest tanta esse cujus favore liceat devenire ad supprimendum jus naturæ quippe contra quod nec ulla consuetudo sat habet virium ut tradit Albert. *in c. fin. nu. 22. de consuet.* & à nemine negari scribit *ibid.* Rochus Curtius, nec ulla statuta subsistunt.

Lege verò naturæ gentis debentur alimenta ex iis, unde sunt genita *unusquisq; C. de inf. expos. c. jus naturale. d. 1. l. 1. §. jus naturale de just.*

16. Primogenitorum institutio defenditur ex utilitate publica.

17. Utilitas publica nequit destruere jus natura.

18. Ex lege naturæ debentur

tur liberis alimenta ex bonis paternis

de just. & jur. c. cum haberet ubi gl. in verb. secundum facultates. de eo, qui duxit in matrim. ideoque alimenta à nullo primogenito fratribus eripi possunt, nec statuta quæ totam legitimam filiis auferendi potestatem patri faciunt, pro quorum rationibus multa disputant Dynus *in c. indultum de R. I. in 6. Dec. in l. jura sang. de R. I.* Alciat. *in tract. de præsumt. reg. 1. præs. 8.* aliter valent, quam si alimenta relinquantur, ut doctè animadvertit Covar. *part. 2. de matrim. c. ult. §. 6. n. 5.* & hinc taxat opinionem communem secundum Ripam *lib. 1. de Rep. c. 7.* quod sc. tota legitima tolli & auferri posset, quia ad minimum alimenta, quæ jure naturæ debentur, relinquenda sunt, ut ex Baldo colligitur *in l. 1. §. jus naturale. col. fin. de just. & jur.* & communiter inter recentiores deciditur. *Alciat. d. præs. 8. num. 6. Additionator Dec. in d. c. jura sang. Curt. Iun. cons. 10. n. 7. & 8. Lud. Molin. libr. 1. prim. c. 1. n. 16. Rod. Zuar. d. lim. 2. à pr. latè. Ripa d. resp. 7. n. 1. Aufrer. in add. quid decis. Cap. Thol. decis. 387. Lopez. & Gomez. ubi supra.*

19\. *Quatenus tota legitima statuto tolli possit.*

20\. Quanquam verò legitima ex feudis in divisibilibus *Mol. in consuet. Paris. libr. 1. §. 8. gl. 3. nu. 16. gl. 4. num. 7. Tiraq. de jur. primog. q. 5. Suar. in d. l. quoniam deb. 2. in pr. n. 2. Paris. cons. 13. n. 30 lib. 2. Mar. Frece. de feud. li. 3. & 19. cir. fin.* multò minus è regno *Ioh. Garsias. de expens. c. 16. n. 32. Chopin. de Doman. libr. 2. c. 3. n. 1.* peti non posset; eò, quod, qui à successione excluditur legitimam petere nequeat: *Hostiens. Ioh. Andr. Panorm. Imol. in c. licet de voto Heig. q. 25. n. 11. 12. lib. 2.* tamen

21\. *Quatenus ex feudis debeatur legitima.*

quando regnum vel jure belli vel successione acquisitum est, feudi hæreditarij naturam ut plurimùm imitatur, interque bona possidentis meritò collocatur, *ut lib. 3. de jur. Majest. c. 1. demonstravimus,* adeò ut ex ejus reditibus, hæredibus cæteris si primogenitus solus successerit debeatur aliquid loco legitimæ seu ad sustentationem vitæ, ut traditur de feudis regiis *à Guid. Pap. qu. 476. incip. Vtrum legitima & qu. 487. incip. pater in testamento. Boer. decis. 204. num. 14. Guil. Bened. in rep. ca. Raynutius. verb. test. relinquens. n. 145. de test. Ripa in Rep. l. in quartam. n. 133. ad l. Falcid. Afflict. in c. 1. n. 8. de filiis nat. ex matrim. contr. Tiraq. q. 4. de primog. Zuar. in rep. l. quoniam lim. 2. n. [illegible] 9. C. de inoff. test. Ludov. Molin. de primog. libr. 2. c. 1. num. 11. Grammat. decis. [illegible]1. num. 64. & seqq. Heig. libr. 2. q. 25. nu. 36.* Id quod eo extendo, ut procedat, etiamsi aliunde [illegible] ta conquisita habeant secundo geniti, quemadmodum sæpissimè evenit, ut principes [illegible] mo exclusi aliunde terras acquirant [illegible] bello, vel nuptiis, vel testamento, vel ex beneficiis Ecclesiasticis. Sic enim Tancredus relicta angusta possessione, quam frater Gulielmus Conquestor Normannia sibi assignarat in Italiam abiit quæsitum fortunam benigniorem, sedesque opimiores, nec [illegible] successu Dominus evasit Apuliæ & Calabriæ Gothofredus Bullionæus, cum comitatus suos maximam partem distraxisset, regnum Hierosolymitanum occupavit. Ludovici Bavari Imper. filij unico Stephano to[illegible] Bavariam cesserunt cum pater Ludovvicum seniorem Electoratu Brandeburgensi donasset & huic obveniente aliunde Carinthiæ, Styriæ & Tyrolis hæreditate successissent [illegible] fratres, Ludovicus Romanus & Otho: reliqui verò duo, Wilhelmus & Albertus comitatus Hollandiæ, Selandiæ, & Phrisiæ beneficio nuptiali obtinuissent. Sunt etiam ex ICtis, qui alimenta non deberi censent, [illegible] in subsidium, quando liberi sibi ipsis alendis non sufficiunt. *Panormit. in c. Raynutius. nu. 2. de testam. Mart. Laud. de primog. col. 7. vers. ultimò quæro: An primogenitus. Cravier. de primog. lib. 2. q. 16. Berchole lib. 1. cons. 13. q. 4. in pr. vers. Hæc non procedere. Iohan. Lupi in c. per vestr. u. not. 3. § 2. in pr. de donat. inter vir. & uxor. Covarr. part. 2. de Matrim. c. ult. §. 6. n. 5. vers. ex hac secunda n. 13.* nec non alij, quos recenset Tiraq. *q. 4. de jur. primog. n. 36.* & Grass. *§ legitima q. 15. n. 4.* & Antonius Pius ita rescripsit. *Adeas à te competentes judices, ali te à patre tuo jubebunt pro modo facultatum ejus, si modo cum opificem te esse dicas, in ea valetudine es, ut operis sufficere non possis. l. si quis à liberis. §. sed si filius in fi. de agnosc. & alend. l.* Quicquid autem sit de alimentis, quæ in subsidium præstantur, in hoc casu etiam illi, qui aliunde [illegible] tatur, alimenta à regni vel principatus [illegible] sore assignanda sunt, quia quod [illegible] introductum est, non debet [illegible]

S[illegible] de [illegible] ge[illegible] prospectum.

22\. A[illegible] debe[illegible] [illegible]sidium.

23\. Imp[illegible]

... accessio extinguit jus à natura ... Balduinus & Henricus Comites Flandriæ & Hannoniæ, licet imperium Orientale ... à filiis acquisivissent, hæreditatem ... in filias & generos cum filiis ... entur, transmiserunt Balduino enim ... runt ordine binæ filiæ Ioanna & Margaretha, Henrico ibidem Henrica & Volanta, ... filij à Philippo patruo, postquam ... cum filio defunctus fuerat, comitatum ... Namurcensem recuperarunt Godfridus Bullionæus, provincias suas, Eburonum & Virdunensi Episcopis vendidit: Rogerius ... filius, licet Comitem Siciliæ se constituisset, non tamen destitit hæreditatem ... Calabria prosequi, de qua cum fratre Roberto Guiscardo sæpius dimicavit, ut & Boemundus Curbespina, Guiscardi filius cum ... Rogerio, eò quod eum is Antiochiam ... occupasset, & Ducem Antiochenum se inde denominasset principatum non ... Tarentinum, sed totius Calabriæ sibi ... tinere laboraret nec potuit à regno Neapolitano Carolus Martellus per fratrem Robertum dejici, licet Martellus regnum Vngariæ ex hæreditate materna adiisset. Nam ... Martelli Andreas ducta in uxorem Iohanna I. Roberti nepte ex filio Carolo de ... ipsius Roberti, regnum in se paulò ... transtulit, licet perfide ab uxore libidinosa strangularetur. Ferdinandus I. Rex Castellæ & Legionis Sanctij Majoris, Regis Navarræ filius licet Legionis regnum, partim ... jure uxoris, acquisivisset, fratri tamen Garsiæ bellum movit, quod is in avito ... icorum regno solus, exclusis fratribus ... esset. Sed ne exemplis potius, quàm ... judicare velle videamur, præter rationem superius adductam, distinguimus inter alimenta, quæ ex officio judicis & dispositione legis, & quæ ex actione debentur. Nam

24\. quæ ... æquitate nitantur. *l. plane 38. l. fin. de petit. hæred.* deficiente æquitate ut pote si quis dives evaserit, deficiunt alimenta, quæ ex æquitate educta fuerant. *d. l. si quis à ... l. quæ legatorum, ut in possess. leg.* ... modum nec validis mendicantibus ... Eleemosynis subvenitur *l. un. C. de ... val. lib. 11.* quia suis sibi possent victum quærere viribus. Cæterum, quæ ex actione debentur, quia nituntur jure naturæ, etiam a locuplete peti possunt, *ut tradunt Dd. Bartol. Castrens. & Iaf. in l. divortio. solut. matrim. Alex. Bald. & Dd. in l. de alimentis. Cod. de transact.* quoniam sua industria aut bona fortuna nemini debet esse damnosa. Præterea in hoc casu alimenta, ut & dos filiarum, succedunt in locum legitimæ. *Eberhard. loc. leg. 19. Borcholt. d. cons. 13. qu. 4. pag. 253.* Legitima verò debetur etiam iis qui aliunde, quo se alant habent. *Cynus in l. sancimus in fin. C. de nupt. Menoch. libr. 5 cons. 411. Rod. Zuar. in d. l. quoniam d. lim. 2. ad fori. n. 12. C. de inoffic. test. Lopez. in l. 11. t. 4. part. 6. Verb. Librement. ad fin. Nicol. Betf. de pact. famil. Illustr. cap. 8. Ludovv. Molin. in libr. 2. de jur. prim. c. 2. 1. num. 24. & c. 15. nu. 6.* Ex quibus omnibus liquet, primogenitum non aliter conscientiam suam tutam posse præstare, quam si alimente secundo genitis, eaq; computata in partem legitimæ, assignet. *Renat. Chopin. de Doman. lib. 2. t. 3. nu. 2. Aeg. q. 25. n. 36. lib. 1.* 26. *Legitima debetur etiam divitibus.*

Alimenta verò semper assignanda sunt secundum facultates & pro dignitate personæ, quemadmodum in Aurea bulla disposuit Carolus IV. his verbis: *Primogenitus debet se apud alios fratres & sorores, clementem & pium exhibere continuo, juxta datam sibi à Deo gratiam, & juxta suum bene placitum, & ipsius patrimonij facultates. cap. 25. §. fin. in fin.* Vtrumque, *facultatem*, scil. *dignitatem*, tam in constituenda dote, quæ alimentorum *arg. l. fin. de alim. & cib. leg.* Vicem subit. *l. quæro 60. l. sive 61. in pr. l. cum post divort. 69. §. gener. & §. nuptiis. de jur. dot. l. si filia de legat. III. l. iam dementi. C. de Episc. audient. l. si curatoris. C. de administr. tut.* quam ipsis alimentis assignandis. *l. 1. C. de alim. præst. 1. l. si competenti, & l. ult. C. de alend. Liber. l. jus aliment. l. officio. de pupill. gaue. l. 1. §. si mulier de vent. in poss. l. si quis à liberis §. sed si filius de agnosc. & al. libr. c. cum haberet in fin: ubi gloss. in Verb. secundum facultates: de eo qui duxit in matrim.* Sandrecht *libr. 1. art. 21. num. 3.* spectare jubent leges, & ratio æquitatis suadet, quia, ut Zenzehn loquitur *in Extrov. 1. Verb. qui mendicant de praben.* 27. *Alimenta æstimanda ex dignitate personæ & secundum facultates.*

Si homo illustris genere vel eminentis scientia,

tia, habeat victum suum sed juxta decentiam suam, indumenta, vel societatem, & alia necessaria non habet & solo victu sine dedecore status sui contentus esse non potest, negari non debet, quin iste secundum se mendicare dicatur. argum. l. sed & si quid. 15. §. 1. de usufru. & quemadm. l. cum plures §. cum tutor. de admin. tutor. l. jus alimentorum §. ante oculos. Vbi pupil. educ. deb. &c. Porus rex Indorum, subactus ab Alexandro M. & rogatus, quo modo tractari vellet, *Regiè respondit. Plutarch. in Alexan.* Ad eum plane modum convenit tractari fratres ne quâ vilitate sua stirpem adeoque ipsum ejus caput illustre primogenitum, inficiant & ipsi in humanitatem iniquitatemque Leoninam perpetuo exprobrent.

28. *Ad constituenda alimenta principibus non satis esse reditus.* Dignitas verò principum requirit, nō tantum ut annui reditus aut pecuniæ certa summa secundo genitis attribuatur, quemadmodum Bela IV. Rex Ungariæ, fratrem tertium Andream cum argento misit in Italiam, qui inde trajecit in Gallias & traductis ad se per pingue conjugium Baronatib. Araini & Croviaci, quos uxor loco dotis attulerat, condidit Illustrem Ducum Arescopti stirpem, & quę alias debentur alimenta, præstentur, ex reditibus sine proprietatis alienatione. *Prout in l. Titia §. Titia cum nuberet nu.* 159. *de leg.* II. sed etiam ut ditio aliqua adjiciatur, in qua jurisdictionem principis exercere queat. Quid enim est Rex sine regno, Princeps sine principatu nisi ludibrium vulgi? quemadmodum Iohannem, qui occiso per assassinium nepote ex fratre, regnum Angliæ demum obtinuit. *Iohannem sine terra* ludibrio dixerunt, quod in divisione terras nullas accepisset, & Carolum,

29. *Sed requirit & ditionem.* Roberti regis Neapolitani filium *Senza-terraum*, quasi Italicè dicas, *Senza terra.* Si enim alimenta hoc casu subeunt locum legitimæ, ut diximus, & legitima, quæ ad hæredes transit, non debet præstari in usufructu aut annuis reditibus, sed rei alicujus proprietate, ut colligitur ex iis, quæ notant Bald. Castrens. & alii *ad l. cum hi §. si uni de transact.* & patet *ex Auth. novissima C. de inoffic. testam. l. uxori mea 37. de serv. leg. & utrobique gl. Mich. Graff. §. legitima quæst. 15. num. 6. l. omnimodo 30 §. imputari. C. de inoffic. testam. §. sed hæc ita instit. de inoff. test. Corras. in l. filium quem n. 87. & seqq. C. fam. hercisc.* etiam alimenta in rei alicujus proprietate præstanda erunt quia surrogatum sapit naturam ejus, cui surrogatur. Dum verò legitima per jus aliquod municipale aut privilegium primogenito tollitur, in locum ejus substituuntur hæc alimenta; quibus argumentis Baldi opinionem, negantis ea transire ad hæredes. *in l. 1. §. jus natur. ale. de just. & jur.* improbant Cyn. *in d. l. sancimus. C. de nupt.* Roland. à Valle *cons. 74. num. 53. part. 1.* Gail. 2. *obs.* 1?2. Mich. Graff. *§. Legitima. quæst. 2. nu. 6. 7. &* 8. Ioh. Lup. *in c. per vestras. not. 3. &* 24. *num.* 7. Rodar. Zoar. *in d. l. lim. 2. nu.* 12. Lopez. *in l.* 11. *t. 4. part. 6. in gloss. verb. Libremente.* Covar 2. *part. de Matrim. c. ult. §. 6. nu.* 24. 25. Lud. Molin. 2. *de primogen. cap. 15. num.* 10. Nic. Bet. *de pact. Illust. fam. c.* 8. Quicunq; igitur jure primogenii solus in regno aut principatu, [illegible] conscientia, vult succedere, illum oportet [illegible] fratribus partem aliquam provinciarum, quantum dignitati stirpis sufficit, & conditio principatus fert, assignare, sed cum hac exceptione, ne ex assignatione diminuatur principis imperium, quod tum demum fieri potest, si non

31. *Nec tribuendum ut paragium, sed homagium.* assignetur, ut paragium, sed ut homagium, quia, qui rem infeudat, non alienat, dum retinet dominium directum, *c. un. §. fin. Ex quib. caus. feud. amit. c. un. §. per quos fiat. investit. c. un. §. si verò Qual. olim post feud. allen. Zoannett. de Rom. Imp. num. 168. Menoch. arb. qq. Cent. class. 559. nu.* 11. præcipuè, si nova infeudatio non diminuat vehementer reditus publicos, in quib. consistit salus Reip. *Zoan de Rom Imp. num. 162. Cravett. cons. 894.* [illegible] *mum, n. 2. Lancel. lib. 1. c. de Imp. §. 4. vers.* [illegible] *gesimo loco. n. 5.* Hoc enim est, quod supra determinavimus ad modum facultatū, quo [illegible] Carolus IV. in aurea bulla dixit: *juxta patrimonii facultates.* Cum vero certa quantitas propter varietatem circumstantiarum, [illegible]

32. [illegible] præfiniri nequeat, totius rei arbitrium re[illegible]d[illegible]t ad dispositionem iudicis, *l. 2. ubi pupill. educ. vel. mor. deb. Bald. in l. voluntas. col. 2.* [illegible] *Quæro nunquid. C. de fideic. Borchols. cons. 13. q. 4. part. 1. Ripal. 1. resp. c. 14. n. 7. Menoch. lib. præs. 157. n 32. Arbitr. qq. cas. 169. nu. 1.* [illegible] *Pist. lib. 2. cap. 38. num. 10. & seq. Heig. q.* [illegible] 36. *lib. 1.* quia quę jure deci[illegible] n[illegible] pertineat ad arbitrium judicis *l. 1. in* [illegible]

jure deliber. & proinde in regnis, quæ superiorem Iudicem non agnoscunt, variis & diversis modis secundo genitis satisfactum videmus, partim à patribus, partim ab ipso primogenito cujus beneplacito idipsum commisit Carolus IV. *in Aur. bull d.c.25. in fin.* Nam Iosaphat Ioram totum regnum tradidit, *quia erat primogenitus*: reliquis sex fratribus distribuit magnificas quasdam civitates, præter argentum, aurum & gemmarum copiam: *2. paral. 21. in prin.* imitatus in eo sententiam Abrahami, qui Isaaco legitimo hæredi omnē hæreditatem reliquit, filiosque concubinarum donis jussit contentos abire in terras alienas, *Genes. c. 25. in pr.* quanquam hi eò minus expostulandi causam habebant, quod ex concubinis potius quam matribus familias nati essent. Imò ipse Iacob, cum Ruben jus Majoratus propter incestum auferret, & Iudæ restitueret, dominium & regimen in fratres ipsi ascribit, *Genes. cap.* 49. quod jam ante fecerat Isaac cum Iacobo benediceret tanquam primogenito: *Gen. cap.* 27. Alteram verò prærogativam primogenituræ, in sacerdotii primatu *Gen.* 49. *Vers.* 3. collocatam, tributam fuisse Levi, & in tribu Levi, Aaronis familia ostendit. Bod. 5. *de Repub. c.* 2.

34\. Regno Persarum legem præscribit Cyrus, apud Xenoph. *lib. 8. Cyrop.* qua Cambysem regem instituit & successorem, Fanaexari vero, Armeniorum, Bactrianorum, Chorasimorum &c. provincias attribuit, quem tamen ne sic quidem Cambyses, tanquam nimis potentem, ferre potuit, sed perduellionis accusatum brevi per Prexaspen interfici jussit. *Herod. lib.* 3. Artaxerxes Mnemon Cyrum Iuniorem reliquit in præfectura Lydiæ & orarum maritimarum, quam Darius Nothus pater ipsi assignarat: sed in eo erravit, quod turbulento animo regnumq; ipsum affectanti, ad conjurationem cum exteris ineundam & suppetias ab iis conquirēdas idoneam provinciam in manus tradidisset. Traductis enim in partes suas vicinis populis, qui Artaxerxi leviter benè volebant, exercitum conscripsit, in quo

35\. non tantùm centum millia Barbarorum, sed 12800. Græcorum duceret. *Plut. in Artax. Xenoph. in Exped. Cyri.* Extremas enim oras imperii tutum non est committi fratribus: quia cum non facile ferant fraternum imperium, facile ad vicinos Reges deficiunt, quibus melioribus conditionibus per conventionem mutuā in patrocinīū se tradere solent. Læscus III. rex Polonorum cum haberet XXI. filios & ab uno Popielo regni habenas suscipi vellet, reliquos in oras regni, Pomeraniam, Cassubios, Vandaliam, &c. disjecit, nec diu post omnes hæ provinciæ ad exteros principes transierunt. *Mich. hov. & Crome. in pr hist. Polon.* Silesii qui cum Boleslaus III. filiis regnum divideret, Vladislai Majoris natu liberis in sortem cesserant, post annos centum quinquaginta ad Bohemos defecerunt, *Crom. l.* 9. Ptolemæus Lagi, privignum Magum, seu ut vocat Iustinus, Agan, regno Cyrennico, post Ophellæ cædem præfecerat, sed quamprimum fatis cesserat, à Ptolomæo Philadelpho, fratre uterino defecit *Iustin.* 36. *Paus. in Attic.*

Cujus exemplū imitatus Ptolemæus Physcon, eidem regioni à fratre Ptolemæo Philometore præfectus, non tantum longis bellis fratrem exagitavit, sed cum mortuo succederet, filium ejus unicum sub prima novi regni auspicia in sinu matris trucidavit. *Iustin. lib.* 38. Ptolemæus verò Apion, filius Physconis, qui testamento patris regnum Cyrenarum ibidem acceperat, prorsus ad Romanos transiit, iisque regnum moriens legavit. *Iust. libr.* 39. Ptolemæi verò, qui Αυλητης seu Tibicen cognominatus est, frater regno Cypri dotatus, cessit in prædam avaritiæ populi Romani, & vindictæ cupiditati P. Clodii, quod à fratre ob distantiam locorum defendi non posset. *Cic. pro Sext. Strab. libr.* 14. *Plutarch. in Cat. Utic.* Ante hos omnes Psammitichus unus ex 12. Dynastis, qui Aegypto per 15. annos præfuerant post mortem Sethonis, regnum ibi recuperavit, quod oræ maritimæ præfectus ex Ionia, Caria, & Arabia externa auxilia accersivisset. *Herod. libr.* 2. *Diodor. libr.* 1. Si verò absque his incommodis fuerit, nihil ad vitandas contentiones fratrum excogitari potest utilius, quam si quam longissimis fieri potest intervallis separentur. Ita Milcolumbus III. Rex Scotorum, Guilielmo & Davidi fratribus Venantodunūm & Northumbriam, quos comitatus in Anglia pater ipsorum David I. cum uxore acquisiverat ante aditam dignitatē regiam, concessit, & quidem extra territorium Scoticum, unde

unde factum, ut cum post obitum Micolumbi ad sceptra capessenda in Scotiam revocaretur Guilielmus, partemque suam hæreditatis Northumbricæ retinere cuperet, Vasallum regis Angliæ se profiteri coactus fuerit. Eo enim facilius externas provincias novo jure acquisitas, sive bello, sive nuptiis, sive emtionis titulo, fratribus relinquere debet primogenitus, quò minus ad integritatem regni aut ditionis avitæ pertinent. Ita Iacobus Rex Arragoniæ recens Sarracenis ereptarum Balearium regem constituit Iacobum secundogenitum, relicto majori natu toto regno Arragoniæ, Leopoldus victoriosus Dux Austriæ, quam argento admercatus erat, Styriam dedit Leopoldo natu minori, & ducatus successorem constituit Fridericum primogenitum. Ludovvicus Saltator, Landgravius Thuringiæ, totam Thuringiam sibi retinuit & fratrem Berengerum rejecit in Comitatum Sangerhusanum, quem pater Ludovvicus Barbatus jure uxoris noviter acquisiverat. Ejus exemplo ut plurimum minoribus fratribus assignati fuerunt, Comitatus Raspenbergensis, aut Zigenheimensis, nec Hermannus prius obtinere potuit principatum Thuringiæ, quam Ludovicus frater interiret. Idque ita observatum, donec deficientibus masculis, provincia distraheretur, inter filium Sophiæ Ludovvici VI. filiæ. & Henricum Marchionem Misniæ Ludovvici V. ex filia Iuditha, vel Gutta nepotem. Predislaus, quem Aeneas Syl. vocat, Bizetislaum Dux Bohemiæ, moriturus in expeditione Ungariæ, proceribus convocatis mandavit, ut Spitigneum primogenitum in Bohemia sibi successorem darent, reliquis filiis Moraviam dividerent, eosque fratri primogenito obedientes esse juberent. *Aene. Sylv. in hist. Bohem.* Alii alia via secundo genitis, pro consuetudine locorum, cujus in constituenda dote & assignandis alimentis maximam rationem habere oportet. *l. quod si nolit. §. cui assidua. de Aedil. edict. Bald. in tr. dot. pag. 18. col. 3. Afflict. in constit. Neap. libr. 3. Rubr. 23. num. 53. Cravett. cons. 189. in fin. Menoch. libr. 4. præsumt. 157. num. 32. 33. arbitr. qq. cas. 169. num. 3.* consuluerunt, prout Neapolitani Reges Tharentinum aut Dyrrachii principatum fratribus attribuerunt, Bohemi Marchionatum Moraviæ, Dani Ducatum Siesicensem, Bela IV. Rex Ungariæ, fratrem Colomannum Ducem Ungariæ creavit. Galli inde ab ætate Roberti *Appanagia*, quæ vocant pro sustentatione Principum sanguinis à Domaniis distincta servarunt, quorum ea est conditio, ut in illorum bonis jurisdictionem Rex retineat usumfructum princeps ex sanguine regio participet, quam diu posteritas ejus in vivis est. Quando verò stirps primi acquirentis emoritur, aut ex stirpe aliquis ad coronam & regnum ascendit, totum appanagium ad Domanium redit & cum regiis bonis iterum coalescit, de quo jure, quod Gallis peculiare est, consuli possunt ICti Gallorum: *Till. libr. 2. de filiis regum & eorum assignat. Haillan. de l'estat. de Franc. Chopin. de Doman. Ferald. de jur. regn. Francor. Pasquier les recerch. de Franc. & infiniti alii.* Nos hanc quæstionem sic concludimus *Quod primogenitus totum regnum occupare solus bona conscientia aliter non possit, quàm si de alimentis quæ hoc casu locum legitimæ subeunt, pro modo facultatum & ex dignitate stirpis cæteris fratribus prospiciat.*

36\. *Quæ sunt extra ambitum imperii facilius esse fratribus assignanda.*

37\. *Quid appanagiorum.*

Consequens autem est, ut ad successionem primogeniti reflectamus, & controversiæ, quæ vertitur inter Patruum & Nepotem examen aggrediamur.

De contentione inter patruum & Nepotem.

1. *Sensus & explicatio Quæstionis.*
2. *Quæ quam sit ardua & difficilis.*
3. *De quo nepote instituatur quæstio.*
4. *De eo non esse dubium, cujus pater hæreditatem avitam adiit.*
5. *Primus primogenituræ effectus.*
6. *Probatur exemplis & consuetudine.*
7. *Successionis jus non esse pervertendum ob ætatis prærogativam aut prætextum majoris prudentiæ.*
8. *Ius patronatus apud Roman. cur ad patruum transierit potius, quàm Nepotem.*
9. *Altera quæstionis determinatio.*
10. *Quibus argumentis patruus præferri soleat.*
11. *Quæ omnia cessant in nepote, quia prudentia & ætate antecit patruei.*

12 To-

12. *Totum difficultatem versari circa nepotem, qui sit minor patruis & relinquatur à patre, qui hæreditatem nondum adiyt.*
13. *Vnde nata sit hæc controversia.*
14. *Regnum & Neapol. esse hæreditarium.*
15. *In feudo hæreditario succedi civiliter.*
16. *Consuetudo regni Neapolitani pro Nepote.*
17. *In Hispania.*
18. *In Germania.*
19. *In Gallijs.*
20. *In Anglia.*
21. *Apud Lacedæmonios.*
22. *Aliquando patruos prælatos nepotibus.*
23. *Lex antiqua Scotorum damnatur.*
24. *Quinam pro Nepote sentiant.*
25. *Ex fundamentis juris civilis.*
26. *Iure civili filium subire locum patris.*
27. *In quam rem est & constitutio in Germania.*
28. *Ius repræsentationis fundari jure divino & æquitate naturali.*
29. *Æquitas naturalis deducitur.*
30. *Repræsentationem non constare tantum fictione.*
31. *Nepos utrùm veniat proprio vel alieno jure.*
32. *Surrogatum sapere naturam ejus cui surrogatur.*
33. *Ius feudale determinare pro nepote.*
34. *Discrimen inter jus patronatus & successionis in regnis.*
35. *An primogenitura transmitti queat.*
36. *Vtrum Esau vendere potuerit primogenituram, & num Iacob eam emendo peccaverit.*
37. *Beneficia & honores parentum regulariter esse in filios transmissibilia.*
38. *Quod sit fundamentum juris primogenituræ.*
39. *Ius primogenituræ separatur à jure filiationis.*
40. *Multa legum præjudicia in favorem Nepotis.*
41. *Aliud argumentum pro Nepote, ex intentione ejus, de cujus hæreditate agitur.*
42. *Filios & nepotes eodem amoris gradu contineri.*
43. *Amor naturalis avi in nepotes.*
44. *Cujus intuitu successio nepotis non invertit ordinem & dispositionem naturæ.*
45. *Nepotem non esse patruo posteriorem.*

QVæstio est, si primogenitus vivo fratre decedat, antequam is hæreditatem paternam adierit, relicto filio, qui minor sit patruis, utri hæreditas debeatur. Nepotine seu filio primogeniti, an patruis seu fratrib. primogeniti, in qua quidem Bald. *in l. ex hoc jure col. 2. vers. sexto quæritur de just. & jur.* dicit se habere *oculos nycticoracis* & *in l. cũ antiquioribus C. de jur. deliber.* eam *Apollini solvendam*, relinquit. In *cons.* verò 271. *Quod pro regula col. 3. vers. Quæstio talis est libr. 2.* dicit *eam consistere potius in ingenij qualitate, quam quod possit in alterutram partem verè determinari.* Sicut & eam in dubio reliquit, *l. ut intestato C. de suis & legit. & ibi Castrens. Corn. & ad l. maximum vitium C. de lib. præt. junct. Ias. ibid. Difficilem articulum* vocat Martin. Laud. *in c. un. nu. 20. in fi. de grad. succed. in feud. lib. 2. tit. 11.* ideoque extollit inde in alium locũ. Cirier. *lib. 1. de primog. q. 25. in fi.* dicit *se malle hanc fabam alij cudendam relinquere*, quam inter tantos juris interpretes suum judicium proferre. Afflict. *in cap. 1 de succ. feud. col. 4. vers. Et hoc facit*, licet *pro nepote*, dicat *magis sustentabilem esse opinionem*: tamen ipse determinat pro patruo Oldrad. *in cons. 94. Eleganter esse negotium col. 10.* tenet pro patruo & eam opinionem de jure dicit Verioreni, in *cons.* verò 224. *Ista sunt allegationes factæ*, sententiam mutat & disputat pro patribus nepotis. Vt autem per tot dubias autorum opiniones minus dubie procedamus, in casus vel quæstionis formatione, excipimus, sermonem nobis futurum de eo nepote, cujus pater ante mortem non adiit hæreditatem, ex avi morte sibi obventuram. Nam dubium non est, si hæreditatem jam suam fecerit, quin eam ad descendentes potius, quam laterales transmittat, cum in tali casu non agatur de successione avi, sed primogeniti fratris, à cujus successi ne procul dubio repellitur patruus: Et de hac re est textus in *c. licet ubi Panorm. in not. ult. de vot. in c. grand. ubi Philipp. Fr. id minime dicit esse dubium, de suppl. negl. prælat. in 6.* & Tiraq.

1. *Sensus & determinatio quæstionis.*

2. *Ardua & dubia.*

3. *De quo nepote sit quæstio.*

4. *Nepotem indubiè succedere patri, qui vivus usurpavit hæreditatem.*

 de iur.

de jur. primog. q. 40. nu. 1. Covar. *qq. pract. c. 38 nu. 6. vers. primum ex hac regula*, vix putant reperiri posse, qui id negent, siquidem primus juris primogeniturae effectus statuitur à Molina *lib. 3. de Hisp. primog. c. 6 n. 29. seq. c. 7. n. 4. c. 10. n. 10.* quod inclusio primogenito censeantur inclusi omnes, qui ab eo descendunt, & exclusi, quicunq; praeter ejus seriem lineamve vel nati sint vel nascantur, idq; probari *in l. 32. §. ult. de legat. 2.* videtur, *Menoch. cons. 16. n. 309. lib. 2. & cons. 211. n. 11. lib. 3.*, Universalis etiam in regnis & principatibus observantia legem satis confirmatam reddidit. Carolus enim M. Bernhardum ex Pipino nepotem praetulit Ludovvico filio in regno Italiae, quod Pipinus jam possederat. *Phil & Peuc. 4. Chron.* Ottonis I. haeredes excluserunt Henricum Bavarum, ejusq; posteritatem, donec Ottone III. sine liberis mortuo, imperium devolveretur ad Henricum sanctum Henrici Bavari filium, *Crantz. 4. Sax. c. 7. in pr. Sigon. lib. 8. histor. Ital.* Philippus Bellus cum tribus, qui sibi ordine successerunt, filijs, praevertit regnū sine controversia Vallesiis & Burboniis, quorum cum illi in Philippo VI. mortuo sine masculis haeredibus Carolo IV. tertio Philippi Belli filio regnum in suam stirpem transtulissent, non prius locum fecerunt Burboniis, quā ex Valesiorum stirpe ultimus, Henricus III. sine haeredibus decessisset: *Gall. & Bellefor. in Regib. Gall. Ian de Serres in Invent. Frāc. part. 2. in Henr. IV. Memoires de la ligue.* Richardus III. non prius potuit sibi regnum arrogare, quam Eduardum V. cum fratre Richardo, Eduardi IV. liberos summo scelere & perfidia amovisset *Thom. de la Mere in Ed. V. Comin. l. 6. Bellas lib. t. coram.* Vladislaus Pol. Boleslai II. frater, cum hic ob parricidium Stanislai Episcopi Cracov. excommunicatus à Greg. 7. Pontif. in Vngariam aufugeret, & filium itineris Comitem traheret, gubernacula quidem regni suscepit, sed nepotem ex Fratre impunè occidi sivit, ne quā regnum sibi debitum repeteret. *Crom. lib. 4.* Nam Casimiro I. Lescus Albus filius successit Miezislaus senex patruelis & Miezislaus alter, Vladislai majoris natu, qui & ipse regno praefuerat, adhuc in vita superessent. *Crom. lib. 7.* Stephano II Regi Vngar duo patrui Ladislaus II. & Stephanus IV. regnum praeripuerant, sed resipiscentibus & ad se redeuntibus regni proceribus causa ceciderunt & assertum sibi regnum nepos, cum liberis careret, transmisit in fratrem Belam III. *Nicol. Henning. in Geneal.* Iohannes Basilides Magnus dux Muscoviae, praemoriente filio primogenito Iohanne, quem in successionem destinarat, patri substituit filium Demetrium, quem Gabriel patruus, Iohannis frater, ut regno potiri posset, vel fame, vel fumo, vel frigore suffocavit. Nimirum hoc erat judicium Lycurgi, cum Charilaum Polydectis fratris sui regis posthumum filium pro legitimo successore senatui agnoscendum offerret, *Plut. in Lycurg.* quod exemplum Hotom. *q. 3. Illustr.* non rectè affert ad quaestionem infra tractandam, sicut nec Tholos. *7. de Rep. c. 10. nu. 2.* benè ad institutum accommodat exemplum Arturi Iohannis Angliae Regis è fratre Gothefrido Britanniae duce, nepotis, quoniam cum Polydectes, tum Gothefridus jam inierant possessionem, & Gothofridus habebat etiā praetexere jus uxoris Constantiae, ideoque nullo juris praetextu potuissent excludi, cum filius naturalis vel necessarius sit parentis sui haeres. *Auth. in successione C. de suis & legit. lib.* Nec causam satis justam allegabat Demetrius, dum à Romanis, quibus obses datus erat, se dimitti petebat, quò Antiocho fratri, (sic enim scripsit Iustin. quem patruum faciunt Libri Maccab Polyb. & ex Liv. Florus) demortuo, in regno Syriae, excluso Antiochi filio, succedere posset. *Flor. in Epit. hist. 46.* *Aequum* enim esse dictitabat, *ut sicut ipse fratri cessisset propter praerogativam aetatis, ita ex eadem ratione nepos sibi vicissim locum cederet, Iustin. lib. 34.* quanquam praerogativa aetatis, & quamvis inde conjiciunt, major prudentia inter praecipuas pro patruo rationes, ab ejus defensoribus adduci solent, quae tamen si sola & perse spectetur, in regnis successoriis, sufficiens non est, ut jus suum alicui absque sua culpa contra praescriptum naturae & leges aequitatis auferre possit. Natura enim ut paulò post demonstrabimus, surrogat filium patri. Atqui naturae jus, praetextu cujusdam utilitatis publicae, cui alia via prospici potest, non est perrumpendum, sicut Pharnaces Parthorum Rex

5. *Primus primogeniturae effectus.*

6. *Probatur exēplis.*

7. *Successio... non ... pervertenda praerogativa...*

ætati & prætexta prudentia. Rex, cum multis post se relictis liberis parvulis decederet, Mithridati fratri regnū tradidit, plus regno quam patrio nomini deberi ratus. *Iust. lib. 41.* Quin ex eadem ratione cum Alexandro M. regnum, non proximo, sed *dignisś. cuiq. Iustin lib. 15.* aut eum Pyrrho illi, *qui acutiorem sit ad divisionem allaturus gladium, Plut. in Pyrrh.* relinquendum concludamus. Nam si ætatis prærogativa, aut prudentiæ major vis, causa est successionis, fieri posset, ut ex secundogenito superessent majores natu liberi, quàm ex primogenito. Ergone illi his præferendi? *Tiraq. d. q. 40 n. 61.* Nemo credo asseret, cum nulla ad conturbandas familias vel serendas inter cognatos contentiones, & replendam bellis & dissidiis Rempubl. compendiosior via dari possit: quanquam jus patronatus apud

8. *In patronatu cur frāter ad patruū potius quam nepotem.* Roman. cum sit indivisibile, non defertur ad nepotem, sed patruum *per l. si libertus præterito §. si libertus intestato ff. de bon. libert. l. 3. §. si duo vers. proinde de legit. tutor. l. à duob. ff. de oper. liber. l. idem erit §. ult. l. utrum portio l. si ex duob. de assign. libert.* cujus præter duas alias hanc quoque rationem assignat Forster. *de success. lib. 4. c. 22. nu. 7.* quod liberti intersit, ne duos patronos habeat, quæ ratio ostendit quidem, cur unus tantum liberto assignetur patronus, sed cur filius potius assignetur, quam filii filius, non aperit. Interest etiam Reipub ut ejus gubernacula ad unum deferantur, sed cur ad patruum potius, quàm ad nepotem? Neque enim, quòd de prudentia patrui majore objiciunt robur habet, cum nepotis imperfectio, apposito prudenti tutore, suppleri possit, id quod potius fieri debere, quàm jus naturæ prærumpatur, probant Corset. *in tractat. de pot. & excell. reg. q. 18. & q. 89. in fi. Tiraq. d. q. 40. n. 07.* legimusq; in Republ. Spartano rum usu receptum fuisse, quando Plut. *in Lycurg.* tutores Regum *Prodicos* vocari solitos scribit, & Romani Cotyis in Thracia filiis nondum adultis dederunt Trebellenum Rufum tutorem, exemplo, *ut ait Tac. 2. Annal.* quo majores M. Lepidum Ptolemæi liberis tutorem in Aegyptum miserant. Vta-

9. *tera quanu determinatio.* mur tamen hoc argumento, quod adversarii nobis porrigunt, & ex eo probemus secundam in quæstione nostra exceptionem, quatum demum rem dubiam esse dicimus, si nepos sit minor patruis ætate. Nam si major sit, cessat potissima causa, quam propter plerique patruum prolatum cupiunt. Baldus enim *in l. 3. & in l. ut intestato C. de suis & legit. hered.* rationes multas adducens pro sententia Pontificis, qui Robertum regē Neapolitanum Caroli Martelli filio Regi Vngariæ antetulerat, inter cæteras pontificē motum dicit, *quod Robertus per ætatem sapientia suum ex fratre nepotem antecesserit, cum fuerit quasi alter Salomon,* quod nomen Angli quoque tribuunt Henrico VIII. Lucas de Penna *in l. nepotes C. de his qui num. lib. aut pauper. exc. mer.* postquam præsuppofuerat, principatus debere deferri, nō secundum gradus sanguinis, sed excellentiam virtutum 10. *Quibus ex causis patruus præferri soleat.* in principe requisitarum *per §. Ordinatione Novell. 5. in fin. Præficiendus igitur,* inquit, *est fide rectus, vita constans, gubernatione dignus, qui potest subjectorum disciplinas & totius regni statum utiliter custodire.* Hæc autem verisimile est in patruo magis quàm puero nepote repertum iri. Hottomannus vero *d. quæst. 3.* nepotis causam deferere videtur, quod in prærogativa ætatis repræsentatio locum non habeat, ideoq; rem totam ad prærogativam ætatis revocat. Ipse Strabo *libr. 16. Geogr.* rationem reddens, quare Nomades, fratres fratrum filiis anteferant, ὅτι, inquit, οἱ ἀδελφοὶ τιμιώτεροι τῶν τέκνων κατὰ πρεσβυγένειαν, & Gizeticus Wandalorum Rex testamento jussit sibi ex proximis hæredibus succedere, qui natu maximus esset. *Procop. 3. bell. Vand.* Si igitur hæc causa cesset, 11. *Nepotem patruo majorē absque dubio præferri.* hoc est, si nepos sit graviori ætate, quam patruus, sine controversia majus quoque ad regnum ineundum & excludendum patruum jus habebit: id quod tanquam certum accipiunt Bald. *in d. l. ut intestato.* Martin. Laudens. *in tract. de primog. col. penult.* Tiraq. *d. q. 40. num. 6.* Covarr. *qq. pract. cap. 38. num. 7.* Verum si nepos relinquatur minoris ætatis, quam sit patruus, à patre, qui hæreditatem avi nondum occupavit, quem disputationi futuræ casū præponimus, tanta occurrit autorum discrepantia, & in utramque partem æqualis assensus, ut difficilimè, quæ sit communis opinio, apparere dicat Decius *cons. 443. In casu ad me transm.*

12. *Totam autē disputationem versari circa nepotē minorem natu, &c.* **Conradus Vecerius** materiam disputandi de hac quæstione ICtis præbitum dicit, ex facto, quod incidit in regno Neapolitano, cum Carolus II relinqueret nepotem ex Carolo Martello primogenito jam mortuo & Robertum filium secundogenitum, in cujus favorem pronunciavit Papa, ansamq; dispu-

13. *Vnde nata sit hac controversia.* tandi ijs præbuit, qui sententiam Principis & Pontificis dicebant jus facere *l. ult. & ibi. Dd. C de leg. l. 1. de const. princ. c. in causis & ibi Dd. de re iudic.* Alij verò eum scirent principis sententiam contra jus commune, non facere legem generalē & viderent Pontificem, *ut loquitur Baldus in l. libertis liber taq; col. 5. vers. Sed dubitatur de tali quæst. C. de bon. liber.* fuisse magis *partialem*, quam *Apostolicam*, ad excusationes alias confugerunt, & Bartol. quidem *in auth. post. fratres Cod. de legit. hæred.* quia regnum Neapolitanum est feudum Ecclesiæ & defertur excon-

14. *Regnū Neapol. esse hæreditarium.* cessione, sine jure hæreditario; Pontifici putat integrum fuisse de eo, prout conducibilius Reip. & Ecclesiæ videbatur, disponere, in quo tamen bis videtur Bartolus impingere, dum regnum Neapolitanum negat hæreditario jure deferri, cui repugnat constitutio, *quæ incipit post mundi machinam* & Const. *Curia* nec non tenor investituræ, qua Clemens IV. tradidit regnum Carolo Andegavensi, *ut illud possideret, pro se descendentib. masculis & fœminis, sed ut masculis extantibus fœminæ non succederent, & inter masculos primogenitus regnaret. Summon. libr. 2. hist. Neap. c. 10.* ex quo factum est, ut bis illud regnum ad fœminarum imperium sit delapsum, quod nisi successio ibi locum haberet, factum nunquā fuisset, nec pro Rei publ. salute fieri debuisset. Imò jam diu antea cum Cælestinus III. Henricum Imperatorem de eodem investiret, junxit illi in matrimonium Constantiam Rogerij I. filiam, *Fazzell. & Falcand. in histor* quod subditos suspicaretur non libenter accepturos peregrinum regem, nisi legitimæ successionis, quæ jam in stirpe Rogerij invaluerat, præ-

15. *Etiam in feudo hæreditario succedi nepote.* textum haberet. Quin dotis nomine utramque Siciliā ipsi additam refert Platina *in Cæles. 3. in princ.* Deinde Raphael Cuman. *in l. cum ita legatum §. fin. de leg. 11.* & Thom. Grammat. *decis. Neap. 1. n. 31.* reprehendunt Bartolum, quod in feudis, quæ jam diu deficiunt ad arbitrium Domini deferri *c. un. §. Et quia vidimus vers. Cum verò Conradus de his qui feud. dar. poss. c. un. §. fin. de alien. feud.* neget successionem civilem locum habere, cum tamen de ea cautum sit *in c. un. de success. feud.* & si cautum non esset, incerta petenda forent & supplenda per jus civile *c. un. §. Strenuus de feud. cognit. Sonsbec. part. 9. de feud. n. 86.* Magis mihi placet excusatio Baldi *in d. l. ut intestato* quando ait: *Papam pronunciasse in favorem Roberti propter utilitatem publicā regni, & propter immensam sapientiam Roberti, & quod iam possidebat regnum & non potuisset inde expelli absq; maxima strage & iactura regni*, cui consentiunt Collenut. *libr. 5 hist. Neap.* Aemil. *lib 9 rer. Gall. post. r* Idem tamen Bald.

in *l. cum antiquioribus C. de iur. delib.* negat Regi Vngariæ in eo præjudicari potuisse, cū indefensus fuerit: Et ipse Robertus videtur causæ suæ non admodum fisus fuisse, nō tantum, quod in simili controversia inter Thomam filium primogeniti & Iacobum secundò natum fratrem, Comites S. Severini, in nepotis partes transferit, *si Oldradio credimus in d. cons. 224. & Iohan. Andrea in addit. ad specul. tit. de feud.* sed etiam quod Iohannam neptem suā, curaverit Andreæ Vngariæ regi, nepotis à se exclusi filio elocari, quo regnum eo matrimonio ad Martelli stirpem revocaretur, ut notat Bald. *in l. si vivæ matre C. de bon. mater.* & meminit etiam Felin. *in Epitome de regn. Sic. & Apul. c. 2.* Corset. *in decis. Capell Tholos. 434. n. 3.* pari modo, sicut Guntramus rex Franciæ restituit Sigeberti fratris regis Metensium filio Childeberto, quod ipsi, sub prætextu, quod patruus & major ætate esset, præripuerat. *Aimon lib. 3. c. 68.* Quin etiam de generali totius regni Neapolitani consuetudine nepotem præterri patruo testis est Afflict. *in cap. un. col. 4. de success. feud.* ubi licet ipse pro patruo teneat, aliter tamen in regno dicit observari, quæ observantia pro lege meritò habenda. Item Thom. Grammat. *decis. . nu. 16.* ex autoritate Antonii de Alexand *in addit. ad Bartol. in d. auth. post fratres C. de leg. hæred.* Similiter præjudicatum fuit contra patruū à Rota Romana in *decis. rot. collect. per Aegid.* 16. *Consuetudo regni Neapolit. pro nepote.*

Ægid. Bellamer. 157. nec non in Hispania, Anglia, Germania, Gallia. In Hispania non solum lex partitarum 2. tit. 15. part. 2. in regni successione admittit nepotes in locum parentis, sed regia lex Taur. 40. in omni majoratu idem statuit, cujus verba sunt: *En la succession del majorazgo, aun que el hyo major muera en vida del tenedor del majorazgo, ode à quel à quien pertenecesse si el tal hyo major dexare fijo, ò Nieto, o descendiente legitimo: estes tales descendientes legitimos del hyo major por su orden prefieran al hyo segundo del dicho tenedor o de a quel à quien el dicho majorazgo pertenesceia.* Quod vult etiam observari in transversalibus, ut *siempre el hyo, y sus descendientes legitimos por su orden representen la persona de sus padres, aun que ses padres no ayan succedido en los dichos mariazgos*, nisi aliter constitutum & ordinatum fuerit à primo majoratus institutore, cujus voluntas, æquum est, ut servetur. Vnde apparet Tyrannis & summa Sanctij IV. iniquitas, qui non tantum Iohannem post se genitum fratrem carceri inclusit, ut solus regnis patriis potiretur, sed & Alphonsum de la Cerda fratris Ferdinandi primogeniti filium, in vincula conjecit, & regno Castellæ, quod ex lege partitarum ab Alphonso Sanctij patre primum conditarum, sibi debitum cum titulo occuparat, per vim & injuriam exegit. *Hier. Henning. in Geneal. 4. Monar. tom. 4. part. ult. pag. 44.* Meritò igitur dicit Paulus Castrens *cons. 10 2. in pr.* legem de prærogativa nepotis in Hispania à se visam, indeque concludit in regno Hispaniæ successionem deferri nepotibus potius, quam patruo, quod & de regno Castellæ nominatim testatur Cardin. Alex. *in c. un. de feud. March.* & de regno Portugalliæ Nicol. de Vbald. *in tr. de success. ab intest.* Philipp. Dec. *in d. cons. 443* Iohannes enim II. jure patris Henrici demortui, quamvis vivo patris fratre Henrico ad successionem avi Alphonsi V. admissus est. Vide de regno Hispaniæ etiam Anton. Gomez. *ad l. 40. Taur. num. 65.* Covarr. *qq. pract. cap. 38. num. 6. & seqq.* In Germania olim tempore Ottonis I. cum hæc controversia incideret inter duos fratres, nec dum quicquam de ea vel jure cautum vel consuetudine receptum esset, pro receptis ejus temporis moribus quibus res difficiles & probatione carentes duello committebant, armis decisa fuit, *ubi dicente Vvittechindo Sax. lib. 2. hist. Vicit pars, qua filios filiorum computabat inter filios, & firmatum est, ut æqualiter cum patruis hæreditatem dirimerent.* Refert idem *Sigebert: in Chron. Ott. I. sub. ann. 942. Bertachin: Firmian. in Repert. Verbo Nepos & Verb. filius regis & ex eo Gomez. ad d. l. 40. Taur. num. 65. Corser. in decis. cap. Thol. 434. n. 4. Bellam. decis. 724. col. 1. Tiraq. d. q. 40. n 8. Alciat. c. 7. de Menom. Hottom. q. 3. Illustr.* Ostendimus autem alibi quam imbecillis & fallax sit probatio ex fortuna duelli, siquidem in simili ferè causa fratrum patruelium vicit causa majoris. *apud Liv. lib. 28.* Corbis enim & Orsua patrueles fratres de principatu civitatis, quam item vocabant, ambigebant. Corbis major ætate erat Orsuæ, pater princeps proximè fuerat, à fratre majore post mortem ejus principatu accepto robore major, minor flore ætatis ferox, Sed major usu armorum & astu facilè stolidas vires minoris superavit. Tangit & Plutarch. *in Scip.* se causam dissidij non explicat. Postquam leges Rom. per Lotharium spiritū receperunt, non tantum hæc his consuetudine, sed & legibus decisa est & extat statutum Caroli IV. *in aur. bull. c. 5. Mortuo Electore jus, Vox & potestas Electionis devenient ad filium suum primogenitum legitimum Laicum: Illo verò non extante ad ejusdem primogeniti primogenitum similiter Laicum, liberè & sine contradictione cujuspiam devolvatur. Si verò primogenitus hujusmodi absq; legitimis hæredibus, masculis legitimis laicis, ab hac luce migraret, jus, Vox & potestas Electionis ad seniorem fratrem Laicum, per veram paternalem lineam descendentem & deinceps ad primogenitum laicum devolvatur.* Idem reperit Sigisfmundus Imper. *in bulla de success. Com. Palat. § 4. Et ne inter hæredes.* Vbi primogeniti primogenitus & legitimi hæredes patruos & eorum hæredes legitimos semper anticipant. Quod autem in capite observatur, debet quoque observari in membris *c. cum non liceat. de prascript. l. de quibus ff. de ll.* & ubi est eadem ratio, ibi

17. In Hispania.

18. In Germania.

ibi idem jus statuendum. *l. illud. ad l. Aquil. cum sim. apud Eberhard. in loc. à ratione legis.* Adde Mynsyng. 2. *observ.* 23. *n.* 4. Matth. Steph. *lib. 2. jurisd. part. 1. c. 5. n. 61.* & extat universalis lex de æquali nepotis cū patruo successione promulgata primum à Maximil. in der Cammerg. Ordn. 100. *tit.* Die Succession der Niechter vnd Enckeln & *Carolo V.* 1521. *Harminsf. tom. 2. Const. Imp.*

19. *In Galliis.* In Galliis quanquam Carolus M. Ludovvico filio imperiū dedit præ nepote Bernhard. *Eginhard. in Vit. Car. M.* & apud Normannos de consuetudine patruus præfertur nepoti: *tit. de la seance §. Et pource doit on sçavoir & ceux sont les coustumes, &c.* tamen proceres in controversia Hannonis contra Ercembaldum fratris filium ex domo Burbonia aliter judicarunt, & mansit successio penes nepotem: patruo portio tantum tanquam uni ex liberis assignata fuit. *AEmil. in Ludovv. Crass. Hottom. d. q.* 3. quod idem judicatum fuit in causa Comitis Nivernensis, qui comes Flandriæ & successor Roberti declaratus fuit, excluso patruo *AEmil. in Car. pulchr.* Ex eadem consuetudine processit arrestum Parium contra Iohannem Comitem Monfortium, tertium Iohannis Britanniæ ducis sine liberis mortui fratrem, pro Carolo Blesense, qui secundi fratris filiam habebat in matrimonio, eamque dicebat in locum patris succedere, *Frossard. lib. 1. à c. 65. usq. ad c. 74.* ubi addit, ita dispositum fuisse ab ipso duce Iohanne. Sed & alia narrat præjudicia Gregor. Thol. *7. de Republ. c. 10.* quæ apud ipsum videri possunt. Vivit adhuc in memoria hominum exitus Cardinalis Borbonij, qui Henrico nepoti propter ætatis prærogativam regnum Galliæ, quod primum in Borboniorum stirpem reciderat, ope Pontificiorum præripere conatus, victus tandem bonitate causæ & armis nepotis errorem suum & agnovit & deprecatus est: nec alio quam Cardinalis honore indutus conspicitur in æde S. Dionysij.

20. *In Anglia.* In Anglia incidit hæc disputatio tempore Eduardi III. cum Eduardus Niger, Anglis *the plake prince*, ex contracto in Hispaniam expeditione in pede morbo, ante mortem patris decederet, relicto Richardo filio primogenito. Communi verò procerum consensu, propter amorem patris de consilio Eduardi III. avi, prælatus fuit patris tribus fratribus, *Frossard. lib. 1. c.* 311. & ab avo ipso rex declaratus, *id. c.* 325. postquam is fatis cessisset *Anno* 1377. vix annos natus undecim successit *id. lib. 1. c.* 325. Hoc est, quod Baldus dicit. *in d. l. ex hoc jure col. 2.* Regem Angliæ cum consilio suorum procerum pro nepote conclusisse. Et jam ante Iohannes injustè putabatur regnum usurpare, quod Gothofredi fratris mortui filium Atturum, cui regnum, quod ex majore natu, genitus esset, deberi videbatur, exclusisset, nec is putabat se tutò regnum possessurum, nisi nepotem ex fratre de medio sustulisset.

Imò apud ipsos Lacedæmonios palma data fuit nepoti, quando Cleomenes Rex Spartanorum ex familia Regum, qui Agidæ appellantur, reliquit ex filio primogenito mortuo Areum nepotem & Cleonymum filium secundogenitum. 21. *Apud Lacedæmonios.* Non enim filius, sed nepos successit, *Plutarch. in Agid.* additque Pausan. *lib.* 3. Areo regnum adjudicatum fuisse à Senatu. Adeo multarum & meliorum genitum moribus palma delata fuit nepoti, quanquam nonnunquā secus factum, sive de facto, sive præ ignorantia juris sciamus. 22. *Facta in contrarium.* Diximus enim de sententia papæ pro Roberto rege Neapolitano, *Ricc. lib. 3. hist. Sic.* & de testamento Gizetici regis Wandalorum *Procop. lib. 3. bell. Vand.* nec non de facto Caroli M. qui Ludovvicum filium anteposuit nepoti Bernhardo. *Turp. in Vit. Car. M. AEmil. li. 3.* Nec effugere possumus, *cum Tholos. lib. 7. de Rep. c. 10. n.* 18. quod Pipinus Italiæ terminis contentus, jus suum resignarit, quod fieri posse constat, *ex c. quamvis pactum. de pactis in 6. c. cum contingat de jurejur. c. licet. Eod. in 6.* & renunciantibus non detur regressus, *l. postquam liti. C. de pact.* quia hæreditas vivo Carolo divisa nondum erat: nec dubium, quin Pipinus, si vixisset, imperium cum Italia fuisset conjuncturus, sicut fecit Lotharius Ludovvici I. primogenitus, cum Romæ & Italiæ imperium semper cohæserit, & Sigonius alijque Italorum historici Conradum I. & Henricum Aucupē ex Imperatorū Catalogo non sine causa deleant, quod Italiā nunquā adierint, nedum ut imperiū acquisiverint. Porrò

in

in imperio Germanorum Fridericum Philippus surrogatus fuit Henrico VI. fratri, quanquam is Fridericum impubem filium reliquisset: *Car. lib. 4.* idq; intuitu publicæ utilitatis, ne rege puero & sceptri incapace existente, Respub. careret capite, qua de causa
23. *Lex Scotorum damnatur.*
Scoti legem rogarunt, quæ usq, ad Kennethum III. duravit, per annos ferè mille & tercentum, ut patruus impubi Regis filio semper præferretur, *Buchan. lib. 4.* quæ lex quantumvis infeliciter defensa à Constantino IV. Rege & per vim Kennethi successore eò iniquior est, quod jam possessum à patre regnum filiis eripuit. Apud Gallos Gunthranus Clotharij filius prævertit Childoborium Sigeberti fratris filium, *Aimon. lib. 3. c. 62.* sed per vim & pænitentia ductus in locum à natura sibi debitum restituit. Affert & Tiraquellus *d. 40. q. n. 17. in fi.* consuetudinem Normannorũ, qua patruus melioris est conditionis, quã nepos, sed eam ipse textus improbat, *tit. de prief. de prochaineté de antecesseur.* In imperio Mexicano observatũ memorat. Ferd. Lopez *in histor. Mexic* Antequã Cortesius id everteret, ne filij sed fratres defunctorum Regũ succederent. Ne igitur, quid fiat potius, quam quid fieri debeat respiciamus, utriusque tam patrui, quam nepotis jura sunt nobis examinanda, ut pro quo pronuntiare debeamus, videamus, nec cum Iasone *in l. maximum vitium vers. tertio C. de lib. prat. vel exh.* in dubiorem totam & indecisam relinquamus, quod sunt qui Iohannem Andr: quoq; fecisse suspicantur *in addit. ad Specul. super rubr. de feud. vers. redeundo ad individuum*, cum tamen is manifestè pro nepote teneat, non tantum quod, quæ hunc præfert, opinionem ultimo loco enarret, sed potissimum, quod contrariæ opinionis argumenta solvat. Cesserunt quoque ad nepotis castra plurimi ex veteribus, quos videre est conservaros *Apud Tiraq. Cirier. Gomez. Covarr. Chassan. Gabriel. locis citandis*, iisque accedunt plerique ex
24. ...mmune... statu...
modernis, quorũ numerus opinionem pro nepote communiorẽ facit. *Gl. in c. un verb. Salus de nat. success. feud. Corser. & Aufrer. in Decis. Capell. Tholos. 424. n. fin. Thom. Grammatt. decis. 1. n. 14 24. & seqq. Cirier. tract. de primogen. q. 26. Tiraq. de jur. primog. q. 40. Covarr. qq. pract. c. 38. num. 6 Gomez. ad l. Taurin. 40. n. 65. Chassan. in consuet. Burgund. tit. de successión. §. 10. Gabriel. libr. 4. tit. de success. ab intest. concl. 2. Zas. part. 9. feud. num. 11. Sonsbec. part. 9. de feud. Schurff. cons. 1. Cent. 2 Dan. Moller. lib. 1. semestr. c. 40. Knichen in comment. ad jus Saxon. verb. Electorem n. 3. Mynsing. 3. obs. 23. n. 4. qui omnia desumsit ex Schenck. in c. un. §. 1. n. 14. de feud. March. Matth. Steph. lib. 2 de jurisd. part. 1 c. 5. n. 63 Borch. in tr. de grad. tit. de succes. desc. nat. & legit. Klokius in consultat. An fratrum Germanorum filij, & Bersius in tract. de pact. success. c. 8. pag. 459. & seqq. Menoch. cons. 442. lib. 5. per tot. Hottom. q. 3. Illustr. Ludovv. Molin. lib. 1. c. 3. n. 10. c. 6. n. 43. lib. 3. c. 6. 7. 8 Bodin. 6. de Rep. c. 5. Tholosan. lib. 7. de Rep. c. 10* Nec aliter se. quam pro nepote sentire potest, qui juris civilis fundamenta sequitur, siquidè per jus representationis, ut vocant posteriores, filius subit locum patris, ut ex jure correcto Iustiniani *§. 1. Nov. 118. §. hoc itaq. 1. Nov. 127. Auth Cessante junct. auth. seq. C. de leg. hered. §. posthumi Inst de exhered. lib. §. cum filius Inst. de her. quæ ab intest. def.* quibus ad- 25. *Ius civile favet nepoti.*
de *l. 1. §. filius, de suis & legit. l. sed etsi in conditione §. nepotes. de hered. instit. l. posthumos §. si filiũ l. Gallus §. nunc de lege Vallejan de lib. & posthum. l. posthumorum §. 1. de injust. rupt. inst. l. 2. C. de liber. prat. Vlpian. in fragm. tit. 26.* adeò, ut hinc solva- 26. *Filius subit locum patris.*
tur unũ ex præcipuis pro patruo argumentis, quando proximo hæreditatem deberi contendunt, *l. Iurisconsultus 10. in pr. ff. de grad. cum sim. §. Ita demum Inst. de hered. quæ ab intest. defer.* filiumq; uno gradu proximiorẽ esse nepote objiciunt *l. 1 de grad. ib. l. 2. §. hereditas de suis & legit. l. 1. §. proximus Vnde cognati l. lege 12. tab §. hoc modo C. de legit. hered. §. si plures Inst. de legit. agn. tut. c. qui prior. de R. I. in 6. l. quoties utrumq. ff. Eod.* Nam. cum per representationem filius ascendat in gradum patris, jam non est remotiori gradu sed in proximo, in quo futurus fuisset pater, si vixisset, *§. reliquum d. Nov. 118. Auth. post fratres la. 2. C. de legit. hared. Borcholt. de grad. t. de succ. desc. nat. & legit.* Cessat enim *l. consanguinitatis C. de hared.* postquam Iustinianus huma-

humanitatis intuitu *l. generaliter §. cum*
autem C. de inst. & subst. aliter statuit *d.*
auth. cessante. junct. auth. seq. C. de leg. her.
Sonsbec. part. 9 feud. num. 101. ideoque *in*
27. *Constitutio Germanorum.* *d. Auth. post fratres*, post fratres demum
& filios fratrū, admitti dicit, qui proximior
est: quasi in fratribus & eorum filiis proxi-
mitatem nolit attendi. Cum apud Germa-
nos de consuetudine contrarium alicubi ob-
servaretur, non tantum Maximilianus *in*
ord. Cam. 1500. die *Succession* der Diechter
oder Enckeln sed & Carolus V. *an.* 1521. *pe-*
culiari constit. in hanc rem à Regimento
Norib. promulgata §. 2. eam prorsus sustu-
lit. *Haeminsfel. in 2. tom. 1. Const. Imp. pag.*
148. sicut eandem jam olim apud Saxones
apud quos invaluerat, antiquarat Otto M.
gl. Landrecht *libr. 1. art.* 83. *in pr. num.* 2.
Heg. q. 8. *num.* 31. Cessat etiam argumentum
quo Cyrus *in l. si vivа C. de bon. mater.*
Richardum Malumbrium ad partes patrui
pertractum fuisse memorat, quod scilicet
filius non debeat deterioris conditionis esse
quàm nepos *per d. l. si viva l. fin. C. de verb.*
signif. Nam nec nepos debet esse deterioris
conditionis, quàm filius *l. maximum vi-*
tium C. de lib. praet. cujus locū subit. Quod
si jam utilitas regnorum exigat unum tan-
tum successorem, cumque primogenitum,
deterior fit conditio fratrum caeterorum,
qui ut de jure communi sunt aequales, ae-
quales quoque partes ex haereditate accipe-
re deberent. *l. pen. in fin. C. com. divid. l. in-*
ter filios C. famil. hercisc. l. 1. C. Vnde lib.
cum sim: Nepos igitur succedens in locum
primogeniti, eorundem patris sui fratrum
conditiones deteriores facit non quatenus
nepos, sed quatenus primogeniti nepos:
Aliâs si de privatae haereditatis divisione lis
28. *Repraesentationis Ius fundatur iure divino.* esset, aequales partes cum patruis jure re-
praesentationis acciperet. Fundatur autem
repraesentatio, non tantum jure humano,
sed & divino & aequitate naturali, quando-
quidem Abraham Arami fratris demortui
filium Lothum non tantum fratrem vocat,
sed & loco fratris in divisione haereditatis
admittit. *Gen. c.* 11. *& seqq.* Deducit idem
Iohannes Andr. *in d. addit ad Specul. cui*
consentiunt Schenck. d. c. un. num. 14. *Tho-*
los. d. c. 10. *num.* 15. ex eo scripturae loco, ubi

Esau vendit jus suae primogeniturae Iacobo
fratri. *Gen.* 2[illegible] *ad Hebr.* 12. Si enim [illegible] qui-
unt, alienabile est, est etiam transmissibile
ad haeredes *l. ex pluribus, de admin. tutor. l.*
1. *de feud. dot.* inprimis per repraesentatio-
nem, quae multò facilius inducitur, quàm
transmissio *l. emancipata ubi: nullam ad*
haeredes vindicationem transmittere potuit
C. qui admitt. ad bon. poss. l. 3. *C. de suis &*
leg. Forster. 4. *de success. cap.* 21. *n.* 10. cum
multa, quae alias alienari nequeunt, transe-
ant ad haeredem, *l. quadam, ibiq. gl. in verb.*
fundus dotalis. de acq. rer. dom. l. 1. *de feud.*
dot. cum sim. Naturali vero aequitate, *ut ait*
Vlpian. l. 1. *§. si filius de suis & legit. hared.* 29.
sustentatur repraesentatio, quia non solum *Et aequitate*
parentum, sed & commune naturae votum *naturali.*
ad successionem liberos vocant *l. fer pro su*
fi. Vnde lib. l. nam etsi in pr. de inoff. testam.
gl. in verb. parentibus Nov. 118. Agnascun-
tur enim liberi parentibus *§. posthum. vers.*
posthumorum Inst. de exhared. & sunt cum
iis una caro *c. contradicimus §. hac autor-*
tate. 35. *q.* 3. una persona *l. fin. de impub. &*
aliis subst. secundum gl. in c. super eo. de test.
Felin. in c. 1 *col.* 2. *de magist.* ex quo Ludo-
vvici Rom. *in l.* 1. *In jus voc. ut eant*, conclu-
sit, patrem posse sibi demandatam legatio-
nem filio injungere *l. sciendum §. legati. de*
legation: quia sunt una persona; idque fit si-
ne damno Reipubl. *ut ibi not. gl. in verb. fi-*
lior. Vox quoque patris, vox filij est. *§. si*
qui Instit. de inut. stipul. nec dicitur abesse
qui per posteritatem vel cognationem prae- [illegible] *Repraesentationem* [illegible]
sens est. *l. cum scimus* 22. *fin. C. de Agric.* *constare* [illegible]
& cens. lib. 11. Ex quibus omnibus patet *tum* [illegible]
repraesentationē non esse puram fictionem,
quae, *ut objicit Hott. q.* 3. *Illustr.* in aetatem
non cadit *l. aequum de aetate* 13. *de probat. l.*
ult. & passim C. de his qui ven. aetat. im-
pet. quoniam naturâ pater & filius quodam-
modo unum sunt, & filius jam vivente patre
quodammodo bonorum paternorum Do-
minus est *§. sui autem vers. sed sui qu*[illegible]*m*
Inst. de hared. qual. & diff. l. in suis [illegible]
lib. & posth. ideoque post mortem patris,
decente Paulo in d. l. in suis, non haeredita-
tem percipere videtur, sed magis liberam
bonorum administrationem consequitur,
quod *gl. in c. un. §. ult. de feud* [illegible]
[illegible]

transtulit ad feuda, quæ dicit filium post mortem patris non acquirere succedendo ipsi patri, sed jam in vita prius acquisita capere cum libera administratione, quem *sapidum morem loquendi* vult Bald. *ibid.* menti tenendum & idem Bald. *in c. un. an mut. vel ali. imperf.* docet, quod filius vivo patre dicitur feudatarius, cum sit eadem persona, nec post mortem patris dicitur acquirere sive succedere, sed retinere. Vnde inferunt Accurs. *in l. cum hereditas in verb. successoribus C. depositi & ibid.* Bald. *in addit.* quod ubi suus datur hæres, nunquam jaceat hæreditas, quia existentia sui hæredis inducit continuationem dominii *per d. l. in suis & ibi Ias. num.* 10. *& in rubr. de adquir. hered. nu.* 7. & 8. nec in suis hæredibus aditionem necessariam putat Cajus *in l. in suis* 14. *de suis & leg.* quia statim ipso jure hæredes existunt.

Natura, ait ICtus, *l. ultim. C. de impub. & al. substit. natura* ait & non fictione *pater & filius eadem esse persona intelliguntur.* Ex naturali ratione proficiscitur, quod nepos rumpat testamentum, perinde ut pater rupisset, si supervixisset. *l. posthumum §. 1. de injust. rupt. § posthumi Instit. de exhered. lib. l. si avus C. de lib. præt.* quia redigitur sublato filio ad conditionem filii *l. sed si in conditione §. nepotes de hered. instit.*
31. Quanquam enim, dubium est apud ICtos, utrum per repræsentationem nepos jure proprio veniat, an paterno, dum Castrens. *in d. auth. post fratres C. de legit. hered.* Chassan. *in consuet. Burg. des successions gl.* 10. *num.* 5. Iohann. Faber. *in §. cum filius, Instit. de hered. quæ ab intest. defer.* secuti Bartolum, *in l. Gallus, §. Et quid si tantum. de lib. & posth.* nepotem jure patris succedere contendunt, quoniam ubique dicitur ingredi locum patris *§. cum filius. Instit. de hered. quæ ab intest. l. 2. C. de lib. præt. Novell.* 127. *in princ.* & si plures fuerint, non in capita sed in stirpes succedunt. *l. 3. C. de suis & legit. §. t. d. Novell.* 127. *Hottoman. quæst.* 3. *Illust.* de quo prolixè Sonsbec. *part.* 9. *feud. n.* 100. *usque ad num.* 11. *contra Zasium.* Alii vero jure suo eum venire putant. *Iason. in d. l. Gallus §. quid si quis filium num.* 60. *de lib. & posth. Zas. part.* 8. *feud. nu.* 11. *In fine. Intell. &c. Gabriel. lib.* 4. *de success. ab intest. concl.* 1. *limit* 7. *num.* 26. *ad quos inclinant Tiraq. d. q.* 40. *num.* 111. *& seqq. passim. Forst.* 4. *de success. cap.* 20. *num.* 9. tamen, utri parti adhæreamus nihil ferè ad institutum nostrum momenti affert, nisi quatenus inde solvi possunt quædam pro patruo adduci solita argumenta. Dummodo enim sciamus succedere nepotem in locum parentis, sat habemus pro nostra opinione, quia qui succedit, uti debet eo jure, quo usus est, cui succedit. *l. qui quadraginta §. nam heres ad Trebell. l. cum heres. de divers. temp. præscrip. l. Cajus de marrum. l. qui in jus de R. I. c. qui in jus* 15. *Eod. in* 6. privilegiisque utitur iisdem, quibus usus est, cui successit. *l. decernimus & ibi Bart. de aq. duct. libr.* 11. *l. major. §. penult. & ubi not. per Bald. de procurat.* & surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatur, *c. magnæ §. cum igitur de vot. & vot. redemt. l. 1. §. hæc actio si is qui testam. libr. esse juss. l. si & rem* 22. *in fin. de petit. hered. cum simil. apud Forster.* 4. *de success. cap.* 20. *num.* 2. *Tiraq. d. quæst.* 40. *num.* 43. Cum igitur ascendat nepos in locum patris, universo quoque ejus jure utitur. *Tantumq; ut ait Iust. de §. 1. Novell.* 127. *& Vlpian. in frag. lib.* 26. *accipit, quantum ejus accepturus fuisset pater, si vixisset*, idque non tantum in bonis allodialibus seu privatis sed etiam feudalibus & publicis, cum æquitas naturalis ubique observari debeat & per consuetudines feudorum apertè quoque pro nepote determinatum sit, *ut notat. Bald. & com. Dd. ad cap. 1. de success. fratr. vel grad. succed. in feud. ubi text. & in c. un. de nat. success. feud. in C. un. §. si Capitanei de feud. March. gloss. in c. un. verb. Solus de nat. success. feud. Curt. part. 3. de feud. q.* 12. Vbicunq; enim successio locum habet, ibi jus repræsentationis suadet naturalis æquitas: ex quo solvimus argumentum, quod pro patruo afferri solet, *ex l. si libertus præterito §. si liberti intestato ff. de bon. libert. ex l. 3. §. si duo vers. proinde de legit. tut. l. idem erit. §. ultim. l. utrum portio l. si ex duobus de assign. libert.* ex quibus & similibus patet jus patronatus, quod uni tantum ex hæredibus relinqui potest, non ad nepotem, sed patruum deferri, quoniam jus patronatus hæreditario jure non defertur, *l. ut jurisjurandi §. ult. de opt. libert. Iohan. Faber in §. cum filius Instit. de hær. quæ ab intest. ven.* sicut nec tutela, cujus

32. *Succedens gaudet jure ejus, cui succedit.*

33. *Ius feudale determinare pro Nepote.*

34. *Discrimen inter jus patronatus & successionis in regnis.*

in d. l. 3. §. si duo fit mentio, ut patet *ex l. tutela ff. de tut.* & est magis personale quid, *ut supplet Tiraq. d. quæst. 40. num. 154. ex Christoph. Castellioneo in l. si duo patroni in pr. ff. de jurejur. ex quo desumsit Forster. libr. 4. de success. cap 22. num. 7.* qui novem casus recenset, quibus juri communi derogatur, & repræsentatio locum non habet. In hoc vero casu loquimur de regnis & principatibus, qui hæreditario jure obveniunt, & proinde, ut reliquæ hæreditates transeunt ad hæredes. Nam quod Hottoman. *quæst. 3 Illustr.* objicit Aetatis prærogativam non alterius, sed ipsius, de qua agitur, personæ jure niti, ideoque ad alium, non posse per repræsentationem transmitti. *per text. in cap. 1. de R. I. in 6.* non uno nomine vitiosum est. Licet enim qualitas non transmittatur, tamen potentia succedendi ex qualitate nata transmittitur, ut decidunt Bartol. Castrens. Iason. *in l. si potest ff. de adquir. hæred. per §. reliquum ibi. Si autem defuncto fratres fuerint Novell. 118.* ubi licet vinculum utriusque lateris non adsit, ponitur tamen adesse vis excludendi ex illo vinculo profecta. Est enim successio jus sanguinis *l. jus agnationis. de pactis l. jura sanguinis de R. I.* quod transit in liberos *lib. 3. de interd. & relig. lib. 1. C. de privil. eor. qui in sacr. pal. mil. libr. 12.* Sed & ipsum jus primogenituræ est transmissibile, *Bartol. in l. si potest de acquir. hæred. Laud. in tr. de primogenit. titul. 6. vers. An autem jus primogen. Benedict. in c. Raynutius in verb. in testam. relinquens. le. 1. num. 189. Tiraq quæst. 29. nu. 1. de jur. primogen. Mynsin. 3. observ. 23. Schen. R. 6. num. 14. Thol. d. cap. 10. num. 15. Ludov. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 44. Rod. Zuar. in rep. quoniam in prior. lim. 5. num. 4. C. de inoffic. testam.* quia alias argumentum retorquere possemus, quod nec in fratrem posset derivari, nec subsisteret transactio, qua Esau illud concessit Iacobo *c. quam periculosum. 7. quæst. 1.* Et Iacobum tamen negat Gratianus *in cap. ult. ibid. Item opponitur 22. q. 2.* dicendo se primogenitum mentitum fuisse, quia licet non esset nativitate, tactus tamen erat jure cessionis. Variè quidem de hac re disputant Theologi, *ad c. 25. Genes.* & Esau quidem vendendo peccasse, tradit autor *Epist. ad Hebræos cap. 12. profanum* cum appellans, seu

35. *An primogenitura queat transmitti.*

gastrimargum, ut alii exponunt Græcam vocem, *βίβηλον*, *quod ob escam unam [illegible] rit primogenituram.* cæterum Iacobum non peccasse tradit Thom. 22. *quæst.* 10[illegible] *art.* 4. *& ibi Cajetan.* quia intelligitur [illegible] vexationem redemisse, hoc est, quia edoctus [illegible] matre scivit sibi deberi primogenita ex peculiari destinatione & divina [illegible], ex qua [illegible]ptum est: *Iacob dilexi: Esau autem odio habui, Malach. 1.* & sub prætextu contractu[illegible] quod jam sibi deberi sciebat & accipere si[illegible] precio debebat, maluit admercari, *Perer. in cap. 25. Genes. disp. 8. & 9.* Si enim jure [illegible]us contractus id sibi jus vendicasset Iacob ab iniquitate excusari non posset cum ad peccatum fratrem induxisset & in pretio infinitum defraudasset. Quocunque verò jure primogenita ad se traduxerit certè traduci poterunt multò magis jure successionis *c. [illegible] significavit de rescript. c. licet de vot. c. grandi de suppl. negl. prel. in 6.* Sunt enim re[illegible]lariter omnia privilegia, dignitates & [illegible]ficia parentum transmissibilia ad hære[illegible] *emancipatum de Senator. l. Etiam. [illegible] matr. Immunitates jur. imm. a palatinis [illegible] de privil. For. qui in sacr. pal. mil. libr.* [illegible] nisi sint personalia tantum *l maritum [illegible] l. seq. Solut. matrim. l. in omnibus [illegible] privilegia 156. de R. I. l. patronus l. in [illegible] fidejussor de re jud. l. 1. ff. de jur. immun.* [illegible] *notat. gloss. in d. l. in omnibus per plura exempla.* Ratio est quia ex stirpe privilegiata natus, naturam privilegii paterni me[illegible]to assumit, quia forma & origo, quæ à radice d[illegible]tur, in quolibet derivato reperitur *l. in ratione 11. §. si filio ad l. Falcid. l. 33. in pr[illegible] donat. l. tutor. 69. circa med. de fi[illegible]* præsertim si conditio una transm[illegible]tur, propter quam beneficium indultum fu[illegible] *l. in omnibus 68. de R. I.* quali[illegible] est [illegible] primogenituræ. Non enim præci[illegible] prærogativa ætatis, sed super quadam [illegible]mogeniti dignitate, quam jus g[illegible] ipsi tribuit, fundatur jus primogenituræ [illegible] quia dignitas, non moritur, non e[illegible] cum persona *c. quoniam abbas de [illegible] c. si gratiose de rescript. in 6.* [illegible] ex jure communi competat, ex q[illegible] competunt, tanquam æs alienum a [illegible] exigi possunt *ut at. gl. in l. 1. verb.* [illegible]

39. *... primogeni... dam ... ta...* [illegible]

de collat. bon. imo nec ab ipso patre auferri possunt, *ut demonstrat. Hottom. lib. 2. de antiq. ll. F. ante* Separatum enim est jus primogeniturae seu successionis à jure filiationis *l. nec ex. 17. in fin. ibi. Nec diminuatur spes, quam unusquisque liberorum obsequio paret sibi. ff. de adopt.* quod cum persona extinguitur, *ut dicit Bartol. in d. l. si potest de adquir. hared.* sed jus successionis transit ad hæredes *per ll. alleg.* licet filius illud actu non haberet, sed habitu tantum & potentiâ. Nam & quærelam inofficiosi testamenti, quam spe tantum habere potest moriens pater, siquidem non nascitur ante aditam hæreditatem *l. patronianus §. si conditione de collat. bonor.* transmitti in filium ex sententia Iustiniani *in l. si quis filium. 34. ibi. Etsi praeparatio facta*

40. [illegible]

non est, ad inofficiosi querelam instituendam, tamen potest nepos eandem causam proponere C. de inoffic. testam. ubi gl. in Verb. causam. quam Dd. notabilem reputant, dicit, quod querela non præparata transmittatur, quia spem pater habuit, sicut & conditionalis hæreditatis spes in hæredem transmittitur *§. ex conditionali Instit. de Verbor. oblig.* & portio ex testamento alicui obventura, eo, qui scriptus erat, moriente, transit ad liberos cujuscunque gradus vel sexus *l. un. C. de his qui ante apert. tab. hared. trans.* Filius ante secundas nuptias parentis alterutrius mortuus transmittit ad nepotes portionem lucri, quam ex futuris vel factis nuptiis spetare habebat *l. in quibus l. si quis prioris C. de secun. nupt.* Datur etiam nepoti beneficium abstinendi ab avi hæreditate *l. si quis filium famil. 7. §. si filius de acquir. vel omitt. hared.* ubi ratio additur *quia patri ejus idem tribueretur*, scil. si viveret *gloss. ibid. in Verb. tribueretur junct. l. Et qui 12. Eod. §. sed his praeter Inst. de hared. diff. & qual.* Item qui datur in adoptionem, partem quartam habet in bonis arrogatoris ex constitutione Divi Pii, quam moriens vivo adhuc arrogatore transmittit ad hæredem *l. 1. §. si impuberi de coll. bon.* & [illegible] sunt in hunc sensum tum à ICtis responsa, tum ab Imperatoribus constituta, quæ ex hoc fundamento dependent, quod nepos succedat in locum patris, quodque jura eodemque favore prætequantur patrem & filium *l. si quis filium 34. C. de inoffic. testam.*

Vult. lex Taurina 40. *in fin.* in majoratus successione semper debere spectari primi majoratus constitutoris intentionem. Quod si ejus, de cujus hæreditate agitur animum & voluntatem, si expressa non sit, ex præsumtionibus manifestis metiri velimus, non dubium est, quin quod primogenito vel uni ex filiis concessit universæ ejus posteritati, vel saltem, ne rem aliquam dubiam admisceamus, proximis nepotibus concessum voluerit. *Omnes subjectos nostros* ait Imperator, *existimamus & filios & nepotes habere affectione paterna, d. l. si quis filium* 34. *C. de inoff. testam.* & in genere, qui stipulatur vel paciscitur non tantum sibi, sed hæredibus suis videtur etiam stipulari & pacisci *l. si pactum ff. de pact. Tiraq. in tract. retract. tit 2. §. 1. in gl. 6. in Verb. Gustes heritiers.* semperq; in dubio legis provisio censetur realis, ut ad hæredes transeat, nisi aliud expresse excipiatur *l. non solum §. ult. ubi gl. de nov. oper. nunciat.* Latè id deducit Covat. *pract. qq. cap. 38. num. 5.* ex affectu quo complecti videtur avus non tantum filios, sed & nepotes, ad quam rem optimum textum expendunt Tiraq. *d. q. 40. num. 93.* Gomez. *d. n. 65. in l. Cum avus 102. ff. d. cond. & demonst.* ubi si testator instituat filium & nepotem ex altero filio mortuo, & gravet nepotem restituere partem suam alteri filio testatoris, non tenetur restituere, si talis nepos habeat filios vel descendentes. Hanc præsumptionem *acutissimi ICti* vehementer probat Iustinianus *l. cum acutissimi C. de fideicom.* imò latius extendit, ex hac ratione: *Ne videatur testator alienas successiones propriis anteponere.* Ex eadem præsumptione *in l. generaliter §. cum autem ubi Donell. num. 1. C. de instit. & substit.* substitutionem filio à patre factam, irritam habet, si filio nati fuerint liberi, quia verisimile non est, patrem, si de nepotibus cogitaverit, talem fuisse substitutionem humanitatis intuitu facturam *Facit. text. in l. Idem erit dicendum. 3. §. ult. junct. l. Utrum porti o 6. de adsign. liber.* ubi libertus uni ex filiis assignatus, non redit ad fratres, quam diu ex filiis cui assignatus est, descendentibus aliquis superest. Facit *l. ul. C. de rer & Ver. sig.* quam ita summat Salycetus: *Relictum familia debetur gradatim personis appellatione familiæ contentis.* inter quas procul dubio primum locum

41. *Aliud argumentum ex intentione eius de cuius hæreditate agitur.*

42. *Filij & nepotes eodem amore sunt gradu.*

43. *Amor naturalis avi in nepotes.*

 sibi

sibi vendicat filius, qui idem morienti avo nepos est, sed in locum præmortui filii protractus. Nec hic iterum locum habet quod pro patruo afferri solet: Ordinem naturæ, & lectionem & dispositionem juris semper præferre filium in his quæ nequeunt exerceri per plures *in l. cum ita §. fin. de leg. 1. l. pero. §. fratre. Eod. l. fin. C. de Verb. sign f.* Quoniam *in d. l. si quis filium.* Imperator in eodem affectionis gradu ponit nepotes cum filiis. Nec immerito. Nam cum liberis faveamus propterea, *quod nominis nostri memoriam in iis propagemus*, ut dicit ICtus, patet, ejus favoris causam non esse minorem in nepotibus, quam filiis. Priorem quin etiam esse filium nepote non concedimus, postquam supra ostensum fuit. Nepotem per repræsentationem evadere proximum *per d. §. reliquum Novell. 118.* cum alias ne de jure quidem civili nepos admitti deberet cum patruis, eris quam contra Decium *in l. consanguinitatis. 3. C. de legit. hered.* sancivit Justin. *in Auth. Cessante junct. seq. post fratres Cod. Eod.* Distinguit etiam Paulus Castrens. *in consil. 144. in præsenti causa col. 7. Vers. ad secundum respondetur libr. 2* inter *primogenitum & proximiorem*, quum *primogenitus jus primogenituræ obtinet non simpliciter, quia proximus, sed quia inter proximos primus seu primogenitus id quod ipsi annatum fuit statim in puncto generationis*, ideoque cum ejus proprium factum sit transmittitur ad hæredes, & non relinquitur cæteris fratribus dividendum licet præmoriente primogenito proximiores evadant, quia signatura ea destituuntur cui jus successionis indivisibiliter adhæret. Hæc enim non in patruos sed in nepotes transit prout omnis successio naturaliter magis descendit, quàm ascendit.

44. *Cujus intuitu successio nepotu non invertit ordinē naturæ.*

45. *Nepotem non esse posteriorem.*

SECT. II. De contentione inter eum, qui ante & qui post adeptum principatum natus est.

1. *An tempus conceptionis potius spectandum, quam nativitatis.*
2. *In principali controversia discordare mores gentium.*
3. *Distinctio quorundam ICtorum inter regnum recens acquisitum & diu possessum.*
4. *Removetur à præsentis quæstionis decisione.*
5. *Ex tenore juris feudalis.*
6. *Et communi voto omnium parentum.*
7. *Nec non præjudiciis aliis.*
8. *Argumentum quorundam examinatur.*
9. *Explicatur pro decisione quæstionis Senatoris cap. 2. de Senat.*
10. *Et conciliatur cum l. Senator 11. C. de dignitat. lib. 12.*
11. *Probatur decisio ex multis aliis legibus.*
12. *Item ex observantia & consuetudine.*
13. *Pertexitur probatio ex legibus.*
14. *Ex rationibus & æquitate.*
15. *Ex constitutione Aurea Bulla.*
16. *Distinctio inter filium Regis & primogenitum Regis.*
17. *Rejicitur.*
18. *Quæ sit communior opinio.*
19. *Refutantur argumenta contraria.*
20. *Respondetur ad alias ll.*
21. *Item ad alias.*

NOn minor, nec paucioribus infirmioribusque utrinque argumentis moveri [illegible] controversia, si contigerit parenti nato [illegible] lium, antequam principatum adeat vel [illegible] quirat utrum jure primogenituræ [illegible] contra eum, qui post adeptum dignitatem [illegible] primus natus sit, vel conceptus, [illegible] tempus quoq; conceptionis spectandum [illegible] niat. *l. Emancipatum. §. si quis conceptus. [illegible] Tempus autem conceptionis spectandum plerumque placuit de Senator. l. Imperialis §. jus illud. de nupt. l. quæst. ad tempus. §. quod [illegible] post conceptionem. de Decur. l. ex libera 6. C. de suis & legitim. §. fin. Instit. Quib. mod. jus patr. potest. solv.* Hinc enim gravis coorta fuit concertatio inter Galeacium & Ludovicum Ducatus Mediolanensis hæredes cum ille ante acquisitam dignitatem, hic post a patre genitus esse *Guicciard. libr. 1. histor.* Nec gentium mores legesve in hoc casu conveniunt siquidem Artabanus, Ariamenis, quem alii Artabazanem vocant, & Xerxis partium, 2. quondam pronunciavit pro Xerxe, [illegible] tum regnum primogenito de consilio Demarati, qui Lacedæmone profugus rum tempo[illegible] ris aulam persicam sequebatur, & id [illegible] patria observari dicebat, *Herod. lib. 7. [illegible] Plut. περὶ φιλαδελφίας*, quāquam mul[illegible]

c

cxlCis, qui jus Lacedæmoniorum ad factum Persicum non rectè accommodatum censeant, quandoquidem Darius forte regnum obtinuerat alienum, ad quod nullam ipsi spem fecerat naturalis successio: Laconum verò Reges statim à puncto conceptionis spe & potentiâ certa Reges nascebantur. Putant enim Cynus & Bald. *l. Imperialis §. illud C. de nup.* Iacob de S. Georg. *in tr. feud. Verb. quid sit Rex. col. fi. n.* 11. Rebuff. *ad l. Senatores. C. de dignit. lib.* 12. Anton Corset. *in tr. de potest. & excell. Reg. quæst.* 26. *qui de communi opinione testatur.* tum demum natum ante regnum jure primogenituræ frui, si regnum sit hæreditarium. *arg. d. l. emancipatum in fin.* per illa verba: *Vt ad potius illi dignitas prosit* quandoquidem spes, quam pater habebat certam, seu jus succedendi ad omnes, quocunque tempore genitos liberos diffunditur, & in ipsa Persia mutatum fuit judicium, cum eadem controversia incideret inter Artaxerxem & Cyrum, quoniam regnum jam in una stirpe confirmatum erat & successoria lege deferebatur. *Plut. in Artax.* in eo verò, qui recens acquirit regnum aliquod, sibi nullo jure ante debitum diversitatem rationis diversum jus parere censet Corset: ex hoc argumento: Quod qualitas adveniens qualificet & diversificet Ens *per tex. in c. licet Canon. junct. c. statutum. de Elect. libr.* 6. Cum autem qualitas, quæ facit esse Regem, adveniat patri post Ens completum, id est, post jam natum filium, non potest tertiò fratri ad tempus, in quo non erat, illa dignitas. Verum his nihil obstantibus nihil interesse statuimus, sive successorio jure deferatur principatus, sive noviter occupetur, quia & noviter occupatus transit ad hæredes, sicut feudum novum, vel recens hosti ereptum, licet non admittat possessores fratres, transmittitur tamen ad omnes primi Acquirentis hæredes. *c. un. in fin. de benef. fratr. c. un. §. Et quia vidimus Vers. Sin autem unus ex fratrib. ubi Schenck. n. ult. de iis qui feud. dare poss. c. un. §. fin. de feud. March. c.* 1. *de duobus fratr. de nov. in vest. benef. Sonsbec. de feud. part.* 4. *num.* nec quisquam ex omnibus feudorum Interpretibus dubitavit hoc extendere etiam ad genitos ante acquisitum, feudum, quandoquidem ubi de feudis nihil peculiariter statutum, vel consuetudine receptum est semper recurritur ad jus civile. C. *un. §. strenuus. de feud. cognit.* Iure autem civili, imò etiam naturali omnia liberis nostris ex voto paramus, *l. nihil interest.* 50. *ibi. Omnia quæ nostra sunt liberis nostris ex voto paramus. de bon. libert. l. Nam etsi. ibi gl. in Verb. votum parentum. de inoffic. testam. l. cum ratio. de bon. damn. l. de emancipatis. C. de legit. hæred.* & nomine liberorum intelligimus non tantum qui ante acquisita bona jam nati sunt; sed qui longo intervallo post nascentur. *Censetur* enim, dicente Gomezio *ad l.* 40. *Taur. nu.* 67. *jus succedendi à jure sanguinis l. ius agnationis de pact. l. jura sanguinis de R. I.* quod initium ducit à puncto nativitatis. *Si filius est* ait Apostolus *ad Galat.* 4. *etiam hæres, & cap.* 3. *Si semen Abrahæ estis, secundum promissionem etiam hæredes.* Alias quando Imperatores statuunt *in l. hi quibus C. de feud. patrim. lib.* 11. *ut hi quibus patrimoniales possessiones per Asianam & Ponticam Diœcesin vel ipsi, vel eorum parentes sacra largitate donarint, eas in concussa possideant, atque ad suos posteros transmittant*, contra mentem omnium interpretum, id de iis posteris tantum interpretari cogemur, qui post donationem nati fuerint. Quid verò? si nulli nascantur, absurdum erit hæreditatem potius ad extraneum, quam filium deferri cum ubique proximis hæredibus, & inter hos filiis detur prærogativa in hæreditatibus adeundis. *d. l. scripto. Vnde lib. l.* 2. *de suis & legit. §.* 1. *de hæred. qual. & dif. §.* 2. *Nov.* 118. *l.* 1. *Quis ordo in bon. poss. observ.* quo argumento utuntur Hottom. *quæst.* 2. *Illustr.* Tiraq. *q.* 31. *n.* 14. *de jur. primog.* Gomez. 6. *in c.* 67. post Salycet. *in d. l. Imperialis §. hos illud in fin.* C. *de nupt.* & ex eo inferunt, si natus ante dignitatem capax est dignitatis, ut ex post facto patet, quando hærede alio nullo superstite succedit in dignitatem, non potuit per superveniens quoddam accidens, quod ipsum non attingit: jure suo privari. Verum totum hoc argumentum parum videtur habere roboris, quoniam contrariæ sententiæ assertores dicerent: Non esse quidem ante dignitatem genitum capacem, quamdiu superstites sint post dignitatem geniti, sicut collaterales

Margin notes: 4. — 5. — 6. Et communi parentum voto. — 7. Nec non præiudicii aliis. — 8. Argumentũ quorundam examinatur.

excluditur à descendentibus, quam diu superſunt, ſed poſtquam deſierunt eſſe, devolvitur hæreditas ad collaterales, ſicut ad ſuperſtitem ante dignitatem genitum, per defectum legitimorum hæredum, dignitas quoque ob naturalem æquitatem retrocedit.

9. *Explicatur pro deciſione l. Senatoris de Senat.*

Licet enim dignitas non numeretur inter bona, tamen ſucceſſioni annexa eſt, ſicut patet *per l. Senatoris l. 1. de Senat.* ubi caſus noſter deciditur & ut Senatorius quis ſit filius, nihil intereſſe dicitur, an ante dignitatem à patre ſuſceptam vel poſt conceptus fuerit. Nec obſtat legis hujus deciſioni involuta & obſcura lex *Senator. 11. C. de dignit. l. 12.* quam mirabiliter torquet gl. 1. *ib.* & Bart. non aliter ſummat, ac ſi *d. l. Senatoris.* contrarium ſtatueret.

10. *Et conciliatur cum l. Senato. 11. C. de dign. l. 12.*

Hottom. etiam *d. q. 2. illuſtr.* coſenſu affert, quaſi legem Ulpiani contraria ſanctione deleat, non advertens, quod obſcura in toto jure cedant apertis incerta certis, & quod poſt parentheſin ſæpe mutetur locutio, ut oſtendit Duar. *diſp. Anniverſ. 2. c. 29. ex Xenoph. 4. Cyrop. & Cic. 4. & 5. Tuſcul.* immeritò reprehenſus à Bocer. *c. 2. de Regalib. num. 10. in pr.* Nam ſi idem factum ſit, *in d. l. 11.* nihil ſupereſt, quod legem Ulpiani vel in univerſum deſtruere, vel dubiam reddere poſſit. Eadem enim interpretatio confirmatur *ex l.*

11. *Probatur ex multis aliis ll.*

Emancipatum. in fin. ff. de Senat. ubi dignitas avi, quam pater amiſerat, propagatur in nepotem. Item *ex cap. ad extirpandas, de fil. presbyt.* ubi pro ſacerdotis filiis agnoſcuntur, tam qui in Sacerdotio, quam qui ante nati fuerint: atq; idem multis aliis legibus deciditur. *l. qui ad tempus. §. in filius de Decur. l. Meru eſt. §. ſed utrum de pan. l. Imperialis. §. his illud. C. de nupt. l. 61. C. de Decur. libr. 10.*

12. *Item ex conſuetudine,*

Accedit conſuetudo, optima legum Interpres, quâ ad dignitatum privilegia etiam ante eorum acquiſitionem genitos admitti notat Iohan le Cirier. *in tract. de primog. libr. 1. q. 12. in fin.* Ottoni certe Magno fruſtrà ſe oppoſuit Henricus frater quod Eberhardus Comes Palatinus & Giſelbertus Lotharingiæ Dux ipſi ſuggeſſiſſent, ſicut Demaratus olim Xerxi, potiorem ſeſe regni hæredem eſſe quod à patre in imperio Otto verò, antequam imperium Henrico Aucupi à Conrado I. traderetur, natus eſſet. *Sigibertus Ott.* Si longius proſpicere volumus, idem fuit judicium Darii, quando Artaxerxem prætulit Cyro, [illegible] vis nihil non ageret mater Cyri, ut ip[illegible] Artaxerxi præferret. Item Herodis, cum A[illegible]tipatrum, ante principatum de privata uxore ſibi genitum Alexandro & Ariſtobulo, [illegible] Rege natis, anteponeret, cui Ioſoph. 16. *Antiq. c. 3.* vehementer ſuccenſet. *quaſi contra jus & æquum Herodes egiſſet,* cum tamen rationi & juſtitiæ nihil ſit magis conſe[illegible]neum. Peiga apud Vngaros à B[illegible]la II. adhuc privato genitus, ſine controverſia, de con[illegible]ſu populi excluſit Ladislaum, Stephanum & Almum poſt adeptum regnum procreatos. *Rec. de Regib. Vng.* Apud Turcas Ba[illegible]thes quidem prævenerat fratrem Zitzim[illegible] ex hac cauſa, quod hic à patre adhuc [illegible]to natus eſſet. Zitzimus vero, cum ad Chriſtianos transfugiſſet, evidentibus arg[illegible]tis demonſtravit quam inique ſecum [illegible] jus paternum actum fuiſſet. *Vaſc. in Ba[illegible]* in eodem Imperio Conſtantinopolitano M[illegible]tianus quondam Antemii Imp. filiu[illegible] moverat Zenoni Imperatori, qui in Im[illegible]um ſucceſſerat, eo quod Leonis Imper. fi[illegible] ante adeptum imperium natam in matrimonio haberet. *Niceph. lib. 16. c. 22. Theodor.* [illegible] *Collectan. in fi.* Nec Wilhelmus I. Rex An[illegible] quanquam multas conquireret cauſas, [illegible]pter quas Robertum primogenitum à [illegible] Angliæ excluſum cuperet, unquam hanc [illegible]gavit, quod ante acquiſitum regnum ſibi natus fuiſſet, qua tamen ſpecioſiorem al[illegible]m non producit. Sed videbat in ea parum e[illegible] momenti, ſicut reverâ ficulneis innititur fu[illegible]damentis. Nam ſi ante adeptam dignitate[illegible] filius eſt filius, quo jure poteſt prohibe[illegible] quò minus utatur jure filii. Vacatione[illegible] alicui datam, ita ut tranſeat ad poſter[illegible] [illegible]volenus *in l. Vocatio 13. de mun. &* [illegible] eos pertinere dicit, *qui ſunt in familia,* [illegible] interprete *gl. ibi. in Verb. familia.* [illegible] Modeſtino *in l. Immunitates 4. junct.* [illegible] *fi. de jur. Immun. ad omnes deſcendent*[illegible] pulcrum hæreditarium acquiſitum a[illegible] quoſcunque ſucceſſores tranſire [illegible] *Vel quod paterfam. 6 de relig. &* [illegible] Clarius Theod. & Valentian. *in l.* [illegible] *1108. C. de advoc. diverſ. judic.* [illegible] à cohortalis conditionis vinculo [illegible] & eorum liberis conceſſam ad lib[illegible]

docunq; genitos extendere idque interpretatur Anastasius *in l. advocatos 2. C. de advoc. diver. judicium. De liberis vel jam natis, vel postea procreandis.* Item Leo *in l. neq; Decurionum. 61. C. de Decur. li. 10.* liberos à Curiali conditione & functione immunes pronuncians addit se intelligere *jam natos, vel post ea quoquo tempore nascituros,* imo expressè negat irenæo obstare, quod ante illustres dignitates paternas natus fuerit. Ita & Ulpian. *l. Moris est. 9. §. sed utrum. De pœn.* cum dixisset, *parentes Decuriones & eorum liberos non damnari in metallum,* quod privilegio eximuntur per liberos: declarat se non intelligere tantum, *qui post Decurionatum, sed omnes, qui in plebeja familia nati sint,* & hoc idem manifeste docet *in l. qui ad tempus. §. in plus de Decur. & fil. eor.* Paulus quoque *l. fily 22. §. Senatores ad Municipal.* Senatorum filios filiasque eximit origine, scilicet
14. quoad munera, *per l. municeps seq. Eod.* quo quo tempore natos. Rectè autem procedit hæc liberorum definitio, quia *qualitas adveniens non generat sed generatum tantum denominat,* ut dicit Salycet. *in d. l. Imperialis.* ideoque filius est filius ante dignitatem patris & per conseq. gaudet communibus filiorum juribus, quorum pars est, ut sit hæres omnium bonorum paternorum imprimis, cum inveniatur proximus in articulo mortis. Non enim quæri debet de conditione alicuius, antequam hæreditatem vel legatum adire possit, *l. non oportet. de leg. II. l. intervenit. de leg. præstand.* Ideoque proximum hæredem æstimamus ex articulo, quo mortuus est, cujus hæreditas cernitur *§. Sunt autem vers. Non tamen § proximus, Inst. de leg. agnat. success. l. capitis diminut. 3. Unde cognat. l. si quis filio. 6. §. plane. ibi. Quem nemo præcedebat mortis tempore. de injust. rupt. irrit. fact. testam. l. post. hum. Eod.* In articulo vero mortis etiam ante dignitatem genitus proximus hæres est, quia primogenitus inter fratres ideoque iis præfertur. Cautum est in aurea bulla, *c. 5. §. 1. & cap. 25. §. ult. ut mortis tempore primogenitus repertus in Electoratu succedat.* Hottomannus nihil ominus *d. q. 2.* distinguitur inter *filium Regis,* & *primogenitum Regis,* & concedit quidem ante dignitatem natura filium Regis vocari posse, sed non primogenitum Regis, cum aliud si natum esse ex servo, aliud esse filium servi *l. l. si manumissus C. de libert. & eor. lib.* aliud vasalli esse filium, aliud natum ex Vasallo *per gl. in d. l. Si manumissus. Verb. nat. cum addit. & Bartol. in l. 3. de interd. & releg.* sicut Pacius *Cent. 1. ἐναντιο φανῶν, q. 59.* distinguit inter filium Senatoris & filium ex Senatore, quem refutat Bocer. *c. 2. de Regal. n. 10.* Nam exempla non quadrant totoque cœlo dissident, & quid est primogenitus, nisi primus filius? Qui igitur filius Regis jure dicitur, si sit in filiorum ordine primus, merito quoque primogenitus Regis dicitur, & hac interpretatione statutum Caroli IV. Imper. transiit in observantiam, quam communiori calculo probant ICti *Cirier. de primog. qu. 12. libr. 1. Molin. in cons. Paris. t. 1. §. & gl. 1. q. ult. Hotom. qu. 3. Illustr. Gomez. ad l. 40. Taur. num. 67. Duar. disp. Annivers. 2. c. 29. Petr. Greg. Thol. 7. de Rep. c. 9. Tiraqu. de jur. primog. quæst. 31. num. 2; . Salycet. ad. d. l. Imperialis. §. his illud. C. de nupt. Schenck. §. 1. nu. 16. de feud. March. Bocer. de Regal. c. 2. num. 10.*

16. *Distinctio inter filium Regis & primogenitum Regis.*

17. *Reiicitur*

18. *Quæ sit communior opinio.*

Huic decisioni nihil obest. *l. Senator. 11. C. de dignit. lib. 12.* si ad eum sensum intelligatur, quò supra diximus nec *l. Curia lib. ult. C. de Decur. lib. 10.* ubi alii à nexu curiæ liberantur unà cum liberis, quos vel ante habuerint, vel postquam ad eum gradum provecti sunt, quod in Quæstionibus, sacri palatii, *secundum Azonem,* præfectus Orientis, & Illyrici, nec non Urbicariis, Item viris Clarissimis principibus agentium in reb. *secundum gl. ibi in verb. Sobole,* statutum est: Alij verò liberantur, quoad sobolem, quam postquam meruerint dignitatem, ediderunt anterioribus filiis in conditione pristina remansuris. Nam ut concedamus, legem planam esse & confici inde, quod adversarii intendant nihil tamen inde contra nostram disputationem concludent, quandoquidem & Anastasius *in l. præced. C. eod.* Leo & Zeno *in l. Decurij neminem. Cod. Eodem.* privilegium hoc limitat, ad solos liberos in ipsa dignitate vel post natos, cum immunitas detur ex speciali privilegio & nudo principis arbitrio, ideoque restringi possit aut ampliari pro ejusdem libitu, & merito causæ.

19. *Refutantur argumenta contraria.*

Odio-

Odiosum quippe est respectu fisci, si plures nexu Curiali eximantur, nec facile præjudicari debet Curiæ, cui jam filij ante geniti oblati erant, per beneficium posterius cum beneficia principum sint intelligenda sine præjudicio tertii. *l. prætor ait. §. Meritò. §. si quis à princ. Ne quid in loc. publ. l. luminum 4. de serv. urb. prædio. l. quintus 15. l. Divus pius. 16. de serv. rust. l. jure naturæ. de R. I.* Odiosam autem liberationem à nexu curiæ meritò restrinxerunt Imperatores, ut eò minus vel fisco, vel curialibus nocerent, quæ causa in hæreditaria dignitate, quæ latissimè interpretari debet locum non habet, nec potest, quod jure sanguinis debetur, cujusquam potestatis justa lege auferri, *l. si donationem. C. de revoc. donat. l. perfecta C. de donat. quæ sub modo. l. fin. in fin. de pact. c. un. in pr. ubi Bald. ante n. 1. de nat. feud.* Adde quod de Decurionibus speciatim latæ leges & peculiaris causæ intuitu, non possint ad summæ potestatis diversam naturam trahi. *Tholos. 7. de Rep. c. 9. n. 10.*

20 *Respondetur ad alias ll.* Lex *Ex libera 6. C. de suis & legit.* quæ itidem in favorem opinionis adversæ trahi solet, potius pro nostra, quam contraria facit sententia, quia dum dicunt Imperatores *ex libera & servo conceptum non posse defendi, ut Decurionis filium, licet pater manumissus & natalibus restitutus hunc honorem adeptus fuerit* præsupponunt, nisi filius fuisset spurius & conditionem patris sequi non potuisset procul dubio cum eum parente ad dignitatem ascensurum fuisse. Quorsum enim opus fuisse peculiari lege, quæ spurij excluderentur, si communi jure quivis ante dignitatem genitus exclussus fuisset?

21 *Iti ad alias.* Argumentum ex *l. Eos qui 65. de rit. nupt.* quæ repetitur *l. etsi contra 6. C. de nupt.* & consentit cum *l. Paulus. de stat. hom.* ubi ex illegitimo matrimonio natus non fit legitimus, etiamsi ex illegitimo matrimonio fiat legitimum, solvitur, si dicamus hanc esse talem qualitatem, quæ non transeat ad jam genitos, cum non sit hæreditaria nec juri sanguinis innitatur. Sed in hoc casu secus est, ubi agitur de dignitate hæreditaria, & proinde ad omnes hæredes, qui in articulo mortis occurrant, transmissibili. Qui plura de his & similibus quæstionibus cognoscere cupit, adeat quos supra & *in hac sect.* laudavi auctores. Nobis ne caput in librum exurgat ad successionem fœminarum properandum est.

De successione & exclusione fœminarum.

1. *Quinam fœminas cum maribus promiscuè amitti velint.*
2. *Exempla muliebris dominatus & successionis in Asia & Aegypto.*
3. *In ipso Imperio Romano.*
4. *Præcipuè Orientali.*
5. *In Imperio Flandriorum.*
6. *Apud Gothos.*
7. *Et Longobardos.*
8. *Apud Gothos in Hispania.*
9. *Omnia regna Hispanorum cadere in manus fœminarum.*
10. *Cujus documentum petitur ex regno Arragonia.*
11. *Navarra.*
12. *Portugalia.*
13. *Utriusq; Sicilia.*
14. *Hierosolymitano.*
15. *Ex India Orientali.*
16. *Gynæcocratia recepta apud Anglos.*
17. *Et Scotos.*
18. *Nec non apud veteres Britannos.*
19. *Eorumque reliquias Wallos.*
20. *Transitus ad Germanos.*
21. *De Comitatu Flandria*
22. *Et vicinis aliis provinciis.*
23. *De Comitatibus Artes. Hannon. Mont. Holland. Seland, & Ducatu Brabantiæ.*
24. *De Burgundia tam Ducatu, quam Comitatu.*
25. *De Comitatu Montisbelgard.*
26. *De Aquitania & Pictonum comitatu.*
27. *De Britannia Ducatu & comitatu Tholos.*
28. *Ius fœminarum peculiare in Gallis*
29. *Privilegium domus Austriacæ quoad fœminas.*
30. *De Goricia Carinthia & Tyrolis comitatibus.*
31. *De regno Bohemiæ.*
32. *Pannoniarum.*
33. *De aliis Germaniæ principatibus.*
34. *Hassia.*
35. *Clevensi & Iuliacensi ducatibus.*

36. *Quare longa hac inductione nihil concludatur.*
37. *Muliebre imperium improbasse etiam illas gentes quæ illi aliquandiu assuetæ fuerant.*
38. *Exemplo Polonorum.*
39. *Danorum.*
40. *Iudæorum.*
41. *Romanorum.*
42. *Curiæ Romanæ Pontificiæ.*
43. *Portugalensium.*
44. *Gallorum ubi de lege Salica.*
45. *Lex Salica æque incerta ac lex regia Roman.*
46. *Vnde orta Lex Salica.*
47. *Consuetudinem potius esse quàm Legem.*
48. *Contra Anglos, qui eam prorsus negant.*
49. *Quæ fuerit legis Salicæ sententia.*
50. *Quo depellebatur sexus fœmineus ab omni omnino hæreditate.*
51. *Huic cum tempore à contraria consuetudine derogatum fuisse.*
52. *Retenta antiqua lege in solo regno.*
53. *Vnde denominetur lex Salica.*
54. *Qui fuerint olim Salij.*
55. *Fraudem fieri legi Salicæ per reginas viduas, quas Regentes Galli vocant.*
56. *Non esse ex usu Reipublicæ ut illi vel tutoris saltem nomine fœminæ præficiantur.*
57. *Transitur ad decisionem quæstionis per rationes.*
58. *Mulierem cum masculo ejusdem gradus non concurrere sed relabi ad gradum secundum.*
59. *Quibus de causis à masculis excludantur fœminæ.*
60. *Per mulieres non propagari familias.*
61. *Mulierem etiam ordine naturæ esse posteriorem viro.*
62. *Licet classe hominum excludi non possit, etiam à ICtis.*
63. *Mulieres ab æquali hæreditatis participatu excludi à jure Rom. antiquo.*
64. *Nec non Iustinianæo correcto.*
65. *Item divino.*
66. *Et multarum aliarum gentium.*
67. *A privatis successionibus ad publicas non valere consequentiam.*
68. *In dispositione quacunque generali subintelligi restrictionem ad aptitudinem & capacitatem.*
69. *Mulieres repeti ab omnibus officiis civilibus & publicis.*
70. *Responsio Connani & Tholosani rejicitur.*
71. *Prima causa ob quem repellantur fœminæ, ex insufficientia sexus.*
72. *Mulierem natam à natura esse ad parendum, & ad imperandum in idoneam.*
73. *Cujus indicium mollities corporis ac animi*
74. *Solvitur aliud argumentum Tholosani.*
75. *Respondetur ad consuetudinem earum gentium quæ fœminas admiserunt.*
76. *Ex paucarum mulierum præter rationem præstantia non esse inferendam regulam universalem.*
77. *Quosdam enim rapuit vis aliqua major & divina.*
78. *Quibusdam benè cessit stulta temeritas.*
79. *Quasdam perpulit ignorantia malorum.*
80. *Aliis animum addidit desperatio.*
81. *Ex moribus barbaris & corruptis non esse jus gentium constandum.*
82. *Mulieres a natura esse molli animo.*
83. *Imbellitam esse mulierum propriam.*
84. *Texere nere, colum trahere & foco servire esse operas muliebres.*
85. *Quibus operis natæ sunt mulieres.*
86. *Respondetur Catalogo clararum mulierum.*
87. *Quæ ex causa supernaturali & præter rationem fiunt non esse absolutè trahenda ad consequentiam.*
88. *Quanta sit paucitas clararum mulierum.*
89. *Veram mulierum virtutem consistere in obediendo.*
90. *Audaciam mulierum nihil habere commune cum prudentia regendi Respubl.*
91. *Paucarum prudentiæ opponuntur plurimarum vitia & libidines.*
92. *Prædicantur egregia facta reverendissimæ conjugis Iustiniani.*
93. *Examinantur exempla clararum reginarum.*
94. *Pro bona multas renasci libidinosas & Tyrannicas reginas.*
95. *Quod per multa exempla deducitur.*
96. *A feudis militaribus regulariter excludi fœminas.*

97. *Cuius ratio redditur ex jure feudali.*
98. *Et accommodatur propositio.*
99. *Responsio adversariorum.*
100. *Diluitur.*
101. *Summam officii regij consistere in prudentia.*
102. *A qua prorsus alienas mulieres facit ingeniorum indoles.*
103. *Cuius exemplum in SCtis Semiamiricis.*
104. *Et aliis ridiculis.*
105. *Romani cur voluerint mulieres esse in perpetua autoritate.*
106. *Mulieribus deesse consilium.*
107. *Qua de causa.*
108. *Et praeterea experientiam.*
109. *Nec non firmitudinem & constantiam.*
110. *Mulieres facilè propter credulitatem decipi.*
111. *Nec posse quicquam clam habere plenas rimarum.*
112. *Probatur autoritatibus.*
113. *Et exemplis.*
114. *Mulieres per avaritiam depascere bona regni.*
115. *Num consultum sit ut uxores comitentur viros in legationibus.*
116. *Foeminas quantumvis prudentes & sceptri capaces arceri publico per pudorem.*
117. *Romani olim non sinebant Vxores apparere in publico.*
118. *Ne pudor violaretur.*
119. *Effugium adversariorum.*
120. *Reijcitur.*
121. *Mulieres videri à natura ad tuendam domi rem familiarem factas.*
122. *Alia instantia retunditur.*
123. *Qua circumscriptione fas sit mulieribus in foro versari.*
124. *Prodigij instar esse mulierem in publico.*
125. *Omni jure sub honestum censeri mulieres versari promiscuè cum viris.*
126. *Id quod omni tempore periculosum parumq; pudori tutum deprehensum fuit.*
127. *Vnde Romani ex hac causa conjugium etiam diremerunt ob suspitionẽ impudicitiae.*
128. *Multarum gentium consuetudine mulieres aut non prodire domo, aut non prodire nisi tectas.*
129. *Licentiam reginarum occasionem aperire multis suspitionibus.*
130. *Muliebre imperium in sacris literis accipi pro inauspicato.*
131. *Et ex sua natura est obnoxium seditionibus & externis bellis.*
132. *Quia contemnitur tam à civibus, quam à vicinis alienigenis.*
133. *Etiamsi mulier probè praesit.*
134. *Necessitatem ipsam mulieribus saepè excutere sceptra & deferre ad viros.*
135. *Gynaecocratiam esse etiam scandulosam.*
136. *Quanta infamia gravet virum uxor imperiosa.*
137. *Mulierem de jure naturae & divino esse subditam viro.*
138. *Quod non tantum de domestico imperio accipiendum sed extendendum ad publicum.*
139. *Prout ex Apostolorum rationibus demonstratur.*
140. *Subjectionem mulieris è natura pendentem esse generalem respectu totius sexus virilis.*
141. *Gynaecocratiam publicam evertere jus conjugale & domesticum.*
142. *Tum quia privatim turpe non censetur quod receptum est publicè.*
143. *Tum quia Regina retinet sibi imperium in regem maritum.*
144. *Gynaecocratiam tùm maximè reprehendi, quum mulier innupta dominatur.*
145. *Quando autem ad nuptias transit, quae inde oriantur incommoda.*
146. *Non esse verisimile reginas Majestatem facilè mutaturas servitute nuptiarum.*
147. *Certamina & bella ex pugnis procorum oriri solita.*
148. *Vtrum Reginae ex sua potius quàm populi sententia nubere liceat.*
149. *Non videre eas, quae absolutae potestatis sunt, nuptiarum suarum arbitrium ad subditos velle deferre.*
150. *Nuptias reginarum deferre regna extra sanguinem & familias.*
151. *Quoties mutatae sint familiae in regno Neapolitano.*
152. *Navarrae.*
153. *Castellae & Legionis.*
154. *Arragoniae.*
155. *Angliae.*
156. *Scotiae.*
157. *Vngariae.*

158. Foe-

158. *Fœminas nuptas non manere in familia, nec propagare stirpem seu sanguinem.*
159. *Familiam quo sensu hic sumitur non complecti fœminas.*
160. *Fœminam nubentem inducere peregrinum sanguinem.*
161. *Liberos accenseri paternæ, non maternæ familiæ.*
162. *Cujus rei redditur & physica ratio.*
163. *An solus vir conferat semen ad generationem.*
164. *Post sterile conjugium difficulter abigi maritum à regno.*
165. *Incommoda quæ oriuntur, si fœmina universam Majestatem tradat marito.*
166. *Quod difficulter fieri solet.*
167. *Et fit necessario cum interruptione sanguinis.*
168. *Incommoda divisa majestatis inter conjuges.*
169. *Non posse Reginam sine multis incommodis nubere civi vel subdito.*
170. *Multò minus peregrino principi.*
171. *Enarrantur incommoda, quæ instant, à peregrino marito.*

QVæ huc usque de successione Regum & principum disputamus, sunt, qui ad solos masculos pertinere putant, fœminis in universum à successione dignitatum Regalium seclusis. Alij è contrario tam fæminas, quam mares, promiscua confusione admitti debere disputant. *Gregor. Tholos. lib. 7. de Republ. c. 11. Smith. lib. 1. de Republ. Angl. cap. 16. Polid. Verg. & Anglorum scriptores communiter in vitis Eduard. 3. & Henrici 5. Casus libri 1. Polit. cap. 16. lib. 3. pol. c. 3. Danæus lib. 4. de homin. c. 33.* Vtrisque suffraganrur mores quarundam gentium, siquidem aliæ γυναικοκρατίας longa assuetudine ferre didicerunt, aliæ eò deflectere viriles animos non potuerunt. Nam in Asia morem receptum testatur Arrian. *lib. 1.* exemplo Semiramidis, ut uxores post mortem Regis imperium tenerent, quo respiciens Orsinens ait: *Audieram in Asia olim regnasse fœminas: hoc vero novum est regnare castratum, Curt. in libr. 10.* De Aegypto sic ait Cleopatra: *Non urbes prima tenebat Fœmina Niliacas, nullo discrimine sexus Reginam scit ferre Pharos. Lucan. lib. 10.* In ipso Romani Imperii exordio Livia, licet edictis nomen suum no adjiceret, revera tamen de sua unius sententia omnia agebat *ut scribit Xiphil. in Aug. Suet. in Tiber. c. 50.* Antoninus Pius confitebatur ab uxore Faustina Imperium sese recepisse cum suadenti amico, ut improbam mulierem missum faceret, responderet. *Quin si uxorem dimittimus, etiam dotem reddimus,* nimir. Imperium. *Capitol. in Anton.* quod totidem fere verbis Burrhus objecerat Neroni cū Octaviam Augustam primum repudiaret. *Dotem igitur* inquit *ei, hoc est, principatum redde. Xiphil. ex Deom. in Neron. num. 10.* Tiberius quamvis Liviam matrem dominationis sociam aspernaretur, dimittere tamen non poterat, ait Tacit. *cum dominationem ipsam domum ejus accepisset. Tac. Lib. 4. Ann. nu. 9.* Non ego jam Semeæ matris Heliogabali impudentem in medio Senatu disputationem, non Zenobiæ illicita arma ad hoc negotium accerso, sed ad imperium Orientale venio, quod non tantum à mulieribus sæpiculè administratum, sed & propagatum fuit. Fl. enim Tiberius Constantinus genero suo Mauritio cum filiis destitueretur, idipsum dedit, atque in fœminam transduxit. Irene non tantum cum filio Constantino pari autoritate præfuit, sed & exoculato filio per quinquennium successit, *ut refert Zonar. in Constit. & Iren.* Iohannes Zimisces obtinuit imperium, quod Romani Pueri, seu junioris filiam Theodoram in matrimonio haberet. Romani enim liberos à solio dejecerat Nicephorus Phocas. Mox cum Zimisces & duo Romani filii Basilius & Constantinus sine filiis morerentur duæ filiæ Constantini Theodora & Zoe imperium susceperunt, simulque administrarunt donec Zoe illud in tres maritos ordine deferret Romanum Argyrum, Michaelem Paphlagonē & Constantinum Monomachum, quibus omnibus sine hæredibus decedentibus adoptavit Michaelem Calaphatem, eòq; à civib. dejecto, res rediit ad binas sorores, quarum una videlicer Zoe cum fatis cessisset ante Constantinum Monomachū, locum reliquit uni Theodoræ, quæ Michaelem Stratioticum in consortium imperii adoptavit & successorē reliquit. Non multò post Constantinus Ducas Eudociam uxorem tribus filiis dedit tutricem, quæ quod necessitas videretur requirere

1. *Quinam fœminas cum maribus præferre ad. imperia velint.*

2. *Exempla mulierum dominantium in Asia & Aegypto.*

3. *In Imperio Romano.*

4. *Præcipuè Orientali.*

5. *In Imperio Flandrorum.* virum, imperium transtulit in Romanum Diogenem cui nupsit. Postquam Imperium cesserat Flandris, eorumque stirps mascula in Henrico deficiebat filia eius majoris natu Volantha cum marito Petro Cortenæo successit. Cortenæo filius Robertus, Roberto Balduinus II. qui ejectus Constantinopoli per Palæologum, filium Philippum, nominis Imperatori hæredem reliquit, cujus filiæ Catharinæ, Caroli Valesii uxori, Imperium adjudicavit Bonifacius IIX. Ita priusquam pessum iret imperium Orientale, recidit in manus mulibres, quod in occidentali nunquam usu venit, nisi quod Agnes Henrici IV. mater tutorio nomine, cum filius impubes esset, regnum ad tempus administraret. 6. *Apud Gothos.* Gothi tamen & Longobardi qui Exarchos Italia ejecerant, non dubitarunt regnorum summum in sinum fœminarum deponere. Etenim Amalasuenta, Theodorici Veronensis filia, non tantum pro filio Athalarico regnum administravit, sed eo immatura morte præerepto, regnum transtulit in Theodatratum maritum, quem cum ob ingratitudinem erga uxorem, Bellisarius, auspiciis Iustiniani, ad incitas redigeret Gothi elegerunt vitigem Amalasuentæ ex filia Malasuenta, Athalarici sorore, nepotem, atq; ex electione iterum secuti sunt stirpem fœmineum, cum mascula non superesset. 7. *Et Longobardos.* Post ejectos à Narsete Gothos, Longobardi pari facilitate Theodolindæ reginæ, post obitum Fl. Autharis, primi mariti potestatem fecerunt Regem eligendi & post mortem ejus, fugamque Fl. Adoaldi filii, filiæ Gundopirgæ eandem reddiderunt, quæ duos sibi maritos, & totidem populo Reges Arioaldum & Rotharin selegit. Grimoaldus item Bertharium & Gundebertum, Ariberti filios quorum sororem in matrimonio habebat, favore populi in regno prævenit, jureq; uxorio regnavit. Quod si fœminas admiserunt, amore stirpis regiæ, qui per electionem potius, quam sincera successione sceptra transferebant, multò minus excludi potuerunt ab iis, qui jus eligendi sibi passi sunt exuti. 8. *Apud Gothos in Hispania.* Gothi in Hispania utrum per electionem sibi Reges constituerint dubitat Iohann. Lup. *de obtent Regni Navarr.* §. 10. *part.* 6. & nos tamen paulo ante *sect.* 8. ante Pelagium nullam certam successionem illic invaluisse demonstravimus. Vt primum verò Pelagius sceptra suscepit transmisit ea ad Ormisindam filiam cum Favilla, filius unicus ab Vrsa in venatione occisus & laniatus esset. Eius posteritas successit usque ad Veremundum III. quem cum Ferdinandus sororius interimeret iterum in fœminam transtulit regnum Legionis, cum idem castellam accepisset jure matris, Gundisalvi comitis Castellæ hæredis. Paulò post cum Ferdinandi filii morerentur sine masculis hæredibus Alphonsi filia Vrraca regnum utrumque, tam Castellæ, quàm Legionis obtinuit, idque in comitum Barcinonensium familiam, per nuptias cum Raymundo Berengario initas, transmisit. Ab Alphonso IX. Henrico I. filio immatura morte præerepto, transiit iterum regnum Castellæ per Berengariam filiam ad Alphonsum regem Legionis, inque ejus stirpe propagatum fuit, usque ad Henricum IV. qui cum non relinqueret nisi unicam filiam, ea remota, quod supposititia crederetur, cum prima Henrici uxor propter impotentiam viri divortium fecisset, successit soror Isabella cujus beneficio Ferdinandus Catholicus maritus utrumque regnum acquisivit, cæterisque adjectum Iohannæ filiæ majori natu, reliquit, quæ, cum nuberet Philippo Maximiliani I. filio universam Hispaniam transfudit in domum Austriacam. 9. *Omnia regna Hispaniae cadunt in fœminas.* Omnia enim Hispaniarum regna cadunt in manus fœminarum, ut de regno Castellæ nominatim statutum legitur. *part.* 2. *t.* 15. *l.* 2 *part.* 3. *t.* 18. *l.* 2. *Burg. de pace in proœm. ll. Taurin. n.* 42. *& seqq.* ad cujus imitationem omnes in Hispania Majoratus constitui & deferri rectè notat & probat Lud. Molin. *de primog. li.* 1. *c.* 2. *&* 3. Nam in regno Arragoniæ Raymiro II. successit Petronella filia, cum Raymundo Berengario marito: Petro IV. Ceremonioso Leonora filia, cum Iohanne rege Castellano, cujus abneptis fuit Iohanna, cujus nuptiis diximus Arragoniam devolutam fuisse in potestatem familiæ Austriacæ.

In regno Navarræ Sanctio V. fratri successit Blanca cum marito Theobaldo, Campaniæ & Briani Comite, Iohanna filia cum Philippo Pulchro rege Galliarum, qui illud transmisit in Ludovvicum Hutinum primogenitum. Cum verò is moreretur sine mascu-

mascu-

masculis hæredibus in regno Galliæ succes-sit frater Philippus Longus in regno Navarræ Iohanna filia, quæ in stirpem Ebotacensem regnum transtulit. A stirpe Ebotacensi redit post secundam generationem, per matrimonium Blancæ cum Iohanne Rege Arragoniæ, ad Castellanos: à Castellanis, ad Comites Foxenses, ab his ad Albretanos, & demum ad Borbonios, qui titulum adhuc præ se ferunt. Nam provinciam ferè totam occupaverat Ferdinandus Catholicus, cum Iohannes Albretanus à Iulio II. excommunicatus esset, quod arma Venetis & Hispanis intulisset.

12. *Portugal.* Regnum Portugaliæ Henricus Bylionæus, dono Alphonsi IV. cum Taresia ejusdem filia naturali acquisivit, fidelitatis nomine, quam tamen subjectionem posteri brevi excusserunt & novum regnum condiderunt, in quo licet Beatrix, filia Ferdinandi, Iohannis I. Regis Castel. & Leg. uxor patri sine filiis mortuo succedere cuperet, armis tamen Iohannis fratris naturalis & opera Nonii Alvari rejecta, re infecta recedere coacta fuit. Post annos vero ducentos, cum populus Antonium nothum, sublato Sebastiano rege, pari jure regem crearet, vicit causa Mariæ, Iohannis IV. sororis & Philippi regis Hispaniarum mariti fortuna 1580. qui cum essent consobrini, ex Iohanne III. & Isabella sorore, Caroli V. conjuge, Portugaliæ regnum tanquam ad fæminas delapsum, reliquis provinciis Hispaniæ adjecerunt, contra quos quid Antonii filii apud Gallos exulantes, objiciendum habeant, *in lib. hujus argum. Gallice edi-te* legere est.

13. *Utriusque Siciliæ.* Regnum utriusque Siciliæ, ut vocant, Henricus Imperator item obtinuit cum Constantia, Rogerii I. filia, ad excludendum Tancredum nothum fratrem. Fridericus enim Rogerium I. Vocat avum suum, *in Const. Mulierum constit. Divæ memoriæ de revoc. feud.* Post cum Carolus Andegavensis novo Pontificis beneficio regnum acciperet, in bulla investituræ de successione sic cautum reperitur: *Clemens IV. infeudavit regnum Siciliæ ultra & intra Pharum Carolo, &c. pro se, descendentibus masculis, & fæminis, sed masculis extantibus, fæmina non succedant, & inter masculos primogenitus regnet. Summonet. libr. 2. histor. Neapol. cap.* 12. Eo pacto cum Roberti filius Carolus non reliquisset nisi filias, earum major natu Iohanna regnum iniit, & cum Andræam Ungarum, Ludovvicum Tarentinum, Iacobum Arragonium, Ottonem Brunsvvicensem maritos, partim trucidasset, partim amisisset, Ludovvicum Valesium Andium Ducem adoptavit, qui irritum bellum gessit contra Carolum III. Dyrrachii Ducem, ab Urbano IV. Iohannæ subrogatum. Idem tamen filio Ladislao successorem reliquit filiam Iohannam secundam, quæ & ipsa Ludovvicum & Renatum fratres, Duces Andegavenses, Alphonsum Arragonum & Siculorum Regem, Lancelotum Ungarum adoptavit, cum liberis destitueretur, ex quib. solus Alphonsus regnum obtinuit, & titulum ejus ad filium naturalem, possessionem ipsam ad fratrem Iohannem, atque inde ad Ferdinandum Catholicum, & per hujus filiam Iohannam in domum Austriacam transmisit.

Regnum Hierosolymitanum Fulco quarto loco obtinuit beneficio uxoris Melisendæ, quod esset filia Balduini de Burgo Regis. 14. *Hierosolym.* Idem assignavit Balduino V. sororis Sibyllæ filio Balduinus IV. cum ipse liberis careret, sed regnandi cupido, qua flagrabat vitricus ejus Guido Lusannus Rex Cypri, utrique perdidit regnum. Titulus verò & jus transiit ad Balduini IV. ex altera sorore Isabella neptem Yolantham, cujus nomine Iohannes Brennensis maritus, & post ejus mortem, Fridericus II. Imp. cui Yolæ Yolanthæ filia nupserat, Rex Hierosolymitanus salutatus fuit. Ex quibus apparet, Omnia, quibus Hispani hodie dominantur Regna fæminas ad successionem, certis conditionibus admittere. In ipsa India Orientali à Belgis inventa fuit Patani, regina, quam Pratiau vocant, per 15. annos regni potita, majori felicitate, quam maritus ejus potitus fuerat. 15. *Indi. Orient.* *Relat. Iacobi de Nek. part. 8. histor. Ind. narrat.* 1. quod & apud Scotos & Anglos usu receptum cuique patet, Etenim tertius Regnum ex Normannis Henricus I. Guilielmo filio in mari submerso, Mathildin filiam Gothofredo Andium Comiti secundis nuptiis elocatam, hæredem scripsit, atque ita Andium Denomannorumque comites in regni successionem in- 16. *Angl.*

 duxit

duxit, nequicquam reclamante Stephano Bononiense, qui rerum potiti sunt, interrupta serie, usque ad Henricum VII. Richemundiæ Comitem, qui partim suo, partim uxoris Elisabethæ jure regnum Richardo IV. eripuit. Extat libellus Anglicus, qui jus successionis Hispanis deberi contendit præ Henrico VII. sive propter Catharinam, Henrici Castell. sive propter Philippam Iohannis Portugal regis uxorem, filias Iohannis Magni Gandavensis cujus hæredem se ferebat Henricus. Sed si Henricus Iuri uxoris, tanquam potiori regnum acceptum tulit, nihil est, quod Hispani petere possent. Post Eduardi VI. immaturum obitum res rediit primum ad Mariam, deinde Elisabetham, Henrici IIX. filias & qui nunc totam Britanniam feliciter moderatur Iacobus Rex totam non alio, quam fæmineo jure obtinet. Originem quippe maternam trahit à Margarita, Henrici IIX. majore natu sorore, cujus neptis fuit Maria Regina: Paternam ex Archibaldo Duglossio, qui eandem Margaritam secundo matrimonio sibi junxerat, & filiam cognominem matri ex ea susceperat, Matthæo Stuarto, Henrici Patri, Iacobi avo nuptum elocatam. Sicut autem propter matrem extitit hæres regni Anglici, ita & Scotici, qua Iacobo V. non supererat mascula proles. Nam & olim judicatum fuerat in Scotia, Regnum deficientibus masculis ad fœminas pertinere: nec de eo lis erat inter Iohannem Balliolum & Robertum Brussium, cum uterque regnum, tanquam filiarum Davidis, Hundingtoniæ Comitis, Margaritæ & Isabellæ hæredes peterent, sed uter utri præferendus esset. Robertus enim uno gradu remotior erat, Dornagilla uxore Ballioli, sed ob sexus prærogativam, fæminam prævenire cupiebat. Adjudicatum autem fuit regnum Balliolo, ab Eduardo I. Anglo arbitio, sed occupatum & obtentum à Brussio. Cæterum mascula ejus stirpe statim in filio Davide II. extincta, de voluntate & ex testamento patris successit nepos ex filia Maria Robertus Stuartus, qui setiam regum propagavit usque ad Mariam Iacobi VI. in Scotia, & I. magnæ Britanniæ Regis matrem. Pervetustum autem hunc morem Britannorum confirmat Tacitus, *in Agricol. inquiens: Solitum Britannis mulierum ductu bellare, & de marib. Germ. Germanos* ait *nec consilia earum aspernari, nec responsa negligere solitos*, quò facit, quod de Celtis refert Plutarch. *Eos sc. in consilium belli & pacis adhibuisse fæminas, de claris Mulier. Polyæn. libr. 7. Stratag.* Bunduicæ Britannorum reginæ expeditionem in Romanos & masculam erga milites orationem prolixè descripsit Dion. *in Nero.* 18. *Nec non veteres Britanni.*

19. *Exemp. reliquiis Vallia.* Rejectos in angulum Insulæ Britannos à Saxonibus, angustos suos fines ter mulieribus regendos tradidisse scribunt. Iohann. Prise & Humfrey Lhoyd. *in descript. Wall.* nimirum ut illorum verbis utar, 1. To. Stradvven daugther of Caduan ap Conan ap Endaf. 2. To Gvvavvl, mich was daughter of Stradiwen und reife to Edenen ap Padarn. 3. To Ehnlcht/ the daugther of Conan Tindanthren/ metar to Roderikete Greete.

20. *Transitus ad Germanos.* In Germanico imperio quæ consuetudo observetur non est ut operosè nunc inquiramus, postquam electio successionem prorsus suppressit. Nunquam enim tanti Imperii Majestas in ficulneum baculum, & brachium muliebre incubuit. Cæterum ut in Galliis ita & Germania, membra diversam naturam à capite, & feuda à regno habent. Nam feuda ferè omnia, etiam Regalia, & ipsorum Parium in Galliis, ad fœminas devoluta leguntur, adeò ut Comitissa Flandriæ inter pares publico judicio præsederit Lutetiæ, *prout referunt Gill. Bellefor. Serres. Haill. Tillet.* & præbendarum conferendarum facultatem habeat, de concessione ipsius Innocent. Papæ, *in c. dilecto*, 40. *de testib.* &c. Aliquoties enim per fæminarū nuptias mutavit Flandria Dominos, utpote cum Balduinus IIX. Carolum Bonum, ex Adella amita patruelem hæredem scriberet, eoque Brugis in templo scelestè confosso, Proceres ipsi Theodoricum Alsatiæ Landgravium, Gertrudis majoris natu filiæ Roberti Phrysii, de cujus successione agebatur, accerserent, & hujus filius Philippus sororem Margaritam, Balduini Hannoniæ & Montensium Comitis uxorem hæredem instituerer, adeoque Flandriam non tantum ad legitimos hæredes à Roberti Phrysii majori natu fratre Balduino descendentes, reduceret, sed & comitatum Veromanduorum adderet, quem cum 21. *De Comitatu Flandriæ.*

Isa-

22. *De provinc. Flandriæ & huic vicinis.*

Isabella uxore acquisiverat, quemadmodum & Balduino, Roberti fratri, Montensis & Hannoniæ comitatus per nuptias Richildis uxoris accesserant. A Balduino Constantinopolitano Imperatore, omnes hi comitatus reciderunt in manum filiarum, Iohannæ & Margaretæ, quarum hæc post mortem sororis eos inter liberos duarum nuptiarum divisit, & Hannonia quidem & Montes cesserunt Iohanni Aviniensi: Flandria verò Guidoni Dampetræo, cujus posteritas à Philippo Pulchro Gallorum rege, bona parte ditionum multata, eò quod sequeretur partes Eduardi 3. Angli, tandem tamen restituta desiit in Margarita Ludovvici Melani filia, cujus nuptias pactus erat, Philippus Audax dux Burgundiæ, ejusque beneficio factus Dominus Flandriæ, Artesiæ, Niverlii & Rhetellii, quia & Brabantiæ, quam Ludovvicus Melanus Flander cum Margaretâ filia Iohannis 3. Ducis Brabantiæ acquisierat quidem, sed per vim retinuerat, postquam Margareta sine liberis decesserat. Brevi post domus Burgundica pinguium nuptiarum interventu tantum profecit, ut non modò quas dixi provincias, sed & vicinas quascunque in suam potestatem contraheret. Philippi enim Audacis filius Iohannes Malus, ducta in uxorem Margareta filia Alberti Ducis Bavariæ, Comitis Hollandiæ, Zelandiæ & Hannoniæ, jus quoddam sibi in has provincias aperuit, quo tamen pacatè frui non poterat, superstite Iacoba Wilhelmi VI. & ultimi comitis filia, donec ipsa, ut maritum ex carcere redimeret, omne jus suum Philippo Bono, Iohannis Mali filio resignaret. Iam antea enim Hollandiam & Zelandiam gubernarat Ada filia Theodorici VII. Sed vertente primo anno mortua, & non diu post, extinctis Wilhelmi Mardronii Imperatoris Nepotibus, easdem occuparat Iohannes Aviniensis Comes Hannoniæ, quod esset maritus Adelheidis, sororis Wilhelmi, cujus ex filio Wilhelmo Bono neptis Margareta, tres, quos dixi, comitatus detulit ad Ludovvicum Bavarum Imperatorem, qui cum liberos suos in omnes Germaniæ Angulos partiretur, Wilhelmo & Alberto Belgicam sortem attribuit.

23. *De Artesia.*

A Bavaris processum est ad Burgundos, uti tetigi: A Burgundis ad Austriacos, cum Maria unica Caroli Audacis filia nuberet Maximiliano I. Imperatori, & ejus filio Philippo omnes hæ provinciæ, matris nomine obvenirent. Apparet igitur non solum Flandriam & Artesiam, quæ sunt feuda regni Gallici, sed & Brabantiam, ex comitatibus Bruxellensi, Lovaniensi, & ducatu Limburgensi, quem Iohannes I. post obitum Henrici ultimi ab Adolpho Montium comite emerat exædificatam, item Hannoniæ, Montium, Hollandiæ, Selandiæ comitatus & dominatum Frisiæ ab Hollandis subactum, cum cæteris appendicibus, (ut comitatu Namurcensi, de quo constat, *ex c. significavit de rescript.*) sine controversia sæpe ad fæminas devolutos fuisse, quod in promptu quoque esset demonstrare, de cæteris feudis Galliæ, si argumentis in tanta historiarum luce opus esset.

Brabantia Comitatibus Hannon. Montium, Holland, Seland., Fris.

24. *De Burgundia.*

Nam Burgundiam eadem Caroli Audacis filia Maria ad Maximilianum detulit, quam fisco adjecit Ludovvicus XI. non quod mulier successionis incapax putaretur, sed quia repulsam & rebellionem Caroli ulcisci volebat. Burgundiæ verò Vesontinæ comitatus jam olim ad fœminas delapsus erat, cum Agnes, Iohannis filia Henrico Montisfalconis Domino nuberet, & in filium Ottonem cum transferret, cujus filii cum ante patrem morerentur, testamento paterno locum fecerunt, quo pater Philippum Longum, regem Franciæ generum suum hæredem instituisset.

25. *De comitatu Montbelgard.*

Eadem familia per nuptias acquisiverat Comitatum Montisbelgardensem, cum Guilielma, filia Theodorici ultimi Comitis Reginaldo Comiti Burgundiæ, Agnetis, quam dixi, parenti nuberet, & nunc illo ipso potiuntur Duces VVirtebergenses, quod Eberhardus Comes VVirtebergensis Henricam Henrici Comitis Orbensis & Montisbelgardi filiam & hæredem duxisset, cum paulo ante ex hæreditate materna obtinuisset ducatum Teccensem.

26. *Aquitan. & Pictons.*

Ducatum Aquitaniæ & Pictonum Comitatum acceperat Henricus II. rex Angl. per Eleonoram Guilielmi filiam & hæredem: Ducatum Britanniæ Godfridus Henrici filius, eodem jure, cui cum Iohannes frater, occiso Arthuro

Godfri-

Godfridi nepote, succedere vellet, repulsam tulit, non quod hæres non esset, sed quod per feloniam feuda omnia, quibus fruebatur in Gallia, commisisset. Sic Alfonsus D. Ludovvici frater, ducta Iana Comitis Raymundi novissimi filia ditionem Tholosatum recepit & Robertus D. Ludovvici filius Borboniorum, heroidem Beatricem conju-
27. *Britann. ducat.*
gem sortitus. Quantas contentiones excitarint de eodem Britanniæ ducatu Iohannes Monfortius & Carolus Blesensis, *ex libr. 1. histor. Froßard.* satis notum est. Monfortius petebat investituram, quod frater esset defuncti Ducis, Blesensis, quod fratris majoris natu præmortui filiam in matrimonio haberet, quam jure repræsentationis in locum patris succedere dictitabat. Et pro Blesensi quidem pronunciarunt Pares Franciæ, partim quod Monfortius frater uterinus tantum esset, de quo tamen dubitat Sylvag. *in not. ad Froßard.* & Blesensi ab ipso patre successio adjudicata, partim quod Monfortius ex Arresto se subducens, sententiamque Regis eludens, ipso facto jure, si quod habuisset, cecidisset. Monfortius vero ope Angli cui fidem dederat, ducatum obtinuit, post-
28. *Ius fæminarum peculiare in Gallia.*
quam adversarium in acie trucidarat. Quin & Innocent. 3. *in cap. dilecti: de arbitr.* Praecellentes fæminas in Gallia dicit obtinere ordinariam jurisdictionem, quod interpretatur Panorm. de uxoribus principum jurisdictionem exercentium, & Iohan. Fab. dicit in regno Galliæ jus feudorum non habere locum: quia fæminæ succedunt in feudo sicut masculi, *& Auth. Ingreßi, col. pen. de sacrosanct. Ecclesiis. c. Forcat. de feud. cap. 7. num. 1. & 2.* Atque ut cætera obmittam &
29. *Privilegium domus Austriacæ quoad fæminas.*
unum atque alterum exemplum, ex Germanis adjiciam, testatur Cuspinianus de Archiducatu Austriæ, quod licet præ reliquis Ducatibus permultis superbiat prærogativis & privilegiis, Fridericus quoque Bellicosus à Friderico II. Imper. creatus sit Rex, tamen non excludat fæminas, idque illi tributum asserit *Bodin. 6. de Republ. cap. 5.* beneficio Friderici II. Imper. licet ejus in privilegio apud Petrum de Vineis. *lib. 6. cap. 26.* nulla fiat mentio. Quæ vero privilegia ex Cuspin. ediderunt Haiminsf. & Münster: ita de hoc negotio disponunt: Daß / wo die Fürsten deß Hauses Oesterreich vnerbsam abgiengen / so sol das Hertzogthumb / vnnd die Landschafft an seine älteste verlassene Tochter fallen. *In Constit. Caroli V.* Margareta enim Leopoldi VII. Ducis Austriæ filia fratri Friderico successit, & Ottocaro regi Bohemiæ secundo marito provincias sine controversia regendas commisit. Sed cum is, fraude sua sustulisset uxorem è medio, & nihilominus injusto dominatui incumbere pergeret, ex decreto Senatus Imperii à Rudolpho I. ab iniqua hæreditate, dejectus est, *Cujac. lib. 1. de feud. t. 12. Cranz. libr. 7. Vandal. cap. 19. Mutius libr. 21.* quam cum ad filium Albertum delatam cuperet Rudolphus, noluit tamen posteritatem Leopoldi VII. jure suo privare, sed filio conjugem dedit Elisabetham Gertrudis, quæ cum Margaretâ tanquam neptis ejus ex fratre Henrico, Austriam diviserat, neptem, Meinhardi Tyrolis & Goritiæ Comitis filiam, cujus filius Henricus eodem tempore, cum duxisset Annam Wenceslai Regis Bohemiæ filiam, jure uxoris acquisivit regnum Bohemiæ. Nam in eo quoque mulieribus locus fuit inde usque à Gynæcocratia Lybussæ; ut paulò post dicemus. In separatis item provinciis priusquam in unam Austriacam familiam concrescerent, fæminis patuisse locum, historiæ ubique testantur. Etenim Meinhardus II. Go- 30. *De Goritiæ, Carinth. & Tyrolis Comitatibus.*
ritiæ Comes, jure matris Mechtildis, ad quam devolvebantur post mortem Ottonis ex fratre nepotis, Meraniæ & Dalmatiæ Ducatus, Marchionatus Istriæ, &c. omnium earum provinciarum hæres factus est: jure uxoris Adelheidis Alberti ultimi Comitis filiæ, adjecit sibi comitatum Tyrolensem quæ omnes provinciæ transierunt ad domum Austriacam, partim titulo emtionis, partim, quod à Maria Maultesch in Rudolphus, Albertus & Leopoldus, Alberti Sapientis filii hæredes Carinthiæ & Tyrolis, post mortem filii Meinhardi, quem ex Ludovvico Ludovvici Bavari Imp. filio conceperat, scripti & assignati essent. Bohemi, 31. *De regno Bohemiæ.*
postquam Lybussæ imperium repudiarant, nullum exinde muliebre sceptrum pertulerunt usque ad annum 1307. cum Conradus eques Thuringus Wenceslaum in ipsa adolescentia per somnum trucidaret, nec unquam stirps mascula Primislai & Lybussæ defecit.

defecit. Fuerant autem ex liberis Wenceslai, S. superstites duæ sorores, Anna major natu, & Elisabetha. Annæ marito Henrico Duci Carinthiæ adjudicatum fuit regnum à proceribus: sed bis ab eo pulsus, primum à Rudolpho Austriaco, Vlrico, deinde cum id post ejus mortem recuperasset, ab Henrico VII. Lucelburgensi Imper. qui Elisabetham Spiram evocatam filio Iohanni, elocavit, regnumque Bohemicum in suam stirpem transplantavit, ex quo ceperunt Bohemi peregrino assuescere imperio. Etenim cum Lucelburgensium stemma deficeret in Sigismund Imperatore, & proceres quidam Vladislaum Polonum accerscerent, obtinuit Sigismundo autoritas ut gener Albertus II. Imp. Archidux Austriæ jure Elisabethæ uxoris obtineret, cujus nomine regnum item Vngariæ ad familiam Austriacam adduxit. Alberto successit filius Ladislaus, Posthumus, cui in ipso nuptiarum apparatu morienti, licet alii Podiebradiũ, alii Matthiam Corvinum substituerẽt, tandem tamen post mortem Podiebradii, corona recidit in eapus Vladislai Casimiri regis Poloniæ ex Elisabetha, Ladislai Posthumi sorore, filii, qui pactum iniit cum Maximiliano I. ut, deficiente in alterutrius familiâ mascula stirpe ex altera succederetur, atque ita post Ludovvici immaturam cædem Ferdinandus, partim vi pactorum, partim quod Vladislai filiam, Ludovvici sororem in matrimonio haberet, occupavit regnum Bohemiæ & Vngariæ. Nam & Vngaria inde ab anno 1039. mulieres ad sceptra admisit. Imò si antiqua recordari velis, Barezam Hunniex ditioni præfuisse post mortem mariti Malachi & habuisse secum, cum se Romano imperio conjungeret Hunnorum eccl... refert Cedren. *in Iustinia*, Drac. *ibid. in pr.* qui Boazer vocat viduam. Mortuo dehinc S. Stephano, qui primus sua fuuxoris Christianam fidem suscepit, Petrus ex sorore nepos rex salutatus est, & post illum, Aba, Sarolæ secundæ sororis maritus, sed quia crudeliter regnabant cognati Andream D. Stephani patruelem ex Russico exilio revocant, regemque constituunt. Post annos ducentos quinquaginta Andreæ & Belæ fratrum mascula stirps iterum defecit

32. *Pannoniarum.*

in Andrea III. quem Venetum dixerunt, eò quod Venetiis domum revocatus esset, post mortem Ladislai III. Sed quia nec à latere nec in stirpe hæredes habebat, summa rei devoluta fuit ad sorores Ladislai, Mariam nuptam Carolo Claudo regi Neapol. Annam Wenceslao regi Bohem. Elisabetham, Henrico Duci Bavariæ, quarum omnium filiis à dissentientibus proceribus regnum oblatum fuit, sed prævaluit jus Majoris natu Mariæ, & excluso Wenceslao, rege Bohemiæ, Ottone Duce Bavariæ, Carolus Martellus, favore Pontificum, regnum posteritati suæ confirmavit, donec cum Ludovvico Vngariæ & Poloniæ rege deficeret. Hic enim cum filios non haberet, Mariæ filiæ, Vngariæ & Hedvvigi Poloniæ regnum testamento legavit. Et quanquam Vngari Carolum Parvum, ducẽ Dyrrhachii ex Mariæ posteritate superstitem pro rege accerserent, mansit tamen regnum, post illius cædem penes Mariam filiam Ludovvici, ejusque Sponsum Sigismundum, qui illud iterum transtulit in filiam Elisabetham & subinde in familiam Austriacam, penes quam manet in hunc usque diem, licet successio crebris intervallis per dissidia procerum fuerit interrupta. Mortuo enim Alberto, & relicta uxore gravida, ex Polonia vocatus fuit Vladislaus, qui Varnensi clade post quadriennium occubuit, & locum fecit Ladislao Posthumo. Ladislaum excepit Matthias Hanniades ex Scaligerorum familia, Iohannis pro regis filius, Matthiam Vladislaus Bohemus, Casimiri III regis Poloniæ primogenitus, cum quo pacta successionum redintegravit Maximilianus I. Imper. & eorum beneficio Ferdinandum nepotem Ludovvico Vladislai filio successorem dedit.

33. *De principatibus aliis Germaniæ.*

Sed ut ad feuda Imperii revertar, Ludovvicum Ducem Bavariæ, proscripto Henrico Leone, Palatini admittere noluerunt, prius, quam filius ejus Otto Bonus Gertrudin, filiam Henrici neptem Leonis duceret. Stephanus filius Ruperti Imperatoris & Electoris Palatini, beneficio uxoris factus est Comes Veldentiæ & Sprahemensis Hassiam obtinuit Henricus, Puer Hassiæ cognominatus, jure matris, Sophiæ, Ludovvici & D. Elisabethæ filia, quæ quidem Henrico Magna-

nimo Brabantiæ Duci nupserat, sed audita morte patris, cum filio rediit ad capessendam vacantem hæreditatem. Post annos ducentos & amplius Comitatus Cattimelibocensis Henrico ad Lanum accessit item per nuptias Annæ filiæ & hæredis Philippi ultimi
34. *Hassia.* Comitis. Eodem iure Princeps hujus familiæ Ludovvicus Barbatus, Comes Thuringiæ a Conrado II. Imp. creatus, comitatum Sangershusanum cum uxore acquisierat. Paulò post tam Hassia, quam Thuringia, quibus unus huc usque præfuerat provincialis Comes, in fæminas divisæ fuerunt, Thuringiam retinente Henrico Marchione Misniæ, Iudithæ Hermanni filiæ filio, Hassiam verò repetente Sophia Ludovvici VI. filia, ut dictum fuit. Ducatus Iuliacensem & Montensem invasit Iohannes Clevensis, jure uxoris
35. *Clevens. & Iuliacens.* Mariæ & in possessione confirmatus fuit à Carolo V. imò Wilhelmo Iohannis filio peculiare privilegium de successione filiarum, si quas peperisset Maria, Ferdinandi I. filia, indulsit, cui innituntur, qui contra familiam Saxonicam investituram hodie petunt nomine filiarum Wilhelmi, ut iam ante motam à Saxonibus litem, confessus est Petrus Heig *q.25.n.41.lib.1.* & Iohan. Monach. *in magno Chron. Belg.* inter leges Henrici VI. refert etiam hanc: *Vt mulieres, masculis deficientibus, succederent in hæreditatem.* Hæc cum ita sese habeant, & generali consuetudini primæque origini feudorum, particulari consuetudine multarum provinciarum derogatum sit, nihilominus ex particulari consuetudine universaliter concludere non licet, præsertim cum receptis moribus sæpe ab ipsis eorum cultoribus recessum sit. Non solum enim Persæ, Tartari, & Turcæ fæminas non admittunt, sed viam illis præcluserunt multæ ex iis gentibus, quæ per incuriam quondam eas admi-
36. *Quare horū exemplorum indulgione nihil confirmatur.* serant. Bohemi quippe coëgerunt Lybussam regem quærere, & tandem cum Friderico III. & Maximiliano I. pactum successionis inierunt, ut deficientibus in una stirpe, sive Bohemica, sive Austriaca, masculis, qui proximi occurrant in altera, succedant, quo jure tam Bohemiæ, quam Vngariæ sceptra suscepit Ferdinandus. Nam Vngaria quoque pacto comprehendebatur, ut Sambucus testatus his versibus, de Friderico III. & Maximiliano I. loquens:

Gesserunt titulos deinceps, ut facta valerent,
Illos contigerit si sine prole mori,
Eximij bello, felices posteritate
Quos potuere anni vix superare graves.

Poloni Vandam quidem amore Craci patris aliquandiu pertulerunt, sed ab eo omne muliebre imperium detestati sunt, adeò ut Rixa Miezislai II. uxor, quantumvis prudens fæmina coacta fuerit invidia se subducere, tantum quod filio Casimiro rerum quarundam agendarum autor esset. Ludovvicus quidem Vngarus Casimiri M. ex sorore Elisabetha nepos invitus vocatus fuit ad regnum, sed nō alio, quā Electionis titulo, quemadmodum & precariò magnaq; cum difficultate obtinuit Ludovvicus, ut alterutri filiarum liceret esse reginę Poloniæ. Recepta enim in solium Hedvvigis, tam arctis legib. circūscripta fuit, ut maluerit centies regno carere, quā prorsus ex alieno arbitrio vivere. Coacta enim fuit nolens volens maritum acceptare Iagellonem, qui totius Lituaniæ precio Regis Poloniæ titulū sibi admercatus fuerat, & cum præ mœrore in partu unà cum filiola extincta esset, nihilominus mansit in possessione regni, quod si ratione uxoris regnum obtinuisset, ipsi indulgeri non potuisset. Prorsus enim præclusum esse aditum mulieribus ad regnum Polonicum patet *ex lib. Statut. Polon. Prilus. c.1. art.2. leg.1.* & res ipsa docet, quia ubi Electio viget, nulla pōtest haberi ratio mulierum. Licet enim primum Stephanus Bathorius, & post Sigismundus Rex Sueciæ ex fæminea sobole, Sigismundi I. regnum occuparint: tamen non jure aliquo successionis sed beneficio Electionis occuparunt, nec servatus est ordo successionis inter filiam & nepotē, præcipuè cum ante utrumque sceptra delata essent ad Henricum Valesium, & Maximiliano II Imperatori non minus vota procerum favissent, quam Bathorio. Idem eodem argumento licet concludere de regno Daniæ, quod ante aliquot Secula Heta puella, Haraldi III filia, de consensu procerum quidem regendū susceperat sed cum subditis statim sorderet imperium puellare, coacta fuit cedere patrueli suo Oloni regi

Right margin notes: 37. *Muliebre imperium sæpe conditionum ... pertæsum, quod illi offensi fuerant.* — 38. *Exempla Polonorum.* — 39. *Danorum.*

ni regi Sueciæ. Anno vero 1376. relapsum fuit in manus Margaretæ, Waldemari IV. majoris natu filiæ, postquam Christophorus filius à civitatibus Hansenticis in prælio cæsus erat, quæ illud administrandum pro filio Olao suscepit, eoque mortuo anno 1387. in potestate tam feliciter se obfirmavit, ut non tantum Danis, sed & Norvagiis, post obitum mariti Haquini filiique Olai, imperaret, & Alberto Rege Sueciæ ex Duce Megapolenso per septennium in carcere detento, regni quoque Sueciæ Dominam se vocaret. Deinde adoptavit Ericum ducem Pomeraniæ ex sororis Ingeburgæ filia Maria prognatum qui quidem proximus hæres erat Margaritæ, sed regnum non promeritus est, nisi adoptione, sicut & Christophorus Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, Erici ex sorore Sophia nepos, & post illius obitum, Christianus I. Comes Oldenburgensis, quique eum usque ad Christianum IV. ex Oldenburgica familia secuti sunt, beneficio Electionis non jure successionis reges Daniæ constituti sunt, nec ullius roboris fuerunt conditiones à Carolo V. pactis connubialibus inter sororem suam & Christiernum II. adscriptæ, *ut si mares agnati nulli extarent major natu filia in regno succederet.* Nam Ordinibus jus suffragiorum Christierni privatis pactis eripi non poterat, & Christiernus in carcere mortuus est, cum proceres Fridericum patruum ipsi suffecissent. Reflectunt quidem Electores oculos ad stirpem etiam maternam, ut gratiores sint subditis Reges, quemadmodum in Imperio, Danorum, Vngarorum, Bohemorum, Polonorum, Suecorum, Norvvagiorum regnis quotidie observari videmus, & observari debere, *Sect.* 5. ostendimus: nec tamen successionis fœmineæ propterea habetur ratio, quia non eligitur proximus, sed quem, qui jus eligendi habent, dignissimum censent. Et quia de regnis in quibus Rex eligitur, non dubitatur, nec eorum ampliorem Catalogum texo. Prædictis addo

40. *Iudæorum.* saltem regnum Iudæorum, quod per annos 466. nunquam in arbitrium fœminæ delapsum fuit. Nam Athalia per Tyrannidem regnum invaserat, trucidata universa regia stirpe, ex qua tamen superstes Ioas, ductu Iojadæ, aviam iniquo principatu depulit. Nam ne alias quidem sceptrorum capax erat Athalia, quia peregrina & peregrinis adiitus ad regnum præcludebatur, *Deuter.* 17. quod Episcopo Cicestriensi, viro disertissimo, cum contra Tortum Tortuosum disputaret, in memoriam non venit. Quin & Romani post mortem Heliogabali qui matrem in Curiam introducere solitus erat, SCto caverunt: *Ne ulla posthac mulier curiam ingrederetur, ne dum ut imperaret. Lamprid. & Herodianus Heliog.* Cum

41. *Romanorum.* etiam, legatis Armeniorum causam gentis apud Neronem orantibus; Agrippina suggestum Imperatoris ascendere & præsidere simul pararet, cæteris pavore defixis, Seneca admonuit, *Venienti matri occurreret. Ita specie pietatis*, ait Tacit. *lib.* 3. *Annal. obviam itum dedecori*: & Dion. *in Neron. Ne Barbaris hanc labem ignominiamque imperij patefacerent.* Irenæ, licet aliarum legionum servitia, admercata esset, Armeniacis tamen persuadere nunquam potuit ut muliebri imperio assuescerent. *Zonar. in Const. & Iren.* Quin etiam Senatus Cardina-

42. *Neapolitanor.* lium admonitus tot cladibus quibus exhausta fuerat Italia propter successionem mulierum, lege perpetua cavit, ne deinceps ad fœminas imperium Neapoleos perveniret, & in tabulis fidelitatis, quibus investitus fuit Alphonsus Rex Arrag. ab Eugenio IV. *An.* 1443. cautum fuit repetitum in investitura Ferdinandi huius filii naturalis, *An.* 1458. à Pio II. *ne sc. fœminis ad regnum aditus pateret, quamdiu masculi etiam collateralium propinquorum superstites essent, ad quintum usque propinquitatis gradum*, cum in prima investitura Carolo Andegavensi, à Clemente IV. data, aliter in favorem fœminarum dispositum esset, ut supra diximus. Portugalenses potius Iohanni I.

43. *Portugalens.* ex pellice nato sceptra tradiderunt, quam Beatricis legitimæ filiæ Ferdinandi, marito Iohanni I. regi Castil. & Legionis & trucidato à Mauris Sebastiano rege, Henricum Cardinalem prætulerunt, Mariæ licet uno gradu remotior esset, nec dubitarunt etiam Antonium naturalem filium Ludovvici, contra eandem post mortem Henrici accersere, nisi prævaluisset vis Philippi.

44. *Gallorum ubi de Lege Salica.*

Apud Gallos jactatur lex Salica, cujus nomen in ore habent omnes, sensum & verba concepta explicat nemo, perinde ut se rem habere videmus de lege Regia Romanorum, & Constantini donatione: nec absurdè Gallus quidam, exagitatus ab Episcopo. *Vbinam scripta inveniretur lex Salica*: *in tergo*, respondit, *donationis Constantini*. Anglus quidam, dicente Gallo se nescire, ubi scripta esset lex, qua dicebatur excludi à regno Angliæ, qui natus esset extra regnum: *invenies*, inquit, *illam ex altera parte legis Salicæ. Hottom. F. de legat. cap. 2.* Polydor. Virgil. & Angli, *in Eduard. III. & Henrico V.* uno ore affirmant; legem Salicam esse figmentum Philippi Vallesii, cum ante illam ætatem, ne nomen quidem ejus auditum sit, nec vola ullibi aut vestigium extet. Henricus Ciceleus Archiepiscopus Cantuariensis, *in oratione, qua Henrico V. persuasit secundum bellum Gallicum*, legem Salicam latam scribit à Carolo Magno, sive à Francis, à Carolo in Misniam traductis, in odium impudicarum mulierum, quarum detestandos mores exclusione ab hæreditate multare voluerint. Nam Carolum Magnum & Pipinum putat regnum obtinuisse, quod originem paternam duceret ex Blyrilde filia Clotharii Magni: Capetum verò, quod ex Lingarde filia Caroli Calvi. Fingit autem omnia, ut causæ suæ inserviret, cum nec Capetus, nec Pipinus, jure alio, quam novæ Electionis regnum occupaverint. Nam si Pipinus jure sanguinis niti voluisset, non potuisset reges, regumque filios ex stirpe remotiori prævertere: aut cur non Albericum potius primum Marchionũ Antvverpianorum & Ducum Mosellanorum conditorem, Clodii Criniti fratrem, quam Clotharii filiam, produxit? Cæteri ferè decepti à Guagnino *lib.* 1. Pharamundum Legis autorem cõstituunt, cui adjiciunt duos quatuorve consiliarios Salgastum Archiflaminem Dialem & Wisogastum Pontificem Dianæ, &c. *Ioh. Ferrar. in l. 2 de R. I. Ioh. Pyrrhus in pr. comment. de l. Sal. Hiero. Henning. in Geneal. regum. Franc. Molin. in consuet. Parif. t. 1. §. 16. Chassa. in Catal. glor. mund. Consect. de potest. reg. 9. 66. Steph. Forcat. de feud. c. 7. n* 1. Bodinus *li. 6 de Repub. c. 5.*

45. *Quæ æque incerta ac regia Romana.*

46. *De origine legis Salicæ.*

Legem quidem agnoscit, sed de origine rem relinquit in dubio. Hottomannus *in Francogall. c. 5.* ex consuetudine feudorum tractam esse legem Salicam censet, & quidem *in c. un. de fil. nat. ex matrim. ad Morgan.* mentio fit legis Salicæ, quam, qui historiã juris Feudalis descripserunt, Longobardicę opponunt. Cæteri ad consuetudinem confugiunt, eamq; sensim in jus abiisse putant, *Haillan. de l'estat de Franc. Till. lib. 1. Comment. de reb. Gall. Bellefor est. in Princ. Chron. Gill. Fauchet. de magistr. Franc.* qui quidem quam propè ad veritatem accedũt, quoniam non solùm totum jus feudale, sed & Ripuariæ & Alemannorum leges, unde Salica extracta est, non alia, quam longæ consuetudinis autoritate invaluerunt, & Carolum M. testatur Eginhart: *in Vita Carol.* multarum gentium non scriptas consuetudines in formã juris scripti redigendas curasse. Iam verò & ante Caroli M. progeniem, in stirpe Merovæi, bis exclusas esse fœminas filias se. Clotharii & Sigeberti, à masculis gradus remotioris, ostendit Fauchet: & Ludovvici Hutini filia, antequam Eduardus rex Angliæ funestam contentionem de successione fœminarum moveret, unanimi Parium consensu, contra vota & conatus Ducis Burgundi, à Philippo Longo patruo prævenia fuit. *In histor. Navarr.* Quod si Lex Salica nulla fuisset, ut objiciũt Angli, quo jure ante Eduardũ regiæ filiæ à masculis toties depulsæ fuerunt. Imò Ludovvici Hutini, aut Philippi Longi filiæ prius debuisset regnum offerri, quam Eduardo, absque lege Salica fuisset, quia hæreditas debetur proximo. Sed petitio Eduardi meritò rejecta fuit à conventu Francorum, quia consuetudo jam inde à primis auspitiis regni, aliam legem sceptris induxerat, quemadmodum in imperio Germanico lex invaluit, de excludendis alienigenis, *In Aur. bull. Matth. Steph. 2. de jurisd. cap. 1. n* 95. & quocunque rem versemus, nullo alio jure, quam consuetudine immemoriali obtinuerunt septem Electores, præ cæteris imperii principibus, prærogativam & facultatem constituendi Romanum Imperatorem. Tantam enim vim esse cõsuetudinis, ut Electionis jus quibusdam attribuere queat, apertè assertũ habetur *ab Innoc. 3. in c. Abbate Sancti, de Ver. signif.*

47. *Legem Salicam consuetudinem potius esse, quam legem.*

48. *Contra Anglos legi Sal. negantes.*

49. *Sententia legis Salicæ.*

signif. Proinde repudiamus interpretationẽ legis antiquæ Salicę, quam affert Paul. Æmil. *lib.* 8. seu potius contra Anglum à Francis adhibitam dicit. Lex enim Salica Universalis est, quæ legitur inter fragmenta. *c. de Allod. In terra Salica mulier ne succedat*, & non tantum à feudalibus sed & allodialibus bonis repellit fœminas. Nam cõmunis olim lex erat Saxonum & Thuringorum, ne mulier, quantumvis excellens, in patrio dominio succedere valeat, ut scribit Theodor. à Nihem. *de Privil. & jurib. Imper. & de Saxonia* Guilielm. Ranchin. *de success. ab intest. §. 7. n. 1. & seq. §. 41. & seq* Bodin. *in Method. histor. c. 6.* & patet *ex t. 6. §. 1. legum collectarum ab Heroldo*; imò indotata extrudebatur ad maritum, ut ex iisdem Heroldi legibus cõstat, *t. 6. & 7.* & ex legibus Burgundiorum, *t. 6. 9. 12. Guibert. de dotib. c. 1. n. 3. Cujac. in c. 1. de Sponsal.* qui eadem severitudine utebantur in fœminas, qua olim Armenii. *Nov. 21.*

50. *Qua ab omni hæreditate depellebantur fœminæ.*

Franci verò legem his verbis concipiebant: *In terram Salicam mulieres ne succedant.* Terram Salicam regnumque Franciamq; interpretabãtur. Nã ut Armenii olim, ita & Saxones, Thuringi, Franci, quorum aliquam nationẽ Salicam dictam fuisse paulò post dicemus, ab universâ hæreditate fœminas excludebant, id quod constat non tantum *ex iis locis. De Allode*, ex universali locutione, & translatione, Landrechts/ *libr. 1. art. 17.* ubi hæres patris statuitur filius, non filia, ex interpretatione eorum, quos suprà nominavimus, & *Hottom. in Francog. c. 10. de success. reg. q. 1. Fauchet. de magistr. Franc. in pr. Heig. q. 8. n. 66. lib. 1. Bess. de pact. success. 6.* Sed etiam ex Epistola quadam Marculphi Soli, quam Cujac. inservit. *in observ. 14. l. b. 8.* Is enim filiam cum fratribus in æquali portione de alode paterna, mancipiis, comparato, & quodcunque moriens reliquerit, accipienda hæredã instituit, contra *impiam*, ut ipse loquitur, *gentis Salicæ cõsuetudinem*, qua non licebat filiabus, partem hæreditatis capere cum filiis.

51. *Ut consuetudo contraria ei sit detracta.*

Hujus verò universalis consuetudinis iniquitati tempus derogavit, primum in Allodialibus, deinde & feudalibus bonis, quæ apud Gallos, deficientibus masculis ad fœminas devolvi solere, supra ostendimus, & confitetur Ioh. Faber. *in Auth. Ingress. col. pen. C. de sacros. Eccles.* Ioh. Pyrrh. *in comment. de l. Sal.*

52. *Exceptio iis, quæ ad coronam spectãt.*

In solo regio, propter ejus *Nobilitatem*, ut ait Frossard. *lib. 1. c. 4. & 22.* seu propter salutem publicam, ab immemoriali tempore, rigor antiquitatis servatus fuit, ut non succederent nisi masculi, *Sleidan. in addit. ad histor. Comin. pag. 113.* eoque jure non tantum Clotharii, Sigeberti, Hutini & fratrum filiæ caussa ceciderunt, sed & Eduardus Anglus, Isabellæ, quæ erat trium Regum, Hutini, Philippi Longi, Caroli Belli soror, filius, quoniã secundam doctrinam Pauli Castrens. *in cons. antiq. consil. 364.* cum matre excluduntur, quicunque à matre descendunt, ex vulgari regula: *Si vinco vincentem te, te quoque vinco*, ut scribit Albert. Brun. *in tract. de statut. excludent. fœm. art. 6. n. 89. Franc. Piscin. in disp. ejusdem tituli n. 48. & seqq.* unde eum Anglus diceret:

Gallus respondit:

Anglorũ regno sum Rex ego jure paterno,
Matris jure quidem Gallorum nuncupor idem,
Hinc est armorũ variatio justa meorum.
Prædo regnorum, qui diceris esse duorum,
Regno materno privaberis atq; paterno.
Mater ubi nullum, jus natus non habet ullum.
Hinc est armorum variatio stulta tuorũ.

Sanf. de Rep. Gall.

53. *Unde denominetur lex Salica.*

De lege igitur Salica res ita se habet, quam mirum est quàm ridiculè Gallorum quidam denominent, *vel à Sale, tanquam à recta ratione, Ioh. Pyrrh. in pr. d. comm.* quasi Pharamundus Latina rebus nomina dederit: *vel à Saliis sacerdotibus*, cum lata sit à prudentibus viris, & quidẽ Sacerdotibus, ut fabulantur, *vel à Salis Alpinis*, ut censet Balduin. *in Prolog. pag. 10. vel a Saliis, natione Francorum*, quæ opinio est omnium optima & verò quam simillima. *Aemil. li. 8. Ioh. Ferrar. in l. 2. de Rig. Iur. Molin. in consu. Paris. t. 1. §. 10. Connan. lib. 1. Comm. Iur. c. 8. n. 5. Alciat. lib. 2. dispunct. c. 22. Covar. c. 1. pract. qq. n. 8. ad fin. Till. Haill. Hottom. ubi supra Cario & Peucer. li. 4. Chron.* Nam quod Chassan. eam denominatã putat, à primis verbis legis: *Si aliqua*, meritò ridetur ab Hottoman. Fuere enim inter Francos præcipui Salii, ut tradit

Beatus Rhenan. *l.1. rer. German.* à *Sala* fluvio, quem accolebant, sic denominati, quorum etiam meminit Ammia. Marcell. quem citat Paul. Aemil. *lib.* 5. sic inquens *lib.* 17. *Caesar petit primos omnium Francos, eos videl: quos consuetudo Salios appellavit.* Alciatus huc refert & illud Sidonii Apollinaris:

Sal. in pede, falce Gelonus.

54. *Qui fuerint olim Salii.* Beat. Rhen. ubi supra illud Claudiani *de laudib. Stil.*

Vt Salius jam rura colat.

Vna, inquit, *fanè praestans Francorum natio Salingos à fluvio Sala se nuncuparunt.* Ex quibus omnibus constat, quid sit lex Salica, quaq; autoritate faeminas à spe successionis regiae prorsus amoveat, licet non rarò fraus legi facta sit per Reginas, quas *Regêtes* Galli vocant, & tutorio nomine regno non raro praeficiunt, quemadmodū hoc ipso tempore pro filio Ludovvico XIII. dominatur Mediceaea, ad exemplum Catharinae ex eade familia, Henrici II. uxoris, quae regnum administrabat pro Francisco I. & Carolo IX nec à sceptris aut dominandi assuetudine vel ab ipso Henrico Vallesio abigi poterat, ut conqueritur Cancellarius Navar. *in discurs. libero de success. Henrici Barbon. Pierr. Matth. de dernier. trouble. Les Memoir. d' Estat soubs Charl. IX.* Quoties ante haec tempora tutela, tam filiorum, quam regni, Reginis matribus commissa, quamquā infelici successu fuerit, apud Hottom. *in Francog.* Haillan. *de l'estat de France.* videre est, quanquam Belleforest. *in prooem. hist. Nicol. Gilles* sapienter illud factum putet, ad vitandas aemulationes principum, qui tutelam ambiunt. Nam & Ascanius Aeneae filius sub tutela matris regnavit. *Liv. lib.* 1. Olympias Pyrrhi filia, amisso Alexandro marito, tutelam filiorum ex eo susceptorum regniq; administrationem suscepit. *Iustin. lib.* 18. *in pr.* Alexandra, novennium administravit regnum Iudaeorum pro duobus filiis Hyrcano & Aristobulo. *Ioseph. l. 6.* 13. Constantinus Ducas Eudociae uxori regni mode tamen & tutelam liberorum moriens commendavit. *Zon. in Duca.* Athalaricus annos 8. natus regnum auspicatus est sub matre Amalasuento, *Procop. 1. bell Goth. Iornand. in hist. rer. Celt.* ut & Henricus IV. Imperator, sub Agnete, *Cranz. 5. Sax, c.1.* & Ludovvicus IIX. rex Gall. sub Adela, cui cum Wilhelmo avunculo, profecturus in Asiam Philippus Augustus tutelam & regni & filii testamento legerat. *Rigard. in Vit. Ph. l.* 2. Item Ludovvicus S. rex Galliae, sub Blanca, *Masson. lib.* 3. qui profectus ad sacrum bellum, in quo & captus est, imperium eidem matri secunda vice commisit, cum hac potestate: *Notum facimus, quod nos charissima Domina nostra & matri Regina concessimus, & volumus, quod ipsa in hac nostra peregrinationis absentia plenariā habeat potestatem*, &c. *Masson. ubi supra.* Vnde Panorm. *in c. dilecti. de arbitr.* reginis Gallorum in subditos jus esse scribit, & Petr. Faber. *in l. 2. n.* 8. *de R. I.* reginas saepe parlamentis inter purpuratos Senatores, praesedisse testatur. Poloni quoque Rixae, Miezislai II. Viduae Ottonis II. Imp. nepti regni administrationem & tutelam filii Casimiri inconsultò suo damno commiserunt, & post aliquot annos, Nicolaus Palatinus & Fulco Episc. Cracoviensis, iterum obtinuerunt, ut Helena privigni Lesci albi tutelam secum gereret & principatum pro filio administraret. *Cromer. lib.* 3. & 7. Sed si exempla cum Hottomanno velis oculatius intueri, vel ex facto ipso & pravo eventu condemnari possent, quia si ab imperio repelluntur faeminae propter impotentiam animi & corporis, eodem argumento debent eò magis repelli à tutela imperii, quò minus cum injuria haec repulsa conjuncta esse videtur. *Qui tutores, qui tutore indigent: l. Sic evenies 21. de adult.* Et qui sibi viam non sapiunt, qui monstrent callem caeteris? Si enim leges civiles mulierem abigunt à tutela, *l. tutela* 16. *l. ult. de tutel.* eò, quod dicente Alexandro, *tutelam administrare virile munus* est, & *ultra sexum faeminea infirmitatu tale officium* est, *l. 1. C. Quando mul. tut. offic.* quanto magis arcendae erunt à tutela totius Reipub. ut ratiocinatur Thomas 2. 2. q. 64. quia & ipsa virile munus est, & vires mulierum superat, ut mox dicemus.

55. *Vtrum salva lege Salica, & è republica, possint mulieres tutorio nomine regno Galliarum praefici.*

56. *Non esse ex usu Resp. ut illis vel tutorio saltem nomine mulieres praeficiantur.*

Huc usque saltem varias consuetudines de exclusione & admissione mulierum proposuimus, sequitur, ut ad limam veritatis eas revocemus, & quid justitiae propius sit, quid publico bono conformius concludamus, qua quidem in controversia praesuppo- 57. *Transitur ad decisionem quaestionis per rationes.*

poni-

ponimus, quod vel illi admittunt, qui fæminis inter masculos locum faciunt, *Feminam*

58. *Feminas excludi a masculis.*

sc. etiam Majorem natu in successione indivisibili, excludi a masculo. Bald. l. in multis de stat. hom. in l. 1. de Senator. Roma. cons. 58. Paris. cons. 72. n. 80. li. 4. Decius in l feminæ, n. 112 de R. I. & plures alij quos afferunt Tiraq. q. 10. & 11. de jure primog. Ioh. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 69. n. 11. Anton. Gomez. in 40. Taur. n. 62 Ludov. Molin. de jur. primog. lib. 3. c. 4. n. 4. Covar. lib. 3. Var. resol. c. 5. n. 5. in pr. & existente masculo, redigi ad instar secundi gradus, ut dicit Castrens. *cons.* 164. *n.* 18. *li.* 2. Unde infert Ludov. Molin. *lib. 3. de jur. primog. c. 4. n. 17.* Statutũ, quo arceantur à successione fæminæ propter masculos ejusdem gradus, nequaquam esse odiosum, sed favorabile, quia convenit juri cõmuni. *Albert. Brun. in tract. de stat. exclu. fam. art. 4. q. 1. Franc. Pisci. de stat. excl. fam. n. 41. Corras. Cent. Sct. Thol. c. 6.* Licet enim natura accusanda non sit, *l. Maximũ vitium. C. de liber. præter.* nec defectus naturæ vitio vertendus insonti fæminæ: *l. lege XII. tab. C. de leg. hæred.* tamen secundum mediam Iu-

59. *Quæ ejus causa.*

risprudentiam. *§. Cæterum, 3. vers. Media autem. Inst. de legit. agnat. success. In multis iuris articulis deterior erat conditio feminarum, quam masculorum*, ut ait Papinianus *l. in multis 9. de stat. hom.* quia major dignitas est in sexu virili. *l. 1. de Senator. l. ult. de fid. instr.* & fæminarũ, utpote per quas desinit familia, *l. pronunciatio. 195. §. fin. V. S.* ratio minus habenda ab iis, qui student cõservationi familiæ. Interest enim Reipubl. familias salvas esse, *l. 1. §. sed etsi servo. 13. de ventr. inspic. l. super statu. C. de quæst.* Familiarum autem columnæ dicuntur Euripidi nõ filiæ, sed filii, Στῦλοι γάρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες, *in I. hig. Forcat. de feud. c. 5. n.* . quia fæmina transit in familiã viri & liberos procreat non suæ, sed mariti familiæ. *l. Iurisconsult. de gradib. in pr. d. l. 195. § ult. & l. 196. de V. Sign. §. 1. Inst. de legit. agnat. success.* id quod Covar. *in c. Raynut. 16. n. 6. de testam.* & ex eo Ludovv Molin. *lib. 3. de iur. primog. c. 5. n. 2.* probat autoritate Euripidis

60. *Mulieres nõ propagare familiam.*

Mulier egressa paternis ædibus
Non amplius est parentum sed conjugis,
Masculum verò genus manet in ædibus
Deorum & paternorum sepulchrorum limitem honorans.

Labeo sororem appellatã dicebat, quod quasi *seorsum nasceretur*, separareturq; ab ea domo, in qua nata est, & in aliam familiam transgrederetur. *Gell. li. 1. c. 1..* Θυγατὴρ γὰρ ... Quod si etiam naturæ ordinẽ ipsum consulamus, magna reperitur inter marem & fæminam inæqualitas, ut *in 1. Polit.* disputat Aristot. & in Physicis docet mulierem esse quasi *marem imperfectũ & primum monstrum naturæ, 2. de gen. anim. c. 3. 4. de gen. anim. c. 2. 3. 6.* quia non generatur ex intentione primaria facultatis plasticę, sed ex defectu caloris, ut tractat Galen. *in lib. de Semin.* & Albert. M. 2. *Phys. tract. 1 c. 5.* Purum enim subtiliter in hoc argumento versatur Scaliger, qui mammas & uterũ negat posse à defectu caloris generari, *exerc. 131. sect. 4* nec distinguit inter primam ebullitionem seu conceptũ delineationemve & inter perfectionem, prout alibi declaravimus. Plato dubitavit, utri generi animaliũ, Brutorumne an Intelligentium, ambiguum sexum fæmineũ annumerare debuerit, *Euseb. lib. 12. Evang. præpar. c.* . *Erasm. in Moria.* cujus sententiam sic explicat Alcinous *c. 15. de doctr. Plat.* *um quamlibet animã cognato astro tanquam vehiculo imposuisset pater omniũ, Deus, instar conditoris legum, fatales illis leges explicavit, ut ipse extra culpã delictorũ existeret. Docuit igitur perturbationes à corpore mortales exorturas, primò quidem sensum, postea dolorem ac voluptatẽ, metumq; ac iram, quas quæ superarent, neq; se trahi permitterent justè victuras, & in cognatum astrũ deniq; redituras: Quæ verò ab injustitia superarentur, secunda gubernatione in vitam feminæ migraturas: & quæ nondum ab improbitate cessassent, in brutorum deniq; naturam degeneraturas.* Cujac. *lib. 6. observ. 21.* à ICto ut ICto negat nomine Hominis contineri Mulierem, eò quod *in l. si quis aliquo d. 38. §. Qui abortionis. de pan.* disjungat Paulus hominem & mulierem, inquiens: *Si eo mulier aut homo perierit*, cujus sententiæ licet refragentur apertis verbis. *l. homines 152 de R. I. l. 2. de stat. hom. l. 1. §. 1. ad l. Corn. de sic. l. Mævius. §. duorũ. de leg. 11. l. 3. §. 1. de li. hom. exh. & c.* & in ipso §.

61. *Esse posteriores viris ordine naturæ.*

62. *Esse homines etiam secundum placita ICtorum.*

Tun

qui abortionis nomen hominis, complecatur utrumq; sexum, facta relatione ad poculum amatoriū, quod utriq; propinari potest, cum abortionis nō detur nisi mulieri: tamen ante Iustinianum, qui hortatu uxoris, *Nov. 8. c. 8.* tanta favore *l. imperialis. in pr. C. de nupt.* prosecutus est sexum fœmineum, in adulteras etiam pœna capitali, cui viros subjiciebat, eximeret, *Nov. 134. c. 10.* fœminæ ad hæreditatem ercifcundam cum maribus pari jure vocatæ non sunt, ut confitetur & explicat Iustin, ipse *d. t. Inst. de legit. agnat. succ. & t. seq. de Sct. Tertull.*

63. *Mulieres ex æquo non admitti ad hæreditates iure Roman. antiquo.*

Lege enim XII. tabul. soli agnati vocabantur, *l. pronuntiatio. 195. §. 1. de V. S.* post adeò repellebantur fœminæ quantumvis agnatæ, ut, nisi sorores essent nihil caperent jure consanguinitatis, quod quia iniquum videbatur, prætor eas ad bonorum possessionē admisit ea parte, qua proximitatis nomine bonorū possessionem pollicetur, si neq; agnatus ullus, neq; proximior cognatus interveniat. *Paul. 4. sent. tit. 1. §. 6. Vlpian. tit. 16. §. 6.* Quin & lex voconia, cujus veniam Augustus uxori rogavit, *Dion. li. 55.* in invidiam fœminarum ita statuebat: *Ne quis census esset, virginem, neve mulierem supra quadrantem suorum bonorum heredem institueret, plusve cuiquam legaret, quam ad heredem heredesve perveniret: Ne fœmina ultra cōsanguineos ab intestato succederent. August. 3. de civ. Dei. cap. 12. Gell. lib. 20. c. 1. Dion. lib. 56. Liv. lib. 41. Cic. 3. Verr.* Eam Cicero peculiari oratione suasit, *teste Gell. lib. 7. c. 13* & Sext. Cæcilius sic commendat: *Quid utilius plebiscito Voconio, & coërcendis mulierem hæreditatibus. Gell. lib. 20. c. 1.*

64. *Iustinianeo.*

Iustinianus verò, ne qua cogeretur Augustæ, legis veniā ad exemplum Augusti exorare omnem inæqualitatem uno impetu præcidit, & mulieres viris pares esse voluit. *d. §. Cæterum. Inst. de legit. agnat. success. l. ult. C. de lib. prater. l. lege XII. tab. C. de legit. hæred.* quam legem, cum ex æqualitate naturæ educere vellet, contra naturæ præscriptum, quæ fœminam viro deteriorem fecit, & juris Divini, multarumq; gentium dispositionem induxit.

65. *Divino.*

Moses quippe jussu & autoritate divina, sorores à possessione prædiorum exclusit, quam diu fratres superessent. *Num. c. 27. & 36. Ios. 12.* Imò cum lex de dividenda hæreditate nō extaret, de consuetudine exclusas fuisse fœminas in infinitum patet ex rogatione filiarum Zelaphedadis, *ibid.* quam licet probaret vox divina, & mulieribus locū consentiret: non tamen eas masculis pares fecit, sed post masculos demū vocavit, quam rationem sequūtur in regnis & regiis feudis, quicunque ea in manus fœminarum cadere sinunt. Nam ex antiqua Germanorum, Saliorum, & Armeniorum lege, fœminæ excludebantur in infinitū, ut paulò ante notavimus. Pomerani supernumerarias puellas statim 66.

Et alterum gentium.

in ipso partu suffocabant, ne vel familiam, tanquam inutilia pondera gravarēt, vel masculorum hæreditatem diminuerent. *Cram. part. 1. Chron. Eccles. Pom. c. 9.* Tam iniquè, ut videtur Iustiniano, actū fuit cum mulieribus à primævis legislatoribus, quorū tamen quibusdā jus divinū & naturale suffragatur.

Cæterum, ut ex privatis hæreditatibus, 67

A privatis successionib. ad publicas non valere consequentiam.

æquales portiones fœmellas cum masculis auferre patiamur, an inde licet progredi ad successionem in Rebuspubl. & publica exigere ad legem privatorum? quemadmodum Henricus Archiepiscopus Cantuar. *in orat. ex hort. ad Henr. 5.* contra legem Salicam disputat ex lege Mosis, & sicut DEVS post masculos admisit fœminas: ita contendit Isabellæ sorori Caroli Belli, ejusque loco Eduardo filio, ante Philippum Vallesium, regnum Galliæ debitum fuisse. Certè ab unius Reipubl. legibus ad alteram non procedit argumentum, nec municipales Iudæorum leges, moribus provinciæ unius accommodatæ, quenquam amplius obligant, nisi quatenus naturalem in se continent rationem. Multò minus à privatis licet inferre ad publica, tum quod publica non sint in marsupio & proprietate principis, ut ad hujus unius arbitrium & commoda distribui debeant, tum quod publicis bonis conjuncta sint officia publica, quorum mulieres capaces fieri non possunt. In omni enim dispositione, quantumcunque generali, subintelligi restrictionem ad aptitudinem, dicit Zasius *in l. princeps. num. 11. de legib.* 68.

In dispositione quacunq; generali subintelligi restrictionem ad aptitudinem & capacitatem.

Etenim munera capessere nō potest, qui evidenti laborat inidoneitate, *l. ut gradatim. 11. de muner. & honor.* & cujus rei commercium mihi habere non licet, eā mihi possidere fas nō est *l. mul-*

l. multum interest.34.ubi Corras. num.4. & *Gothofr. de V. Oblig. l. mortuo.49. §. Labeo. de leg. 11. §. non solum. Inst. de leg.* nec adire jus aliquod, quod, propter vitium corporis, vel propter qualitatem relicti, vel aliam quamcunque probabilem causam habere non possunt. *l. filiusfamilias.114. §. si quid alicui. 5. de leg. 1. Gl. in Auth Quomodo opor. Episc.* & *Cler. Verb. conferens generi.* & *Alberic. l. benè à Zenon. C. de quadrien. præscript.* Papam ajunt, non potuisse donationem Constantini acceptare, quia Politici imperij capax non est, *c. cum ad Verum. dist.96. cum gl. ibid.* & *in c. quoniam, Ver. sic actibus.* & *Verb. discreVit. dist.10. c. conVenior. 23. q.8.* & ICti Hispani Majoratus in primogenitum directi, non aliter illum fieri capacem scribunt, quam si non prohibeatur, ob qualitatem aliquam, aut vetitum legis succedere. *Lud. Molin de jur. primog. lib.1. c.9.* & *13. libr. 3. c. 2. num. 13.* & *per tot.* Feudorum interpretes ad successionem feudi non admittunt mulieres, ex hac ratione, quia nequeunt sustinere servitia, quæ vasallus debet Domino.

69. Mulieres repelluntur ab officiis publicis. Iam verò, quod mulieres non sint capaces sceptri, vel ex juris civilis ratione planum est, quò ab omnibus officiis civilibus vel publicis removentur fœminæ, & ideo nec judices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere. *l. 2. de R. I. l. cum prætor. 12. §. Mor. bus. de judic. l. pen. de Eden. l. 1. §. sexum. de postul. l. 1. §. 1. ad Vellei. c. mulierem. 33. q. 5. c. mulieres. de jud. in 6.* imò nec immunitatibus generi posterisque datis custoditis que frui, *l. 1. §. sed* & *l. immunitates. 4. de jur. immun. Pyrrh. de l. Sal. arg. 12. Tiraq. de retract. §. 1. gl. 9. num. 243.* Vlpianus enim *in d. §. sexum.* officia Virilia, peculiari nomine vocat, eò quod ab iis prohibeantur fœminæ, *d. l. pen. de eden.* & Tertullian. *de Velan. Virg.* virilia munera, inquiens: *Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tingere, nec offerre nec ullius Virilis muneris, nedum sacerdotalis officij sortem sibi Vindicare.* Gregor. Tholos. *libr. 7. de Rep. c. 11. n. 8.* ad hoc argumentum respondet, quod sc. privatis Romanorum moribus hoc jus introductum sit, cui mores aliarum gentium derogare queant, ut & Connan. *1. comm. jur. c. 8. n. 4.* Quod licet verum esset, & aliud apud alias gentes usu receptum fuisset, adhuc tamen mores diversi inter se comparandi forent, utri Reipubl. salutem propius attingerent: eoq; certamine non est dubium, quin palmam reportaturi sint mores Romanorum, naturæ & divino juri conformes, ut mox dicemus. Cæterum, dum Paulus ait, *d. l. cum prætor. 12. §. non autem. Vers. moribus. de jud. Moribus repelli feminas à judicandi munere*, non loquitur, de consuetudine Rom. sed moribus in universum, seu, ut explicat Petr. Faber. *l. 2. n. 2. de R. I. de jure gentium*, quemadmodum & *l. 1. §. 2. ibi receptum est*, interpretatur Ægid. Hortens. *ad rubr. in pr. de Transact.* quia moribus ait fœminas perinde repelli, ut servos. Servos verò non solum Roman. sed omnium gentium consuetudo abigit, & *l. 1. §. 1. ad Vellei.* pleraq; officia, mulieribus commendata addit, *ipso jure* non valere, id quod perspicuum magis evadet, si rationes depulsionis detegamus, quæ non tantum apud Romanos, sed omnes omninò gentes dissuadent imperium fœmineum, seu mulieribus inducunt inhabilitatem ad gerenda officia publica. 70. Pirenensis Connani & Tholosani rejicitur.

Primùm enim affert Tacit. 3. *Ann. Sexum natura inValidum*, seu ut Arnobius ait *lib. 7. contra gent. conditionem fragilitatis. Quid*, inquit, *fœminarum genus, quas ab negotiis publicis conditio fragilitatis excepit? Longe, quippe, distat in arte.* 71. Prima causa, ob quam repellantur fœminæ.

Et solertius est multo genus omne Virile. *Lucret. lib. 5.* id quod ubique inculcant & præsupponunt ICti, *l. quoquis. §. ad filias. C. ad l. Iul. Majest. l. si mulier. C. ad Vell. l. si pater. C. de sponsal. l. 1. §. pen. C. de rei ux. act. l. ult. C. de donat. ante nupt. l. sicut ibi. C. de præscrip. 30. aut 40. ann. l. assiduis. C. qui potior. in pign. hab. §. 1. in fin. Inst. Qui alien. lic. l. regula 9. de jur.* & *fact. ignor. l. 2. §. Verba itaq. ad SC. Vell. l. cujus bonis. de cu. fur. l. deferre. de jur. fisc. l. 1. §. accusationem. ad SC. Turp. c. ex parte Abbatissa. de priVil. c. Adam 33. q. 5.* & *quæ præterea afferunt de infirmitate sexus Lucas de Penna. li. ult. col. 3. de priVil. schol. lib. 12. Benckendorf. ad l.*

ad l. famin. de R. I. VVier. de prastig. Dam. lib. 2. c. 23. ad fin. Chassan. lib. 11. in Catal. glor. mund. consid. 4. Aristot. 1. *Polit. c. 8.* multis argumentis, ex natura muliebri petitis, ostendit, *Mulierem nasci ad parendum, non ad imperandum*, & *text. 51. secundum distribut. Montec. Naturâ*, inquit, *mulier est parens, mas imperans*. In 2. *Polit. c. 3.* refutat & sententiã & rationem Platonis *in lib. 5. & 7. de ll.* sancientis, ut ad bellica & civilia negotia perinde assuescant mulieres, atque viri, exemplo canum & aliorum animalium pugnacium, quæ æquis viribus contra hostem insurgunt, quã mares, quã fæmellæ. Piccolom. *grad. Moral. 10. c. 32.* cum defendere nequiret, excusare saltem voluit Platonem, quod civitatem in abstracto condere sibi propositum potius habuerit, quam in concreto: Quanquam non quæritur, quid spectaverit, sed quid spectare debuerit Plato, imò quod hoc in loco non spectaverit civitatem ædificandam in aëre, ex eo patet, quod exemplo Sauromatidum opinionem suam stabiliat, quam stabilire debuisset non ex corruptis unius provinciæ moribus, sed inclinatione totius naturæ. Quod verò ex brutorum natura petiit argumentum, rectè refutavit Arist. 2. *Polit. c. 3.* quoniam diversa brutorum diversa hominis ratio est, Bruta quippe cum foras vagari deberent, tã mas, quam fæmina, hispida & dura corpora sortita sunt: In humana verò natura, cui incumbebat cura familiæ condendæ, distinctio facta fuit maris, qui futurus erat caput familiæ, & fæminæ, cujus custodiæ acquisita committenda erant, *ut docet idem Arist. 1. Oecon. c. 1. & prolixè Xenoph. in Oecon.* dum ait: *Mulier imbecilliori & molliori corpore est, ut admoneatur intra tectum manere & domestica curare, unde etiam ingenerata est eidẽ major vigor & liberorum amor, ut sciat domi sibi educandos & nutriendos liberos.* Quod si argumentum ex natura petere velis, propriã cujusque potius intuere, quam alienam. Nam quid conveniat homini, ex humana natura discitur, non ex indole brutorũ toto cœlo dissidentium. Lactantius quoque *l. 6. 3. c. 21. in fi.* hanc Socratis sanctionem cavillatur: *Quia videbat*, inquit, *Socrates in canum animalibus officia marium fæminarũque*

72. Mulierem à natura natam esse ad parendum.

73. [illegible] distinctio mollities corporis ac animi.

non esse divisa, existimavit oportere etiam mulieres militare, & publicis consiliis interesse, & magistratus gerere & imperia suscipere, itaque his arma & equos assignavit. Consequens est, ut lanam & telam viris & infantium gestationes tribuat. Proinde non satis cautè quartũ pro muliebri imperio argumentũ hinc extruit Gregor. Thol. *lib. 7. c. 11. n. 27.* quod sc. leges quarundã gentiũ mulieres æquè participes fecerint Reip. & belli socias, ut viros. Nam esto, ut undecunque id probari queat, certè ex ficta lege Platonis, non magis probari potest, quam communio uxorum & bonorum, & cætera quæ illic Socrates Idæis Remp. conditurus contra conditionem humanam comminiscitur. Exemplum verò Amazonum, quo Socrates ipse *lib. 7. de Repub. Plat.* si quid in se continet imitandum, non tantũ mulieribus aliquando locum facit, sed semper imperiũ domi, foris, publicè, privatim, adjudicat, quemadmodum Amazones virile jugũ prorsus exuerant: *Iust. lib. 2. Oros. lib. 1. Iornand. de reb. Gotic.* & masculum sexum è medio sustulerant, adeò ut concubitum aliunde pacisci cogerentur, ea lege, ut scribente Iornand. *n. 26. quicquid masculini sexus edidissent, patri redderent: quicquid verò fæminei nasceretur, mater ad arma bellica erudiret*: qua ratione adhuc hodie præcipuas regis Monimotapæ legiones, quas ex mulieribus in certam aliquã insulam detrusis conscribit, fæmellas sibi reservare, masculos patribus transmittere scribit Eduard Lopez. *lib. 2. de regn. cong. c. 9. Sive*, ut quibusdã placet, *editis maribus novercale odio ediis, infantium fata rumpebant. Ita apud illas detestabile puerperiũ erat, quod ubique cõstat esse votivum.* Nec verò error unius provinciæ sufficit ad destruendũ jus universum reliquarum gentiũ, præcipuè quando error vergit contra dictamẽ ipsius naturæ. Etenim Penthesileam, Amazonum reginam, quæ in auxilium Priamo venerat, *Virg. 1. Æn.* detractam equo, semiammem in Scamandrum fluvium immersit Achilles, *tam ignominiosa morte dignam*, dicens, *quæ non verita fuisset sacrilegè naturæ suæ vim inferre. Dyct. Cretens. lib. 4 Bell. Troj.* Non negamus etiam multas mulieres multis viris esse præstantiores, ut

74 Solvitur aliud argumentum [illegible] lisani.

75. Responsio ad [illegible] [illegible] gentium [illegible] fæminas [illegible] inferunt.

ait Plato 5. *de Rep.* & catalogo benè longo deducit Tiraq. *l. 11. n. 11. Connub.* quemadmodum Abigailis prudentia præpolluit effronti temeritati Nabalis, *1. Sam.* 25. sed ex paucis exemplis de universali indole mulierū non magis concludere licet, ac si omnes fæminas calidas dicerem & robustas, quia multæ multis viris & calidiores inveniuntur & robustiores. Quasdam enim heroicus impetus, supra vires naturæ, ut ipse Aristot. confitetur *lib. 7. Eth. c. 1.* divinitùs instillatus, seu Spiritus, miraculosè inditus propulit, ut Iuditham, & Esther. Egeriam, cui leges & instituta Numæ asscribuntur, quæque ut ait Ovid. 3. *Fast. Numæ conjux consiliumq; fuit*, non tantum fæminam, sed & Deam, seu Nympham, finxerunt historici, quasi soli fæminæ tantam sapientiam verisimiliter Numa affingere non potuisset. *Liv. lib. 1. Plut. in Num. Cic. 1. de legib Valer. 1. c. 3.* Nec Debora judicabat populum Iudæorum suo consilio, sed prophetico Spiritu: & tamen cum impenderet bellū à Sissera, & extrahendus esset populus ab iniqua servitute, eam provinciam dedit Barachi, *Iud. c. 4. & 5.* Quod ipsum dicetem quoq; de Iohanna Lotharinga, cujus imaginem Aurelij in ponte cum Rege posuerunt, in testimoniū virtutis muliebris, si Gallorum historicis fides habenda, & Iohannis Gersonis disputationi contra Anglos. Regem enim, quem nunquam viderat, vilitet vestitum primo intuitu agnoscebat, futura illi prædicebat, in magno discrimine tuta versabatur, & hæc omnia divinitus sibi revelari dicebat, ut quidem Tholos. *d. c. 11. n. 63.* Pasquier. *l. 5. des recerch. de France. c. 10.* Bellefor. *in Chron Gall. in Car. 7.* & alij disputant. Ab Anglis verò Rothomagi condemnata fuit impiæ Magiæ, & ad rogum ducta. Quomodocunq; verò se res habuerit, constat puellā hanc occulto quodam genio agitatam, & ex pastoritia simplicitate, ad fortunam singularem evectam fuisse, ex quo casu miraculoso nihil liceat inferre ad nativam mulierum indolem. Non enim puerorum prudentia propterea anteponenda senili, quia Daniel divina inspiratione totius Senatus judicium rescindere potuit. Quasdam porrò temeritas in felix periculum conjecit, quasdam extimulavit desperatio. Nam & gallinæ contra accipitrem impensius desæviunt, & Leænæ furiosius grassantur, nec propterea fortiores masculino sexu dicendæ, quoniam Galen. *comm. 2. in lib. Epid.* ἐξύθυμος opponit θυμώδει, & distinguit ex eo, quod θυμώδεις, sint ἀνδρεῖοι, virili animo, & rerum humiliorum contemtores, quod non cadit in fæminas, quas abjecto animo esse dicit Hippocr. *libr. de morb. virg.* ἀθυμοτέρη φύσις ἡ γυναικεία. At ἐξύθυμοι sint μικρόψυχοι, & propter pusillanimitatem facilè permoveantur, propter præcipitantiam affectuum facilè sequantur, quo ab objecto irritante devocentur. Quin & Aristot. 2. *Eth. c. 8.* audaces quosdam dicit fieri, ex ignorantia malorum, dum minus credunt esse, quod ignorant, & vel hac de causa multæ mulieres pericula cordatè adeunt, quas tamen fortes, aut laude dignas, & ad res magnas gerendas exinde idoneas asserere nemo potest, quia non virili constantia, sed muliebri temeritate in præceps ruunt. Alias enim ubique mulieres minus ausuras præsumit lex *l. quisquis. §. ad filias. C. ad l. Iul. Majest.* ubi Cynus excipit solos actus venereos, in quibus mulieres facit audaciores, eum rectius cupidiores dicere debuisset, ut advertit Scip. Gent. *lib. 1. de conjur. cap. 5. vers. fin.* Aristoteles ait: 3. *Polit. cap. 3. Alia est temperantia & fortitudo viri, alia mulieris. Nam vir timidus videatur esse, si sic fortis sit, ut mulier fortis, & mulier alia, si sic modesta sit, ut vir bonus.* Porrò nec illarum mulierum exempla rectè ad propositum afferuntur, quas magnitudo periculi egit in furorem, quemadmodum Pyrrho in expugnatione Spartani oppidi mulier lethalem lapidem projecit in caput. *Plutarch. in Pyrrh.* & quæ plura hujus argumenti exempla affert Polyæn. *libr. 8. Stratag.* utpote, quod Tesesilla Argivas mulieres cæsis viris, contra Cleomenem in propugnacula produxerit, & Spartanum exercitum feliciter sustinuerit: quod Arcadicæ fæminæ Lacedæmonios ex occulto præsidio in fugam conjecerint, Charillo rege capto. *Pausan. libr. 8. in Arcad.* Publicus honor decretus est matronis Romanis, cum Veturia mater & Volumnia uxor atrocem C. Martij

76. *Ex paucarum mulierum p ... eandem posse inferri regulam.*

77. *Mulieres quædam divinitus ... raptæ.*

78. *Quædam fortes temeritate propulsa.*

79. *Aut ignorantia malorum.*

80. *Mulieres desperatione audaces.*

Coriolani animum exorassent, quem nec oratores, nec supplices cum suis insignibus sacerdotes flectere potuissent. *Plut. in Coriol. Valer.* 5. *c.* 6. An verò id publicum consilium fuerit, an muliebris timor, parum se invenire scribit *Liv. lib.* 2. Rebus desperatis quilibet fortis est, & furorem incendit timor. Portia devoravit vivos carbones, ne ignominiosius periret. *Plut. in Brut.* & Lacæna seipsam pugione confodit, ne confoderetur à lictore. *Plutarch. in Cleo.* Princeps quædam Mediolani obsessa, cum filios mactandos ad muros duceret, hosti nudatum ventrem de muro ostendit, quasi monetam novorum liberorum, etiamsi priores è medio sustulissent. Persicæ mulieres cedenti exercitui, sublatis vestibus obviam properarunt, rogantes, *nunquid in uterum redire vellent. Iust. libr.* 1. Celtarum & Arabronum uxores, fugientes ex acie viros, & ad impedimenta tendentes, nova acie è carpentis præ furore exceperunt, quod nullam aliam victis salutem superesse viderent. *Plutarch in Mar.* Deniq; nec horum aut aliorum Barbarorum, qui satellitia sua conscribunt ex solis fœminis, ut apud reges Monomotapæ in Africa, *Lopez. lib. c. hist. cong. c.* 9. aut Achuni & aliarum in India Orientali insularum, *Ioh. Herman. de Bree in Navig. Ind. part.* 8. *hist. Ind.* exemplis permovemur, quia jus gentium non æstimatur ex corruptis, sed principiis naturæ consonis moribus, ut docet Arist. 5. *Eth. c.* 6. *Sauromatarum fœmina*, inquit Hippocr. *lib. de aer. loc. & aq. equitant, arcu utuntur, ex equo jaculantur. & cum hostibus bellum gerunt, quoad virgines existunt, neq; ante virginitatem deponunt, quã tres hostes interfecerint. Dextrã mammam non habent. Puellis enim adhuc infantibus, ferro ad id fabricato & candente, dextra mammæ admoto, eam matres exurunt, ut ne incrementũ accipiat, sed ad dextrum humerum & brachium omne robur & copia transmittatur.* Bracarorũ populos scribit Appian. Alexand. *lib. de bell. Hispan.* cum mulieribus armatis in bellum proficisci, nec terga vertere, aut moriendo ingemiscere, quales supra depinxit Celtarum uxores Plutarch. *in Mar.* Valasca, ministra Lybussæ, reginæ Bohemiæ, Dominio muliebri insueta,

81. *Ex corruptis moribus non esse jus gentium constituendum.*

Præmislao septennale bellum movit, mulis sui similium viraginibus conclamatis, *Dubrav. lib.* 2. nec promissis vel conditionibus à cruento proposito averti potuit, prius quàm feris esca projiceretur. Quia enim barbaræ id genus fœminæ degenerant in feras bestias & naturam humanam tacitè ejurant, non magis ab iis licet exemplum trahere, quàm à brutis ipsis, ut tradidit Arist. contra Platonem 2. *Polit. c.* 3. Quin potius naturam muliebrem in se contemplemur, quàm sit timida, imbecilla, & ad res arduas expediendas insufficiens. *Deus*, ait Xenoph. *in Oecon. virum torosum & durum cute produxit, ut armatus prodiret contra labores & injurias foris perferendas: mulieri vero mollem indulsit habitum, fluxam carnem, teneraq; superficie obductam, quod domo, si, non secum ac cochlea sua*, continere ac tueri debeat. Homerus 8. *Iliad.* mulieres peculiari Epitheto vocat θηλύτερας, & mulierem secundum Varronem derivari *à mollitie*, testatur Lactant. *c.* 12. *de opif. Dei.* August. *serm. de temp.* 243. Concil. Tribur. *c.* 46. *l. argumento §. muliebri. de auro & arg. legat.* Gratian. *in §. Sed illud* 32. *q.* 7. D. Petrus *Vas* dicit esse *infirmum*, 1. *c.* 3. & *rem imbecillam*, Quintil. *decl.* 338. Pheretima mater Arcesilai regis Cyrenæorum, multis beneficiis affecta ab Euelthone principe Salaminis, ad quem exulatum profugerat, tandem etiam exercitum pro reducendo filio rogavit, qua importuna rogatione turbatus Euelthon, fusum aureum misit & colum penso circumdatum, talia deberi munera muliebri arrogantiæ rescribens, non exercitus. *Herod. lib.* 4 Nam quid commercij habet mulier cum bello, cum muliebres animi adagio dicantur meticulosi & imbelles? ut apud Ennium,

81. *Mulieres naturâ esse molli animo.*

O juvenes, juvenes, animos geritis muliebres.

8[illegible]. *Imbellia esse mulierum proprium.*

Cyrus, ad ignaviam redacturus Lydos, qui post Crœsi captivitatem sæpius deficiebant, non tantum habitum, sed & opera muliebria iis imperavit, texere & psallere, partem in signum animorum effœminatorum, partim ut assuetudine porrò effœminarentur. *Herod. libr.* 1. *Polyæn.* 7. *Strat.* Narseti imbelliam exprobratura uxor Iustiniani pensum misit, quasi Gynæceo distribuendum, quod

Eunu-

Eunuchus esset, *Diac. in Iust.* Chæreæ tribuno cohortis prætoriæ Cajus Calig. ut mollem & effœminatum probro notaret, signum petenti, Venerem dare solitus fuit, *Sueton. Cal.* 56. Sesostris rex Aegypt muliebria genitalia appinxit cippis eorum, quos incruenta victoria, quasi evitatos superasset *Herod. libr.* 2. Bunduica Britanna, ut Neronis ignaviam militibus ob oculos ponat, dicit eum sub nomine viri veram mulierem esse, idque ex eo intelligi, quod voce & cythara canat, quodq; ornetur muliebriter. *Xiphil. in Ner. num.* 8. Adeò imbellis apud omnes habetur tota mulierum natio, Græcorũ quidam, cum Spartanæ mulieres, supra sexum feroces, ne Olympicis quidem certaminibus abstinerent, legem tulerunt, qua saxo dejicerentur, quæ in ludis Olympicis deprehenderentur. *Pausan. lib. 5. in Eliac.* Salomon *Proverb. c. ult.* dum describit operas probæ mulieris, armorum & judiciorum nullibi mentionem facit, sed *cum lana*, inquit, *& lino occupatur, vestem & stragula ipsa sibi texit. Manum suam extendit*, ut legit vulgata, *ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fusum.* Post lapsum cum Deus primùm Evæ, deinde Adæ operis pœnam imprecaretur, mulieris operæ exprimuntur, *Parere liberos, & obedire viro*: Viri *agrum colere, laboribusq; victum quærere. Genes. c* 3. quod & *Arist.* tradit 1. *Polit. c.* 8 *&* 3 *Polit.* 3. inquiens: *Alia œconomia viri est, alia mulieris. illius officium quærere, hujus conservare.* Nec dissimilia officia eidem asscribit Virgil. 8. *Aeneid. vers.* 410.

84. *Mulieres damandas ad telam & fusum.*

Fœmina primùm
Cui tolerare colo vitam tenuiq; Minerva
Impositum cinerē & sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longo
Exercet penso, castum ut servare cubile
Conjugis & possit parvos educere natos.

Maximum & præcipuum munus fœminarum vocat Vlpian. *accipere & tueri concepcum, l. quæritur ff. de Aedil. edict.* quod ingenuis uxoribus sedulò injunxit Lycurgus, licet à sedentiaria & ignava nendi, suendiq; opera eas abduxerit, quod serviles operas ad servas pertinere putaret, *Xenoph. de Rep. Laced.* perinde ut Persæ, quos *nihil duxisse tur-pius*, scribit Curt. *lib.* 1. *quàm fœminas lanificio manus admovisse.* Hinc enim sæpè virilia officia invasisse mulieres Spartanas suprà ex *Polyan. lib.* 7 *&* 8. *Strat.* diximus, & Arist. 2. *Polit. c.* 7. Lycurgo idipsum meritò exprobrat, quod Gynæcocratiam incautè introduxisset. *Plut. in compar. Num. & Lycurg. item in Agid.* Græcorum Regum filias & uxores non abhorruisse telas operosæ Minervæ ex Homeri testimoniis & Penelopes penso notum est. Quin & Macedonum Regi cibaria coxit uxor, *apud Herod.* ipsiq; Pheretimæ reginæ colum & fusum remisit princeps Salaminis. ut paulò ante diximus. De Romanorum moribus testatur Arnob. *lib.* 2. *adverf. gent. Matres familias vestras in atriis operantur domorum, industrias testificantes suas.* Nam Lucretiani omnes prædicabant, quod cũ ex improviso supervenissent, haudquaquam, ut regias nurus, quas in convivio luxuque viderant, tempus terentes, sed sera nocte deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem invenerint, muliebrisque certaminis laus penes Lucretiam fuerit. *Liv. lib.* 1. Tatius, cũ paciseeretur cum Romulo de raptis Sabinis etiamsi eas ab omni opere immunes haberi velit, lanificium tamen iis injungi concessit, *Plut. in probl.* in cujus rei argumentum Iberorum uxores olim colum & fusum cum stamine ad maritum deferebant. *Alex. ab Alex.* 4 *c.* 8. Augustus ad hanc faciem Filiam & neptes instituit, ut lanificio assuefaceret, *Sueton. in Aug c.* 64. cui soli omnes fœminas olim studuisse autor est Plutarch. *de clar. mulier.* nec veste temerè alia, quam domestica usus est Augustus, ab uxore & sorore, & filia neptibusq; confecta. *Suet. Aug* 72. Viteis Rex Chinensium ad fusum & acum adeò detrusit mulieres, ut ne suam quidem uxorem aliis operis voluerit traducere vitam. *Hier. Henning. in Geneal. Chin.* ICti inter operas, quas uxor marito debet, *l. sicut* 48. *de oper libert.* lanam carpendi, & vestimenta viro conficiendi artem annumerant. *l. sed si vir.* 31. *in princip. & §.* 1. *de donat. inter vir. & uxor.* unde collig. Accurs. *in l. si paterno. Cod. de negot. gest.* Suere & texere esse proprium mulierum, cui subscribit Homer. 6. *Iliad.* sub persona Hectoris increpantis uxorem:

85. *Quibus pœnis natæ sint mulieres.*

Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε
Ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ἔργον ἐποίχεσθαι, Πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.

Imitatus est Virgil. *lib 7 Aeneid.*

Cura tibi Divum effigies & templa tueri,
Bella viri pacemq; gerant. Item 8. *Aeneid.*
Cui tolerare colo vitam tenuiq; Minerva
Impositum &c.

Nec non Ovid. 12. *Metamorph.* *Columq;*
I, cape cum calathis, & stamina pollice torque
Bella relinque viris.

Tritum enim veriverbium est apud Græcos: Μὴ μάχεσθαι ἀνδρὶ θῆλυ. Et Naumachus Poëta, rectè adhortatur mulierem *apud Stob. serm. 71.*

Αὐτὴ δὲ οἱ τὰ θύρηφι, τὰ καὶ δύνατον ποιεῖσθαι.
Σοὶ δὲ τὰ οἰκοφίλη μελέτω, καλὰ βέβαιά τε φυλάσσειν.

86. *Respondetur Catalogo clararum mulierum.* Nec deniq; moramur catalogum Heroicarum fœminarum, quas ex universali historia producere licet, partim quia paucæ sunt, si comparentur ad infinitam copiam reliquarum, partim, quia naturam divino quodã afflatu superarunt. Quæ verò rarò accidunt, non debet curare legislator, *l. 5. de ll.* nec regula cõstituitur ex iis, quæ fiunt per accidẽs & ex causa supernaturali. Ostendimus supra *de jur. connub. in c. 2. sect. 2. n. 8.* quam multi ex patribus divinâ benedictione ante ætatem genuerint: nec tamen propterea leges in pueris potentiam generandi præsumunt, *c. quod sedem. de frig. & malef. l. si minor. l. si adult. ad l. Iul. adult. c. 1. ubi gl. Host. Zabar. Butrig. de del. puer.* quia malitia in quibusdam superavit ætatem, *c. de illis, in 2. c. puberes. c. fin. de despons. Impub.* & ætas omnium non est æstimanda ex paucorum privilegiis.

87. *Quæ extant præter rationem fiunt, nõ sunt absolutè trahenda ad consequentiam.* Profert Cicero *in Cat. Major.* robur Masinissæ, Cyri, L. Metelli, Nestoris, qui in summa senectute non destiterunt generare & res magnas feliciter aggredi, nec tamen inde audet senibus in universum juvenilem fortitudinem attribuere. *Nam non sunt,* inquit, *in senectute vires. Ne postulantur quidem vires à senectute. Ergo & legibus & institutis vacat ætas nostra muneribus iis, quæ non possũt sine viribus sustineri.* Feræ multæ mitescunt cicuratione, & tamen feritatem in omnibus præsumit lex naturalem. *l. 1. §. In best. ii 10. Si quadr. paup fec.* Sic quoq; in mulieribus quibusdam emicuit virilis animus, qui tamen omnibus attribuendus non est, quia universam naturam muliebrẽ destruit. 88. *Paucæ mulieres claræ.* Quod si tu mihi decadem unam exhibueris mulierum, quæ virtute regnum promeruerint, ego paucis illis ex adverso opponam centuriam earũ, quæ vitiis indignas se reddiderint. Quid habet, quod jactet Assyria præter Semiramidem? Nam Amesslem Aegypti prætereo, tanquam à Manethore effictam. *Euseb. in Chron.* & Nitocrin tanquam ab Herod. *lib 2.* intrusam. Quid Persia, præter Aspasiam Cyri. *Aelian. lib. 12. Var.* Iudæa præter Alexandram. *Ioseph. lib. 13. Antiq.* Massogetia præter Tomyrin? *Herod. l. 2. Iust. lib. 1.* Caria præter Artemisiam? Russi præter Helenam, quam ipsi propria lingua Olham vocant. *Sigumund. Baro in hist. Muscov.* Bohemi præter Lybussam, & si vis ejus quoq; ministrã, Valascam, *Dubrav. lib. 2. Aen. Sylv. in hist Bohem.* Poloni præter Vandam *Miechov. & Crom. in pr. hist.* Dani præter Margaretam, *Ioh. Mag. libr. 19.* Angli præter Elisabetham, & Britãni præter Bunduicam, regia stirpe ortam, regnique præsidem? *Xiphil. in Neron. ex Dione.* Nam quas Plutarch. *in lib. de clar. mulier.* claras virtutibus effert, in iis agnoscimus virtutes obediendi, non imperandi. 89. *Vera virtus mulierũ consistit in obediendo.* Tales enim peculiariter in muliere dotes requirit Arist. *1. Polit. cap. ult.* quales in servo & milite. Seneca, cum vellet Marciæ matronas Romanas imitandas proponere, ex tota antiquitate non corradit, nisi has paucas. *in consol. ad Marc. c. 16.* *Quis,* inquit, *dixerit naturam malignè cum muliebribus ingeniis egisse? par illis, mihi crede, vigor, par ad honesta libera facultas: laborem doloremq; ex æquo, si consuevere, patiuntur. In qua istud urbe, Dii boni, loquimur? in qua Regem Romanis capitibus Lucretia & Brutus dejecerunt. Bruto libertatem debemus, Lucretia Brutũ. In qua Clæliam, contemto hoste & flumine ob insignem audaciam tantum non in viros transcripsimus. Equestri insidens statua in sacra via celeberrimo loco Clælia exprobrat juvenibus nostris pulvinũ ascendentibus, in ea illos urbe sic ingredi, in qua etiam fœminas equo donavimus. Quod tibi, si vis exempla referre fœmi-*

fœminarum, quæ suos fortiter desideraverant, non ostiatim quæram. Ex una tibi familia duas Cornelias dabo. Primâ Scipionis filiam, Grachorum matrem. Duodecim illa partus, totidem funeribus recognovit, & de cæteris facile est, quos nec editos nec amissos civitas sensit. Tib. Grachum & Cajum, quos etiam, qui bonos viros negaverit, magnos fatebitur, & occisos vidit & insepultos: consolantibus tamen, miseramq; dicentibus, Nunquam, inquit, nõ felicem me dicam, quæ Grachos peperi. Cornelia Livium Drusum, clarissimum juvenem, illustris ingenij, vadentem per Grachorum vestigia, imperfectis tot rogationibus, intra penates interemtum suos amiserat, incerto cædis autore: tamen & acerbam mortem filij & inultam tam magno animo tulit, quam ipse leges tulerat. Accipio, Senecæ, quod ex Epist. ejus ad hoc negotium affert Lipsius *lib. 2. Polit. c. 3.* quod *nulli præclusa sit virtus; omnes admittat*, & quod *nec censum, nec sexum eligat*: cæterum nec tu quoq; inficias ibis: Alias virtutes communes esse toti hominum naturæ, alias aliis proprias, ut est ars imperandi & obediendi. Nec enim probus Imperator sit, qui benè didicerit obedire, nec probus miles, qui in congruum affectet imperium. Sexuum verò etiam discrimina fecit Arist. & suas cuiq; vir-

90. Audacia nihil habet cõmune cum prudentia.

tutes ascripsit. *1. Polit. c. 8. & alt.* Etenim quod nocturno penso socias exercuerit Lucretia, castumq; cubile Cõjugis servarit, eam superius virtutem fœmineo sexui attribuit Virgilius: quod Corneliæ fortiter filiorum mortem pertulerint, id commune habent cum viris: quod Clælia flumen tranarit, deceptis custodibus, in eo jàm Rex Hetruscus, quàm populus Romanus novam virtutem supra viros mirati sunt, sed quid hæc audacia ad feliciter gerendum imperium? Annon & *Cleopatra mul. ebriter perire noluit* & Fredegondis uxor Chilperici Regis Francorũ bellicosa simul denominatur, & libidinosa? Non audacia, sed prudentia reguntur Respubl. & hæc ipsa audacia, si cæteris mulieribus cum Clœlia communis esset, nec Porsennæ, nec populi Rom. admirationem in se concitasset. Quod si Liviam uxorem Augusti, Pulcheriam sororem Theodosij, Zenobiam Odenati PseudoImperatoris conjugem, imperii, cui consilio præfuerunt, capaces objicere peritis exercitis, ecce tibi ex eodem ordine, sed dispairis monetæ, crudelem Fulviam, libidi-

91. Paucarũ prudentia opponuntur multarum vitia.

nosissimam Messalinam, incestam Agrippinam, adulteram Faustinam, scelestam Semiamiram, parricidii simul & adulterii reas Ariadnen, Irenen, Zoen, Eudoxiam; & quas præterea longa referre mora esset. De Fulvia Antonini Imperatoris uxore & Cæsaris socru sic scribit Dion & ex eo Xiphil. *in Aug.*

Encomium Fulviæ.

Fulvia non tam odio, quam studio pecuniæ quærendæ, sæpe morte affecit at homines vivos suo incognitos, cui cum aliquando offerretur caput cujusdam ex proscriptis, Hunc, dicebat ipse, ignorabam Item; *Ea nonnũquam, quod mirum fortasse videbitur, accingebat gladium, signaq; distribuebat inter milites, atque apud eos sæpè numero concionabatur.* De Messalina uxore Claudii idem *in Claud. Temeritate atque intemperantia omnes fœminas sua ætatis superavit*: totumque *lib. 11. Annal.* in cædibus ejus & adulteriis describendis insumit Tacitus. Agrippina Claudii uxor Neronis mater, non contenta incesto Claudii patrui matrimonio, filio quoque se miscuit per ambitionem, ne Sabina plus autoritatis promereretur. Quin & Seneca & Burrhus eò rem rediisse dicebant, ut nisi Agrippina sublata Respubl. salva esse non potuisset. *Dion in Neron. Tacit. 14. Annal.* Faustinæ adulteros nominat Iul. Capitol. *in Ant. Phil. in fin.* eamque conditiones sibi quæsivisse & nauticas & gladiatorias apud Cajetam paulò ante dixerat. De Semiamira matre Heliogabali Lamprid. *in Heliog. in pr. Sine matris voluntate nihil in Republ. faciebat Imperator, cum ipsa meretricio more vivens in aula omnia turpia exerceret, Antonino etiam Caracallo stupro cognita, unde SCto cautum est post cædem Heliogabali, ne qua fœmina curiam posthac ingrederetur.* Quid repetam egregia facinora cæterarum? Ariadnes, quæ Zenonem maritum vivum sub terram defodit, & post 40. dies Anastasio silentiario nupsit. *Zon. & Cedren. in Zen.* Irenes, qui filio imperium præripuit, in suum nomen sacramento adactis legionibus, & impatiens consortis filio tandem oculos eruit, quasi incapacem sceptri redditura, *Zon. in Const. & Iren.*

Messalina.

Agrippina.

Faustina.

Semiamira.

Ariadne.

Irene.

quicquid pro ejus commendatione Paulus Diaconus persuadere conetur, quod imaginibus cultum restituisset. Quantum per *Zoes & Theodoræ* Zoes & Theodoræ sororum libidines Eudociæq;, cui Constantinus Ducas imperii tutelam commiserat, iniquas nuptias nocitum fuerit Orientali Imperio, apud Zonar. & Diaconum legere licet. 92. *Theodora Iustin.* Iustinianus Imp. *Nov. 8. c. 1. in pr.* confitetur *se participem fecisse consilij, eam, quæ sibi à Deo data sit, reverendissimam conjugem*, id quod in favorem quoque mulierum huc affert Thľos. *d c. 1. nu. 29.* & Blondus ait: *dec. 1. lib. 3. Tegebat multum ipsius Regis ineptias virtus reginæ omnia administrantis.* At quo quæso consilio profuit Theodora imperio, nimirum, ut adulteras eximeret à pœna capitali, *Novell. 134. c. 10.* fœmineum sexum virili per omnia æquiparet, *l. imperialis in pr. C. de nupt. l. lege 12. tab. C. de legit. hæred. §. Cæterum Inst. de legit. agnat. success.* Anthimum Eutychianum invitis & repugnantibus omnibus Patriarcham Constantinopolitanũ designaret *Zonar. in Iust. n. 10.* & Agapetum Episcopum Romanum reluctantẽ per Bellisarium ageret in exilium, *Diac. in Iust.* deniq; ut tributis duplicatis exederet populum, & seditioni necessariæ occasionem præberet. Sic enim de hac re Zonar. *in pr. Vit. Iusti. Neq; verò ille sic affectus erat: Imperatrix illi sive licentia, sive quovis modo faciendæ pecuniæ solertia cedebat. Sed & maritum longo intervallo potentia superabat, & novos eosq; varios quæstus ingeniosissimè reperiebat. Hinc subditi gemino onere premebantur. Nam & annua tributa exaggerabantur, & nova excogitabantur. Alij ut perperam de religione sententes multabantur: alij ut immodestè & petulanter viventes opibus privabantur, alij ob contentiones inter sese, alij deniq; alijs de causis, quæ breviter recenseri nequeunt.* 93. *Examinantur exempla clararum reginarum.* Talia sunt consilia mulierum, etiam quæ optimè proferuntur. Quid enim in Semiramide tantoperè admirandum, præter felicem temeritatem? Nam à parricidio auspicata, in incestum desiit. Privigno in exilium acto per Tyrannidem, cum se virum finxisset, regnum occupavit, factaq; sibi licentia quidvis agendi, adeò insatiabili libidine exarsit, ut filii quoque concubitum expeteret, à quo dignum tantis scelerib. præmium reportavit. Ne dicam vel ipsos primi seculi scriptores fingere in ea nescio quid Magicum, quam & ignoto complexu a Venere conceptam, & post necem in columbam, cujus simulachrum Assyrii pro insigni militari arripuerunt, versam fuisse scribunt. *Diod. lib. 2. 3. 4. Herod. lib. 1. Iust. lib. 1.* Nec dubium est, quin quæ de Lybussa & Præmislao Bohemi, de Vanda Poloni narrant maxima ex parte fabulosa sint, ut & illa, quæ de Lecho & Zecho Vincentius & alii nugantur. Al[ii] enim eundem Cracum, utriusq; fœminæ patrem constituunt: Aeneas Sylvius & Hagecus alium Cracum apud Bohemos, alium apud Polonos regnasse eodem tempore, [fe]runt, & Vapovius quidem Grachum no[mi]nat exulem Rom. circa annum 700. a Polonis in Principem electum, quem refutat D[lu]gossus, quod non viderentur sibi Poloni, qui externa imperia naturaliter oderunt, alienigenam exulem voluisse præficere. Alii ante natum Christi 400. annis Grachum apud Polonos fuisse scribunt, quos refutat Decius *lib. 1.* quia tum nec Grachorum, nec Polonorum nomen notum fuit. Sed & fab[ula]m [d]e interfecto juxta Cracoviam Dracone [r]efert Michov. *lib. 1. c. 5.* & pleraq; in dubium vocat Crom. *lib. 2. hist. Polon.* Quorsum verò illa de Præmislao Lybussæ marito fabula, quod detectus ab equo reginæ, cum prandere[t] super mensa ferrea, hoc est, vomere, boves aratores jusserit in ventos abire, qui contin[u]ò evanuerint, & Domino indicium dederint, quod à bobus ad equos esset transgressurus, tum etiam ex stimulo in terram defixo produxerit Corylum, tres ramos gerentẽ, quorum unus nuces ostenderit, reliqui [st]atim exaruerint, quo omine triplicem sib[i] [pro]lem, & ex iis unam tantum vitalem præ[dici] voluit. Imò ipsa Lybussa Sibyllæ comparari solet, ut Brela Medææ, & Therba C[irc]æ, propter Magiæ, sortium & herbarum car[mi]numque peritiam, adeò ut incertis id g[en]us & fabulis, quam verò similioribus narrat[io]nibus parùm fidei sit attribuendum. F[ac]ta 94. *Pro una bona regina multas subnasci malas.* men omnia vera esse, annon Polo[nis pro] Vanda, multas pertulerunt Rixas. S[…] cabatur uxor Miecislai II. quæ no[n] […] vivo marito multa impotenter e[…]

ejus mortem, cum regni administrationem in se transtulisset, metuens causæ suæ, filium Casimirum, cum magna thesaurorum copia, quasi per plagium abduxit, ita ut integrum sexennium & rege caruerit Polonia & Republica. Helena Lethi Albi noverca & tutrix, quibus non turbis dilaceravit principatum, dum nunc Miczislao Seni, nunc filio, prout commodis suorum videbatur commodius, se applicabat, & seditionibus omnia replebat. Quid referam Casimiri M. pellicem, quæ tot tantaque privilegia genti suæ Iudæorum exoravit, quibus ad hunc usque diem fruuntur. *Crom. lib. 5. 7. & 12.* ex quo factum, ut licet Hedvvigin adorarent, ut Deam, imperium tamen uni Iagelloni committerent Poloni, cum è contrario Vngari, quod Elisabethæ matri & Mariæ sorori, Hedvvigis sceptra dedissent, multis miseriis sese implicuissent. Accersitum enim Carolum de Pace seu Parvum Elisabetha interfici curavit ope Nicolai de Gara Palatini: mox jussu ejusdem idem passura, qui exitus expectabat etiam filiam in carcere, nisi cruento bello Sigismundus sponsus eam liberasset, & per vim totam Vngariam sibi subjecisset. *Iohan de Thvvrotz in descript. casus Caroli & reginar. ad finem part. 3. Chron. Vngar P. Ranzan. Epit. rer. Vng. Indice 29.* Helenam suám in Divarum ordinem relatam, quod prima baptismo Constantinopoli Ecclesiis initiata, & Drovvullianorū principis in maritum suum perfidiam pari perfidia ulta fuerit, jactent Russi, ut velint, jactent Aspasiam Ionicam Persæ, Massagetæ Tomyrin, Cares Artemisiam, alii alias: Vna hyrundo non facit Ver, & uni atq; alteri probæ infinitas licet opponere improbas; in regno Iudæorum. Indomitam Iesebel, parricidam Athaliam: in regno Persarum Superbam Vasthi, *Esth. cap. 1.* Zelotypam Amestrin, *Herod. libr. 7.* & perduellem Parysatidem, *Plutarch. in Artax.* In regno Aegypti Ptolemæorum lascivam Arsinoen, Cleopatras aviam & neptim, quarum illa filios armavit in se invicem, Alexandrum in Lathyrum, & hoc in exilium acto, non verita est veneno illius quoque vitæ insidiari, ut imperium omne in se transferret: hæc non tantum fratrem maritum & sororem è medio per Antonium tolli curavit, sed & Cæsaris & Antonij animum ita sibi devinxit, ut quicquid vellet, nutu efficeret, donec monstrosæ libidinis & insatiabilis regnandi cupiditatis impatientes Romani, *fatale monstrum*, ut ait Horat. *lib. 1. Ode 37.* darent in catenas, & finem afferret nobili regno enervata libidine mulier, cui principium attulerat masculа Lagi virtus. *Dion. lib. 47. & seqq. Appian. de bell. Parth. & Civ. lib. 1. 2. & 4. Plutarch. in M. Anton. Strab. 17. Ioseph. 15. Antiq. & 1. de bell. Iud.* Quid referam Circen, Medean, Omphalen, Lydian, cujus libidinibus ne ipse quidem Hercules modum ponere potuit? Quid Laodicen, Cappadociæ reginam, Ariarathis uxorem, quæ quinque filios veneno necavit, ut soli sibi ad imperiosum dominatum viam aperiret. *Iust. libr. 37.* quid alia congeram, omni scelerum genere nobilitatorū muliebrium imperiorū exempla, aut ex historiis Chinensium Bausam ob oculos ponam, quæ marito, à quo ex solitaria & religiosa vita extracta erat, per venenum clanculùm interfecto, regno 41. annos incubuit, tantâ cum libidine, ut non tantùm optimatibus, sed cujusvis sortis hominibus corporis sui copiam fecerit. *Consalv. Mendoz. libr. 2.* Fredegondis Chilperici Regis Francorum, sive uxor, sive concubina, postquam marito sceptrum è manibus excusserat, & pro libidine quidvis agere ceperat, per subornatos sicarios Sigebertum, mariti fratrem, regem Austrasiæ & Mediomatricum è medio sustulit, Prætextatum Archiepiscopum Rothomagensem in exilium pepulit, revocatumq; interfecit. Tandem, ne adulteria ipsius marito detegerentur, cum Landricum adulterum familiarius cum ea jocantem vidisset, in ejus necem, injecto timore, Landricum adegit. Quid eodem tempore Brunechildis, Sigeberti uxor in filium & duos nepotes machinata fuerit, quantaque bella inter Francos excitarit, paucis enarrari nequit. Convicta certè fuit decem parricidiorum, in regiam stirpem perpetratorum, & ob hæc scelera duobus equis discerpta à Clothario II. Omitto veneficia & incestus Basanæ, & parricidia Amelbergæ, reginarum Thuringiæ, quia & ipsa antiquitate incerta sunt & minus permovēt: Omitto tur-

91. Exempla pravarum mulierum.

turbas, quibus jactata est Scotia, cum Mariæ Stuartæ arbitrio regeretur, quandoquidem Catholici Buchanano fidem non habent: duas saltem Iohannas Neapolitanas contuendas adjicio, quarum prima tres maritos ex ordine trucidavit, & tandem Ludovvicum Andium Ducem in fraudem Caroli III. adoptavit successorem, ad eam rem copia sibi facta à Pontifice, ut scribunt Angel. & Fulgos. *l. si suspecta § fin. de inoffic. testam.* cum alias fœminæ sine licentia principis adoptare non possint. *§. fœmina. Instit. de adopt. l. mulierem C. de adopt.* unde, quam diu vixit, bellis infestam habuit nobile regnum, donec à Carolo capta, merita morte condemnaretur, quæ immeritos multos damnarat. Vt primum verò Carolus occubuit fraude Elisabethæ, Ludovvici uxoris in Vngaria, nec diu post secutus est patris fata Ladislaus filius, redeunte rerum summa ad Iohannam filiam, quæ cum propter vulgarem Venerem liberis careret, unum adoptabat post alium, prout libidini ejus videbatur, de novo recruduerunt intercina bella, hinc inde prædam affectantibus Andegavinis & Arragonibus, Iohannâ verò ne quidem ab adoptatis suis satis tutâ, eò quod varium & mutabile semper Fœminam quisque timerent, quorum is fuit exitus, ut Alphonsus jam non amplius fallaci adoptionis prætextu, sed armis sibi agendum putaverit, occupataq; per Cuniculos Neapoli, & exacto Renato Andegavensi, Gallorum Andegavensium stirpem prorsus deleret. Ita duæ mulieres suis vitiis amiserunt, quod majores per annos 177. multo sanguine beneficiis Pontificus obtinuerant. Quæ omnia eò adduxi ne quis copia exemplorum sibi persuaderi patiatur, mulieres perinde capaces esse sceptri, ut viros, cui tamen prærogativæ totæ earum natura repugnat, id quod manifestius evadet, si singillatim, non tantum in habitum corporis, sed & animi prospectare voluerimus. Hinc enim nascetur impedimentũ alterum, idq; majoris momenti quo à regnorum successione abiguntur fœminæ.

96. *A feudis militaribus regulariter ex-* Notum est à feudis, præcipuè militaribus, excludi regulariter mulierem *cap. 1. §. hoc autem notandum. de his, qui feud. dare poss. c. un. quemadmodum feud. ad fœm. cap. un. §. si quis igitur. § filia. de success. feud. c. un. in pr. de feud. fœm. c. un. in prin. de nat. succ. feud. c. un. in pr. de alien. pat. feud.* Cujus ratio assignatur *in cap. un. An mutus vel al. imperfect. quia servire non potest*, unde & Clericus *c. un. §. ex hoc illud. de feud. fœm. c. un. §. Si quis per triginta. 4. vers. Qui Clericus.* & mutus, surdus, cœcus, claudus à feudo repellitur, *d. c. un. An mut. vel alias imperf.* quia nullus eorum sufficit ad subeunda munera, quæ à vasallo requiruntur. *Bald. in l. quoties. C. de suis & legit. lac. de S. Georg. in verb. Marchio in Italia. num. 4. Sonsbec. de feud. part 9. n. 120 Vultej. c. 9. n. 16. Forcatz. 5. n. 1. de feud. Ioh. Pyrrh. de l. Salic. arg. 5. Fachin. lib. 7 Cont. jur. cap. 39. Tessaur dec. [illegible] dem. 227. Hartm. Pistor. lib. 2. q. 34. nu. 1. Knichen. in comm. ad jus & privileg. Duc. Sax. pag. 178.* E contrario *ex c. si cui miles. Casus quib. mul. in feud. quod est extraordinarium in edit. Cujac. lib. 5. feud. t. 104.* in feudo franco, cui nulla annectuntur servitia, aut non talia, qualia abhorreat pudor aut fragilitas fœminea, indubiè dicitur mulier succedere ut inde elicit Baldus, quia deficiente causa prohibitionis, deficit ipsa prohibitio *l. 1. ubi Bald. C. si Rector provinc. l. quod att. §. att lex. de repud. c. cum cessante, de appell.* & Iserа *in dict. §. hoc autem not. qui feud. dare* mulierem assuetam armis & idoneam pugnare, omninò putat esse in feudo successibilem quocunque. Quod si hæc consuetudo rationalis est, quid prohibebit, quin ejus rationem ad hoc quoque institutum trahere fas sit. Multò quippe minus sufficiet fœmina ad totius regni administrationem, quæ in imperando consistit, si non sufficit ad officia servilia, quæ in obediendo. Thom. Smith *lib. 1. de Repub. Anglor. c. 16* hoc argumentum sic retorquet, quòd licet fœminæ [illegible] prudentia in medium consulere nequeant, alieno tamen consilio sufficienter sapiunt, dum ab ipsarum latere viri nunquam recedunt, quemadmodum objicit & Greg. Tol. *d. c. 11. n. 94.* quod vasallus possit servitia expedire per substitutum. Alias, si qualitates ad servitia requisitæ morosè exa[illegible] essent, multi possessores feudo carerent, [illegible] dictum fuit supra *hoc eod.* [illegible] nævum aliquẽ corporis, aut imbe[illegible] animi 97. *Et animi* [illegible] 98. [illegible]

animi non posse regno hæreditario aliquem exequi, quod & prolixè exaggerat Smith. *d. c.16.* sanguinis magis, quàm sexus rationem habendam, & Thol. *d. nu. 94.* exemplum opponit ex hæreditariis aut maternis feudis, quibus omnibus priusquam inhabilitarem
100. Diluitur. 1. Resp. mulierum deducamus, breviter satisfaciemus. Et quidem, quod in quibusdam feudis fœminæ admittantur, id fit præter naturam feudi, ex certo pacto, quo servitia remisit & juri suo renunciavit Dominus *c. un. §. filia. de success. feud. cap. un. ibi. Si Dominus dare voluerit. c. un. in princ. de nat. success. feud.* Atqui in Republ. nec est, qui remiserit, nec qui remittere possit ea, quæ Rex debet pro salute regni. Nisi enim officium fecerit nauarcha, non dubium est, quin navis debeat
2. Resp. ludibrium ventis. Quod verò magis sanguinis, quàm sexus ratio habẽda sit in successione regnorum, falsum esse patet ex fine, cujus gratia princeps præficitur. Nec enim possidet princeps Remp. ut propriã, ita ut in ea principis potius, quàm principatus salus spectãda, sed si casus incidat, ut Vivo Codro Athenæ stare nequeant, Reip. prius consulẽdum, quam regi, ut supra *sect. 7. & c. 1. sect. 1.* demonstravimus. Si quid igitur magni mali metuatur à sexu, & sine interitu Reipub. fieri
3. Resp. queat, potius quid expediat Reipub. quàm quid sanguini, considerandũ. Nec verò, quod in hoc argumento præsupponitur, deferri sanguinem, ut primùm fœmina excluditur, ita se habet, quia dum vocantur ex cognatis, qui remotiores erant fœminis, magis familia & sanguis observantur, quàm si admitterentur propiores fœminæ. Aut enim nubit fœmina, aut innupta moritur. Si non nubit, stirps emoritur unâ cum ipsa. Si nubit, trãsit in familiam viri, & ejus sanguinem substituit pro suo, quia partus sequitur patrem.
4. Resp. Quod verò primò loco objectum fuit, de servitiis per substitutum præstandis, id cum ea exceptione intelligendum, si sit Domino acceptabilis, *c. un. §. firmiter, de prohib. feud. alien. per Fred. c. un. in fin. de feud. leg.* aut nisi præsentiam vasalli Dominus exigat *Iacob. in verb. Investit. n. 12. Moz. Z. de sub. feud. n. 16. in fi.* Iam verò præsentiam Regis ubiq; exigunt magna pericula & res arduæ, quibus mulieris infirmitudo par non est, nec Mercenarius magistratus unquam Reipubl. acceptabilis esse potest. Proinde nec illud satis est ad salutem Reipubl. si regina, quæ per se ambulare nequeat, innitatur viris, tãquam fulcris, quemadmodum ultimi Merovingiorum locum & honorem servabant regium, de cætero obnoxii arbitriis Pipini & Martelli, Majorum, quos vocabant, Domus. Nec enim Rex præficitur, ut regatur ab aliis, sed ut regat, nec in potestate alios habere potest, qui ipse in potestate est. *l. sic eVenses 21. ad l. Iul. adult.* Et pessimè tum sibi, tum Reipubl. consulunt, qui toti pendent à nutu alieno. Non enim, quibus summa rei commissa est, abutuntur tantum ignaviâ regis, populum exhauriendo, sed nõ rarò vicariam operam demutant in propriam, & principi ipsi coronam detrahunt, ut inter causas corruptionis latius explicabimus. Non potest igitur Respubl. salva esse, nisi princeps, quæ ipsi fas est, opera suâ præsentiâ obeat, & proinde principis locum nemini conscendere licet, nisi qui principis officio satisfacere queat.

Summa verò ejus, consistit in hoc, ut tàm pacis, quàm bello prudenter prospiciat. Ἡ γὰρ φρόνησις, ait Aristoteles 3. *Polit.* ἄρχοντος ἴδιος ἀρετὴ μόνη. In genere nomino prudentiam, quoniam per partes eam velle hoc loco deducere, & intempestivum foret & præterrem prolixum. Quam longè verò mulieres habitent à sano prudentiæ, vel ex eo conjicere est, quod fortunam Antiquitas muliebri habitu pinxerit, ut indicarent, nihil in ea consilii reperiri aut prudentiæ, de qua re sic scribit Galenus, sive quicunq; autor est *libri exhort. ad art. & disc. capess. c. 2. in pr. Fortunam cum indicare nequitiam veteres vellent, sive pingerent eam, sive fingerent, fœminea specie eam exprimere non contenti (quasi nunquam hoc satis esse ad significandam ejus amentiam potuisset) ei etiam gubernaculum manibus habendum tradiderunt.* Athanas. verò *in orat. advers. Idola*, exprobrat gentibus, quod Deorum quosdam fœmineo habitu finxerint, cum Philosophorum testimonio tales ne ad Reipubl. quidem gubernacula admittendi essent, nedum ut providentia sua toti mundo regendo sufficere possent. Attamen hi ipsi Gentiles errorem suum

101. Summa officii regis consistit in prudentia.

102. A qua prorsus abhorret indoles mulierum.

quodammodo] agnoverunt, dum sapientiæ præsidem Minervam, non ex muliere, sed Iovis cerebro, prognatam ferunt, *Galen. lib 3. decret. Hippocr. & Platon. c. 8. ex Chrysippo* quasi absurdum fuisset, sapientiam è muliere voluisse extrahere Versus & sententia Martiani *in hymno Palladis* hæc est:

> *Hanc de patre ferunt sine matris fœdere natam,*
> *Provida consilia quod nescit curia matrum.*

105. *Senatusconsulta matronalia.* Heliogabalus non contentus Semiramiram matrem in Senatum vocasse, fecit & in colle Quirinali Senaculum, id est, mulierum Senatum, ex cujus SCtis documentum petere licet, de prudentia muliebri. Sic enim de his scribit Ael Lamprid. *in Heliogab in pr. Facta sunt SCta Semiamirica ridicula de ll. matronalibus, qua quo vestitu incederent, qua cui cederent, qua ad cujus osculum veniret: qua pilento, qua equo sagmario, qua asino veheretur, & utrum pellicea, an ossea, an eborata, an argentata, & qua aurũ vel gemmas in calceamentis haberent.* De his quippe philosophari solẽt mulieres: ad leges ferendas, decidendas intricatas lites, ferienda cum callidis populis fœdera, ducenda feliciter bella, non magis aptæ, quàm Hercules κρεκωπόφορος ad acum & fusum. Quid deposcit sibi agmen mulierum, Senatores in foro obruentium, cum Papyrius matri persuasisset:

104. *Et alia ridicula.* *Actum esse in Senatu, utrum videretur utilius, magisq; è Republ. esse, Unus ne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset, nisi una potius ut duobus nupta fieret, quàm uni dua. Gell. li. 1. c. 23. Macrob libr. 1. Saturn. c. 6.* Stulta matris curiositas, stulta credulitas, stulta omnium matronarum temeritas, quæ unius pueri simulato indicio passæ sunt se in publicum agminatim protrudi, stultissima verò rogatio, quâ id fieri petierunt quod nunquam factum fuit, nec per naturam fieri potest, ut scil. una nuberet simul duobus, ut demonstravimus *lib. de jure Connub. c. 4. sect. 1.* Quid voluit sibi alter ille mulierum ex urbe, oppidis, conciliabulisq; confluxus, quem severa oratione compescuit M. Cato, an ut aliquid pro reficiendis lacunis Reipubl. vel exorarent, vel conferrent? quin potius, ut modestiam, quam iis injunxerat C. Oppij rogatio, dep[illegible] & pristinum ornatum sibi recupera[illegible] *lib. 33. in princ. Quid .s*, inquit Ca[illegible] *quod matrona consternata procurrunt in [illegible] blicũ, ac vix foro se & concione abstinent, ut captivi ab Annibale redimantur [illegible] Viri, liberi earũ? Non pietas, non sollicitudo pro suis, sed religio congregavit eas. Matr[illegible] Idaã Pessinunte ex Phrygia venientem accepturæ sunt. Quid honestum dictu saltem, seditioni prætẽditur muliebri? Ut auro & purpura fulgeamus, inquiunt, ut carpentis [illegible] profestisq; diebus, velut triũphantes de lege victa, vehemur, nec ullus modus [illegible] sumtibus, nec luxuria sit?* Id sc. curat populus muliebris, quod ad ornatum attinet, non quod ad bonum publicũ. Cato in ea oratione quam pro l. Oppia habuit, sic disputat: *Ne [illegible] quidem vos, si sui juris finibus matronas [illegible] tineret pudor, quæ leges hic rogarentur, abrogarenturve, curare decuit. Majores nostri nullã ne privatam quidem rem agere fœminas sine auctore voluerunt: in manu esse parentum, fratrum, virorum. Nos, (si Dijs placet) jam etiam Remp. capessere eas patimur & foro quoq; & concionibus & comitiis [illegible] sceri. Liv. d. lib. 33.* Voluerunt enim non [illegible] dò Romani, sed & Græci, *ut refert Harp[illegible] tion*, mulieres vivere, sub perpetua tutela & lege Attilia sancitũ refert Ulp. *t. 11.* ut mulieribus & pupillis tutores non habentibus à prætore & majore parte tribunorum darẽtur, 105. Romanis [illegible] cujus legis autoritate Hispalæ [illegible] næ, B[illegible] chanaliorũ in [illegible]dici, præmii loco [illegible] ultum esse scribit Liv. *li. 39.* ut tutoris ite op[illegible] esset, quasi ei vir testamento ded[illegible]set, quo [illegible] post patroni mortẽ in nullius manu e[illegible] [illegible] nẽ aperit Cic. *pro Muran.* inquiens. *[illegible] propter infirm. itatem consilij Ma[illegible] torum potestate esse voluerunt.* Ul[illegible] *verba itaq;* vocat *sexus imbecillitatẽ* [illegible] mox interpretatur his verbis: *Si non [illegible] sint versata. § sed ita demum. ad [illegible]* Eę quippe nõ rarò deprehendu[illegible] *contra propria cõmoda. l. si pa[illegible] de [illegible] sal. Soc. cons. 9. circa primũ. co[illegible] re, et. Auth. Habita. coh. 42. C ne [illegible] arg. l. fin. de pact. convent.* Pro[illegible] dorum interpretes denegant fu[illegible] 106. Muli[illegible] minis, quia pars servitiorum [illegible]

Domi-

Domino dare, *c. un. in fin. de nov. form. fidei*, quo mulieres sexus destituitur, *Bald. in c. significavit. de rescrip.* Ita Aristot. 2. *Pol. 1. c. 7.* malè agi cum Repub. dicit, in qua dominantur fœminæ, cujus rationem præ- *in fin. 1. Polit. c. 8.* dum ait: *Servus*, (puta, qui natura, non qui bello, in servitutem damnatus, explicante Sepulveda) *prorsus non habet vim consultandi: fæmina habet quidem, sed infirmam. Habet & puer, sed imperfectam.* Naviz. *sylv. nupt. lib. 4. num. 29* ut simplicitatem mulierum excusei, culpam rejicit in naturam, & præposteram conformationem cranii, quam nos *in libr. de jur. connub.* risimus. Non tantum enim non pauciores, sed plures futuras ferè habent calvariæ fœminarum, perinde ut puerorum, propter mollitiem, à qua nativa ingenii imbecillitas potius, quam à ficta cranii structura petenda esset. Quæ enim humiditas in pueris efficit vim ingenii imperfectam,
107. *Quæ de causa.*
eadē in mulieribus efficit imbecillem, quoniam nullum temperamentū minus aptum ingenio est, quàm pituitosum.

108. *Mulieres destituuntur experientia.* Accedit ad imbecillitatem nativam sedentaria vita, & quæ debet institui, procul à commerciis virorum, in Gynæceo educatio. Ars enim gubernandi usu discitur & experientia, qua necessum est destitui mulieres, quæ à rebus gerendis procul se habere tenentur, nec literis erudiuntur, nec peregrinari permittuntur. *c. mulieres in pr. de jud.* Sine his verò adminiculis impossibile est, ad arcem prudentiæ & sedem consilii pervenire. Unde non desunt ex ICtis, qui negant statuto condendo debere interesse mulierem. *Bologn. in d. Auth Habita. C. de fil. pro patr.* & Bartolus *l. 1. de ll.* demit mulieri jus ferendæ legis, quod lex definiatur *Virorum prudentium consilium Corras. in l. 1. n. 4. 5. de ll.* licet dissentiat Connan. *1. Comm. c. 8. num. 4.*

Quod si copia consilii & prudentiæ apparatus apud aliquam præter spem, aut, *ut ait Arist. 1. Pol. t. c. 8. præter naturam* inveniatur, tot tamen vitiorum impedimentis involvitur, ut ne sic quidem quicquam Reipubl. proficere queat. *Sexus enim mulierum*, ait Chrysostom. *aut quisquis autor est. 2. part. homil. in Matth. hom. 23. in prine. incautus & mollis est: Incautus, quia non omnia, quæ videt aut audit, cum sapientia & ratione considerat: Mollis autem, quia facilè inflectitur vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum*, & Hieron. *in regul. Monarchar. ad Eustach. cap. 16. Debilis est nimium sexus, quem geritis, ac fragilis & mobilis, si suo relinquatur arbitrio.* Tritum est illud

Varium & mutabile semper Fæmina. c. form. de V. S. c. Adam. verb. facilitate. 33. q. 5. In Principe verò, propter pondus rerum gerendarum, naturaliter requiri constantiam, *lib. 1. de jur. Maj. c. ult. num. 8.* diximus & infra ex communi Politicorum sententia condemnabimus Democratiam propter instabilitatem vulgi. Cur non eadem de causa improbemus in optima, quam nobis proponimus Republ. muliebre dominium, quia, ut proverbio Germanico dicimus, *sub longis vestibus occultat brevem animum*, id est, brevi intervallo mutabilem. Latini Mulieris animum adagii loco usurpant, pro inconstanti mutatique proclivi, *ut in Chiliad. Erasm. pluribus videre est.* Videmus enim eas uno ore flare & sorbere, eadem hora flere & ridere, aliud stantes, aliud sedentes loqui, nec lachryma citius arescit, quàm impetus animi muliebris defervescit.
109. *Item constantia, quæ in principe requiritur.*

Præterea mulieres propter credulitatem facile decipi docet Arist. *9. hist. anim.* & ex eo Albert. M. *lib. 8. de Anim. in pr.* quia secūdum Fulgentium, *Credulitas est mater deceptionum.* Chrysost. *homil. 23. in 2. ad Corinth. mulierum proprium*, ait, *esse, decipi*, quod Iustin. sæpè repetiit *§. Et si consentiat 2. Novell. 61. l. fin. C. de ; act. conv. l. un. §. 15. C. de rei uxor. act.* Serpens propterea non Adamum primis præstigiis adoriebatur, sed Evam, quam facili negotio in partes suas traxit. *Nullum* enim ... 110. *Mulieres facile propter credulitatem decipiuntur.*

Fæminea in pœna est, nec habet victoria laudem.

quia nihil facilius superatur, quàm credula fœmina, ut propterea coactus fuerit Horat. *lib. 1. Od. penult.* Cleopatram fingere ultra sexum generosam, ut ex ejus interitu ædificaret laudes Augusti. Etenim Theodora, quæ cum filio Michaele post obitum mariti impetium susceperat, cum bello peteretur à

Bulgarorum rege, sic rescripsit: *Si viceris mulierem, parum laudis reportas ex muliere victa: si succubueris, vide, quantum dedecoris passurus, superante virum fœmina. Zonar. in Mich. & Theod.* Iuno idem exprobrat Veneri: *apud Virgil. lib. 4. Æneid.*

Egregiam verò laudem & spolia ampla tulistis,
Tuq; puerq; tuus, magnum & memorabile nomen,
Vna dolo Divûm si fœmina victa duorum est.

Item Arminius: *Egregium patrem, Magnum Imperatorem, fortem exercitum, quorum tot manus unam mulierculam avexerint. Non se proditione, neq; adversus fœminas gravidas, sed palàm adversus armatos bellum tractare. &c. apud Tacit. 1. Annal.* Ecquid verò in principe cogitari potest funestius, quàm si facilè sibi à quocunque delatore patiatur palpum obtrudi, si patulas aures gerat cujusq; calumniis, & cujusvis fallaciis fiat obnoxius? Et ne suspiciones, avaritiam, luxuriam, præcipitantiam, temeritatem, & cætera mulierum nativa vitia, ob quæ Tacitus 4. *Annal.* iis interdictum scribit comitatu proconsulum & legatorum, in medium afferam, taciturnitatem saltem velim mecum quisquam *ex c. de Senat.* repetat, quamque sit necessaria Reipubl. ad tegenda arcana, consideret. Metellus Macedonicus dicere solitus est, se vel subuculam commutaturum, si sciret eam consilij participem, quod ex ejus ore tractum frequenter usurpare solitus fuit Iohannes Albertus Rex Polonorum. *Crom. lib. 30.* An verò secretum quicquam est, cujus mulier conscia? Vasallus quia Domino jurare tenetur, se secreta, sibi commissa sub nomine fidelitatis, non revelaturum, *c. un. qualiter jurare deb. c. un. in fin. de nov. form. fidel. c. un. verb. Tutum. de form. fid. c. un. §. Item qui dominum. vers. Item si delator. Quæ fuit prima caus. ben. amit.* & perdit beneficium, *si credentiam scienter ad Domini damnum manifestaverit c. un. Quib. modis feud. amitt.* idcircò meritò à feudorum possessione excluduntur fœminæ, quia plenæ rimarum sunt hac atq; illac perfluunt, *Terent. in Eun. act. 1. sc. 2.* & hanc unam causam annumerat Tacitus, quã propter legatis veritum sit, mulieres secum trahere in provincias. Nam ut Plautin illa ait *in Aulul. L quas somnes habemur, nec mutam ullam repertam esse hodie dicunt mulierem ullo in seculo.*

Σμικρᾶς δ' ἀφορμῆς ἢν λάβωσι τῶν λόγων,
Πλείους ἐπεισφέρουσιν. ἡδονὴ δέ τις
Γυναιξί, μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν.
Euripid. in Phœniss.

Hieron. *aut quicunq; autor in regul. Monarchar. ad Eustoch. c. 9. Fœmina,* ait, *nihil retinere norunt absconditum, imo ante garrulando manifestant, quam sciunt.* & Chrysost. *super 1. Epist. ad Timoth. c. 2. hom. Docere mulieri non permittitur in Ecclesia. Est quippe fermè loquax muliebrium sexus. Ideò fluentem omni ex parte restringit ac comprimit. Qui fœmina aliquid committit, idem facit, ac si in foro denuntiaret voce præconum omnibus,* ait Antiph. *apud Stobæum serm. 72.* quoniam *muliebris garrulitas id solum tacere potest, quod nescit.* Senec. *lib. 2. Controv. 13.* Hinc Plautus *in Trinum:*

Vxorem quoq; ipsam hanc rem ut celes facito,
Nam pol tacere, nunquam quicquam est, quod queat.

Sed quid Comicum profero, cum Catonem ipsum habeam, qui inter tria, quorum se pœnitere dicebat; primo loco referebat, *quod unquã secretũ indicasset fœminæ. Plut. in Cat. Maj.* imò quid Catonẽ, cum Iovis admonitio mihi in parato sit, qui Iunoni, *Quamvis, ait, mea uxor es, tamen non omnia scies, apud Homer. Rhaps. 1. Iliad.* aut si mavis aliquẽ ex atris, Agamemnonis umbram, quæ Vlyssem monet, *ne omnia consilia credat mulieri. apud. Hom. 11. Odyss.* Imò quid Deos fictitios jacto, aut Sibyllam fatidicam, sub exitum mundi imperium totius ad manus mulieris relapsurum Præsagientem, *lib. 1. Oracul.* cum sacras literas ipsas producere queam? *Mich. c. 7. Custodi oris claustra, ab iis, quæ dormiunt in sinu tuo,* id est, ab uxoribus, ut interpretatur Lyra: quod si observasset Fulvius, ut nominat Plutarch. *in lib. περὶ ἀδολεσχίας,* aut Fabius Max. *ut Tacit. Annal & Lipsius ibid. in Comment.* non coactus fuisset, suiipsius gladio incumbere. Nam uni illi furtivos suos amores crediderat Augustus,

III. *Taciti & celare non possunt.*

III. *Quod probatur auctoritatibus.*

IIII. *Et exemplis.*

guſtus, quos cum ille apud uxorem incautè effutierat, ſtatim inde penetrarũt Gynæceum Liviæ. Auguſtus igitur reprehenſus ab uxore, quod id non aliunde ſciri potuiſſe noviſſet, quam ex ore Fulvij, ingreſſum ad ſe Fulvium, & ſolâ oratione ſalutantem: *Ave Cæſar*, hoc reſponſi accepit: *Vale Fulvi*, quod morituris dici ſolet. Atq; is intelligens domum illicò ſe ſubduxit, & vocata uxore, *Reſcivit*, inquit, *Cæſar, me non ſiluiſſe arcana. Ideo mori mihi decretum eſt.* Vxor autem, *Iure*, ait, *quoniam tàm diu mecum habitans, vivensq; nec noveris, nec caveris intemperantiam mea lingua. Sed præcedam tamen ego, & accepto gladio ſeipſam coram viro interemit*, ut quidem Plutarchus memoriæ mandavit. At Tacit. addit ejus planctus fuiſſe in funere viri auditos, quemadmodum & Ovid. *de Pont. Eleg. 3. libr. 1.* introducit eandem poſt fata viri ſuperſtitem. Non abſimile quid refert Marcell. *lib 18 poſt. pr.* de Aſſyria Barrationis uxore, quæ, cum vanam ſpem ſuam & metum futuræ pellicis, ad viſum perſcribendum ancillæ incautè dictaſſet, & illa literas prodidiſſet, iàm ſibi, quàm marito infamem mortem induxit. Papyrius prætextatus, cui lubricitas muliebris incognita non erat, ne matri quide ſecretorum quicquam communicare voluit, quæ ejus provida occultatio magno munere à Senatu donata fuit. Nam quod uno die ex ejus ore importunis precibus everberarat, poſtridiè totus mulierum exercitus ante curiam cùm Senatu expoſtulatum venit. *Gell. lib. 1. c. 21.* Annon Neoptolemi conjurationem, Phænareta fœmina detexit *Plut. in Pyrrh.* & proinde *in tr. de conjur.* oſtendemus, mulierem conjurationis impunè nunquam fieri participem. Nam quod *apud Senec. 3. lib. contr. 13.* mulier à Tyranno torta, fingitur noluiſſe Tyrannicidã prodere, id Portius Latro accipit, quaſi ſupra naturã factũ. Annon Eriphile viri vitã auro vendidit? *Cic. 6. in Verr. Hyg in. Fab. c. 73.* & ex quinquaginta Danaidibus,

Moliri ſuis lethum patruelibus auſis.
Ovid. 4. Metam. non extitit, niſi
Vna de multis face nuptiali
Digna, quæ perjurum fuit in maritum
Splendidè mendax & in omne virgo
Nobilis ævum.

Surge, quæ dixit juveni marito
Surge, ne longus tibi ſomnus, unde
Non times, detur, ſocerum & ſceleſtas
Falle ſorores.
Quæ velut nactæ vitulos Leænæ
Singulos, Eheu, lacerant: ego illis
Mollior, nec te feriam, neq; intra
Clauſtra tenebo. Horat. lib. 3. Od. 11.

Apollon. lib 2. Pauſ. in Corinth. Tam paucæ ex tàm multis reperiuntur frugi mulieres,

Vix ſunt numero totidem, quot
Thebarum portæ. Vel divitis oſtia Nili.

Vnde non àbs re Romani Comitiatum proconſulis juſſerunt eſſe ſine mulieribus, ne vel impedimentis ſuis iter remorarentur, vel luxu & avaritia gravarent provinciam, quoniam, ut ex Eriphiles proditione colligit Cic 6. *in Verr Mulierum genus avarum eſt*, & Seneca ait *lib. 2 Controv. Muliebrium vitiorum fundamentum avaritia.* Nam & hanc interdicto nuptiarum ſacerdotum rationem aſſignat Pelagius, quod per uxorem & liberos ſoleat periclitari Eccleſiaſtica ſubſtantia, *c. de Syracuſana. diſt. 28* quam licet refutet Leo, *conſt. 2.* non tamen negat Eccleſias gravari ſolere, ſed potius propter hoc incommodum à divinis legibus putat recedendum non eſſe, quæ ferè ſumma eſt diſcurſus Caroli Paſchal. *de legat. c. 27.* quò contendit, Legato fas eſſe, uxorem ſecum in provinciam ducere, quemadmodum Philippus Alexandri M. Pater, quocunque ferret arma, uxorem ſibi comitem junxit, *Athen. lib. 3.* Hipſicratea tonſis capillis equo ſe & armis aſſuefecit, quò facilius periculis & laboribus viri Mithridatis intereſſet. *Valer. Max. lib. 4 c. 6.* Auguſtus Livia comite ſæpè in Occidentem, ſæpè in Orientem meavit, *Sueton. in Auguſt. Tacit. lib. 3 Annal.* Pompeja Plotina multum auxit gloriam Trajani. *Vict. in Iul.* M. Antoninus Philoſophus Fauſtinam in æſtivis ſecum habuit, & matrẽ caſtrorũ appellavit. *Capitol. in Anton. Phil.* Alexander Severus de conſiliis matris unius totus pependit, & amplexib. eius implicitus, in medio expeditionis Perſicæ fervore, ſub tabernaculo cõfoſſus eſt. *Herod. in Alex.* Non n. mulierib⁹ in provincias aditus propterea aperiendus, quod Reip. nihil noceant cũ Fauſtinã omni genere adulterorum vagando

114. *Mulieres avaritiâ rapere ad ſe bona regnorum.*

115. *An uxores comitari viros in legatione debeant.*

vagando frena relaxasse referat, Capit. *in Anton. ad fin.* & de Mammæa matre Alexandri sic scribat Herodian. *in Alex. in pr. Cum simularet, ideò se thesauros congerere, ut suppeditaret Alexandro, quod is facilè abundanterq; sua largiretur militibus, proprios domi thesauros extruebat. Quæ res Imperatori notam infamia attulit, quod illo scilicet invito atq; indignabundo etiam mulier avida, per fraudem bona quorundam atq; hereditates suppilabat.* De Theodora, Iustiniani conjuge, quam acerbè sanguinem civium exuxerit, & de Sophia Iustini, quomodo per imprudentiam Gothos in Italiam traxerit, *ex Zona, in Iustin. & Diac. append.* diximus. Scoti etiam lege lata vetuerunt regibus uxores assidere, quod Rex insidiis uxoris venenum subornatũ bibisset. *Bodin. 6. de Republ. c. penult.* Ne interim addam Philippum, Augustum, Antoninum Philos. Alexandrum, Iustinianum, malè audivisse, & in contemtum imperia sua posuisse, quod mulieribus submissius, quam fas fuisset, obsequerentur. Vnde Vlpia. *l. observare 4. §. proficisci. de off. procons. Etiamsi, ait, cum uxore possit, Melius tamen esse sine uxore proficisci.* & addit Senatum, Cotta & Messala Coss. seu ut refert Tacit. 4. *Annal.* Cotram Messalinum censuisse, *futurum, ut, si quid uxores eorum, qui ad offi. ia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio & vindicta exigatur.* Ferè enim peccato non abstinent, ubi licentia deteriores fieri ceperunt, ut ex *Tacit. Annal.* repetiit Bernh. Walther. 1. *Miscell. jur. c.* 13. Si quid igitur hac in parte indulgendum mulieribus, non aliter indulgendum est, quàm majoris mali vitandi gratia, sc. ne alteruter conjugum incidat periculum adulterij, & privetur mutuo adjutorio, cujus gratia institutum fuit primitùs matrimonium. Vetuit enim Paulus conjuges *se sibi subtrahere, nisi ad tempus propter solemnes preces ne tentarentur à Sathana 1. Corinth, 7.* Porius enim gravanda est quodammodo Respub. quam contra divinum præceptum. & reges conjugales, usus matrimonij dirimatur, cum ex duobus malis semper eligendum sit minus.

116. *Pudorem ar-* Ostendimus huc usque, quàm sint inidoneæ fœminæ ad sceptra capessenda, sive animi sive corporis vires [illegible] quem [illegible] tiis, si quà virtutes in iis [illegible] diantur, nunc, etiamsi concedamus, vim animi non deesse mulieribus, nec virorum annatorum copia suffocari, adhuc à publicis Reipub. officiis arcentur fœminæ pudore, quem in muliere majorẽ, quam viro quantumvis bono, requirit Arist. 3. *Pol. 1. c. 3.* & quod in honestum sit, nimisque periculosum, fæminam principem, præcipue quæ superiorem non timet, nec affectibus satis imperare didicit, dies noctesq; versari cum viris cujusque sortis & ingenij. M. Porcius Cato in ea oratione, quam pro lege Oppia recitavit, non tàm stomachatur contra luxuriosam mulierũ rogationem, quàm quod non veritæ sint in publico agminatim concurrere, ut Valerius ipsi, dum respondet, objicit, quod plura verba in castigandis matronis, quam rogatione dissuadenda consumserit, *Hac consternatio muliebris*, inquit, *post alia, sive sua sponte, sive autoribus tribunis facta est, haud dubiè ad culpam magistratuum pertinens, nescio vobis tribuni, an Coss. sit magis deformis? Vobis, si fœminas ad concitandas tribunitias seditiones jam adduxistis: nobis, si ut plebis quondam, sic nunc mulierum secessione leges accipiendæ sint. Equidem non sine rubore quodam paulò ante per medium agmen mulierum in forum perveni. Quod nisi me verecundia singularum magis majestatis & pudoris, quam universarum tenuisset, ne compellatæ à consule viderentur, dixissem: quis hic mos est in publicum procurrendi, & obsidendi vias, & viros alienos appellandi? Istud ipsum suos quisq; domi rogare non potuistis? An blandiores in publico, quam in privato & alienis, quam vestris estis?* & quæ præterea sequuntur, *apud Liv. lib. 34.* Romani enim non sinebant fœminas in publicum protrahi, quemadmodum Valerius ait: *Quid fœmina cum concione, si patrius mos servetur? nihil. lib. 3. c. ult. n 6.* Nam ob eam causam olim fœmina arrogari non poterat, quoniam, ut explicat Gell. *l. 5. c. [illegible] cum fœminis nulla comitiorum com[illegible]* Postquam jus comitiorum [illegible] ad principes, *l. 1. ad l. Iul. Ambit.* ve[illegible] dem morem, abolitâ causâ, retique[illegible] potesta-

[illegible] cœ fœm[illegible] etiam [illegible] capacis.

117. *Romani non sinebant uxores apparere in publico.*

potestatem sibi reservarunt per rescriptum tacitè item, quibus voluerint, red lendi. *l. Nam & fœmina. 21. de adopt. & emanc.* qua... o publica honest. s amplius non obstat. Al... s enim leges Romanæ non tantùm *ab omni judiciali agmine*, ut ait Iustin. *l. ult. C. de rec. arbitr.* à conventibus virorum & judici... s, *l. maritus 21. C. de procurat. l. o... nes §. Fœminas. C. de his qui ven. at. impetr.* ab omnibus officiis civilibus vel publi... *l. 2. d. R. I.* procul se tenere mulieres jube... etiam Constantinus vetuit mulieres suo comitatui extra patriam exhibere, etiamsi in eam rem impetratum fuerit Imperatorium rescriptum, *l. un. C. Quando Imper.* vetuit judicem mittere aliquem officialium ad eam domum, in qua materfamilias degit, cum præcepto, ut eam extrahat in publicum, *l. 1. C. de off. divers. judic.* quod repetit Bonifacius IIX. *c. mulieres. de jud. in 6* ubi id latè probat Ioh. Andr. & Socin. *reg.* 9 Cujac. *ad Nov.* 134. Rationem adjicit idem Constantinus *d. l. maritus 21. ne in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant, suæ pudicitiæ*, ut ait Iust. *d. l. ult. C. de arbitr. immemores*, & operum, quæ eis natura permisit, & à quibus eas jussit abstinere. Clarius Vlpianus *in l. 1. §. 5. vers. sexum de postul. Fœminas*, ait, *prohibet pro aliis postulare. Et ratio quidem prohibendi, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant, & ne virilibus officiis fungantur.* Tholosan. *d. c.* 11. *n.* 78. 79. dum ponderat sequentia Vlpiani verba, quibus originem interdicto datam addità Carfania, sive, ut legit Valer. Max. *lib.* 8. *c.* 3. C. Afrania, improbissima fœmina, quæ invere... unde postulans, & magistratum inquietans, causam dederit edicto, respondet pro... hibitionem introductam fuisse ex causa particulari à jure civili, ad retundendam improbitatem Afraniæ, ideoq; cessante causa expirare effectum, *l. 1. ubi Bald. C. si rector pr. vinc. l. generaliter. C. de Episc. & Cler. c. cum cessante. de appell.* Verum non distin... inter causam impulsivam, & rationem ... seu causam finalem. Nam regulam, ... causa, non procedere de causa impulsiva, sed finali, vulgò à ICtis docetur, *ut apud Eberhard. in Top. in loc. a rat. leg. Tiraquell. in d. reg. cessante causa, lim. 1. in pr. ut alios infinitos, & gl. ... um Bart. in hoc ipso §. sexum prætercam, vacare est*, & patet ex rei evidentia. Nam quam multas bonas & naturali ratione armatas leges extorserint mali mores, docet Valerius *in responsione contra L. O. ppiam. apud. Liv. libr.* 34. & Tacitus 15. *Annal.* Eas autem iniquum esset, velle unà cum causa extirpare. Nec enim non de famosis libellis jure cognoscitur, quia Augustus cognitionem hanc primus tractavit *commotus*, ut ait Tacit. 1. *Annal. Cassij Severi libidine, qua viros fœminasq; illustres procacibus scriptis diffamaverat.* Vlpianus enim prohibitioni adjungit aliam causam perpetuam, scil. pudorem muliebrem, quæ quia nunquam cessat, nunquam sinet legem emori, & quia generalis est, non in vico aliquo aut oppido nata, sed ex naturæ sinu extracta, facit etiam legem generalem, quemadmodum Iustinianus conceptis verbis confitetur, quando jubet *mulieres à foro abstinere, & memores esse operum, quæ iis injunxit natura, & à quibus jussit abstinere. Vult. C. de arbit.* At quæ sunt illa opera? ad quæ eas hortatur habitus corporis tenellus & cereus in vitium flecti animus, nimirum, ut domi servent, quæ foris maritus conquisivit. Sic enim virtutes uxorias depingunt Arist. 1. *Oecon*, Xenoph. *in Oecon.* Clem. Alex. 121.
lib. 3. *Pædag.* & Clytemnestra reduci Agamemnoni virtutes suas enarrans, non tantùm pudicitiam jactat, sed & tutelam familiæ domesticæ, *apud. Euripid. in Iphig.* Ischomachus item *apud Xenoph. in Oecon. Quæ domi sunt*, ait, *uxori peragenda relinquo.* Nec ulla gens, nisi Amazones ex Ponto, vel ex Americanis insulis jus gentium constituisse putes, furias mulierum inter arma, & strepitus fori debacchantium lege aliqua probarunt. Nam quod Tholos. *d. n.* 78. à Romanis conjecturam petit, quasi ante C. Afraniam mulieres à postulando non sequestraverint, in eo non distinguit conniventiam à permissione. In omni Repub. peccata quædam, dum corrigi nequeunt, tolerantur, sed non probantur, ut de mendiciis, spuriis, & concubinis in Rep. Iudæorum diximus, *de jur. Connub. c. 4. s. ct. 2* Nec ea exempla, quæ affert Valerius in orat. contra Catonē *apud Liv.*

Mulieres à natura ad servandam domi rem familiarem factæ.

122. *Instantia Tholos. retunditur.*

Liv. lib. 34. ut convitium, quod toties objicit Cato: *Mulieres. si foro & concionibus & comitiis, contra morem majorum misceri*: Item: *Vix foro se & concione abstinere*, diluat, quicquam stringunt, partim quod summa necessitas, quæ tollit legem & arbitrium, mulieres foras protruserit, ut cum Romanorum & Sabinorum prælium suo interventu sedarent, cũ Coriolani iram deprecatum irent, & Gallis aurum appenderent, partim, quod jussu Consulum prodirent, non quidem mixtæ viris, sed solæ, ut cum matris Idææ suscipiendæ causa ad mare proficiscerentur. Sic etiam pro se, postulare, parentum necem prosequi, & judicio interesse possunt mulieres. *d. l. 1. §. sexum ibi. pro aliis. de postul. l. 1. de accus. Paul. 1. sent. t. 2. §. 2. Clar. 5. rec. sent. §. ult. q. 14. vers. præterea dixi*, quemadmodũ non modò filiam Virginius, sed cum ea globum matronarum, à quibus & Lictor Appij repulsus fuit, ad tribunal duxit, *Liv. lib. 3.* sed si id permissum sit causa cognita, & fortè parentes morbus aut ætas impediat, nec quenquam, qui agat, habeant. *l. fæminas. 41 de procurat.* Tum enim non præsumũtur libidine aliqua prodire, sed necessitate impulsæ, quo argumento & factum Hortensiæ, causam fæminarum apud Triumviros agentis in melius interpretamur, *Val. Max. lib. 8. c. 3.* & si quæ occurrunt similia, Agrippinæ enim vehementer iratus fuit Tiberius, quod ferretur revertentes ex Germania legiones oratione excepisse, iisq; grates egisse: *Non enim simplices eas curas. Nihil relictum Imperatoribus, ubi fæmina manipulos intervisat, signa adeat, largitionem tentet: Potiorem jam apud exercitum Agrippinam, quàm legatos, quàm Duces: compressam à muliere seditionem, cui nomen Principis obsistere non quiverit. Tacit. 1. Annal. circa fin.* Idem frequenter admonuit Liviam, quod non majoribus, nec fœminæ convenientibus negotiis abstineret, præcipuè ut animadvertit incendio ædem Vestæ & ipsam intervenisse, populumque & milites quò enixius opẽ ferrent, adhortatã, sicut sub marito solita esset, *Sueton. in Tib. c. 50.* Apud antiquos Romanos, cum mulier aliquando propriã causam dixisset in foro, misit Senatus Deos consultum, quidnam civitati ea res portenderet. *Plutarch. in Num.* & Macrob. cum narrasset Tragœdiã muliebrẽ, a Papyrio puero excitam, verbis Gellij, de suo addit: *Senatores ingredientes curiã, quæ illa mulierum intemperies, & quid sibi postulatio illa vellet, mirabantur, & non ut parva rei prodigium, illam verecundi sexus impudicam insaniam pavescebant. lib. 1. Saturn. c. 6.* De Tulliæ in forum appulsu sic sentit Livius. *lib. 1. Carpento in forũ invecta, nec reverita cætum virorũ, evocavit virum è curia, regemq; prima appellavit. Nam curiam ante Semiamirã Heliogabali matrem, S Cti conficiendi causa, fæmina nulla ingressa est*, ut scribit Lamprid. *in Heliogab. in pr. Solus omnium Imperatorum fuit, sub quo mulier quasi clarissima loco viri Senatum ingressa est.* Eius exemplo, Hildebrandus Papa non dubitavit inter medios viros Mathildam, amicam, *ut Lambert. Schafnaburg. & Sigon. commemorant*, Senatorio ordini exhibere, quã in re longè superatus fuit à modestia Neronis. Nam is advenienti matri, suggestumq; conscensuræ, admonitus à Seneca, occurrit, & *obviam ivit dedecori*, ut ait Tacit. 13. *Annal.* ne Armeniis, quorum legati tum audiendi erant, labẽ imperij proderet. *Dion. in Ner. Dedecere*, dixit Tacitus, quia non tantùm ignominiosum est viris, sub ici fœminis, sed & inhonestum fœminis, versari promiscuè cũ viris. Hanc enim rationem affert Constantinus Græcus interpres, quod sc. fœminæ remotæ sint ab officiis publicis ὡς ὀλισθηρὸν καὶ εὐαπάτητον ἐχούσαις φρόνημα, καὶ διὰ τὸ ἀνάξιον εἶναι τὰς γυναῖκας δημοσιεύειν, καὶ δικαστηρίοις προσεδρεύειν, καὶ ἀνδράσι συμμίγνυσθαι, καὶ περιττεύειν τὰ μὴ ἀνδρῶν D. Paulus 1. ad Cor. c. 14. dum jubet mulieres tacere in Ecclesia, non alia ratione utitur, quàm quod *non conveniat mulierem in Ecclesia loqui*, sicut paulò ante 1. *Cor. c. 11. Inconveniens* esse & dictamini naturæ contrariũ dixerat, Mulierem aperto capite ad publicas preces progredi, cum velamine subjectionem suam testari debeat & indignitatem. Tertull *in lib. de veland. virg.* transfert rationem hanc ad omnia officia virilia, quæ dicit incompetenter & inhonestè à fœminis præripi, & non minus indignum est Sardanapalo, quod [illegible] trahat in Gynecæo, aut Herculi, quod [illegible] Omphalæ,

123. *Qua circumscriptione fas sit mulieribus in publico versari.*

124. *Prodigium mulier in publico.*

125. *Operas non inhonestum censeri, [illegible] pro[illegible]*

Omphalæ, quam Amazonibus, quod naturæ vim inferant, mammas exurendo, quò aptas se reddant, ad gerenda arma. Imò non inhonestum tantùm est, sed & periculosum, pudori muliebri, exponi quibusvis virorum injuriis, cum muliebris animus tot illecebris facilè expugnetur, & occasio faciat fures, ut vulgò dici solet, præcipuè, quia, dum impudica audire quotidiè assuescunt, nonnunquam etiam oculis usurpare coguntur, consuetis minus percelluntur, & dum inter peccata versantur, peccare discunt. Quemadmodum enim Scythas piè & modestè vivere scribit Iustin. *libr.* 1. non studio virtutis, sed ignorantia scelerum: Ita tutior est virginitas, dum latet vitiorum ignara, quam si per media vitia rapiatur ad virtutem, imprimis, ubi accessit licentia, quæ, ut ait Tacit. 3. *Annal.* sexum hunc *sævum* facit, *ambitiosum, potestatis avidum*, & ut notat Cyn. *in l. quisquis C. ad l. Iul. Majest. in rebus Veneris maximè si impotentem.* Semiramidis libido eò progressa fuit, ut vago concubitu insatiabilis filium tandè sollicitaverit, cujus ferro cecidit. Cleopatra an unquam incestuum & adulteriorum satis habuit? *Messalina facilitate adulterorum in fastidium versa, ad incognitas libidines profluebat, & Silio, palam, vivo Claudio nubebat*, ait Tacit *lib.* 11. De Agrippina non dubitant historici, quin se filio Neroni supposuerit, ne Augustæ dignitatem nurui cedere cogeretur Xiphil. ex *Dion.* Iohanna Neapolitanorum Regina, à turpi libidine, nomē *Lupa* traxit. *Summont. libr.* 2. *histor. Neap.* Iacoba Alberti Batavi filia & hæres, tres eodem tempore vivos maritos habuit, quorum alterum propter consanguinitatem ejecerat, alterum importunitate abegerat, & tertium è medio vulgo superinduxerat. Et difficile est in magna potentia dominari libidini, quæ inter viros quotidiè accenditur, & victus bonitate fovetur. Vnde Cromerus *libr.* 14. *histor. Pol.* de Hedvvigi regina. *Non satis in tuto videbatur reginæ pudor, illâ ætate, illaque forma, & necessaria cum viris conversatione.* Mathildis, quod licentius cum Hildebrando Pontifice, deserto viro, versaretur, non effugit, quin incestæ commixtionis vulgò accusaretur, *VValtram. Naumburg. Contr. Epist. Hildebr.* à quo vitio nec Baronius ipse eam in universum præter morem verecundus, liberare audet. *Morna. in myster. iniquit.* Sulpitius, quippe, Sempronius & Antistius uxoribus nuncium remiserunt, his solùm de causis, quod inscio viro, altera ludos spectasset, altera aperto capite foràs prodiisset, altera cum infami libertina in publico sermonem copulasset. *Valer. lib.* 6. *cap.* 3. nec dubitat ipse Iustin. *in l. consensu C. de repud.* viro copiam repudiandi facere, *si mulier eo ignorante vel nolente convivia extraneorum appetierit: si eo ignorante sine justa causa foris pernoctarit: si extra viri voluntatem ludis & spectaculis inhæserit*, &c. Quorsum verò hæc omnia, nisi quod adulterium ex conversatione impudica, & vaga circumcursitatione præsumserint, *ut in libr. de jure connub. cap* 6. *sect. ult. demonstravimus.* Nisi enim Dina foras spectatum prodiisset, non cecidisset in nassam Sichemi. *Genes.* 34 Iohannam Lotharingam, etiamsi facto non possent violentis tamen conjecturis, & quod habitu virili inter milites cubuisset, violatæ pudicitiæ convictam damnarunt Angli, ut patet ex processu *apud Pasq. & Bellefor.* Proinde non modò Romani, sed infinitæ aliæ gentes, quarum mores imbuit aliqua disciplina, muliebri pudori non aliter nisi intimis ædium recessibus satis cautum consultumque fore censuetunt. Arabes etiam velamen faciei adjecerunt, de cujus commodis multa monuerunt patres. *Tertull de Vel. virg. Hieron. ad Demetr. de virg. serv. Theodor. in libr. de virt. act.* Turcas habere omnes uxores absconditas, & foras non emittere, nisi tectas & pannis in penetralibus involutas, refert Busbeq. *Epist.* 3. & Ian. Duosa *in itin. Constant.* Muscovitæ honestam fœminam nullam censent, nisi domo conclusam. *Sigism. Baro in histor. Muscov.* Iudæorum item virgines abstinuisse à commerciis hominum, 2. *Maccab. c.* 3 notatur, & de Græcorum severitate supra disciplinā Romanam, luculenter testatur Æmyl. Prob. *in pr. de Imperat. Græc. Quem*, inquit, *Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus non materfam lias primū locū tenet ædium, atque in celebritate versatur? quod multò* fit ali-

127. *Non & periculosum.*

128. *Multarum gentium consuetudine occludi mulieres.*

sit aliter in Gracia. Nam neq; in convivium adhibetur, nisi prop nquorum, neq; sedet nisi interiore parte ædium, qual̃ [illegible] appellatur, quoniam [illegible], nisi propinqua cognatione conjunctus. Atq; adeò fas non erat mulieri, sine viri arbitrio, foras se spectandam exhibere, *Lips. libr. 1. Antiquit. 1.* nec, absente marito, quenquam in domum intromittere, *Arist. 2. Oecon. c. 1.* ut pudorem servaret illibatum, nec se qua in suspitionem lasciva conversatione conjiceret, ut latius disputavimus *de jure Connub. c. 6. sect. ult.* Nihil enim sani præsumit septima Synodus de cohabitatione mutua etiam sanctimonialium & propinquarũ, *c. defin mus. in fi. 18. q. 2.* nedum ut fidere velit reginis, quas nulla coërcet regula, nullum macerat jejunium, nullũ juratæ castitati alligat votum. Non effugit Maria Scotorum regina, quin Davidis Citharædi consuetudine uti, *Buchan. in fin. hist. Scot.* nec Bona, Galeatij Sfortiæ uxor, filij tutrix, quin Antonium Tassinum Ferrariensem in cubiculum accersisse, splendore formæ eius mota, crederetur. *Ioh. Mich. Brut. lib. 7. hist. Flor.*

129. *Licentiam reginarum nihil suaderi honesti.*

Cum vero impedimenta hæc, quæ mulieres officiis publicis inidoneas reddunt, non sequantur eas per accidens, sed ex naturali inclinatione prodeant, nulla causa est, quam propter ad sceptrorum communionẽ admitti debeant, & Sibylla in signum eversionis seculi affert imperium mulieris, quæ tum sit orbis regimini incubitura: *lib. 1. Orac.* Quid vero Sibyllam laudo? Annon DEI ipsius vivi vox inter pœnas peccati & causas calamitatum accenset muliebre imperium? *Esa. c. 3. Vers. 13. Eo sc. tempore, quo DEVS omnia mala immissurus est Respub. Iudæorum,* inquit Spiritus Propheticus: *Pueri exactores erunt populi mei & mulieres dominabuntur ejs.* Postquam enim prædixerat, Reges & Principes à gubernaculis ablatum iri pueros, mulieres & effœminatos successuros minitatur, ut quemadmodum illorum auspitiis floruerint cives, ita horum infortunio marcescant & deterantur. Nam & alibi, *Esa. c. 19. Vers. 16. mulieres* ponitur pro vano timore, & abjectis animis à quibus nihil tam Reip. sperandum. Objecerat quidem Gregor. Tholos. hoc ex

130. *Muliebre imperium in sacris literis accipi pro infausto.*

sacro promtuario sib[illegible] C[illegible] f, onde[illegible] ma[illegible] [illegible] Nec video qua [illegible] at, cum supra [illegible] a nobis annumeratur [illegible] rum & Mulierum, quod [illegible] re nequeunt, qui electione [illegible] dunt, & hac via necessario [illegible] bas & non evitanda Reipub. pericula.

Regna regunt [illegible], clamat [illegible] simul, VAE
Interitus regni est a muliere r[illegible]

Quem versum Leoninum refert Collenut. *lib. 5. hist. Neap.* & repetit Luc. de Penna [illegible] *penult. C. de prof. & Med: lib. 10.* [illegible] laborant muliebria imperia, exposita [illegible] nis seditionibus & externis bellis, ut ex [illegible] prædictis colligere est, ne eran ben [illegible] ctam sæpius apponamus: id quod non [illegible] ùm ex causis hactenus deductis [illegible] quod mulieri non suppetat [illegible] animi & [illegible] rium ad regendam tantã molem, sed [illegible] quod imperium muliebre à viris ub[illegible] contemnatur, & nihil propius ad interi[illegible] cat, quàm contemtus Regis, ut docet Ari[illegible] *5. Polit.* & à nobis latius exp[illegible] *lib. 2 Polit. c. 3.* Licet enim om[illegible] bu[illegible] quæ a Rege exiguntur, virtu[illegible] ibus [illegible] a [illegible] mina, tamen propter scandalum & [illegible] Reipubl. detrimentum in Solium eve[illegible] non esset, quoniam his de causis à [illegible] Iuris quotidiè receditur, & jus [illegible] tis auferri potest. *lib. 3. de Iur. M[illegible]* Detrimentum publicum deducim[illegible] contemtu, quia cum duas præcipuas causas [illegible] ferat Arist. 5 *Polit.* ob quas [illegible] Tyranni, Odium & contemtum, plures [illegible] contemtu, quàm ex odio [illegible] spurat Bodin. 4 *de Repu. l* [illegible] & [illegible] ponit Machiav. *de pr. c.* [illegible] Caligula, cum diceret. *Oderint,* [illegible] *ant.* Frustra enim odit, qui non [illegible] audet autem, qui reveretur. Vnde [illegible] rem, quam [illegible] Græci vocant [illegible] *tutelam* vocat Cur[illegible] *li.* 1[illegible]. Sed ut [illegible] excussa reverentia & [illegible] tatis pessumit nihil reliquum [illegible] quem contemnimus, eius m[illegible] ci faciamus, & poten[illegible] Mulieres vero, [illegible]

131. *Et exsua imperfectione esse obnoxia seditionibus & bellis.*

132. *Quia contemnitur ab omnibus.*

113. [illegible] ... tàm subditis, quàm vicinis contem- ... esse solere, tàm ex universa historia, ... quotidiana experientia docemur. Id- ... Tacit. 2. *Annal.* Reges Armenio- ... dù ait: *Absumtis fortuitâ mor- te ... Zane, tentarunt imperium fœmi- ... quod cum brevi displicuisset, incerti & ... ne Domino Vinonem è Parthis recepe- runt.* Pharnabazus concesserat Maniæ Zenis ... Aeolidem, cui maritus præfuerat, At- qui Midias ejus gener, persuasus, turpe esse mulierem regnare, viros obedire, clam in- gressus socerum cum filio septendecim an- norum suffocavit, & regionem sibi usurpa- vit, donec à Dercyllida Lacedæmonio eâ excuteretur. *Xenoph. libr. 2 Grecan. in pr.* Et- enim Agrippina probè suis auspiciis exor- diebatur imperium filij Neronis, adeò ut ni- hil prius in votis haberet Trajanus, quàm ut posset assequi primum Neronis quinquen- nium. Nihilominus de hoc tàm probo exor- dio sic scribit Dion. *in Neron. in pr. Agrippi- na principio administrabat omnia, quæ ad principatum spectabant; ambo unà exibant foras, sæpenumerò eadem lectica vehebantur, quanquam illa magna ex parte vehi, hic con- sequi solebat: illa respondebat legatis, literas- que ad populos & Principes & Reges mitte- bat. Quod cum diu factum esset, ferre gravi- ter ceperunt Seneca & Burrhus, homines sa- pientissimi, & apud Neronem maxima au- ctoritatis. Horum alter prætorianis militibus præerat, alter præceptor ejus erat. Itaque com- modam occasionem nacti, huic rei finem im- posuerunt. Cumque perfecissent, ne deinceps ... exerceretur cura Rerumpub. ipsi omnem ... consecuti sunt, quam quoque ob- ... potuerunt, omnia sunt ab ijs optimè ... administrata.* Idem memorat Tacit. *lib. 13. Annal. in pr.* nisi quod iniquius loquatur de Agrippina. & Sueton. *in Neron.* ... Ipsa Bunduica Britannorum regina Ro- ... virtutes erga exercitus extenua- ..., dicit eos paulò ante Messalinæ, post A- grippinæ, nunc Neroni, qui nomine viri qui- dem ... ur, sed reipsa mulier sit, dicto ... rebellentes, *apud Dion. Nic. in Neron.* Alexandrum Severum Summum Imperato- rem ... Ael. Lamprid. *in Sev. nu. 13.* quod ... Mammææ Rempubl. præci- pitè rexerit: at quo eventu? ut sæpè à mili- tum ita obtentu purpuræ cogeretur matrem defendere, nec tamen vel se vel matrem tàm severè defendere potuit, quin, cum Maximi- ni Tyrones, muliebris imperij impatientes, commilitones hortari cepissent, *ut mulie- rem sordidam* (sic enim scribit Herod. *in A- lex. in fi.*) *& pusillum adolescentem, etiam- num sub matris servitio, desererent, sé que viro forti probóque aggregarent,* confestim univer- si ad Maximinum deficerent, & Alexandrum trementem atq; exanimatum, matrique im- plicitum & conquerentem, quod ejus causa talia pateretur, unà cum matre mactarent. Nec id diffitetur Lampridius, licet Herodia- num in plerisq; reprehendat. *Constat* enim, ait, *à militibus occisum, cum injuriosè, quasi in puerum eundem & matrem ejus avaram & cupidam multa dixissent. Egit enim o- mnia ex consilio matris, cum qua occisus est.* Irenes imperium sic exorditur Paul. Diaco- nus: *Anno ab incarnat. Domini 774. Eirene pijssima unà cum filio suo Constantino glo- riosè divinitus imperium accepit,* eandemq; multis laudibus itentidem prosequitur. Nil tamen movit legiones Armenias, & earum exemplo cæteras tanta pietas, quin ut pri- mum Constantinus filius 20. annum exces- sisset, matrem invitam & nequicquam reni- tentem excuterent & filio imperium defer- rent. *Zonar. in Iren. & Constant.* Quin etiam sunt, qui defectionis imperii Occidentalis causam referunt ad contemtum Imperatri- cis. Sic enim Sigebert. *in Chron. Ann.* 801. & ex eo Vincent. *in Spec. lib. 23. c. 161.* *Romani, qui ab Imperatore Constantinopolitano jam- diu animo desciverunt, nunc accepta occa- sionis opportunitate, quia mulier, excæcato Imperatore Constantino filio suo, eis impera- bat, uno omnium consensu Carolo Regi Im- peratorias laudes acclamant.* Quin & Eudo- xiæ Imperatrici ultrò fidem jurarant cives: sed cum imperium Sultanus Turcicus pre- meret, omnibus non obscurè indignanti- bus, quòd fœmina tantum bellum fulcire posset, coacta fuit Romano Diogeni, qui mi- litum habebatur optimus, nubere. *Zon. in Rom. Diog.* Lybussæ imperium & leges, tan- quam novæ Sibyllæ diu pertulerant Bohe- mi: Nihilominus, cum duriorem senten- 114. *Necessitatem ipsam sæpè mulieribus excutere sce- ptra.*

 tiam

tiam contra potentiores pronuntiasset, jussa est sibi quærere maritum. Tantas res nō posse expediri per fœminam. *Aene. Sylv. in histor. Bohem.* Vanda Polonorum, ut quieta fuit à seditionibus civium, à vicinis tamen principibus tantoperè exagitata fuit, ut in Vistulam se præcipitem daret. *Michov. lib. 1. Chron.* Miezislaus verò II. tàm exteris quàm civibus contemtui fuit, quod pro ipso uxor Rixa omnia ageret, usque adeò, ut cum is eo nomine intestinis dissidiis detineretur, finitimæ provinciæ omnes deficerent, Megapolensium, Lubecensium, Holsatorum ditiones & Caminensis in Pomerania, Lebusiensis in Marchia Diocæses. Quin & Præmisli Regis unicæ filiæ Rixæ propterea ademtum regnum fuit, quod ingruentia bella virum requirerent. *Cromer. libr. 11.* & Hedvvigis eadem de causa ad paciscendas nuptias adacta, ne impar esset moli imperii *Cromer. ibid 14.* Nam cum eodem tempore apud Vngaros Maria, aut pro ea potius Elisabetha mater sceptra suscepisset, paucis annis pertæsi proceres muliebris imperii, ex Italia advocarunt Carolum de Pace, seu Parvum, quem cum Elisabetha regina fraude Palatini trucidasset, funestis cædibus totam replevit Vngariam. Ad eas nuncius procerum tale ferebat mandatum: *Nolumus abhinc, ut fœmina nobis imperet. Nec jure debetur vobis regnum, fœmina estis, quas nunquam Vngaria præter vos nomine regio venerata est. Neque vestra sagacitas, ut tanti regni dirigat habenas, sufficit. Hæc res virum decet: Iam hac tempestate in gerendis rebus regni arduis quam sensus simul & manus sexus fragilis valeant, tentastis,* &c. *Iohan Thuroz. in descr. Casus Carol. post. part. 3. Chronolog.* Dani consenserant in regnum Hetæ puellæ, Haraldi III. unicæ filiæ; sed ut primum experiri ceperunt muliebrem imbecillitatem, ad Olonem Norvagiæ Regem, Haraldi ex sorore nepotem redierunt, eique sceptra, quæ puellę excusserant, in manus obtulerunt. Persarum proceres passi erant, Periaconconam majorem natu Tacmasi filiam, executricem & custodem testamenti a patre constitui. Sed cum ipsa ulterius progredi, & gubernaculum ipsum tractare cuperet, à proceribus dejecta, & à Mahumete fratre, ad sceptra revocato, capitis damnata fuit. *Bizarr. lib. 11.* Helena, post mortem Iohannis vel Iani Iacobi regis Cypri, excluso Iacobo Notho, suo arbitrio regnum susceperat administrandum. Sed impatientes muliebris jugi Insulani, Iohannem principem Portugalensem, Carolottæ, Iohannis regis filiæ, primum maritum, & postea Ludovvicum Sabaudum accersiverunt, regemque contra Helenam constituerunt. *Paradin. in Chron. Saband. lib.* . Iohannæ reginæ Neapolitanæ autoritas, ait Guicciard. *libr. 1. cap. 6.* facile extincta fuit, *non merito l' infamia de' costumi, che per l' imbecillita del sesso.* Cum Martinus Rex Siciliæ Blancam uxorem, quod ipse abiisset in Sardiniam vicariam regni constituisset, primum Bernhardus Crapera Iustitiarius bellum in eam movit, mox Ferdinandus, arbitrum se ferens, capto Crapera, totam Siciliam in sua verba jurare coegit. Ludovvicus IIX rex Gall. matri commiserat tutelam & regni & filij. Sed quia Philippum Comitem Bononiæ patruum, Robertum Comitem Drudum & Petrum Britanniæ Armoricæ ducem pudebat imperii muliebris, nihil non machinati sunt, quo filium & successorem regium in suam tutelam pertraherent, & ab impotentia muliebri se liberarent. *Papyr. Masson. libr. 3.* Agnes mater Henrici IV. Imperat. prudenter præerat regno. *Sed erant,* ait Crantzius, *ex primoribus regni principibus, quibus muliebre imperium non satis ex dignitate videretur Rom. Respubl. lib. 5 Saxon. c. 1.* Vsque adeò nemo est cordatorum principum, qui sibi leges à muliere ferri æquo animo ferat, quive, si sit è vicino satis potens, fœminea imbecillitate non abutatur, sive ad turpandam Rempublicam alienam, sive ad suam augendam. Nam si ejus, quem æqualem vel inferiorem nobis putamus, imperium vulgò spernimus, qui subjiciamus nos cum gratia fœminis quas non ad imperandum, sed parendum à natura productas, & à Deo destinatas scimus? Hinc enim nascitur scandalum, cujus gratia dixi paulò ante γυναικοκρατίας improbandam esse. Quid enim magis scandalosum, quam si multa millia virorum ad unius mulieris nutum se cōponere cogantur, ita ut *Si Veras.*

veniendum ijs fit, si ejicit, abeundum, si minatur, extimescendum, ut ait Cicero. Non invenit Olorus Dacorum Rex majorē ignominiam, in quam Dacos, quod contra Bastarnas infeliciter pugnassent, condemnare voluisset, quàm ut iis mulieres induceret Dominas. *Iustin. lib.* 32. Antonium eequid contemtiorem fecit, quàm servilis amor Cleopatræ? Nam & Augustus bello ipsum petiit, quod mulieri extraneæ veluti mancipium serviret, *ut scribit Xiphil. in August.* Solet enim vitium sibiipsi displicere, & nostros errores in aliis potius taxamus, quàm nobis ipsis, quemadmodum Bunduicam introducit Dion. *in Neron.* Romanis insultantem, quod Aggrippinæ & Messalinæ obsequentiores, quam viros bellicosos decuisset, essent, cum interim par convitium faceret Britannis, quos in aciem contra Romanos proruserat. Cur enim in se non corrigebat Augustus, quod reprehendebat in Antonio? Nam & ipse publicis sannis excipiebatur, *cum de ornatu mulierum leges ferret, de quo domi non habebat loquendi libertatem, Livia sua præter decorum & Majestatem Imperatoriam subjectus*, ut testatur Xiphil. *in August.* De Alexandro Severo judicium vulgi subjiciam verbis Herodiani *in Alex. in princip. Hæc autem omnia fiebant invito coactoque Alexandro. Quippe illi mater supra modum imperitabat, ac dicto audientem semper habebat, ut hoc tantum reprehendi in Alexandro possit, quod mansuetudine nimia & reverentia majore, quam oportuit, etiam contra animi sui sententiam matri obsequeretur.* Ludovvicum Pium Imperatorem duo filij & bona pars procerum, imperio spoliarunt, quod Iudithæ uxoris arbitrio nimium indulgeret, & ejus nutum, quo propelleretur, quasi oculis captus, sequeretur. De Miezislao II. rege Polonorum paulò antè diximus, quam contemtim, tàm à subditis, quàm peregrinis habitus fuerit propter obsequium, quo se uxori devinxerat: *& in libro de jure Connub. cap. ult. sect.* 0. 1. infamiam, qua imperiosa mulier prægravat virum, latius diduximus, idque si ad sacrarum literarum normam exigatur, de domestico imperio conjugum facilè patet ex *Genes. cap.* 3. 1. *Corinth.* 11. & 14. *ad Tit.* 2. *ad Ephes.* 5. 1. *ad Timoth.* 2. 1. *Petr.* 3. & Gregor. Tholos. *dict. cap.* 11. *num.* 65. 66. putat se vim argumenti effugisse, si subjectionem mulierum limitaveris ad cōjugium & erga maritos: Verum quod lex illa patiatur extensionem etiam ad officia Reipublicæ ex ejus ratione & explicatione Apostolorum patet. Etenim D. Paulus ipse extendit ad officia Ecclesiastica, 1. *Corinth.* 14. & 1. *Timoth. cap.* 2. cujus extensionis rationes si consideraveris, invenies etiam in hoc negotio efficaces. Nam 1. *Corinth.* 14. Mulierem jubet tacere in Ecclesia, *quia turpe est in medio conventu loqui aut concionari fœminam.* Annon verò etiam turpe est, mulierem dominari in medio foro, volare per rostra, per castra, & nunc exercitus hortari ad prælium, nunc seditiosos reprimere cives, nunc leges persuadere novas, aut aliis noctes & dies se implicare negotiis, quæ verecundia sexus abhorret, imbecillitas naturæ non fert? & hoc quidem multò efficacius concludimus, si ex *libro* 2. *de Majest. cap.* 4. repetiverimus, magnam regii muneris partem consumi in constituendis Episcopis, probandis conciliorum sententiis, introducenda & conservanda vera religione, *quorum omnium exercitia*, ait Iohannes Pyrrh. *de l. S. argument.* 19. *non admodum etiam in consultissimis mulieribus conveniunt & vix concurrunt.* Deinde eandem thesin probat D. Paulus 1. *Timoth.* 2. ex eo, quod Adam factus sit ante Evam: & quod ex facilitate Evæ peccatum irrepserit in mundum. In 1. *Corinth.* 11. dicitur: *Mulierem factam esse propter virum, non virum propter mulierem, & proinde velamen crinium ex justitia naturæ decere mulierem in signum subjectionis: viro autem Cæsariem turpem esse, quod caput sit mulieris, liberum, nullius imperio subjectum.* Iam non solum honestum est, ut maritatæ uxores alant crines, sed etiam ut virgines & viduæ. Ergo nec eas dominari convenit, sed esse subjectas, quoniam subjectionem inde evincit Apostolus, quod naturalis honestas prohibeat sexum fœmineum caput radere. Cuicunque igitur nefas est caput tondere, illi nefas est dominari.

116. *Mulier imperiosa gravat virum infamia.*

117. *Mulier de jure divino ... a dominatu ... arcetur.*

Non tantum quoad imperium domesticum.

118. *Sed & quoad publicum.*

119. *Quod probatur ex multis Apostoli rationibus.*

At non solis uxoribus, sed & innuptis & virginibus nefas est crines demetere. Proinde nulli sexus fœminei ordini in liberos vivos natura competit dominium. Nam de dominio in servos & familiam, quod hæc intelligi non debeant, cuivis in promtu est distinguere. Accedit, quod Apostolus malè præsumat de facilitate muliebri, 1. *Tim.* 2. dum fœminam ab officio docendi abigit, quod deceperit Adam, veritus, ne lubricitate sua facilè in novos errores recidat, ut dicit Ambros. *in Hexam. tr.* 4. *diei. Adam per Evam deceptus est, non Eva per Adam, quem vocavit ad culpam mulier, justum est, ut eam in gubernationem, hoc est, sub tutelam*, ut explicat gl. un. *in c. Adam* 33. *q.* 5. *accipiat, ne iterum fœminea facilitate labatur.* Idem autem pondus habebit istæc facilitas ad abigendam fœminam à cura Reipublicæ ne & ipsam & cum ipsa Ecclesiam nimia facilitate perdat. Item si Paulus rectè concludit, de quo nefas sit dubitare: *Vir creatus est ante mulierem. Ergo mulier non debet docere in Ecclesia, sed subjecta esse viro, c. Adam. c. ult.* 33. *quæst.* 5. ex eadem ratione sequetur, quod nec debeat præsidere Reipubl. Consequentia enim utrobiq; eadem. Notabile verò est, quod Paulus ubique 1. *Corinth.* 11. & 14. nos deducat ad instinctum & honestatem naturæ. Nam licet voluntas fœminæ subjici legatur viro post lapsum demum, *Genes. c.* 3. tamen, ut ostendit August. *lib.* 11. *de Gen. ad lit. c.* 37. dominium viri meruit natura, non culpa. Si verò naturam fœminæ in se, ante lapsum consideres, per quam tum subjecta fuit marito, per eandem subjecta fuit universo generi virili, quia omne fœmininum imbecillius natura est masculino, & *ordo naturalis*, ait idem August. *in qq. ad Genes. in hominibus est, ut serviant fœminæ viris, & filii parentibus*, quia *nulla justitia est, ut major serviat minori. c. est ordo* 33. *quæst.* 5. Ex hac igitur *communi lege naturæ*, ut ait Hier. *in c. cum caput. in fin.* 33. *quæst.* 5. si æstimetur subjectio fœminarum, sicut non solis maritis, sed quibusque viris imbecilliores inveniuntur, ita turpe est, si imperium in quoscunque viros arripiant fœminæ, nisi viri a nativa sua perfectione degenerarint, & fœminis facti sint deteriores: id quod interdum quidem evenit, sed per accidens, quemadmodum Tacitus *lib. de moribus German.* cum de Sitonibus dixisset, quod fœminæ iis dominentur: *Tantum*, ait, *non modo à libertate, sed etiam à servitute degenerant.*

140. *Subjectio mulieris ex natura deducta generalis est respectu totius sexus masculini.*

Quin etiam, licet præceptum de concessione mulieris ad virum *Genes.* [illegible] non possit extendi ad gynæcocratiam publicam, nihilominus ipsa gynæcocratia publica introduci nequit sine commotione juris domestici, aut conjugalis. Nam privatorum vita imitatur mores principis, ut *c. sequent.* demonstrabimus, & quod publicè fieri & probari videmus, in privatas domos transferimus [illegible] argumentatur Plutarch. contra Lysandrum, qui privatim possideri aurum vetabat, publico ærario permittebat, licet ejus usum tàm publicè, quàm privatim sustulisset Lycurgus. *Plutarchus in Lysand. Quis enim domi sua turpe putet, quod prædicari videt in publico?* Si enim sine dedecore Rempublicam totam regere licet fœminæ, cur non liceat pauperem familiam? aut quorsum opus sit auctore mulieri, si ipsa in autoritatem & tutelam suam queat recipere totam civitatem? Cum prima Gynæcocratiæ fundamenta apud Assyrios jecisset Semiramis, statim morem introductum fuisse, ut maritis uxores imperarent, harum illi dictis audientes esse cogerentur, testatur Alexand. ab Alex. *lib.* 4. *cap.* 8. *Messalina libidinosa & intemperans fœmina.* (verba sunt [illegible] *in Claud. num.* 4.) *cæteras quoq; mulieres* [illegible] *bat luxuriosè & petulanter vivere* [illegible] *batque, ut multa in Palatio viris suis præsentibus ac videntibus cum adulterio* [illegible] *rent, earumque viros ipsa deligere ac honoribus & dignitatibus augere:* [illegible] *id non paterentur, odio habere ac modis omnibus perdere solebat.* Et hoc metu [illegible] principes Persarum consulti ab A[illegible] de puniendo superbia Vasthi reg[illegible]. [illegible] in regem tantum, sed in universos principes & totum populum à regina peccatum esse. Nam si superbia ejus pene[illegible] uxores alias, fore, ut exemplo re[illegible] nant suos quæq; maritos & dicant: [illegible] *rex reginam, at illa negavit* [illegible] *sum me liget mandatum viri* [illegible]

141. *Gynæcocratia* [illegible] *conjugali* [illegible]

142. *Tam* [illegible]

& mutui contemtus fomitem inextinguibilem accensum iri. *Proinde*, ait Memuchan, *literas edat Rex in vim legis inviolabilis, ne Vasthi amplius regina honore fruatur, ut discat populus mulierum, tam abjectarum, quam principum, viris debitam exhibere reverentiam, Esth. c. 1. circa fin.* Itaq; rectè Salvian. cum intemperantiam Dominorum exaggerasset, *Quales*, inquit, *illic putas fuisse familias, ubi tales erant patresfamilias: Quanta servorum illuc corruptela, ubi Dominorum tanta corruptio? Morbido enim capite, nil sanum est, neq; ullum omninò membrum officio suo fungitur, ubi quod est principal, non constat. lib. 7 de gubern DEI.*

143. *Quam quod regina inde- m... etiam Regi marito.* Conculcatur etiam aliter imperium viri domesticum, si Regina nubat, ut ferè fieri solet, & non transfundat totum imperium per nuptias in novum maritum. Nam tùm certè dominabitur viro, secus quam præcipiunt sacræ literæ, *Gen. 3. 1. Cor. 11. 1. Tim. 2. 1. Petr. 3. c. hac imago. cum seqq 33. q.* Sive enim cum viro dividat jurisdictionem regiam, sive totam sibi retineat, utrobique jus imperandi in maritum sibi vendicat, quod naturali & divinæ legi repugnat. Nec hîc distingui potest inter jus publicum domesticum, prout distinguit Taurus Philosophus *apud Gell. lib. 2. c. 2.* quoniam filius liberatur à potestate patris: mulier non liberatur à potestate mariti: Aut qua autoritate coget vir uxorem quæ cum summo imperio præest, nec superiorem ullum recognoscit? Documento sit: Henricus Stuartus Rex Scotorum, quem non tantum in secretū angulum amovit Maria Regina, nomenq; suum edictis te... gis subscribere vetuit, sed circumventum quoque è medio sustulit, si vera sunt, quæ Buchan. memoriæ mandavit. Quoties mutavit maritos Iohanna Lupa? quoties Iacoba Batava? Quin & morte multavit Iohanna, quoscunque deprehendisset vel cordatos & ... pertum spirantes, vel quorum ipsam cepisset satietas. Seneca ait *l. b. 2. decl. 6. Crede mihi regnare volet in divitiis suis, quæ virū beavit.* Multò magis regnare volet domi suæ, quæ universum regnum ad maritum attulit, ideoque aliter fieri non potest, quin dulce capistrum paratum sit marito, qui ex privata domo ad regiam ing..editur, nullis aliis operis, quam ineptiis lecti accitus. Quæ enim jus vitæ & necis h.bet, non tantum in foro, sed & domi suæ, vix est, ut invitam se in leges viri cogi pati velit.

Damnanda igitur protsus est damnosa & scandalosa Gynæcocratia, quam tum præcipuè agnoscit Bodin. *li. 6. de Repub. c. 7.* quando mulier suo arbitrio Rempubl. gubernandam suscipit: Secus autem videtur esse, si potestatem transferat in manus mariti, de quo nunc porrò disquirendum superest, utrum Gynæcocratiæ huc usque imputata incommoda hac via defugere queant gentes, si mulieris hæredis marito summā rei tradant, quemadmodum in regnis Hispaniæ huc usque usu receptum certum est. 144. *Quæ sit propriè Gynæcocratia.*

145. *Incommoda nuptiarum, quas reginæ contrahunt.* Primum enim ad tale matrimonium, in quo de regali potentia & dignitate periclitatura sit, ægrè patietur se regina adduci, cum ambitiosum simul & imperiosum genus mulierum esse testetur Arist. 2. *Polit. c. 7.* Ambierat Carolus M. nuptias Irenes, quæ exoculato filio imperium Orientale tenebat: eandem tamen, cum inani spe lactatus esset, re infecta legatos remissos recepit, sive Ætius, qui fratri Leoni imperium meteri meditabatur, voluntatem Irenes reflexerit, *ut Zonar, & Diac. suspicantur*, sive Irene ipsa sibi visa fuerit non magis passura consortem filium, quàm passa erat consortem maritum. 146. *Non facilè ad nuptias patiuntur se persuaderi.* Elissa mori maluit, quàm Hiarbæ peregrini Regis conjugium inire. *Iustin. lib. 8.* Vanda Polonorum in Vistulam se præcipitem dedit, ne, si fortè novus procus frustrà prodiret, novo bello sui causa deflagrarent provinciæ. Elisabetha regina Angliæ, Ferdinando, Archiduci Austriæ, Henrico Suecorum regi, Francisco Andium Duci, ut minorum gentium procos taceam, honestam repulsam dedit, Reginaq; esse maluit, quàm Regis uxor.

147. *Certamina procerum de tam divite sponsa.* Vbi verò regina imperavit sibi *Periculosæ plenum opus aleæ* subire, & conjugij periculum facere, hinc inde prorumpent funesti cortivales, partim variabili sponsæ fastidio irritati, partim boli magnitudine inescati, nec sine causa succenset Cominæus Regi Galliarum, quod Caroli Audacis, Ducis Burgundiæ filiam filio suo per vim, aut arte non elocaverit, quam tamen nec Maximilianus sine armis sibi despondere potuit. Paulò

ante Philippus Burgundus Iacobam Batavam cum marito provinciis Belgicis ejecerat, quod repudiato Iohanne duce Brabantiæ, Hunfrido fratri Henrici V. Regis Angliæ nupsisset, eoque in patriam redeunte, Franconi equiti Aurato. Vanda Polonorum, cum Ritigerum, seu Rudigerū Theutonum Regem, nuptias per vim exigentem, primo impetu feliciter repulisset, ne incertam fortunam cogeretur denuò experiri, maluit de vita, quàm dignitate regia & insperata felicitate abire. Cum Ludovvicus Vngariæ idemq; Poloniæ Rex, duo regna totidem filiabus de consensu & suffragiis procerum relinqueret, licet utramque Wilhelmo Austriaco, & Sigismundo Lutzelburgensi despondisset, tamen Sigismundum ejecerunt Vngari, & Poloni invitæ Hedvvigi obtruserunt Barbarum Iagellonem. Et Sigismundus quidem post duas repulsas regnum Vngariæ bis recuperavit: Wilhelmo verò Austriaco non animus, sed vires defuerunt, quo minus ut ille Vngariam, sic hic Poloniam, funestis cædibus popularetur. Quantum damni dederit Iohanna II. Caroli Parvi filia regno Neapolitano, cum nunc Andegavensium aliquem, nunc Arragonensium adoptaret, & prout hujus vel illius potentia suspecta fieret, vicissim abdicaret, ex historiis Neapolitanis notum est. Mariam reginam Siciliæ, Friderici Simplicis filiam, primum despondebat sibi Ioh. Galeatius virtutum Comes, ope Arsalis nutritoris: mox rapuerat Gulielmus Raymundus Montecatinus, denique liberatam, & Barcinonem vectam, Manfredus Claromontanus elocavit Martino Comiti Barcinonensi. Adeò difficiles fieri nuptias earum necesse est, quas vel multi undequaque expetunt, vel quæ multorum spes inanibus promissis lactarunt, quemadmodum Carolus Burgundus ad amicitiam suam omnes ferè principes invitabat, quod omnibus spem faceret de elocanda filia, & Elisabetha regina Angliæ negavit ulli unquam subditorum se nupturam, ut exterorum Regum & Principum cupidos animos in se converteret, & tacitâ matrimonii spe sibi devinciret.

Quanquam verò non de nihilo sint hæc incommoda, nec facile sine magnis turbis averti queant: tamen ubi ad rem ventum est, tot difficultatibus circumsepitæ sunt nuptiæ, ut omnes evitare impossibile sit, paucas incurrere, hominis non nisi ad miraculum felicis. Statim enim inter Reginam & populum exorietur contentio, utrum ex sui animi, vel totius Reipubl. sententia nubere debeat. 148. Contendent enim subditi, cum Nicol. Bets. *de pact. famil. Illustr. cap. 4. pag.* 153. aut cum proceribus regni Scotiæ in comitiis Sterlinensibus *Ann.* 1564. cum ageretur de secundis reginæ Mariæ nuptiis, Francisco Delphinate mortuo, *Thuan. li.* 7. Non licere reginæ in eligendo marito suam sequi libidinē, quod eodem errore sibi maritum & Reipubl. Regem sit acceptura: nec fas esse, ut salus Reipubl. insano unius fœminæ amori prostituatur: Rempubl. non esse patrimonium reginæ, ita ut pro suo arbitrio hæredem aut Dominum introducere queat, sed legem omnibus Rebuspubl. inde a primis auspiciis innatam esse, ne quid jus sit aggredi principibus privatim, quod non expediat publicè, ideoque privatas libidines subjiciendas esse utilitati publicæ, nec eam votorum libertatem indulgendam principibus, quam sine præjudicio tertii jura concedant privatis. Hinc Poloni Hedvvigin, Ludovvici filiam, tamdiu minis, contento domicilio, ad instar regii carceris, & quasi domestico exilio torruerant, donec amorem suum Wilhelmo Austriaco resignaret, & nolens volens, Barbarum Lithvanum, moribus non magis, quam religione tinctum in sinum reciperet, qui & regnum, mortua Hedvvigi, retinuit, & tribus aliis uxoribus ductis, in filios ex ultima prognatos transmisit. Nec enim maritus Reginæ tantùm, sed & Rex regni electus erat, quod si jure uxorio possedisset, post mortem uxoris retinere non potuisset, quemadmodum id[illegible] litem intendebat Sigismundo Regi Vngariæ, post obitum Mariæ reginæ, quasi non eodem jure nisus fuisset Sigismundus, quo ille. Nam, quia Poloni precariò Hedvvigin receperant, & jam electionis jus ad se traxerant, potuerunt rei suæ per Electionem transferendæ, conditiones, quas vellent, imponere. Sic enim Stephani quoque [illegible] electioni hanc legem adjecerunt, [illegible]

Utrum [illegible] na [illegible] populi [illegible] sententia [illegible] liceat.

nam Sigismundi Augusti filiam uxorem duceret. Angli quoque licet id juris in regem non haberent, tamen indignè tulerunt intempestivum amorem Richardi II. quo ferebatur in Caroli Regis Gallorum, hostis adhuc sui, filiolam, jam diu Duci Britanniæ desponsam. Licet enim prohibere non possent, quin eam, veneri licet impa rem domum duceret, paulò post tamen inita conspiratione ipsum de solio depulerunt, & sponsam intactam Gallis remiserunt. *Froiss. lib. ult. in fin.* Non habebant quidem soli Gandavenses jus & potestatem in Margaretam, Caroli Audacis filiam, quam pari contentione ab iis Galli Germani & Angli petebant: vi tamen coëgerunt miseram fœminam, ut Gallis amicitiam abrenunciaret, & Maximiliano fidem matrimonii daret, *de quo prolixe Cominæus.* Verum si conclusa non teneatur regina, si sui potens se pta manu verset, & subditorum precibus obnoxia esse nolit, quis tum legem det amanti?dum ipsa intonat imperiosum illud, mulieri affictum *à Juven. Sat.6.*

149. [illegible] *Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.*

Et clames licet.

Nil unquam invitâ donabis &c.

Hæc dabit affectus. & Maior lex amor est sibi, ut ait Boet. *lib 2. Consol. metr. ult.* Quoties quæso Angli ad reginam Elisabetham tulerunt, ut nuberet, & successorem sibi designaret? sed surdæ narraiunt fabulam. An parta, Mariam hujus sororem, ex salute Reipubl. nupsisse, cum Vetula in juvenis amplexus adeò cupidè rueret, ut cum is in Angliam venire ante peractam conventionem cunctaretur, aureorum nummûm trecenta millia obviam miserit. Et quid morata fuit Maria regina Scotiæ oblocutiones comitiorum, quò minus Bothuello contra omnium vota nuptias promitteret? Alberti Batavi filia, provinciarum Belgicarum hæres, ut animo suo satisfaceret, excusso duce Brabantiæ, & remisso in Angliam Duce Glocestrensi, tandem Franconem ex infima nobilitate ascivit, cum quo maluit in exilium ad vitam privatam damnari, quam contra voluntatem suam matrimonium ex dignitate sua & familiæ repetere. Iam ante iisdem regionibus, Hollandiæ sc. & Seelandiæ, invitis induxerat Ada Comitissa, Theodorici VII. filia, Ludovvicum Comitem Lossensem, cui contra scitum & consensum subditorum nupserat. Eum verò post obitum uxoris exegit Wilhelmus patruus: Cæterum Sigismundum, quanquam inviti admiserant Vngari, tamen toties depellere non potuerunt, quia tandem cupidini Reginæ Mariæ cedere & Sigismundo, etiam post obitum Mariæ, regnum relinquere cogerentur. Nolunt enim reginæ deterioris conditionis esse, quam quis ex subditis, quorum vota sciunt libera à legibus relinqui, & solent coacta matrimonia, præcipuè Regum, malum habere exitum: quemadmodum Hedvvigis non diu post ex partu periit, quod se mœrore confecisset. Iohanna I. regina Neapolit. coacta Andream regem Vngariæ regni simul & thori participem facere, ut contentiones de successione inter posteros Caroli Martelli & Roberti, præscinderet maritum post biennium strangulari curavit. Quid Maria Scotiæ Regina commiserit in Henricum Stuartum, nunc non repeto, cum ex Buchan. intelligi queat. Si- 150.
ve autem invitis sive volentibus subditis maritum accersat regina, nunquam voti sui vel ipsa, vel Respubl. compos fit, quoniam propterea fœminis deferuntur sceptra, ut disputat Smith. *lib. 1. de Rep. Angl. c. 16*, ne sanguis regius imperio excidat, cujus magis rationem putat habendam, quàm salutis publicæ. Nam sive generetur aliquid ex illo conjugio, sive non generetur, semper affertur finis regio sanguini, quod si sceptra delata fuissent, ad proximos agnatos nunquam eveniret. Intuere enim paulisper regnorum, in quibus recepta fuerunt dominia mulierum, seriem, quoties ad externum principatum & alienas familias reciderint. In regno Siciliæ, spatio quingentorum annorum, sexies mutatæ sunt familiæ, cum à Normannis per conjugium Constantiæ transiretur ad Suevos, Suevos exciperent Andegavenses, à Pontificibus acciti, Andegavenses ejicerent Arragones, quod Petrus rex Arrag. Constantiam Manfredi regis filiam in matrimonium duxisset. Ab Arragonibus processum esset ad Vi tutũ Comitem,

Nuptias reginarum deferre regna extra sanguinē & familias.

151. *Quoties mutata familia in regno Neapolitano.*

cui Maria Friderici Simplicis filia desponsata erat, nisi post varia de ejus nuptiis certamina Barcinonem ad Martinum traducta fuisset. Paulò post tamen, cum Martinus sine legitimis hæredibus decessisset, ad Ferdinandum ex Castellana familia, ratione matris Leonoræ, res delapsa est, & à Castellanis ad Austriacos, cum Iohanna Ferdinandi Catholici filia Philippo Maximiliani Imperat. filio elocaretur.
152. Navarr. Regnum Navarræ ab anno 1276. quo lancea trajectus Garcias Sanctii Magni filius interiit, usque ad hunc diem decem diversis familiis in prædam datum fuit, cũ Ennici stirps mascula emoreretur in Sanctio V. & Blanca ejus soror transiret in matrimonium & potestatem Theobaldi Campaniæ & Briani Comitis. Post tertiam generationem, Henrico sine masculis liberis decedente, cum filia ejus Iohanna regnum delatũ fuit Philippo Pulchro & ejus filio Ludovvico Hutino, Regibus Galliarũ, & posthunc Philippo Eboracẽsi, cui Iohanna Hutini unica filia nupserat. Ab Eboracensibus reditum fuit ad Hispanos, cũ Blanca Caroli II. filia, elocata esset Iohanni Ferdinandi Arragonii filio, qui cum nõ haberet ex prima hac uxore, nisi unicum filium Carolum, ante patris obitum mortuum, ad Blancam filiam majorem natu, ejusq; maritum Henricum IV. Castellæ & Legionis Regem regnum devenisset, nisi ipsa ab eo divortium fecisset, & paucis diebus post fatis cessisset. Transitum igitur iterum fuit ad Gallos, quod altera Iohannis ex Blanca filia Leonora in conjugio esset Gastonis Comitis Bearni & Foxii. Gastoni successit quidem Franciscus Phœbus ex Gastone filio nepos, sed eo sine liberis mortuo, ad Iohannem Albretanum, maritum Catharinæ, Gastonis sororis, res rediit, Ab ejus nepte Iohanna, quæ primum Duci Iuliacensi desponsata erat, mox autem Antonio Borbonio nuptum elocata, devoluta fuit ad Borbonios, qui paucis castellis & titulo adhuc gaudent. Regnum enim ipsum Ferdinandus Catholicus, Leonoræ frater, cum Albertanus à Iulio II. Anathemete percussus esset, occupavit, & in domum Austriacam transmisit.
153. Castell. & Legion. Regnum Castellæ & Legionis paulò minus obnoxium fuit mutationibus, & tamẽ illud quater, hoc quinquies Dominos & familias mutavit. Regnum enim Asturiæ [illegible] Legionis Pelagii filia Ormisinda [illegible] ad Cantabricam familiam, Alphonsum [illegible] I. detulit, a cujus stirpe iterum [illegible] per Ferdinandum I. Sanctii M. Navarræ regis filium, cui nupta erat Sanctia Veremundi III. à Ferdinando devicti soror. Idem Ferdinandus comitatum Castellæ acquisiverat [illegible] re matris, Sanctii Gundisalvi filiæ, & Infantis Garciæ à Vegila & Didaco proditoribus [illegible] toribus templi occisi sororis, ideoque [illegible] dam familiam Castiliæ inferebat, cui regium titulum circumdedit. Nec tamen ea diu rerum potita est, quos masculos hæredes nullus filiorum Ferdinandi relinqueret. Varaca igitur, Alphonsi VI. filia, regnum de[illegible]lit cum nuptiis ad Raymundum Berengariũ Comitem Tholosanum, eo verò mortuo ad Alphonsum I. Arragonium, cui quidem, quod ex primo matrimonio hæres regni superesset, Castellani pertinaciter obstiterunt, donec vi sub jugum mitterentur. Et [illegible] scit, nisi divina vindicta periisset Alphonsus, quorsum regni possessio translata fuisset. [illegible]o verò pereunte, Alphonso Tholosano reditus ad regnum patefactus est, qui tertiam familiam in ditionem Castellanam, quartam in Legionensem induxit. Post, cum Henricus rex Cast. & Leg. 1474. sine legitimis liberis decessisset, ad sororem ejus Isabellam & Ferdinandum Catholicum, relapsa est rerum summa, qui quidem Ferdinandus, ex Tholosona familia originem trahebat, sed tamen Arragoniæ regnum separatim à Ferd[illegible]o avo & patre Iohanne regebat. Hujus [illegible] filia Iohanna tùm hæc, tùm alia omnia Hispaniæ regna in familiam Germanicam Archiducum transfudit. 154. Arragon.
Regnum Arragoniæ ab Ennici stirpe primum abrupit Raymundus Berengarius Comes Barcinonensis, cui Petronella Raymundi Monachi filia, deinde Iohannes II. Rex Castell. & Legionis [illegible] Leonora Petri IV. Ceremoniosi [illegible], & denique Philippus Maximiliani I cui Ferdinandi Catholici filia Iohanna nupta erat. 155. Angliæ.
Regnum Angliæ inde ab anno 1136. in tria[illegible] peregrinarum familiarum potestatẽ [illegible] extinctis Gulielmi I. [illegible] sine [illegible] redibus, & Gulielmo Roberto [illegible] Henrico I. profligato, Adela [illegible] Stepha-

Stephanus, Comes Campaniæ & Blesensis regnum diripuit, a quo illud longo bello recepit Mathildis Henrici I. filia, occupatumque transtulit in Plantagenetarum, Andium Ducum familiã, in qua interrupta serie mansit usque ad Henricum VII. sive usque ad VIII. post cujus & filioli Eduardi obitum, Maria Hispanum maritum, quanquam duris conditionibus circumscriptum, induxit. Mortua verò Maria, antequam Philippus in regno se obfirmare posset, post Elisabetham innuptã, gubernacula suscepit Iacobus Stuartus ex regia Scotorum familia, cui, adhuc
156. Scotia. hodiè Angli se subjectos tenent, Scotia, etiãsi semel peregrinum Dominũ admiserit, cum sc. Franciscus Delphinas Galliæ Mariam reginam duxisset uxorem: tamen per varias domesticas familias vagata est, Balliolos, Brussios, Stuarios, qui autoritatem regiam non nisi multo sanguine supra æmulos assecuti sunt. In regno Vngariæ usque à D. Stephano octo peregrinæ familiæ numerantur, quæ jure fœminarum id possederunt, *Iohan. Pistor. Nidd. in Geneal. reg. Hung.* ut Hunniadem interim prætercam, qui & inquilinus fuit & virtute fortunaq; regnum meritus. Nam Petrus ex Duce Burgundiæ ope Gisalæ matris, D. Stephani sororis, ejus ascitus fuit. Eo verò propter crudelitatem à subditis excluso, & receptis nepotibus Michaelis, qui fuerat frater Geisæ D. Stephani patris, in ea stirpe permansit regnum ab anno 1047. ad annum 1301. cum mortuo Andrea III. sine hæredibus trium sororum Ladislai IV. filii Carolus Martellus rex Neapol. Wenceslaus Rex Bohem. & Otto Dux Bavariæ inferiores, pari conatu regnum invaderent intestinisq; bellis dilacerarent, donec in familia Martelli acquiesceret per annos centũ paulo minus. Per Ludovvici enim filiam transit in domum Lucelburgicam, cum Maria nuberet Sigismundo: Per Sigismundi filiam Elisabetham, nuptam Alberto Austriaco, in domum Austriacam. Domus Austriacæ successionem parvo interrupit electio Vladislai Varnensis & stirpis Iagellonicæ, quia Iagello Hedvvigin, Mariæ, quam supra nominavi sororem in matrimonio habuerat, eoq; nomine regnum Vngariæ aliquoties petierat, donec per nuptias Elisabethæ, Ludovvici II. sororis, Vladislai filiæ rediret in potestatem Ferdinandi Archiducis & Imperatoris.

Cum igitur tot vicissitudinibus obnoxiæ sint fœminarũ successiones, & toties rerum summam deferant ad externas familias, qua ratione servatur successio ejusdem stirpis? Nam licet nomina, *Generis, Generationis, Posteritatis, Descendentium*, & quæ sunt similia, fœminas comprehendant, quemadmodum plurimis autoritatibus deduxerunt Tiraq. *de retract. lignag §. 1. On lignag. gl 9. n. 237. & seqq* Covarr. *in c. Raynaldus 18. in pr. n. penult. de testam.* Ludov. Molin. *lib. 3. de jure primog. c. 4. n.* 10. atque adeò ipsum nomen familiæ tàm agnatos, quàm cognatos comprehendat, ut indè subjiciunt, cui æquipollere nomen *Domus*, testantur Alciat. *ad l. 195. Verb. Domo. de V. Sign.* Tiraq *d. gl. 9. n. 195.* Paris. *cons. 47. num. 57. & seqq. lib. 3.* Tamen negari non potest, quin eadem nomina, præcipuè, *Familia, Domus, Stirpis, seu Cippi*, ut Hispani loquuntur, solos agnatos sæpè comprehendant, ut tenet Peralt. *in l cum ita legatur. §. in fideicommisso. n. 16 de legat. II. Steph Forcat. c. 5. de feud. n. 3.* Fœmina enim finis suæ familiæ dicitur *d. l. 195. §. ult de V. S.* In præsenti autem negocio, quando Regem deposcunt subditi ex familia, familiam non esse accipiendam, pro omnibus consanguineis, *ut in l. ult. C. de V. S.* sed pro masculis tantùm ex multis demonstrari posset, nisi huic rei explicandæ nimis diu immoraremur. Nam *in l. . §. 2. de jur. immun. l. & quorũ nom §. Corporalia de muner & honor.* honores & immunitates, quę generi posterisq; indulgentur, ad fœminas non pertinent, *sed*, ut inquit Iavolenus *in l. Vacatio 13. de mun. ad eos duntaxat, qui sunt ejus familia.* Ergo nec in regiis honoribus adeundis familiæ complectetur fœminas, idq; potissimùm ex hac ratione, quod familia tum demum complectatur fœminas, nisi subjecta materia repugnet, ut fatetur ipse Tiraq. *d. gl 9 n. 239.* Fœminas verò civilium officiorum, adeoq; dignitatis regiæ esse incapaces, & proinde sub nomine familiæ, cui regnum acquisitura vel datura est, non magis contineri posse, quàm si feudum militare alicui stirpi concessum ponatur, ex supradictis planum est.

158. *Fœmina non manet in familia, seu stirpe, seu Domo.*

159. *Familia hoc sensu nõ complectitur fœminas.*

 Acce-

Accedit intentio tàm eorum, qui regna in primogenia verterunt, quàm subditorum, qui in successionem propterea consentiunt, ne quã peregrinus sanguis genuinum absorbeat, & indebitam sibi arroget possessionem. Vbi verò mulier nubit, inducit in Rempubl. alienum sanguinem, alienamque familiam, quia transit in familiam viri, cujus conditionem sequitur, & liberos non habet in sua familia, cujus rationem adjicit Cajus: *Quia, qui nascuntur, patris non matris familiam sequuntur. l. familia 196. §. 1. de V.S. l. 1. ad Municip. l. lex nat. 24. de stat. hom. §. Atqui. Inst. de leg. agnat. tut.* Sic & Canulejus redarguebat patrum cavillos, de incertitudine prolis, si plebs misceretur patribus: *Nempe patrem sequuntur liberi. Liv. lib. 4.* Anonymus Scholiast Rhetor. Aristot. refert: ὁ ᾽ν νόμῳ λέγει, ὡς μητέρα οὐχ' ὑπονοεῖται. Nam improbam Malabarum regnorum incolarum suspitionem, per præsumptionem honestæ pudicitiæ, meritò ad Barbariem remittimus, quando regnum non patris aut agnatorum sed filiarum liberis deferebant, rati, de patre sobolem perpetuò incertam esse. De sanguine verò matris dubitare non licere. *Ferd Lopez. in hist. Mexic.* Quod si jam liberi nequeunt esse dimidii matris, dimidii patris, ne secum quidem ipsi concordes, constat, quod non sint de matris, sed patris familia, & percõsequens in Republ. magis peregrini, quàm domesti ci, id quod ex sententia DEI ipsius patet, *Num. c. ult.* cum Zelaphehadis filiæ, quibus prædia, propter defectum fratrum sortitò obtigerant, conquererentur, per nuptias fœminarum transferri hæreditates extra familiam Manassæ, ideoque tribum depauperari. Respondit enim Moses de mandato divino: *Rectè dixisse tribum Iosephi, & interesse ad conservationem tribuum, ne per nuptias fœminarum, in alienas familias sese ingerentium, tribus exhauriantur, & bona prætextu nuptiarum in alienas tribus deferantur:* Ideoque sanxit, *ut mulier quæcunque quæ prædia possidet, nuptias intra sua tribus limites contineret.* Manifestè enim præsupponit, mulierem, dum nubit, mutare tribum, & transferre prædia in peregrinam possessionem, quod de regnis pari ratione concedendum est. Nemo enim unquam stirpem aut familiam principum denominat, aut accersit a matre nec denominare quisquam potest, nisi cui principium generationis ignota fuerit, & quantum [illegible] parentum ad generationem confert. Nec enim soli Aegyptii patrem generationis autorem statuerunt, *teste Diod. or. lib. 1. Bibliotb.* sed & optimi quique Philosophi, & eorum Coriphæus Aristoteles, qui [illegible] negat à mulieribus excerni, sed [illegible] idque efficientis munere defungi, dum [illegible] guis mẽstruus à fœminis afferatur loco materiæ. *1. de gen. anim. c. 20. 2 d. gen. anim. cap. 3. Averrh. 1. de gen. anim. comm [illegible] Coll. c. 10. 5. Metaph. comm. 1. 8. Eth. c. 1. Albert. M. lib 15. de animal. c. 1. tract. 2. lib. 1. c. 14. tr. 1. Iacob. Aubert. c. 51. Andr. Casalpin. in qq. Peripat. Argenter. comm. 2. in art. parv. Francisc. Bonam. lib. 3. de Alment. c. 20. Soncin. 8. Metaphys. q. 16. Thom. 3. part. q. 32. art. ubi Cajet. & in 2. 2. q 154 art. 12. Tho. 3. dist. 4 q. 2. art. 2. ubi Paludan. q. 2. Ma[illegible] q. 5. art. 2.* Quanquam verò Hippocr. *de nat. puer.* περὶ γονῆς. *3. de morb. puer.* Galen. *duobus libr. de sem. 6. de loc. affect. c. 5. ubi Vega in Verb. Semen.* Valeriol. 1. *loc. comm. c. 17.* Fernel. 7. *Physiol. c. 6.* Laurent. *lib. 2. Anat. q. 17.* Mercat. 1. *part. oper. Medic.* Casman. *part. 1. Psychol. c. 8 q. 3. part. 7. q. 5. & 6.* Conimb. 1. *gen. & corr. c. 4. q. 27.* Vesal. *5. libr. de fabr. hum. corp. c. 15.* Valles. *lib. 2. Controv. c. 7.* Bocci. navent. *de Off. m. partu.* Scotus cùm suis asseclis Bassal. Lichet Major. Ockham. Gabr. *1. sent. dist. 4* & plerique Medicorum a Peripato successionem faciunt, remq, confectam putant, si ex Anatomica inspectione testes & semen in mulierib. demonstraverint: Tamẽ duo coguntur Aristoteli concedere, quod semen mulieris sit imperfectum, quippe à frigida temperie profectum, & ab imperfectis testiculis improbè elaboratũ: deinde quod genitura, à qua principium dependet generationis sive ebullitio, soli semini viri competat, quia imbecillius est semen muliebre quam ut suo Marte possit exire in actum. [illegible] enim vim primùm se movendi habere semen fœmineum, cur non pareret [illegible] læ fœminæ, quæ semine ab[illegible]dant, ex [illegible] non perfectum, saltem subventaneum [illegible]

160. *Fœmina nubens inducit peregrinum sanguinem.*

161. *Liberos accenseri paternæ non maternæ familiæ.*

tum, sicut ova subventanea edunt Galinæ sine inscessu Galli? Convenit autem unius operationis unam esse causam effectivam, quæ abscedit, absolutâ generatione, in unum principium vitæ. Non repeto cætera, quæ *de gen. hom.* peculiariter à nobis disputata sunt: Id saltem inde accipio: Marem in generatione conferre semen spirituosius, copiosius, efficacius, quodque sit primum movendi principium, ut docet Avic. *lib.* 3. *Fen.* 20. *tract.* 1. *c.* 3. inquiens: *In unoquoque duorum seminum est virtus formandi: sed masculinum fortius est in virtute, a qua est inceptio formationis iussu DEI* quod iam innuerat *lib.* 1. *Fen.* 1. *doct.* 5. *c.* 1. *lib.* 9. *de An. m. c.* 3. & ad hunc modum explicant Soncin. 8. *Metaphys. q.* 16. Francisc. Bonam. *lib.* 4. *de Alim. c.* 9. Dunc. Lidd. *lib.* 2. *art. Med. c.* 9. nec negare videtur ipse Gal. 14. *de V. P. c.* 6. *& 7.* Cum igitur pater sit autor & principiū generationis, cum plus afferat ad fætum, quàm mater, sive efficientem, sive materiam spectare velis, ratione naturali evenit, ut proles potius pertineat ad familiā patris, quàm matris, & cum plus participet patris peregrinis, plus quoque peregrini à patre, quàm juris domestici à matre trahere credēdus sit, cum è cōtrario, si rejecta fœmina proximis agnatis sceptra offerrentur, nihil de confusione sanguinum suspicandum esset.

164. Ab altera parte, si sterile trahatur conjugium, & proles nulla prodeat, rem eodem recidere, quò recidisset ab initio, si mulier seclusa fuisset, planum est: sed præter hoc per connubium accessit nova difficultas, qua sé ratione, mortuâ uxore, maritus à tutelæ & possessione, sine cæde & sanguine possit dejici. Nullam quidem intentionem fundatam maritus habet, nec jure in se derivare potest, quod innitebatur soli sanguini uxoris & in quos sanguis ille ita effunderetur: quē ad modum Robertus Frisius Comes Flandriæ coactus fuit administratione Hollandiæ & Zelandiæ sese abdicare, ut primùm uxor Gertrudes fatis cesserat, quæ se post maritum primum Florentium pro hærede gerebat. Sed ubi jure non potest, *ut geritur Res. &* in eversionibus Rerump. non id spectandum, quod jure, sed quod verisimiliter potest fieri, infra monebimus. Qui verò pro uxore regnum ex arbitrio semel administrā-dum suscepit, aliorumq; favorem benè merendo sibi elaboravit, alios autoritate compescit, nec ullo prætextu causam suam vel ornare vel excusare potest, is à dulcedine imperandi nō nisi difficulter se patietur abigi, quemadmodum testatur Arist. 4. *Pol. c.* 11. ad sua usq; tempora tantùm unum cognitū esse, qui Tyrannidem cum gratia abdicarit. Rom. Lacapenus, cui Cōstantini mater Leonis uxor nupserat, & Rom. Diogenes, cui Eudocia Constantini Ducæ uxor, legitimis hæredibus præripuerunt imperium, nec, ut restituerent, cogi potuerunt, donec ab iis vel in exilium mitterentur, vel oculis effossis in carceres compingerentur. Sigismundus, licet ex pugna Turcica domum reversus uxorem Mariam mortuam reperisset, sine liberis, eaque de causa Hedvvigis Mariæ sororis maritus Iagello rex Poloniæ, & paulò post Ladislaus Caroli Parvi, à Sigismundi socru occisi filius à proceribus accitus, regnum ad se pertinere contenderent, Sigismundo *An.* 14. r. in carcerem conjecto, nihilominus contra tantam vim per majorem vim in occupata possessione sese ita obfirmavit, ut non tantum 51. annos regno Vngariæ præesset, sed idem moriens Alberto genero de manu in manum traderet, licet Elisabetha filia non ex Maria, sed Barbara Comitis Ciliæ filia nata esset. Et Iagello, quod jus nolebat Sigismundo in Vngariam concedere, id sibi paulò post sumsit ipse in Poloniā, quanquam ille non tàm per nuptias, quàm electionem Palatinorum & pacta conventa Rex creatus esset. Idem erat animus Ottocari Bohemo, cum Margarethæ uxori, cujus beneficio possessionem Austriæ invaserat, venenum dari vel jussisset, vel consensisset. & tamen Austriæ Ducatum, quo à Rudolpho Habsburgense exutus fuit, sibi vendicare pergeret. Ludovvicum Comitem Lossensem ex possessione Hollandiæ & Selandiæ armis exegit Adæ, uxoris ejus, patruus Wilhelmus, non sine cæde & sanguine subditorum. Ludovvicus Comes Flandriæ in posteros transmisit Brabantiam, quam cum uxore Margarita acquisierat, licet ipsa sine liberis decessisset. Nec videbatur Philippus cum gratia cessurus Anglia, si intra territorium eo

articulo

articulo fuisset, cum Maria inopinatâ morte periret. Adeò imperiosè multa & ex suo [illegible] arbitrio, quàm Anglorum agere cepe rat. Alphonsus rex Arragoniæ, cui secunda vice nupserat Varraca regina Castiliæ & Legionis, etiamsi ex priori matrimonio Berengarii hæres regni superesset, cui subditi regnum a Tyrannide Vitrici omni modo conservatum cupiebant, bello tamen subactis Castellanis Regem se agnoscere, vellent nollent, coegit. Nec Iohannes Rex Navarræ filio Carolo, jus maternum sibi ante patris obitum deposcenti, cedere voluit, ut nec Ferdinandus Philippo genero, in regnum Castiliæ appellenti. Ideoq; & hic locum habet illud vulgatum:

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

165. *Incommoda, quæ oriuntur, si fæmina universam Majestatem tradat marito.* Porrò dum regina transit in potestatem novi mariti, aut universam Majestatem illi tradit, aut universam sibi retinet, aut partē tradit, partem retinet, ita ut edicta & constitutiones utriusque nomine ex æquo subscribantur. Vt universam Majestatem à se in maritum abalienet, vix patietur sibi ambitio muliebris persuaderi. Etenim Maria regina Scotiæ, post primum statim annum Henricum Regem ab omni potestate amovit, ne nomen quidem ejus edictis pro more asscribi passa. Maria regina Angliæ his conditionibus pacta est nuptias cum Philippo principe Hispaniarum: *Vt nuptiis, quamprimum fieri possit, contractis, Philippus omnium uxoris regnorum ac provinciarum titulos sibi sumat, sociumq; in negotiorum administratione sit, integris regni privilegiis ac consuetudinibus, plena item ac libera beneficiorum, gratiarum, ac functionum distributione penes Reginam manente. Thuan. lib. 9.* Maria regina Vngariæ, quam Vngari *Regem Mariam* inde indigetabant, omnia jura Majestatis sibi reservavit, & Sigismundo nihil ferè præter nomen & labores reliquit, id quod exceptum quoque fuit tabulis connubialibus, quæ erectæ fuerunt inter Ferdinandum Catholicum Regem Arragoniæ, & Isabellam, Iohannis II. Regis Castil. filiam & 166. *Quod difficulter fieri solet.* regni hæredem, quem eo nomine Iohanna Isabellæ filia, Philippi uxor, regno Castiliæ pepulit, postquam mater rebus humanis exemta fuerat. Quod si aliquando totum imperium del[illegible]atur [illegible]arito, id ex alia causa fieri solet, aut per vim: Romanus enim Lacapenus, & Romanus Diogenes per vim vendicarunt sibi imperium Constantinopolitanum, quod invaserant jure nuptiarum. Iagello verò Poloniæ & Sigismundus Vngariæ regnum post obitum conjugum, de voluntate & autoritate procerum retinuerunt. Henricum VI. in regno Neapolitano magis obfirmavit investitura Pontificis, quam conjugium Constantiæ, absque quo fuisset, tàm potuisset in regnū immitti, quam paulò post Carolus Andegavensis. Petrus vero Arragoniæ, etiamsi Manfredi filiam in matrimonio haberet, tamen jure belli post interneccionem Gallorum invasam Siciliam potiùs acquisivit, quàm jure uxorio. Vbi verò omne imperium transit ad maritum, jam succeßio sanguinis planè interrumpitur, & res in alienam familiam defertur, quod tàm sollicitè cavere cupiunt, qui agnatis remotioribus propiores fœminas præferunt.

Vbi nō transit sed manet penes Reginam, excluso marito, qui nulla alia opera inservire cogitur, quam ut prolem sufficiat, reditur ad supra rejectam Gynæcocratiam, & præterea invertitur jus naturæ & divinum, quod viro in mulierem, non contrà, imperium tribuit. Nam ut, quæ de obedientia mulierum loquuntur, dicta patiamur restringi, ad subjectionem domesticam, hoc casu manifestò violatur jus maritale, dum maritus cogitur subjectus esse uxori. Distinctio enim publici imperii & domesticæ subjectionis *ex l. 77. junct. l. seq. de jud. l. illa à quo. §. 5. l. Nam quod ad SC. Trebell.* huc trahi non potest, tùm quia regno assueta mulier, & publicâ vi armata, non patietur se sub jugum à privato viro redigi, ut supra ostendimus, tum quia regina non tantum in foro sed & domi sacrosancta est, quam sacrilegio durius tractari, aut alienæ potestati subjici nequit. Alexander M. ne quidem à Chirurgo vinciri volebat, *Non decere,* [illegible] quiens, *Regem vinciri, cujus potestas libera & semper salva esse debeat. Curt. lib.* Nec absurdè quidem Tyronum judicabat, cum Neronē, sub assumta in scena persona vinctum videret, Vincienti enim accurrens ex [illegible]

cum

ubi ex [illegible] agere jussus erat, gladium post a[illegible] res strinxit, Compedes etiam per locum Imperatori sine periculo non posse autumans, *Dion. in Neron.* Nam si superiorem nullum agnoscit Regina, etiam domestico imperio exemtam esse oportet, ne jus privatum perturbet publicum. Quin etiam licet pater filium possit habere judicem, *dict. l. 77. & d. l. 6. de rec. arb.* tamen ut ea licentia utatur in patrem non convenit. *l. 1. de jurisdict. l. fin. §. 2. Coll. ubi Senat. Pacius centu. 3. Conc. ll quæst. 31.* Multò minus igitur fas erit, uxorem publicè judicare de negotiis & capite mariti. Vbi denique dividitur Majestas inter maritum & uxorem, ex parte saltem introducitur Gynæcocratia, & ex parte dominatur uxor viro. Præter hæc verò incommoda paratur via certissimæ anarchiæ, quam *sect. 2.* diximus, ex duorum diviso imperio imminere.

168. *Incommoda divisæ Majestatis inter conjuges.*

169. Denique, ne in infinitum controversiam extendamus, hoc argumento concludimus, dum nubit Regina, aut civi & subdito nubit, aut principi peregrino. Neutrum potest sine magno incommodo. Nam ad subditorum nuptias vix se demittet, quemadmodum Elisabetha regina Angliæ solita fuit ad Reges vicinos scribere, se nunquam Majestatem suam tàm vilem habituram, ut eam subditorum alicui subjicere velit. *Bodin. 6 de Republ. cap. 5.* Fac tamen subditorum aliquem tanto connubio dignum fore, atqui non erit par ferendæ invidiæ, quæ dignitatem comitabitur. Nec enim quisquam tàm abjecti animi est, ut à concive sibi imperari æquo animo ferat. Balduinum Flandrum designati Electores pronuntiarant Imperatorem Orientis: sed non prius induit purpuram, quam Marchio Montisferratensis ab eo deficeret, & peculiare regnum exordiretur. Nolebat enim ferre superiorem, quem parem vix tulerat. *Nicet. in Annal. Bald. Fland.* Contra Præmislaum Regem Bohemiæ ex colono forte factum, ipsæ mulieres arma moverunt, & septennale bellum gesserunt. A Georgio Poidebradio quam abhorruerint Silesij, Lusati, Moravi, propter originis humilitatem & religionis mutationem, in recenti memoria est, ut & contemtus Matthiæ Hunniadis, qui eodem tempore

Nupsisse reginam sine incommodo [illegible] vel [illegible].

primus ex subditis sublatus erat in solium regni Vngariæ. Non tantum enim Transylvania, & Stephanus Wayvvoda Moldaviæ turpiter defecerunt, sed & tota Vngaria, excepto Palatino, & uno atque altero Episcopo, regem deseruerunt, Casimirumque Polonum, vivo obduxerunt æmulum. *Bonfin. dec. 5. lib. 2. & 3.* Henrico Stuarto, Regi Scotiæ, quam fuerit fatale connubium regium, neminem latet, nec incognita sunt certamina Balbolorum & Brussiorum, cum alii aliorum imperium flocci facerent, & pari contentione regnum sibi arrogarent. *Buchan. lib. 8. histor. Scot.* Propterea Casimirus M. in comitiis Cracoviensibus, Ann. 1339. obtinuit, ne Ianus Dus Mazoviæ sibi successor daretur, *quia*, inquit, *Vasallus regni, præterquam, quod nihil splendoris affert regno, etiam Vobis erit contemtui. Cromer. libr. 11. hist. Polon.*

Si verò peregrinum principem Regina præferat inquilinis, multò gravioribus incommodis exponitur Respubl. Nam, qui foris insecus in Rempubl. attrahitur, præterquam quod morū populi ignarus est, ignotamque Rempubl. cujus fortè nec linguam callet, minus commodè gubernare novit, etiam civibus non parcet, quemadmodum Petrus Vngariæ Rex, D. Stephani sororius, ex Burgundia ad sceptrum vocatus, exactionibus & suppliciis ita exhausit Rempublicam, ut nisi maturè per seditionem ejectus fuisset, nihil iisdem Abæ successoris virtutibus reliquum fuisset. *Bonfin. libr. 2. Dec. 2.* Henricus Vallesius sponte sua, insciis Polonis, in Gallias refugit, cum per mortem fratris sibi locum patefactum videret, aliena negligens præ domesticis. Nam, ut ait Claudianus. *Non parcet populis regnum breve*, & quem amor communis patriæ non reflectit, facilè ad sui commodi studium delabitur. Quod si etiam absque iis vitiis fuerit, naturali odio prosequuntur cives peregrina imperia, ut *lib. 4. cap. 1.* demonstrabimus. Et Lysimachus exprobrat Macedonibus, quod extraneo Regi scil. Pyrrho subjecissent, imprimis qui ipse olim Macedonū imperium submissè revereri coactus fuisset *Plutarch. in Pyrrh.* Eduardum principem Walliæ delitias ejus ævi quidam vocabant, & tàm mo-

170. *Multò minus peregrino.*

171. *Enarrantur incommoda, quæ instant à peregrino marito.*

delitè tractabat Gallos, à patre sibi regendos commissos, ut multi ne ad Gallos quidem reverti voluerint, veriti odiosas, quibus onerabantur Galli, exactiones, nec quicquam ad autoritatem ipsi deficiebat, cum toti Galliæ, Hispaniæ, Scotiæ, quæ fortunam ejus senserant, terrori esset: nec tamen gratiam & favorem apud Gallos sibi subditos promereri potuit, tantum quod Transmarinus esset, & peregrina imperia invisa essent Gallis, *Frossard. lib. 1. c. 246.* quos Aemyl. *lib. 3* semper irasci scribit, si alienigenæ præficiantur. Licet enim Poloni, Ludovvicum Vngarum, Vngari Sigismundum Germanum, Angli Philippum Hispanum, Scoti Franciscum Delphinatem, artissimis legibus circumscripsissent, adeoque potestatem omnem unis Reginis sanctè conservassent, nihilominus in odium subditorum & periculum vitæ unà cum suis inciderunt. Poloni enim, ut ceperũt Ludovvicum tanquam peregrinum Regem, quem sine interprete adire non poterant, fastidire, Vladislaum, Casimiri M. proximum agnatum, ex monasterio Divionensi, extraxerunt, Regemque designarunt. Vngari Sigismundum vocarunt *Porcum Bohemicum*. & aliquoties regno excluserunt, advocatis ordine Carolo Parvo, rege Neapol. Iagellone Polono, & Ladislao, Caroli Parvi impubere filio. Tandem etiam captum carceri manciparunt, & hostibus custodiendum tradiderunt. Anglos fama erat in Hispanorum capita, occulta jam iniisse consilia, voluisseque omnes occulta conjuratione tollere, *Bodin. 6. de Republica cap. penult.* perinde ut olim Danos internecione deleverant & Canutum Durum Regem paulò post veneno sustulerant. Scoti maluerunt se supplices Anglorum fidei committere, quàm Gallorum imperium perferre, nec destiterât dominatores prius armis persequi, quàm acceptis pacis conditionibus provincia decederent, & eò se referrent, unde venerant. Et hi quidem latere tecto ex alieno regno recedebant, sed qui Carolum Andegavensem comitati erant in Siciliam, crudelitatem & avaritiam capite ad unum omnes luebant. Nec enim ullum iàm modestum est imperium, quod non sordeat civibus & onerosum videatur propter peregrinitatem, nec conjunctio animorum in conjugio permittit, ut imperia & dominia conjugum certis limitibus separentur. Nihil enim interesse dicit Arist. 2. *Polit. cap. 7.* sive mulieres præsint, sive mulieribus obediant, qui præsunt. Ita nihil refert in Republ. sive Rex ipse imperet, sive Regi obsequatur uxor, quæ imperat. Facilè enim uxoris voluntatem in leges suas conficit obsequiosus maritus, & per obliquum obtinet, quod directo non poterat. Individua enim vitæ consuetudo & pertinax animorum conjuratio consiliorũ quoque inducit communionem, quemadmodum Syphax conqueritur *apud Livium lib. 30.* quærente Scipione, quid sibi voluisset, qui non societatem solum abnuisset Romanam, sed ultrò bellum intulisset: *Cum scil. Carthaginiẽsem matronam domum accepe-rit, illis nuptialibus facibus regiam conflagrasse suam: illam furiam pestemq́ue omnibus delinimentis animum suum avertisse atque alienasse: nec quievisse, donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma adversus hospitem atque amicum induerit. Perdito tamen atque afflicto sibi hoc in miseriis solatiũ esse, quod in omnium hominum sibi inimicissimi domum ac penates eandem pestem ac furiam transisse videat: neque prudentiorem, neque constantiorem Masanissam, quam Syphacem esse, etiam ab inventa incautiorem; certè stultiùs illum, atque intemperantiùs eam, quam se duxisse.* Quocunque igitur nos vertamus tot undique difficultatibus implicatur Gynæcocratia, tot necessariis ex vitiis laborat, ut nihil in Rempub. introduci queat detrimentosius nihil contemtius, nihil quod ad intestinas seditiones, & externa bella facilius viam aperiat.

De successione filiorum illegitimorum. SECT. 15

1. *Varia genera illegitimorum.*
2. *Ex quibus vulgo aut incestu quæsiti. merito a successione depelluntur.*
3. *De quibus hoc loco disquisitio instituatur.*
4. *Exempla successionis spuriorum in regno Francorum.*
5. *Item Hispaniarum.*
6. *Sicilia.*
7. *Anglia.*

1. Sco-

8. *Scotia.*
9. *Mediolanensium.*
10. *Generalis ad exempla hæc responsio.*
11. *Præjudicia plurima contra spurios.*
12. *Imperia spuriorum ubiq; ferri iniquo animo.*
13. *Concubinas plerunq; esse viles & nullius frugi.*
14. *Spuriorum patrem præsumi semper incertum.*
15. *Spurios esse infames.*
16. *E propterea repelli à portis dignitatum.*
17. *Virum spurij ab infamia jure liberi pronunciari possint.*
18. *Probrum definiri non tantum lege, sed & moribus & opinione hominum.*
19. *Sacrarum literarum de spurijs sententia.*
20. *Item Aristotelis & aliorum.*
21. *Causæ, ob quas in infamiam ponuntur spurij.*
22. *Illicitam Venerem inquinare natales non solum ex dispositione legis civilis, sed naturæ etiam.*
23. *Per infamiam liberorum puniri parentes & deterreri à scortationibus illicitis.*
24. *Qua ratione justò luat filius, quod peccavit pater.*
25. *Spurios esse consortes infamiæ.*
26. *Multos puniri sine culpa, sed non sine causa.*
27. *Quantu intersit Respubl. ut matrimonia sanctè colantur.*
28. *Absq; infamia spuriorum esset, vix videri posse coerceri libidinem principum.*
29. *De spuriorum indole malè præsumi.*
30. *Ex spuriis extitisse multos magnos viros.*
31. *Nec tamen ob horum virtutem spurios omnes ad dignitates promiscuè admitti.*
32. *Etiam incestu natos floruisse.*
33. *Præsumtio contra spurios deducitur ex natura.*
34. *Spurios excludi etiam à minoribus dignitatibus.*
35. *Quare admittantur ad Decurionatum.*
36. *Exclusos à Torneamentis & officijs Ecclesiasticis.*
37. *Item à successione feudorum.*
38. *Scelera spuriorum, qui legitimos antevorterunt.*
39. *Spurios jus succedendi nullum habere.*
40. *An habeant nati ex concubinatu Rom.*
41. *Spurios ad liberos nostros & hæredes non pertinere.*
42. *Donatio an revocetur per spurium subnatum.*
43. *Ab intestato non succedere spurium.*
44. *Ne de jure quidem divino.*
45. *Qui sint propriè spurij.*
46. *Vulgò quæsitum, aut ex incerto erubescendoq; patre prognatum non posse patri succedere.*
47. *Quatenus succedant in bonis maternis.*
48. *Spurios ne ex matris quidem, si sit illustris, hæreditate quicquam capere posse.*

1. *Varia genera Illegitimorum.*

SVperest, ut priusquam à controversiis successionum abeamus, de liberis illegitimis videamus, utrum & quousque ad Regias dignitates admitti valeant. Non repeto intricatas distinctiones spuriorũ seu vulgò Quæsitorum, Nothorum, Naturalium, quę nomina pro intentione utentium aliter atq; aliter accipiuntur, *ut patet ex §. si adversus. Instit. de nup. l. vulgo. 23. de stat. hom. Theoph. in d. §. si adversus. Plutarch. c. 103. Probl. Novell. 74. & Nov. 89. quibus modis nat. effic. sui. tot. t. C. de nat. lib. Iob. Andr. in c cum pridem. de renunc. Connan. li. 2. Comm. c. ult Vasq. lib. 2. Controv. c. 102. n. 17. Buda. in d. l. vulgo. Calv. in Lex. verb. Spur. & Noth. Palaott. de Noth. & Spur. prolixè. Casell. Cotta. in memorab. verb. Spurius. Godd. ad l. 56 1. ult. de V. S. Cujac. parat. ff. de concub. Alc. lib. 1. praterm. Covar parc. 2. matr. c. ult. § 5. nu. 1. & 2.* Nam qui vulgò quæsiti patrem demonstrare non possunt, aut qui ex incestu, adulterio, aliove damnato coitu nati sunt, à successione meritò repelluntur, quia liberorum loco non habentur. *l. 4 5. & 6 de in jus voc. l. ult. de ys, qui not. infam l. ult. de jur. deliber.*

2. *Ex quib. vulgò, aut incestu quæsiti, meritò depelluntur.*

De iis verò, quos φυσικοὺς vocat Iustin. & sic denominat, quod nõ lege civili, sed ex generatione naturali filii tantùm sint *c. si. 32. q 4. c. nisi cum pridẽ. §. persona de renunc.* quẽadmodum servi non dicuntur habere nisi cognationem φυσικὴν, *l. hos accus. §. pen. de Accus.* nec possessionem nisi naturalem, *l. stipulatio 3. §. hæc quoq; 7 de Verb. Obl.* quive ex ea cõmixtione, quæ si consensus accessisset, potuisset in matrimoniũ coalescere, nati sunt, *c. innotuit, de Elect. c. tãta. qui filij sint legit.*

3. *De quibusnã hoc loco agendum?*

 hoc

hoc loco instat agendum. Sæpius enim etiam in probè constitutis Rebuspubl. Naturales id genus filii, vel post deficientes legitimos, vel unà cum legitimis admissi fuerunt. *Raudens. in respons. pro Rege Portugal. part. 1. n. 37. Mich. ab Agno. in Apol. Hisp. part. 4. n. 78. Guil. Ranchin. de success. ab intest. §. 7. num. 21.* Etenim Clodovæus I. postquã tribus filiis legitimis, Childeberto Parisiorum & Aquitaniæ, Clodomiro Aurelianorum & Andegavensium, Clothario, Suessionum regnum divisisset, Theodorico ex concubina nato, Austrasiam, Burgũdiam & Mediomatrices adjudicavit. Dagobertus Magnus iterum Sigebertum nothum Austrasiæ Regem creavit, cum reliquam Franciã Clodovæo II. legitimo filio tradidisset. In altera progenie, Arnolphus Imperator, idemq; Rex Germaniæ vel Bavariæ, Dux Carinthiæ, Marchio Styriæ, naturalis extitit filius Carolomanni Ludovvici Germani filii, Ludovvici Pii Nepotis. Ludovvicus & Carolomannus, Caroli Simplicis fratres, regnum Franciæ præ fratre legitimo Posthumo administrarunt, licet plerique matrem eorum Anschardem Ludovvici Balbi non conjugem, sed concubinam faciant. Hugo item, quem Waldrada pellex Lothario II. pepererat, Ducatum Lotharingiæ, cui pater regio titulo præerat, obtinuit, nec desunt, qui ab hoc Conradi I. Comitis Lucelbergensis & Guerensis prosapiam deducunt, unde Henricus VII. Carolus IV. Wenceslaus, Iodocus, & Sigismundus, Imperatores & Germaniæ, Vngariæ, Bohemiæ Reges, Electores Brandeburgenses & Marchiones Moraviæ prodierunt. *Carion. lib. 4.* Nec mirum, si nothi in ea stirpe successerint, cujus autor ipse Carolus Martellus Brabantiæ & Has baniæ Dux, princeps Austrasiæ ex Elpiade pellice Pipino Crasso natus erat, & fratrib. legitimis Bosoni & Grimoaldo, nepotibus eorum occisis, successerat. Nullibi verò facilius locus factus fuit illegitimis liberis, quàm in regnis Hispaniarum. Nam ut vetera prætercam, quo modo Mauregatus Nothus Alphonsi I. excluso Alphonso II. ex legitimo fratre Froila nepote, regnum Asturum & Legionum per vim toto ferè triennio usurpaverit, recentiora, quæq; adhuc multorum memoriis obversantur, breviter percurro. Regnum enim A[illegible] à Sanctio Majore patre in divi[illegible] tum *An.* 1[illegible]8. assignatum fuit R[illegible] naturali, propterea quod [illegible] tiam contra proprios ejus filios Garcia[illegible] & Ferdinandũ duello oblato defendisset. Henrico II. spurio fratri Petri I. à Pontifice ad successionem legitimato, datu fuit regnum Castellæ & Legionis à subditis, crudelitate Petri exacerbatis, *Roder. 4. part. histor. Hi[illegible]* & opem ferentib. Gallis in invidiam An[illegible]o rum, cujus nepos Henricus, cum idem [illegible] ret à Friderico, patris sui Iohannis I. fratre notho Friderico Duce Beneventi, captu[illegible] in vinculis tàm diu detinuit, donec expiraret. Regnum Portugaliæ ab initio constitutum fuit super naturalem filiam Alphonsi VI. Tiresiam, quam Henrico Bullionæo elocaverat. *Ann.* 1110. Mox circa An. 1384. Iohannes, Ferdinandi nothus filius, contra Beatricem legitimam sororem regno prælectus est à subditis, cujus exemplo idem ad se pertinere contendebat Antonius, Ludovvici ex pellice filius, cum Sebastiano rege à Mauris interemto, Philippus rex Hispaniæ nomine uxoris Mariæ succederet. Regnum Siciliæ utriusque, ut loquuntur Bullæ Pontificiæ, ultimus ex stirpe Norma[illegible] ca Tancredus spurius Guilielmi I. Mali frater, Guilielmi II. Boni patruus, invito Pontifice & subditis occupavit, cujus exemplum ex stirpe Suevica imitatus Manfredus Friderici II. Imperatoris nothus filius, administrationem regni, quam frater Conradus ante obitum ipsi cum tutela Conra[illegible] ni filii commiserat, in proprietatem convertit & in hodiernos Reges, post inte[illegible] allum transfudit, ideoq; nonnullis ratio[illegible]s sibi videbatur niti Fridericus Lunæ Comes, Martini Regis naturalis filius, cum jure [illegible] divino, quàm humano, regnum Sici[illegible]i deberi contenderet, eò quod l[illegible] hæredem nullum pater reliquisset, [illegible] quam regnum non tàm suo, quam [illegible] nomine possidebat Martinus, adeo[illegible] suos unius hæredes propagare non p[illegible] Ferdinandus item Alphonsi Arrag[illegible] hanna II. adoptati, filius natura[illegible] bina Valentina Patruum Iohanne[illegible] sione excludere nisus est, cumq[illegible]

4. *Exempla successionis spuriorum in regno Franciæ.*

5. *Hispaniarum.*

6. *Siciliæ.*

occupare prohiberetur vi majore, titulum tamen & jus, quod prætexebat, in quartam generationem transmisit, donec Carolus V. Alphonso Friderici filio, quem Ferdinandum vocat Iovius, sterilem viduam elocaret, ut Alphonsi posteritas cum ipso emoreretur.

7. *Anglia.* Regnum Angliæ qui primus occupavit Guilielmus, Naturalis filius Roberti censetur *Pap. Masson. libr. 3. & Nicol. Gill. in Phil. p. l.* nec desunt, qui Henrici VII. Regis Anglor. originem accersant ex furtivo & indigno connubio, quod Catharina Vallesia, Caroli VI. Regis Gall. filia, contraxit post mortem mariti Henrici V. cum Ovvino nobili Britanno, ut credit Polydor. aut ut alij, cum abjecti opificij homine. Hinc enim natus perhibetur parens Henrici VII. Edmundus, quem Henricus VI. frater Comitem Richmondiæ constituerat.

8. *Scotia.* Regno Scotorum per 12. & paulò amplius annos incubuit Gillus nothus Eveni I. sed à Cadvallo prorege victus & trucidatus. Idem occupavit Duncanus naturalis filius Milcolumbi III. ejecto Donaldo Bano patruo, sed uterque ob crudelitatem offensus subditis injusta usurpata Tyrannide excidit. Robertus verò II. Stuartus, ut naturalibus filiis regnum pro legitimis relinqueret, Elisabetham Moram concubinam, post alteras tum suas, tum ipsius nuptias uxorem duxit. Nimis extra oleas vagarer, si spurios omnes colligerem, qui parentibus successerunt, præcipuè apud eas gentes, apud quas scortari impunè licebat, & conjugium à concubinatu parvo discrimine distabat. Franciscum tamen Sfortiam præterire non possum, qui non tantum ipse ex fornicario concubitu Attenduli patris cum Lucia Trezania natus est, sed & Sp. Blancam Mariam Philippi Mariæ Ducis Mediolanensis naturalem filiam

9. *Mediolanens.* uxorem duxit, & tamen consensu civium contra Carolum Vallesium ex Valentina legitima Philippi sorore genitum, Dux Mediolanensis creatus & receptus fuit.

10. *Naturalis ad exempla hæc responsio.* Sed quia exemplis, præcipuè, quæ propter raritatem consuetudinem non pariunt, stare & judicare non licet, quid hoc casu magis videatur è re publica, breviter ob oculos ponemus. Nam si ea ipsa, quæ tetigimus, exempla secundum rationes suas examinare velimus, de facto & per vim plerosque spuriorum in possessionem vel se ingessisse, vel ab aliis intrusos deprehendemus, eaque de causa brevi intervallo post à civibus legitimisve hæredibus ejectos fuisse.

11. *Spurios ubique fuisse ejectos.* Gundebaldum enim, Clotharij magni nothum filium, à Narsete in patriā reductum, Regemque à Francis quibusdam proclamatum, Guntramus patruus apud Lemovicos captum morte damnavit. Bernhardo Caroli crassi filio vix reliquit Arnulphus Imperator, unde viveret. Ludovvicus *Fainéant* seu *Ignavus*, Carolomanni spurij filius, cucullum in æde D. Dionysij induere coactus fuit, regnumque à tutore Odone, prout moriens jusserat, rediit ad Carolum Simplicem. Et quamdiu Capeti posteritas regno præfuit, spurius nullus admissus fuit, unde inter cæteras, quas fundamentales regni vocant, leges & hanc de exclusione spuriorum reponunt Hottom. *in ll. succ. regni l. 3.* Bodin. *1. de Rep. c. 4. lib. 6. c. 5.* Tholos. *7. de Repub. c. 8. n. 14.* Portugalenses etiamsi in odium & invidiam Iohannis I. Castell. & Legion. regis, cui Beatrix nupta erat, Iohanni notho se subjicerent, noluerunt tamen Antonij imperium ferre, nec Siculi unquam Martini, aut Alphonsi Arragonij spuriæ posteritati locum facere voluerunt. Tancredū quoque & Manfredum inviti non tantum ipsi pertulerunt, sed & regnorum patroni Pontifices, qui Henricum Imperatorem, & Carolum Andegavensem contra utrumque exciverunt, satius esse putantes, ut peregrini, quàm spurij dominarentur. Scoti tàm Gillum, quàm Duncanum regno exuerunt, *Buchan. lib. 4.* Poloni Sbigneum, Vladislai illegitimum filium, quem pater cœnobio manciparat, quod fratri legitimo Boleslao undecunque negotium facesseret, contentum se non fore ostendens, nisi universas provincias sui juris fecerit, primùm exilio, deinde morte multarunt: Etenim Lescus III. viginti naturalibus filiis minores & limitaneas provincias distribuerat, uni Popilio legitimo, rerum summa reservata. *Cromer. lib. 2. 4. 5.* Vngari etiam Iohannem Corvinum, Mathiæ Regis naturalem filium, quanquam jam Budam occupasset, & regia insignia diripuisset, depulerunt. Otto I. Imp.

 Tan-

Tanguardum spurium fratrem, qui Marchiam Brandeburgensem diripuerat, sub prima sui imperij auspicia ejecit *Car. & Peuc. lib.* 4. Pirthi Phrantacem, Phraatis III. nothum ex Thermusa, ancilla Italica genitum, quem pater reliquis fratribus legitimis omnibus antetulerat, successoremque sibi designarat, parricidij & incestus reum, excitato tumultu occiderunt. *Ioseph.* 18. *Antiq. c.* 4. *Strab. lib.* 16. Persarum legem refert Herod. *libr.* 3. *Nefas esse, illegitimum cum imperio esse, superstite legitimo harede*, nec Darius Nothus prius potuit regiam aquam bibere, quàm Xerxes & Sogdianus (modò hi fratres ejus legitimi fuerint, de quo certant Ctesias, Xenoph. & Thucydid.) partim subditorum, partim Darij ipsius gladio cecidissent. Jugurtha Manastabalis spurius filius adoptatus à patruo Micipsa, & duobus legitimis filiis adæquatus, postquam patruelium alterum perfidè occiderat, alterum regno depulerat, non tantùm à Romanis vindicibus oppugnatus, sed & à Numidis desertus fuit. *Salust. in Iugurth. Plutarch. in Mario. Strab. lib.* 17. Leotychidem Agidis filium regno Lacedæm. dejecit Agesilaus patruus, quod testimonio patris matrisque, & terræ motus indicio, item quod decimo demum mense post ultimum Agidis cum matre congressum natus esset, spurium eum esse convinceret, & Lysander oraculū de claudicante regno sic interpretaretur: *Deum jubere cavendum esse non de casu claudicantis, sed potius, ne quis alienus à regia stirpe imperaret: Omnino enim claudum fore regnum, si quis illud non ex stirpe Herculis teneat. Xenoph.* 2. *Græcan.* Apud Macedones Archelaus I. spurius Perdiccæ II. filius, quod vivo fratre patruoque legitimis sibi aditum ad regnum non patere sciret, illum tutelæ suæ commissum, in puteum præcipitem egit, hunc eum filio splendidè convivio exceptum & inebriatum jugulari curavit, quò post eorum obitum terū summam sibi per scelus vindicaret. *Plato in Gorg. Thucydid. Ælian. libr.* 12. *paulò post pr.* Nec multò post Ptolemæus Alorites spurius Amyntæ II. Alexandrum, fratrem, à patre regem constitutum, trucidavit, ut regnum minoribus fratribus eriperet, quo tamen brevi admodum tempore potitus est, à Perdica III. fratre interfectus, ut ita de eo optimo jure usurpari potuerit versus, quem in Archelai obitum recitatum ferunt:

Τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει. *Plutar. l. in Pelop. Strab. lib.* 7. *Iust. lib.* 7. 11. *Imperio* [illegible] *iniquum* [illegible]

Nec enim facilè invenias, qui æquo animo sibi à spuriis imperari patiatur. Iacobus Nothus Regis Cypri natus, ut per insidias occupatum regnum, novercæque & Ludovico Sabaudo ejus erreptum, invitis subditis, retinere posset, non dubitavit se Alesseraphi Suldano Ægyptio per inauditū jusjurandum tributarium constituere, quod absque ope externa, regnū injuriâ invasum, defendi posse desperaret. *Paradin. lib.* 3 *Chron. Sabaud.* Triganum fratrem spurium Canis Grandis Scaligeri, quamvis, absente Cane, Veronam occupasset, subditi à Cane adjuti, statim dejecerunt, *Volaterr. lib.* 4. *Geogr.* nec Sforcia vel subditorum consensum, vel vicinorum suppetias obtinuisset, nisi illi peregrinum principem, hi nimis potentem vicinum timuissent. Thoringis nunquam potuit Albertus Langravius persuadere, ut Apitzium spuriū, seclusis Elisabethæ filiis, pri[illegible]n agnoscerent *Rivand. in Chron. Thu*[illegible] [illegible]ricus II. coactus fuit in Comitiis Mer[illegible]gicis, postulantibus Imperii principibus [illegible]dem suorum natalium vindicare. *Spang*[illegible] *in Chron. Sax. c.*247. Inquinamentum enim nativitatis omnes spurios effic[it] sordidos, incertitudo patris ambiguos, vilit[a]s matris imperio indignos. Infimo enim loco natam oportet, quæ corpus tàm facilè prostituit, quemadmodum Erricus IV. Succ[illegible] li-ctoris *Thuan. lib:* 43. Albertus Bavariæ Dux tonsoris filiam, *Aven. in Annal. Bav.* alii vernas & ancillas in contubernio habuerunt, in quos meritò invehitur Salvian. *libr.* 4. *de gubern. DEI. Illud magis tetrū ac detestabile, quod quidam matrimonia honorata* [illegible]*tes, alias sibi rursum servilis status c*[illegible] *sumunt, deformantes sancti connubij* [illegible]*rem, per degeneris contubernij vilitat*[illegible]*, non erubescentes, maritos se fieri an*[illegible] *suarum, præcipitantes fastigium no*[illegible] *matrimoniorum in cubilia ob*[illegible]*ana* [illegible]*rum, digni prorsus etiam illarum sta*[illegible] *quarum se putant dignos contubern*[illegible] 12. [illegible]

verò corpus ſemel proſtituit & ultra honoris limites ſaltum fecit, an illam putas ſui diſſimilem futuram, & viro fidem, quam ſibi non ſervavit, ſervaturam? Iacobus II. Plumbini, ut refert Alciat. ſeu ut Volaterr. Populini in Hetruria Dux, cum concubinam ex ſe gravidam putaret, & ad baptiſma naſcituri pueri vicinarum regionum principes & civitatum legatos convocaſſet, partum tandem vidit editum nigra facie, Coco Æthiopi per omnia ſimilem, ſubjectaq; quæſtioni mater furtivos concubitus confeſſa eſt, quæ res principem credulum omnium ludibrij expoſuit. *Volater. in deſcript. Ital. mihi pag. 41. Alciat. in l. quæret. 135. de R. I.*

14. Spuriorum patrem ſemper incertum eſſe.

Spurius, ait Polyeſtat. *c. 11. de matre ſemper erubeſcendum, de patre dubitandum eſt.*

15. Spurios eſſe infames.

Annaſcitur verò etiam à ſplendidis concubinis liberis labes quædam, quam infamiam facti vocant ICti, ſeu ignominiam, *in l. Verum 39. in fin. de furt. l. ob hæc 20. in fi. de his. qui not. infam.* & obſtare cenſent, quo minus ad dignitates ſpurij quicunque, & extra conjugiū nati, admitti queant, cum Imperatores ab omnibus honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri ſolent, repellant famoſos, ſeu infames & notatos. *in l. un. C. de infam. lib. 10. l. 1. C. de his. qui non implet. ſt. p. lib. Eod. l. 2. C. de dignit. lib. 12. l. milites. 3. C. de re mil. lib. Eod.* unde regulam extruxerunt Canones, quod *Infamibus porta non pateant dignitatum. c. 87. de R. I. in 6.* ad quod non ſemper requiri infamiam juris, ſed ſufficere ignominiam facti tradunt Gl. *in d. c. 87. ubi addit. de R. I.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. n. 592.* Heig. *part. 1. q. 21. n. 19.* & colligunt Dd. communiter *ex l. fratres, C. de inoff. teſtam.*

16. Et ob infamiam repelli ab honoribus.

17. [illegible] ſpurij infamia [illegible]

Infamiam autem ſpuriorum licet detergere nitantur Alciat. *lib. 10. Parerg. c. 8. & tract. de ſingul. certam. c. 9.* Palæott. *de Noth. & Spur. c. 51.* Menoch. *caſ. 464. arbitr. jud. n. 18.* tamē laborant contra communem ſenſum, ut ex contrario demonſtrant Ioh. Andr. *in d. c. Infamibus 87. de R. I.* Azo *in ſum. C. ex qu. b. cauſ. infam. irrog. n. 4.* Alex *in l. etſi ſeperceerit 3. col. 2. de lib. & poſth.* Bald *ibid. & in l. 1. C. de jur. annul. aur. in l. bona fides. n. 1. in fi. C. de reb. credit. & jur.* Marſil. *ſing. 273.* Hartm. Piſtor *q. 30. n. 4. & ſeq.* Tiraq. *de nobil. c. 15.* Petr. Anchoran. *l. b. 3. famil. qq. q. 16. n. 9.* Heig. *d. q. 21. per tot.* Marq. Freh. *de exiſtim. lib. 3. c. 21.* Cur enim ægrè patimur nobis ſpurios natales exprobari, ſi nullum iis probrum ineſſe opinamur, ut advertit ipſe Palæott. *c. 64. in fin.* Cur dicit Iuſtin. *Injurioſum eſſe & acerbum, ſi ſpurij nominentur in familiis illuſtribus. l. ſi qua illuſtris. C. ad SCt. Orfiti.* Nulla enim gens eſt, quæ ſibi convitium fieri non exiſtimet ſi natales inhonori objiciuntur. Cū Ptolemæo Lagi Grammaticus quidā incertitudinem patris objiceret, cuncti convitium intolerabile diſſimulandum non putarunt, ſed Rex id ſibi muſſitandum dicebat, quod Grammaticū prior irritaſſet. *Plutarch de cohib. iracund.* Probra enim nō tantum definiuntur lege, ſed & moribus & opinione hominum. *l. probrū 42. de V. S. l. cognitionum, de Var. & extraord. cognit.* quemadmodum pollinctores aut veſpillones, *l. qui decem 72. §. qui hominē. verſ. num ergo. ubi Godfred. de ſolut. & liber. l. ſi ita 31. de evict. l. ſed ſciendum 7. ad SCt. Trebell. Tertull. in lib. de Pall. Ioſ. Scal. ad illud Catull. à Semiraſo tonderetur uſtore.* Carnifices quorū contagione vetat Cicero concionem funeſtari, *pro C. Rabir. Chryſoſt. in orat. de Venat.* Mimos & hiſtriones mercenarios, *l. 1. 3. & 4. de his, qui not. infam. l. marito 24. ad l. Iul. de adult. Paul. lib. 5. ſent. t. 26. Tertull. de ſpectac. Arnob. lib. 7. adverſ. gent. Auguſt. l. b. 2. de Civ. Dei. c. 13. Æmil. Prob. in praf. de Imp.* nihil aliud, quàm mores & communis hominum exiſtimatio in infam ā damnat. Lex divina eradit ſpurios ex tribu, ex familiis, ex univerſo populo Iudæorum, *Deuter 23.* ideoque Iephthes coactus fuit ſolū vertere, & ex aliena terra ad militiā & principatū neceſſitate urgente, vocatus fuit. *Iudic. c. 11.* Sapientia *maledictam* vocat *progeniem injuſti electi, quæ etiamſi floreat ſpecioſè, & ramos explicet luxuriantes, tamen, quia firmiter radicem non egit, à quovis vento concutietur, ramiq; violento turbine ſpoliab tur, nec ad maturitatem fructū perducet, ſed auſterum & fatuum erit, quicquid præcoces flores oſtenderint. Sapient. c. 3.* quod brevius quidem, ſed eodē ſenſu inculcat Syracides *c. 23. circa fin. Liberi adulteræ radicem nō agent, nec rami eorum maturabunt fructus.* Ariſtoteles *lib. 3.*

18. Probrum æſtimari etiam ex opinionibus hominum.

19. Sacrarum literarum de ſpuriis ſententia.

20. *Itemq; Aristotelis & aliorum.* *lib.3. Polit.c.3.* quibusdam civitatibus scribit ne inter cives quidem numerari Nothos, nisi defectus genuinorum civium adulterinis ex necessitate locum faciat, & *lib.1 Rhetor. c 5.* negat *dignitatem generis in spurios & indignos derivari. Sordes* enim *non merentur numerari inter præcipua*, ut ait Bald. *in l. eum legitis. de stat. hom*, & dignitates indignitate afficiuntur, si detrudantur ad indignos, ut dicere solebat Theophilus Imperator. *Zonar. Volum.3.*

21. *Quas per causas infamia inducatur spuriis.* Ignominiam autem hanc, qua nobilitantur spurij, ex multis causis accersere licet, sed potissimùm ex inquinatis natalibus, & illicita Venere, quæ non tantùm in vitio ponitur per se, apud probè institutas quascunque gentes, sed etiam contagio suo inficit, quicquid ex inquinato fonte fluit. *Freher. lib.1. de Existim. c.22. Palæott. de Noth. c.65.* Sicut enim abominabilis color, quò semen plantarum altè inficitur, in stirpe refloreseit, & ex venenata radice venenatus exit surculus: ita labes originis aspergitur fœtui, & contagium seminis prorepit in id, quod ex semine nascitur.

22. *Ob illicitam Venerem.* Id enim innuit Calixtus, dum ait: *Nos sequentes patres nostros, infamia notamus spurios, & infames esse censemus, quia infamia maculis sunt aspersi, nec eos viros, nec accusationes eorum, quos leges seculi rejiciunt, recipere debemus. c. conjunctiones 35. q. 2.* Labes autem hæc non aspergitur à sola dispositione legis civilis, ut objiciunt Palæott. *d.c.55.* Toming. *apud Hartm. Pistor. lib.3. c.30. num.26. & seq.* & alij, eò quod *natura omnes simus æquales*, ut ait Eurip. *ap. Stob. ser.75. Nothum genus nomen habet culpabile, natura autem æqualis est*, sed ab ipso jure naturali originem trahit, quippe quod & simplicem fornicationem detestetur, *Gen. c. 2.* & proinde conceptum abominabilem reddat. *Covarr. de matrim. part.2. c. ult. §.4. num.3.* Nec enim, si hanc rationem spectemus, alienas, sed proprias gerunt masculas spurij, licet parentum vitio impressas, quemadmodum videmus multorum infantum facies nævos & errores incuriosæ matris per totam ætatem circumgestare. Accedit verò altera ratio, quam leges tàm Civiles quàm Canonicæ potissimùm spectarunt, & conceptis verbis expresserunt, dum infames pronuntiant spurios, ut intemperantiam parentum puniant, & amore sobolis reddant eos vitæ immaculatæ studiosiores. Sic enim rationem hanc 23. *Et ut incontinentia scortatores...*
assignat Eccles. *d. c. 23. in fi. Liberi adulteræ ejicientur ex populo & portabunt iniquitates matris. Posteritas eius non virescet, nec fructus maturescet. Ipsa relinquet post se damnabilem memoriam & ignominia eius nunquam obliterabitur.* Concilium verò Toletan. IX. *Usq; adeò sententiam judicantium protraxere commissa culparum, ut non tantùm inferretur ultio in autores scelerum, verum etiam in progeniem damnatorum. c. Cum multa 15. q.8.* Item Iustinianus *Nov.74. cap. 6. in fin. Sit supplicium etiam hoc patrum, ut agnoscant, quia neque quicquam peccatricis concupiscentiæ eorum habebunt filii. & in l. si qua illustris. C. ad SCt. Orfic.* ab illustrium matrum hæreditatibus spurios repellit, *cum in mulieribus ingenuis & illustribus (quibus castitatis observatio præcipuum debitum est) nominari spurios, satis injuriosum, satisq; acerbum & nostris temporibus indignũ esse judicemus. Et hanc legem ipsi pudicitiæ, quam semper colendam censemus, meritò dedicamus.* Adde *l. ult. ibi. Vitium paternum refrenandum existimarunt. C. de nat. lib.* Nec de intentione legis dubitare cuiquam licet, cum verba eam apertè declarent: Solum id in dubium vocatur, quo jure ad consortium pœnæ trahatur, qui non fuit in consortio culpæ, cum pœna vel crimen paternum nullam maculam filio infligere possit, ut non tantùm loquitur & statuit lex civilis. *l. crimen 26. de pœn. l. sancimus 22. C. Eod.* sed & divina. *Deut.24. Ezech.18. 2. Reg. 14. 2. Paral. 25. 1. q. 4. tota.* & ad hunc casum in specie accommodant ICti, dum ait Vlpian. *Ne patris noxa filius macularetur, l. 2 §. 2. in fi. de decur.* Item: *Quod pater in reatu criminis alicuius est, filiis impedimento ad honores esse non debet. l. Et qui originem 3. §. 2. l. pater 9. de muner. & hon.* & Papinian. *Non enim impedienda est dignitas eius, qui nihil admisit. l. Spurij. 6. in pr. de d[illegible]* quò pertinet & illud Marciani: *Non debet calamitas matris nocere ei, qui in ventre e[illegible] Et servor. 5. §. Ingenuus. in [illegible] de stat. hom. L.*

24. *...[illegible] hunc ... patr.*

cum ab-

emancipatum 7. §. fin. l. filium 9. de Senator. Omissis verò effugiis, quæ huic labyrintho excogitarunt alii, regulam de pœnis parentum ad liberos non extendendis negamus hoc casu locum habere, tum quia infamia propria aspersi sunt spurii, ut ait Calixtus *in d. c. conjunct. 35. q. 2.* & sicut nobilitatis honor annascitur posteritati, cur non eadem ratione probrum & ignobilitas propagetur per injustum semen? *c. Iam itaq. 1. q. 4.* tum, quia regula accipienda venit cum hac exceptione, *nisi filius consors sit paterni criminis.* Si enim Majestatis crimen vindicat in liberis lex, quia timet redivivum scelus paternum, qua de causa & filiæ, quasi minus ausuræ, excusantur præ sexus infirmitate, *l. quisquis. C. ad l. Iul. Majest.* quare non ex eodem capite scortationis pœna trahenda ad liberos? cum & in iis, ut paulò post adjiciemus, idem præsumatur, & participes ipsi sint criminis, non tantùm quatenus partes parentum, sed quia ex fornicaria commixtione maculam & labem traxerunt. Arist.

25. Spurios esse consortes infamiæ.

1. *Eth. c. 11.* prolixè disputat, posterorum calamitates redundare in progenitores, eorumque obscurare felicitatem peractam, quoniam liberi sunt quasi alteri aut redivivi parentes; *8. Eth. c. 11. 12.* nedum, ut à parentum calamitatibus debeant omninò absolvi liberi. Fac tamen absolvi, atqui ab ejus criminis reatu eximi non possunt, cujus eos participes constituit nativitas. Imperatores enim tum demum liberos liberant à pœna, *si reos sceleris societas non faciat. d. l. sancimus. 22. C. de pœn.* Denique etiamsi

26. Puniri nullum sine culpa, sed non sine causa.

sine causa nemo puniri possit, potest tamen sine culpa ex causa, ut tradit gl. *in c. 2. Verb. culp. caret. de constit. per c. quoniã frequenter. §. si verò. Vt lit. non contest. c. renovantes. ubi gl. Verb. priusquam dist. 22. c. antiqua. de privil.* præcipuè si causa ex utilitate publica depromatur ad deterrendos homines à peccatis, prout commissorum magnitudinem egisse patres in pœnam ipsorum liberorum fatetur Concilium Toletan. IX. *d. c. cum multa 15. q. 8. gl. & Dd. in summ. 1. q. 4. c. Vergent. in fin. de hæret. Thom. 2. 2. q. 10. art. 4. & 1. 2. q. 87. art. ult. Covarr 2. Var. resolut. c. 8. n. 2.* DEUS ipse Davidem punit morte filij ex adulterio suscepti, *2. Reg. 12.* & adulterium ipsum vindicat in innocuis uxoribus, cum sit DEUS Zelotes, persequens iniquitates patrum in filiis usque in tertiam generationem. *Exod. 20. 5. Econtra. 1. q. 4.* Quantum verò intersit Reipubl. matrimonia sanctè coli, & vagas libidines severè supprimi, non est, ut operosè repetam, cum satis declaratum sit *in tract. de jur. Connub.* Nam si leges vetant de adulterio transigere, *l. transigere. C. de transact.* eò quod directò lædatur Respub. si adulterini & sordidi cives ipsi supponantur, sicut enucleat Donell. *ad d. l. Transigere.* cur non & Reipub. intersit, ne spuriis & indignis civibus, quos multas nationes à consortio suo abegisse testatur Arist. *3. Polit. c. 3.* & DEUS ipse à populo suo longè arceri voluit, *Deut. c. 23.* repleatur provincia. Relaxa enim paululum frena impotenti principum libidini, & spuriorum, legitimorumque discrimina tolle, an quenquam putas intra unius lecti stolas voluptatis suæ impetus coërciturum? cum ne sic quidem à multitudine pellicum abigi possint, uxoremque cum Lucio Vero honoris prærogativa contemtam esse jubeant, quemadmodum Magnum quendam Regem dicere solitum accepimus: *Vxorem sibi servire pro sobole, amicas pro voluptate.* Sunt enim viri bellicosi in Venerem naturâ propensiores, ut diximus *de jur. Connub. c. 3. sect. ex Aristot. 2. Polit. cap. 7.* & licentia fiunt deteriores, nisi amore posteritatis in officio contineantur, ideoque pœnis diligentius ad carceres officij retrahendi. *l. in les ita 41. §. Mulier. de testam. mil. l. mulierem 14. de his, quæ ut indig. Forcat. de feud. c. 5. n. 18.* Quam multos enim videres cum Tiberio, Nerone, Commodo & Heliogabalo subinde amicas mutare, & liberis lustris liberè studere, nisi injustæ posteritatis infamiam timerent, & hæredem, qui in regno succedere idoneus esset, quærerent. Si jam hunc obicem removeris, quid superest, nisi ut in omne nefas cohibita libido sese effundat, & perruptis matrimonij carceribus, pro una uxore, sexcentas accersat pellices, quemadmodum Heliogabalum nunquam unam concubinam bis iniisse refert Lamprid *in Heliog. Quis potentum ac divitum,* (verba sunt Salviani) *non in luto libidinis*

27. Quantum intersit Reip. matrimonia sanctè coli.

28. Absque infamia spuriorum non posse compesci libidinem principum.

dinis

dinis viver? quis non se barathro sordidissima collusionis immerget? quis conjugij fidem reddet? lib.7. de guber DEI. Euripides sic introducit aliquem loquentem *apud Stob. serm. 75.*

Ego mihi filios asciscere Nothos non dubito.
Cum enim legitimis nulla re sint inferiores,
Propter leges male audiunt, quas tu cavere debes.

Augustus post tot Iulias rogationes severam legem tulerat in cœlibes, nec tamen ad honesta matrimonia cives adigere potuit, *prævalida orbitate, Tacit.3. Annal. Dion. li.* 56. quod mallent vaga Venere cupidini inservire, quàm unius uxoris arbitrio libertatem suam illigare. Et tu de principū licentia tàm probè præsumas, quod ultrò cellurus sit in casses matrimonij, si pari cum honore perambulare queat omnium cubilia? *Certè ut emissarij qui* (loquor iterùm cum Salviano ibid.) *non ad paucas tantùm, sed penè ad omnes vernulas suas, id est, quasi ad greges proprios irruerit, & in morem eorum pecudum: qui mariti gregum appellantur, fervida libidinis debacchatione grassantes, in quamcunque eos primùm fœminam ardens impudicitiæ furor traxerit, irruent. Hîc jam quæro à sapientibus, cum hæc ita fiant, quales putent illic fore familias, ubi tales sunt matresfamilias.* &c. Opus igitur est pœna severa, tàm propter facilitatem peccandi, quàm propter magnitudinem noxæ, quæ Reipubl. & familiæ infertur, dum illegitimi hæredes obtruduntur pro legitimis. Sicut enim, dicente Sarisber. *in Polycr. cap.11. fidus maritus Benè meretur de Majoribus, quorum sanguinem sobole furtiva non violat: benè de liberis, quibus nec de matre erubescendum est, nec patre dubitandum: benè imprimis de se, quem à contumelia alieni corporis vindicat:* Ita è contrario in corpus & honorem suum, in decus liberorum, in familiæ integritatem, & denique in totam Rempub. quam adulterina sobole corrumpit, peccat, qui, conculcato jure conjugij, cuivis è medio foro sanguinem miscet, & se, sua familia, totaque Republ. indignam sobolem tollit.

Præter hæc verò omnia, ne videamur illegitimos prorsus ex alieno & nihil ad ipsos attinente crimine, velle damnare, audi quid de iis præsumat Ius Canonicum, dum Bonifacius ita dehortatur conterraneos suos: *Si gens Anglorum spretis legalibus connubiis, adulterando & luxuriando ad instar Sodomiticæ gentis fœdam vitam duxerit, de tali commistione meretricum æstimandum est, degeneres populos & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum universam plebem ad deteriora & ignobiliora vergentem, & novissimè, nec bello secularifortem, nec in fide stabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam, sicut aliis gentibus Hispaniæ, & provinciæ & Burgundionum populis contigit, quæ sic a DEO recedentes fornicatæ sunt, donec vindex talium criminum ultrices pœnas per ignorantes legem DEI, id est, per Sarracenos venire & servire permisit. c. si gens. dist.*56. Sapientia *cap.* 3. & Ecclesiasticus *cap.* 23 minitantur Nemesin divinam, qua dicunt felicitatis viam spuriis occludi, & omnia mala per occultam destinationem portendi. Extiterunt multi viri fortes ex spuriis, fateor, quos enarrant Tiraq. *de Nobil.c.*15. Palæott. *de Noth. Spur. c.* 55. Alciat. 10. *Parerg. c.* 8. Aguir. *in Apol. Hisp. part.* 4. Freher. *de exist. lib.*3. *c.* 23. & verum est, quod dicit Scalig. *ex.* 265 *Maximorum virorū plerosque patres ignoratos, matres impudicas fuisse*, adeò ut in ipsa Genealogia Christi spurij occurrant, nec facilè est hodiè præcipuam aliquam familiam invenire, cui non intermixta fuerit generatio quædam inquinata. Prætereo Iephten Gileaditen, quem domo & tribu exegerunt fratres, quod ex inhonesto concubitu & alienigena genitus esset, *Iud. c.*11. Themistoclem & Timotheum Atheniensium Duces, *Plutarch. in Themist. Athen. lib.*13. *c.*13. Theseum eorundem Regem, qui patrem, nisi adultus, non novit, cum mater Æthra eusem & baltheum, signa Ægei, ipsi denudaret. *Pausf. in Attic.* Æneam ex Venere. Semiramidem ex nescio quo genio, alios ex Serpentibus, Canibus & Lupis genitos dicam, an fictos. Nec ipsos summos Pontifices affero, quorum permultos ex natalibus accersis cru-

29. *De spuriorum indole mala præsumtio.*

30. *Ex spuriis extitisse multos magnos viros.*

erubescendis Osius, *in c. Osius. dist. 65.* Guilielmum Normannum. Manfredum & Tancredum, Carolum Martellum, Iohannem Portugalensem, qui primus felicibus auspitiis fretum Herculeum superavit, Franciscum Sforciam, qui potentissimorum Europæ principum exercitus sustinuit, unà cum pluribus aliis suprà proposui: quibus licet addas Fridericum Comitem Lunæ, Martini Regis Siciliæ nothum, omnibus, qui in rege requiruntur, donis instructum: Arcturum Eduardi IV. Regis Angliæ, ad gratiam & decorem à natura factum: Kennethum fratrem Milcolumbi regis Scotorum, qui Constantinum Tyrannum suâ manu interemit: Guilielmum Bruffium Alexandri filium, qui in pugna contra Anglos & Berwvicum cecidit: Castrurium vulgò quæsitum & in vinea Canonici, qui puerum educavit, repertum, *Machiav. in Castruc.* Iohannem Caroli V. filium, qui celebrem à Turcis victoriam reportavit, & quos præterea hinc inde conquirere licet spurios, ingenij corporisque dotibus & factis egregiis nobilitatos. Hæc inquam ita se habere non infitior, cum virtutis nulli præclusa sit via, nec referat, quomodo quis natus sit, sed quomodo vitæ suæ rationes instituat. Vsu quippe & institutione vitia naturæ corriguntur, 2. *Ethic. c. 3.*

O' δὲ νόθ⊕ τοῖς γνησίοις ἴσον.

Α'πᾶν ἢ χρηστὸν γνήσιον ἔχει φύσιν. ait Sophocles *apud Stob.*

31. *Nec tamen propterea spurios admitti ad dignitates.* Sed inde præsumtio contra illegitimos non invertitur, nec improbè natis via ad dignitates, multò minus ad principatus sternitur. Nam in Genealogia Christi non tantum concubinæ, sed & meretrices, & adulteræ & incestuosæ annumerantur, Thamar, Rahab, Betsabea: de quo Hieronym. *Dominus noster Iesus Christus voluit non solùm de alienigenis commistionibus, sed etiã de adulterinis nasci, nobis magnã fiduciã præstans, ut qualescunq; modo nascamur, dũ tamẽ vestigia ejus imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidẽ membra affecti sumus.* Simul hinc infert, nõ esse à sacerdotio quenquã propter maculatos natales repellendum, cum Christum sacerdotũ summum id genus Maiores indignum non reddiderint. *c. Dominus. dist. 56.* & Ambros. *in c. 3. Lucæ,* discrimen ponens inter Genealogiam Lucæ & Matthæi, de scopo Matthæi dicit: *Cum Evangelista rei Dominum secundum carnem de Zaran esse generatum, qui omnium peccata susciperet, subjectum injuriis, subditum passioni, ne huius quidem putavit exortum asserendum esse pietatis, ut maculata quoq; originis non recusaret injuriam: simul ne puderet Ecclesiam de peccatoribus congregari, cum Dominus de peccatoribus nasceretur.* Nec verò Naturales solùm, sed & ex incestu & adulterio quæsiti magnas res gesserunt, quos tamen, cum iura ab omni honore repellant, & alimentis etiam indignos censeant. *Auth. ex complexu, C. de incest. nupt. Auth. quibus mod. nat. eff. lib. in fin. Specul. t. Qui fil. sint leg. §. 1. vers. quid de natis,* nisi quod rigorem hunc corrigere voluerint Pontifices, *c. cum haberet de eo, qui dux. in matrim. ubi gl. Card. & Abb. Fortun. in tr. de ult. fin. Illat. 6.* quã æquitate ad splendorem summæ Majestatis extrahemus, & sceptra ipsa hæreditario jure capessere patiemur? *Nihil esse infamius,* dicit Casus *lib 4. S. har. Civ. c. 6. quam si nothi, qui notam impuri sanguinis in fronte gerunt, aliis in civitate præluceant, & parentum vitia in triumphis agant.* Romuli & Remi quis pater extiterit, incertum est, sed quod mater per sacrilegium corpus vestale conscelerarit, id verò plus quam certò ab omnibus asseritur: Nec tamen sacrilegi natales & ignoti inhibuerunt magnos spiritus, quo minus divinis auspitiis fundamenta perpetuæ urbis jacerent, quæ jam Æneas inchoaverat, & ipse ex Venere non sanctioribus natalibus ortus. Ptolemæus Soter, qui & Magnus, annon ex adulterio Arsinoës natus, patrem habuit Philippum regem, cum vulgò crederetur habere Lagum? id quod ipsi exprobrabat Grammaticus, quem rogaverat per jocum: *Quis esset pater Pelei?* *Dicam* inquiens, *si tu prius dixeris, quis fuerit Lagi pater*: cumq; omnes non ferendum convitium clamarent, Ptolemæus natalium conscius respondit: *Si regium non est ferre, cum dictis tangitur, nec illud regiũ est, dictis quenquã attingere, Plutarch. de cohib. irac.* Et tamen non solùm Alexandro M. ob virtutem & gloriam bellicam proximus, summeqꝫ

32. *Etiam incestu natos floruisse.*

 carus

carus fuit, sed & post eius obitum, Ægypto occupa[illegible] & profligatis æmulis, Regnum in Ægypto novum cond[illegible] [illegible]13. *Appian. in Syriac. Athen. lib. 4. c. 22.* Propterea ex felici eventu rationalis præsumtio non est destruenda, nec probandus concubitus Davidis Betsabeæ, quia ex eo prodiit Regum prudentissimus & ditissimus Salomon. Sicut enim Diogenes, in temulentum juvenem incidens, conjecturam de ortu verisimilem faciebat: *Satum se esse à parente ebrio. Plutarch. de educ. puer.* ita vero non absimile est, nisi quid obstiterit, parentum errores, præcipuè in fervore Veneris, transituros in mores progeniei. Quid enim? annon multi nobilium degenerant? & tamen non desinimus, probabili conjectura, paternarum virtutũ propagationem, in qua nobilitas consistit, in posteritate præsumere, ut dicemus *lib. 4. c. de Nobil.* Multi mortaliũ sinistrâ utuntur expeditius, quàm dextrâ: nec tamen propterea dextræ prærogativa detrahitur, ut explicat & ad hanc rem accommodat Scaliger *exerc. 265.* ubi ait: *Pessimi ferè sunt spurij. Quin etiam publico Italica gentis proverbio, lex quasi quadam natura canitur: Spurium, quinequam facit, officium suum facere.* Et paulò post: *Spurij mali, quia ex malis. Mali sanè, qui præter ea, qua jubent leges, agunt. Leges autem natura Idaa sunt.* Causas attulerat Cardanus, quas apud ipsum vide. Exemplum capere poterat à Frigano, & Brunorio Sealigeris, imò ab infinitis aliis. Abimelech, postquam patri vilitatem Natalium, non obstitisse, quòminus princeps populi constitueretur, perceperat, non dubitavit eandẽ viam tentare, & interfectis sexaginta novem fratribus, filiis Gideonis, per Tyrannidem sese Regem salutari jussit, *Iud. c. 9.* De Commodi natalibus à posteriori sic ratiocinatur Iulius Capit. *in M. Anton. Philosoph. Aiunt quidam (quod verisimile videtur) Commodum Antoninum successorem illius ac filium non esse de eo natum, sed de adulterio, ac talem fabellam vulgari sermone contexunt: Faustinam quondam Pij filiam, Marci uxorem, cum gladiatores transire vidisset, unius ex his amore succensam, cum longa agritudine laboraret, viro de amore confessam. Quod cum ad Chaldaeos Marcus retulisset, illorum f[illegible] consilium, ut occiso g[illegible]ladiatore [illegible]gu[illegible]ne illius Faustina sese sublavaret, atq; ita cum viro concumberet. Quod cum esset factum, solutum quidem amorem, natum verò Commodum gladiatorem esse, non Principem, qui mille propè pugnas publicè populo inspectante gladiatorias Imperator exhibuit. Quod quidem verisimile ex eo habetur, quod tam Sancti Principis filius his moribus fuit, quibus nullus Lanista, nullus scenicus, nullus harenarius, nullus postremo ex omnium dedecorum ac scelerum colluvione concretus. Multi autem ferunt, Commodum omninò ex adulterio natum, siquidem Faustinam satis constat, apud Cajetam conditiones sibi & nauticas & Gladiatorias elegisse.* &c. Vis etiam aliquem ex sacro ordine, qui parem origini exitũ sortitus fuerit. Cape Iohannem XII. Pontificem Rom. qui in adulterio vitam amisit, confossus à marito, quam ex adulterio acceperat: aliũq; superadde Cæsarem Borgiam, Alexandri VI. Pontificis sobolem & vivam imaginem, sagatum Cardinalem, cui Epitaphium tale ex ejus detterio conditum:

Borgia Cæsar eram factis, & nomine Cæsar,
Aut nihil aut Cæsar, dixit: utrumq; fuit.

Is enim à fratricidio exorsus, cum perfidia & Tyrannide totam Italiam conturbasset, sedem ipsam Papalem, mortuo patre, per vim ascendere affectasset, tandem à Iulio II. & Rege Hispaniarum in carcerem conjectus, ignobili manu cecidit, dignam natalibus factisque suis mortem sortitus. *Nicol. Henning. in Geneal. Pontif. Machiav. de princ. c. 17. Antimach. theor. 7. lib. 3.*

52. *Præsumtio contra spurios deducitur ex natura.*

Cum igitur ita se res habeat de illegitimis liberis, quod infames sint, pœnam parentum in tergo vehant, ut licet ad tempus floreant, ad maturitatem tamen non sint perventuri. *Sap. 3. Syrac. 21.* quod parentum stultitiam familiæ & Reipubl. quam diu vivant, exprobrent, & regulariter præsumantur secuturi mores parentum; meritò à summis honoribus excludu[illegible], cum iis de causis exclusi inveniantur à Muneribus. Nam, quia infames affectorum officio

53. *Spurios excludi [illegible]*

à Muneribus ... gutatem. Officio fungi nequeunt, *l. 2. in fin. de offic. ad sess.* Camera imperialis inter Assessores non cooptat, quorum natales non habet explorato, *Mynsing. Cent. 4. observ. 31.* ut & Saxones ab officio judicandi in universum repellebant spurios, Lehenrechts *art. 61. Gl.* Landrechts *lib. 3. art. 53. nu. 3.* ne dum de crimine alieno judicant, cogantur erubescere de paternis, quod & jure Canonico receptum est. *c. 1. & tot. 3 q. 7. ubi gl. in summ. Verb. quod judex. Iohan. Andr. in c. in c. infamibus 87. de R. I. in 6. per c. Laic. dist. 33. c. ult. de test. c. omnipotent. de accus. quibus vitiosi ab officiis rejiciuntur.* Imò ab honoribus Doctorum abigunt etiam pleræq; Academiæ, *Vrs. decis. 162. n. 10. lib. 1. Heig. part. 1. q. 21. nu. 20. & 59.* & Ius Civile regulariter infamia facti laborantes ad nullas dignitates admittit, *l. 2. & 6. C. de dignit. lib. 12. cum sim.* Nec refert, quod ad Decurionatum aditus pateffiat spuriis, *l. generaliter 3. §. 2. l. spurij 6. in pr. l. Eos qui 12. de Decur.* quoniam nec ex incesto natis, *d. l. spurij*, nec flagellorum ictibus subjectis, *d. l. Eos qui.* occluditur, cujus rationem licet petere *ex d. l. generaliter. §. 2. in fin.* ubi ait Vlpianus: *non fordi fore ordini, si spurios vita honesta recipiat, cum ex ejus utilitate sit, semper ordinem plenum habere,* & clarius Callistratus *in d. l. Eos. in fin. Nam paucitas eorum, qui muneribus publicis fungi debeãt, necessariò etiam hos, ad dignitatem municipalem, si facultates habeant, invitat.* Primùm enim non admittuntur, nisi in subsidium, *si scil. non adsit competitor legitimè quaesitus,* ut ait Vlpianus, quemadmodum,

35\. *Quare spurij admittuntur ad Decurionatum.*

contra legem *Deut. 23.* Iudæi accersiverunt Iephthen, bellicosum latronem, cum non haberent penes se, cujus arti & viribus satis confiderent. *Iud. c. 11.* Quia enim interest Reipubl. ne ordo paucitate ad nihilum recidat, deficientibus legitimis & necessitate cogente, spurii asciscuntur, quemadmodum, licet repellantur à militia servi, & publico judicio damnati, *l 4. & 10 de re milit.* tamen, si necessitas instet & ingenuos absumserit clades aliqua internecina nihil vetat exemplo Scipionis, etiam horum numero militiam exhaustam suppleri. *Flor. Epit 32. Macrob. 1. Saturn. c. 21.* Hinc autem evidenter colligitur cum exceptio firmet regulã, quod quam diu copia fuerit legitimorum competitorum, Spuriorum omnis ordo regulariter ab honore Decurionum exulaverit. Deinde verò, quod post legitimos admissi fuerint, ex eo factum, quod honorem Decurionũ gravarent multa onera, quorum intuitu, dixit Vlpianus: *interesse Reipubl. ne is ordo deseratur. d. l. generaliter. §. 2.* Spurii verò, & ignominiæ causa sacramento liberati, licet honoribus abstinere debeant, à muneribus tamen civilibus excludi non possunt. *l. 1. C. de his, qui non impl. e. stip. lib. 10. l. 1. de infam. C. eod.* Ratione igitur munerum, non honorum ad Decurionatum evehuntur spurii, ita ut hic quoque honestas cedat utilitati, seu ut ait Cicero *3. offic. utilitas vincat honestatem,* absq; quo fuerit, à dignitatibus fructuosis, spuriis ubiq; licebat exulare, adeò ut Henricus Auceps à Torneamentis etiã seu Exercitiis Militaribus eos excesse jusserit, qui avos atavosq; legitimos docere non possent, *In Artic. Henr. Aucup. in pr. lib. Torn.* Ad officia Ecclesiastica capessenda, etiamsi illegitimi natales, obstare non dicantur, *tot. dist. 56.* tamen, dispensatione & venia Põtificis opus est, ut labes originis intelligatur vitæ honestate deleta. *c. literas. de fil. presbyter. c. innotuit de Elect.* Nam alias de dignitatibus etiam Ecclesiasticis interpretantur. *c. Infamibus de R. I. in 6.* Dynus & Iohan. Andr. Duar. *de sacr. Ecl. lib 4. c. 5.* Ad feudorum possessionem non admittit lex nisi legitimum hæredem, *cap. un. Vers. Etsi clientulus. de alien. feud. c. un. §. naturales si de feud. defunct. cont. Foreat. de feud. c. 5. n 18.* Legitimus autem non habetur, nisi qui patrem demõstrare queat ex nuptiis. Quibus igitur nefas fuit cum Imperatore in eodem campo consistere, cui nõ licuit magistratus dignitatem tangere, qui fas sit ipsam Majestatem summam versare, & dignitates omnes alios suis pedibus subjicere? Eduardus Niger, princeps Walliæ, cum Henricus Petrum Crudelem, Regem Castiliæ, ope Pontificis & Gallorum, maximè verò consensu subditorum de regno deturbasset, ultrò ivit Petro suppetias, cumq; argentum præ manu non haberet, tertiam partem argenteæ aureæq; supellectilis conflavit & præter hæc 100000. Francos à patre mutuò sumsit, quod diceret præjudi-

36\. *Excluduntur à torneamentis & officiis Ecclesiasticis.*

37\. *Item à successione feudorum.*

cium maximum creatum iri regum liberis, si spurlis ad regnum liceret, una cum legitimis aspirare, aut etiam iis præferri fas esset. *Frossard.lib.1.c.231.233.*

38. *Scelera spuriorum, qui legitimos anteverterunt.*

Deniq; injuria petunt in successione locum, qui jus succedendi nullum habent, idque multò evadit iniquius, si jus bono titulo quæsitum tertio præripiant, aut diminuant, quemadmodum Henricus II. rex Castiliæ, Petrum cum tota posteritate regno depulit, Gilius Scotorum Rex duos legitimos hæredes, perinde ut Darius Nothus rex Persarum duos fratres, ut quibusdam videtur, Iugurtha, duos patrueles, Archelaus I. rex Macedon. patruum cum fratre, Abimelech 69. fratres legitimos vita simul & regno exuit. Tãcredus sororem Constantiam in cœnobium conclusit, quod Ioachimus Abbas patri prædixisset: *Ex ea, si nuberet, funestam Italia facem exorituram.* Tancredus vero occultè fratri Conrado venenum per clysteria ingessisse arguitur, & Conradino ex fratri nepoti toxicatum bolum in Germaniam transmisisse. Nam etiam eo casu, quo in ordinem allegi possunt spurii, non aliter locum inveniunt, quam si desint, quibus is legitimo jure debetur. *l. generaliter. §. spurios, de Decur.*

39. *Spurios ius succedendi nullum habere.*

Spurij verò, etiamsi certum patrem demonstrare queant, tamen illi succedere prohibentur, quamdiu supersunt legitimi liberi aut legitima conjunx. *Nov.89.c.12. §. si quis autem defunctus. unde extracta Authent. Licet. Cod. de natur. lib.* Si enim duas uncias tum demum obtinent, si nec conjunx superſit, nec legitima soboles, sequitur, ut iis superstitibus ab his quoq; unciis & ex consequenti à tota hæreditate excludãtur. *Covarr. de matrim. part.2.c.ult.§.4.n.16.* Loquitur autem Iustinianus de naturalibus prognatis ex licita concubina, quam diximus imitari uxorem. & in sacris literis parum à justa conjuge differre, à quibus licet ex pellice, domi non detenta genitos parum differre putent *Rod. Zuar. l.1 s.6. lib 3. For. Vers hoc supposito.*

40. *An nati ex concubinatu.*

Covarr. *d. §.4. n.5. & 11.* modo certò constet de patre: tamen quoad successionẽ permultum interest, quia concubinatus extra pœnam erat apud Romanos, apud Christianos verò meritò condemnatur, *ut in c.4. de jure Connub. sect. ult. dixi,* licet eum Covarr, inter damnatos coitus nolit reponi, *d.c. ult. §.5. n.22.* eò quod æstimet coitus naturam nõ ex se, quæ revera est damnabilis, sed ex prava corruptæ Reip. indulgentia, quæ vitia, ut debet, non punit. Iustinianus autem indulgentiam suam *in d. Nov.89.* noluit extẽdi ad coitus damnatos, ut patet *in §. ult.* ubi ait: *Omnis, qui ex cõplexibus aut nefariis, aut incestu, aut damnatis processerit, iste neq; naturalis nominatur, neq; alendus est a parentib. neq; habebit quoddum ad præsentem legem participium.* & *in l. ult. C. de nat. lib.* exclusione naturaliũ à bonis, voluit refrenare vitium paternum, cui indulgendum non est. Item *in l. si qua illustris. ad SC. Orfic.* maternorum bonorum ita demum sobolem participem facit, si ex licita consuetudine ab homine libero habita eam concubina procreaverit. Cum igitur hodie in Rep. Christianorum omnes, qui extra matrimoniũ nascuntur, ex damnato coitu nascantur, nullus eorum gaudebit favore dictæ Authẽt. aut qualitercunq; pro successore patris naturalis se gerere poterit. Accedit, quod duæ illæ Vnciæ Naturalibus adjudicentur, non ut partes hæreditatis, sed alimentorũ loco. *d. §. si quis verò defunctus. ibi: Alimentũ damus iis. & in d. Auth. licet. ibi: hujusmodi filios pasci.* Ideoq; cũ patri non annascantur nothi, *ut not. in l.1. §.1. de bon. poss. in l. generaliter. §. Cum autẽ. C. de inst & subst.* nec sint in ejus potestate, *§. ult. Inst. de nupt. §.1. Ibi. Iustis nupt. Inst. de patr. potest. l.3. & 4. de his, qui sunt sui vel al.* nec ab ejus autoritate tutorem recipiant, *l. naturali. de confirm. tut.* nec prosint patri ad immunitatẽ, *l.2. §.1. ubi gl. & Bald. de excus. tutor.* non possunt in bona paterna, de quorũ hæreditate hîc agitur, succedere, & proinde non fit iis injuria, si à successione repellantur, quia jure suo utũtur. Hæreditas enim debetur liberis nostris. Nostri sunt, qui ex justis nuptiis, *d. §.1. Instit. de patr. potest.* aut ex viro & uxore nascuntur. *l.4. & l.6. in pr. de his, qui sunt sui vel al.* Licet enim prætereatur naturalis in testamento, nec legitimam accipiat: tamen testamentum nõ rumpit; *l. ult. C. de nat. lib.* & notat singul. gl. *in l. 1. in pr. verb. naturales. de bon. poss. in §. tamen autẽ. Inst. de inoff. testam.* ab omnib. probata: Si verò ipse antelatus fuerit fratri à fratre,

41. *Probatur quod spurij ad liberos nostros & hæredes non pertineant.*

mora

mota inofficiosi querela, testamentum à fratre expugnari posse, *arg. l. fratres. C. de inoff. testam.* Dd. ibi communiter asserunt & Azo *in sum. C. ex quib. caus. infam. irrog. num. 4.* Hart. Pist. *d. q. 30. nu. 4. & seq.* Tessaur. *decis. 126. n. 5.* Heig. *d. q. 21. nu. 18.* qui communem dicit, unà cum Petr. Anchor. *qq. famil. lib. 3. q. 6. n. 9.* Quin etiam Tiraq *in l. si unquam. gl. verb. susceperit. à n. 56. ad n. 64 de rev. donat.* disputat, donationem libertis à patrono, qui liberis destituatur, factam non intelligi per subnascentem filium naturalem revocatam, quia naturalis inter liberos nō numeratur, nec hæreditas ei debetur: quam rationem quidem concedimus, sed calculum tamen damus opinioni contrariæ Ripæ *illu. q. 28.* Covarr. *d. § 4. nu. 22.* quæ statuit, *d. leg. si unquam.* locum dari, etiamsi subnatus filius nō sit legitimus, quoniam, quod ad successionem non admittatur naturalis, sancitum est in pœnam parentum, utq; cives frequentius ad honesta coujugia adigantur, *l. ult. C. de nat. lib. Novell. 89. per tot. & §. fin.* Verum *d. legis. si unquam.* ratio desumitur ex intentione donantis *arg. l. cum acutissimi 30. C. de fideic. l. hac cōsultissima. 21. §. ex imperfecto. C. de testam.* qui nō præsumitur voluisse extraneas personas proprio sanguini anteponere. Licere enim patri etiam naturalem filium, si legitimis liberis careat, hæredem instituere de jure communi, dummodo legitimam ascendentibus relinquat, constat *ex gl. communiter recepta in d. Auth. licet. de nat. lib.* De regno verò principes pro arbitrio testari non posse, alibi demonstravimus, *lib. 1. de jur. Majest. c. ult. n. & lib. 3. c. 1.*

42\. Donatio an revocetur per spurium subnatum.

43\. ...b intestato ...r succedere spurium.

Ab intestato autem Naturalis non succedit, nisi in duas uncias, quæ sint loco alimentorum: qui verò ex damnato coitu nascuntur, ijs ne de alimentis quidem prospectum vult Iustinianus, *d. Nov. 89 in fi. & d. Auth. licet. in fin. C. de nat. lib.* Et licet Ius Canonicum eum rigorem corrigat, *c. cum haberet. de eo, qui dux. in matrim.* ultra tamen alimēta ex damnato coitu ortis nihil attribuit. Atheniensium legis meminit Scholiastes Aristophanis: Τὸν νόθον μὴ πατρῷα μὴ κληρονομεῖν & peculiari nomine νοθεῖα dicebātur bona, quæ Nothis ex hæreditate paterna dari poterant. *Buda. in l. Vulgò de stat. hom. Cal. Rhod. libr. 6. lect. antiq. c. 2.* De jure Divino cum commorari in tribu spuriis non liceret, *Deut. c. 23.* multò minus licebat partē hæreditatis, quæ extra tribū alienari non poterat, *Num. c. ult.* capessere. Iephtes ea de causa coactus fuit solū vertere, expulsus à fratrib. qui dicebant: *Nō eris hæres in domo patris nostri, quia natus es ex alienigena, Iud. c. 11.* & diu ante distinctas tribus & latas à Mose leges Abraham ejecit Ismaelē instinctu Saræ. ne hæreditatem herciscеret cum Isaaco, *Gen. c. 21. ad Gal. 4. in fin.* licet propriè Naturalis esset, & penè ex justa uxore genitus. Nec tamē ullam possessionum partem, vel ad hunc, vel ad aliarum concubinarū filios pertinere putavit Abraham, cū universam tribueret Isaaco, reliquos certis muneribus juberet abire contentos, *Gen. c. 25.* Vnde August. *serm. 56. de S. Iohan. Si ancilla filius hæres non est, Ergo neq; filius est. Cur ergo quæritur tale conjugium, de quo susceptus filius nec successionis possit esse hæres, nec sanguinis? Nec habere potest hæreditatis consortium, qui non habet originis privilegium. c. Dicat aliquis 32. q. 4.* Item Leo: *Non omnis mulier viro conjuncta uxor est viri: sicut nec omnis filius est hæres patris. c. non omnis 32. quæst. 2.*

44\. Ne de jure quidem divino.

Ex iis, quæ huc usq; diximus, satis constare arbitror: Spurios aut Nothos, licet certum parentem habeant, ad æqualem tamen, cum legitimis, successionem non admittendos, multò minus in principatibus, ubi Majestas majorem dignitatem, & imperium constantiorem requirit autoritatem. Quid si verò parentem vel nullum demonstrare queant, vel edere vereatur adultera mater, qui stricta significatione spurii dicuntur? *l. Vulgo de stat. hom. ubi gl. & Bud. §. si adversus. Instit. de nupt. ubi Theophil. c. tanta. qui fil. sint legit. c. ad abolendum. de fil. presbyt. Ludovv. de Surdis tract. de legitimat. part. 3. §. de success. spur.* Cum hi ad paternam hæreditatem prorsus non admittantur, quod vel nullum certum patrem habeant, vel sine rubore nominare non audeant, *d. auth. licet. in fi. C. de nat. lib. d. Nov. 89. §. fi.* & hic agitur de successione patris, constat eorum nullam rationem habendam. Ariston enim Rex Spartanorum, cum sibi persuadere non posset, ante decimum mensem partum edi le-

45\. Qui propriè spurÿ.

46\. Vulgò quæsitum, aut ex incerto patre genitum, non posse patri succedere.

edi legitimum, & Demaratus nunciaretur ante illum mensem editus, negavit suum esse, & à regno exclusit: *Suid. & Herod. libr. 6.* qua de causa & Leotychides excidit regno, quod ex furtiva Alcibiadis cum regina consuetudine natus per suspitionem argueretur. In hunc quippe sensum interpretabatur Lysander oraculum: *Regnum claudicaturum, si spurius succederet. Plut. Lysandr. in fin.* Basilius Magnus Dux Muscoviæ filium à successione rejecit, quod suspicaretur saltem ipsum ex adulterio Anastasiæ uxoris conceptum. *Sigism. Baro in hist. Muscov.* Philippus quoq; Macedonum Rex nisus fuit, post iniquam Demetrij cædem, Persea filium exhæredem pronuntiare, non tàm quod sceleste se circumvenisset, & consilia occupandi regni subinde agitaret, quàm quod à matre suppositus crederetur. *Liv. 40. Plut. in Aemil.* Augustus à regno Aegyptiaco removit Iulij Cæsaris ex adultera Cleopatra filium & duos alios ex adultero Antonio & eadē genitos. *Dion. li. 56.* Balduinus & Iohānes Margaritæ Comitis Flandriæ, durante primo matrimonio, spurij, ut refert P. Aemil. *lib. 1.* filii, sive ex præceptoris furtivo concubitu nati, sive inter nothos damnati, quod pater ordines sacros suscepisset, & eam ob causā à Pontifice juberetur conjugio abstinere, longo tempore de successione coacti fuerunt cum Guidone Dampetræo bello contendere, donec ope Wilhelmi Mardronii in partem aliquam restituti fuerunt.

47. *Quatenus succedant in bonis maternis.*

Nam Fortun. *in tr. de ult. fi. Illat. 8.* etiam odiosum vocat favorem Iustiniani, quo ex cōcubinatu susceptos prosequitur, dum eos ad æqualem successionem vocat cum legitimis in bonis maternis, quasi sat pœnæ haberent, exclusi à bonis paternis. Nec enim in legitimis & illegitimis unquam paria statuēda, cum sacræ literæ ubiq; differentiam faciant inter liberos liberæ & ancillæ. *Gen. 21. & 25. Iud. c. 9 & 11. Gal. c. 4.* & Hispanorum Gallorumq; consuetudines civili juri eatenus derogent, quatenus portionem multò minorē spuriis ex bonis maternis attribuant, quàm legitimè natis. *l. 9. Taur. Fortun. d. Illat. 8. Covarr. 2. part. matr. c. ult. §. 4. num. 23. Guil. Bened. in c. Raynut. verb. Et uxorem nu. 710. Chassan. in Consuet. Burg. rubr. 8. §. 3. Grassal. lib. 1. Regal. Franc. iure 7.* Quanquam verò sacræ literæ non disponant, nisi de paterna hæreditate, & Abimelechum fratrem vocent cognati, argentoq; de suo juvent, non secus ac si à materna hæreditate & cognatione alienus non esset. *Iud. c. 9.* Consuetudines item Hispaniæ & Galliæ, juri civili adversæ, strictè interpretandæ sint de Bastardis ex fornicatione, ut loquitur Regia lex partitarum, *l. 10. t. 13. part. 6.* seu illicito pellicatu susceptis, quibus idem favor non communicandus, quem Iustinianus indulsit licitæ concubinarum cohabitationi. *l. si qua illustris. in fin. C. ad SCt. Orfic.* Interim quicquid sit de Naturalibus plebejorum aut inferioris conditionis, in personis Illustribus, Iustinianus ipse derogavit huic legi, dum ait: *d. l. si qua Illustris. Sancimus itaq; ut neq; ex testamento, neq; ab intestato, neq; ex liberalitate inter vivos habita, justis liberis existentibus, aliquid ab illustribus penitus matribus ad spurios perveniat, cum in mulieribus ingenuis & illustribus (quibus castitatis observatio præcipuum debitum est) nominari spurios, satis injuriosum satisq; acerbum & nostris temporibus indignum esse judicemus.*

48. *Spurios ab illustrium successione prorsus depelli.*

De successione Legitimatorum.

SECT. 11

1. *Natales quot modis restituantur.*
2. *Oblatio ad curiam cælestem rejicitur.*
3. *Duos tantū superesse modos legitimandi.*
4. *An legitimatio per rescriptum principis locum habeat in principe absoluto.*
5. *An, propriè loquendo, solus Pontifex possit natalibus restituere.*
6. *Tres species legitimationum.*
7. *Papam non magis posse natalibus restituere, quàm principem.*
8. *Et proinde primam speciem legitimationis, quæ plenissima vocatur, nullam dari.*
9. *Defensio adversariorum rejicitur.*
10. *Principem non minus, quàm Papam posse scortationibus affingere consensum.*
11. *Si liceret & fas esset.*
12. *Quid intersit inter Legitimationem & Dispensationem.*
13. *Legitimatos à Papa non sortiri jus succedendi in regnis & principatibus.*
14. *Propter discrimina jurisdictionum.*

15. Ne-

15. *Neminem posse in alieno territorio legitimare.*
16. *Potestas casualis vel indirecta Pontificum rejicitur.*
17. *Summum principem posse sibiipsi jus dicere.*
18. *Licet melius sit, si abstineat.*
19. *Ob defectum judicis etiam privatum sibi jus dicere posse.*
20. *Principem non posse delere maculam illicesti concubitus.*
21. *De quo examinatur sententia Iustiniani.*
22. *In legitimato adhuc remanere lituram, à jure naturæ impressam.*
23. *Legitimatum non esse per omnia similem legitimo.*
24. *Et repelli à feudis, Majoratibus, aliisq; dignitatibus.*
25. *Legitimatos æquè sordere & contemni vulgò ac spurios.*
26. *Nec comprehendi statuto, quo legitimi excludunt fœminas.*
27. *Legitimationem principis accipiendam sine præjudicio.*
28. *Legitimationē ad successionem in Regnis repugnare legibus fundamentalibus.*
29. *Et vergere contra vota & in fraudem subditorum.*
30. *Quinam ex legitimatis succedant.*
31. *An legitimatio retrotrahatur.*
32. *Conclusio totius quæstionis.*

1. *Quot modis restituantur natales.* QVia verò *principi fas est maculosas notas vitiata opinionis abstergere*, ut ait Cassiod. *lib.* 3. *Var. Epist.* 46. & subsequens matrimoniū sancta quadam vi vitiosæ consuetudinis caput expugnat, quærendum superest, utrum ad summam principum dignitatem admitti conveniat eos, quos vel honestas sequentium nuptiarum vel benignitas summi principis ordini & honori restituit. Nam de oblatione curiæ, cum ab usu recesserit *Mich. Graff. lib. sent. §. successio. q.* 19. *n.* 19. de adoptione, *§. adoptionis*, *Nov.* 89. & nominatione, *Nov.* 117. *c.* 2., tanquam minus efficacibus, ad tantum malum radicitus extirpandum, remediis, mentionem facere nihil attinet. Quod enim multi ICtorum

2. *De oblatione curiæ ad cœlestem.* Guilielmi de Cuneo *in l.* 1. *C. de SS. Eccles.* sententiam arripiant, & oblationi curiæ putent successisse oblationem in religionem, curiæ cœlesti factam, ob diversitatem rationis probari non potest. Nam Imperator dispensavit cum eo, qui suæ Curiæ ascribitur, in recompensationem ministerii, *l.* 3. *in fin. ibi, Commoditatibus civitatum consulitur, C. de nat. lib.* *Nov.* 89. *c.* 1. Atqui apud DEUM primi esse possunt, qui sunt ultimi inter homines, & beneficio teporali noluit summus Monarcha ad cœlestis curiæ augmētum homines invitare, cum Curialibus ejus instent præmia longe digniora, quæ nec auris audivit, nec oculus vidit, nec exprimere posset, quantum est sub Sole linguarum. Ideoque duos tantum modos, quibus possimus natalibus restitui, reliquos nobis factos scribit Connan. *lib.* 2. *c. ult. nu. ult.* per rescriptum principis, & conjugium subsequens.

Per subsequens matrimonium ex naturali factus fuit legitimus Robertus III. rex Scotorum, cum Robertus II ut duos legitimos filios à successione repelleret, post mortem Euphemiæ conjugis, Elisabetham Moram concubinam duceret in matrimonium, nec non Iohannes Dux Lancastrius, post alias uxores, reducta concubina, natos ex ea, inter legitimos ascripsit. 3. *Duos tantū superesse modos legitimandi.*

Rescriptum Principis an locum habeat, ubi agitur de legitimatione principum superiorem non recognoscentium, dubitari potest, quia natalium restitutio pertinet ad jura Majestatis, ut diximus *lib.* 2. *de jur. Majest. cap.* 3 *n.* 15. & 17. & præsupponit jurisdictionem, quam quis in domesticos suos exercere non potest, *l. qui jurisdictioni.* 10. *de jurisd. l. un. C. de ne quis in sua causa. l. ult. C. ubi senat. Sect. reg.* 203. *Oldendorp. c.* 6. *de sent. & re judic.* ideoque nec sibi jus dicere, ne alterius jurisdictione uti potest, quia superiorem cum jurisdictione non agnoscit, & extra territorium ius dicens alieno foro præiudiciū creare nequit *l. ult. de iurisd. l.* 1 *C si à non compet. l. Duumvirum* 53. *C. de Decur. li.* 10. Vrbanus tamen Papa Henricum II. legitimum esse jussit, ut in eum transferre posset regnum à Petro regni Castiliæ legitimo hærede & possessore, quo se indignum reddidisse arguebatur propter propter crudelitatem & impias de fide opiniones. *Froissard. lib.* 1. *c.* 230. Alexander item VI. Cæsarem Borgiam spuriū suum 4. *An rescriptū locum habeat in principe absoluto.*

natalibus restituit, non tantum, ut summos in Ecclesia honores adire, sed etiam ut Dux Valentinus creari, nec non Flaminiæ, cæterisq; in Italia per fas & nefas occupatis provinciis, justi principis loco & dignitate, incumbere posset. Qua quidem in re superstitiosis Principibus & credulis consentientibusq; populis egregiè impositum fuit à callidis Pontificibus, qui sub prætextu rerum sacrarum omnia, ut ait Bald. *in l. 1. C. de oper. liber. nu. 3. ad suum traxère molendinum.*

5. *An solus Pontifex propriè possit legitimare.*

Nam ex iis, quæ subtiliter disputare creditur Benedict. à Plumbino *in disput. Incis. sente: Statuto Pisano.* nemo potest propriè ex illegitimo legitimum facere præter Pontificem Maximum, *ut tradunt. Host. Ioh. And. Præpos. in c. Venerabilē. qui fil. sint legit.* Nam tum demum legitimum propriè reddi aliquem censet Plumbinus, quando vitium, quod matrimonium tempore conceptionis aut nativitatis impediebat, deletur. *Ias. in l. si is qui pro empt. n. 127. de usucap. Curt. Sen. cons. 73. dub. 3. & 4. Ioh. le Cirier. q. 1. lib. 1. primog.* Vitium verò, quod rei spirituali insidet, nemo tollere potest, præter Pontificem, ad cujus forum pertinere matrimonii causas, magna ex parte disputat Bellar. *li. 1. de matrim. c. 32.* Propterea enim matrimonium in Sacramēta relatum ab iis suspicatur Chemnit. *par. 2. Exam. Conc. Trid. circa fin.* ut causæ matrimoniales transirent ad tribunal Ecclesiasticum. Cum igitur concubinatum, qui repugnat legi divinæ, nemo concedere præter Pontificem, multò minus fornicationem justificare queat, sequitur ex fundamento hoc quicquid à principe seculari spuriis indulgetur, legitimationem propriè non esse, sed dispensationem, cum vitium illegitimorum non extinguatur, sed supprimatur tantum secundum quid, ne effectus edat. *Ant. Gabr. lib. 6. concl. 3. n. 1.*

6. *Tres species legitimationum.*

Quanquam verò Anton. *in d. c. per Venerab. col. 6. qui fil. sint legit.* & ex eo Covarr. *part. 2. matr. c. ult. §. 8. n. 20.* durum videtur, si omnis legitimādi vis principi seculari adimatur, relictā solā potestate dispensandi: tamen tres species legitimationis constituunt, earumque primam, quam *plenissimam* vocant, eò quod corrigat ipsam radicem matrimonii contra juris prohibitionem contracti, soli Pontifici relinquunt, adeoque potestatem faciunt Pontifici dispensandi cōtra jus divinum & naturæ, quod cum per se sit absurdum, tum multò minus in hoc casu tolerari potest. Nam sicut gl. *in l. adigere. §. fin. verb. remittitur. de iure patr.* gl. *in l. ult. in fin. Qui satisd. cog.* Pontificem non plus posse in remittendo juramento, quā Legem aut Imperatorem, rectè docet: ita ex eadem ratione, circa matrimonia, quatenus divinæ aut naturali legi repugnant, non est amplior Pontificis, quàm Principis aut Majestatis potestas.

7. *Papam non posse plus ad legitimandum, quam principem.*

Nec enim Vladislaus rex Vngariæ licitè potuit uxorem ejurare, quia id faciebat autoritate Alexandri Pontificis. *Mich. Ricc. de regib. Vngar. in fin.* nec Beatricem Ferdinandi Lusitani filiam admiserūt proceres ad jacentem hæreditatem patris, licet conjugiū, quod cum uxore rapta, à vivo marito, Rex contraxerat, Papa Romanus justum esse jussisset: *Froissard. lib. 2.* nec *c. cum causa de raptor.* omnibus probatur, propter autoritatem Pontificis, nisi mitigetur in honorem & solatium raptæ, ut limitavimus *de iur. Connub. c. 3. sect. pen. n. 22.*

8. *Et posse ... legitimationem ... esse.*

Pontifex enim facere nō potest, ut justum sit, quicquid sua natura injustū est. Omnes autem fornicatores, perinde ut adulteri, sordent & damnantur judicio divino, nec ut centies velit vitium hoc emendatum Pontifex, faciet propterea, ut ex vitio nascatur virtus. Nec enim ratio reddi potest, cur adulterium justum facere nequeat, cum queat fornicationem. Vtrumq; committitur contra legem divinam, cui abrogare Papæ non licet. Causa autem, ex qua petitur ratio diversitatis, nihil ad rem facit, scil. quod scortatores potuerint matrimonium contrahere, si consensus accessisset, adulteri non potuerint. Nam à posse ad esse non valet consequentia.

9. *Defensio quædam refellitur.*

Aut si Pontifex potest legitimatum pronunciare concubitum, quia potuit esse legitimus faciat, ut qui occidit, cum posset non occidere, non sit homicida, nec fur, qui furatus, quia potuit à re aliena abstinere & legitimo contractu eam sibi comparare: ut verbo dicam: facta infecta faciat, & ut omnipotentiæ divinæ objicit Plinius *libr. 2. cap. 7.* faciat, *ut qui vixit, non vixerit, qui honores gessit, non gesserit,* DEO quidem hanc potestatem

Z z 2

asserui-

asserumus in Metaph. c. de potent. quod resuscitare queat hominem post morte, quod Averrhoi 2. de gen. & corr. comm. 70. videtur impossibile, imò & Aristoteli ibid. & 6. Eth. c. 2. dum non distinguit inter restitutionem cum motu & tempore, & inter restitutionem in momento: sed ut ipse Hieronym ait Epistol. ad Eustoch. Cum omnia possit DEUS, suscitare non potest virginem post ruinam, nedum ut Pontifex radicem vitiositatis illegitimæ, qua infectus fuit Spurius, delere, & concubitum Vagum, ut sic loquar, canonisare queat. Deus Adamum, & qui præterea verâ fide ad ipsum se convertunt, restituit primævæ dignitati: nec tamen tollit lapsum Adæ, sed per gratiam facit, ne lapsus noceat credentibus. Quin etiam, si hoc sufficit ad veram legitimationem, ut scil. radix matrimonii corrigatur, tantundem poterit Imperator, atque Pontifex, quia qua autoritate affingit Pontifex consensum conjugalem, qui nullus erat, eadem licet affingere & Imperatori. Consensum enim peræquè requirunt Leges civiles, atque Canones; eaq; de causa perinde eum supplent, vel subtrahunt illæ, atque hi. Quanquam neutris competit potentia faciendi aliquid ex nihilo, seu quod non est, quicquid de Pontifice glorietur gl. in c. quanto verb. veri Dei vicem. de translat. Episcop. quod sc. naturam rerum immutet, substãtialia unius rei applicando alii. arg. l. 2. C. comm. de leg. & fid. & de nullo possit aliquid facere, l. un. in pr. C. de rei uxor. act. c. revera. de consec. dist. 2. & sententiam, quæ nulla est, facit aliquam, c. hac. 3. q. 6. Idem de injustitia, ait, potest facere justitiã, corrigendo jura & mutando, c. ut debitum. de appell. c. non debet. de consang. & affin. Quicquid, inquam, possit Pontificalis potestas, certè ex concubitu fornicario, non potest conjugalem facere, quia consensum concumbentium præstare nequit. Sine consensu verò nullum subsistit legitimum matrimonium.

10 *Principem nõ minus, quàm Papam posse affingere consensum.*

11. *Si neuter & frustra.*

Proinde ad natales restituendos nihil plus potest Pontifex, quàm Majestas secularis, quia fornicationem, quæ est radix illegitimorum liberorum, abolere non potest, cum nec consensum supplere, nec facta facere infecta, nec juris divini obligationem suâ dispensatione tollere queat. Quod si radix & principium mali nequit tolli, relinquitur legitimationem, seu natalium restitutionem nihil aliud esse, quam imputationem gratuitam honoris, jurium & privilegiorum, quibus licet uti frui legitimis. Vitium ipsum non extinguitur, sed prohibetur, ne effectus edat, qui infames & spurios sequuntur. Distinguunt ICti inter Dispensationem & Legitimationem, quod legitimatio restituat ad omnes iuris effectus, Dispensatio ad aliquos tantũ. Anto. de Butr. in d. c. per venera. n. 16. Fortun. in l. Gallus. §. quid si tantum. de lib. & posth. quam distinctionẽ in eo sensu cum jam dictis probè quadrare apparet; sed quod permulti discriminis fundamentũ ex eo accersant, quod vitii ipsius radix præscindatur vi legitimationis, dispensatio verò relicta vitiosa radice, effectus tantùm cohibeat, id nec vero simile est, nec verbis Iustiniani. Nov. 89 §. Illud tamẽ sibi indigna quolibet legitimo nomine, item. nõ sine peccato. Item. Matrem in priore sch. mate relinquenti congruit. Causam enim, ex qua exurgunt illegitimi, tollere nemo potest. Legitimatio & dispensatio versantur tantũ circa effectus.

12. *Quid intersit inter Legitimationẽ & Dispensationem.*

Vnde per consequentiam necessariam sequitur, neque Pontificem ad feuda aut successiones regnorum, neque principes præsupposito jure Canonico, ad Ecclesiastica beneficia, & in summa nullum alterius Reipubl. principem posse quenquam natalibus restituere in aliena Republ. Confitetur hoc Innocent. III. in bello Canone, per venerab. vers. Id autem in patrimonio Petri, qui fil. sint legit. & in vers. Insuper ibid. non aliter se legitimos pronuntiasse filios Regis Galliæ dicit, quam quod Rex se Apostolicæ jurisdictioni subjecerit, idq; eum citra præjudicium tertii facere potuisse, cum nemini subesset: quanquam Pontifex hoc casu ne actum quidẽ ullum jurisdictionis exercuerit, cum filii Regis non opus haberent natalium restitutione, quippe ex legitimo matrimonio nati, sed confirmatione vel declaratione tantùm juris sibi competentis. Alias enim; cum natalium restitutio pertineat ad actus jurisdictionis, nõ potest exerceri ultra limites jurisdictionis, d. l. ult. de jurisd. cum sim. ne sceptra confundantur, ut ait Alvarot.

13. *Legitimatus à Papa non succedere in regnu.*

natalibus restituit, non tantum, ut summos in Ecclesia honores adire, sed etiam ut Dux Valentinus creari, nec non Flaminiæ, cæterisq; in Italia per fas & nefas occupatis provinciis, justi principis loco & dignitate, incumbere posset. Qua quidem in re superstitiosis Principibus & credulis consentientibusq; populis egregiè impositum fuit à callidis Pontificibus, qui sub prætextu rerum sacrarum omnia, ut ait Bald. *in l. 1. C. de oper. liber. nu. 3. ad suum traxere molendinum.*

5. *An solus Pontifex propriè possit legitimare.* Nam ex iis, quæ subtiliter disputate creditur Benedict. à Plumbino *in disput. Incipiente: Statuto Pisano.* nemo potest propriè ex illegitimo legitimum facere præter Pontificem Maximum, *ut tradunt. Host. Ioh. And. Præpos. in c. Venerabilē. qui fil. sint legit.* Nam tum demum legitimum propriè reddi aliquem censet Plumbinus, quando vitium, quod matrimonium tempore conceptionis aut nativitatis impediebat, deletur. *Ias. in l. si is qui pro emt. n. 127. de usucap. Curt. Sen. cons. 73. dub. 3. & 4. Ioh. le Cirier. q. 1. lib. 1. primog.* Vitium verò, quod rei spirituali insidet, nemo tollere potest, præter Pontificem, ad cujus forum pertinere matrimonii causas, magna ex parte disputat Bellar. *lib. 1. de matrim. c. 32.* Propterea enim matrimonium in Sacramēta relatum ab iis suspicatur Chemnit. *par. 2. Exam. Conc. Trid. circa fin.* ut causæ matrimoniales transirent ad tribunal Ecclesiasticum. Cum igitur concubinatum, qui repugnat legi divinæ, nemo concedere præter Pontificem, multò minus fornicationem justificare queat, sequitur ex fundamento hoc quicquid à principe seculari spuriis indulgetur, legitimationem propriè non esse, sed dispensationem, cum vitium illegitimosum non extinguatur, sed supprimatur tantum secundum quid, ne effectus edat. *Ant. Gabr. lib. 6. concl. 3. n. 1.*

6. *Tres species legitimationum.* Quanquam verò Anton. *in d. c. per Venerab. col. 6. qui fil. sint legit.* & ex eo Covarr. *part. 2. matr. c. ult. § 8. n. 20.* durum videtur, si omnis legitimādi vis principi seculari adimatur, relictā solā potestate dispensandi: tamen tres species legitimationis constituunt, earumque primam, quam *plenissimam* vocant, eò quod corrigat ipsam radicem matrimonii contra juris prohibitionem contracti, soli Pontifici relinquunt, adeoque potestatem faciunt Pontifici dispensandi cōtra jus divinum & naturæ, quod cum per se sit absurdum, tum multò minus in hoc casu tolerari potest. Nam sicut gl. *in l. adigere. §. fin. verb. remittitur. de iure patr.* gl. *in l. ult. in fin. Quisq. fatisd. cog.*

7. *Papam non posse plus ad legitimandum, quam principem.* Pontificem non plus posse in remittendo juramento, quā Legem aut Imperatorem, rectè docet: ita ex eadem ratione, circa matrimonia, quatenus divinæ aut naturali legi repugnant, non est amplior Pontificis, quàm Principis aut Majestatis potestas. Nec enim Vladislaus rex Vngariæ licitè potuit uxorem ejurare, quia id faciebat autoritate Alexandri Pontificis. *Mich. Ricc. de regib. Vngar. in fin.* nec Beatricem Ferdinandi Lusitani filiam admiserūt proceres ad jacentem hereditatem patris, licet conjugiū, quod cum uxore rapta, à vivo marito, Rex contraxerat, Papa Romanus justum esse jussisset: *Froissard. lib. 2.* nec *c. cum causa de raptor.* omnibus probatur, propter autoritatem Pontificis, nisi mitigetur in honorem & solatium raptæ, ut limitavimus *de iur. Connub. c. 3. sect. pen. n. 22.*

8. *Et prout [illegible] legitimationem nullam esse.* Pontifex enim facere nō potest, ut justum sit, quicquid sua natura injustū est. Omnes autem fornicatores, perinde ut adulteri, sordent & damnantur judicio divino, nec ut centies velit vitium hoc emendatum Pontifex, faciet propterea, ut ex vitio nascatur virtus. Nec enim ratio reddi potest, cur adulterium justum facere nequeat, cum queat fornicationem. Vtrumq; committitur contra legem divinam, cui abrogare Papæ non licet. Causa autem, ex qua petitur ratio diversitatis, nihil ad rem facit, scil. quod scortatores potuerint matrimonium contrahere, si consensus accessisset, adulteri non potuerint. Nam à posse ad esse non valet consequentia.

9. *Defensio quædam rejicitur.* Aut si Pontifex potest legitimatum pronunciare concubitum, quia potuit esse legitimus, faciat, ut qui occidit, cum posset non occidere, non sit homicida, nec fur, qui furatus, quia potuit à re aliena abstinere & legitimo contractu eam sibi comparare: ut verbo dicam: facta infecta faciat, & ut omnipotentiæ divinæ objicit Plinius *libr. 2. cap. 7.* faciat, *ut qui vixit, non vixerit, qui honores gessit, non gesserit.* DEO quidem hanc potestatem asserui-

asseruimus *in Metaph. c. de potent.* quod resuscitare queat hominem post mortẽ, quod Averrhoi 2. *de gen. & corr. comm.* 70. videtur impossibile, imò & Aristoteli *ibid. & 6. Eth. c.* 2. dum non distinguit inter restitutionem cum motu & tempore, & inter restitutionem in momento: sed ut ipse Hieronym ait *Epistol. ad Eustoch. Cum omnia possit DEVS, suscitare non potest virginem post ruinam*, nedum ut Pontifex radicem vitiositatis illegitimæ, qua infectus fuit Spurius, delere, & *concubitum Vagum*, ut sic loquar, *canonisare* queat. Deus Adamum, & qui præterea verâ fide ad ipsum se convertunt, restituit primævæ dignitati: nec tamen tollit lapsum Adæ, sed per gratiam facit, ne lapsus noceat credentibus. Quin etiam, si

10. *Principem nõ minùs, quàm Papam posse affingere consensum.*

hoc sufficit ad veram legitimationem, ut scil. radix matrimonii corrigatur, tantundem poterit Imperator, atque Pontifex, quia qua autoritate affingit Pontifex consensum conjugalem, qui nullus erat, eadem licet affingere & Imperatori. Consensum enim peræquè requirunt Leges civiles, atque Canones; eaq; de causa perinde eum supplent, vel subtrahunt illæ, atque hi. Quanquam

11. *[illegible]*

neutris competit potentia faciendi aliquid ex nihilo, seu quod non est, quicquid de Pontifice glorietur gl. *in c. quanto verb. veri Dei vicem. de translat. Episcop.* quod sc. naturam rerum immutet, substãtialia unius rei applicando alii. *arg. l. 2. C. comm. de leg. & fid.* & de nullo possit aliquid facere, *l. un. in pr. C. de rei uxor act. c. revera. de consec. dist.* 2. & sententiam, quæ nulla est, facit aliquam, *c. abac. 3. q. 6. Idem de injustitia*, ait, *potest facere justitiã, corrigendo jura & mutando. c. ut debitum. de appell. c. non debet. de consang. & affin.* Quicquid, inquam, possit Pontificalis potestas, certè ex concubitu fornicario, non potest conjugalem facere, quia consensum concumbentium præstare nequit. Sine consensu verò nullum subsistit legitimum matrimonium.

Proinde ad natales restituendos nihil plus potest Pontifex, quàm Majestas secularis, quia fornicationem, quæ est radix illegitimorum liberorum, abolere non potest, cum nec consensum supplere, nec facta facere infecta, nec juris divini obligationem suâ dispensatione tollere queat. Quod si radix & principium mali nequit tolli, relinquitur legitimationem, seu natalium restitutionem nihil aliud esse, quam imputationem gratuitam honoris, jurium & privilegiorum, quibus licet uti frui legitimis. Vitium ipsum non extinguitur, sed prohibetur, ne effectus edat, qui infames & spurios sequuntur. Distinguunt ICti inter *Dispensationem & Legitimationem*, quod *legitimatio restituat ad omnes iuris effectus, Dispensatio ad aliquos tantũ. Anto. de Butr. in d. c. per venera. n. 16. Fortun. in l. Gallus. §. quid si tantum. de lib. & posth.* quam distinctionẽ in eo sensu cum jam dictis probè quadrare apparet; sed quod permulti discriminis fundamentũ ex eo accersant, quod vitii ipsius radix præscindatur vi legitimationis, dispensatio verò relicta vitiosa radice, effectus tantùm cohibeat, id nec vero simile est, nec verbis Iustiniani. *Nov. 89 §. Illud tamẽ ubi indigna quolibet legitimo nomine. Item. nõ sine peccato: Item. Matrem in priori schismate relinquentes congruit.* Causam enim, ex qua exurgunt illegitimi, tollere nemo potest. Legitimatio & dispensatio versantur tantũ circa effectus.

12. *Quid intersit inter Legitimationẽ & Dispensationem.*

13. *Legitimatos à Papa non succedere in regnum.*

Vnde per consequentiam necessariam sequitur, neque Pontificem ad feuda aut successiones regnorum, neque principes præsupposito jure Canonico, ad Ecclesiastica beneficia, & in summa nullum alterius Reipubl. principem posse quenquam natalibus restituere in aliena Republ. Confitetur hoc Innocent. III. in bello Canone, *per venerab. vers. Id autem in patrimonio Petri, qui fil. sint legit. & in vers. Insuper ibid.* non aliter se legitimos pronuntiasse filios Regis Galliæ dicit, quam quod Rex se Apostolicæ jurisdictioni subjecerit, idq; eum citra præjudicium tertii facere potuisse, cum nemini subesset: quanquam Pontifex hoc casu ne actum quidẽ ullum jurisdictionis exercuerit, cum filii Regis non opus haberent natalium restitutione, quippe ex legitimo matrimonio nati, sed confirmatione vel declaratione tantùm juris sibi competentis. Alias enim, cum natalium restitutio pertineat ad actus jurisdictionis, nõ potest exerceri ultra limites jurisdictionis, *d. l. ult. de jurisd. cum sim. ne sceptra confundantur*, ut ait Alvarot.

in c. naturales. si de feud. defunct. per l. consulta Diválea. C. de testam. c. novit. de iudic. Pontifex autem dominatur in Ecclesiasticis, Imperator in Civilibus, & propterea nec hujus ad beneficia Ecclesiastica, nec illius ad feuda Regalia, restitutio quicquam operatur, ut ICti uno ore tradunt, quos videre est *apud Kirchov. in com. opin. Verb. legitimatio. Mich. Graf. lib. sen. § successio. Emanu. com. opin. in lit. L. n. 106. Rosenth de feud cap. 7. concl. 19. n. 10. in gl. Vide & quae scripsimus lib. 2. de Maiest. c. :. n. pen.* quod praeterea vel ex eo patet, quod gratiam cuiquam facere, aut privilegia indulgere nemo potest, in ea Republ. cujus legibus derogare nequit, cum his casibus semper legibus derogetur. Legitimare verò nihil aliud est, quàm parentibus remittere pœnã injusti concubitus, & filiis indulgere privilegia legitimorum, quorum neutrum fieri potest in aliena Republ. quia *privilegia frustrà dantur iis, quos constitutio concedentis arctare non potest*, ut ait Hostiens. *in sum. t. de privil. Verb. Cui concessum est*, & gratia alicui facta semper praesupponit legem, cui per gratiam derogetur. Legem verò alienae Reipubl. qui tollere aggreditur, prius eam in potestatem suam redigere cogitur, *Vide de hac controversia gl. in c. lege Verb divisis Imperiali lege. dist. 10. in c. officia. dist. 50. gl. Abb. Ant. de Butr & Dd. in d. c. per Venera. Afflict. in c. naturales. not. 2. n. o ubi Alvar. & Dd. si de feud. defunct. Zas E. ic. feud. part. 8. n. 75. Guil. Bened. in c. Rainut. Verb & uxorē. n. 197. de testam. Covarr. part. 2. Matri. c. ult. § 8 n. 15. 43. & 47. Socin. Iun. cons. 100 n. 10. & seqq. usq; ad n. 28. lib. 2. cons. :1. n 6. lib 4. & qua praeterea ex eius consiliis ad hanc thesin collegit Erasm. Musculus. Lancelot. in tem. l. Iud li. 1. c. 1. de Imperatore. §. 4. V. 20. n. 4. & seqq. Rosell. in tr. de legit. in pr. lib. 2. Nicol. ab Vbald. in tr. de success. ab intest part 1. n. 106.* Quod verò Covar. *d. §. 8. n. 45.* Pontifici addat casualem aliquam potestatem in subjectos secularis principis, imò in principes ipsos, ut extendit Bellar. *in lib. controv. Barcl. per tot.* id abundè à nobis refutatum fuit, *de subiect. Cler. c. 4. per tot.* quia nullius potestatis, nisi in ordine ad spiritualia capax est Pontifex in Principes mundi, ad quam quàm nihil faciat facultas restituendi juri & foro Politico, cuivis in promtu est dignoscere.

14. *Propter discrimina iurisdictionũ.*

15. *Neminem posse legitimare in alieno foro.*

16. *Potestas casualis vel indirecta Pontificis reiicitur.*

Cum igitur Princeps supremus, qui superiorem non agnoscit, à nemine extra Rempubl. natalibus restitui possit, cõsequens est, ut si quidem eorum aliquis honori & dignitati restituendus sit, id ab ipso principe seu patre fiat. Nam Majestas excipitur ab eo titulo, *quo quis sibi ius dicere prohibetur*, ut & ab illo altero: *Quod quisque iuris in alium*. Siquidem haec accipienda sunt de iis quibus jus dici potest. Principi autem supremo lex posita non est, nec jus dici potest; *Quis enim tanta auctoritatis, ut principem nolentem possit coarctare*, ait Imperat. *Nov. 23. c. Anteriorum 2. q. 6.* Qui Rex est, alium non timet, *c. totam. de pœn. dist. 3.* sed soli cœlo habet gestorum rationem reddere *c. aliorum. c. facta. 9. q 3.* Distinguit enim Innoc. *in d. c. per Venerabilem. Vers. Insuper, cum Rex. Qui fil. sint legit.* inter personas publicas & domesticas, & quibusdam ait visum fuisse, Regem Galliae, utpote, qui in temporalibus superiorem non recognoscat, potuisse per seipsum cum liberis dispensare, non tanquam patrem cum liberis, sed tanquam principem cum subditis, ubi notat Iohan. Andr. & gl. *in Verb. Tanquam princeps.* Etiamsi princeps queat esse actor & judex proprii facti, melius tamen faciat, si abstineat, ut ait Vlpian. *l. nec quicquam in pr. de offic. procons.* ne videatur praestare autoritatem proprio facto, *c. ult. de Instit. c. per nostras. de iure patr. c. didicimus 24. q. 1. cum simil. a; ud gl in d. c. ult. de Inst.* quemadmodum Rex Galliae, de quo paulò ante, causas etiam proprias per procuratorē Regium in parlamento disputat & decidendas offert, *Papo, 2. Notar, ch. division de l' ordre de playder.* & principes Germaniae partim in Camera Imperiali, partim coram cõmunibus judicibus sese conveniri à subditis patiuntur, *Mynsin. li 5. obs. 1.* Vbi verò alius non est, cujus judicium efflagitet, *c. ult. in fin. de Instit.* nihil vetat, quin & privatus quisq; sibi jus dicat, propter defectum judicis, *l Generale 4. C. de Decur. lib. 15 l. ait praetor 5. §. si debitorem, de his, quae in fraud. l. 1. de cust. rer. l. 19. C. de test. gl. in c. sui pentium. Verb. Sedis sur. in fi. dist. 1. Alex. cons. 135. col. 1. Vol. 10 Hartm.*

17. *Summum Principem posse sibi ius dicere.*

18. *Licet melius faciat, si abstineat.*

19. *Ob defectum iudicis privatum ius dicere.*

Hartm.

Harpr.n.2.tract.obs.1.c.1.Sich.in l.1.n.17.C.de test. Nedum ut qui ordinaria & suprema jurisdictione fungitur, rebus & familiæ suæ vel leges dare, vel privilegia imponere prohibeatur, quemadmodum vel ipso jure civili concessum reperitur. l.& hoc 41.de hære.inst. §.ult.inst.de Vulgar.Bart.in rubr.C.ne quis in caus.prop. Roland. à Vall.1.cons.29.n.21. Abb.in d.c.per venerab.Covar.2.part.matr. c.8.§.3.nu.49.

Interim cum summa potestas, cujus autoritate & beneficio, natalibus, famæ, honori & juri restituit princeps, duplici freno, Legis divinæ & Naturalis coerceatur, & gyro rationis alligetur, ut lib.seq. ostendemus, non licet principi natales subditorum suorumve versare, ut libet. Nam primum maculam abstergere, & delere funditus non potest, quia jure naturæ imprimitur. Ius enim naturæ in prima creatione proditum, & animo Adami insculptum exprimitur: Gen.c.2. Erunt duo & non plures, (sic enim interpretatur Christus Matth.c.19.) in carnem unam. Scortatores vero unionem illam indivisam dividunt, & contra jus naturæ cum multis corporibus se cõfundunt, explicãte D. Paulo 1. Cor.6. ideoque a natura maculosi fiunt natales ejus, qui ex impuro & naturali legi repugnante commixtione oritur. Nec enim satis accuratè videtur loqui Iustinianus Nov. 74. c.1. vers. Liceat igitur. d. Novell 89. c.1. vers. Natura si quidem. & c.9. vers. Non n. fuit à principio. dum ait: Naturam, cum de filiorum procreatione sanciret, scriptis nondum positis legib. omnes similiter quidem liberos, similiter autem produxit ingenuos. Primis namque parẽtibus primi filii, similiter quidẽ liberi, similiter autem legitimi παρὰ τῆς δημιουργίας fiebant: bella verò & lites, atque libidines & cõcupiscentia causam deposuerunt ad aliud schema: Servitutem namque invenit bellum, naturales autem castitatis casus, &c. Hoc certum est, cum concupiscentia homines transversim non raperet, hoc est, cum spurii nulli essent, omnes extitisse ingenuos. Ad hanc verò æqualitatem velle promiscuè revocare, etiã inhonestis natalibus ortos, quid hoc est, quam ingenuos cõfundere cum spuriis, turpia cum honestis, & intentionem naturæ invertere. Natura enim nunquã à principio, ut omnes liberos, ita omnes edidit ingenuos, quia naturaliter innatum nobis est discrimen honestorum & turpium, nec nisi magna cum injuria naturæ integritati affingi potest, quasi turpes natales eodem loco habeat cum honestis. Liberi ex æquo sumus, si ICtis credimus, & servitutem introduxit violentia humana, d. Nov. 89. §.2. Inst. de iure pers. l.5. de stat. hom. l. quod attinet. de R. I. ideoque maculam, quam servitus inurere dicitur, l. ult. in fin. de natal. restit. Imperator corrigere, & servum libertumve ad pristinã reducere potest ingenuitatem, l. interdum 2. Eod. quia quod lege humana introductum fuit, lege humana tolli potest. Verum in spuriis longè diversa ratio est, quib. maculam nõ lex aliqua humana, sed ipsum jus naturæ inussit, dum turpes concubitus, seu inhonestos natales vetuit, & sordidos esse omnium nostrum animis inclamat. Quod enim legitimum ex solo jure, non ex natura constitui tradant Bartol. in l. si is, qui pro emt. col. 14. vers. Item quæritur circa prædicta. ubi Ias. n. 229. de Usucap. Angel. in l.3. de instit. Petr. Ancharan cons. 225 videtur primâ facie, col. 2. vers. Non obstat, quod iste dicatur. id legitimarum ex jure naturæ ortarum nuptiarum institutionem intuenti facilè dubium videbitur, & nullius momenti. Accessit quidem ex lege positiva spuriorum exclusio à certis officiis, dignitatibus, quam dubium non est, quin princeps tollere possit, adeoque effectus infamiæ, quos jus civile introduxit, præscindere: sed dum effectus supprimuntur, causa interim non excinditur, nec deletur macula, quam jus naturæ impressit, licet effectus edere prohibeatur. Baldus idipsum variis similitudinibus declaravit. Nam in c.1. n.23. de Constit. Legitimatum dicit similem esse Alchymiæ, quæ facit, ut æs appareat aurum, nec tamen æs in aurum verè transmutat. In l. Etiam. n.1. C. de appell. Legitimatum dicit differre à legitimo, ut imaginem ab eo, cujus figuram repræsentat, seu veluti illum, qui a principe usum togæ impetravit, ut civis Romanus haberetur, ab illo, qui civis Romanus verè est. In c. fin. num. 3. de translat. Episcop. legitimatum comparat homini medicato à percussionibus, in quo semper remanere solent cicatrices. Proinde

20. Princeps non potest maculam ... [illegible]

21. [illegible] infamiæ [illegible]

22. In legitimato remanet [illegible] lituram à iure naturæ inflictam.

23. *Legitimatū non esse per omnia similē legitimo.* si macula, à jure naturæ impressa, per principis potestatem eradi nequit, certū est, quod legitimatus non sit per omnia similis legitimo, quicquid dicat Iustinianus *in d. Nov. 89. passim, & in §. Si igitur licentia, verb. nihil a legitimis differentes, in §. quoniam varie. §. Si quis ergo filios legitimos. l. eum, qui in provincia. §. Divus. de rit. nupt.* & hujus autoritati permulti ICtorum. *Plumbin. in d. disput. dub. 1. Castren. in l. ult. C. col. ult. C. de his, qui ven. ae. imp. & passim alibi Covar. part. 2 matrim. c. ult. §. 8. n. 19.* & cæteri quos videre est *apud Tiraq. q. 34. de iure primog. & in l. si unquam. Verb. susceperit liberos. n. 77. Ludov. Mol. lib. 3. de iur. primog. c. 3. n. 2.* Multis enim ea sententia nō placet, ut videre est apud Iason & Roman. *in l. si is, qui pro emtore, de usuc.* Barbat & Dd. *in l. cū acutissimi. C. de fideicom.* Iacob. Beh. *in §. tribus. de Nov. 89.* in quam sententiā deniq; transeunt etiam Bald. *in l. Eam quam. n. 44. 45. C. de fideico. cons. 102. Est considerandū, paulò ante fin. lib. 4.* Dec. *cons. 275. 284. 610.* &c. & alii apud Tiraq. *d. verb. susceperit. n. 96* Port. *cons. 106. n. 95.* qui & ipsi huic sententiæ accedunt, & Molina *d. lib. 3. c. 3. n. 5.* Covarr. *d. §. 8. & 3. var. resolut. c. 6. n. 7. Vers. Eadem ratione.* Nam ad minimum maculæ turpitudo manet inextincta, & hac de causa, ut ait Baldus *in c. per tuas. n. 3. de maior. & obed. in l generaliter. §. Cum autem. n. 2. C. de Inst. & subst. ubi agitur de honore & beneficio legitimati sub legitimorum nomine non continentur, nisi id expressè in legitimationis tabulis adiectum fuerit.* Nam etiam ad feuda non admittitur legitimatus per rescriptū

24. *Legitimatos repelli à feudo. & Maioratibus.* principis, *c. un. §. Naturales. si de feu. defun. content.* non quod ad cognatorum ordinem legitimati secludantur, *ex l. hac parte. Unde cogn.* quia & hic defectus legitimatione tollitur, Sed, *ut notat. Bald. ubi supra & Forcat. c. 5. de feud. n. 18.* quia simul atque nati sunt, à lege spernuntur, & dignitatibus indigni judicantur, aut quia Domini & Agnatorum juri præjudicari nequit, quod Covarr. *d. lib. 3 c. 6. n. 7. Vers. Eadem ratione,* ad Majoratuum successionem propter similitudinem rerum & rationis accommodat, inq; omnibus locum habere contendit Lud. Molin. *lib. 3. primog. c. 3. per tot.* præcipuè, si Majoratus sint nobiles, eū à nobilitate legitimatos ubique removeri ex communi sententia addat idem *d. c. 3 n 30. Tiraq. de Nobil. c. 15. n. 15. 18. Albert. Brun. cons. 1. num. 11.* Id quod multò magis in regnis locum habebit, quibus dignitas ita innexa est, ut sine autoritate Rex nihil sit, quam coronata statua. Autoritatem verò non majorem sibi comparabit à principe natalibus restitutus, quàm Spurius ipse. Nam autoritas dependet ab opinione hominum. Opinionem autem reverendam hominum animis justum principis non injiciet, qui licet potestati principis resistere non audeant, vi tamen sibi persuaderi nunquam patientur, inter legitimos & illegitimos natales nihil interesse. Nec enim legitimum facit principis rescriptum, sed fingit, crediq; jubet, quod non est. Et Impp. *in l. un. C. ad l. Visell.* libertinos etiamsi jus aureorum annulorum impetraverint, *imaginem* tamen tantum, *non statum ingenuitatis* obtinuisse dicunt, id quod liquet item *ex c. tanta. qui fil. sint legitim.* ubi natalibus restituti, non dicuntur *esse* sed *haberi* legitimi. Nam etiam legitimatos in statutis, quibus legitimi excludunt fœminas, sub legitimorum ordine non contineri, communius receptum esse asserit & probat Tiraquel. *d. verb. susceperit n. 98* Gail. *lib. 2. obser. 140.* Nam si legitimatus tantum nititur privilegio & gratia principis, certum est, statuentes, cum legitimos nominarent, de singulari isthoc privilegio non cogitasse, *Gail. d. obs. 140. num. 17. Guil. Bened. in rep. cap. Raynut. de testam. Bets. de pact. illust. fam. cap. 2. q. 4.*

25. *Legitimatu æqui fortem vulgo quæsitis.* (margin note beside lines on Nec enim legitimum facit...)

26. *Non comprehendi sub legitimis in statutis.*

Deinde non potest princeps potestate Natalibus restituendi uti, in præjudicium tertii, quia jus suum sine culpa aut causa nemini auferre potest, quàm diximus esse alterani rationem, quare legitimati per rescriptum in feudis succedere nequeant, *d. §. Naturales. si de feud. defunct. content.* quia agnatis & Domino præjudicium in jure successionis crearetur. Certi enim juris est, principi facultatem concessam non esse ad convellendam justitiam, qua suum cuiq; tribuitur, ut explicatum fuit *lib. . de iure Maj. c. 1. n 6. 7. 9. lib. 2. c. 3. n. 6.* nisi urgentissima accedat causa, quam vix aliunde, quam ex salute publica

27. *Legitimatū principis non recipienda sine præiudicio.*

publica petere potest. *l. ita Vulnerat 51. §. 1. Verſ. multa. ad l. Aquiliam. c. Abbate in fin. de ſent. & re jud. in 6.* Ac proinde iniquè actum fuit à Roberto II. Scotorum rege, cum Euphemiæ legitimæ conjugis filiis, quibus ille, poſt mortem Euphemiæ, ducta in uxorem Mora concubina, illegitimos non tantum æquavit, ſed & antepoſuit. Nam licet ſtatus & ordines regni votis Roberti ſubſcripſiſſent, præjudicium tamen legitimis liberis non poterat creari, ſine cauſa urgenti, quia jus ſuccedendi fundatum & jam certa ſpe acquiſitum habebant. Licet enim ſpem facilius antevertat princeps, quàm rem delatam auferat: tamen quod nec ſpem certam intervertere queat ſine cauſa, patet *ex l. ſi teſtamentum. ubi Iaſ. Fulgoſ. Rom. Corn. C. de teſta. l. Reſcripta 7. C. de prec. Imper. offer. ibi. quod alium nõ lædat.* & tradunt autores latè, *quos videre licet apud Dec. conſ 294. n. 1. Gail. d. obſer. 140. l. 2. Anton. Gabr. lib. 6. commu. concl. 1. Covar. li. 3. Var. reſol. c. 6. n. 7. Vazq de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 1. n. 29. & ſeqq. Fortun. Garſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. col. 137. & ſeqq. Pinell. part. 1. rub. c. 2. n. 9. & ſeqq. C. de reſcind. vend. Tapia. c. 1. de conſtit. pr. Ludov. Molin. lib. 1. de Major c. 8. n. 31. & ſeqq. l. 3. c. 3. n. 11. & ſeqq.* idq; ex legibus Regni in hoc negotio manifeſtius deducitur, quàm in teſtamentis & Majoratibus ex intentione primi inſtitutoris aut cõditoris ab iis deduci ſolet. Regna enim non deferun-

28. *Legitimatio non princi- pi repugnare legibus regni fundamen- talibus.*

tur ut hæreditas aliqua privata, ſed ex lege Regni fundamentali. Lex verò Regni, quâ defertur ſucceſſio legitimo, non videtur extendi poſſe ad legitimatum, per nominationem aut diſpoſitionẽ principis, tum ne principum licentia ad liberas ſcortationes invitetur, in quas præceps lapſus patet iis, quos nulla retrahit pœna, tum ne impuro ſanguine regale faſtigium cõmaculetur. Nec enim populus, dum in legitimum principis filium conſenſit, videtur voluiſſe admittere legitimatum, quia cum in principis manu eſſet natalibus, quẽ vellet ex filiis, reſtituere, pro arbitrio poſſet populo obtrudere quemvis ex ſpuriis, modò eum legitimum eſſe juberet. Sive igitur filios legitimos aut agnatos habeat princeps, ſive nullos, nunquã poteſt per legitimationẽ pro libitu ſpurium in ſucceſſionem introducere. Liberis enim jus ſuum auferre, quantumvis abſoluta poteſtate, niſi juſtiſſima de cauſa, non poteſt: ut liberis aut agnatis deſtituatur, populo toti præjudicium creare nequit, tum quia pleraq; regna nõ admittunt principem, niſi de conſenſu populi, tum quia jus Reip. vacaturum recideret ad populi vota, cui illud Rex non magis, quàm futuris hæredibus antevertere poſſet. Non tantùm enim jus ingenuitatis

29. *Et vergere contra vota & in fraudẽ ſubditorum.*

non largitur princeps, diſſentiente patrono, *l. 2. in fin. l. ult. in pr. de natal. reſtit.* ſed generaliter, ubi agitur de præjudicio alterius, voluntatem illius in concedendo jure exquirendam, an conſentiat, cenſet Vlpian. *l. in concedendo. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* Nam & communem opinionem, quę tenet ſubſtitutionem fideicommiſſariam cum clauſula: *Si ſine legitimis liberis deceſſerit* expirare, ſi filius legitimatus ſuperſit: *Alber. in l. generaliter. §. Cum autem. ubi Alexan. 2. Iaſ. n. 7. C. de inſt. & ſubſt. Imol. in l ex facto. §. ſi quis rogatus. ubi Ripa. n. 44 ad Treb. Alb. Brun. conſ. 15. n. 10. Carol. Molin. in conſ. Pariſ. t. 1. §. 3. gl. 1. n. 44. Pariſ. conſ. 8. n. 9. lib. 2.* Plerique limitant ex doctrina Bartoli *in l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. de liber. & poſth.* ad ea bona de quibus integrum eſt patri citra cujusque præjudicium diſponere. *Lignan. & Rampo inter conſ. Salyc. conſ 18. Pariſ. conſ. 11. n. 14. & conſ. 14. nu. 32. lib. 7. Alex in d. §. & quid ſi tantum, col. pen. verſ. nec obſtat. quæ hic not. Bart. ibid. Iaſ n. 92 & 134. Paul. n. 16. Albert. Brun d. conſ. 15. n. 16. Decius, Ruin. & Curt. iun. paſſim in conſil Tiraq. in d. l. ſi unquam verb ſuſceperit liberos n. 65. & 80. Ludov. Molin. de Major. lib. 3. c. 3. n. 10.* Iam verò de regno ejusq; ſucceſſione non licet Regi ex ſua voluntate, in Republ. præjudicium magis diſponere, quàm Domino de feudis, ut diximus *lib. 1. de jure Maj. c. ult. n. 11.* & proinde nihil operatur legitimatio à principe facta, niſi conſentiant omnes, de quorum præjudicio agitur.

30. *Quinam ex legitimatis ſuccedant.*

Hoc enim caſu accedimus illorũ opinionũ, qui legitimatũ dedita opera, expreſſisq; verbis ad ſucceſſionem regni, ab ea repelli nõ poſſe putant, *Gl Iſer. Bald. Alvar. Præpoſ. Affli. & Dd. in d. §. naturales. Pariſ. cõſ. 1. n. 76. li. 2. Clar. §. feudum. q. 82. verſ. ſed quæro.*

Molin.

Molin. in conf. Par. t. 1. §. 8. gl. 1. n. 38. Boër. decis. 123. n. 6. id quod majori ratione indulgendum erit iis, quos subsecutum matrimonium natalibus restituit, quia omnium efficacissimè operatur hic modus naturales efficiendi suos, *Novell. 74. & 89. utrobiq. c. 1.* & quàm proximè ad dignitatem legitimorum spurios deducit, dum ex concubina fit justa uxor. Præsumit enim lex ex secuto matrimonio, affectionem erga concubinam constantem, honestam & maritali non absimilem, *l. cum quis 10. C. de natur. liber.* & Canones favorem matrimonii retrò trahunt ad ante natos, *c. tanta in pr. qui fil. sint legit.* quia ut ait ibi gl. *in verb. legitimi. matrimonium omnia præcedentia purgat, & causam turpitudinis aufert. l. si ob turpem. de cond. ob turp. caus. l. 2. C. quod met. caus.* Licet enim

31. *An legitimatio retrò trahatur.* Episcopus eligendus non sit, nisi natus ex legitimo matrimonio, *c. cum in cunctis. de Elect.* tamẽ nihil obstat, quò minus eligi possit is, cui natales reddidit insecutum matrimonium. *gl. communiter probata, in c. Innotuit. verb. Conjugata de Elect.* & licet naturales non succedant in feudis, sine controversia tamẽ succedunt, quorum mater transiit in justum matrimonium. *Afflict. in d. §. naturales, not. 5. ibi Gotfred. Carol. Molin. in Alex. cons. 5. Forcat. de feud. cap. 5. n. 18.* Ab eo enim, quo parentes consenserunt in legitimum conjugium, quicunq; ex eorum sanguine prodierunt, legitimi esse incipiunt, *c. tanta. qui fil. sint legit.* imò favorem eum adeò retrò agunt *Forcat. in d. §. & qui si tantum. n. 132. Cov. part. 2. Matr. c. 8. §. 2. n. 35.* ut à momento nativitatis pro legitimis haberi velint spurios, & si, interjecto spatio, ex matrefamilias legitimi progeniti fuerint, à jure primogenituræ aliisque ætatis prærogativis ab illis excludi censeant, de qua controversia dictum fuit supra *sect. 8.*

32. *Conclusio totius quæstionis.* Si igitur Ius tàm Civile, quàm Canonicũ consideremus, non est dubium, quin vel soli vel unà cum legitimis succedant Naturales, quos legitimis asscripsit aut subsecutum matrimonium, aut rescriptum principis cõsensu subditorum, aliorumq; quorum interest, vallatum: Si tamen intentionem legum regni fundamentalium, si summam principum dignitatem, si confusionem & labem sanguinis, quam nec matrimonii favor, nec autoritas Majestatis extergere potest, respiciamus, fortaßè magis è Republica fuerit, ut legitimatis fores ad sceptra facilè non aperiantur, cum regulariter, ubi de honoribus agitur, nedum summis, sordes excludantur, & Pontifex *in c. innotuit. de Elect.* ad Episcopatum non admittat illegitimum, nisi cujus vita honestè peracta antevertisset omnem sinistram præsumtionem, quam spurios, & per consequens legitimatos suprà notavimus comitari. Fieri enim vix potest, quin sanguis ille inquinatus interdum ebulliat, & regiam stirpem inficiat, à qua fas est, removeri, quicquid sordidum, quicquid servile, & summi honoris apice indignum putatur.

De Differentiis Monarchiæ. SECT. 15.

1. *Ambigua & æquivoca, si quæ occurrant, ante omnia esse distinguenda.*
2. *Redarguitur cavillus Bodini.*
3. *Item alius.*
4. *De primo Regum ordine, seu de regno Laconico.*
5. *Explicatio verborum Aristotelis.*
6. *Vtrum Reges Laconum verè sint Reges.*
7. *Quos tàm severis legibus circumscribit ipse Aristot.*
8. *Perpetuo tamen imperio à cæteris Ducibus distinguit.*
9. *Regnum Laconicum ab Arist. magis statuã στρατηγίαν quàm βασιλείαν.*
10. *Quo respectu in enumeratione regnorum ejus mentionem faciat Arist.*
11. *Secundus ordo Regum, infra explicandus.*
12. *Tertius ordo AEsymnetarum.*
13. *Qui veniant nomine AEsymnetarum.*
14. *Eorum exemplum ex historia Pittaci & aliorum.*
15. *Item in Dictatoribus Romanis.*
16. *Facilem esse lapsum ex AEsymnetia in Tyrannidem.*
17. *Dictatores habuisse summam & absolutam potestatem, sed non diuturnam.*
18. *Testimoniis autorum probatur.*
19. *Respondetur Bodino, qui id negat.*
20. *Dictatoris jus fuisse in Coss. invitos.*
21. *In plebem repugnantem.*

22. In

22. *In refractarios tribunos pl.*
23. *Utrum Majestas Dictatoria victa fuerit in causa Fabij.*
24. *Aut regia in causa Horatij.*
25. *De exemplo Minutij à Bodino objecto.*
26. *Exempla alia Aesymnetarum.*
27. *Utrum Aesymneta Regibus asscribendi.*
28. *Quartus ordo Regum Heroicorum.*
29. *Vana argumenta Bodini.*
30. *Prima regna extitisse voluntaria.*
31. *Ex natura deducta.*
32. *Etiam ante Nimrodum.*
33. *Qui sint Heroes.*
34. *Utrum auspitia imperij Nimrodi fuerint violenta.*
35. *Utrū Heroica imperia sint propriè regna.*
36. *Quid differat Heroica virtus à simplice.*
37. *Quod una non differat specie ab altera.*
38. *Lapsus Piccolom.*
39. *Heroicum regnum non differre specie à simplici.*
40. *De quinto Regnorum genere.*

1. *Ambigua & aequivoca prius distinguenda esse.* HActenus, quæ ad Monarchiam in genere attinent, excussimus: consequens est, ut progrediamur ad species, quæ per divisionem prius detegendæ sunt. In omni enim disputatione, in qua occurrũt, quæ πολλαχῶς dicuntur, τὸ ποσαχῶς præmittendum esse, non tantùm præcepto docuit Aristot. 1. *Top. c.* 13. sed & exemplis ubique secutus est, siquidem totum librum 5. *Metaph.* in distinctione, Analogorum nominum, ut vult Averrh. 5. *Metaph. comm.* 1. seu potius Analogorum conceptuum, ut Fonsec. *libr.* 5. *Metaph. in proœm.* cõsumit, quem Scholastici inde, mo si autoritate ipsius Aristotelis, qui eum hoc titulo citare solet, *Librum de Quotiens* indigetant. Nec methodus illa cuiquam ignota esse potest, qui saltem per transennam oculos in scripta Aristotelis adegit. Itaq; nec hoc loco sui dispar esse voluit, aut præceptum suum, consuetamq; Methodum turpiter deserere. Non tantum enim diligenter ea conquirit. *cap.* 10. & 11. de quibus nomen Regni vulgò usurpatum audierat, sed pari artificio progreditur ad Aristocratiæ & Democratiæ species per diversitatem Analogorum venandas, quam ob rem immeritò accusatur à Bodino *lib.* 2. *de Republica. cap* 3.
2. *Lapsus Bodini.* & 6. Nam non tantum descriptiones Aristotelicas improbè cõfundit Bodinus, & adversarium sibi fingit, quem feriat, cum quæ Aristoteli attribuuntur, ne per febrile quidem somnium ipsi in mentem venerint, sed etiam divisionem Aristot. insequitur, quasi ex speciebus & differentiis essentialibus conflatam, cum tamen Aristot. *in pr. ne. cap.* 10. discutiendum proponat, an quæ vulgo proponuntur, genera regnorum, pro legitimis speciebus habenda sint vel minus, & *in cap.* 11. tantum unum eorum retineat, reliqua quatuor, quæ *cap.* 10. præmiserat, tanquam notha & adulterina ipse excludat. Nec ille cavillus, quem affert Bodinus, quod scilicet quatuor genera regum constituat, & quatuor positis, quinque tamen enumeret, alicujus momenti est, quia nullibi quatuor genera tantum constituit Aristot. sed *cap.* 11. *in princip.* repetit quatuor genera, quæ *cap.* 10. enumerarat, iisque superaddit quintum, quod supererat, in præcedentibus nondum expressum. Colligit igitur Aristoteles *in pr. c.* 11. quatuor genera Regum, non quod plura non sint, sed quod plurium *in c.* 10. non facta fuerit mentio. Bodinus verò imponit ipsi, quasi absolutè, & sine respectu ad caput præteritum, quatuor tantum genera constituat, quod & falsum est per se, & verbis expressis Philosophi cõtrarium. Is enim quinque in universum Regnorum genera examinanda proponit, quæ nec fideliter nec ordine repetit Bodinus. *redargui tur.* *3. Primo al.*

Nam *in d. c.* 10. primum locum inter eos, qui vulgò Reges audiunt, assignat Laconum Regibus, quod hi maximè fuerint astricti legibus, quem quidem sensum faciunt hæc verba: ἡ γὰρ ἐν τῇ λακωνικῇ πολιτείᾳ δοκεῖ εἶναι βασιλεία μάλιστα, τῶν κατὰ νόμον. Sunt enim, qui adverbium μάλιστα referant ad βασιλείαν, & talem inde sensum conficiant, quod Laconicum regnum maximè antecellat inter regna, quæ sint astricta legibus. Propius autem verò accedit interpretatio prior, quia vix liceat invenire regnum aliquod aliud, tàm arctis legibus inclusum, atq; Lacedæmonium, eamq; sequitur D Thomas, & maxima pars interpretum. Hoc igitur regnum voluit Aristot. proponere, tanquam exemplar eorum, qui licet legibus subjiciantur, reges tamen dici non desinunt. Bodinus *dict. cap.* 3. *lib.* 2. *de Rep.* *4. De primo ordine Regum. sc. Laconicorum.* *5. Explicatio verborum Aristot.* *6. Utrum Regibus annumerandi.*

de Republ. triplici argumento contrà disputat, & quidem ante omnia negat inter Reges locum dari Ducibus Spartanis, cum jura Majestatis non habuerint, nec multum à Senatorio ordine abierint. Ecquid verò hoc negat Aristoteles? Annon is idem multò luculentius affirmavit? 2. *Politicor. cap.* 7. 3 *Polit. cap.* 10. 11. 12. 4. *Polit. cap* 9. Etenim 2. *Polit. cap.* 7. Ephororum potestatem eò excrevisse memorat, ut ipsos Reges sibi ob noxios fecerit. Fas enim esse Ephoris Regem in carcerem condemnare tradunt Thucyd. *lib.* 1. & Aemil. Prob. *in Pauf.* qui idem, cum narrasset Agesilaum ab Ephoris domum ex Asia revocatum fuisse, addit: *Agesilaum maluisse domi imperium pati, quam foris exercere. In Agesil.* Cum igitur summa potestas à Lycurgo legibus tradita, vel ab Ephoris sub Theopompo Rege subnatis prærepta fuisset, consequens erat, dicente Arist. 3. *Polit. c.* 10. κυρίαν πάντων non esse penes Reges, sed partim penes Leges, partim penes Ephoros & Senatum. Reges enim singulis mensibus juramentū repetere cogebantur: *Se imperaturos secundum leges: Xenoph. de Rep. Laced.* & Demaretus à Persis rogatus, quam ob causam solùm vertisset & regiam successionem Spartæ expectare noluisset? *Quia*, inquit, *apud Lacedamonios plus valent leges quàm Reges. Herod. lib.* 7. *Lauterbach. lib.* 2. *Polit. c.* 9. Hoscine alieno imperio & arbitrio subjectos regio nomine dignos judicet Aristoteles? *Nihil*, inquit, *est hoc regnum, quàm στρατηγία τις αὐτοκράτωρ, seu pratura militaris*, 3. *Pol. c.* 10. *Domi enim non habent imperium, nisi eis τὰ πρὸς τοὺς Θεούς*, quod sic circumscribunt Herod. *lib* 6. Thucyd. *lib.* 5 Xeno. *de Rep. Laced.* Pausan. *in Lacon.* quod scilicet Iovis magni sacerdotium gesserint & sacrificia præcipua exhibuerint In cæteris absolutum imperium non acquirebant, nisi progressi extra urbem in militiam. Tum enim utebantur regio imperio, vitæq; & necis potestate in exercitum Cæterum cum omnibus bellicis Imperatoribus idem commune esset, quemadmodum Agamemnon concionibus sibi ab Achille *apud Homer. Iliad.* 1. & Thersite, *Iliad.* 2. convitium fieri æquo animo ferre cogebatur, sed expeditione decreta, jus vitæ & necis exercebat, ut ex versib. Homeri 2. *Il.* probat Aristot. & ex illo hemistichio, quod apud Homerum hodiè non reperitur: Πὰρ γὰρ ἐμοὶ θάνατος: Nullum inde regium dominatum concludi posse, rectè docet Aristot. licet ad regium, militare illud imperiū propius, quàm aliorum Imperatorū accesserit, quod esset perpetuum. Duces enim reliqui precariò creabantur, & jussu Reipublicæ arma deponebant, ad privatā vitam redituri, ut de Pausan. scribit Aemil. Prob. *in Pauf.* Sed reges etiamsi à bello hoc aut illo pro re nata avocarentur, tamē, quam diu vivebant & regiam autoritatem sustinebant ordinarij belli duces erant, ut expresse testatur Xenophon *de Rep. Lacad.* nisi domi haberent, quo detinerentur, aut aliis bellis occupati essent. Bodinus, quasi sibi jus Lacedæmoniorum magis, quàm Aristoteli aut Xenophonti cognitum fuisset, negat potestatem belli gerendi Regibus perpetuam tributam fuisse, quia Lysandro, Leonidæ, Callicratidæ, Gylippo, aliisve Ducibus sæpe bellum injunctum, præ Regibus legitur. Quid tum amplius? Non dicit Aristoteles Reges solos gessisse bellum, sed perpetuò. Tu infers, Lysandrum bellū gessisse in Græcia, cum Agesilaus gereret in Asia. Nam cum alteri Regum, altero in bellum proficiscente, domi manendum esset, coacti sæpè fuerunt domi detento Regi expertum aliquem virum succenturiare, cujus extraordinariū imperium non sustulit ordinarium regis. Sed & perpetuum imperium, etiamsi concedatur, non inferre Majestatem, objicit Bodinus. quod quidem verum est, sed Aristoteli injuriá objicitur, qui *d. c.* 10. *lib.* 3. *Pol.* conceptis verbis facit distinctionem inter regnum & στρατηγίαν, dum ait Regnum Laconum nihil aliud esse quàm imperium militare. & expressius. *c.* 11 *lib. ejusd.* eodem argumento, quod hic Bodinus objicit, amovet στρατηγίαν ex numero regnorum, quod in omnibus Rebuspub. perpetui Imperatores inveniantur. & proinde peculiarem speciem regni non constituant, id quod *in pr. c.* 12. prolixius repetitur & exemplis declaratur; Dyrrhachinorum & Opuntiorū περὶ Ἐπίδαμνον καὶ περὶ Ὀποῦντα, qui quantumvis populari & Aristocratico statu perpetuam nihilominus præturam milita-

7. *Concessa potestas regia Lacon.*

8. *Reges tamen erat perpetua.*

9. *Regnum Lacon. esse potius στρατηγίαν quàm βασιλείαν.*

10. *Sur regnū igitur asseri- batur.* militarem præfecerunt. Si verò ita est, & Aristoteles iisdem utitur argumentis, quibus ipsum oppugnatum venit Bodinus, cur inter differentias regni primo loco facit mentionem Laconici imperij? Id verò facit, non ut speciem aliquam regni inde conflet, sed ut vulgarem errorem corrigat, qui Reges secundum leges pro veris Regibus promiscuè venditat. Vt enim in divisionibus Aequivocorum aut Analogorũ ferè fieri solet, membra divisionis præmittuntur, non ut pro speciebus retineantur, sed ut à proposito removeantur, cujus rei exempla occurrunt. 3. *Physic. c.* 1. 4. *Phys. c.* 1. 8. *Phys. c.* 3 *& passim alibi.* Nullus enim est historicorum, qui principes Lacedæmoniorum non appellet Reges, nullus eum vel in Spartana Republ. vixit, qui regium honorem ulli eorum detraxisset, nemo in Græcia extitit, cui secus videretur, cum etiam mortuorum corpora procul aspicerent hostes, quasi quæ sine sacrilegio tangi non posse sibi persuasissent. Montecat. *in Schol. tex.* 104. *lib.* 3. Laconicis regibus substituit Polonicos, Giphan. *in c.* 10. *lib.* 3. *Polit.* primos Romanorum Imperatores, Paurmeist. 2. *de jurisd. Roman. Imper.* hodiernos Germanorum, Recentiores, Reges, Vngariç, Daniæ, Svveciæ, & si qui præterea coguntur jurare in leges, & sunt obnoxii judicio Senatus populique. De his enim merito dubitatur, quemadmodum Aristoteles dubitavit de Laconicis, utrum Regib accensendi sint, nec qui sic dubitat, aut eos post dubitationem à veris Regibus segregat, jure reprehendi poterit, quasi ob dubitationem eos inter absolutos Reges annumerasset.

11. *Secundus ordo Regũ Barbarorum.* In secunda classe restim ducũt *Reges Barbarorum*, de quibus prorsus calumniosè sententiam Aristotelis adducit Bodinus, *ut in c.* 3. *sect.* 3. *decemus.* Ex sola enim successione hæreditaria ait eos ab Aristotele definiri, & nihilominus inter Reges annumerari, quorum utrumq; à mente Aristotelis tàm alienũ est, quàm à vero, ut inferius deducemus.

12. *Tertius Aesymnetarum.* Tertio loco sequuntur *Aesymneta*, quos olim Græci vocabant, de quibus Aristoteles *hoc loco &* 4. *Polit. c.* 10. Theophrast. *in li. de regn.* quem citat, & sequitur Dionys. Halycar. *lib.* 5. Laërt. *in Pittac. in pr.* Licet autem Aristoteles tùm verbis, tùm exemplo Pittaci satis explicet, quod per Aesymnetas intelligat Reipub. curatores extra ordinem creatos cum Tyrannica & absoluta potestate, aut per totam vitam, aut ad tempus: tamen eorum nomine comprehendit Camerar. *in com. d. c.* 10 *lib.* 3. *Pol.* Consules, Iudices, Præfectos, 13. *Qui veniant nomine Aesymnetarũ.* &c. qui nec extra ordinem dantur, nec cum libera aut Tyrannica potestate. Alcæus enim, cum carminibus σκολιοῖς insectaretur Pittacum κακοπατρίδαν, quem Mitylenæi sibi Aesymnetam crearant, vocat ipsum Tyrannum, *Diogen. in Pittac.* & Aristoteles ait: ἐστὶ δὲ τοῦθ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, αἱρετὴ τυραννίς. *lib.* 3. *c.* 10. & inter Tyrannicos status eandem Aesymnetiam condemnat 4. *Polit. c.* 10. quorum nihil in ordinariam & limitatam magistratus potestatem quadrat. Historiam Pittaci, quam exempli loco affert Aristot. paulò secus enarrat Strabo, *lib.* 13. Diogen. *in Pittac.* Valer. *lib.* 6. *cap.* 5. Res tamen eò redit, quod Mitylenæi constituerint Pittacum principem civitatis contra exules, quos Alcæus & Antimenides ducebant, Erat igitur Pittacus cum regia potestate, sed ex arbitrio populi, & ob certum finem, scilicet, ut ab exulum armis tutaretur Rempubl. 14. *Exemplum in Pittaco.* qualis prætura ab Achæis item tradebatur Arato, ad ejiciendos Tyrannos, *Cicer.* 3. *offic. Plutarch. in Arat.* Timoleonti, à Syracusanis, *Plutar. in Timol.* *& alÿ.* Syllæ à Romanis, ad extirpandam factionem Marij, nec alia fuit ab initio Romani principatus facies, cum Iulio Cæsare offerretur, 15. *In Dictatoribus Romanis.* quem subsecutorum Imperatorum, alii in regnum, alii in Barbarum dominatum, retento civili nomine, verterunt. Rectè enim Dionys. Halycarn, *lib.* 5. exemplum accommodatissimum Aesymnetias proponit in Dictatura Romanorum, quod licet Montecat. *ad text.* 107. *lib.* 3. *Polit* Barclajo. *libr.* 3. *Monarchomach. c* 5. non placeat, non video tamen tantum inter utramque discrimen, ut dica aliqua Halycarnassæo impingi possit, assentiente Pacio *lib.* 3. *Polit. cap.* 12. *num.* 10. Vocat enim Halycarn. *d. lib.* 5. Dictaturam *Tyrannidem voluntariam & magistratum, qui parem Tyrannica potestatem habeat, qua legib. omnibus superior sit, à qua consiliorum factorumve rationem reposcere non liceat.* Quanquam facilis sit ab Aesymnetia in Tyrannidem prolapsus, Cicero 16. *Facilis ex Aesymnetiâ*

lapsus in Tyrannidem. *in* 1. *Philipp.* ostendit exemplo Syllæ, & Plutarch. *in Cæs.* exemplo Cæsaris, adeò ut hæc quoque in parte Dictatura cum Aesymnetia conveniat, quam in confinio Tyrannidis posuit Aristot. 4. *Polit. cap.* 10. Exprobrantibus quibusdam Cæsari, quod Dictaturam non deponeret, quam deposuisset Sylla, *Sylla*, inquiebat, *nesciebat literas, ideoq; deposuit:* (*Dictare* enim respicit literas) quasi dixisset, si scivisset potestate uti, nō minus promtum ipsi fuisset, propriam & perpetuam eam sibi facere, quam nunc est mihi. *Plutarchus in Apophth.* Perpetuam noluerunt Dictaturam esse, quod, ut Mamercus Dictator dicebat, *maximam libertatis populi custodiam putarent, si magna imperia diuturna non essent, & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non posset. Liv. lib. 4. l. 2. §. populo deinde aucto. Vers. ultra sex menses. de orig. Iuris.* Sed de absoluta potestate nihil illi detractum fuisse præter Halycarn. *d. libr.* 5. omnes Romanæ historiæ conditores

17. *Dictatores habuisse summam & absolutam potestatem.* affirmant. Eutropius non majorem attribuit potestatem Imperatoribus, dum *libr.* 1. ait: *Neque quicquam similius potest dici, quàm Dictatura antiqua, huic imperij potestati, quam nunc tranquillitas vestra habet.* Varro *lib. 4. de ling. Lat.* & Cicer. *lib. 2. de R.* Dictatorem vocant *Magistrum populi*, propterea, quod ipsi fuerit indulta *summa in accensos potestas*, quam illi attribuit etiam Arcadius Charis. *lib sing. de præf. prætor.* dum ait: *Dictatoribus apud veteres summam potestatem ad tempus creditam. l. un ff. de offic. præf. prat.* Liv. *lib.* 2. ait: *eum imponi moderatorem ac Magistrum Consulibus.* Suidas cum Græcâ voce putat exprimi posse, quod sit αἰσυμνήτης τῶν λυπηρῶν, additq; quod à Romanis ob duplicatam potestatem διϋπατος dictus fuerit. Polyb. *libr.* 3. summum liberumque illi tribuit imperium. *Neque ex SCto*, inquit, *neque plebiscito, sed sua sententia, qua sibi placent, imperat.* Livius *lib.*

18. *Autoritatibus prabatur.* 4. eximit à vinculis omnium legum. Nam cum Sp. Melius seditiosa liberalitate animos plebis in se convertisset, & propè seditioni ibat timor, T. Quinctius Capitolinus consules immeritò increpari, ait, *qui constrictis legibus, de provocatione ad dissolvendum imperium latis, nequaquam tantum virium in magistratu ad eam rē pro atrocitate vindicandam, quantum animi haberent: opus esse non forti solùm viro, sed etiam libero, exolutoq; legum vinculis. Itaque se Dictatorem dicturum.* Appius verò Claudius, cum ad compescendum populi furorem in magistratu, à quo leges provocare liceat, non sat autoritatis deprehendisset: *Agedum*, inquit, *Dictatorem, à quo provocatio non est, creemus. Iam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor. Pulset tum mihi lictorem, qui sciet jus de tergo, vitaque sua penes unum illum esse, cujus Majestatem violavit. Livius lib.* 2. Item Quintius, Cæsonis pater, Consul, turbata Republica negabat Consulum comitia habere: *Non ita agram esse civitatem, ut consuetis remedijs sisti possit: Dictatore opus esse Reipublicæ ut qui se moverit ad sollicitandum statum civitatis, sentiat sine provocatione Dictaturam esse.* Itaque Plutarchus succenset incogitantiæ Romanorum, quod cum Galli imminerent Romæ, non adverterint, *quantum periculoso tempore conduceret, omnia secundum arbitrium unius hominis agi, qui in suis manibus jus omne haberet, magistratumq; nulli judicio obnoxium gereret.* Plutarchus *in Camill.* Sed & idem *in Marc. & Fab. Max.* Dictaturam vocat *liberum solutumq; imperium*, & *in probl. Rom.* creato Dictatore, omnes magistratus abdicare scribit, exceptis tribunis, quos inde numero magistratuum eximit. Mamercus Aemylius Dictator, quod quinquennalis censura, ob magnitudinem potestatis videretur nimis diuturna, lege tulit, ne plus quàm annua ac semestris esset. *Livius libro* 4. Quæ cum ita sint & Dictatoribus summa ubique sine provocatione tribuatur potestas, præter autores jam dictos à Perion. & Blond. *de Magistrat. Roman.* Coras. & Zas. *ad l. 2. §. populo deinde aucto. ubi Eberlin. de Orig. Iur.* Hotoman. *lib. 1. Antiq. Rom. part. 2. c. de Dictat.* Turneb. *in libr. 3. Cicer. de ll* Godolev. *ad lib. 2. Liv.* Tiraquell. *quæst. 4. de jure primogen.* Barcl. *libr. 3. contra Monarcho. cap.* 5. eaque confirmetur ab Imperatoribus ipsis *in d. §. populo deinde aucto. & l. breviter. in princ. de offic. præfect. prat.*

Nihilominus non erubuit Bod. hîc quoq; contra

19. *Respondetur Bodino.*

contra stimulum calcitrare & Dictatoris potestatem tribunorum & plebis pedibus subjicere, *lib.* 1. *de Republ. c.* 8. eò quod populus Fabio à Papyrio, & Minucio à Fabio Max. capitis damnato, contra voluntatem Dictatoris gratiam fecisse legatur, qua tamen in re non tantum toti antiquitati audacter adversatur, sed & historicam relationem parum fideliter affert. Nam si Consules invitos, si reluctantem plebem potuit Dictator Majestate sua in ordinem cogere, nec illorum nec hujus imperio fuit obnoxius. Quoties enim contra ipsos Consules Dictatorem nominavit populus, cum Consul, cujus erat, Dictatorem dicere, id exequi recusaret? *Livius lib.* 27. *Plutarchus in Marcell.* Fabius Maximus Dictator, cum Consulem obvium sibi, comitante equitatu, habiturus esset, viatorem præmisit, qui Consuli nuntiaret, *ut sine Lictoribus Dictatorem adiret*,

20. *Dictatori jussu Consules.*

Livius libr. 22. Propterea & Lictores duplicabantur Dictatori, *Livius libr.* 2. & supra Consules potestatem illi asscribit Pompon. *in d.* §. *populo deinde aucto.* Ad plebem verò compescendam & seditiones restringendas, non alio ferè remedio felicius usi sunt Romani. Primus Appius Claudius ad illud provocavit, *Anno V.C.* 260. lasciviam plebis ex provocatione natam: *quippe minas esse consulum, non imperium, ubi ad eos, qui una peccaverint, provocare liceat: ideoq; Dictatorem creandum, à quo provocatio non sit. Livius libr.* 2.

21. *In plebem.*

Atqui, inquis, tum tribuni nondum nati erant, qui appellarentur & intercederent: Fateor, sed ut addit Livius *d. lib.* 2. jam provocationem populus lege Valerij Publicolæ habebat. Nec enim provocatio desinebat ad tribunos, sed ad populum. Quin etiam post natos tribunos nihilo secius legum vinculis exolutum Dictatorem proponit Livius *lib.* 4. quando à L. Quinctio per Servilium Halam Sp. Metium, qui judicium refugerat, inaudita causa obtruncatum scribit, & succiso autore, silentium seditioni populari impositum, *Anno V.C.* 316. Mox verò *Anno* 386. cum ad ultimam dimicationem inter patres & plebem ventum esset, & jam tribus vocarentur, nec intercessio Collegarum tribunis legem latam obstaret, trepidi patres ad duo ultima auxilia, summum imperium, summumque ad civem decurrunt. Dictatorem dici placet: Dicitur M. Furius Camillus, qui licet terrorem ingentem incussisset plebi, tamen antequam tribunorum superbiam edomare posset, magistratu se abdicavit. Plutarch. *in Vit. Camill.* causam abdicationis perscribit, *quod tribuni pertulerint ad plebem, idq; plebs sciverit, ut si M. Furius pro Dictatore quid egisset, quingentum millium aris ei mulcta esset.* 22. *In tribunos pl.*

Livius verò *lib.* 6. *ad fin.* eam refutat & majestatem Dictatoriam à tribunorum imperio his argumentis liberat, *Vitio creatum Camillum dicunt, & propterea magistratu abisse: Sed*, inquit, *auspiciis magis quàm novi exempli rogatione deterritum, ut potius credam, cum viri ipsius facit ingenium, tum quod ei suffectus est extemplo P. Manlius Dictator, quem quid creari attinebat ad certamen, quo M. Furius victus esset? & quod eundem M. Furium Dictatorem insequens annus habuit, haud sine pudore certè factum priore anno in se imperium repetiturum: simul quod eo tempore, quo promulgatum de ejus mulcta traditur, aut & huic rogationi, qua se in ordinem cogi videbat, obsistere potuit, aut ne illas quidem, propter quas & hac lata erat, impedire: Et quoad usq; ad nostram memoriam tribunitiis Consularibusq; certatum viribus est, dictatura semper altius fastigium fuit.* Quod si semper vicit Dictatura, ut hic scribit Livius, qui potuit populus vincere in causa Fabij & Minucij? Id verò non aliunde discere licet, quam ex actis & historiæ veritate. Fabij enim negotium uno verbo expedivit Flor. *in Epit. libr.* 8. *in fin.* quando ait: *Fabius Romam profugit, & cum causa parum proficeret, populi precibus donatus est.* Si Bodinus rei veritatem æstimare cupit, ex oratione M. Fabij ad gratiam & favorem captandum composita, qua dicit: *Tribunos plebis appello & ad populum provoco, eumq; tibi fugienti exercitus tui, fugienti Senatus judicium, judicem fero, qui certè unus plus quàm tua Dictatura potest, polletq;. Videro, cessurusne provocationi sis, cui Rex Romanus Tullus Hostilius cessit:* 23. *Utrum Majestas Dictatoria victa sit à tribunis in causa Fabij.*

ur non eadem verisimilitudine fas sit objicere orationem Dictatoris, qua sic infit: *Quæro*

lapsus in Tyrannidem.

in 1. *Philipp.* ostendit exemplo Syllæ, & Plutarch. *in Cæs.* exemplo Cæsaris, adeòut hac quoque in parte Dictatura cum Aesymnetia conveniat, quam in confinio Tyrannidis posuit Aristot. 4. *Polit. cap.* 10. Exprobrantibus quibusdam Cæsari, quod Dictaturam non deponeret, quam deposuisset Sylla, *Sylla*, inquiebat, *nesciebat literas, ideoq; deposuit*: (*Dictare* enim respicit literas) quasi dixisset, si scivisset potestate uti, nõ minus promtum ipsi fuisset, propriam & perpetuam eam sibi facere, quam nunc est mihi. *Plutarchus in Apophe.* Perpetuam noluerunt Dictaturam esse, quod, ut Mamercus Dictator dicebat, *maximam libertatis populi custodiam putarent, si magna imperia diuturna non essent, & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non posset. Liv. lib.* 4. *l.* 2. *§. populo deinde aucto. Vers. ultra sex menses. de orig. Iuris.* Sed de absoluta potestate nihil illis detractum fuisse præter Halycarn. *d. libr.* 5. omnes Romanæ historiæ conditores

17. *Dictatores habuisse summam & absolutam potestatem.*

affirmant. Eutropius non majorem attribuit potestatem Imperatoribus, dum *libr.* 1. ait: *Neque quicquam similius potest dici, quàm Dictatura antiqua, huic imperij potestati, quam nunc tranquillitas vestra habet.* Varro *lib.* 4. *de ling. Lat.* & Cicer. *lib.* 2. *de R.* Dictatorem vocant *Magistrum populi*, propterea, quod ipsi fuerit indulta *summa in accensos potestas*, quam illi attribuit etiam Arcadius Charis. *lib. sing. de præf. prætor.* dum ait: *Dictatoribus apud veteres summam potestatem ad tempus creditam. l. un. ff. de offic. præf. præt.* Liv. *lib.* 2. ait: *eum imponi moderatorem ac Magistrum Consulibus.* Suidas eum Græcâ voce putat exprimi posse, quod sit αὐτοκράτωρ τῶν ἀνθυπάτων, additq; quod à Romanis ob duplicatam potestatem διπλοῦς dictus fuerit. Polyb. *libr.* 3. summum liberumque illi tribuit imperium. *Neque ex SCtis*, inquit, *neque plebiscito, sed sua sententia, quæ sibi placcuit, imperat.* Livius *lib.* 4. eximit à vinculis omnium legum. Nam

18. *Autoritate ... probatur.*

cum Sp. Melius seditiosa liberalitate animos plebis in se convertisset, & propè seditioni ibat timor, T. Quinctius Capitolinus consules immeritò increpari, ait, *qui constricti legibus, de provocatione ad dissolvendum imperium latis, nequaquam tantum virium in magistratu ad eam rẽ pro atrocitate vindicandam, quantum animi haberent: opus esse non forti solùm viro, sed etiam libero, exolutoq; legum vinculis. Itaque se Dictatorem dicturum.* Appius verò Claudius, cum ad compescendum populi furorem in magistratu, à quo leges provocare liceat, non sat autoritatis deprehendisset: *Agedum*, inquit, *Dictatorem, à quo provocatio non est, creemus. Iam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor. Pulset tum mihi lictorem, qui sciet jus de tergo, vitaque sua penes unum illum esse, cujus Majestatem violavit. Livius lib.* 2. Item Quintius, Cæsonis pater, Consul, turbata Republica negabat Consulum comitia habere: *Non ita ægram esse civitatem, ut consuetis remediis sisti possit; Dictatore opus esse Reipublicæ ut qui se moverit ad sollicitandum statum civitatis, sentiat sine provocatione Dictaturam esse.* Itaque Plutarchus succenset incogitantiæ Romanorum, quod cum Galli imminerent Romæ, non adverterint, *quantum periculoso tempore conduceret, omnia secundum arbitrium unius hominis agi, qui in suis manibus jus omne haberet, magistratumq; nulli judicio obnoxium gereret.* Plutarchus *in Camill.* Sed & idem *in Marc. & Fab. Max.* Dictaturam vocat *liberum solutumq; imperium*, & *in probl. Rom.* creato Dictatore, omnes magistratus abdicare scribit, exceptis tribunis, quos inde numero magistratuum eximit. Mamercus Aemylius Dictator, quod quinquennalis censura, ob magnitudinem potestatis videretur nimis diuturna, lege tulit, ne plus quàm annua ac semestris esset. *Livius libro* 4. Quæ cum ita sint & Dictatoribus summa ubique sine provocatione tribuatur potestas, præter autores jam dictos à Perion. & Blond. *de Magistrat. Roman.* Coras. & Zas. *ad l.* 2. *§. populo deinde aucto. ubi Eberlin. de Orig. Iur.* Hottoman. *lib.* 1. *Antiq. Rom. part.* 2. *c. de Dictat.* Turneb. *in libr.* 3. *Cicer. de ll.* Godolev. *ad lib.* 2. *Liv.* Tiraquell. *quæst.* 4. *de jure primogen.* Barcl. *libr.* 3. *contra Monarcho. cap.* 5. eaque confirmetur ab Imperatoribus ipsis *in d. §. populo deinde aucto. & l. breviter. in princ. de offic. præfect. præt.*

Nihilominus non erubuit Bod. hic quoq;

contra

19. Respondetur Bodino. contra stimulum calcitrare & Dictatoris potestatem tribunorum & plebis pedibus subjicere, *lib. 1. de Republ. c.* 8. eò quod populus Fabio à Papyrio, & Minucio à Fabio Max. capitis damnato, contra voluntatem Dictatoris gratiam fecisse legatur, qua tamen in se non tantum toti antiquitati audacter adversatur, sed & historicam relationem parum fideliter affert. Nam si Consules invitos, si reluctantem plebem potuit Dictator Majestate sua in ordinem cogere, nec illorum nec hujus imperio fuit obnoxius. Quoties enim contra ipsos Consules Dictatorem nominavit populus, cum Consul, cujus erat, Dictatorem dicere, id exequi recusaret? *Livius lib. 27. Plutarchus in Marcell.* Fabius Maximus Dictator, cum Consulem obvium sibi, comitante equitatu, habiturus esset, viatorem præmisit, qui Consuli nuntiaret, *ut sine Lictoribus Dictatorem adiret. Livius libr. 22.* Propterea & Lictores duplicabantur Dictatori, *Livius libr.* 2. & supra Consules potestatem illi asscribit Pompon. *in d. §. populo deinde aucto.* Ad plebem verò compescendam & seditiones restringendas, non alio ferè remedio felicius usi sunt Romani. Primus Appius Claudius ad illud provocavit, *Anno V. C.* 260. lasciviam plebis ex provocatione natam: *quippe minas esse consulum, non imperium, ubi ad eos, qui una peccaverint, provocare liceat: ideoq; Dictatorem creandum, à quo provocatio non sit. Livius libr. 2.* Atqui, inquis, tum tribuni nondum nati erant, qui appellarentur & intercederent: Fateor, sed ut addit Livius *d. lib.* 2. jam provocationem populus lege Valerij Publicolæ habebat. Nec enim provocatio desinebat ad tribunos, sed ad populum. Quin etiam post natos tribunos nihilo secius legum vinculis exolutum Dictatorem proponit Livius *lib.* 4. quando à L. Quinctio per Servilium Halam Sp. Metium, qui judicium refugerat, inaudita causa obtruncatum scribit, & succiso autore, silentium seditioni populari impositum, *Anno V. C.* 316. Mox vero *Anno* 3?6. cum ad ultimam dimicationem inter patres & plebem ventum esset, & jam tribus vocarentur, nec intercessio Collegarum tribunis legem laturis obstaret, trepidi patres ad duo ultima

20. Dictatorii ius suffectum Consules.

21. In plebem.

auxilia, summum imperium, summumque ad civem decurrunt. Dictatorem dici placet: Dicitur M. Furius Camillus, qui licet terrorem ingentem incussisset plebi, tamen antequam tribunorum superbiam edomare posset, magistratu se abdicavit. Plutarch. *in Vit. Camill.* causam abdicationis perscribit, *quod tribuni pertulerint ad plebem, idq; plebs sciverit, ut si M. Furius pro Dictatore quid egisset, quingentum millium æris ei mulcta esset.* Livius verò *lib. 6. ad fin.* eam refutat & majestatem Dictatoriam à tribunorum imperio his argumentis liberat, *vitio creatum Camillum dicens, & propterea magistratu abiisse: Sed,* inquit, *auspiciis magis quàm novi exempli rogatione deterritum, ut potius credam, cum viri ipsius facit ingenium, tum quod ei suffectus est extemplo P. Manlius Dictator, quem quid creari attinebat ad certamen, quo M. Furius victus esset? & quod eundem M. Furium Dictatorem insequens annus habuit, haud sine pudore certè factum priore anno in se imperium repetiturum: simul quod eo tempore, quo promulgatum de ejus multa traditur, aut & huic rogationi, qua se in ordinem cogi videbat, obsistere potuit, aut ne illas quidem, propter quas & hæc lata erat, impedire: Et quoad usq; ad nostram memoriam tribunitiis Consularibusq; certatum viribus est, dictatura semper altius fastigium fuit.* Quod si semper vicit Dictatura, ut hic scribit Livius, qui potuit populus vincere in causa Fabij & Minucij? Id verò non aliunde discere licet, quam ex actis & historiæ veritate. Fabij enim negotium uno verbo expedivit Flor. *in Epit. libr. 8. in fin.* quando ait: *Fabius Romam profugit, & cum causa parum proficeret, populi precibus donatus est.* Si Bodinus rei veritatem æstimare cupit, ex oratione M. Fabij ad gratiam & favorem captandum composita, qua dicit: *Tribunos plebis appello & ad populum provoco, eumq; tibi fugienti exercitus tui, fugienti Senatus judicium, judicem fero, qui certè unus plus quàm tua Dictatura potest, polletq;. Videro, cessurusne provocationi sis, cui Rex Romanus Tullus Hostilius cessit:* cur non eadem verisimilitudine fas sit objicere orationem Dictatoris, qua sic infit:

22. In tribunos pl.

23. Utrum Majestas Dictatoria victa sit à tribunis in causa Fabij.

Quare de te, L. Fabi, cum summum Imperium Dictatoris sit, pareantque ei Consules, regia potestas, prætores, iisdem auspiciis, quibus Consules creati, æquum censeas nec ne, Magistrum Equitum dicto audientem esse? Sed quia causæ suæ quisque affectatis orationibus inservit, omissis fucis, rem ipsam, ut gesta est, inspiciamus: profugit ab exercitu Fabius, non jure, sed tumultu & seditione militum servatus: Ut Romam appulit, sequente è vestigio Dictatore, in concione res utrinque magno certamine gesta est, dum pro Fabio stabant Senatus majestas, favor populi, tribunitium auxilium, memoria absentis exercitus, autoritas patris, qui ter Consul & Dictator fuerat: Pro Papyrio Dictatore, imperium invictum populi Romani & disciplina rei militaris, & Dictatoris edictum pro numine semper observatum, & Manliana imperia & posthabita filij caritas publicæ utilitati. Tandem cum Papyrius tribunis prolixè exprobrasset, quod ipsi inviolati violassent intercessione sua Romanum imperium, & quod populus Romanus in se potissimùm Dictatorem, & jus Dictaturæ extinguat, eò adegit stupentes tribunos & suam jam vicem magis anxios, quàm ejus, cui auxilium ab se petebatur, ut ad preces & obtestationem, consensu totius populi versi, orare Dictatorem inciperent, ut veniam errori humano, veniam adolescentiæ Q. Fabij daret: satis eum pœnarum dedisse. Iam ipse adolescens, jam pater M. Fabius, contentionis obliti, procumbere ad genua, & iram deprecari Dictatoris. Tum Dictator, *Benè habet*, inquit, *Quirites: Vicit disciplina militaris: Vicit imperij Majestas, quæ in discrimine fuerunt, an ulla post hanc diem essent, Non noxa eximitur Q. Fabius, qui contra edictum Imperatoris pugnavit, sed noxa damnatus, donatur populo Romano, donatur tribunitiæ potestati, precarium, non justum auxilium ferenti. Liv. libr. 8. ad fin.* Ex quibus apparet falsum esse omninò, quod scripsit Bodin. *libr. 1. cap 8. & 10.* Fabium capitis damnatum, ex provocatione, judicio populi liberatum fuisse. Non enim victus judicio, sed exoratus precibus populi Dictator gratiam fecit adolescenti, quem etiam invito populo damnare potuisset. Nec exemplum Tulli Hostilij verè à Fabij parente affertur, sive narrationem Livij *libr. 1.* sive Halycarnassæi *libr. 3.* intuearis. 24. *Aut regiis cons[illegible]* Nam cum Reges primi, dicente Tacito 3. *Annal.* ut libitum, imperitarent, seu sua manu omnia gubernarent, ut ait Pompon. *in l. 2. de Orig. Iur* & nominatim gravium injuriarum cognitionem & jus dicendæ sententiæ sibi reservassent, ut testatur Dion. Halycarn. *lib 2.* non potuit provocationem ullo modo sibi arrogare populus, nec sententiam tulit Tullus, à qua provocari potuerit, sed ne ipse tàm tristis ingratique ad vulgus judicij, ac secundum judicium supplicij autor esset, concilio populi advocato, Duumviros, qui Horatio perduellionem judicarent secundum legem, ipse fecit, ideoque judicium, provocationem, & de provocatione certamen à se abdicavit ultrò, quemadmodum Pisonem maluit à Senatu, quam à se judicari Tiberius, ob difficultatem rei, & ut procul esset omni suspitione: *Tacit 3. Annal.* & C. Iulius Decemvir diem dixit Sextio ad populum, & accusator extitit, cujus rei legitimus judex esset, decessitque jure suo, ut demtum de vi magistratus, populi libertati adjiceret. *Liv. lib. 3.* Exemplum Minucij, si ad circumstantias paulum per exegisset Bodinus, ad deprimendam Dictatoriam Maiestatem huc non ingessisset. 25. *De exemplo Minutij.* Nam quo jure Dictator dictus fuit à populo, qui aut à Consule aut Interrege, arbitrio Senatus, per annos ducentos octuaginta quatuor dici consueverat, aut quo jure, quod nulla memoria habet Annalium, Dictatori æquatus est magister Equitum, in ea civitate, in qua Magistri Equitum virgas ac secures Dictatoris tremere atque horrere soliti sunt, eodem ereptus fuit justæ vindictæ ac supplicio. Nimirum, ut multa alia inter arma & præ timore imminentis Annibalis, contra leges facta sunt, ita flagitiosa M. Metelli tribuni plebis instigatione & C. Terentij Varronis, sordidi mercium Institutoris, in invidiam cunctatoris Fabij, insidiosa oratione non tantùm virgis & gladio ereptus Minutius, sed in facinore ipso de Dictatore triumphare jussus fuit, quam injuriam Dictatori factam, post pauculos dies, depre-

deprecatus est ipse Minutius, & errorem suum recognovit populus. *Livius libr. 27.* Ipse M. Fabius Paulo Buteo, quod Dictator, altero Dictatore, & quidem sine magistro Equitum creatus esset, quodque censuram solus suscipere debuisset, tempori & necessitati asscribebat, nec sex menses, in quos creatus erat, cũ Lictoribus ut cõtinuaret, sese adduci patiebatur, sed iis, quæ contra leges fiebant, modum impositurus sublectis novis Senatoribus nemine ex veteribus ordine moto, privatus de rostris descendebat, *Liv. lib. 23.* Quinto item belli ejusdem anno, cum Q. Fabio Max. præsenti Consulatus continuaretur, *Tempus*, ait Livius *lib. 24. ac necessitas belli, ac discrimen summa rerum faciebant, ne quis aut in exemplum exquireret, aut suspectum cupiditatis imperij Consulem haberet.* Sexto anno idem Fabius, cum ageretur de supplicio Altinij, qui Arpos tradiderat Annibali, severam sententiam dicentes objurgans, *Temporum oblitos homines in medio ardore belli, tanquam in pace libera, de quoq; arbitrari & agere* ajebat. &c. *Liv. libr. 24. ad fin.* Nihil igitur à Bodino contra summum Dictatoris imperium ex historia conclusum fuit, & proinde causa nulla est, quare Dictatores Rom. pro Æsymnetis habere cum Halyc. *d. lib. 5.* non debeamus, quibus quoad potestatem summam & precariam, sed non quoad numerum aut speciem imperij similes extiterunt, Decemviri Romanorum, Archi Thessalorum, Cosmi Cretensium, Octoviri aut Decemviri Florentinorum, quos constituendæ Reipubl. creare consueverant, Baliamque vocabant.

26. *Alia exempla Æsymnetarum.*

Possunt verò Æsymnetis accenseri Archontes Atheniensium, tàm qui perpetui creati sunt primitus post cædem Codri à Medonte, usque Alcmæonem, quàm qui post eos in decennium tantum à Charope, usque ad Eryxen, & tandem in annum unum à Creonte usque ad Tyrannidem Pisistrati, *Paterc. lib. 1.* nisi quod Pausan. *in Attic.* eorum imperia faciat reddendis rationibus obnoxia, & potestatis magna parte deminutæ, quod Æsymnetia non fert. Soloni verò ferendis legibus & corrigendis Reipubl. vitiis potestatem sine provocatione concessam à populo, in acta ejus jurato, testatur Plutarch. *in Sol.* Florentini ea lege ferè commiserant Rempublicam Gualtero Athenarum Duci *Anno* 1342. & paulo ante, cum sibi à vicinorum oppressione timerent, Roberto regi Neapolitano per annos quinque 1312, & Carolo Duci Calabriæ per totam ejus vitam. 1325. nisi patrocinium aut clientelam hæc posteriora dicere mavelis, quàm Æsymnetiam.

27. *Utrum Æsymnetæ regibus adscribendi.*

Quid verò contra hæc disputat Bodin. *in lib. 2. c. 3.* Nimirum, Æsymnetas, nihil esse aliud, quàm Curatores Reipubl. qui, cum precaria, & post certum intervallum ejuranda potestate utantur, Regio nomine indigni sint, & pergit dehinc usque ad finem capitis demonstrare, Regibus annumerandos non esse, qui ab alio dependeant, quod ut verum est, ita injuriá torquetur contra Aristotelem, cum is Æsymnetas non alio fine hic nominet, quàm ut cum Laconicis, Heroibus & Dominis Barbarorum, à definitione veri Regni amoveantur. *c. 11.* Similes quidem Regibus sunt, quia potestate regia, & tantùm non Tyrannica, volentibus subditis utuntur, quæ res facit, ut pro Regib. aut Tyrannis habiti fuerint, imprimis qui constituti sunt in perpetuum, ut Sylla, Cæsar, Archontes primi Atheniensium, Dux Athenarum in Republ. Florentina. Verum quia extra ordinem & arbitrio populi dantur, & rationibus reddendis, post gestum officium, ut plurimùm redduntur obnoxij, nullam novam speciem Rebuspub. quibus precariò incumbunt, tanquam alieno Dominio, inducere queunt. Caput enim Reipubl. dici non potest, qui eam non habet in manu, ut propriam.

28. *Quartus ordo Regum.*

Quarto loco affert Arist. Heroica venerandæ antiquitatis imperia, quæ Bodinus *d. c. 3, libr. 2* è fundamentis subruere & tanquam nuda figmenta traducere satagit, ex Nimrodi violenta Tyrannide omnis Monarchiæ legitimæ illegitimam originem accersens, cui *sect. 1. huius cap.* prolixè respondimus.

29. *Vana argumenta Bodini.*

Stultè autem contra Aristotelem concludit Nimrodus vi exortus est regnum: Ergo heroicum imperium fictitium est. Item: Maxima quæque regna successoria dicuntur Historicis. Ergo à libero arbitrio populi, & virtutibus heroicis Imperantium originem

non

non traxerunt. Nam quod Nimrodi Tyrannidem attinet, contra regulas Logicorum, ad unius facti naturam exigit omnia, quæ
30. infinitis intervallis dissederunt. Non enim magis sequitur omnem Monarchiam à principio fuisse violentam, quia Nimrodi violenta extitit, quam omnem fuisse voluntariam, quia certum est Atheniensium talem extitisse, quid verò Atheniensium? cum Cicero *lib. 2. offic.* non tantum apud Medos, testimonio Herodoti, sed & apud alias gentes justitiæ fruendæ causa primitus reges constitutos testetur, & *lib. 3. de ll.* genus imperii primum ad homines justissimos delatum scribat, de qua re scilicet quod magnitudo beneficiorũ Regibus originem dederit, prolixũ testimonium perhibet Lactant. *lib. 1. div. Inst. c. 15.* Halayc. *lib. 5.* Iustin. *lib. 1.* Kyriac. Stroza. *lib. 10. Polit. Arist. in pr.* Nam quod homines principio fuisse barbaros & ex rapto vivere consuevisse dicat Bodinus, communi famæ & naturæ repugnat, quia quò quod principio propius, eò sincerius, & proverbio meliores annos solemus usurpare pro primis. Nec enim è nihilo nata est ætatum distinctio Poëtis, licet eorum fabulis & ipsa Veritas in discrimen fidei venerit. Quin etiam feritate quorundam, qui multitudinem premebant, meliorem hominem partem compulsam esse confugere ad unum aliquẽ virtute præstantem, qui prohibendo injuria tenuiores, Rempublicam prudenti æquitate moderaretur, testatur idem Cicero *d. lib. 2. offic.* Ita Codro hic honor habitus fuit, quia se devoverat pro patria, ut ultimus Regum esset, *Iustin. lib. 2. Arist. 5. Polit. 10.* quemadmodum Cecrops primus constitutus erat, quod Athenienses vagantes in oppida contraxisset. *Pausan. in Attic.* Annon Theseus regnum meritus est & absens sibi conservavit, quod bonis auspiciis ex oppidis in urbem cives convocasset? *Plutarch. in Thes. Thucyd. lib. 1.* Melanthius, quod hostem duello stravisset, & quos præterea ad confirmationem sententiæ Aristotelicæ affert Sigon. *lib. 1 de Repub. Athen. c. 1.* Aristot. 5. *Polit. cap. 10.* adjicit auspitia regni Lacedæmonici, quod exorsi sunt Heraclidæ, qui regionem suis auspitiis acquisierunt, *Diod. libr. 1, Strab. lib. 9, Plat. in Lyc. Pausan. in Lacon.* Molossici, quod Æacidæ sive Pyrrhidæ felici fortuna promeruerunt, *Strab. li. 8. Inst. 17. Plut. in Pyrrh.* Macedonici à Carano conditi: *Iustin. lib. 7.* Persici, quod Cyro concessũ fuit, postquam Persas à servitute liberatat. *Herod. lib. 2.* Vt taceam Regni Thebani autorẽ Cadmum, *Pausan. in Baot.* Danaum, qui apud Argivos puteos invenit, Bacchum, qui usum vini, Romulum, qui convenos pastores muris inclusit, nec cætera repetam, quæ contra eandẽ Bodini sententiam supra scripta sunt, *sect. 1.* Certum enim est, & prima origo regnorum, quam ex natura deducit Aristoteles 1. *Polit. c. 1.* nec non eorum constans firmitas indicat, non ab externa vi, sed amico principio & amore hominum, plura regna sumsisse originem, & proinde instantiam Bodini contra heroicum imperium, quod virtute singulari spectatis viris à principio traditum non sit, nihil conficere propter Tyrannidem unius Nimrodi. Tum etiam non rectè committitur Tyrannis Nimrodicum regno Heroico, quia verisimile est, ante Nimrodi ætatem filios Noæ in magnis familiis dominatos fuisse, non quidem ut Reges, sed ut Heroes, singulari sanctitate, justitia, & bellica prudentia, quæ tria in Heroibus regiis notat Arist. 3. *Polit. cap. 10.* præ cæteris conspicuos, ut ex Biblica historia *d. sect. 1.* itidẽ demonstravimus. Heroës quippe Plato *in Cratylo* ab amore ἔρωτος denominat, quasi ex amore Deorum & hominum genitos, unde *Semidei* vocantur, & ἡμίθεοι Homero. *August. n. 10. de Civit. Dei c. 21.* à voce ἥρα deducit, quæ designat Iunonem seu Aerem, in quo finguntur heroës cum Dæmonibus habitare. Alij aliunde derivant, quorum conjecturas omittimus. In eo verò conveniunt tàm Plato, quàm Aristoteles, Heroes esse divinas naturas, seu animas ex puriori metallo fabrefactas, quibus datum sit divinius cæteris

Ingenium, & rerũ fato prudentia major,

ut ait Virgil. Sic enim interpretatur Socrates sententiam Hesiodi de aureo seculo, *apud Platon. in Crat.* Iamblych. *de myster. Aegypt.* inter Dæmones & animas humanas medios constituit Heroës, quem sequitur Apul. *in Philos. Plat.* Aristoteles heroicam virtutẽ, unde heroës prodeunt, non aliunde deri-

Prima regna extitisse voluntaria.

31. *Ex natura deducta.*

32. *Etiam ante Nimrodum.*

33. *Qui sint heroes.*

derivat, quam ex instinctu divino, quo fera tur ultra conditionem humanam. *7.Eth.c.1.* Hic describit heroes per singularia & admiranda beneficia. *3.Pol.c.10.* & fana iisdē post Deos ædificat, *8.Pol.c.12.* Quòd si Bacchum, quem cum Noah confundit Danæ. *sect. 3.de prima mundi at.c.3.* Struck *in lib. Conviv.al.* in ordinem heroum transscripserunt Ethnici, quid vetat, quin propter divinam scientiam & justitiam, quâ dicitur Noah excelluisse, *Gen.c.6. & 7.* & procul dubio totam posteritatem suam trecentum quinquaginta annos post diluvium rexit, *Genes.c.9* Heroibus, hoc est, iis, qui divinis donis sui admirationem concitarunt, eum annumeremus, & heroicum imperium exercuisse dicamus ante Nimrodum? Non enim eos tantum Heroas vocat Aristot. qui veri Reges extiterunt, sed qui religione, justitia & fortitudine in cæteros qualecunq; imperium promeriti fuerunt, quò facit illud Fabij Pictor. *in libr. de aur. sec. Principes, quia in aurea ætate justi erant, & religionibus deditis, jure habiti Dij & dicti:* quorum longum Catalogum texunt Lactant. *lib.1.Instit.c.8.9* &c. Cic. *lib.3. de nat. Deor.* Lucret. *l.b.5.in pr.* Arnob. *lib.1. adVers.gent.* Hos enim, quos propter beneficentiam Dijs asscribebant, Heroës vocabāt.

14. Imò, ut colligere liceat *ex Genes.c.10. & 11.* Nimrodum per vim affectasse & occupasse imperium in planitie, tamen quod in familiares, cum quib. ex montibus descēderat, injustum imperiū vi usurparit, nulla verisimili conjectura inde colligi potest. Potuit enim ob fortitudinis admirationem apud suos voluntarium, apud exteros violentum auspicatus esse imperium, quemadmodū Romulus pastoribus suis ἑκουσίοις, Sabinis ἀκουσίοις imperabat. Nihil igitur ad rem facit exemplum Nimrodi, sed nec perpetua successio, quam in magnis imperiis historici collocant. Nam ipse Aristoteles *dict. cap. 10. libr. 1.* principium tantum Heroicum facit, ut de regno Medorum, Persarum, Lacedæmoniorum, Macedonum, Epirotarum, Thebanorum, Atheniensium paulò ante ostendimus: successio autem, quæ ab historicis notatur, secuta fuit, cum, ut addit idem *5. Pol.c.10.* Cives non tantùm patri ob propriam, sed & liberis ob paternam virtutē regna offerrent, rati, ut sanguinis, ita virtutū ipsus hæredes futuros.

Verum verò Heroicum hoc imperium distinctam Regni speciem constituat, id *ex pr. c.11. lib.3.* percipere est, ubi à veri regni norma illud amovet Arist. quia non est universale, sed certarum Rerum tantum, quoad Religionem, Iudicia & bella: Regis verò potestas extenditur ad omnia, quæ in Repub. regenda sunt. Deinde licet quidam, ut antiquitus usu receptum fuisse fatetur Arist *d.c. 10. in fi. lib 3.* Regum urbanarum, & publicarum & externarum, τῶν κατὰ πόλιν, καὶ τῶν ἐνδήμων, καὶ τῶν ὑπερορίων, (quæ nōnulli satis violenter trahunt ad religiones, judicia & bella) verè & perennè, συνεχῶς, dominiū imperiumve habuerint, tamen diversum à cæteris Regum ordinem propterea non pariunt, quia heroica regni gubernatio regni naturā non magis in novam speciem demutat, quàm heroicus actus virtutem. Nihil enim addit heroica populari virtuti præter splendorem & excellentiam, quæ nascitur vel ex impulsu aliquo divino, vel quia ad finem aliquem mirabiliter tendit, ut se habet de temperantia Scipionis, Fortitudine Cæsaris, Liberalitate Ptolemæi Lagi, Magnificentia Caroli M. Modestia Antoninorum Pij & Philosophi, Iustitia Aristidis, Devotione Constantini M. & aliorum, quos Sanctorum nomine vulgus circumdedit, ut sunt Ludovvicus Pius & Sanctus apud Francos Gallicos, Henricus S. Imp. apud Germanos, Eduardus Confessor apud Anglo Saxones. S. Olaus, apud Norvvegios, S Helena apud Russos, S Stephanus & S. Ladislaus apud Vngaros. Nam, nisi refugeret Ecclesiastici sermonis usus, se *Martyres* Heroas nuncupaturum, dicit August. *10. de Civit. Dei,* quoniam, si qui divino impulsu feruntur, gloria ea præcipuè debetur Martyribus, & qui veram religionem in provinciam aliquam, non sine sui discrimine intulerunt. Quod autem impulsus divinus, & mirabilis effectus, cum sint extra ambitum principiorum virtutis, speciem non mutēt, extra controversiam est, quoniam eadem est ratio liberalitatis in Cimone, ad hospitalitatem quasi nato quovis alio. Eadem fortitudinis in Cæsare & Coriolano, licet hic nihil nisi invidiam, ille imperium mūdi promereretur. Eventum enim dirigit Deus, nec ex eo statve

15. *Verum Heroica imperia sint. propriè Regna.*

16. *Quid differat heroica virtus à virtute simplici.*

17. *Quod nō differant specie.*

cadit ve causa. Quin etiam inspiratio divina, cum sit causa remota, aut impellens, habitum crebra exercitatione jā ante acquisitum nullo modo permutat, sed accidentalem tantum diversitatem superaddit. Ne Piccol. quidem *grad.6 Phil. Moral.c.5* satis soleiter in hac quæstione versatur, dum *asserit* 2. per distinctas conditiones, affectiones & accidentia, specie distingit heroicam virtutem à populari, & post *n fol.arg.Thom.* non aliter ait, distingui magnificentiam à liberalitate, & magnanimitatem à modestia honorū appetitione. Nam falsò præsupponit per accidentia posse inferri differentiam specificam: quod 10. *Metaph.context.* 5. apertè negat Aristot dum post longam quæstionis solutionem masculinum & fœminam, quia exprimūt diversas passiones corporis tantum, non differre secundum essentiam magis quàm hominem album & nigrum, nedum ut ex accidentibus essentialem aliquam differentiam accersere velit. Deinde Magnificentia occupatur in objecto specie distincto ab objecto Liberalitatis, si Ethicè species consideremus Liberalitas enim versatur in divitiis privatis: Magnificentia in publicis. Illi sufficit persona privata, hæc requirit publicam, ut inquit Aristot.4 *Politic.c.2.* neminem scil. nisi imitatione posse esse magnificum, qui non sit in magistratu. Publica verò & privata, etsi non Physicè, vel in sua natura, specie tamen differunt Ethicè. & consequenter, quæ ex iis nascuntur, virtutes. Heroica verò & popularis virtus non alia in re disconveniunt, quam splendore externo: Cætera, objectum, actus & personas seu subjectum idem ambæ habent, ideoq; perperam à Thoma 1.2.q 5. 54. *art.3.* per specificam differentiam discernuntur, quia ubi principia interna paria sunt, nihil operatur imparitas externi honoris vel præeminentiæ Cum autem heroicum imperium perinde se habeat, ad regnum absolutè, sicut se habet heroica virtus ad virtutem quamvis moralem, non magis in regno, quàm in virtutibus diversam parere potest speciem cum nihil superaddat, quam admirandam fortunam, quæ nos de occulto divini numinis ductu & concursu certos reddit. Nec enim sine numine tantum imperiū auspicatus est Cyrus; non sine numine victor totius Orientis & ut tum credebatur, totius mundi evasit Alexāder. Augustum tam longæva vita beavit divina providentia, ut futuri imperii fundamenta, quæ bellico robore jecerat Cæsar, prudentiā & autoritate firmaret, quemadmodum olim Numa colligaverat vinculo religionis, quæ violento brachio constrinxerat Romulus, Carolus M. nisi sub clypeo, supra vires humanas erecto latitasset, Saxones, Saracenos, & Longobardos toties impunè non fudisset. Omitto felicia auspicia Sancti Majoris in Hispania, Merovæi in Gallis, Guilielmi I. in Anglia, Ottonis I. in Germania & Italia, nec ad Usan Cassanis, M.Chingi, & Ottomanni, Seriphorum in Africa, singulari fato, condita regna me profero, sed hoc inde ostendo: Heroica illa regnorū principia, aut incrementa, non differre specie à regnis, quæ posteritati inde fundata & per manus tradita fuerunt. Nam non tantū Monarchiæ, ex divino principio subnascuntur, sed & aliæ Rerump. formæ, quæ & ipsæ distinguuntur in Heroicas & populares. Nam quod Venetorum Aristocratia tot jam annor. secula, inter medios hostes, fartā suam reservat virginitatem, annon divinæ providentiæ peculiariter ascribendum est. Annon præter spem omnium Roma evasit imperium Hannibalis, cum post Cladem Cannensem è propinquo eam despectaret, & sibi prius deliberandum diceret, quàm viam tam arduam ingrederetur? Nec tamen propter heroicam Romanæ Democratiæ amplitudinem, Heroicam Aristocratiæ Venetæ diuturnitatem, aut propter Heroicam temperatæ Reip. Lacedæmoniorum, in tantis angustiis & domestica continentia, prosperitatem, specie differre à cæteris ejusdem formæ Rebuspub. putandæ sunt, cum differentiæ essentiales desumantur non à splendore, fortuna aut magnitudine, sed à forma regiminis interna.

18. *Lapsus Piccol.*

19. *Heroicum regnum nō differre specie à simplici.*

Superest Quintum genus, quod παμβασιλείαν vocat Aristot.3. *Pol.c.11.* & propriè Regnum esse contēdit, ideoq; remotis reliquis quatuor generibus, in eo explicando commoratur, cujus vestigiis insistentes de vero Regno, & illi oppositis prolapsionibus, paulò latius agemus.

De [illegible]

CAPVT TERTIVM.

DE REGNO, DOMINATU, ET TYRANNIDE.

SVMMARIA.

1. *Quid sit Rex vel Regnum.*
2. *Vtrum amor subditorum sit de Essentia Regis.*
3. *De officio & virtutibus Regis.*
4. *De Dominatu, unde dicatur & quid sit.*
5. *Exempla quædam dominatus proponuntur.*
6. *De Tyrannide, quid sit, & in quo consistat.*
7. *De differentiis Tyrannidis & de Tyrannorum Titulo.*
8. *Notæ quædam seu propria & instituta Tyrannorum, nec non de Tyranno in Exercitio.*
9. *De miseria Tyrannorum.*

SECTIO I.

Quid sit Rex vel Regnum.

1. *Regio nomine nihil antiquius, nihil esse spectatius.*
2. *Quod tamen injuria principum & ambitio populi invidiosum reddidit.*
3. *Vnde multi principum, pro Regio usi sunt nomine gentilitio.*
4. *Id quod pluribus exemplis declaratur Aegypt. Syror. Parthor. Indor. Tartar. Longobard. &c.*
5. *Salva nihilominus regia Majestate.*
6. *Divisio Rerumpubl. in Rectas & Prolapsas.*
7. *Regnum esse regulam caeterarum Monarchiarum.*
8. *In natura regni essentialiter includi bonitatem.*
9. *Principem eatenus cadere à natura Regis, quatenus cadit à virtute & bonitate.*
10. *Non esse Regem, nisi bonum, Philosophorum testimoniis probatur.*
11. *Ridetur Rex mendicus Stoicorum.*
12. *Pravis principibus non competere nomen Regis.*
13. *Ex sententia Socratis & Aristotelis.*
14. *Vnde desumatur bonitas aut rectitudo regni.*
15. *Definitio Regis & Regni.*
16. *Quid includat finis definitionis, nimirum utilitas publica.*
17. *Quid includat genus, nimirũ Monarchia.*

Pervetustum esse nomen Regis, docet Isocrat. *in Panath.* dum ait, *antequã Democratia & Oligarchia nomen notum erat, tam Barbaricas gentes quàm omnes Graeciae civitates Regib. suis paruisse*, quos Reges, quia, *dicente Iustin lib. 1. ad fastigium hujus Majestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio* provehebat, adeoque divinis quibusq; viris, *ut Polyb. lib. 5. & 6. videtur*, is honor habebatur, inde factum est, ut nihil in rerum natura spectatius, nihil sanctius Regio nomine visum fuerit ab initio. Sed mox partim injuria quorundam Regum, partim injusta populi ambitio & fictæ libertatis cupido, Reges perinde odiosos & detestabiles reddidit, atque Tyrannos. Græci enim ferè omnes, pertæsi Regiæ potestatis, à quâ præcipitem in Tyrannidem lapsum esse deprehenderant, libertatem regno præferebant, & Romanos juramento adigebat Brutus: *Neminem Romæ passuros regnare.* Quin etiam Tarquinium Collatinum in exilium ire persuadendo coëgit, ut vitaret invidiam nominis, libertati periculosi. *Livius lib. 2 in pr.* Cato recusabat amicitiam ab Eumene sibi oblatam, quod diceret: *Omnem Regem esse bestiam furiosam, ex rapto viventem. Plutarch in Cat. Maj.* Vejentibus suppetias negarunt Hetruscorum populi, quod serviliter unius Regis potestati se subjecissent: indignos quippe liberorum populorum auxiliis esse, qui ultrò in servitutem se conjecissent. *Liv. lib. 4.* Pacuvius Campanorum princeps, convocato ad concionem populo, qui Reip. reformandæ desiderio flagrabat, *Hos, inquit, opinor, odistis Senatores. Senatum autem omninò non habere non vultis: quippe aut Rex, quod abominandum, aut quod unum liberæ civitatis consilium est. Senatus habendus est. Liv. libr. 23. in princ.*

1. *Regio nomine nihil antiquius, nihil spectatius.*

2. *Vnde factum fuerit odiosum.*

Quod cum incognitum non esset Iulio Cæsari & Augusto, quãto in odio Regis nomen esset populo, eo dedita opera abstinuerunt, solis *Imperatoris & Principis* titulis côtenti.

3. *Qua de causa multi Regum gentilitio nomine sunt usi.*

Sed & *Cæsares* & *Augusti*, & inde ab Antonino Pio, usque ad Maximinum, *Antonini* dicti fuerunt boni ominis loco, in laudati Imperatoris nomen succedentes, quod multis aliis regibus familiare fuisse, ex historiis liquet. Aegypti Reges solitos vocari *Pharaones*, testatur Euseb. *in Chron.* Hieron. *com. in Ezech.* Ioseph. 8. *Antiq. c.* 6.

4. *Pharaones Aegyptiorum.*

Et quanquam id nominis desiisse scribit Ioseph in regina, quæ ad Salomonem accessit: contrarium tamen patet ex sacris literis, quæ multorum mentionem faciunt Pharaonum post ætatem Salomonis, *Esai. c.* 43. *Ier. c.* 44. 46. *Ezech.* 29. 31. 32. 1. *Reg.* 14. 2. *Reg.* 17. 23. ubi ut & Ier. 44. cognomina adjiciuntur, ne dubitemus, Pharaonis nomen commune fuisse omnibus, *Phil. Beroald. in pr. Comm. Suet. Perer. in Genes. c. 12. disp.* 7. quemadmodum post Ale-

Ptolemai.

xandri M. ætatem, successores Ptolemæi Lagi, qui & Εὐεργέτης dictus fuit, transierunt in nomen Autoris, & *Ptolemaeorum* nomen retinuerunt, cum aliqua adjectione: *Auletes, Philopator, Philadelphus, Physcon*, &c. horumque ductum imitati Syri, reges suos o-

Antiochi.

mnes vocarunt *Antiochos, Gentium alienigenarum*, ait Basilius Magn. *in Psalm.* 33. *reges omnes vocabantur Abimelech: Parthorum Arsaces*, cujus originem sic describit

Arsacidæ.

Iustin. *lib.* 41. *Arsaces, quæsito simul constitutoq; regno, non minus memorabilis Parthis, quam Persis Cyrus, Macedonibus Alexãder, Romanis Romulus maturâ ætate decessit: cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde Reges suos Arsacis nomine nuncupent.* In Indiæ quodam angulo

Taxilles.

Reges *Taxillis* nomen gessisse, ex his Curtij verbis colligere est, *lib.* 8. *Omphis, permittente Alexandro, & Regium insigne sumsit, & more gentis suæ nomen, quod patris fuerat Taxillem appellavere populares, sequente nomine imperium, in quemcunq; transiret.* Me-

Candaces.

roës reginas, à prima ejus nominis, *Candaces* vocari solitas, testatur Plin. *lib.* 6. *cap.* 29. Russi seu Moscovitæ Principibus suis tribuũt

Czar.

nomen *Czar*, quod inscios linguæ Sclavonicæ vertisse in nomen *Cæsaris*, scribit Sigismund. Bar. *in hist. Moscov.* cum nota [illegible] significatione denotet *Regem*, ut & *Cham* [illegible] *Chingis*, quo supremus Tartarorum princeps utitur. *Hait. Armen. c.* 22 *hist. Orient.* Longobardi post interregnum a morte [illegible] regibus suis dederunt pronomē *Flavij. Paul. Diac. lib.* 3. *de Longob.* ut & Robertus III. Rex Scotorum nomen suum Iohannis, boni auspicij, in Robertum mutavit. *Buch. in hist. Scot.* Tàm variis nominibus alii ad declinandam invidiam Regij, alii ad refricandam memoriam felicis regni autoris, alii alia de causa usi sunt, quibus tamen cum nomine Regia Majestas detrahi nequit, *ut lib.* 1. *de jur. Maj. c.* 1. *n.* 1. 2. 3. *demonstravimus.* & de Romanis testatur ipse Dion *lib.* 53. *Fieri non posse, quin sub regno Romani sint, cum ad Imperatores summam rerum deferant*, & Appian. *in hist. præfat.* Ἔργῳ τε πάνυ βασιλεῖς extitisse, *quos Imperatores tantum post Cæsarem dixerunt.* Seneca Neronem perinde *Regem* appellat, ut *Imperatorem. Lib.* 1. *de Clem. cap.* 3 & 4. Quin & Græci eos passim βασιλεῖς salutabant *ut in l. ἀξίωσις. ad l. Rhod. de jact.*

Omissis igitur nominibus, quæ *sine actu atq; officio suo nihil esse* dicit Salvian. *libr.* 4. *de gubern. Dei.* de reipsa videbimus, quidnam per Regnum propriè intelligamus ubi repetenda sunt quædam *ex sect. ult. cap.* 1. 6.

Divisimus enim Rempubl. in tres species, & singulas specierũ diximus subdividi in *perfectas & prolapsas*, quæ quidem posterior divisio novas species aut differentias essentiales non parit, sed diversitatem Analogicam, qualem inter demonstrationum, bonorum, amicitiarum, Feudorum, Majoratuum, ad aliarumque rerum innumerabilium varietatem Politici & ICti proponere solent. In harum autem rerum ordine semper deveniendum est, ad aliquod primum, ad quod tanquam Regulam, reliquarum defectus & aberrationes examinantur, sicut inter amicitias prima est, quæ insistit virtuti, inter feuda, quod Rectum vocatur. Inter Monarchiæ verò Analogicas species prima [illegible] va debetur Regno, quippe, quod [illegible], & respectu Despotias & Tyrannidis [illegible] nè constituta Respub. de con[illegible] hominum refertur. Vnde licet [illegible] Regni notionem *Sanctam* esse & [illegible]

[illegible]ntimè in sinu fovere, ut quantum de-[illegible]: a bonitate, tantum degeneret à seipso [illegible] essentia Barclaius quidem *lib. 4. contr. Monarchom. c. 10. ex Boude. in compend.* [illegible] *19. art. 11. l. 11. art. 31.* non veretur sic [illegible]: *Rex est, quem legitima successio [illegible], non quem probitas & justitia fa-[illegible]. Rex enim manet, utut etiam degeneret. Alioquin nec malus conjunx, conjunx esset, [illegible] malus Episcopus, Episcopus.* Quæ si ita [illegible], & Rex degener nō desinit Rex esse, falsò dicitur & creditur: *ex Rege fieri Tyrannum*: nec ullus unquam erit Tyrannus in solo exercitio, quoniam hic nascitur ex principe legitimo, quādo probitati & justitiæ nuntium deditā operā remittit. Conjunx quidem non excutitur à thoro, nec Episcopus à choro propter quodcunque peccatum, nec Rex ex-[illegible] regno propter quamcunque malitiam, *ut c. 4. de autor. princ. disputavimus.* Sed si conjunx committat in fidem conjugalem, desinit esse conjunx. *Matth. 5 & 19.* Si Episcopus gravi aliquo, & sanctitati officij contrario se commaculet crimine, ejicitur Ecclesia, utpote si in perjurio & homicidio deprehendatur, *c. presbyter. & seq. dist. 85.* usuras exerceat, *c. 1. dist. 48. c. si quis oblitus. 14. q. 4.* aleas & inhonestos ludos perenniter sequitur. *c. Episcopus. dist. 35. c. quorundam. in fi. dist. 34.* tabernas permolat & ebrietati se dedat. *c. null. dist. 44. c. 1. & 3. 24. q. 4.* si publica incontinentia laboret, *c. qui semel. dist. 50. c. Maximianus seq. dist. 81. c. hi qui altar. 15. q. 8.* aut scandalosam doctrinam defendat, *c. scelus. 2. q. 1. c. Teugualdum, 11. q. [illegible]* & quis præterea causas coacervant Canonistæ, ex quibus Episcopus, qui se indignum officio reddidit, abdicatur. Pari jure, qui in officium Regis committit, à regula cadere incipit, & ab uno opposito ad alterum, seu à virtute abire ad vitium. Sicut e-[illegible] virtutem non est invenire, nisi ex amussim bonam, eò, quod bonitatem in sua essentia includit: ita nec Regem, quatenus [illegible]m, nisi rectum, quia Rex est regula reliquorum Monarcharum. Regulam autem oportet invariabiliter rectam esse. Fortitudine potest quis in sui, patriæ aut proximi perniciem abuti: sed dum subtrahitur fini suo, & effertur ultra honestatem, non retinet characterem virtutis: Ita Rex abutitur suâ potestate, sed dū non retinet integrum Regis honorem, sed sensim abscedit ad Tyrannidem, donec, excussâ tota virtute Regia, in consummatum desinat Tyrannum, ut ait Aristot. *8. Eth. c. 10.* μοχθηρὸς βασιλεὺς, τύραννος γίνεται.

9. [illegible] degenerat [illegible] [illegible] Re[illegible]

Regis verò naturam essentialiter implicare rectitudinem & virtutem, saniores Philosophi quicunque docuerunt, ut Stoicorum Regem prætercam, à Seneca descriptū prolixè & deductum per omnes virtutes: 10. *Non est Rex, nisi bonus.*

Qui posuit metus
Et diri mala pectoris
Quem non ambitio impotens
Et nunquam stabilis favor
Vulgi præcipitis movet,

& quæ præterea sequuntur, quæ paucioribus complexus est Horat. *1. Sat. 3. in fin.* dum Sapientem apud Stoicos esse unum omnia dicit.

Sic dives, qui sapiens est,
Et sutor bonus, & solus formosus, & est
Rex, Item:
Sapiens operis sic optimus omnis
Est opifex, sic Rex solus.

Et quanquam Horatius miser etiam istius Regis deridet, quod *quadrante lavatum eat, nec eum quisquam stipator ineptum Præter Crispinum sectetur*, idemq; dicat: 11. *Ridetur Rex Stoicorum.*

Privatusq; magis vivam te Rege beatus:
cujus sententiam imitatur Plutarch. *in lib. quod deri. Stoicos, ut admirabiliora locutos, quàm Poetas in fi.* ajens: *Ithacensis Rex, cum se cognosci nollet, mendicat, & quàm maximè potest, se facit mendico turpè simil[em]. At Stoicus Rex clamitans & vociferans, se solum esse Regem, se solum esse divitem, sæpe in alienis foribus, conspicitur, dicens*:

Vestem da se Hipponacti:
Valdè algeo horreoq;:
Rex est, sed accepta stipe Syllogismos resolvit: omnia solus habet, sed mercedē adnumeravit, & farinam emit, pecuniam sæpè ab iis mutuatus, qui nihil habent. Tamen non negat Horat. propterea Regem includere virtutem, quando *lib. 1. Epist. 1.* puerorum cantilenam, qua *Rex eris*, ajunt, *Si rectè facies*, præfert Rosciæ legi, quæ dignitates æstima-

æstimabat ex censu. Ubi laudandum institutum Priscorum, annotat Ascensius *in com.* qui tali sentent a animos suorum imbuerunt, ut in virtute principatum collocarent. Imò hanc vocem: *Rex erit, qui rectè faciet: Qui non faciet, non erit,* ut Porphyrion, aut ut Acron reddidit: *Is regnum habet, qui possit rectè facere,* non tantum à pueris cantatam, sed optimis quibusque probatam addit Horat: dum ait:

Roscia dic sodes melior lex, an puerorum
Nania, quæ regnum rectè facientibus offert,
Et maribus curiis & decantata Camillis.

Ausonii in eandem sententiam notus est versiculus *in Monosyll.*

Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit Rex.

Claudianus *ad Honor.* perfectum Regem jubet auspicari imperium à seipso:

Tunc omnia jure tenebis
Cum poteris Rex esse tui.

Asclep. *lib.* 3. *ad Ammon. Reg. in fin.* ait: βασιλεὺς διὰ τοῦτο εἴρηται, ἐπειδὴ τῇ βασιλείᾳ καὶ τῇ κορυφαιότητι καὶ ἐπιμελείᾳ, καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῆς εἰρήνης κρατεῖ. καὶ ὅτι γε ὑπερέχειν πέφυκε τῆς βασιλείας τῆς βαρβαρικῆς, ὡς τι καὶ τοὔνομα, σύμβολον εἰρήνης. Simplic. *comm. in Epict. Enchir. pag.* 243. *Veri Principes ab animo sua curationis munus auspicantur, & hominis partes pervagantur.* Nam, ut Niceph.

12. *Pravis principibus non competit nomen Regis.* scribit *lib.* 16. *hist. Eccl. c.* 1. *non ex eo verus Imperator, qui legibus solutus ipse suo arbitrio vivat, quod aliis imperet, æstimatur. Verum si in seipsum potius potestatem exerceat, neque pravi quicquam animum suum subire sinat. Unde ille adversus fœditatem & turpitudinem invictus, & à libidine omni alienus, perinde atque animata virtutum effigies, cives subditosque suos universos ad imitationem sui pertrahat.* Item Evagr. *lib.* 3. *hist. Eccl. c.* 1. *Imperator non ex eo spectandus, quod imperat, sed quod seipsum ita regere potest, ut nullum absurdum voluptatis genus in animum admittat, utque vita eius sit, tanquam imago, quam imitentur subditi.* Eleutherii Papæ ad Lucium, Coili filium, regem Britanniæ, Epistola, quæ in fine annum scripturæ præfert 202. in libro quodam constitutionum Londinensium reservata, sic habet *in fin. Rex nominatur, non ab eo, quod regnum possideat, sed quod regat. Tam diu Rex nominari debes, quam diu benè regnas, ubi benè regnare desieris, & Rex appellari desines.* Cicero 3. *de finib.* Tarquinio negat appellationem Regis competiisse, quod nec se nec suos regere potuerit. Prolixè Socrates: *Reges & Principes non illos esse qui sceptra gererent, nec illos, qui aut à quocunque contigit, electi, aut sorte aut violentia, aut deceptione assumti fuissent, sed qui regere scirent. Quum enim quisque fateatur, Principis proprium esse, jubere, quid oporteat facere, subditorum vero parere: ostendebat & in navi illum principem esse, qui sciret, patronum ac nautis & alios nautas omnes obedire scientis. Ac in agricultura, quicunque habeant agros, & in ægritudine ægrotos, & in corporum exercitatione, qui se exercent, cæterosque omnes, qui habeant aliquid, quod indigeat cura, si illi quidem scire se putent, curam eorum suscipere, sin minus, scientibus non modò, si coram adsint, parere, sed etiam absentes accersere, ut illorum consilio obsequentes, quæ oporteat, agant. Xenoph. lib* 3. *de dict. & fact. Socrat.* Aristoteles nullibi aliter de Rege vel sensit, vel scripsit. Nam 8. *Eth. c.* 10. 1. *Polit. passim.* 3. *Polit. c.* 11. patrifamilias Regem ubique comparat, quem certum est frugi non esse, nisi prospiciat commodis familiæ, ut ita rectè Hom. Reges non tantum *Diogenitos*, sed & *Pastores populorum* vocet, & quidam rogatus, quo pacto quis suis subditis rectè dominetur, *Si,* inquit, *dominetur, ut pater filiis. Plutarch. in apophth.* Porrò Arist. *lib.* 5. *Polit. c.* 10. Regnum distinguit à Tyrannide, quod Rex constituatur ex Bonis & virtute præstantibus, vel ob virtutis eminentiam, vel rerum gestarum, quæ ex virtute manant, vel ob præstantiam generis ejusdem modi, cum in Tyranno omnia secus se habeant. *Lib.* verò 3. *Polit. c. ult. in fin.* conceptis verbis inter optimas Respub. optimum dicit regnum. *Quoniam,* inquit, *tres dicimus Rectas Respubl. harum optima necessario est illa, quæ ab optimis administratur: Ea autem est, cui præsidet vel unus ex omnibus, vel familia tota, vel multitudo præstans virtute, quæ partim præesse, partim parere possit, ad vitam maximè optabi-*

Ex sententia Socratis, 11.

& Aristotelis.

optabilem. Lib.8. Eth. c.10. Rex non est, qui non sit αὐτάρκης, & omnibus bonis excellat. At qui talis est, cum nulla re indigeat, totum se dedit utilitati publicæ. Id verò, cum ex aliis, quas adduximus, tum etiam ex hac ratione patet, quod Tyrannis & Regnum non differant, nisi Regnum necessario illigetur virtuti. *Species* enim, *ut ait Senec. l. de clem. c.11. & 12. ipsa fortunæ ac licentiæ par est: nisi quod Tyranni ex voluptate sæviunt: Reges non nisi ex causa & necessitate.* Nec enim minus absolutam potestatem unus habet Rex, quam Tyrannus, ut statim dicemus. Id interest, quod Rex liberam suam potestatem astringat rationi, eaque non aliter utatur, quàm in publica commoda. Tyrannus verò licentiæ præter modum fræna relaxet, non ut consulat publico, sed ut voluptati suæ inserviat.

14. Cum igitur inter optimas Respub. annumeretur Regnum, & Rex non sit, nisi Bonus, quærendum instat, in quo rectitudo illa consistat, & unde desumatur, quod ipsum non minus, quàm præcedentia, expeditum erit, si oculos reflectamus ad ea, quæ *c. 1. sect. 3.* prolixe disputavimus, aut potius si ipsum Aristotelem audiamus, *lib.3. Polit. c. ult.* ad thesin accommodantem, quod *c. 4.* hypotheticos loco præmiserat, dum ait: *Optimam Rempub. & inter optimas, Regnum primo loco esse, quod ab optimis ad vitam maximè optabilem administretur,* Πρὸς τὴν αἱρετωτάτην ζωήν. Nam, ut Socrates ait, *apud Xenoph. lib.3. de dict. & fact. Socr. Rex non creatur, ut seipsum curet, sed ut populi feliciter degant.* Nec enim natura Reipub patitur, ut aliunde ejus bonitas æstimetur, quam ex fine, quia propter finem instituitur. & sicut ferrea securis perfectior est aurea non quod spectetur precium materiæ, sed quod perfectio dependeat à fine: ita optimam Remp. non aliunde accersimus, quàm ab utilitate publica, cujus gratiâ & ipsa introducitur & introducit omnia sua. Ideoq, succinctè, sed essentialiter Regnum definimus: *Monarchiam ad publicam utilitatem, ex d. c. ult. lib.3. Polit. & c.11. Ejusd* & Regem Huralt. *lib.1. de Repub. Le Roy est un prince souverain, qui commande au peuple, ne cerchant point son profit particulier,*

Margin (14): [illegible] desumatur bona [illegible] rectitudo regni.

Margin (15): Definitio Regis & Regni.

anis celuy de ses subjects. Bodinus multis verbis circumscribit Regem, *qui in summa potestate constitutus, naturæ legibus non minus obsequentem se præbet, quam sibi subditos, quorum libertatem ac rerum dominia æquè ac sua tuetur, fore confidit.* Sed omnia dixit, qui Regem astrinxit publicæ utilitati. Quia enim publicam utilitatem promovere Rex non potest, nisi sua cuiq; relinquat propria, eaq; pari cura complectatur, pariq; animi contentione defendat, quà sua, Item nisi naturæ & divinis legibus conformem se gerat, hinc propter finem ad ea descendere cogitur, quæ tamen & ipsa ultimo fini subservire cogit, dum sua possessoribus aufert, & jus naturæ secundarium, quod vocant, pro bono publico sæpè limitat, & nihilominus bonus Rex manet, quam diu inservit communibus omnium & totius Reipubl. commodis. Debemus enim in definitionibus primarium finem ubiq; acceptare, quem diximus suprà esse utilitatem publicam.

Margin (16): Quid includat finis.

Per Monarchiam verò exprimimus caput Reipub. & per consequens *Summam potestatem,* quæ quidem ad Regnum necessaria est, quatenus est Reipub. sed confuse tantum hic præsupponitur, donec suo loco *lib. seq.* distinctè queat explicari. Sic enim motum confusè præaccepit Arist. in definitione naturæ, 2. *Phys. c.1.* & in libris *de part. anim.* animam, quia confusa notio sufficiebat. Absoluta enim potestas non soli Regi competit, ut illi soli attribui debeat, *cum Lips. in Polit. & Tholos. lib.9. c.1. qui disputant, an principi, ut sic, competat, Solvi legibus, quia adæquatè omni perfectæ Respub. summa potestas competit,* & proinde in genere explicanda est, quod quidem distinctè exequemur *lib. seq.* & copiosè disputavimus *lib. 1. de jur. Maj. c. 4. & 5.* Utrum Reges sint & dici queant, qui in superioris vel fidem vel clientelam se tradiderunt. Pertinet enim hoc negotium ad Majestatem: Hic satis est, si Regi Majestatem, per Monarchiam attribuamus: Quantum verò illa in se contineat, & quousque Regibus competat, quia non ad Reges solùm, sed & cæteras Respub. pertinet, cum in locum rejiciendum est, ubi de Summa potestate ex professo & distinctè agitur.

Margin (17): Quid includat genus Monarchiæ.

Verum

SECT. 2. Vtrum amor subditorum sit de Regis essentia.

1. *Proprium Regis esse, à subditis amari.*
2. *Ipsa sæpe benefacta converti in odia.*
3. *Et virtutes ipsas malis odio esse.*
4. *Principem, qui justitiam severè exercet, non posse apud omnes gratiam inire.*
5. *Vulgus & ingenuos naturali odio semper dissidere.*
6. *Regem etiam bonum posse esse in odio.*
7. *Victorem, quantumvis justum, odio esse victis necessariò.*
8. *Amorem civium proprium quidem esse Regum, sed non referri ad partes essentiæ.*
9. *Per se Regem esse amabilem.*
10. *Ob multitudinem beneficiorum.*
11. *Principem, etiam dum severè punit, amorem sibi conciliare apud Bonos.*
12. *Duo genera civium esse.*
13. *Quorum iis, qui boni sunt, ubiq; placent acta Regis.*
14. *Malos verò necessario sibi inimicos capere cogitur, modò velit Rex esse frugi.*
15. *Amorem Regis spectari ex ijs, quæ per se fieri nata sunt.*
16. *Et hoc modo spectatum, perpetuum Regis esse Accidens.*
17. *Vnde sequitur alia nota regni, quod Rex utatur custodia civium.*
18. *Quibus verisimile est, quod plus fidei habeat, quàm peregrinis.*
19. *Quam custodiam hoc nomine intelligamus.*
20. *Alia nota regum, quod permittant usum armorum subditis.*
21. *Qua statum limitatur,*
22. *Deducitur causa stabilitatis regnorum.*
23. *Amici fidi & fideles subditi firmamentum regni.*
24. *Vis omnis imperij in consensu obedientium est.*
25. *Qui fundatur in amore, amor in virtute & beneficiis Regis.*
26. *Quem odit quisq;, eum periisse cupit.*

1. *Proprium Regis esse à subditis amari.*

EX definitione, & quam per definitionem adumbravimus, natura Regni, & bonitate Regis sequitur propriū quoddam accidens Regis, & quantum est ex natura rei, inseparabile, *ut* scilicet *ametur à subditis & voluntariè se illi cives subjiciant.* Aristot. enim *lib. 3. Polit. c. 1.* dum Barbarorum Dominos & Æsymnetas distinguit a Tyrannis & Regibus, in eo dicit illos accedere ad naturam Regum, quod secundum legem, volentibus subditis, præsint, & regna transmittant de consensu in posteros, & *libr. 4. Polit. c. 10.* ubi eadem ferè repetit, ait: *Erant autem hæc duo imperia, sc. Barbarorum & Æsymnetarum, eò quod legitima, Regia, & eò, quod imperarent volentibus. Tyrannos autem nemo sponte fert:* ex quo non desunt, qui ad essentiam Tyrannidis referunt, *ut per vim dominetur invitis, Laert. in Plat. Smith. 1. de Republ. Angl. cap. 7. Lips. lib. 6. Polit. c. 5.* contra quos disputabimus *sect. 6.* Nam si ad essentiam Tyranni pertinet eius vis & repugnantia subditorum, ad essentiam oppositi Regis pertinebit, ut cum gratia præsit & voluntariis utatur subditis, cuius tamen rei in definitione mentio nulla facta fuit. Bodinus cautè, in Regis definitione, dicit, *Regem confidere, subditos sibi obsequentes fore,* quia in ejus manu & potestate non est, bonam gratiam à quibusvis inire. Sive enim agebat, sive equitabat, sive vehebat pecus suum bonus ille apud Æsopum agaso, nunquam deerat, qui aliter factum oportuisse putaret, & hodie

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne est. Catull. 2.

Nonne Agricolæ (verba sunt Arrian. Epictet *lib. 3. c. 4.*) *Iovi maledicunt, cum ab illo impediuntur? nautæ non convitiantur? Quid ergo? ignorat hoc Iupiter? Quid ergo facit? Scit, si omnes convitiatores supplicio afficeret, se, quibus imperaret, non habiturum. Ac quis omnibus sceleribus,* ait Livia, *justas & debitas pœnas constituat, is certè magnam partem hominum brevi temporis spatio videbitur perdidisse. Xiphil. in August.* Si ne Iuppiter quidem invidiam vitare potest, & hominum ingratorum vituperiis suam expositam habet benevolentiam, quis tam felix reperiri possit mortalium, qui omnibus ex æquo placeat. Nihil profuit Alexandro M. inimitabilis felicitas, quin persæpius conjurationibus tentatus, tandem non sine suspitione veneni perierit. Nihil Alexandro Severo Imperatori clementia, quin in sua matris

matris à corruptis militibus confoderetur. Eundem Lacedæm. perdidit mansuetudo, in se ferratum ibat. Etiam Valerij Publicolæ moderationem invidia in suspicionem affectati regni perduxit. *Liv. lib. 2 Plutarch. in Valer.* Quam multi ceciderunt eorundem manu, quos, ne caderent, prohibuerant? Nisi Antipater Malichum à sententia Marci proconsulis Syriæ eripuisset, non fuisset, qui ipsi venenum propinasset. *Ioseph. l. 4. Antiquit. c. 18. 19.* Nec enim satis humaniter de conditione principum sentit, qui mortem promeritos censet, quoscunque vel invidia, vel injustum odium vel improbitas subditorum è medio tulit, *ut in lib. de conjur. dicemus.* Iustitia permultos ponit in odium, imprimis apud improbos, quorum ferè major numerus est, quàm bonorum. Annon Aristidem incusarunt malevoli, quos sua parsimonia fiscum depeculari prohibuerat, & in judicio populi vicerunt? *Plut. in Arist.* Lysander in ore & oculis, quod vitiis conniveret: Callicratides verò, quod depeculationes justè vindicaret, in odio habitus fuit. *Plutarch. in Lysandr.* Præclarè Livia: *Mirum non est, quod tibi insidiæ parentur, quod in tam magno imperio multa facias, ex quibus par est, plerosque molestiam capere. Princeps enim non solum non potest omnibus placere, sed etiam, quantumvis rectè imperet, eos multos irasci necesse est. Neque enim tam multi homines justi sunt, quam qui sibi volunt injuriam facere, quorum cupiditates expleri non possunt.* *Xiphil. ex Dion. in August.* Alexandro Imperatori vitio datum fuit studium disciplinæ, *Lamprid. in Alex.* Pyrrhum Tarentini ejicere conati fuerunt, quod tabernas claudere jussisset, *Plutarch. in Pyrrh.* Fabio Maximo diem dixerunt tribuni, quod prudentia magis, quàm temeritate bellum gereret, *Liv. lib. 22.* Papirio Dictatori, quod à jure dictatorio, & rigore disciplinæ militaris decedere negaret. *Liv. lib. 8.* Ita strenuos & bellicosos Reges videmus odio esse, gratiosis pacisque studiosis civibus, quorumque interest, ne prædia aut mercimonia bellis distrahantur: Pacificos verò & modesti ingenij, viris bellicosis, quique vel injurias suas ulcisci publica clade gestiunt, vel ex alienis incommodis sua quærunt commoda, vel turbata Respubl. quasi turbata aqua, piscari feliciter sperant. Ita doctos principes indocto populo: Indoctos doctis & politicis sordere videmus. Est qui favore nobilium incurrit odium vulgi, aut dum studet plebi, Nobilium à se avertit studium. Alij, ut de Servilio consule scribit Livius *libr. 2. medios se gerendo, nec plebis vitant odium, nec patrum ineunt gratiam.* Ne de religionis mutatione dicam, quæ multis exitio fuit, & principes, cætera bonos, extremè populo reddidit odiosos. Denique ubi tot obversantur hominum discrimina, qui sibi ex æquo satisfactum cupiunt, ubi multa contra privatas utilitates quotidiè imperant publicè, ibi fieri non potest, quin multi capiantur inimici. Nam de amicis capiendis ne spem quidem sibi facere audeat, qui quantum demeretur unum, tantum sæpè, dum justitiam exercet, detrahit alteri. Si quis enim omnium favorem captare vellet, cum oporteret cum Antonino Pio prorsus à nocente sanguine manus puras habere. *Capit. in Anton.* & imperium ἀναίμακτον ducere, ut de Alexandro Sev. scribit Herod. & ex eo repetit Lamprid. cum magna justitiæ & innocentiæ jactura, Et in privatum amorem publica omnia prodigere, quemadmodum de Ludovvico Pio scribit Nithard. *lib. 4. de cont. fil. Adelardus,* inquit, *tantum diligebatur à Ludovico Pio, ut quod ille vellet, in universo imperio, hoc pater faceret. Qui utilitati publicæ minus prospiciens, placere cuique intendit. Hinc libertates, hinc publica in propriis usibus distribuere suasit, ac dum, quod quisque petebat, ut fieret, effecit, Rempublicam penitus annullavit.* Severi enim vindices, dum in multos animadvertunt, multorum odia incurrunt, sicut Caligula intellexit, cum revocatum quendam à vetere exilio, sciscitatus, quidnam ibi facere consuesset, respondentem audiret: *Deos semper oravi, ut quod evenit, periret Tiberius, & tu imperares.* Quod cum memoriæ mandasset Caligula, opinãs, sibi quoq; exules suos mortẽ imprecari, misit circũ insulas, qui universos contrucidarent. *Sueton. in Cal. c. 28.* quasi non, quò plures jugulasset, eò plurium ex amicis diras in se concitasset. *Quemadmodum præcisa*

3. [illegible]

4. *Maximè justitiam exercentem, non posse gratiam promereri.*

cisa arbores plurimis ramis repullulant, & multa satorum genera, ut densiora surgant, reciduntur: ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo. Parentes enim liberíq; eorum, qui interfecti sunt, & amici & propinqui in locum interfectorum succedunt. Frequens vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat. Sen. 1. de Clem. c. 8. in fin. Marcello cum aliter nocere non possent ab eo oppressi Syracusani, peculatus crimen intenderunt. *Plutarch. in Marcell.* Appium ditissimi quippe ex Asia incusabant, quod fœnerandi licentiam coercuisset, cujus tamen propositum mediocres cives ex opposito latere plenis buccis prædicabant. *Plut. in Lucull.* Ne Phocionem interim in testimonium advocem, qui cum populum Atheniensem forte fortuna suæ opinioni accedere audiret. *Quid, malum,* inquit, *excidit mihi mali, quod populo placeat, Plut. in Phoc.* Dissidere enim sapientum & vulgi, ut ingenia, ita judicia, & quotidiana experientia docet, & Aristot. ex diversitate finium, in quos tendunt, ob oculos ponit, 1. *Ethic. cap. 5. 6. 7.* & Seneca confirmat *Epistol. 29. in fin. Nunquam volui populo placere. Nam quæ ego scio, non probat populus: quæ probat populus, ego nescio. Quis hoc? inquis: tanquam nescias, cui imperem. Epicurus: Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt, Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. Quis enim placere potest populo, cui placet virtus? Malis artibus popularis favor quæritur: similem te illis facias oportet. Non probabunt, nisi agnoverint.* Vi verò vulgus omni sapientiæ & virtuti naturaliter, ob studiorũ repugnantiam, adversum sit & contrarium, maximè tamen adversatur nobilitati & principum solutis imperiis,

5. *Vulgus & ingenuis semper naturali odio dissidere.*

Gaudetq; humili lasisse veneno
Summa, nec impositos unquam cervice volentis
Ferre duces novit, ut ait Stat. *in Thebaid.* aut ut Angel. Polit. *in Rust.* est
Indocilis potentis
Plebs servare fidem.

6. *[illegible] etiam bonus [illegible] esse malus.*

Testor Græcorum & Romanorum contra quantumvis justos Reges expeditiones, nulla alia de causa susceptas, quàm quod animo sibi proposuerant, omnes Græciæ civitates liberas reddere, & populum a Tyrannis (sic vocabant Reges sine discrimine) liberare. Constat igitur principes etiam bonos, quos, si absolutam potestatem habeant, propriè Reges vocari diximus, posse in odio populi vivere, tum, quod populus naturaliter detrectet imperium & oderit prudentiam, tum quod benefacta in pejus sæpe [illegible] & necessaria pœna imputetur libidini principum. Nec quicquam justè factorum: [illegible] illis, qui cum omnium injuriis gra[illegible] & alienos labores iniquè depopulantur [illegible] *impunè,* ait Salvian. *Omnes peccare sol[illegible]. Si mentior, cunctos consulo. Ergo ull[illegible] quālibet magni criminis reũ, qui se [illegible] scat debere torquer. Lib. 4. de gubern. [illegible].*

Verum superest adhuc una ra[illegible] non potest non subnasci inimicitia [illegible] gem & populũ, si scilicet is justo [illegible] cipem Reip. se fecerit. *Hoc enim,* ait Cicero *pro Syll. natura est insitum, ut quem timuerit, quicum de vita fortunisq; contenderit, cujus ex insidiis evaserit. h[illegible] in er[illegible] rit.* Nec enim recens occupatã prov[illegible] quam ferro, quantumvis justo, [illegible] iam peperit, sine ferro defendi

7. *Vult[illegible] [illegible] esse [illegible]*

Quod civibus tenere te invitis scias,
Strictus tuetur ensis. Senec Trag 1. &
Ἀπας δ' τραχὺς, ὅστις ἂν νέον κρατῇ.

AEschyl. in Trag. Prom. Intemperantia enim ægri crudeles facit Medicos, & pertinacia populi duros Reges. Quoties defecerunt Lydi à Cyro, non quod duriter tractarentur, sed quod novo dominio nescirent assuescere. *Herod. lib. 1. In [illegible]* Quoties a Romanis Sabini, Latini, Samnites? non quod justè Dominos non agnoscerent, à quibus justo bello subacti erant, sed quod mallent sui esse, quàm aliorum. Quantilla opera per[illegible] se passi sunt Thebani ab Exulibus, ut deficerent à Lacedæmoniis, quia in[illegible] jugum subierant? *Plutarch in Pelop.* Sat habuit Lucullus, modò arma osten[illegible] Græcis. Continuò enim recens [illegible] populi, ut ait Plut. *in Lucull.* & imprim[illegible] bus Armeniorum imperium [illegible] videbatur, ad castra Roman[illegible] Carolus M. non prius retulit [illegible] in Gallias, quàm Saxones redierunt ad [illegible]

& nu-

& super impositam servitutem excusserunt, toties reiterarunt, ut Monach. Ego[lism.] in vita Car. M. alius quidam incerti nominis scriptor à Pithæo editus *ad ann. [7]5. Saxones rebellionē crebro usu sibi quasi [solem]nem, ut videntem, testificentur* scribant Guilielmus I. Rex Anglor. etiamsi post longas contentiones & varia pericula, tandem de consilio Lanfranci Archiepiscopi immunitates cuique servare & legibus Eduardi se subjicere juraret, vix tamen incruentos canos ad sepulchrum deduxit. *Matth. Paris. in [...]* Quid non moliti sunt Aquitani, ut [convel]lerentur transactionem Regis Iohannis, cum Eduardo Anglo initam, qua transferebantur in ditionem Anglorum. Nec autoritas regis jubentis & statuum consentientium, nec privilegia & immunitates ab Anglis concessæ, nec bona fortuna Eduardi, tam patris quàm filij, quicquam ad voluntariam subjectionem profuit, quin semper [...] patria sceptra respicerent, & arrepta [...]dem occasione, unde inviti avulsi fuerant, sponte & cum impetu reverterentur, *Froissard. in hist. sui temp.* Quoties excusserunt Itali transalpinum imperium Ottonis I. & Friderici I. qui illud ex faucibus Pontificum [...] de novo recipere & suorum sanguine redimere coactus fuit, licet neuter invocatus Alpes transcenderet? Nimirum omnia, quæ bello vel occupantur, vel propagantur, imperia invisa sunt, nec tamen Tyrannica, vel minus Regia, nisi bellū susceptū sine causa.

Quod igitur diximus propriam regni esse voluntariam subjectionem & amorem populi, inter accidentia amorem hunc retulimus, non inter partes essentiæ. Nec enim Aristoteles in definitione vel Tyrannidis, ... vel regni, amorem subditorum expressit, sed inter accidentia propria utrumque [reposuit]. Accidentia verò alia in subjectum, ex quo prodeunt, recipiuntur sine medio, & subjecto [carere] non possunt: alia per se quidem [...] subjectum, sed in subjecto diverso recipiuntur, ut amor & honor. Honorem enim collocat Arist. 1. *Eth. c. 5.* non in honorato sed honorante, & tamen ibid. *c. 12.* summum bonum per se dicit esse honorabile. Eodem modo Rex per se dignus amore est, sed quod non ametur, per ipsum non stat, sed accusanda est iniquitas eorum, qui sua perversitate amorem vertunt in odium. Quis enim, nisi sui oblitus, non amet eum, à quo se oculitus amari novit? Compendio sum philtrum propinat Seneca, *Epist. 9. ad Lucil. Si vis amari, ama.* & Martial. *lib. 6.* 9. Per se Regem esse amabilem.

Vt præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Oresten,

Hoc non fit verbis, Marce, ut ameris, ama.

Cæsar diligebat milites suos usque adeò, ut audita clade Tituriana, barbam capillumque summiserit, nec ante demserit, quam vindicasset. *Ergo,* inquit Sueton. *in Cæs. cap. 69. & devotissimos sibi & fortissimos reddidit. Nam ingresso civile bellum, centuriones cujusque legionis singulos equites e viatico & milites gratuitam operam obtulerunt, nec in tàm diuturno spatio, quisquā omnino descivit: plerique capti concessam sibi sub conditione vitam, quam militare adversus eum vellent, recusarunt. Sueton. c. 61.* Si princeps suo te amore invitat, quid dubites mutuum facere? immò si beneficiis suis eò te adigit, si in ejus salutē totius populi vota conspirant, eò quod, ut redeunti à victoria Persica Imperatori acclamabatur: *Salva Roma, quia salvus Alexander,* aut convalescenti Germanico: *Salva Roma, Salva patria, Salvus est Germanicus. Suet. in Calig. c. 6.* ingratus sis, si amorem odiis, & beneficia maleficiis retalies. Seneca pulcrè & prolixè, cum descripsisset promtitudinem subditorum pro salute principis, *Non hic est,* inquit, *sine ratione populis urbibusque consensus, sic protegendi amandique Reges, & se suaque jactādi, quocunque desideravit salus imperantis. Nec hæc vilitas sui est, aut dementia, pro uno capite tot millia excipere ferrū, ac multis mortibus unā animā redimere, nōnunquā senis & invalidi. &c. Suā incolumitatē amant, cū pro uno homine denas legiones in aciem deducunt, cum in primā frontē procurrunt, & adversa vulneribus pectora ferunt, ne Imperatoris sui signa vertantur. Ille est n. vinculū, per quod Respub. cohæret: ille Spiritus vitalis, quē hæc tot millia trahūt, nihil ipsa per se futura, nisi onus & præda, si mens illa imperij subtrahatur.* 10. Qua de causa.

Rege incolumi mens omnibus una:

Amisso rupere fidem.

Hic casus Romanæ pacis exitium erit, hic tanti fortunam populi in ruinas aget. Tamdiu ab isto periculo aberit hic populus, quamdiu sciet ferre frenos: quos si quando abruperit, vel aliquo casu discussos reponi sibi passus non erit, hæc unitas & hic imperij contextus in partes multas dissiliet: idemq; huic urbi dominandi finis erit, qui parendi fuerit. Ideoq; Principes, Regesq; & quocunq; alio nomine sunt tutores publici status, non est mirum, amari ultra privatas etiam necessitudines. Nam si sanis hominibus publica privatis potiora sunt, sequitur, ut is quoq; carior sit, in quem se Respubl. convertit. Lib. 1. de Clem. c. 3 in fin. & cap. 4. per tot. Fabricium rogaverat Pyrrhus, ut ad se transiret, regni locius futurus. *Atqui*, inquit Fabricius, *ne tibi quidem id expedierit. Nam si Epirotæ utrumq; nostrum noverint, mihi Regi, quam tibi parere mallent*, ratus eò inclinari favorem hominum, unde majora sperat beneficia. *Plutarch. in Apopht.* Tum demum enim *fœminas fœcunditatis suæ maxima voluptas subiit, cum cernerent, cui Principi cives, cui Imperatori milites peperissent*, ait Plin. *in Paneg. Traj.* cum amorem ex beneficentia Imperatoris haustum præmisisset: necnon Seneca: *Tollere filios cupiunt, & publicis malis sterilitas indicta recluditur. Benè se meritum de liberis suis quisq; non dubitat, quibus tale seculum ostenderit. 1. de Clem. c. 13.* Comparet quis Tiberij & Germanici vitas, & quam diversos populi affectus pepererint, cognoscet. Nam cum hic provincias obiret coram, mox sub glacie Germanica rigeret, mox æstu Ægypti & Syriæ liquesceret, cum pro Republ. sollicitum & inquietũ se haberet perdius & pernox, nec quicquam reliquum faceret eorum, quæ conciliandæ hominũ gratiæ, promerendoq; amori facere noverat, *hujus virtutum*, ait Sueton. *fructum uberrimũ tulit, sic probatus & dilectus à suis, ut Augustus, diu cunctatus, an sibi successorem destinaret, adoptandum Tiberio dederit. Sic vulgò favorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquo advenerit, vel sicunde discederet, præ turba occurrentium prosequentiumq; nonnunquam eum vita discrimen adiisse.* Is vero amor multò effusius se prodidit, cum veneficiis Pisonis, connivente Tiberio, mortuus nunciaretur. Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subversæ Deum aræ, lares à quibusdam familiarum in publicum abjecti, partus conjugum expositi. Quin & Barbaros ferunt, velut in domest[illegible] nique mœrore, consensisse ad induc[illegible] regulos quosdam barbam posuisse, & ux[illegible]um capita rasisse, ad indicium ma[illegible] Regem etiam regum & exercitatione [illegible] di, & convictu Megistanum abs[illegible] quod apud Parthos justitij instar est [illegible] mam incertis autoribus perlatum est, [illegible] luisse, passim cum luminibus & vict[illegible] Capitolium concursum est, ac pene rev[illegible] templi fores, ne quid gestientes vota [illegible] re morarentur. *Suet. in Calig. c. 4.* [illegible] Agrippina cum urna Brundusium a[illegible] noti ignotique simul illuc ruere, tell[illegible] longo mœrore comitatum, recenti d[illegible] superare. Romæ miles cum armis, sine [illegible] gnibus magistratus, populus per tribu[illegible] concidisse Rempubl. nihil spei reliq[illegible] mitabant, promtius apertiusque, quà[illegible] meminisse imperitantium credere [illegible] publico edicto, ut premeret vulgi [illegible] monere coactus fuerit Tiberius: *[illegible] lustrium Romanorum ob Rempubl. [illegible] neminem tam flagranti desiderio [illegible]tum, idq; & sibi & cunctis egregium [illegible] modus adjiceretur. Tacit. 3. Annal. in pr[illegible]* Esto, non omnium spei satisfecerit G[illegible]nicus, dum viveret, ut idem Tacitus [illegible] *lib. 2. Annal.* atqui præmium tamen [illegible]ti non defuit, quod jam inde à j[illegible] mento benefactoribus tribuere co[illegible] memor populus. Nam Bruti mo[illegible] blica mœstitia prosecuti sunt, eo a[illegible] insigni, quia matronæ annum, ut [illegible] eum luxerunt, quod tam acer ul[illegible] pudicitiæ fuisset. Valerium Pu[illegible] & de publico extulerunt, & ut Brut[illegible] luxerunt. In funus Menenij Agrippæ, [illegible] arbitriq; civium concordiæ, [illegible] ad plebem, reductoris plebis Ro[illegible] bem, summum fecit plebs sexta[illegible] latis in capita: *Liv. lib. 2.* Om[illegible] divinis honoribus in num[illegible] beneficia relatos, commemo[illegible] *de nat. Deor.* Lactant. *li. 1. Inst. Div.* [illegible]

Arnob.

11. Principem [illegible] *Arnob. lib. 1. adverſ. gent.* Si enim nobis benè volumus, etiam iis benè velle cogimur, per quos nobis benè eſt. Reges verò, quatenus tales, non curant ea, niſi quæ vergant in commodum omnium. Etiam tum, cum perverſos puniunt, bonorum gratiam ineunt, ſicut de Agrippo diximus, quod à fœneratoribus Aſiaticis accuſatus, à civitatibus verò in cœlum elatus fuerit. *Plutarch in Luc.* Minoi, quod ab injuria improborum bonos tueretur, & in piratas pro gravitate delicti animadverteret, ſeveritas *Iuſti* cognomē pepererit. *Thucyd. lib. 1.*
12. Duo genera hominum. Duo enim hominum genera proponit Ariſtot. 1. *Eth.* Alios pudor in officio continet, alios metus: illi abſtinent à pravis ob turpitudinem, hi ob ſupplicia: Ideoque duplex bono principi induenda eſt facies, quarum altera terreat malos, altera delectet probos. Nam quod Titus dicere ſolitus fuit: *Non oportere quenquam à ſermone principis triſtem diſcedere, Suet. in Tit. c. 8.* ſi ad ea exigatur, quæ Ariſtoteles docuit 4. *Eth. c. 5.* & in tribunali, tolerari non poteſt. *Qui neſcit iraſci,* inquit Ariſtot. *neſcit imperare,* nec ulla clementia pernitioſior eſt, quàm quæ malis impenditur. Quid verò improbi ſentiant de principe, id is minimè curare debet. Nam
13. [illegible] Regis. cum amari principem volumus, juſtum odium excludimus. Contra injuſtum principis [illegible]atis cautum eſt rectè factorum conſcientia, &

Conſcia mens veri, fama mendacia ridet.

Titus, cujus vitam hoc elogio exorditur Suetonius, *Titus cognomine paterno, Amor ac deliciæ generis humani. Tantum illi ad promerendam omnium voluntatem, vel ingenij vel artis, vel fortunæ ſuperfuit, &, quod difficillimum eſt, in imperio, quando privatus atque etiam ſub patre principe, ne odio quidem, nedum vituperatione publica caruit.* Hic, inquā, Titus, *qui,* teſte Dione, *ita principatum tenuit, ut in eo nullum ſcelus ederet,* nunquam induci potuit, ut de crimine impietatis, (ſcil. in Imperatorem;) cognoſci pateretur. *Nemo* enim inquiebat, *injuria me afficere, aut inſequi contumelia poteſt, propterea, quod nihil ago, quod reprehendi mereatur. Ea verò, quæ falsò de me dicuntur, prorſus negligo. Xiphil. in Tit.* Nerva auſus eſt de ſe jactare: *Se nihil feciſſe, quò minus poſſet depoſito imperio tutò vivere, Dion. in Nerv.* quod quidem verbum magnum eſt, nec cuivis imitabile. Nam, cum in convivio apud Maximilianum I. Imp. multi imperij Principes coiiſſent, & alius alia de ſe provinciave ſua magnificè prædicaret, ſolus Eberhardus Barbatus, qui tum Ducis Wirtebergenſis titulum ab Imperatore impetrarat, hanc ſibi prærogativam arrogare jure potuit: *Se nulla alia in re provincias ſuas, arces, divitias, & quæ ſint ejus generis, cum aliorum felicitate committere poſſe, ſed hoc ſcire pro certo quod ſecurus in medio aſtu, in campo, & ſolus in gremio cujuslibet ſuorum civium dormire poſſet. Nic. Henning. in Geneal. Ducum Wirt. Iohan. Agric. in proverb. Germ.* Nimirum, ſi ſubditi ex æquo omnes probi eſſent, & benefactorum memores, aut juſtitiæ ſine cæde cujuſquam ſatisfieri poſſet. Nam Nervæ affectatam lenitatem, Fronto Conſul jure reprehendit: *Malum quidem eſſe, Imperatorē habere, ſub quo nemini quicquam liceat facere, ſed multò pejus eſſe, cum omnia liceant omnibus. Xiphil. in Nerv.* Agesilai dictum memorat Plutarch. *in Apophth.* 14. Reliquos neceſſariò ſibi inimicos capere debet Rex. *Imperatoris officium eſſe, erga rebellantes audacia, erga ſubjectos benevolentia uti,* quod hoc verſu exprimere voluit Poëta:

Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.

Item Tacit. *lib. 11. Annal. Amorem apud populares, metum apud hoſtes quærat.* Iſocrates Nicoclem delinquentibus tantum jubet ſe formidabilem præbere: reliquis ſapientia ſuperiorem ſe facere: *ad Nicol.* Antigonus Rex Macedoniæ cum omnibus admirationi eſſet, quod cum initio regni durior fuiſſet, ſenex factus placidè regnum gubernaret: *Primo,* inquit, *opus erat regno, nunc gloria & benevolentia. Plutarch. in Apophth.* Hoſtes quippe, & quos ex hoſtibus ſibi recens ſubjecerat, ferreo ſceptro coercendos; benevolos autem ſubditos flexili virga regēdos putabat, quod cum negligeret Ludovvicus Pius, immemor diſciplinæ, quâ uſus erat Carolus pater, & Friſiis Saxonibusque tributa perinde remitteret, ut imperio aſſuetis ſubditis, lenitatis intempeſtivè laudem affectās, rebellandi occaſione ferocibus populis præbuit, adeoque, quantum & apud Deum &

apud homines ob pietatem in subditos laudatus fuit, tantum opprobrij ipsi attulit vitiosa in rebelles populos indulgentia. *Gill. & Bell. for. in Ludov. Pio Haill. li. 1. de stat. Fran.* Cleon. *apud Thucyd. lib.* 3 cum ageretur de ratione tractandi Mitylenæos, respiciens tum eorum indolem, tum reiteratas defectiones, vi opus esse dixit, cum benevolentia parum profutura videretur, & proceres Vngariæ, cum Vladislao II. sceptra traderent, unum præ cæteris ab ipso cogitari jubebant: *Rem sibi fore cum aspera & bellicosa gente, Vngarum non indulgentia, sed severitate molliri, non clementia & impunitate, sed virga ferrea in obsequio retineri*, ut scribit Bonfin. *dec.* 4. *lib.* 9 *ante fin.*

15. *Amorem Regis spectari debere ex iis quæ per se firmata sunt.* Quando igitur voluntarios subditos & amorem erga Regem in Republica regia requirimus, ad id respicimus, quod per se ex natura efficere idoneum est. Nam licet alia aliis gentibus videantur justa, 1. *Eth. cap.* 3 & alia aliis bona, unde duplex bonum ædificavit Aristot. *Verum & Apparens.* 2 *Phys. text.* 31. 3. *Eth. cap.* 4. Tamen per hominum opiniones non variatur bonitas, quæ fluit ex natura rei, quoniam illa æstimatur non ex cujusvis, sed naturæ conformi appetitu, ut 3. *Eth. cap.* 4. 10. *Eth. cap.* 2. & 5. 1 *Pol. cap.* 1. docemur, & a nobis contra nugas Philosophastri cujusdam evictum est, *in Metaphys. c. de Bono.*

16. *Et sic perpetuo comitari Regem.* Nec amorem erga principem aliunde æstimare debemus, quam ex affectu proborum civium, qui naturæ rerum conformem animum gerunt. Hi verò non possunt non amare eum, à quo salutem tum totius Reipublicæ tum privatam cujusq; pendere sciunt, ut Aristoteles declaravit 8. *Eth. cap.* 1 *in princip. Regis amicitia erga eos, quibus regnat, consistit in beneficij excellentia. Benefacit enim ijs, siquidem bonus cum sit, ipsorum curam habet, ut prosperè agant, perinde ac ovium pastor. Vnde etiam Homerus Agamemnonem pastorem populorum dixit. Atq; amicitia hæc, ut & paterna, in excellentia consistit: idcircò honorantur Reges & parentes, & diversum quid recipiunt, quam expendunt. Beneficijs quippe admercantur honorem.*

17. *Regem uti* Ex hoc amore deducit Aristoteles 3. *Polit. cap.* 10. 5. *Polit. cap.* 10, aliam notam, aliud vecia signum regni, quod scil. *Monarcha custodia civium utatur*, cum Monarcha [illegible] Tyrannus de peregrinorum tutum se circumsepiat. [illegible] Nam de Alexandro Pheræo testatur Cicero *lib.* 2. *offic. quod Thracum Barbarorum vi imbellium subditorum odia suppresserit*, & Imperatores Romanorum nec purpuram induere, nec incruentam, cum tot cædibus in Senatum, in populum grassarentur, tueri potuissent, nisi exercitus saga togam Senatus cohibuisset. Quis enim Claudium ad Imperium ex spelunca retraxit, quis autores cædis Caij ad supplicium poposcit, aut Senatum parta libertate frui prohibuit, nisi Germani, qui Cajo meruerant? *Ioseph. lib.* 19. *Antiquit. in pr.* Quis Galbæ, Clodio Macro, Virginio Rufo, ad honores Imperatorios fenestram aperuit, nisi legiones Hispanicæ, Africæ & Germanicæ, ut conqueruntur omnes, & præ omnibus Plutarch. *in pr. Galb.* Sed de hac re, utrum custodijs se munire debeat princeps, & an ad hoc officium deligere debeat potius peregrinos, quàm inquilinos, alibi erit agendi locus, quem Aristoteles aperuit 5. *Polit. cap.* 10 inter remedia conservationis Rerumpublicarum. Hic satis sit, fontem digito ostendisse, unde prodeat hæc Regis proprietas, quod civibus potius salutem suam committat, quam peregrinis. 18. [illegible] Nam, quia cives omni officiorum genere sibi demeretur; & horum maximè interest, principem salvum esse, nullis salutem suam tutius credere poterit, quàm civibus, cum è contrario Tyrannus, quod civibus extremè invisus sit, cogatur ad opem externam confugere. Custodiam autem intelligo, non apparitores aut manipulum militum, qui ad limina palatii excubias agunt, 19. *De qua custodia intelligamus.* quem in finem Pontifex Romanus, Dux Heturiæ, & Rex Galliæ Helvetios conducere solent, & proximos à cœnaculo custodiam i[illegible]stentes Scotos habet, quem supra no[illegible]vi, Rex Galliæ, sed eos potissimùm, qui tam vitam principis, quàm salutem Reipublicæ in manu habent. Nulla enim injuria fit civibus, si servi aliunde asciscantur, ne manipulus apparitorum sat habet virium ad invadendam aut coercendam Rempublicam. Sed si præcipua, maximeque fructuo[illegible] civibus præripiantur & in peregrinos trans-

transferantur, quemadmodum à Mammelucis factum est in Aegypto, qui ... arma quidem, nedum officia publica tractare cives ... tur, id demum ad notas Tyrannidis referri debet.

10. Tyranni ... Nam & illud alterum hinc sequitur, quod Tyranni armorum usum inhibeant subditis, Reges verò permittant, quia illi sibi ab armatis subditis timent, hic tanto se tutio- rem fore sperant, quantò fortius à subditis pro se pugnari queunt. Illi curant, ne nocere possint cives, hi ne promtitudo propugnandi destituatur adjutorio. Sed quia armorum usus etiam aliis ex causis prohiberi potest, propter pacem & quietem publicam, *ut diximus 2. de jur. Maj. cap. 5.* ex interdicto armorum non licet statim arguere Tyrannidem, nisi interdicantur ob metum justum civium. Qui verò liberè sinit cives arma tractare, eosve sua opera exercet ad bellum, cum oportet tantum abesse à Tyranno, quantum inde absuit, vel Nerva vel Trajanus: quorum hic præfecto prætorio gladium in manum tradidit, ut, si malè imperaret, eo contra se uteretur. *Dion. in Trajan.* ille ... de Calphurnii Crassi conjuratione, autorem ejus cum sociennis juxta se in spectaculo collocavit, & gladiis oblatis jussit inspicere, an satis acuti essent. *Dion in Nerv.* Qui enim subditos armat, non armat eos tantum in hostem, sed & principem ipsum, ut infra *in tract. de Bello* prodicemus.

11. Deducitur ... Denique ex hoc amore prodit causa, quæ Regna præ Dominatu & Tyrannide stabilia facit. *Nullum* enim *majus boni imperii instrumentum esse, quam bonos amicos*, dicit Tacitus *lib. 4. histor.* Atqui Rex tot habet amicos, quot cives. Alexander Magnus ... ubi haberet thesauros, in quibus ... ret firmamentum Reipublicæ ad amicos omnem deduxit, usq; eo plus, quàm auro & argento fidere dixit, cujus sententiam Julianus Imperator non tantum verbis deprædicare, sed & factis imitari solebat, si Ammi. Marc. credimus *lib. 25* Ostendimus enim infrà, & prolixè disputatum est a ... Patrit. *in Parall. Milit in princ.* nullam Rempublicam vel hostibus resistere, vel pomæria feliciter proferre posse, quæ auxiliari militia & peregrinis innitatur exercitibus. Cives verò in aciem producere Tyrannus non audet, ideoque nec tutum nec latum sibi imperium promittere potest. Rex verò, quem in ore & oculis ferunt, cujus salutem propriæ saluti anteponere non timent cives, voluntarios milites in acie exhibere, & eorum promtitudine imperium sibi firmare potest, quod Trajano suo inter cætera quoque laudi vertit Plinius *in Panegyr. Amici tui non sunt servi, sed cives, nec pater patriæ alienis se manicipiis ... quam civibus suis facit*: & Seneca. *Placidis tranquillisque Regi fida sunt auxilia, quibus ad communem salutem utatur.* Item: *Hic, rince, suo beneficio tutus, nihil præsidiis eget, arma ornamenti causa habet. lib. 1 de Clement. cap. 12. &* 14. Vulnerari ... *in benevolentiâ subditorum.* 13. *Firmissimum longè imperium est*, ait Livius *lib. 8. quo obedientes gaudent. E lib. 2.* ... *omnium imperium consensu obedientium esse*: nec ulla *potestas tuta, nisi benevolentia munita. Aemyl. Prob. in Vit. Dion.* cujus rationem adjicit Cicero *in Lal. Quis enim eum diligat, quem metuat? aut eum, a quo se metui putet?* Privernatum legatus *apud Liv. libr. 8.* negat credere, *ullum populum aut hominem denique in ea conditione, cujus eum pœniteat, diutius, quam necesse sit, mansurum: ibi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacati sint, neq; eo loco, ubi quis servitutem esse velit, fidem sperandam esse.* Ab Artabano, Parthorum rege, cum Sinnaces spes novas ostentaret, *diffluxerunt ...* ait Tacitus, *qui metu magis, quam benevolentiâ subjecti, repertis autoribus, sustulerant animum. l. 6, Ann. n 7.* Unde Xenoph. *l. 1. de dict. & fact. Socr.* nunquam vult vim adhibendam esse, quando persuadere licet. *Qui n. inquit, coguntur, tanquam ex ... oderunt. Quib. autem persuasum est tanquam gratum quid acceperint, amant, &c. Rerum enim omnium*, dicente Cic. *2. offic. nec aptius quicquam est ad opes tuendas, quam diligi, nec alienius, quam timeri.* Præclarè Ennius: *Quem metuunt, oderunt, quem quisq; odit, periisse expetit.* nec non *in Traj. Panag.* Plin. *Quanto nunc tutior, quanto securior Princeps ... postquam* ...

non crudelitatis, sed amoris excubiis, non solitudine & claustris, sed civium celebritate defenditur. Ecquid ergo didicimus, experimento fidissimam esse custodiam Principis ipsius innocentiam. Hæc arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere, frustra se terrore succinxerit, qui septus caritate non fuerit: Arma enim armis irritantur. & Mamertin. *in Geneth. Maximi. Tu pulcherrimum arbitraris, adhibere lateri tuo non timoris obsequia, sed vota pietatis.*

Non sic excubiæ, non circumstantia tela,
Quam tutatur amor. ait Claud. *ad Honor.*

Neque enim aut pecunia vis, (verba sunt M. Antonini Imperat. *apud Herod. in pr. lib. 1.*) *Tyrannidis luxuriam explere, aut stipantia satellitum agmina tueri principem possunt, nisi illi ipsi, quos regas, animum imperanti benevolentiamque accommodent. Quippe ii demum, diu tutoque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate civium suorum animis instillant. Neque enim quos servire necessitas coegit, sed quos obtemperare sua quemque voluntas adegit, ii sunt in agendo patiendoque à suspicione omni assentationeque vacui, nunquamque imperia detrectant, nisi violenter contumelioseque habiti.* Item Seneca 1. *de Clement. c. 19. Securitas securitate mutuâ pascenda est. Non opus est instruere in altum editas arces, nec in adscensum arduos colles emunire, nec latera montium abscindere, multiplicibus se muris turribusque sepire. Salvum Regem in aperto Clementia præstabit. Unum est inexpugnabile munimentum, amor civium. Quid pulcrius est, quàm vivere optantibus cunctis, & vota non sub custode nuncupantibus? Si paulum valetudo titubavit, non spem hominum excitari, sed metum? Nihil esse cuiquam tàm* 25. *pretiosum, quod non salute præsidis sui commutatum velit. Omne, quod illi contingit, sibi quoque evenire deputet? In hoc assiduis bonitatis argumentis probavit, non Rempubl. suam esse, sed se Reipubl. Quis huic audeat struere aliquod periculum? Quis ab hoc non, si possit, fortunam quoque avertere velit, sub quo justitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas florent: sub quo opulenta civitas, copia bonorum omnium abundat? Nec alio animo Rectorem suum intuetur, quam si Dii immortales potestatem videndi sui faciant, intueremur venerantes colentesque.* Damascen. c. 35 *de Barl. & Iosaph. Subditos nihil æque ad benevolentiam allicit, ut beneficii gratia egentibus concessa. Nam obsequium illud, quod ex metu oritur, adumbrata est adulatio, per fictum honoris vocabulum eos, qui animum ipsi adjiciunt, ludificans ac circumscribens. Atque is, qui invito animo paret, oblatâ occasione seditionem excitat. Qui autem benevolentiæ vinculis constrictus tenetur, firmam ei, qui rerum potitur, obedientiam præstat.* In hoc argumento versatur Livia Augusta in tota oratione, qua maritum à severitate deflectit ad moderatam æquitatem, *tàm felici effectu,* ut ait Dion. *ut non tantum insidiis civium non peteretur Augustus amplius, sed nec quicquam suspicione cogitata saltem cædis pragravari visus fuerit.* Sed & de hac re, utrum satius sit metu, quàm clementia subditos in officio continere, cum Machiav. non vereatur ad metum principes hortari, *de princ. c. 17. & 1. disc. in Liv. c. 9.* inter causas & remedia corruptionis Rerumpubl. ex professo agemus.

De officio & virtutibus Regis. SECT.

1. *Quàm varia virtutes Regibus ascribi ab Autoribus soleant.*
2. *Quas in uno aliquo principe ferè impossibile est invenire.*
3. *Discrimen Tyranni & Principis.*
4. *Essentialia distinguenda ab Accidentalibus.*
5. *Quare princeps debeat operam dare religioni & pietati.*
6. *Non tantùm simulatè & ad imponendum vulgò, sed etiam verè ac seriò.*
7. *Religionem tamen non esse de essentia officii Regii.*
8. *Distinguit virtutem regiam à quavis privata.*
9. *Unde petenda Regis propria virtus.*
10. *Nimirum ex Respubl. administratione pro salute publica omnium.*
11. *Ex autoritate Virgilii.*
12. *Studia artium exotericarum, præcipue vanarum in principe improbantur.*

13. Qui

13. *Quoties peccat in Remp. quoties curas suas in studia vaniora avertit.*
14. *Aliud decere principes, aliud cives privatos.*
15. *Quæ virtus Regis & quod vitium oppositum Tyranni.*
16. *Quibus de causis oporteat Regem dare operam virtutibus Moralibus.*
17. *Nimirum, ut exemplo suo cives ad bene vivendum invitet.*
18. *Vita Principis regula est & exemplum subditorum.*
19. *Summa quæq; magis patere in exemplū.*
20. *Quas ob causas subditi soleant imitari Principes.*
21. *Exemplis facilius moveri & reformari mores hominum, quàm præceptis & legib.*
22. *Luxum publicum redundare in domos privatas.*
23. *Et vitia ipsa principum rapi ad imitationem.*
24. *Multò magis cætera facta.*
25. *Mores principis esse legē totius civitatis.*
26. *Principes, quicquid agunt, præcipere videri.*
27. *Principem multò gravius peccare, quàm civem.*
28. *Principes, qui judicaturi sunt de aliorum criminibus, debere criminibus vacare.*
29. *Ne seipsos suo gladio jugulent.*
30. *Aut sententiis suis autoritatem detrahāt.*
31. *Si injusti homines abiguntur a ferendis testimoniis, multò magis à judiciis.*
32. *Principum delicta magis conspici & ex poni infamia, quàm civium.*
33. *Etiam, quæ occultissima videntur, omnibus innotescere & vulgari.*
34. *Cur principum errata majorem patiantur infamiam.*
35. *Summaria descriptio Regis ex Aristot.*
36. *Utrum possibile sit Regem perfectâ virtute invenire.*
37. *Naturaliter præstantiorem esse constitutum Dominum deteriori.*
38. *Et regem in optima Republ. necessariò esse virum omnium optimum.*
39. *Sed in qua vis Monarchiâ benè constituta virtutes quasdam à Rege requiri.*
40. *Quantum summam illam perfectionem imitari potest.*
41. *Princeps, qui sit deterior civibus, cives bonos nunquam libenter obtemperare.*
42. *Principes ad virtutum studium magis, quàm cæteros cives obligari.*

CUm jam constet de Essentia & notis Regis, sequitur, ut officium ejusdem inde deducamus, quæ res viam nobis aperiet, ut Monarchiam veram ritè distinguere possimus à prolapsis. Vulgò enim solent in Rege virtutes requiri infinitæ, quæ si ad Regis complementum necessariæ sunt, toties à regia perfectione principem deficere oportet, quoties in unam earum peccaverit. Diotimus in Rege desiderabat tria; *Pietatem, Iustitiam, & rei bellicæ peritiam* Ammian. Marcellin, *lib.* 25. quatuor proponit virtutes præcipuas: *Temperantiam, Prudentiam Iustitiam, Fortitudinem*, eisque accedentes extrinsecus alias, *Scientiam rei militaris, autoritatem, felicitatem atque liberalitatem*, ad quarum numerum examinat & reducit res gestas Iuliani Imperatoris. Non multum diversæ sunt, quas ex Polluce affert Damhuder. *in pr. pag.* 227. aut quibus bonum principem definit & circumscribit Isocrat. *in Nicol.* Plin. *in Panag. Traj.* Synes. *in orat. ad Arcad.* Dion. *Prus. in pr. præcept. regior.* ex quibus integra commentaria, qui de principe scribere aggrediuntur, conflant, *ut videre est apud Damhud. d. pag.* 227. *Lancelot. lib.* 1. *c.* 1. *c.* 1. *§.* 1. *de Imp. Cepoll. de Imper. Mart. Laudens. de princ. Franc. Patrit. de Regn. Lips. lib.* 1. *&* 2. *Polit. Boter. lib.* 2. *Polit. Illustr. Castellan. de offic. reg. per tot. Prilusf. comm. in Stat. Polon. lib.* 1. *cap.* 1. *art.* 1. *Hurault. libr.* 2. *des estats. Hippol. de princip. Machiavell. de princ. Sambuc. de legibus Imper. Iohan. Marian. lib.* 2. *Instit. Reg. Gregor. Tholos. de Republ. libr.* 8. 9. 10. 12. *Fridenreich. in Pol. à c.* 19. *ad c.* 26. *qui sc tamen communem errorem si quis confitetur.* &c. Nullam enim ferè prætermittunt virtutem, quam non peculiariter Regi attribuant, quod si verum est, & omnes illæ virtutes ex æquo ad Regem attinent, non magis licebit, verum sub Sole Regem invenire, quàm Oratorem Ciceronis, Architectum Vitruvii, aut Bonum virum Aristotelis. Hinc etiam evenit, ut, dum quæstio incidit, de tollendo Tyranno, multi non mali principes pro Tyrannis traducantur, quia

1. *Quàm variæ Regis virtutes recenseri solebant.*

2. *Quàm in uno principe invenire impossibile.*

3. *Discrimen Tyranni & Principis.*

3. *Discrimen Tyranni & Principis.*

neuter eorum rectè definitur, & qui à virtutibus, quas Regias vocant, desciscit, cum pessimis mortalium condemnatur, & regno indignus proclamatur, quem errorem prolixius hoc loco taxarem, nisi id quodammodo jam executus essem, *in tract. de Autor. princ. c. 4. à 2. usq; ad nu.* 11. Nicolaus enim Papa nimis præcipitanter Regem veraciter dici non posse definit, qui nullo salubri regimine corporis appetitus refrenat, sed lubrica enervatione magis illicitis ejus moribus cedit. *c. ult. 2. q.* 1 Per castitatem nemo Rex est, nec per scortationem, quisquam evadit Tyrannus, nisi omnes magnos Principes uno stylo perfodere & cum Tyrannis ad scalas Gemonias abjicere velis, Alexandrum, Augustum, Carolum M. & Poloniæ Regem Casimirum, qui nomē Magni promeritus fuit. Ideoque cum Simplic. *in Epict. Enchyr. cap.* 37. *Si magistratus officia negligant Principes, improbabimus illos, ut improbos, sed quod magistratus convenit, eis præstabimus, ut & Principatum ijs deferamus, & illis in rebus pareamus, quibus animus non læditur.*

4. *Essentialia distinguenda ab Accidentalibus.*

Ne verò, quæ illic disputata sunt, repetamus, aut communem errorem sequamur, essentialia distinguemus ab Accidentalibus. Nam & Hippocr. *in lib. de Medico*, requirit à Medico, corpus benè habitum, cultū mundum, comitatem gravitate temperatam, justitiæ & temperantiæ observantiam, quæ tamen ad essentiam Medici nemo retulerit, ita, ut qui his rebus destituatur, ex eo defectu minus catus doctusque censendus sit Medicus. Ne satis scitè quidem ille, qui precationes Medicas cum ederet, eas obtrudere voluit pro parte Medicinæ, quod medicina detur altrinsecus, & sine precibus nihil proficiat diligentia artificis. Precandum est Medico, & cuiq; in vocatione sua, cum impius non habeat benedictionem: sed pietas propterea non magis est pars cuiusq; artis aut operæ, quàm disciplinæ regiæ. Nam Dion. Prusens. quoque sic exorditur præcepta Regia: *Deos colant & venerentur, deinde homines curent, & ament, si & ipsi redamari cupiunt.* Rationem duplicem addit Aristot.

4. *Quare principi opera dāda religioni.*

5. Polit. c. 11. Nam & metuunt minus, ne quid injusti accipiant à talibus, si eum, qui præest, religiosum esse, Deorū curam existiment. Et minus insidiantur, ut Deos habenti socios. Consulit enim illic Aristot. Tyranno, quem, cum impossibile sit, quamdiu Tyrannus est, veræ pietati deditum esse, curare jubet res divinas, ut videatur esse, quod non est, quemadmodum Machiavell. *de princ. cap.* 8. suo principi satis esse putat, si religionem simulando, pietatis opinionem in animis subditorum sibi generet, de qua re agemus *inter remed. corrupt.* Sed Aristot. *dict. c.* 11. difficile esse addit, tam catè in scenam cum personata religione prodire, ne stulta simulatio deprehendatur, & Hurault *libr. 1. de Stat. seu Republ. c.* 15. funestam putat Principi fore incautæ fraudis detectionem. Ego verò, etiamsi pietatis simulatio hominum animos sibi devincire queat, & ea ratione Aristoteli videatur aliquid facere ad principis, qui simulat, incolumitatem, ea tamen omnia frustra prætexi video, quando divina adversatur providentia. Potissima enim causa, quare pij Principes salvi sint, consistit in manu divina, quemadmodum Livius *lib.* 1. cum dixisset cives religioni, exemplo Numæ Regis, fideliter operatos fuisse, *tam*, inquit, *finitimi populi, qui ante castra urbem positam in medio ad sollicitandam omnium pacem crediderant, in eam verecundiam adducti sunt, ut civitatem totam in cultum versam Deorum, violari ducerent nefas.* Cromerus *lib. 2. histor. Polon.* scribit, Pyasti regnum rebellioni non fuisse obnoxiū, *quod subditi timerent vindicem dexteram DEI, si quid in Regem tam pium committerent, quod esset vindicta dignum:* & Nicol. Gill. *in Ludovv. Sanct.* cum dixisset, quomodo Ludovvicus Sanctus simul in timore & amore subditorum fuerit, causam addit, quia Deum reverebatur. *Car ceux, qui craignent Dieu, sont de tous redoubtez.* Ideoque idem invitans filium Philippum, ut Reipubl. curam seriò suscipiat, felicitatē ob oculos ipsi ponit, quam destinavit Deus se timentibus, justeq; & piè officio suo defungentib. Omnibus quippe populis per Samuelem dictum est: *Si timueritis Dominum Deum vestrum, prosperseritis & vos & Rex vester. Si verò vocem ejus contempseritis, manū suam extendet super vos, &c. 1. Sam c.* 12. Abbo vetustus scriptor obsidionis Lutet. *li.* 2. huc alludens ait:

6. *Non simulat sed vera.*

Nec

Nec tua mens procurat oves Christo tibi missas.
Longum ille tuum forsan non curet honorem.

Qui jam *Curios simulant & Bacchanalia vivunt*, non tantū non promerentur benedictionem divinā, sed eò gravius judicium expectare habent, quo fraudulentius *ὑπόκρισι οὕτω* Dei ludos faciūt, & cum improbitate scatentem gerant animum, pij nihilominus & Religiosi videri cupiunt. *Vind. cautes*, ut ait Salvian. *de gubernat. Dei. lib. 1. in pr. improbissimis quaestibus nomen religionis, & praeferentes ad sordidissimas negotiationes titulum sanctitatis.* Est igitur pietas principi omninò necessaria, *tutissimumq; prabet contra injurias & hostes solatium*, si cum Antonino Philosoph. dicere queat: *Non sic Deos colimus, non sic vivimus, ut Cassius nos vinceret:* Vulcat. Gall. *in Avid. Cass. n. 4.* sed ad virtutes Regis essentiales propterea non pertinet, quia utilis est ad omnia, nec exigitur tantum à Rege, sed à quovis, qui vocationem suam prosperare cupit. Scriptum enim est: *Prov. 7. Fili honora Dominum, & valebis.*

7. *Religionem tamen propter necessariā esse dicitur, etiā essentiā regi.*

8. *Distinguitur virtus Regis à privata.*

Propterea Augusti. *in Epist. ad Bonifac. Comit.* distinguit inter virtutem, quae Regi competit, ut Regi, & quae Regi, ut homini. *In Psalmo*, ait, *dicitur: Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram; Servite Domino in timore, & exultate ei, cum tremore. Quomodo igitur Reges Domino serviunt in timore, nisi ea, quae contra Domini jussa fuerint, religiosa severitate prohibendo & plectendo? Aliter enim servit, quia homo est, aliter, quia Rex est. Quia homo, servit vivendo fideliter: Quia Rex est, servit, leges justa praecipientes, & contraria prohibentes, convenienti vigore sanciendo. c. Si Ecclesia, in fin. 23. q. 4. c. duo ista, Ead.* Sicut enim alia sunt peccata militis, quâ talis, alia, quâ civis, *l. in militibus. 13. Cod. de re milit. Polyb. libr. 6. Vopisc. in Aurel.* quibus opponuntur totidem virtutes: aut sicut distinguitur persona domestica à Decurione, *l. Item 6. in pr. quod cujusque univ.* avi à patre, *l. 15. §. qui duos. de adopt.* Abbatis à Sacerdote, *C. superiori 16 q. 1.* & in summa, persona quaevis per officium suum differt à seipsa: ita necessum est, Regem separemus à persona hominis. Quâ enim homo est, convenit cum omnib. qui sunt ejusdem speciei, & ad easdem tenetur virtutes, quas disciplina Moralis imperat omnibus hominibus, quasve ab omnib. exigit Lex divina. Quâ verò Rex est, ad peculiares obligatur virtutes, quas oportet fluere ex officio Regis, quia Rex est persona publica, & eâ praecisione nihil commune habet cum civibus. Regem verò suprà aestimavimus ex fine, quia regnum propter finē comparatum est. Ideoq; officium Regium consistet in ea virtute, quae ad finem ducit. Sic enim nautam rectè officio suo defunctum dicit Quintil. 2. *Inst. c. 12. & 14. si clavū rectum teneat*: Medicum Bruno Seidel. *in li. de morbis incurab. si nihil omiserit eorum, quae curando morbo faciant*: Oratorem Cicero. *si benè dixerit.* His enim viis singulae artes ad suum tendunt finem, quemadmodum & officium beati futuri hominis in actione secundum virtutes, collocat Aristót. Cum autem finis regni sit salus civium, officium & virtus Regis consistet in proba administratione Reipubl. id quod nemo rectius explicuit, quàm Maro, iis versibus, quibus Alexandro Severo Imperatori, cum parentis hortatu animum à Philosophia & Musica ad alias artes traduceret, imperium praesagitum memorat Lamprid. *in Alexand. Sever.* quosq; Iacobus M. Britanniae Rex, tanquam summam officij Regij concludentes, unicè commendat filio, *lib. 2. Inst. reg. in pr. & lib. 3. in fin.* ex libr. 6. *Aeneid.*

9 *Virtus Regis propria, unde petenda.*

10. *Scilicet ex proba administratione Reipub.*

Excudent alij spirantia mollius aera,
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt causas melius, coeliq; meatus:
Describent radio & surgētia sidera dicēt.
Tu regere imperio populos Romane memento,
(Hae tibi erunt artes) paciq; imponere morem,
Parcere subjectis & debellare superbos.

11. *Ex autoritate Virgilij.*

Imitatur Senec. pauculis admixtis, in ignoti scriptoris Octaviae, dū Neronem sic hortatur:

Consulere patriae, parcere afflictis, ferâ
Cade abstinere, tempus atq; irae dare,
Orbi quietem, seculo pacem suo,
Hac summa virtus, petitur hac coelū via.
Sic ille patriae primus Augustus parens

Complexus astra eſt, colitur & templis Deus.

12. *Studia artiū exotericarum in principe improbantur.*

Succinctius verò complexus eſt Virgilius imperium in genere, quod mox in pacem & bellum diſtribuit, hisque pauculis abſolvit, quæcunq; eſſentialiter pertinent ad officium principis. Nam quod Nero cuperet audiri bonus Cātor & mediá jam morte peremtus, exclamaret: *Quantus artifex pereo: Suet. in Neron. c.* 49 nec quicquam ægrius ſibi à vindice objici paſſus fuiſſet, quàm quod malus eſſet Citharædus, inſcitiam tantoperè laboratæ perfectæq; à ſe artis, ſibi exprobrari indignans rogitansq; ſubinde ſingulos, noſſentne quenquam præſtantiorem. *Id. ibid. c.* 41. quod Adrianus certamē indiceret Grammaticis, Rhetoribus, Pictoribus, Mathematicis, fabris & Poëtis, nec à quoquam ſuperatus videri vellet, *Dion. & Spartan. in Adria.* quod Commodus calices fingeret, ſaltaret, cantaret, ſibilaret, ſcurram deniq; & gladiatorem ſe perfectum oſtenderet, in his præcipuè artifex, quę ſtationis Imperatoriæ non erant. *Lamprid. in Comm. in pr. Herod. lib.* 1. quod alij laudem captarint ex agilitate corporis, morum venuſtate, verſutia forenſi, & ſi quæ ſunt his ſimilia, ea minora ſunt, quàm quibus animus principis occupari debeat. Demoſthenes ab Athenienſibus miſſus ad Philippum Macedonem, cum comites prædicarent Philippi *ſpeciem, eloquentiā & vim potandi*, magnas, inquit, *virtutes commemoratis, ſed qua potius decerent fœminas, Oratores & Spongias, quàm Regem.* Gallienum Imperatorem fuiſſe oratione, poëmate atq; omnibus artibus clarum, centumque Poëtas uno Epithalamio ſuperaſſe, negari non poteſt, ſed nihilo melior propterea extitit Imperator. *Nam aliud in Imperatore quæritur,* ait Trebell. Poll. *in Gall. aliud ab Oratore vel Poëta flagitatur.* Iohannes 12. (ſecundum computationem Platinæ) adeò excelluit doctrina, ut libros non paucos nec parvæ exiſtimationis tàm in Theologia, quàm Philoſophia ſcripſerit, ſed ad Pontificatum electus adeò obbrutuit, ut Iohanni Cajetano omnia adminiſtranda concredere cogeretur, ubi Platina ait: *Neſcio, quo pacto compertum eſt, ut viri quidam admodum literati ad res agendas parum idonei videantur. in Iohan.* 22. Plutarchus amplius dicit: *Principem toties ſibi exprobrare incuriam & negligentiam, quoties in rebus inutilibus artificium ſuum intuetur, quippe qui non tantum perdiderit, quod iis impenderit, tempus, ſed & Respubl. cui omnem operam debebat, injuria ſuffuratus fuerit:* id quod expreſſit Gallicus Seneca Mich. de Montaign. *libr. 1. des Eſſ. ch.* 39. *Que de paroiſtre ſi excellent en ces parties moins neceſſaires c'eſt produire contre ſoy le teſmoignage d'avoir mal diſpenſé ſon loyſir & l'eſtude, qui devoit eſtre employé a choſes plus neceſſaires & utiles.* Recte Pyrrhus, rogatus in convivio *Utrum Antigenides aut Satyrus melior eſſet Tibicen: Mihi ſanè,* inquit, *præſtare videtur Dux Pelyſerchon odidei smai*, ut addit ille, qui hæc narrat: [illegible]. Nam, ut idem Mont. *lib. 1 c.* 50 ait: *La precellence rare, & au deſſus du commun, meſſied à un homme d'honneur en choſe frivole.* Alexandrum reprehendebat pater, *quod caneret fidibus*, Appium Claudium Macrobius, *quod pro gloria obtinuerit, quod inter collegas,* (Fabius enim erat) *optimè ſaltaret*, quo nomine & Semproniam inſectatus dicitur Saluſtius, *quod pſalleret, ſaltaret elegātius, quàm probam deceret. Macr. 2. Saturn. c.* 10. Antiſthenes Iſmeniam imbellē & ignavum virum eſſe oportere dixit, quod ſe bonum tibicinem jactitaret. Periclem vel eo nomine publica fama traductum fuiſſe refert Plutarch. *in Pericl.* quod cum Sophiſtis domi non ſecus ac ſi de aris & focis ageretur, certare ſolitus fuiſſet. Iphicratem pluribus riſui fuiſſe idem teſtatur *in lib. de præcept. regen. Respubl. quod, domi multis præſentibus magnâ contentione declamitans, Orator bellus videri vellet, cum tamen, etſi fuiſſet, quod minimè erat, Orator magnus, contentus gloria bellica, de ſchola cedere Sophiſtis debuiſſet.* Multò igitur magis reprehenſionem merentur Nero, Adrianus, Commodus, Gallienus, qui ex rebus multò minutioribus lauream aucupati ſunt, & in ſtudiis à Repub. alienis ætatem conſumſerunt. Antoninus Geta ſolebat Grammaticos fatigare his quæſtionibus, *utrum rectè dicerentur agni balare, porcelli grunnire, palumbes minurrire, urſi ſævire, leones rugire, leopardi rictare,*

13. *Principem studiis a Resp. alienis nimis occupatum fi... contemptum facit... Rempubl. ac ...*

rictare, Elephantes barrire, ranæ coaxare, equi hinnire, asini rudere, tauri mugire, &c. *AEl. Spart. in Geta.* Sed Cæsar noluit in urbana facundia accipere, nisi secundas, *quod sibi in bellica gloria primas deberi, in forensi secundas sufficere diceret. Plutarch. in Cæs.*

14\. *Aliud decet principem, aliud alios.* Aliud enim principem, aliud alios decet. Cum Darius Alexandro præter nuptias filiæ offerret medium suarum provinciarum partem, Parmenio ad Alexandrum, *Acciperem,* inquiebat, *si essem Alexander,* cui Alexander: *Et ego, si essem Parmenio. Valer. lib. 6. c. 4. Curt. lib. 4. Plut. in Alex. Arrian. lib. 2.* Callicratidas classium præfectus à Lysandri amicis sollicitatus, ut sineret unum ex inimicorum numero interficere, & acciperet quinquaginta talenta, & Cleander, qui erat illi à consiliis, diceret, *Accepissem, si fuissem Callicratidas, Et ego,* inquit, *si fuissem Cleander. Plutarch. in Apophr.* Sint igitur alij Astrologi, sint Philosophi, Oratores, Poëtæ: Majus est & excelsius, quod à principe expetitur. Emineant privatis virtutibus privati, Regem nihil tàm commendat, quàm proba Reipub. administratio, & quæ sub hac continentur, & ad eam essentialiter pertinent, virtutes. Vt gubernatori cursus secundus: ita principi beata civium vita proposita est.

15\. *Quæ virtus Regis? quod vitium Tyranni?* Vnde sequitur, à regia via eum demum aberrare & Tyrannum fieri, non qui scortatur, in privatas familias sævit, vectigalia duriter extorquet, legem Majestatis severe exercet, aut literas odit, sed qui curam boni publici invertit, & quicquid meditatur aut agit, ad eversionem Reip. & salutis civium machinatur. Rex enim & Tyrannus opponuntur, ut virtus & vitium, ideoque circa idem versantur, *ut in d. tractat. de Autor. princ. c. 4. prolixius disputavimus.* Sicut verò vitiosus non evadit, qui caret virtute, sed qui habitum induit virtuti contrarium: ita nec Tyrannis asscribendus est, qui præ vecordia, aut sine malitia, publicum bonum segnius tractat, quemadmodum Childericum, Carolum Crassum, Carolum Simplicem, deseruerunt Galli, quia tantæ potestati non erant sufficientes, aut utiles, ut scribit Hildebrandus *in Epist. ad Episc. Metens.* Sit enim, qui Rempub. negligit, vecors, qui in vitiis se volutat, improbus princeps: Tyrannus non evadit prius, quàm dedita opera pernitiem moliatur toti Reipub. quemadmodum Rex non est, nisi qui saluti totius Reipub. paterna sollicitudine prospicit.

Constat ex iis, quæ diximus, virtutes Morales nihil attinere ad essentiam officij Regij, nec tamen propterea bonus Rex iis carere potest, quia idem est bonus vir, & quantum dignitate, tantum & perfectione superat cæteros, quos sibi subjectos habet, mortales. 8. *Eth. c. 10. 3. Polit. c. 13. in fin. 5. Polit. c. 10.* Sponte enim deterioribus nos non subjicimus, 3. *Polit. c. 13. 7 Polit. cap. 3. & 14.* 16. *Qua de causa Regē conveniat studere virtutibus moralibus.*

Non tantum igitur, quatenus bonus vir virtutibus operam dare tenetur Rex, perinde ut quivis ex civibus, sed iis etiam excellere, idque quatuor potissimùm de causis, præcipua est, quia proponitur subditis, quasi speculum, unde, quas imitentur & moribus efforment, imagines depromunt, tales futuri, quales eos fecerit Idæa principis. *Quales sunt præfecti, tales ut plurimum evadunt, qui sub ipsis sunt. Xenoph. 8. Cyrop. in fin.* 17. *Nimirum ut exemplo suo cives ad bene vivendum invitet.*

Scilicet in vulgus manant exempla regentum,
Vtque Ducum lituos, sic mores castra sequuntur.

Item: *Castra simillima Regi. Papin. lib. 4. Theb.* & *Componitur orbis*
Regis ad exemplum: Nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentum. 18. *Vita principis regula est & exemplum subditis.*

Claudian. de 4. consul. Hon. Causam hanc aperit Evagr. *lib. 3. hist. Eccles. c. 1.* dum jubet Imperatorem seipsum ante omnia regere, *ut vita eius sit tanquam imago, quam imitentur subjecti,* & Ludovvicus S. filium jubet pietati studere, *ut à DEO felicitetur, & subditos ad imitationem invitet. Carles Rois, princes, perlats sont comparez au Soleil, par lequel toutes choses sont enluminees. Car tous leurs subjects ont regard à leurs faicts & dicts, & quand ils les voyent de bon Zele & de bonnes moeurs; celà les incline à bien faire. Nicol. Gill. in Ludovic. IX. Nullam vestem adeò præparatã ad colorem, nec tam idoneam ad odorem recipiendam esse,* dicit Nazianzenus *in quod. orat.* *neque tàm pesti-*

 lentem

lentem ullum halitum in aere diffundi, cujus contagione animantes inficiantur, quàm soleat celeriter principum virorum pravitate atque vitiis compleri vulgus. Quò enim ad *altiorem quisque honorum gradum extenditur, magis in exemplum spectantibus patet. Quintil. decl.* 3. Inter Epicteti sententias Stob. refert etiam hanc: *Ut in portub. lyra paucis sarmentis magnā edentes flammam, errantibus in mari navibus multum afferunt adjumenti: Sic vir illustris in urbe afflicta, si ipse paucis sit contentus, magna beneficia confert in cives suos.* Prolixè Cicero *lib.* 3. *de ll. Non tantum malum est, peccare principes, quanquam est magnum hoc per se malum, quantum illud, quod permulti imitatores principum existunt. Nam qualescunque summi civitatis viri fuerint, talem civitatem esse solere, & quacunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo exstere. Quo perniciosius de Repub. merentur vitiosi principes, quod non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem, neque solùm obsunt, quod illi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo quàm peccato nocent.* Idem *in Epist. ad Lentul.* repetit Platonis sententiam: *Quales sunt in Rep. Principes, tales in ea solere esse cives,* quod vulgò dicimus: *Qualis Rex, talis grex.* Antigonus Rex *in literis ad Zenon.* Οἷος ἂν ὁ ἡγούμενος ᾖ, τοιούτους εἰκὸς ὡς ἐπιπολὺ γίγνεσθαι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους, in quam rem plura coacervata reperies apud Ian. Gruter. *in discurs. super illud Tacit. ex* 3. *Annal. Obsequium inde in principē & amulandi amor validior, quàm pœna ex legibus & metus.* Calo Iohannes Imperat. *in orat. exhort.* idem filiis ob oculos producit: *Ut principis mores sunt, ita res ferè administrantur, utpote à quo pendeant, qui si ignavus sit, ruunt in deterius, sin bonus est & strenuus, eriguntur & florent. Nicet. lib.* 1. *Arma. Calo Ioh.* Ecclesiasticus *c.* 10. *Secundum judicem populi,* ait, *sic & ministri ejus, & qualis est Rector civitatis, tales & inhabitantes in ea.* Antigonus Macedonū Rex *in epist. ad Zenon. in fin. apud Laert. in Zen. Cujusmodi fuerit Dux, ut plurimum subditos fieri necesse est,* quam sententiam paulò ante retulimus. Salvian. *lib.* 7. *de Provident. DEI. Cum etiam boni atque honesti patresfamil. ac famulos bonos facere non possint, quoniam illi putamus fuisse labem familiarum, ubi Domini erant impuritatis exemplum. Domini enim labes contagione quadam solet totam incendere familiam,* ut Cicer. ait: *lib.* 5. *Epist. ad Attic.* ὁποία ἡ δέσποινα, τοῖαι καὶ προσπολίδες, & notum est illud Terentij *in Eunuch. Domini similis es.* Euripidis versū *in Alcmaeon.* affert Stob. *serm.* 60.

19. *Summa magis in exemplum patent.*

Μιμεῖ τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσον.

Discunt enim minores, quæ vident vel Majoribus laudi dari, vel in delitiis esse, &

20. *Cur principes soleant subditi imitari.*

A bove majori discit arare minor.

Quis nam te, ait Apul. *ad Proconsulē, in Florid, mihi. p.* 569. *nō amet discere, quanā moderatione obtineri queat, ista gravitas jucūda, mitis austeritas, placida cōstantia, blandusque vigor animi.* Tū etiā *Flexibiles,* ut ait Plin. *in Panag. quamcunque in partem a principe, atque ut ita dicā, sequaces sumus. Huic enim chari, huic probati esse cupimus.* Et Lactant. *Mores & vitta Regis imitari genus obsequij judicatur, lib.* 5. *c.* 6. Mecæn. *in orat. ad Aug. Ea ages, qua praefectos agere velis. Id enim facilius eos officium docebis, quam metus legum, cum alterum imitatione constet, alterum timore: ac facilius meliora imitentur homines, cum ea in reipsa conspiciunt, quàm pejora, vitent verbis ea prohibita audientes. Dion. lib.* 52. Denique, cū principis opera ut plurimum reprehensione vacare nobis persuadeamus, in ejus, dicente Livio *lib.* 1. velut unici exempli, mores nos formamus. *An tu,* ait Apul. *in Apol* ad adversarium, *audes dicere, malè id fieri, quod Imperator, & Divus, & Censor Adrianus fecit, & factum memoria reliquit?* C. Caligula, cum Pisoni uxorē abduxisset, objurgatus à civibus, dixit, *matrimon. ū sibi repertū exemplo Romuli & Augusti, Suet. in Cal. c.* 25. nec Victor aut Pomp. Læt, *utcrque in Vit. Diocl.* injusta Diocletiani aliter excusant, quam quod idē in Nerone, Tiberio ac Iulia filia Augustus fecisset. Nec facilius ad parsimoniā ducuntur subditi, quā si initiū de seipso faciat princeps, ut *in c. de Censor.* demonstramus, & Tiberius, ut parsimoniam publicam exemplo juvaret, solemnibus ipse cœnis, pridiana sæpe ac semesa obsonia apposuit, dimidiatumque aprum

21. *Exemplis facilius moveri, & reformari mores hominū, quàm praeceptis & legibus.*

siprum, affirmans, *Omnia eadem habere, quæ totum. Sueton. in Tib. c.* 34. Ludovvicus XI. rex Gall. & Carolus V. Imperator abhorre bant luxum vestium, quo Franciscus I. rex Gall. valdè sibi placebat, inde factũ, ut eandem modestiam sub Ludovvico induerent subditi, & sub Francisco ad solitum fastum redirent. *Mich. de Mont l. b 1 des Essais. c.* 43. *Hurault lib. 1. des Estats. ch.* 15. Idem Franciscus I. quod sapientum studiosus esset, literas è longo veterno in Galliis resuscitavit, cunctis eò tendentibus, quò Regem vergere, & tendentibus præmia dicasse videbant. *Bellaj. in comment. Vita Francisc. II. Anom: in pr. Mich. de Montaig. lib. 2. c.* 21. Agesilaus rogatus, quare adulta hieme sine tunica incederet? respondit, *ut juvenes imitentur, habentes & Senis & Principis exemplum. Plutarch. in Apophth.* Agis, ad primam æqualitatem reducturum luxuriam Lacedæmoniorum, primus bona sua omnia in forũ contulit, amicosq. & agnatos ut idem facerent induxit. *Plutarch. in Agid.* Mox cum Cleomenes idẽ tentasset & opes privatas in medium statuisset, *Regem*, ait Plut. *in Cleomen. cives universi secuti sunt.* Apud Rom. cum publicum primum stipendium inopia militum exigeret, ejusq; supplendi gratiâ ad tributi indictionem deveniendum esset, vetantibus tribunis pl. auxilioque se futuros edicentibus, si quis conferret, patribus verò bene cœptam rem perseveranter tuentibus, primisq; speciosa collatione æs grave plaustris ad ærarium convehentibus, *Cum Senatus*, ait Livius, *summa fide ex censu contulisset, primores pl. nobilium amici, ex composito conferre incipiunt, quos cum & à patribus collaudari, & à militari ætate tanquam bonos cives conspici vulgus hominum videt, repentè spreto tribunitio auxilio, certamen conferendi est ortum lib.* 4. Cum secundum bellum Punicum Ærarium vehementer depauperasset, nec spei quicquam in publico superesset, nisi privatæ opulentiæ supplerent lacunam publicam, Lævinus Consul. Magistratus Senatui, Senatus populo sicut honorẽ præstet, ita ad omnia, quæ dura atq; aspera essent, subeunda ducẽ debere esse dixit. *Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos, si ipse juris statueris, facilius omnes* [illegible] *obedientes habeas: nec impensa gravis est, cum ex ea plus, quam pro virili parte sibi capere quemq; principum vident. Motis hoc oratione Consulis, pro se quisq; aurũ, argentum, & æs in publicum conferre ceperunt, tanto certamine injecto, ut prima inter primos nomina sua vellent in tabulis publicis esse, ut nec triumviri accipiendo, nec Scriba referendo sufficerent. Hunc consensum Senatus equester ordo est secutus, equestris ordinis plebs. Ita sine edicto, sine cohortatione magistratus, nec remige in supplementũ, nec stipendio Resp. eguit Liv.* 26. id quod brevius, sed in eundẽ sensum retulit Florus *lib.* 2. *c.* 6. *Eques Senatus exemplum, imitataq; Equitem tribus: Deniq; vix suffecere tabulæ, vix scribarum manus, cum privatæ opes in publicum deferrentur.* Tantum potuit exemplum, cujus Salvian. *lib.* 5. *gubernat. Dei* admonet divites: *Estote ergo vos divites primi in conferendo, qui estis primi in decernendo. Estote primi in largitate rerũ, qui primi estis in liberalitate verborũ. Seducti quippe magistratibus*, ait Hierony *com. in c.* 2. *Daniel. subditi populi majorũ exemplo pereunt. Scipio Nasica in capitolio Portic. u. & alibi duas amplissimas Metellus Macedonicus, tum in circo Cn. Octavius multò amanissimã molite erant. Mox*, ait Platere. *lib.* 2. *in pr. publicam magnificentiã secuta privata luxuria est.* Rectè enim inconsultum vocat SCtum Lacedæm. Plutarchus, quo pecuniam in publico ærario coacervari patiebantur, dummodo in privatas possessiones non deduceretur. Nã qui potuisset contemni privatim, quod tanti fieri videbant publicè? aut quomodo inutile credi familiis, quod utile putabatur rebus publicis? *Plut. in Lysand.* Cum prætor Epiri indecentius Comœdo cuidam favisset, eaq; de re publicè convitio jactatus fuisset, Idque Epictero renunciasset, & convitiatoribus succenseret: *Et quidam*, inquit ille, *mali fecerunt? Faverunt isti ut & tu. Cum autem ille diceret, Itane quisqua favet? Cũ te, inquit, magistratum suum viderent Cæsaris amicũ & procuratorẽ ita favere, annon favere & ipsi debuerunt? Nã si non ita favendum est, ne tu quidẽ faveto. Sin est favẽdũ; quid illis succenses, te imitatis? Quos enim vulgus imitari præterquam vos proceres potest?*

22. *Luxum Publ. redundare in domos privatas.*

Thea-

Theatrum ingressi quos intueantur præter vos? Vide, quemadmodum Cæsaris procurator spectet? Vociferatur, vociferabor & ipse. Exsilit, exsiliam & ipse. Sciendum ergo tibi est, ait Arrian. Epict. *cum theatrum ingrederis, te tanquam regulam ingredi, & exemplum cæterorum, quo pacto spectare debeant? lib.3. Enchir.c.4.*

23\. Nam eò devenerunt *imitatores, servum pecus*, ut non tantum, serios sed & ludicros principis mores ad imitationem rapuerint. Inventi sunt ex ipsis Regibus, qui perinde & incedere, & loqui affectabant, ut Alexander M. fingentes sc. vocem acutam: & inflectentes cervicem. *Plut. in Pyrrh.* Quia Sabinæ Poppææ crines à Nerone laudabantur, matronæ omnes Romanæ eundem colorem imitatæ sunt. Cum sumtuosis vestibus uteretur Franciscus I. rex Galliæ, regem aula, aulam cæteri secuti sunt. *Car le reste de la France*, ait Montaig. *prend pour reigle, la reigle de la Cour, lib. 1, Ess. c.* 43. Imò non Galli tantum exemplum ab aula capiunt, quod imitentur, sed omnes omninò populi. Numæ religio in tota civitate excitavit curam devotionis: *Liv. lib.* 1 Cæsaris frugalitas & audacia eandem disciplinam induxit militibus. *Valer. Max. libr.* 3.

Etiam vitia principum imitari subditos.

24\. *c. 2.* Nam cum Imperatorem nudo capite peditem præire, & rapa in gregali hospitio sine fastidio esitare viderent, turpe sibi putabant, deteriore loco videre principē, quàm seipsos, quâ arte & Hannibalem, militem non tantum ad omnes injurias obdurasse, sed etiam sibi valdè devinxisse, rememorat, *Liv. lib.* 20. Augustus, cum publicis operibus extruendis curam diligentem impenderet, cæteris principibus stimulum subdidit, ut pro facultate quisque monumentis vel novis, vel refectis & excultis urbē adornarent. *Sueton. in Aug. c.* 29. Seneca, cum dixisset Neronem ipsum declamasse, subdit: *Quare magno studio hominibus injecto, magna etiam Professorum ac Doctorum prostuxit copia, adeoq; floruit, ut nonnulli ex infima fortuna, in senatorium ordinem, atq; ad summos honores processerint. lib. decl. Rhetor.* 1. A. Antoninus, *solus Imperatorum non verbis aut decretorum scientia, sed gravitate morum, vitaq; continentia studium sapientiæ usurpavit. Quo factum, ut magnum sapientum virorum proventum ætas illa excitarit*, ait Herod. *in M. Ant. Philos. Solent enim plerunque homines vitam principis imitari.* Nam & Dionysius Siracusanus arcem urbemque incendii studio sapientiæ, cum ipse Platonem accerseret, ejusque doctrinæ cupidus autor videri vellet. Nō prius avidiusve recepit literas Francia, quam eas inferret Carolus M. & Ludovvicus Pius, *Bellef. in Ludovv. & Car* nec sepultas citius ex situ retraxit, quam Carolus Sapiens, *Gill. in Car. V.* & post Franciscus I. viros doctos literatosve in honore habere cepissent. *Bodin. in Meth. histor.* Studium juris & in Italia & Germania tam diu delituit, donec Lotharius Imperator illud ad pulpita & forum revocaret. *Car. & Peuc. lib. 4. Chron.* Cum Iosina rex Scotorum Medicinam magni faceret, quò quis illustrior haberi voluit, eò impensius huic arti operam dedit. *Buchan. lib.* 4. Cum Matthias rex Vngar. & ipse ad miraculum doctus esset & doctos in pretio haberet, nunquam Poëtarum, Oratorum, Philosophorum major in Vngariam affluxus fuit, *teste Gal. Martio in dict. fact. Matth.* Nec facilius religio in Rempub. inducitur, quam si eam diligenter colant principes. Chilperico baptisato, omnis ferè Francia, certè exercitus universi principis pietatem secuti sunt. *L' invent. de Franc. lib.* 1. Cum Ludovvicus Pius in sola Aquitania ultra 26. monasteria excitasset, *Hoc ejus exemplū*, ait autor Coætan. *in vit. Ludov. pij non modò Episcopi multi, sed & Laici quam plurimi æmulati, collapsa restaurabant & nova monasteria certabant instituere.* Cum Casimirus I. rex Polon. eandem semitam præiret, & domicilia Monialibus hinc inde donaret, & nobilissimos quosque ad laudabile certamen provocavit. *Cromer. lib.* 6.

Quæ cum ita sint, & subditi tàm facilè transeant in mores principum, optimè de Augusto scripsis Patercul. *Facere rectè cives suos Princeps optimus faciendo docet: cumq; sit imperio maximus, exemplo major est.* ejusque rei tàm Agrippa, quàm Mecænas Imperatorem admonent, dum ille ait: *Mores Principis legem vita sua omnes faciunt: Dion. lib.* 52. hic prolixius: *Ea age, quæ præfectos agere velis*, & cætera, quæ 25.

De eodem.

paulò

paulò ante adduximus. *Ibid.* De Nerone Præceptor. *Tradetur ista animi tui mansuetudo, diffundetur paulatim per omne imperij corpus, & cuncta in similitudinem tui formabuntur. A capite bona valetudo. Inde omnia vegeta sunt, atq; erecta, aut languore demissa, prout animus eorum viget aut marcet. Et in totum orbem recti mores revertentur.* 2. *de Clem.* c. 2. Adde Cassiod. *lib.* 3. *Epist.* 12. *Publici decoris mater est mens regentis, & quale fuerit dominantis arbitrium, talem parit libertatis aspectum. Facilius est, quippe, si dicere fas est, errare naturam, quam dissimilem sui princeps formare possit Rempub.* Ante omnes Plato *lib.*
26. *Principes quicquid agant præcipere videri.* 4. *de legib.* nulla ex re, vel citius vel facilius quicquam in Repub. immutatum iri dicit, quam principũ exemplo præeunte. *Ea enim est conditio principum, ut quicquid faciant, præcipere videantur.* Quint. *lib.* 4. *declam.* Vnde rectè Senec. *in Thyest.*

Rex velit honesta, nemo non eadem volet.

Vitam quippe Principis literis Typographorum comparat Scip. Ammirat. *libr.* 13. *discurs. in Tacit.* c. 2. quæ per chartas se multiplicant in infinitum. Ita enim ipsa se in civitatem totam effundit, nec ullam *disciplinam præstantiorem esse*, scribit Cicero, *eâ, quæ imitatione fit*, Cic. *ad Lentul. lib.* 1. *Epist.* 5. Isocrat. *in orat. ad Nicocl. Qui privatos homines*, inquit, *instituunt, hi solis illis prosunt*: εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέρους ἂν ὠφελήσειε, καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῖς ὄντας. Item Antigonus Zenonem, ad se invitans properare jubet, & cogitare, διότι οὐχ ἑνὸς βασιλέως παιδευτὴς ἔσῃ, πάντων δὲ Μακεδόνων συλλήβδην. *Laërt. in Zenon.* Paulò diversa sed non minus eleganti Metaphora dixit Plutarch. corruptores principum, venenum non in unum aliquem injicere calicem, sed in fontem publicum. & quo universos uti norint. *in lib. Philos. versand. cum princ.* Ideoque, cum languescente capite reliquum corpus curari nequeat, *c. sicut.* 2. *q.* 7. *c. ex merito.* 6. *q.* 1. excisurus populi vitia princeps, memor debet esse illius, quod *Caritas ordinata incipiat à seipsa.* & ex hac causa ad omnes eas virtutes se componere tenetur, quas cupit elucescere in Repub. *c. denique dist.* 4. Quod nisi faciat, eò gravius expectare habet supplicium, quo pluribus peccandi fenestram aperit, siquidem dicente Hilario, *majori reatu delinquit, qui potiori honore fruitur, & graviora facit vitia peccatorum, sublimitas peccantium. c. nulli fas. in fi.* 25. *q.* 1. Quò enim in exemplum culpa latius extenditur, eò evadit gravior, *c. nemo.* 27. *Principem gravius multo peccare quam privatum.*
ubi gl. dist. 83. & duriori supplicio peccantem reddit obnoxium, prout ad Lotharium regem scripsit Nicolaus *in c. præcipue* 11. *q.* 3. & Sapientiæ decreto, *Potentes potẽter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus. Sapient. c.* 6. *Deteriores quippe sunt, qui vitam moresq; bonorum corrumpunt, iis, qui substantias aliorum prædiaq; diripiunt*, ut ait Gregorius, *c. Ex merito.* 6. *q.* 1. aut Anacletus *c. deteriores in pr.* *Eod.* aut Antherius *c. facta* 9. *q.* 3. Ideoque *major honor majori subjacet infamia. l. presbyteri* 8. *in fi. C. de Episcop. & Cler.* quo argumento conclusum est contra reginam Vasthi, ut ignominiosè demitteretur, *ne fastus ejus à reliquis mulieribus traheretur in consequentiam. Esth. c.* 1. Et Cic. *in* 2. *de ll.* veram causam legi annexuit, dum ait: *Magistratuum ordo vitio careto: Cæteris specimen esto.*

Altera causa, quæ ad excellentiam honestissimæ vitæ, principes provocare debet, de- 28. *Principes, qui judicaturi sunt alios, debent crimine vacare.*
sumitur ex officio Regio. Regũ enim officiũ proprium est, facere judiciũ atq; justitiam, *c. Reg.* 23. *q.* 5. & in eum finem ab initio poposcisse Reges populum, ex Aristot. & Cicer. & Hesiod. paulò ante diximus. Qui verò totus in criminibus jacet, quâ conscientia autoritateq; damnabit in aliis, quæ ipse facit? *Nihil pulchrius in fastigio collocatis, quàm multarum rerum veniam dare, nullius petere. Senec. c.* 4 *cons. ad Marc. Non potest*, ait Cicero, *exercitum continere Imperator, qui seipsum, non continet: neq; severus esse in judicando, qui alios in se severos judices esse non vult. pro l. Manil.* Nam *dum alios judicat, seipsum in ruborẽ agit, c. judicet.* 3. *q.* 7. & conscientia suorum factorum à severitate justa retrahitur. Augustus Imperator adducto ad se adolescente, qui duxerat in uxorem eam, cum quâ adulterium commiserat, eóq; graviter accusato, in dubitationem venit, quod neq; auderet id facimus contemnere,

neq; in adolescentem animadvertere, quod ipse Liviam, vivo marito abduxisset, & cum multis consuetudinem thori haberet. Tamen ita respondit: *Seditiones nobis attulerunt multa & gravia incommoda, quae recordari non est necesse, quare provideamus in posterum, ne quid hujusmodi committatur. Xiphil. in D. Oct. Aug.* Neque enim autoritatem habere potest sententia ejus, cui idem exprobratur, quod ab ipso condemnatur, quia *cujus vita despicitur, restat ut ejus praedicatio contemnatur. c. Arcentur. vers. fin. 3. q. 7.* Christus hac objurgatione abegit Pharisaeos à condemnatione adulterae. *Ioh. 8.* eum, qui sine peccato se esse sciret, primum in illam lapidem projicere juberet. *Ad aliena*, ait Gregorius, *peccata puniendabant, & sua relinquebant: Revocantur igitur intus ad conscientiam, ut prius propria corrigant, & tunc aliena reprehēdant. Nam mundos per ultionē venire oportet, qui aliorum vitia corrigere festinant. c. qui sine c. postulatus. c. Sacerdos 3. q. 7.* D. Paulus inexcusabilem dicit fore hominem, qui judicat. *In quo enim*, inquit, *alterum judicas, teipsum condemnas. Eadem enim agis, qua judicas. Rom. 7.* quam sententiam huc advocat Salvian. *lib. 4. gubern. DEI.* & sic explicat: *Iniqui & pravi sumus: aliis severissimi, nobis indulgentissimi: aliis asperi, nobis remissi. In eodem crimine punimus alios, nos absolvimus. Intolerabilis prorsus & incontumacia & praesumtionis: nec agnoscere volumus in nobis reatum, & audemus de aliis usurpare judicium. Quid esse injustius nobis, aut quid perversius potest. Idipsum scelus in nobis probabile esse dicimus, quod in aliis si verissimè vindicamus.* Nec quicquā putat turpius Epictetus, *apud Stobaum*, quàm judicem judicari ab alio: & omnes paratum habemus vitioso judicij opprobrium: *Iudicandus ne me judices*, aut *Fures majores suspendere minores*, quam turpitudinē, justumq; opprobriū ut devitet princeps, utq; sine rubore in aliorū delicta advertere queat, ab omni crimine se procul tenere debet, nec ante reprehendendo judicare, quàm ad conscientiā suam humiliter reversus, digito eā discretionis solerter exsculpserit, & quid in ea conditori placeat, quidve displiceat, examinatione diremerit, juxta illud Apostoli *Fratres, si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. &c. Galat. 6. Qui sine peccato est vestrū id est, primò vos ipsi justitiam legis implere, & sic innocentes manibus ad lapidandam ream concurrite, c. Postulatus 3. q. 7.* Nam si jura crimine infames homines abigunt à dicendis testimoniis. *c. ad testimonium. de testib. c. omnipotens. de accusat. Lanfranc. in c. quoniā contra. verb. testium depositiones. n. 129. de probat.* quantò indigniius ad ea, quae sunt majoris momenti, extollentur, & integritatem vitae imperabunt omnibus, ipsi ab omni integritate alieni, non secus ac Pharisaei onera gravia & importabilia ejiciebāt in humeros aliorū, quae ipsi digito movere nolebāt. *Luc. c. 11. Matt. c. 23.*

Tertiam causam proponit Tiberius *apud Tacit. 4. Annal.* dum ait: *Caeteris mortalibus in eo stant consilia, quid sibi conducere putent: Principum diversa sors est, quibus est praecipua rerum ad famam dirigenda.* Seu ut ait Sen. *1. de Clem. c. 15. Principes multa debent etiam famae dare, quam liberrimum principum judicem vocat. c. 2. in fin. Consol. ad Marc.* Privatis enim hominibus licet peccare in occulto. Principum peccata non magis latere sciunt, quàm solis splendor. *Qui demissi in obscuro vitam agunt*, ait Caesar *apud Salust. si quid iracundiâ deliquêre, pauci sciunt, fama atq; fortuna eorum pares sunt. Qui magno imperio praediti in excelso aetatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere.* Nā ut ait Sen. *1. de Clem. Omnia facta dictaq; principis rumor excipit: nec magis ei, quam Soli, latere contingit. Alia conditio est eorum, qui in turba, quam non excedunt, latent, quorum virtutes, ut appareant, diu luctatur, & vitia tenebras habent. Vestra d. cta facta q; rumor excipit, & ideo nullū magis cavendum est, qualem famam habeant, quam, qui qualemcunq; meruer.nt, magnam habituri sint. Quam multa principi non licent, quae nobis ejus beneficio licent? Possum in qualibet urbis partē incedere solus sine timore, quamvis nullus sequatur comes, nullus sit domi, nullus ad latus gladius, tibi in pace tua armato vivendum. Aberrare à fortuna tua non potes: Obsidet te, & quocunq; descendis, magno apparatu*

Margin notes:
19. [illegible] condemnent.
20. Aut sententiam [illegible]
31. Si injusti homines arcentur à testimonio, multo magis arcendi sunt à iudicio.
32. Principum vitia magis esse exposita infamiae, quam civium.

ratiu sequitur. Senec. 1. de Clem. cap. 8. Tiberius, qui ab initio sciverat, quā pateant famæ gesta principis, indulturus genio suo liberè, in insulam se recepit, & secret. licentiam nactus, quasiq; à civitatis oculis remotus, cuncta simul vitia, malè diu dissimulata, tandem profudit. Nec tamen ne sic quidē satis scitè latuit, quin omnia palàm fierent, & ex vitiis, quibus indulgebat, pro Tiberio, Biberius, pro Claudio, Claudius, pro Nerone, Merodi- ceretur. Nō texit secessus Capreēsis Spintrias & pisciculos, & cætera libidinis irritamenta, quin, quæ ipse in solitudine factitaret, histriones publicis theatris, & imitarentur, & exprobrarent. Suet. in Tiber. c. 42. & seqq. Nec causa erat, cur Nero miraretur, quonā modo noctiū suarū ingenia adeò notescerent, cum C. Petronius mori à Nerone jussus, flagitia principis sub nominibus exoletorum fœminarumq; & novitate cujusq; stupri perscripserit, atq; obsignata ipsi miserit. Tacit. 16. An. n. 5. D. quoq; Augusti secreta cæna in fabulis fuit, Suet. in August. & vinum Cimonis Athenienses, Romani somnum Scipionis culparunt, & Pompejo Magno, quantumvis superstitiosè vel minimam suspitionem defugienti, ut refert Plut. in Pomp. in pr. inimici vitio verterunt, quod caput uno digito scaberet. Lucullus malè audiebat, quod cœnaret sumtuosius, Pericles, quod philosopharetur nimium, Plutarchus in lib. Philosopho esse versand. cū princ. & in li. ad princ. indoct. Frugalitas in victu & in sumtibus faciendis parsimonia Galbæ, imperium adepto, tanquam sordes, vitio data est. Ea enim ivanis opinio modestiā ejus temperantiamq; consequebatur, ait Plutarch. in Galb. in pr. Vsq; adeò principibus non tantum de publicè dictis factisque reddenda ratio, sed & in vitam eorum inquiritur, & cubile, & matrimoniū, & quicquid ferij jocive agunt. Plutarch. in lib. de ger. Repub. Imò non inquiritur tantum, sed & si vel minimum transversim aberrint, ad omnes diras abripiuntur, sive quia, perfectorum vel levibus vitiis non ignoscimus, ut ait Apul. in Flor. mihi pag. 565. sive quia dicente Plutarch. in lib. de ger. Rep. sicut in facie lens & verruca molestius feruntur & turpiores apparent, quàm reliqua corporis macula: ita peccata principum in- urgent cum personis, & ut levia sint, graviatamen fiunt ob magnitudinem peccantis. Nam

Omne animi vitiū tantò conspectius in se
Crimen habet, quanto major, qui peccat habetur.

Proinde Senec. 1. de Clem. c. 18. Regum & injuria latius patet, & infamia atq; odium seculis traditur. Quantò autē non nasci melius fuit, quàm numerari inter publico malo natos? Cū igitur principes vivere debeant, quasi in propatulo, & ob leviculos nævos magnā cogantur sustinere invidiā, ita vitam cōponere debent, quasi omnibus rationem reddituri, Multa tibi nō licent, ait Seneca ad Polyb. in consol. c. 26. quæ humilimis & in angulo jacētibus licet. Itē: Cæsari quoq; ipsi, cui omnia licēt, propter hoc ipsū multa nō licēt.

Addo & quartā causam ex hypothesi Aristotelis, qui Regē ubiq; depingit ex virtutibus. 8. Eth. c. 10. 1. Polit. c. 2. 3. Polit. c. 9. in pr. & fin. c. ult. 5. Polit. c. 10 7. Polit. c. 14. Vnde ex mente Arist. principatū Regium, sic definit Montecat. 3 Pol. in schol. & arg. c. 17. quod sit imperiū unius viri ex virtute perfecta optimi in parere volentes, & longè inferiores virtute, cū libera rerū omniū perpetuaq; potestate, atq; ideò non ex legibus quidē, sed ex sua propria sentētia (qua virtute, prudētiaq; summa cū nitatur, est lex omnium præstantissima) sive consentiant, sive nō consentiant cū ea leges posita, ad utilitatē suorū civium, civitatē totāq; regionē administrātiū. Hanc enim proponit quasi summā eorū, quæ Arist. à c. 10. usq; ad fin. lib. 13. Polit. disputat. Ne verò quis erret circa sententiā Arist. eumq; putet velle cum Platone regnū ædificare in aëre, cū talis Rex, qui perfecta virtute indutus præsupponitur, nōdū repertus sit, multò minus qui mortales omnes q. mortaliū quidam DEVS, antecelluerit, ut loquitur Arist. 3. Pol. c. 9. id quod non tantū Plato 6. & 7. de Rep. sed ipse Arist. 3. Pol. c. 17. 7. Pol. c. 1. 7. confitetur, quando semper sub cōditione loquitur: Si quis existat, qui virtute excellat. &c. sciendū est, Aristotelē in 3. & 7. Polit. loqui de optima Rep. & ejus quidem perfectissimam proponere Idæam, ad quam impossibile quidem nō sit aspirare, sed difficile pervenire. Etiam de materia prima, & simplicitate

33. Etiam quæ secreta videntur, à fiale fiere.

34 Cur princi penetrata nubrem patientur famam.

35. Summaria descriptio Regis ex Arist.

36. Virum possibile sit inveniri Regem perfecta virtute.

Elementorum disputant Physici, licet nec illa sine formis ullibi in nativa sua imperfectione existat, nec vicissitudines generationum quicquam in his relinquant inconfusum. Hanc autem regulam & mensuram non alibi quàm in optima Republ. quærere debuit Arist. cujus quidem cives, qui optimæ formæ capaces esse queant, (Nam alij aliarum capaces sunt, 3. *Polit. c. ult.*) oportet virtute instructos esse, quia idem finis hominis probi, & probæ civitatis 7. *Polit. c.* 1, 2. & 3. Cui verò naturaliter imperium debetur super omnes, illum oportet omnibus præstare, *Naturæ* enim *lex est*, ait Halyc. *in præfat. orig. Rom. omnibus insita, quam nullum tempus dissolvit, deterioribus semper imperare meliores.* Quod aliquoties repetiit Arist. 1. *Polit. c.* 3. 3. *Pol. c. ult.* 7. *Pol. c.* 3. & 14. & Simplicius affirmat *in Epictet. Enchir. mihi pag.* 232. dum tres gradus constituit imperantium & obedientium. *Primum naturalem, quando imperat præstantius deteriori, ut semper evenire videmus in universo: alterum voluntarium, cum pactione quadam divites imperant, pauperes obtemperant: tertium mistum, cum publicè decretum fuerit, ut imperent prudentiores.* Probat autem Arist. 3. *Polit. c. ult.* ex consensu omnium hominum, quod in Rege requirant quandam excellentiam, sed in eo differre dicit, quod excellentiam non æstiment ex eodem genere. Alij quippe ex fortitudine bellica, alij ex potentia civili, alij aliunde: Optimi verò & virtute præditi cives ex virtute eam metiuntur. Vnde Rex optimæ Reipub. virtute heroica excellet virtutes aliorum civium, quod alio argumento sic concludit Arist. 3. *Polit. cap.* 9. & 11. Si quà occurrat in Repub. vir summa virtute excellens, aut ejiciendus erit, aut retinendus. Scelus sit ejicere, quemadmodum Ephesij Hormodorū excluserunt, cum dicerent, *Nemo de nobis unus excellat, Cicero* 5. *Tusc. qq.* aut Athenienses Aristidē, *ne Iusti nomine in opprobrium aliorum civium superbiret. Cornel. Nep. in Arist.* Esto: Ostracismus probetur in potentes, divites, aliaque re quapiam modum superantes: At in virtute præditos semper injustè usurpatur, quippe cum virtuti naturâ imperium debeatur, & eâ abuti, perinde ut aliis rebus, nemo possit. Si verò retineatur, æquitas & justitia exigit, ut pro qualitate personarum honores & magistratus distribuantur, 5. *Eth. c.* 3. ex qua lege, quantum Rex excellit virtute, tantum debet excellere imperio. Si enim alij, qui minus virtute excellant, ex æquo imperium partiri cum Rege vellent, aut per vices ipsi extorquere, iniquè peterent, perinde ac si Dij minorum gentium Iovi telum eriperent, aut Lepores æqualem prædam Leonibus flagitarent, cum tamen inæqualiter, in capienda præda, sudarint. Pro meritis enim distribuuntur imperia. Cum verò cæteri omnes uno Rege ponantur inferiores virtute & meritis, oportet totius rei summam, ex naturæ dictamine, ad illum unum, qui cæteros omnes excellit, deferri. Sed ut hæc ita se habeant in optimo regno, quod magis tanquam regula proponitur, quàm quod in tanta rerum humanarum fragilitate alicubi effingi queat, sicut ex nostris Rebuspub. opifices & sordidis rebus operantes, quos ab optima excesse jubet Aristot. 7. *Polit.* 5. 7. *Pol.* 9. non excludimus: ita nec ἀκρίβειαν illam summam exigere possumus à Rege, sed satis est, si officio satisfaciat regio, & quoad cæteras virtutes, quantum humanæ imbecillitati per tot turbas & strepitus licet, propositæ Idææ se conformare nitatur. quemadmodum nec à bono viro Ethicus amplius exigit, quam ut pro virili ad arcem beatitatis annitatur, licet nullum sit invenire ex omnibus, eam viam ingressis, quem non videas aliqua in re suffenum. Interim patet Regem quemcunque ad studium virtutis obligari, sicut Scipio deforme sibi putabat, *quos dignitate præstaret, ab his virtute superari. Val.* 3. *c.* 2. ne jus naturæ cōvellatur, & ut ait Isocrat. *in orat. ad Nicocl. ne deteriores habeant imperiū in præstantiores, stolidiores, in prudentiores.* Nam id repugnat juri & æquitati, quæ non patitur digniorem servire indigniori, 1. *Polit. c.* 3. & subtrahit Reip. fulcrū, in quo firmamentum ejus consistit, nimirū benevolentiā civium. Nam, ut Dorieus regis Spart. filius non potuit sibi imperare, ut domi ferret imperium Cleomenis fratris, cujus ingenij hebetudinem domestica conversatione didicerat: *Herod.*

37. *Naturaliter meliorem imperare deteriori.*

38. *Et Regem in optima Repub. esse optimum virum.*

39. *In omni benè constituta Monarchia virtutes requiris a Rege.*

40. *Quantum fieri potest.*

41. *Principes virtuosi viri non nunquam libenter audire.*

Herod. libr.5. ita prudentes & magni animi à minoribus non patiũtur sibi leges dari sponte, nisi vi majore premantur. Flavius deprehensus à Nerone, rogatusque conjurationis causam, respondit: *Dilexi te & odi supra omnes homines. Dilexi, quod te sperabam bonum principem fore: Odi quod hac facias. Non enim possum auriga & Cytharado servire. Xiphil. in Neron. ex Dion.*

Ex his omnibus satis constare credo, et iamsi virtutes morales non contineantur in essentia Regis, quod nihilominus ad eas, ultra sortem reliquorum civium, ex aliis capitibus obligetur. Nam Cæsar, cum uxorem ob suspitionem adulterii cum Clodio meditati dimitteret, *satis esse*, dicebat, *si alterorum familia scelere careant, suam verò debere etiam suspitione vacuam esse. Plutarch. in Cæs.* & Scipio, cum capta Carthagine elegantem puellam milites adducerent, *Libenter*, ait, *acceperem, si essem privatus, non Imperator.* Minus enim sibi propter splendorem magistratus licuisse, quàm cuivis privato, prudenter intellexit, cujus rei & Pericles Sophoclem prætorem, quem viderat eleganti puello delectari, admonuit. *Pratorem scilicet oportere non tantùm manus, sed & oculos continentes habere. Valer. 4. cap. 3. Stob. serm. cap. 13. Cicer. 1 offic. Plutarch. in Pericl.* nec non Themistocles, cum inter cadavera obambulans, armillas aureas à famulo tolli juberet, *Nam ego*, inquit, *ut faciam, minime convenit. Plut. in Themist.*

42. *Principes magis obligati ad virtutes, quàm cateri cives.*

SECT. 4.

De Dominatu, unde dicatur & quid sit.

1. *Monarchia Dominica.*
2. *Varia significationes nominis Domini.*
3. *Triplex dominium Stoicorum.*
4. *Dominationis definitio generalis.*
5. *Dominatus à regno differentia.*
6. *Cur primi Impp. nomen Domini defugerint.*
7. *Dominum distingui à principe, ut à patre.*
8. *Qua distinctio transferri debet ad omnes Rerump. formas.*
9. *Declaratur indoles Domini.*
10. *Distinguitur à Regno & Tyrannide.*
11. *Dominum tribuere sibi bona subditorũ.*
12. *Definitio Dominatus.*
13. *Quid differat dominatus à Tyrannide.*
14. *Quibus dominatus naturalis sit & utilis.*
15. *Dissidium Aristotelis & Ciceronis.*
16. *Quo respectu dicatur dominatus Tyrannicus.*
17. *Consuetudo vertitur in naturam.*
18. *Quam multis gentibus usu receptum fuerit, Reges suos adorare.*
19. *Quod tamen Gracis semper servile & Tyrannicum habitum fuit.*
20. *Nec non aliis gentibus, diversis de causis.*
21. *Dominatum esse voluntarium.*
22. *Refutatio eorum, qua Bodinus contra Aristotelem objicit.*

Optimæ Monarchiæ, quam *Regnum* vocari diximus, affinis est altera, quam *δεσποτικὴν* denominant Plato 2. *de ll.* 1. *de Republ.* & Arist. 3. *Polit. c.* 4. 11. eorumq; imitatione Latini *Dominicam*. Domini nomen interdum à blandiente usurpatur, ut in illo Virg. *Aen.* 4. — 1. *Respubl. Dominica.*

Et Dominum Aenaan in regna recepit, aut illo Catuli. — 2. *Varia significationes nominis Domini.*

Ad solam Dominam usq; pipitabat.

Frequentius in genere accipitur pro eo, qui superior est, & minores sibi subjectos habet, interprete Hieron. *in Ezech. c.* 6. ut cum Sara virum suum vocat Dominum, *Gen.* 18. 1. *Petr. c.* 6. aut id nominis aliis quoq; viris ab uxoribus tribuitur, *l. Lucius* 58. *§. qua marito. de legat. II. l. ea qua* 57. *de donat. inter vir. & uxor. Plutarch. de Clar. mulier. Clem. libr. recogn.* 9. *c. ult. Tiraq. l.* 1. *Connub. Vide de jur. connub. c. ult. sect.* 1. aut cum inferior adit superiorem, indignior digniorem cum reverentia, exemplo Apuleij *in Apol. mihi. pag.* 555. *Hunc ego, Domine Maxime, reum apud te facere institui.* & Nezennii: *Ex facto, Domine, species incidit. l. Nezennius* 22. *in pr. ad l. Falcid.* Item, Tiberij, qui *Senatum suos* vocabat *Dominos, Suet. in Tib. c.* 29. & Cleopatræ ad Augustum: *Domine (nam id nomen tibi datum à Diis immortalibus mihi ademtum est) & des patrem tuum,* &c. *Xiphil. in August. num.* 1. quo sensu primi Francorum historici reges suos vel absoluté *Domnos*, vel cum adjectione *Domnos Reges, Imperatores*, &c. vocare solitos legimus *apud Anastas. Bibliothec. Aimon. Gregorium Turon.*

Annales à Carolo M. usq; post tempora Ludovici regis German. editos à Pitha. Monach. Egolism. & Thegan Nithard. de dissens. fil. Ludovv. &c Nec nunc quisquã in toto orbe terrarum dominatur princeps, cui subditi non tribuant nomen Domini. Galli & Angli absolute per nomen *Sire, Sir*, denotant principem, quemadmodum per nomen *Ma Dame*, principis uxorem. Germani nomẽ *Herr* dum principibus tribuunt, geminant, altero honorem, altero imperium designantes. Adjectum enim nomini proprio reverentiam, & cultum importat, absolutè verò positum imperium. Stoici, *teste Laertio*, triplicẽ Do-

3. *Triplex dominium Stoicorum.* minum distinguebant, ἐν κτήσει, ut mancipiorum, Secundum *ἐν ὑποταγῇ*, ut captivorum, ἐν ὑπηκοότητι, ut vasallorum & clientum *Cujac. in pr. de feud. comm.* Hinc Speu-

4. *Dominationis definitio generalis.* sipp. *in definit. Plat.* definit dominationem, *justum principatum nemini subditum*, quæ definitio complectitur & regnũ ipsum, quod licet sub dominatus nomine in genere comprehendatur, ut Isaac Iacobum cõstituit Dominum fratris, *Genes. 27.* & Virgil. vocat *Romanos rerum Dominos. 1. Aen.* tamen hoc capite à dominatu distinguendum est. Nam

5. *Dominatus à Regno differentia.* Arist. non tantum 1. *Pol. c.* 3. 3. *Pol. c.* 4 10. 11. & 4. *Pol. c.* 10. 7. *Pol. c.* 14. & *passim alibi δεσποτείαν* separat à *βασιλείᾳ*, sed & Alexãdrum M. ita solitus fuit instituere, *ut Græcos pater na pietate: Barbaros dominandi Majestate in obsequio & officijs continere meminisset. Plut. in Vit. Alex.* idq; intuitu artificii paterni, qui, monente quodam, ut Græciæ civitates præsidiis in fide retineret, respõdit: *Malle se diu bonum ac commodum, quam brevi tempore Dominum appellari.* Domini enim nomen invidiosum & libertati inimicũ est, ideoque à primis Imperatorum, qui sapiebant, cane pejus & angue vitatum, quemad-

6. *Cur primi Impp nomen Domini defugerint.* modum de Tiberio memorat Sueto. *in Tib. c. 27. Dominus appellatus à quodam denunciavit, ne se amplius contumeliæ causa nominaret*, & de Augusto *c. 53. in prin. Domini appellationem ut maledictũ & opprobrium semper exhorruit. Cum spectante eo ludos pronuntiatum esset à mimo: O Dominum æquum & bonum: & universi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent, statim manu vultuq; indecoras adulationes repressit, & insequenti die gravissimè corripuit edicto, dominumq; se post hac appellari, ne à liberis quidem, aut nepotibus suis, vel seriò vel joco passus est, atq; hujusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit.* Alexander Severus *edicto Dominum se appellari vetuit, Epistolas ad se quasi ad privatum scribere jussit, servato tantum nomine Imperatoris. Lamprid. in Alex. nu.* 1. E contrario Domitianus acclamari in Amphitheatro epulari die libenter audiit: *Domino & Dominæ feliciter*, & ipse, cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret Epistolã, sic cepit: *Dominus & Deus noster sic fieri jubet*, unde factũ posthac, ut ne scripto quidem, ac sermone cujusquam appellaretur aliter. *Sueton. in Domit. c.* 13.

Nam Iuvenius Celsus indemnitatẽ impetravit, quod ad secretum colloquium admissus, subinde eum adorans Dominũ ac Deum (quibus nominib. jam ab aliis quoq; appellabatur, *ait Dion.*) crebro vocitaret, *Xiph. ex Dion. Domit.* Et licet Antoninus Greca phrasi diceret ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος *l. ἀξίωσις. 9. ad l. Rhod. de jact.* tamen inter Romanas acclamationes, quib. superbis quibusq; titulis, usq; ad servilem adulationem, onerabantur novelli Imperatores, nomen Domini nullibi sive apud Iul. Capitol. sive apud Ael. Lamprid legitur. Plin. verò *in Panagyr. Trajan.* Principem à Domino disertè distinguit, dum ait: *Sedem obtines principis, ne sit Domino locus:* & Tacit. *lib.* 12. *Ann.* Dominũ à Recto-

re: *Addidit præcepta ut non dominationem & servos, sed Rectorem & cives cogitaret*, 7. *Dominus differt à patre.*

nec non Salust. *in Iugur.* ab Imperatore: *Cum tute per mollitiem agas, exercitum supplicio cogere, id est, Dominum esse, non Imperatorem.* Persæ quoq; cum *Cyrum patrem, Cambysem Dominum, Darium Mercatorem*, ob vectigalium sordidam exactionem denominarent, distinctionem paterni & Dominici imperii ad Rempub. transtulerunt.

8. *Quæ distinctio transferri debet ad omnes Respubl.*

Nam hoc loco cum Aristotele per Dominatum intelligimus Monarchiam mediam inter optimam & pessimam, seu ambiguam inter regnum & Tyrannidem, quæ distinctio locum habet in omnibus Rerump. formis, quia omnes ab uno extremo transire possunt ad alterum per mediũ quod trahat

aliquid

aliquid ex utroque extremo. Nam cum Rex omnia conferat ad salutem publicam. Tyrannus omnia agat contra eandem, media via incedit Dominus, qui nec refert omnia primò ad commoda civium, nec tamen illa negligit: sed secundariò curat, postquam suis rebus ante omnia prospexit. Totam rem declaravit Aristoteles, tum alibi passim, tum præcipuè *lib.3.Polit.cap.4* ex illa domestici imperij specie, qua domin⁹ utitur in servos.

9. *Quæ sit indoles Domini.* Nam quanquam utrisque, modò naturale sit hoc imperium, utile sit, & quidem utilius, quam quidvis aliud, tamen id interest inter hoc & alia, quod alia nihil sibi propositum habeant, præter utilitatem publicam, & ut in commune consulant, primariò quidem parentibus, secundariò imperantibus, quemadmodum nauta vehit alios per se, se verò per accidens: herile autem inversa intentione, primò & per se feratur in commoda imperantis, secundò & per accidens in commoda servientium. Nam servos quidem conducit Dominus, non ut iis consulat, & hac ratione ampliorem sibi ferat, & molestiorem curarum segetem, sed ut operis illorum suas faciliores reddat, & familiam ditet. Quia verò hunc fructum decerpere à servis non potest, nisi & ipsi salvi sint, ex consequenti cogitur curam suam in eos deflectere, & propter suam salutem, familiæ saluti prospicere.

10. *Distinguitur a Tyrannide.* Parem esse rationem multorum principum, quos à similitudine inde *Dominos* vocari tradit Aristoteles in pluribus locis, & quotidiana confirmat experientia. Etenim plerique non alio animo ineunt principatus, quam ut sibi & posteritati consulant, quos tamen Tyrannis adnumerare fas non est, quia eadem opera & sua curant, & publica, eò, quod illa sine his subsistere non posse videant, atque ita partim conveniunt cum Tyrannis, partim dissident, *ut docuit Arist.3. Polit.* 10. & 11. *4.Pol.*10. Nam ad Tyrannum accedunt absolutâ potestate, qua in subditos utuntur, & curarum privatarum. Absolutam potestatē dico, non quod Rex non habeat summam potestatem, sed quod eâ non utatur, nisi quatenus condueit civibus, *ut Sect.5. dicemus.* unde jus vitæ necisq; sibi soli non usurpat, nec bona subditorū in suum transscribit dominium.

Δεσπόται verò quando omnia refert primò ad suum quæstum, imperiū in cives sibi arrogat, quale Dominis concesserunt jura in servos, nec quicquam ferè quenquam sine suo beneficio in Rep. possidere sinit proprium. Nam nec servi sibi acquirere, sed Domino poterant. *l.1.de stat.hom.l.placet.97. de acq. her.l.si filiof.11. in pr.de legat.1.* Nam quod Sen.3.*de benef.c.18.nihil interesse* dicit, *quali quisq; teneatur imperio, si summa teneatur, & si servo, quò minus in nomen meriti perveniat, necessitas obsit & patiendi ultima timor, idē illud obstare; & ei qui regem habet & ei qui ducē, quoniam quamquam sub dispari titulo, paria in illos licent,* id ita se non habere ex hoc loco patet, cum regis imperiū honesti & boni publici cancellis circumscriptū, multò sit angustius, quam Domini in servos. 11. *Dominus subditorum bona sibi solet tribuere.* Vnde Bodinus *Dominatum* definit, *cum princeps unus, libertatis ac fortunarū omnium Dominus, jure belli factos aut fœdere subditos, quasi paterfamilias servos, moderatur, lib.1. de Rep.c.2.*

Rectius ex fine definiretur, perinde ut de Rep. Civitate, & regno supra notavimus. 12. *Definitio dominatus.* Nam quia Dominatus mediū quid est inter Regnum & Tyrannidē, & utriusq; naturam quodammodo participat, prout magis minusve abscedit à regno & applicat se Tyrannidi, magis minusve libertati & fortunis civiū insidiatur. Extrema quidē definiuntur in puncto quodam indivisibili. Sed media utriq; interjecta non nisi cum latitudine accipiuntur, perinde ut corpus neutrum, quod Medici inter sanum & ægrum interjiciunt, non eundem præcisè servat tenorem, sed nunc sano propius est, nunc ægro. In hac latitudine dicimus dominatē esse *Monarchiam primariò ad salutem principis, ex consequenti ad publicā civium directam.* Prioris respectu accipit ad Tyrannidem, posterioris ad regnum, ideoque Tyrannis non est, cuius rei multa documenta, partim ex essētia, partim ex signis petit Arist. *3.Pol.c.*10. *4.Pol.c.*10. Nam, si Tyrannis statim non est, qui nō refert omnia ad commune bonū, *ut supra diximus*, multò min⁹ erit Tyrannus, qui bonū publicū procurat, licet id non procuret intentione primaria. 13. *Quid differat dominatus à Tyrannide.* Nam nisi publici boni ratio haberetur in imperiis dominicis, tot secula nō durarent incōcussa,

Tyran-

Tyrannis enim, quia violenta est, & destruit bonum publicum, cujus nexu ligatur nervus Reipubl. cujuscunq; perpetuis mutationibus obnoxia jacet. Deinde Dominatus à natura est, perinde ut herile imperium domesticum, 1. *Polit.* 3. Ad Tyrannidem verò natura nulla proclivis est, cum ea naturā destruat: Secundum naturam dico dominatum esse,
14. *Quibus Dominatus sit naturalis & utilis.* non quibusvis nationibus, sed ut ait Aristot. 3. *Polit.* 10. *barbaris magis, quam Græcis, & Asiaticis, quam Europæis*: Breviter ijs, qui se habent ad unum principem, sicut corpus ad animam. Nam Aristot. 1. *Polit.* 3. declaraturus tam regale, quam herile imperium in animante, *Mentem* dicit *imperare corpori, heriliter, affectibus verò regaliter*, cujus contrarium asserit Cic. *in fragm. lib. 3. de Repub. Sed & imperandi & serviendi*, ait, *dissimilitudines sunt cognoscendæ. Nam animus corpori dicitur imperare, dicitur etiam libidini: sed corpori, ut Rex civibus suis, aut parens liberis: libidini autem, ut servis Dominus: quod eam coërcet & frangit. Sic Regum,*
15. *Dissidium Arist. & Ciceronis.* *sic Imperatorum, sic Magistratuum, sic patrum, sic populorum imperia civibus socijsq; sunt, ut corporibus animus: Domini autem servos ita fatigant, ut optima pars animi, id est, sapientia, ejusdem animi vitiosas imbecillasq; partes, ut libidines, ut iracundias, & perturbationes cæteras.* Paulò confusius idem, *libr. 2. Tusc. qq. Præsto est domina omnium regina ratio: quæ connixa per se & progressa longius, fit perfecta virtus: hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id videndum est viro: quonam modo inquies? velut Dominus servo, velut Imperator militi, velut parens filio.* Vterque consentit in eo, quod tam Herile, quam Paternum imperium in homine à natura adumbratur, sed herile rectius in imperio rationis erga corpus collocat Aristot. quam Cicero erga affectus. Nec enim coactione aut coërcitione differunt pater & Dominus, quia & pater seu Rex, vi cogit reluctantes subditos aut liberos, perinde ut Cicero dicit rationem coërcere & frangere libidinem: nec ratio aliter cogit aut frangit affectus, quam hortando & assuefaciendo ad optima, donec prævaleat, supra affectus à quibus sæpius vi abrepta fuit, quàm affectus à ratione. Vera autem comparatio consistit in eo, quod sicut corpori, eò quod sibi ipsi prospicere, seque regere non sufficiat, naturale est, ut regatur ab anima: affectibus verò, qui seipsos moderati præsumunt, imperium rationis violentum est: ita iis populis, quos rudiores produxit natura, utilis est dominatus, quales quidem omnes esse Barbaros superciliosa credidit Græcia, prudentioribus verò & excultis gentibus molestus & contra naturam. Sic enim interpretandum est illud Aristot. 8. *Eth. c.* 10. quando ait: *Tyrannicum est imperium heri in servos.* Nam 1. *Polit.* 3. multis argumentis demonstrat herile dominium in servos
16. *Quo respectu Dominatus dicatur Tyrannicus.* monstrari à natura, & utrinq; esse utile. 3. *Polit.* 4. Tyrannicum autem dicitur in eos, qui non sunt natura servi. Hoc enim sensu non tantum Dominatus, sed & ipsum regnum & Democratia evadent Tyrannica, si scil. inducantur iis gentibus, quorum moribus repugnant, ut dicitur 3. *Polit. c. ult.* Lysander impunè sivit Callibium, quem Atheniensibus induxerat præfectum, ab Antolyco per terram sterni, *quia cogitare* inquit, *debebat, se hominibus liberis imperare, non servis. Plutarch. in Lysand.* Nam ubique ut forma aliqua insit naturaliter, subjectum oportet ad formam recipiendam dispositum esse, & inclinatum aut à natura, aut à consuetudine, quæ abit in alteram naturam. Nam etiamsi gentes quædā asperæ sint naturâ, mansuefiunt tamen assuetudine & cervicem servitutis Dominii Regii ultrò supponūt, quemadmodum Artabanus admonebat Themistoclem, cum ad pedes Regis in Persia se serviliter abjicere recusaret, dediscat Græcanicos errores, nihil nisi vanam libertatem spirantes, & assuescat Persarum imitari modestiam, qui summæ sibi laudi vertant, *Regem*
17. *Consuetudo vertitur in naturam.* *venerari, tanquam Dei immortalis imaginem in terris gestantem. Plutarch. in Themist.* ἡμῖν δὲ πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων, κάλλιστος οὗτός ἐστι τιμᾶν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα θεοῦ τοῦ πάντα σώζοντος. Nec Medorum, Persarum, Parthorum quisquam legitur invitus hunc tantum honorem regibus exhibuisse, cum ita more receptum esset. Babylonem ingressuris proponebatur aurea Regis imago, quā si quis adorare refugeret, arcebatur ab ingressu. *Philostr. in vit. Apoll.* Persarum

morem

18. morem quis scriptor in fastos non retulit? *Plutarch. in Themist. & Artax. Prob. in Con. Curt. lib. 5. & 8. Val. Max. lib. 6. c. 3. Iust. li. 6. Herod. lib. 7. Xenoph. 8. Cyrop. Ioseph. 2. Antiq. c. 3. Socr. l. hist. Eccl. c. 8. Lampr. in Alex. Sev. Sulpit. Sever. li. 2. hist. sacra. Arrian. lib. 4. Aeli. lib. 1. c. 21.* &c. Etiam Zenobia, devictis Persis, more Persico sese adorari voluit: *Treb. Poll. in Zenob. Tyr. 29.* De Parthis idem referunt Athen. *lib. 4. ex Posydon. li. 5. & 16. de Parth.* Ammi. Marcell. *lib. 23.* & Iosephus 20. *Antiq. c. 2.* Artabanum à Cinnano revocatum, adoratumq; fuisse. Vt regē dum scribit, adorationem agnoscit signum recuperati regni. Tigranes regio honore affecturus victorem Pompejum, in terram se projecisse προσκύνησιν scribit à Plut. in Pau. & Dion. *lib.* 36. Imò & ipsos Romanor. Imperatores adoratos fuisse ex ea Herodiani *in Sever.* narratione patet, quando Saturninum à Plantiano ad cædem Severi invitatum, prius adorato Plantiano, tanquam Imperatore, libellum cædis demandatæ petiisse scribit. Itē ex Celsi erga Domitianum reverentia, paulò ante relata, *Dion. in Dom.* & illusione, quam milites Rom. Christo tanquam Regi insultabāt, in genua procumbentes *Matt. 27.* nec non ex eo, quod Magi Christum adoraturi, μόνοις προσκυνῆσαι αὐτῷ *Matth. c. 2.* His tamen moribus nihil abjectius semper visum fuit Græcis animis, quos legitimæ cuidam superbiæ innutrierat diuturna libertas, sicut Arist. *lib. 1. Rhet. ad Theodect.* honorum genera recensens, inter τὰ βαρβαρικὰ ponit προσκυνήσεις καὶ ἐκστάσεις. Areopagitæ enim Atheniensium, Evagoram ad Darium legatum, à reditu capite multandum censuerunt, quod Dario more gentis, infra Græcam magnanimitatem adulatus esset. *Athen. lib. 6. Valer. lib. 6. c. 3.* Spartanorum legatus Antalcidas forte meliori fortuna non evasisset, nisi pudore suffusus, & Ephororum judicium metuens, ultrò vita se abdicasset, quod servilius à Rege, quam autoritas liberæ Reip. permitteret, acceptus fuisset. *Plutar. in Artax.* Thebanorum verò Legatus Ismenias ne in Reipubl. dedecus quicquam committeret, & tamē in conspectum regis, quod sine prævia adoratione non licebat, admitteretur, annulum in terram procidere sivit, quem, ut tolleret, speciem adorantis præbuit. *Plut. in Artax. Aeli. li. 1. c. 21.* Conon, etiamsi duceret classem Artaxerxis, interpellatus tamen sæpius de adorando rege, semper tergiversatus dixit: *Sibi quidem non esse grave, quemvis honorem habere Regi, sed vereri, ne civitati suæ sit opprobrium, si potius Barbarorum, quam illius more fungatur. Aem. prob. in Con. Iust. li. 6.* Duo Spartani, quod ad expiandam morte sua violationem legatorum Xerxis, profecti erant ad Regem, verberibus eò adigi non potuerunt, ut more à majorum institutis alieno, mortalem quenquam adorarent. *Herod. li. 7.* Callisthenis quoq; præfractā obstinationem prædicant Plutarch. Arrian. & Curt. 8. quod vitæ discrimen subire, quem Alexandri M. qui jam in Persicum fastum luxumq; degeneraverat, superbam præsumtionem suo applausu & exemplo confirmare maluerit: nec speciosiorem suæ conjurationi prætextū excogitare scivit Hermolaus, quam quod diceret: *Tu Macedonas voluisti genua tibi ponere, venerarique ut Deum. Curt. lib. 8.* Tantopere abhorrebant Græci eum honorem, quem assuetudo Medis, Partis & Persis familiarem fecerat, & non tantum extra vituperium, sed etiam in summam laudē posuerat. Simeones verò Seleuciæ Episcopus ferreis compedibus vinctus, & post multa verbera introductus ad Saporem regem Persarum, ex alia causa noluit in genua procumbere, dicens, *id honoris soli Deo convenire. Niceph. li. 8. c. 36.* Quemadmodum & de Mardochæo testatur Ioseph. qui Amanem, Persico more, jussu Regis adorare constanter recusavit. nec ἣν θεῷ τιμὴν παρεῖχεν, ταύτην ἐκείνῳ παρέχειν ὑπέμενε. *lib. 11. Antiq. c. 6.* Ipse Isocrat. *in panag.* abjecti animi accusat Persas, quod θνητὸν ἄνδρα προσκυνοῦντες, *Deorum immortalium honorem in humanum cultum convertant.* Liv. *libr. 9.* προσκύνησιν illam Persicam vocat *humi jacentium adulationes*, Seneca *Persicam servitutem. lib. 3. de benef. c. 12 lib. 3. de Ira. c. 18.* Martialis *Blanditias Attritis miserabiles lib. 10. Epi. 22.*

Hu. in genere ejus receptum adorationem ...

19. *Quod semper Græcis servile visum.*

20. *Nec non alii.*

21. *Dominatum esse voluntarium.*

Cum igitur assuetis & à naturâ ad obediendum factis dominatus gravis non sit, sequitur, ut alteram quoq; regni proprietatem imitetur, & voluntarios habeat subditos, quā notā Arist. ipsum iterū separat à Tyrannide, *3. Pol.*

3.*Polit.c.*10.4.*Polit.c.*10.argumentaq; spontaneæ subjectionis tria dicit,quod sit *κατὰ νόμον*,*πατρικὸς* &quod *τὴν φυλακὴν* habeat *βασιλικήν*. *Κατὰ νόμον* interpretor, non quod legibus subjiciatur ut de regno Laconum dictum fuit, sed quod secundum leges imperij fundamentales ineatur. Si enim sponte sua Domino se non subjicerent subditi, nec in successionem legitimam hæredum consentirent, nec ex hostibus Imperator custodiam satis cautè conscriberet. Persas quippe quantumvis dominatu usos,promiscuè vel inter Epulas festosque dies gladiis cinctos incessisse refert Amnian.Marc. *li.*23. ut & Parthos Ioseph. 18.*antiq. c.*3. cum tamen Tyrannis nihil funestius esse,quam armatos cives circa se consistere pati, doceat Aristot. 3.*Polit*,10. 5. *Pol.c*,10, & post ictum sensit Iulius Cæsar.

Hæc est Aristotelis,de *δεσποτείας* sententia, vero nimirum & iis, quæ quotidiè fieri videmus, apprimè consentanea, quam quo candore proponat Bodinus impugnandam *lib.2.de Repub.c.*3. cum eadem ferè *cap.*2. docuisset,nemo tam cœcus est,qui non primo aspectu deprehendat. Fingit enim Aristotelem dicere: *Barbaras esse gentes, quæ Reges à stirpe quærant*,nec id sufficit,sed secundum genus Regni ab eo constitui addit Barbarorum, *cum scilicet Reges à stirpe ducuntur* & cum his larvis luctari pergit,quod cultissimæ quæque gentes reges à stirpe petierint, & quod aliæ species regni super addendæ essent,eorum,qui forte legantur,aut testamento dentur, si successio hæreditaria distinctam regni speciem pareret.De distinctione specierum regni jam supra respondimus,quod non species Monarchiæ aut regni proponat Arist. sed analogū nomen distinguat.Nihil verò eorum,quæ Aristoteli affinguntur, sed potius contrariū legitur *in c.*10. & 11.*lib* 3.Videtur enim Bodinus respexisse ad initium *c.*11. quod quia breviter repetit, quæ prolixè declarata erant *in c.* 10. non ex uno atq; altero verbo, sed ex toto contextu sententia Philosophi eruenda fuisset.Barbarorum autem regnum describit Aristoteles ex conditionibus duplicibus, quarū primis accedit adTyrannidē,secundis ad Regnum. AdTyrannidem accedit potestatis amplitudine, *παραπλησία τυραννικῇ*. & cura rerū privatarum: Ad regnū, quia in volentes suscipitur,cuius signa sunt, *τὸ κατὰ νόμον εἶναι, τὸ πατρικὸν καὶ ἡ φυλακὴ βασιλική*, scil. ex civibus. Vbi igitur constituit Aristoteles dominatum seu regnum Barbarorū ex eo tantum, quod principes à stirpe succedant? Etiam in ipso capitis 1. principio ait: *Δευτέρα δ' ἡ βαρβαρική. Αὕτη δ' ἐστὶν ὡς γένος ἀρχὴ δεσποτική, κατὰ νόμον.* Ex quibus apparet, quàm egregiam compositionis & divisionis fallaciam committat Bodinus, qui Philosopho imponit, quasi ex sola successione stirpis æstimaverit regnum Barbarorum. Imò ut impudentiam hominis magis mireris, tantū abest,ut successionem à stirpe, ad Barbarorum mores referat Arist: ut potius eam inter conditiones reponat quibus à barbarie abscedant regna barbarorum & imitentur legitima regna. *Legitima enim* inquit,utrobique *c.*10. *li.*3.& 4.*Pol.sunt,quia secundum legem & hæreditaria*. Et inter conditiones heroum annumeratur,quod in posteros regnū transmittant. An fortè etiam Heroës inter Barbaros condumnat? Imò ipso regno legitimo, *c.*12.*lib.*3.in dubiū vocatur quæstio:*Vtrum satius sit eligi. quam succedere Reges*, & licet incliner Aristot. in electionem, nullibi tamen condemnat successionem, tanquam barbaram, quam in ipsa Monarchia optima admitti posse præsupponit. Abeat igitur Bodinus & rixetur cum larvis suis. Aristoteles ab hac scabie puros tenet ungues.

22. *Refutantur quæ Bodinus contra obiicit.*

Exempla quædam Dominatus proponuntur.

1. *Quænam gentes Dominatum facilius ferant.*
2. *Exemplum Dominatus in Persia.*
3. *Quanta reverentia Persæ prosecuti sint Regem.*
4. *Quanto imperio Persarum Reges usi sint in subditos.*
5. *Persas esse penè servos Regum.*
6. *Idque postulatione terræ & aquæ insinuari.*
7. *De dominatu Parthorum.*
8. *Discrimen regij & dominici Iuris.*
9. *Verum Regem non invadere nec eripere subditis proprietatem bonorum.*

10. *Dominum verò concedere subditis omnia suo beneficio possidenda.*
11. *Reges Gall. Hispan. Britan. &c. non esse Dominis asscribendos.*
12. *Dominatum ut plurimum introduce à victoribus in devictas provincias.*
13. *Vestigia Dominatus in feudis, seu fiduciariâ possessione.*
14. *Vasallum teneri suam salutem posthabere saluti Domini.*
15. *Quomodo ex feudis eluceat dominatus.*
16. *Romanorum in devictas gentes liberalitas.*
17. *Fundos limitaneos nihil habere cum feudis commune.*
18. *Ex dominatu primum prodiisse feuda.*
19. *A quorum antiquo rigore cum die recessum est in Europa.*
20. *De dominatu Turcarum.*
21. *Cur respuant Turcæ nobilitatem generis.*
22 *De dominatu Serisphiorum in Barbaria.*
23. *Regum in Congo.*
24. *Abyssinorum.*
25. *Tartarorum.*
26. *Chinensium.*
27. *Aliorum populorum Indicorum.*
28. *Muscovitarum.*
29. *Moldaviorum.*

2. *Qua [illegible] atum [illegible] fu-[illegible]*

BArbaris hoc genus Monarchiæ asscribit Aristoteles, & inter Barbaros Asiaticis magis, quam Europæis, eò quod, cum Barbari facilius serviant, quam Græci, 1. *Polit. cap.* 1. & proinde Eurip. *in Iphig.* Græcos dicat fas esse imperare Barbaris, non Barbaros Græcis, Asiatici adhuc molliores sint Europæis, ob mollitiem regionis, & qui inde sequitur, luxum, *ut in c. de Consuet. dicemus*, & prolixè explicatur ab Hippocr. *in libr. de aer. loc. aq.* Ex Asiaticis dubium non est, quin *Persæ* propè ad Dominatum accesserint, quia nulla gens perinde venerata fuit Regem, atque Persæ, ut ait Artab. ad Themistoclem. *Plut. in Themist.* nec *ulli sicut Reges Persarum tam gravissimas in subjectos habent leges*, ut ait Ambros. *lib.* 5. *Hex. cap.* 21. quod innuit & Virgil. *lib.* 3. *Georg.*

Ex[illegible]emplum [illegible]rum.

Præterea Regem non sic Aegyptus & ingens,
Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes.
Observant. &c.

Nam aquam, ex qua Rex cum primogenito potare solebat, nisi per summū nefas nemini tangere licebat, *Athen. libr.* 4. nec cuiquā fas erat in aula regia apparere, aut in cōspectū Regis prodire non vocato *Esth. c.* 4. *Ioseph.* 11. *Antiq. c.* 6. *Sulp.* 2. *hist. Sacr.* quā prærogativā septem sapientes à Dario sibi reservarāt, ut unicuiq; eorum ἀνευ εἰσαγγέλεως regiam ingredi liceret, extra quam si Rex cum uxore cubaret. *Herod. lib.* 8. In limine verò optimates omnes perpetuò expectare & quasi excubare coactos testatur Xenoph. 8. *Cyrop.* indeq; Plutarch. eos vocare consuevit τοὺς ἐπὶ θύραις βασιλέως *in Themist. & Pelop.* Ne in terra quidem nuda consistebāt Reges *Athen. lib.* 12. nec cæteris in militia miscebantur, ut de Persis sui temporis testatur Amm. Marcel. Colebantur enim instar numinū, quemadmodū Darius se vocabat *Regem Regū & consanguineum Deorum, in li.* 2. *supplem, ad Curt.* & Sapor literas suas ad Constant. Imp. sic exorditur: *Rex Regū Sapor, particeps siderū, frater Solis & Lunæ. Amm. Marc. li.* 17. Nec enim veneranda illa Regū Majestas aut cum Dario, aut Alexādro M. extincta est, sed ab Arsacidis resuscitata, de quib. Marcell. *li.* 23. *Ad id tempus scil. cum Arsaces, certatim summatum & vulgi sententiis concinentibus, astris, ritus sui consecratione permixtus est omnium primus, Reges ejusdē gentis prætumidi appellari se patiūtur Solis fratres & Lunæ.* Itē, *Arsacem numinis vice venerātur & colūt, eoúsq; propagatis honorib. ut ad nostri memoriā nou, nisi Arsacides sit, quisquā in suscipiendo regno cunctis antepouatur, & in qualibet civili concertatione, qua quotidiè apud eos eveniunt, ut sacrilegium quisq; caveat, ne dextra sua Arsacidē arma gestantem feriat vel privatum.* An verò hic honor destituebatur potestate, quemadmodum cadavera suorum Regū sacra & à profanis non tangenda venerabantur Spartiatæ, quos vivos non verebantur ad vincula & patibulum rapere: Plut. in Agid. Certè imperium Persarum Arist. prædictis locis ad absolutā, paremq; Tyrannicæ potestatem refert, quando sub Asiaticis cōplectitur, Persas & 8. *Eth. c.* 10.

5. *Reverentia Persar. erga Regem.*

4. *Imperium regum in Persas quātum.*

apertius exprimit. *In lib.5.Pol.c.10. Tyrannicu institutis maximè consentire* dicit *leges Persarum:* Plato verò *despoticum* vocat *lib.3.de ll.* & à Cambyse introductum asserit, quem à Persis ipsis Dominum, ut Cyrum patrem denominatum fuisse diximus, nec id alienum videri potest à vero illi, qui quæ de potestate regis Persici *in li.Esth.& Esra* scribuntur in memoriam revocaverit, præcipuè *lib.3.Esr.c.3.& 4.* Nam Plutarch. apertè *omnes Persas à rege haberi pro servis, excepta uxore*, scribit, *in lib.ad princ. indoct.* nec dubium est de plebe, quam dicit Amm.Marcel. *lib.23.in fi.* sequi nobilitatem, *tanquam ad dictam perenni servitio, nec stipendijs aliquando fultam nec donis.* Cum Xerxe in nave periclitante unicam spem superesse diceret vector si plurimi in mare desilirent, navemque exonerarent, Xerxesque saltem innueret, *ut quanti cuiq; esset salus Regis testatum faceret*, omnes in mare ruerunt *Herod. libr. 8.* Sed & summates eadem pertica tractatos fuisse, & æquè tremendum habuisse Regem ex Athen.*lib.4.& 12.*Stob.*ser.12.* Strab.*lib.15.*Plut.*in Artax.* Herod.*libr.3.& lib.Esth.& Esra*, patet. Nam & illi, qui fortè regis jussis non paruerant, amputato capite brachiove, ut ait Strabo, projiciebātur, verberibus ex arbitrio Regis, probè multati, gratias addere cogebantur, quod se in memoria regi fuisse advertissent. Nicod. in libel.*de morib.* cujus verba: Ἐὰν δέ τινα προσάξῃ βασιλεύς, μαστιγῶσαι, εὐχαριστῶ ὡς ἀγαθῷ τυχών, ὅτι αὐτοῦ ἐμνήσθη βασιλεύς. Iussi ire in ignem, in aquam, non poterant cunctari, nec sibi parcere, si quâ ferrum in propria jussi essent expedire corpora. *Ambros.lib.5.Hexam.* Nec annulum aureum, vel Zonam, vel monile, aliudve ornamentum insigne cuiquam Persarum gestare licebat, nisi regia gratia concessum, ut ait Procop.*lib.1.de bell.Pers.* A devictis, aut subjectis gentibus petebant tradi sibi terram & aquam, quasi utriusque Dominis, quod cum exigerent ab Atheniensibus & Lacedæmonibus, in signum subjectionis, utrique legatos demerserunt in puteos, ubi terram inventuri essent cum aqua. *Herod. lib.7.* Nec enim credendum ait Livius *lib.35. Persas cum Terram aquamq; à Lacedæmonis petierunt gleba terræ & haustu aquæ egu-isse, sed πάντων τούτων κυρίως* hoc ipso se fecerebant, ut explicat Aristides *in Panath.*& Alexander M. innuit, quādo milites admonet Darij prius deinde Xerxis insolētiæ, *Aquam ipsam Terramq; postulantium, ut neq; fontium haustum, nec solitos cibos relinquerent, ap.Curt.li.3* Himerius *in Polemarchico*: Terram & Aquā à Persis postulata vocat δουλείας σύμβολα, & Arist.ait, *lib.2. Rhet.* ὁ γὰρ διδοὺς γῆν καὶ ὕδωρ, δουλεύειν ἐστί. Scytæ eam servitutis speciem exprobrabant Ionibus, vocantes eos *mancipia Dominorum amātia*, eò quod sub præmio libertatis & αὐτονομίας invitati adducere naves, quib. Darium expectabant, & Dominum fallere recusarent. *Herod.li.4.*

5. *Persas esse pœne servos Regum.*

6. *Quod terra & aqua po-*

Palladium incubatur.

Parthorum Dominatum non minus extitisse superbum & ferocem, ex Tigranis imperio prolixè descripto à Plut. *in Luc.* patet. Nam & ille succensebat Lucullo, quod in literis sibi non tribuisset nomē Regis Regum, & de cætero testis est Athen. *libr. 4. ex Posydon.lib.5.& 16.de Parth.* dum ait, *Rex Parthorum amicum ad cœnam vocatum mensæ participem non facit, sed humi subsidet, & quod à rege projectum, canis instar comedit, & sæpe ob quamvis leviculam causam ab ea cœna, qua humi pascitur, abreptus, virgis lorisq; nodosis verberatur, & cruore fœdatus, Regem, à quo cædi jussus est, tanquam accepto beneficio, in terram pronus ac procumbens, veneratur.* Id cū sciret Claudius Imp. dimissum ad Parthos Meherdatem sic admonet: *Vt non Dominationem & servos, sed rectorem & cives cogitaret, Clementiamq; ac justitiam, quantò ignara Barbaris, tantò tolerabiliora capesseret. Tac. 12. Ann.nu.3.* Hos omnes Barclai.*lib.2.contr. Monarch.* in ordinem Regum inserit, & jus, quo usi sunt, regium debere vocari contendit, non distinguēs inter reges veros & Dominicos seu Barbaros. Nam etiāsi par sit utriusq; licentia, ea tamen verus Rex non utitur nisi ex urgente causa eaq; publica, quoniam scit sibi omnia referenda ad finem publicum: Dominus verò eam expedit ex causa, etiam privata, dum suis commodis potissimùm inservit. Verus Rex, etiamsi impunè possit, non tamen rapit ad se bona subditorum, eò quod satius, & utilius sit rei publicæ, ut subditi proprietates rerum teneant: Nec Augustus forum longius

7. *Dominatus Parthorum.*

8. *Dominatio ... arbitraria.*

9. *Regem non invadere bona subditorū privata.*

gius circumducere potuit, quod sine habitantium injuriis, quorum ædes demoliendæ fuissent, id facere non posset. *Suet. in Aug. cap.* 56. T. Quinctius Flaminius, quanquam impendio desideraret in libertatem asserere Romanos, qui per Græciam serviebant, per edictum tamen eos Dominis abjudicare noluit, donec Achæi collato lytro eos coëmerent, & Flaminio donarent. *Plutarch. in Flamin.* Cum Cæsar & Antonius inter cæteros in senatorium ordinem Maximum quendam servum cooptassent, qui quæstoris officio functurus erat, Dominus agnitum in pristinā servitutem, nemine intercedente, vindicavit. *Xiph. ex Dion. Aug.* Adrianus enim rectè rescripsit: *Non videri legitimè libertatē datā, quam populi in theatro clamor, invito Domino, præsumeretur extorsisse.* nec Tiberius prius consensit, histrionē quendam manu mitti, propter preces populi, quam Dominus pro eo precium accepisset, *Dion. lib.* 57. quod imitatum fuisse Maximilianum Imp. de manumittendo proprio homine, refert *Zas. lib.* 1. *resp. sing. c.* 3. *num.* 81. *arg. l. fin. de nat. restit.* *Si enim, dicente* Cicerone 3. *offic. circa pr. unus traheret omnia aliorum ad se, societas humana pessum iret.* Cæterum Dominus, cum referat omnia ad suum quæstum, bona subditorum sibi quoq; vendicat, & ut de Persis, testatur Procop. *li* 1.

10. *Dominus [illegible] omnia [illegible] beneficio.*

nihil, *nisi suo beneficio* possideri patitur. Nam ut Dominium tam directum, quam utile retineat, fieri, salvo regno, non potest, quia non haberet, quibus imperaret. Ad eum modum vivitur hodiè apud Turcas, Tartaros, Persas, Abyssinos, Moscovitas, & plerasque alias gentes, nec dubitat Montecat. *lib.* 2. *Polit. tex.* 105 *schol.* 1. Gallorum, Hispanorum & Britanniæ regna, præcipuosq; Italiæ principatus ad despotiam referre, cuius sententiæ subscribere non potest, qui quantum intersit inter Turcarum servitutem, & harum nationum libertatem, animo secum

11. *Sententia [illegible]*

reputare velit. Qui enim absoluti sint Domini, qui subditis tantum non in seipsos potestatem dederunt, certè in partem non parvam imperii eos transsumserunt: Persarum consuetudo erat, *notante Aelian. li.* 12. *ca* . 62. ut si quis de rebus obscuris ambiguisq, consilium regi dare vellet super aureo latere staret, & si bona salubriaq; in medium consuluisse videretur, latere in consilij pretiū accepto discederet, nihilominus tamen quod regi contradixisset, flagris cæderetur. Vnde Xerxes, paratis omnibus, qui ad suscipiendam in Græcos expeditionē faciebant, cum convocasset senatum in aulam, *Non*, inquit, *vos advocavi, ut sequerer, sed ut audirem, Herod. li* 7. Dominum se meminerat, cuius verbis oporteat servos esse audientes, & suam rem suo arbitrio, suisq; auspiciis gerere volebat. Cæterum Reges Hispan. Gall. Angl. Scotor: quia rem populi se gubernare sciunt, non privatam, non tantū, antequam quicquam aggrediantur, comitia conscribunt, & eorum, quorum interest, sententiam & assensum exquirunt, sed & sequuntur, quod certè Regum est, non Dominorum. Iidem nec subditorum bona ad se rapiunt, nec hoc agunt, cū Nerone, *ne quis quicquam habeat, Suet. in Ner. c.* 32. aut cum Caligula *in omnium civium bona jus sibi arrogant, Suet. in Calig. c.* 47. Sed licet antiqui dominatus vestigia quædam retineant, pleraque tamen in liberalitatē regiam demutarunt. 12. *Dominatus plerumq; introducitur à victoribus.* Nullibi enim frequentius cōspicitur dominatus quam in iis provinciis, quæ jure belli per vim occupantur, quoniam jus belli esse creditur, ut victi cum vita, libertate, adeoq; bonis omnib. suis cedant potestati victoris. Eo dum rigidè utitur victor, exactum se devictorum constituit Dominum. Nam & servitutem hoc modo introduxerunt bella. Ita Guilielmus Augustus, occupata Anglia, fortunarum omnium Dominus esse voluit, *Polyd. Virg. lib.* 9. quod quia durum videbatur pristinis colonis, subindeq; ea de causa contra insuetum Regem arma conclamabant, salubri consilio mitigavit Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis severitatem Regis, & ut res suas cuique relinqueret, immunitates Saxonum & Danorum uno impetu non revocaret, sed legibus S. Eduardi locum faceret, suasit, quo facto, cum regnum sibi Guilielmus sibi stabiliisset, summum illud jus dominatus, per seditiones filiorum & nepotum ingravescente denuò potentia populari brevi eò descendit, ut Comitia ipsum Regem in ordinem cogerent, & leges, quas visum esset, darent. *Matth. Paris. & Raph.*

Helmshod. in Chron. Carolus M. subinde ad vomitum relapsis Saxonibus, viam obstruere volens, colonias Francorum induxit, ea lege, ut in horum potestate & ipsi & bona ipsorum essent, adeò ut, indicta causa, ad patibulum rapi possent, & ex suspitione sola, quam crebræ defectiones quasi necessariam & veresimilem reddiderant, condemnari: Sed & hoc jus statim relaxavit Ludovvicus filius, qui nimis duriter cum refractariis populis agi ratus, non servorum, sed justorum civium loco eos habere cogitavit. Iisdem auspitiis Gothos & Longobardos in Italia, & Hispania, Francos in Galliis, futura regna à dominatu auspicatos fuisse certius est, quam ut operosè deduci debeat. Odoacer enim, quem Diacon: *in Zenon.* Turcilingorum & Rugorum regem vocat, & *Tyrannicè, Augustulo Imperatore exiliato, Romæ regnasse* ait: Chronicum vero Saxonicum, antiquum, *Saxonica lingua sine mentione Autoris scriptum*, ex Barbiensi tractu ad Albim evocat, statim, ut caput Italiæ tenuit, *totius Italiæ Dominum* se proclamari fecit. Secuti post Gothos Longobardi iisdem vestigiis incessêre, præcipuè cum jam barbarum Dominatum Attila in Germaniam, Franci in Gallias, Gothi in Africam & Hispaniam invexissent. Nec enim Longobardi vel primi, vel soli, fiduciarias possessiones introduxerunt, licet ab iis feudorum originem, exactius confirmatam plerique derivent. Nam Attila post pugnam Cathalonicam à cattis & Tyrigetis juramentū fidelitatis accepit Isenaci. *Rivand. in Chron. Turing.* Franci Duces & Marchiones crearunt in Galliis, Gothi quoque suis principibus terras in Hispania possidendas dederunt, atque ita sensim invexerunt communem feuda constituendi consuetudinem, qua ratione eandem in Cimbricam Chersonesum introductam censet Christian: Cilicius *libr.* 1. *bell. Dithmar*: ab iis, qui veteribus colonis expulsis, novum ibi Dominatum aggressi sunt. Feudorum enim constitutio perfectum redolet dominatum, ut rectè opinatur Bodin. 2. *de Rep. c.* 2. & sequitur Heigius *lib.* 1. *q.* 1. *num.* 40. 41. nec lacti lac similius, quam dominatum repræsentat ille principatus, in quo possidentur omnia nomine fiduciario. Licet quidem justo

11. *Vestigia Dominatus in feudu & fiduciaria possessione.*

bello victis omnia eripere, 1. *Pol. c.* 4. *Plato* 1. *de ll. Xenoph.* 7. *Cyrop. L. 5. lib.* 21 *&* 3 . *ut in tract. de bell. probamus*, nec hostibus in eo fit injuria: Sed hoc jure erepta, vel sibi soli vindicat Imperator, quod est Tyrannorum, quia ad suum quæstum omnia cum destructione boni publici referre, Tyranno[illegible] vel civibus pleno jure possidenda credit, dummodo signa subjectionis inde præstent, tributum sc. & vectigal, quod est regum, qui consulunt ubique utilitati civium, vel denique media via incedit, & proprietatem sibi retinet, usum pro servitiis elocat civibus, quod est Dominorum, qui quidem sua sibi imprimis commoda proposita habent, sed quia & de suis periclitarentur, nisi commodarent ex parte civibus, idcircò usum fructum sub conditione largiuntur vasallis, ipsi nihilominus Dominium directum retinentes. Domini enim utilitatem anteponunt jura feudalia commodis vasallorum, quia propter servitia regulariter feuda constituta sunt, *c.* 1. *in fi. Ex quibus caus. feud. amitt. c.* 1. *§. sed quia non sufficit. de for. fid. c.* 1. *firmiter. de prohib. Feud. alien. per Fred.* 1. *§.* 1. *& §. fin. Hic fin. lex.* & ob non præstita servitia feuda amittuntur. *c.* 1. *sed non est alia. quæ fuit prim. caus. c.* 2. *§. ad hæc. Hic fin. lex.* Landrecht/ *art.* 14. *ngl. n.* 3. *in fi.* nec alia de causa mulieres, sacerdotes, muti & alia parte ad obeunda servitia inhabiles, à successione repelluntur, nisi quia Dom[illegible] utilitatibus nequeunt inservire. *c. un. An mut. vel alit. imperf. c. un. §. Ex hoc illud. de feud. feud. fam. c. un. §. hoc autem n[illegible] tand. de his, qui feud. dare poss. cum fin*: Su[illegible] qui putant, injuriam fieri liberalitati pri[illegible]cipum, si ex constitutione feudorum inferamus dominatus iniquitatem, Regium enim esse bona sua aliis utenda dare. Ita nimirum est, si de suo dent. *Quid das de meo*, ait Salvin. *libr.* 5. *gub. DEI*, *da & de tuo*, *Principis* verò ait Plut. *in Panag. Tantum est quantum omnium*, & Antoninus ad imperium transiens, *etiam, quæ antea habuerat, se perdidisse* dicebat, *Capit. in Ant.* quoniam quicunque bello, quæcunq. sumtibus Reipubl. acquiruntur, toti Reipub. non solius principis fisco cedunt, & civium possessio[illegible] restituenda sunt. *Qui vult solus capere [illegible]*

14. *In feudis anteponitur [illegible] lus Domini salutis vasallis.*

15. *Quomodo [illegible]*

tiam, deberet solus pati expensam, ait Salvian. *d. lib.* 5. Romani quondam devictas civitates, provincias, regna, aut juri suo restituebant, aut agri parte multabant, quam militibus, aut civibus Romanis pleno jure
16. [illegible] possidendam tradebant. *Carthaginensibus* ait Flor. *Epit.* 19. *post primum bellum Punicum pax data.* Nihil praeterea Sylla quantumvis crudelis, quantumvis Athenienſibus infensus, subjectas tamen Athenas esse saltem voluit, quoad caetera jura, leges & libertate, liberas reliquit, *Plut. in Syl.* T. Quinct. Flaminius universam Graeciam liberam in conventu publico proclamari per praeconē jussit, *Plut. in Flam.* imò & Philippo Macedoni Consul pace data, regnum concessit, *Flor. lib.* 2. *Rom. hist. c.* 7. Antiochum trans Taurum se continere voluerunt, Siculis agrum totum reddiderunt, *Cic. act.* 5. *in Verr.* Augustus regna, quibus belli jure potitus est, praeter pauca, aut iisdem, quibus ademerat, reddidit aut alienigenis contribuit: nec aliter universos Reges, quam membra partesque imperij, curae habuit. *Sueton. in Aug. c.* 48. Hoc certè erat Regium, *Victoria*, scilicet ut Alexander M. ad Darium, Pyrrhus ad Romanos enuntiabat, *& gloria contentum esse*: Sed cum jus belli severius exercere placeret Romanis, agros, hostibus ademtos, partim publico vectigales faciebant & à Censoribus elocati curabant, partim privatorum militumque usibus assignabant. *Liv. lib.* 26. *l. Item si verberat.* §. 1. *de rei vend. l. Lucius in pr. de Evict. l. cotem.* §. *agri. de publican*: Directi vero & utilis Dominij mentio nulla. *Benedict. Bonnius de* [illegible] *censib. art.* 26. 36. Nam ne fundi limitanei quidem, quos Alexander Severus ceperat militibus ea lege, ut ad haeredes, quatenus militarent, transirent, tribuere putans, eos pro finibus fortius pugnaturos, si pro rebus propriis pugnarent, ad feudorum naturam satis apposite trahuntur, à Vigl. *rubr. Inst. de mil. testam. n.* 22. Panciroll. *de notit. Imp. Orient. c.* 139. Lael. Taurell. *libr. de militiis ex cas. cir. fin.* quoniam nec ad servitia obligabantur possessores, cum veterani plerunque & emeriti illuc immitterentur, nec recubabant, nisi limitibus & agris hostium, praeter pluribus disputant Duar. *de feud. c.* 3. *num.* 3. *Cujac. lib.* 8. *obs.* 14. Hottom. *disp. de feud.* 2. Barbarae verò nationes, ut se in ruituri imperij Romani provincias effuderunt, non tantū limites militibus armarunt, aut Marchiōes, à limitū defensione denominatos, constituerunt, sed possessionē universam sibi propriam, tanquā belli jure acquisitam, vindicarunt, mox ne subditis carerent, & ut ex bonorum reditibus domesticos & milites alerent, ad officia vel aulica vel bellica paratos, fiduciae nomine ea vasallis elocare ceperunt, ut, quando vellent, auferre possent, deinde in annos, mox in vitam fidelis, denique in haeredes & nepotes, ut lege Conradi cautum dicitur *c. un.* §. *Et quia vidimus. de his, qui feud. dar. poss.* confirmarunt, atque ita ex dominatu Barbarorum primum emerserunt feuda, quemadmodum Henricus Leo *apud Helmold. libr.* 2. *c.* 9. jactitat, *Imperiali donatione sibi permissum, ut in Sclavorum provinciis, quas jure belli sibi subjecisset, Dominij debitum exigeret.* In tantum verò à dominatus severitate recesserunt cultiores, Germaniae, Italiae, Galliae, Hispaniae, Angliae & Scotiae gentes, quantum *feuda* propius ad naturam *Allodialium* delabi, & vasallos plus dignitatis & potestatis repetere passi sunt, tum etiam plura subditis praedia allodij jure utenda fruenda indulserunt. Asiae verò & Africae incolae maximam partem adhuc sub vero Dominatu vivunt. Nam quod Turcarum imperium ne Monarchiis quidem accenseat Ioh. Gerhard: *in qq. Polit.* superius refutatum est: quod idem a Graecis expressum non esse opinetur Smith. *de Rep. Angl. c.* 1. *c.* 10. propterea, quod ex servis Resp. non componatur, subditi verò Turcarum sint instar servorum, id facilè apparet falsum esse, si quis consideret, quem huc usque ex Platone & Arist. explicavimus, dominatum, in quo licet subditi imitentur servos, servi tamen prorsus non sunt, ideoque à communione Reipubl. non prohibentur. Nec enim Turcae libertatem auferunt subditis, perinde ut bello captis, licet eam durioribus legibus circumscribant, quam in regno fieri aequum erat. Nā ad nutū & ministeriū principis, qui se veteri instituto Mahometanorum, *Sultanum* id est, *Dominum* vocat, parati esse, cogun-

18. *Ex dominatu primum prodiisse feuda.*

19. *A quibus cum tempore recessum est in Europa.*

20. *Dominatus Turcarum.*

coguntur, non secus ac olim Persæ qui nec spuere, nec screare coram principe audebant, *Marcell. lib.* 23. Detrectare quicquam eorum, quæ à principe imperantur, religio est,& ad condemnationē vel ipsorum summatum & Bassarum visieriorum, nihil requiritur præter unum verbum principis. Orchanes, Ottomanni filius, *ut refert Leoncla*v. *Calcond.* in regionibus imperio suo subditis domus immunes atque prædia describi jussit, uti videlicet unus ex quolibet prædio mitteretur, qui per unius anni Spatium in regia quosvis sibi injunctos labores obiret. Bajazethes II. cum terræmotus concussisset Constantinopolin, non tantum in singula capita tributum indixit, Sed & decimum quemque fabrorum sub pæna capitis ad reficiendam urbem convocavit. *Mena*v. *in relat. capti*v. *sua lib.* 5. *c.* 14. Quin & Menav. *lib.* 4. *cap.* 2. per totam Græciam, Bosniam Wallachiam, ex quavis familia tertiū adoptari filium in militiam Ianizerorum testatur, quod certè quid est aliud, quam in omnes familias & personas, non tantum universale, quod respectu utilitatis publicæ cuivis Majestati convenit, sed & peculiare & Dominicum imperiū arrogare? Nam quod Timariotæ, quos vocant, seu Equestris ordinis homines prædia sua fiduciæ nomine possideant, quam latè dominantur Turcæ, vel lippis notum est & tonsoribus. Cui enim Regi, principi, nationi, vel civitati possessionem & libertatem unquam integram reliquit Turca post victoriam? Iohannes Castriotes Rex Epiri ultro transierat in potestatem Amurathis II. nec tamen ne sic quidem effugere potuit, quin eadem pertica cum devictis per vim tractaretur, & dejecta à regno ejus posteritate, provinciæ fisco adjudicatæ, per Bellerbejum administrarentur prædia Timariotis distribuerentur. *Marin. Barlet in hist. Scand.* Vidit Busbeq. *Epist.* 1. non tantum Catacuzenos & palæologos contemtius apud Turcas viventes, quam Dionysius vixit Corinthi, sed & alios regij generis & à satrapis oriundos ad miseriam bubulcorum

21. *Cur Turca non habeant nobilitatem generis.* & opilionum dejectos, quod licet in melius plerique interpretentur, quasi apud Turcas solos ex virtute vera nobilitas æstimetur, diligentius tamen mores Sultanorum & primordia imperij intuenti, non obscurè inde deductum videri posset, ne qua dignitas, aut prærogativa in Repub. esset, quæ à præsentis principis gratia non dependeret. Quemadmodum enim arbiter scenæ personas mutare jubet histriones: ita Turcarum Dominus ab infimo loco ad summum extrahit suo unius arbitrio, & quem hodie proximo à se loco constituerat, ubi mutavit sententiam, cras ad transtra condemnat, quemadmodum de Achomate, primo visieriorum Bassa, cui nulla verisimili de causa, nisi ut Rustano primus locus redderetur, gulam frangere mandaverat Solimannus, fide dignum testimonium reliquit Busbeq. *Epist.* 2. Imò cui latere tecto post multa verbera vitaque integra à scena abscedere datur, magnas addere gratias, cogitur, quod intelligat sui memoriam adhuc vivere in animo principis, *Busbeq. lib.* 1. ut de Persis supra relatum fuit *ex AEl.* 12. *c.* 62. & de Abyssinis non dissimilia scribit Franc. Alvares. *in hist. AEthiop.* Cum igitur Turcarum Imperator tantam potestatem sibi vendicet, & tam personarum, quam rerum subditorum sit Dominus, quandoquidem jam legis Mahometanæ certo capite cautum fuisse scribat Bodin. 2. *de Rep. c.* 2. *ne quis omninò Dominatum affectaret, neve ullius prædij dominum se diceret præter Calipham, pontificem Max* cujus Turcarum, & Persarum Imperator, nec non Reges Marocco & Fezzæ sese successores jactitant, fieri aliter nō potest, quin Turcæ sub Monarchia Dominica sint, ut & Persæ & qui in Africa Seriphiis obediunt & regi Adelensium. Nam quia in locum Caliphæ se ingesserunt, ejus quoq; jure utuntur. Seriphii hoc amplius, quod non tantum *Alcaidis*, hoc est, vasallis, prædia elocent jure feudali, sed etiam, quoties visum fuerit, possessores inde abigant, eorumqꝫ filios stipendiis annuis, filias inventâ nuptiarū conditione contentas abire jubeant, *Boter. part.* 2. *Cosmogr. c.* 2. In regno Congo, ait Lopez. quia nemo ex bonis immobilibus quicquam proprium habet, quod ad Regem non pertineat, nullæ lites nisi de injuriis & conviciis audiuntur. &c. *Eduard. Lopez. l b.* 2. *de regn. Cong. c.* 7. Abysinorum Rex non minori in suos utitur autoritate, quippe à quibus

22. *Do[...] Se[...]*

23. *Regem in Congo.*

bus colitur tanquam divinum quoddam numen, sat beatos se judicantibus, modo pedem Regis dimodis plagulis, contuendi copiam habeant. Flagellati gratias agunt,
14. quasi beneficio affecti: bona omnia fiduciæ nomine à manu principis recipiũt precaria, & quotannis juramentũ fidelitatis repetunt: subditos nemini habere licet, prçter Regem: Ex singulis familiis tertium quemq; filium debent satellitio regio, seu militiæ S. Antonij, pluraq; alia onera lubentes subeunt, ut videre est in narrationibus Francisci Alvaresij, Horatij Malaguccij, Damiani à Goës, Iovij, Leonis & Boteri &c. quæ sunt satis insignia dominationis indicia. Nam accuratè de forma Reipubl. ex tam paucis fragmentis & dubia historia judicare non magis licet, quam de cæteris trans montes Lunæ extensis, in Africa regnis.

15. *Tartarum.* In Asiam ubi pedem referimus præter Turcas, bonam eius partem invenimus occupatam à Tartaris & Chinensibus, quique his utrinque adjacent, *Tartaris* non est dudum, quin dominiceè, ad modum vicinorum principum, M. Chamus imperet, eum primus huius dignitatis principes omnes primogenitos suos tollere juberet, fortè ut Ius successionis, quod iis armatura putabatur, extingueret. Ad militiam, ad servitia aulica non secus utitur subditis universis, ac si omnes in ministerio eius familiari viverent: A bonis exigit Decimas, tanquam qui solus sit rerum in suaRepub. dominus, ut referunt Hatto Armen. *in Relat. Tart. cap.* 16. & 48. Michov. 1. *de Sarm. cap.* 2, 3, 4. Boter. *part.* 2. *Cosmogr. lib* 2. Pantal. *in descript. Tart.* In
16. regno Chinæ, perinde ut Abyssinorũ, nomina Ducum, Comitum & id genus alia prorsus ignorari refert Boter. *d. lib.* 2. quod Rex solus sit omnium Dominus, & subditos
17. sibi omnes immediatè cum bonis subjectos habeat. *Lindsch. lib.* 2. *histor. Indic. cap.* 23. 24. In regno Caucochinæ seu Siannensi subditi locationis titulo agros possident, usum fructum vindicante sibi fisco. *Boter. ibidem.* De Iavanis conceptis Verbis testatur relatio Belgica *ab anno* 1594. *quo expeditionem noVam in illas oras susceperunt*, quod sint servi suorum Regum, & ad eorum nutum arma capessere cogantur, *Part.* 3. *histor. Ind.* *c.* 26. & hanc Dominandi libertatem per vicinas Insulas Iaponiam Bali, Madagascar Seilon &c. sparsam esse, nemo est, qui non ex relationibus, tam Hispanorum, quàm Belgarum facilè colligat. Apud Bantamenses quàm primum quisquam moritur, bona omnia invadit Rex, abducta uxore de liberis, quos Chinensibus ad tempus utendos vendit, nisi si ante obitum parentũ nuptias contraxerint. Vnde fit, ut ante annum ætatis 12. sæpe quis tres aut quatuor nuptias constituras habeat, eaque festinatione Tyrannidem regis prævenire speret. *Part.* 5. *histor. Indic. qua continet relationem naVigationis ab anno* 1594. *ad annum* 1600. Achinenses omnes subjecti sunt regi, instar servorum, qui opere 4 Sabandrarum id est magistratuum reguntur, periculosum est apud eos in suspitionẽ divitiarum, quas Regi pro arbitrio subtrahere licet, incurrere. Qua de causa omnes eodem vestium genere ornantur, ne pauperum & divitum discrimen ullum appareat, *ex relat. Ioh. Herm. de Bree. part.* 8. *histor. Indic.* Atque adeò dominatus pervagatus est universum Orientem, nec ab Europa ipsa, qua contermina fit Turcis Tartarisve abstinuit. Nam vel unius Iohannis Basilij vita, *ab Oderbor. descripta*, ne plura suffragia à Sigismundo Barone, Iovio, Bodino, & aliis emendicem, documento esse potest, quam arctè & serviliter Magno suo principi subjiciantur Moscovitæ. Nemo est, qui ad lectionem eius non exclamet: Tyrannum, non principem depingi, quia solemus aliorum mores nostris metiri. Liberis & prudentibus populis Tyrannus extitisset, quia iis incubuisset contra naturam: Sed Barbaris & minus animosis Russis necessarius fuit princeps, quia eorum natio nec assueta est aliter, nec aliter ferunt mores. Testor turbas & tumultus, quibus in mutuas cædes jam totos viginti, & quod excurrit, annos ruit, & vastatur barbaries illa, postquam aperta per vim fenestra, semel ad perniciosam & insuetis animis intolerandam libertatem seditiosos colonos conclamarunt. Asino quippe fustes, & servis debentur compedes. Moldaviç Waivvodis eandem severitatem tribuit Greg. à Reichersdorff, Transylv. & hinc accersit causam tot

 conju-

55. *Quæ Tyrannidem nec conjunctim, nec disjunctim sumta constituunt.*
56. *Et sunt naturâ Tyrannidis posteriores.*
57. *Nec conveniunt omni Tyranno.*
58. *Omnia, quæ multa sunt, convenit revocari ad unum quid per se.*
59. *Quod erit essentia Tyrannidis.*
60. *Definitio Tyrannidis Aristotelica.*
61. *Quomodo regnum & Tyrannis opponantur.*
62. *Sæpè, quæ benè in speciem fiunt, Tyrannidem vehere in recessu.*
63. *Ideoq; actiones Regum ac Tyrannorum semper æstimandas esse ex fine.*
64. *Quem finem Tyrannus sibi propositum habeat.*
65. *Rejicitur definitio Sepulvedæ.*
66. *Additamentū quoddam Thomæ ad definitionem rejicitur.*
67. *Tyrannum semper imperare paribus aut melioribus.*
68. *'Ανυπεύθυνος quid significet in definitione.*
69. *Parem esse potestatē Regis ac Tyranni.*
70. *Perfecta & succincta definitio Tyrannidis.*
71. *Omnem Tyrannidem esse violentam.*
72. *Quo sensu verum sit, & accipiendum.*
73. *Violentiam non esse in definitionem ingerendam.*
74. *Rejiciuntur cavilli Bodini.*
75. *Quomodo violenta Tyrannidi sit propria.*
76. *Regibus subditos obedire quidem invitos, sed per accidens.*
77. *Tyrannis verò eosdem favere.*
78. *Odium civiū per se nō facere Tyrannum.*

1. *Quare de Tyrannide ultimo loco agatur.* EXtrema Monarchiarum est Tyrannis, eademq; non tantū in genere, ubi unus dominatur, sed omnium omninò Rerumpub. pessima 3. *Pol. c.7. in pr.* 4. *Pol. c.2. & 8 in pr.* qua de causa, in eo tractatu, cui propositum est, explicare Respublicas, Tyrannidem adducit Arist. ultimo loco, *lib. 4. Pol. c.8 in pr. & c. 10.* quoniam omniū minimè Reipub. nomen meretur. Licet enim pari passu ambulet cum Dynastia paucorum & impotenti plebis dominatu, 4. *Pol. c. 4. 5. 6. & 14. lib. 5. c. 6. l. 6. c. 6.* utroq; tamen deterior censetur,
2. *Tyrannidem pessimam esse omnium Rerumpub.* quia *majori bono opponitur*, ut ait Alcinous *de doctr. Plat. c. 33.* & *Bono majori majus malum objici certū esse* dicit Alexand. Aphrod. *lib. 1. Probl. 36.* Quo vinum quodque generosius est, eò fortius est, ubi corrumpitur, progenerat acetum, & utilissima quæq; alimenta per putredinem deterrimum concipiunt odorem, nec venenum corpori innascitur magis deleteriū, quam in quod optimè elaboratū semen degenerat, & *ex summa libertate*, ut ait Plato, *servitus oritur, & plurima & ferocissima. lib. 8. de Repub* Quantò enim plura bona intulit regnum, cum in eo cives quasi sub unius patrisfamilias sollicitudine amicè viverent, ut de Cyri imperio loquitur Xenophon *lib. 8. Cyrop. in fin.* tantò impensius nocendi facultatem accipit Tyrannus, postquam ad exequendum, quod secū animo præcepit, nihil sibi deest præter nutum, sicut Cajus lautiore convivio effusus subitò in cachinnos, Coss. qui juxta cubabant, quidnam rideret, blandè quærentibus, *Quid*, inquit, *nisi uno meo nutu jugulari utrumq; vestrûm posse?* Et quoties uxoris vel amiculæ collum exoscularetur, addebat: *Tam bona cervix simul ac jussero, demetur. Suet. in Calig. c. 32. & 33.* In cæteris, quantumvis corruptis Rebuspubl. manet saltem 3. *Multa de causa.* umbra quędam publicæ, seu inter plures divisæ rei: in Tyrannide transeunt, omnia ad unius privati libidinem: nec tam facile est plures uno impetu simul degenerare, quam unum aliquem nimia licentia corrumpi. Inter triginta Tyrannos, Atheniensiū Theramenes extitit, Critiæ & sociorum crudelitatem retundens, triavemillia in consortium rerum ascifcens, *Xenoph. 2. Græca*, inter quadringentos Phrynichus, qui jam Sami Alcibiadi & paucorum potentiæ adversatus fuerat, *Thucid. lib. 8. Arist. 5. Polit. 6.* Inter Decemviros Rom. C. Iulius P. Sextio, in cujus ædib. cadaver effossum fuerat, diē dixit ad populū, *accusator existens, cuius rei legitimus judex erat, decidensq; jure suo, ut demtum, de vi magistratus populi libertati adjiceret.* Livius *lib. 3.* Octavius quoque Lepidi Antonijque sævitiæ multum detraxisse creditur, nec, nisi invitus, in cædem & proscriptiones consensisse, cuius indicium capit Dionys. ex mansuetudine, qua usus est, cum ad suum unius arbitrium omnia traxisset. Tyrannus verò, qui

cum Nerone *se ex omnibus mortalibus placuisse censet, ut in terris DEorum vice solus ungeretur, qui vita necisq; gentibus arbiter, qualem quisq; sortem statumq; habeat in sua unius manu positum putat. Sen. l. de Clem. c. 1.* nullius collegæ intercessione, nullius amici dissuasu retinetur, quò nunus in omne vitiorum barathrum præceps eat & libidinē pro lege habeat. Vnde meritò Plato *in Polit.* ut Monarchiam, bonis legibus fundatā cæteris quinq; Rebusp. longè præfert: Ita ἄνομον dicit esse χαλεπὴν καὶ βαρυτάτην.

4. *De nomine Tyranni.* Nomen verò Tyranni aut Tyrannidis est ex eorum numero, quæ abusu hominum in deterius traducta sunt, & malè audire ceperunt. Etenim *Tyranni olim dicebantur, teste AEmyl. Prob. in Miltiad. qui potestate erant perpetua in ea civitate, qua libertati assueverat*, ut in illo Virg.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni,

Iovemq; ipsum *Tyrannum Deorum* vocat Aristoph. *in Nub.* nomine à Chaldæis Syrisque deducto, ut explicat Scholiast. Sophocl. *in Oedyp.* & Cæl. *lib. 22. c. 2.* Et inter sententias Senecæ attributas: *Tyrannus à Rege differt factis, non nomine. Senec. 1. de Clem. 12.* Infamiam autem contraxit nomen, postquam sævitia, crudelitate & publici boni intervesione summam potestatem, qui ea potiebantur, consceleraruntt. Nam apud Græcos, Italos & Romanos, vel *Regum* ipsorum

5. *Multa nomina eandem cum Tyranno patiuntur invidiam.* Sanctum nomen ex paucorum abusu, invisum fuit & abominabile, quippe cum liber tati suæ, quasi ex ære collatitio, tantum decedere putarent, quantum reges occupassent, ut ait Persicus Prætor Artabanus *apud Plutarchum in Themistocl.* Vejentes, quod tædio annuæ ambitionis regem creassent, universi Hetruriæ populi deseruerunt, *non majore odio regni, quàm ipsius Regis, decretumq; fecerunt: Auxilium Vejentibus negandum, quam diu sub Rege essent. Liv. lib. 5. in pr.*

6. *Regum.* Pacuvius cum ageret cum populo Campanorum, de reficiendo Senatu, *Aut Rex*, inquit, *quod abominandum, aut Senatus habendus. Liv. lib. 23. in pr.* Tribuni pl. Rom. non expromserunt acrius telum contra M. Manlium, quam, ut crimen Regni in medium ponerent, *Simul*, ajunt, *multitudo illa non secum certari viderint, & ex advocatis judices facti erunt & accusatores de plebe, patritium reū intuebuntur, & regni crimen in medio: nulli magis, quam libertati favebunt sua. Liv. lib. 6.* Cæsari non tàm fraudi fuit, quod regia potestate, quàm quod regio ornatu uteretur, statuasq; suas diademat ibus revinciri pateretur. Nā, quod principium fuit conjurationis, Flavius & Marullus trib. pl. qui regem salutaverant Cæsarem, conquisitos in carcerem statim rapiebant, secuto populi applausu, Brutosq; eos appellante, quod primus Brutus regem abolita successione, imperium ad Senatum populumq; ex regno traduxisset. *Plutarch. in Cæs. n. 16.* Iugurtha, ut Bocchum generum facilius in communem belli calamitatem pertraheret contra Romanos, eos dicit esse communes hostes, *quia omnia regna adversa sint. Salust. in Iugurth.* Atqui ita videmus quotidiè nomina infamari, quando vitium contrahit res vel persona, cui nomen impositū. *Multaq; verba esse*, scribit Varro *lib. 4. de ling. Lat. qua aliud nunc ostendat, aliud ante significarent, ut Hostis. Hostē enim apud Majores dictum fuisse, quē nunc peregrinum dicimus*, probat Cicero ex legibus XII. tabul. quarū una: *Aut Status dies cum hoste*, cujus item meminit Plaut. *in Curcul. Si status condictus cū hoste intercedit dies*, & Gell. *lib. 16. c. 4.* nec non altera: *Adversus hostem aterna auctoritas esto.* Quid *ad hanc mansuetudinem*, ait Cicer. *addi potest, cū, qui cum bella geras, tā molli nomine appellare? Quāquam id nomen durius jam effecit vetustas: a peregrino enim recessit, & propriè in eo, qui contrà ferret arma, remansit, lib. 1. off. l. quos nos 234. de V. S. Ant. August. Flav. Vrsin. Ravard. Hottom. Brisson. ad ll. XII tab.* Quia n. peregrini nō rarò in hostes degenerarunt armis contrà Remp. latis, idcirco hostes definiri ceperunt, *cū quib. bellū esset. l. Hostes 118. de V. S.* Sic etiā *Latronū* nomē in deteriorem significationē cessit, cum abolita disciplina militia verteretur in rapinā. Nā olim Latrones appellatos, quasi *Laterones*, quod assistāt lateri Regis, memorat Varro *lib. 6. de ling. Lat.* & Gracchus latrociniū accipit pro satellitio *apud Noniū*, dum ait: *Qui apud regē in latrocinio fuisti, stipēdiū accepisti.* Plautus

Latro. *Latro.*

Latrocinatum ire, dixit *in Trin.* pro eo, quod Terentius: *Ibit aliquo militatum. in Heaut. in pr.* Sic *Mathematici*, Magis maleficisque associati & cũ iis aliquoties urbe pulsi sunt, quod scientiam omnium & certissimam & nobilissimam in vanitates divinatorias & perniciem hominum converterent. *Tacitus lib.2. Annal. lib.1. histor. Tit. C. de malef. & Mathem. Genus hominum*, inquit Tacitus, *quod in civitate nostra & vetabitur semper & retinebitur. lib.1. histor.* Sic *Sophista* à Philosophis distingui ceperunt, *Arist.4. Metaph. text.9. lib.1. Sophist. Elench. c.1.* cum pro demonstrationibus inanes altercationes & captiosos Elenchos comminiscerentur: & multa alia nomina in pejus abierunt, postquam res incurrerunt in odium, inter quæ meritò primum locum sibi vendicat Tyrannus, quod licet regium nomen fuerit ab initio, mox tamen propter regum impotẽtiam in deterius flexum, iis assignatum fuit, qui se sceleribus regio titulo indignos fecerunt. Sic enim Nabis Regem Tyranno opponit, in orat. ad Quintium: *Ego, qualiscunq; sim, idem sum, qui fui, cũ tu ipse mecum, T. Quinti, societatem pepigisti: Tum me Regem appellari à vobis memini, nunc Tyrannum vocari audio. Liv. lib.34.*

10. *Iniquorum.*

11. *[illegible] Ty[illegible] principum [illegible] tenus attribu-tus.*

Sicut verò olim, cum fucatæ libertatis vana interpretatione homines sibi illuderent, in Tyrannorum album referebant bonos quoscunq; principes, qui sæpè ultra hominum memoriam, sine ullo sævitiæ vestigio civitatibus præerant, eò *quod populum*, ut aiebat Solon, *servitute non liberabant*, Democratiamq; ex imperio unius facere recusabant: *Stob. ser.46. Aristot.2. Pol.10.* Ita hoc seculo, quo libertatem quidem modestius interpretari didicerunt homines, sed ex innata quadam lasciviâ, mutationibus præter modum delectantur & ad rebellionem spectant, Tyrannidis notam inurunt legitimis principibus, ut primùm à regia via vel minimum deflectunt, & cum Plotina Trajani, *tales non exeunt è palatio, quales ingressi fuerunt. Dion. & Xiphil. in Trajan. in princ.* Vnde fit, ut, cum Virginij argumentum, quo exercitus Rom. sacramento solvebat & à Decemvirorum castris in Algidum abducebat, *quia scil. sine SCto & populi jussu Decemviri sibi ipsi, ad instar Tyrannorum, imperium & fasces prorogaverant, Halyc. lib.11.* ubiq; præsupponant, tot immeriti principes vel quotidiè trucidentur, vel avitis patrimoniis excludantur, sub specie excutiendæ Tyrannidis. Continuò enim, ut minus ex sententia subditorum præest principum aliquis, Tyrannus audit & non secus, ac in perduellem, quilibet in eum hostis evadit. Vt autem funestus hic error civibus dematur, & principum incolumitati consulatur, tria discrimina ob oculos ponenda, quibus ab imperfectis aut in deterius spectantibus principibus Tyranni distinguuntur.

Primùm enim distinguendum est inter negligentiam principis & à deliberata mente profectam Reipubl. destructionẽ. Quemadmodum differunt: *Non temperans & Intemperans*, quorum hic habet habitum destinatum genio indulgendi, ille etiamsi virtute careat, non tamen statim cecidit in habitum vitiosum, ut docuit Aristot. *in Eth. li.2. & 7.* ita distinguuntur *Tyrannus & negligens Princeps*. Nam qui jacentem non tollit, non etiam præcipitasse putandus est. ICti quidem homicidij accersunt etiam eum, qui alimoniã non præbuit, *l. necare 4. de agnosc. lib.* & Ius Canonicum participem culpæ facit, qui pereuntem periculo non eripit. *c. non in inferenda. 23. q.3. c. sicut dignum. §. Illi etiam. de homicid. c. dilecto. §. & quidem. de sent. Excom. in 6.* cujus ratio additur *in c. pasce. dist. 86. quod quisquis hominem servare poterat, si non servat, occidat.* Cicero *duplicem* constituit *injustitiam, unam eorum, qui inferunt, alteram eorum, qui ab iis, quibus infertur, non propulsant injuriam. libr.1. offic.* nec infitias ire licet, etiam de iure civili, quod in hoc casu à Canonico dissentire creditur, graviter delinquere, qui proximum è luto non tollat, *ut inter causas belli. 1. de defens. socior. planum facimus.* Cæterum id ita intelligendum est, *si dedita opera negligat, cum possit opitulari.* Nam alimoniam denegans aut exponens infantem, sua opera mortem infert, cum *nihil interesse*, dicat Vlpian. *occidat quis, an causam mortis præbeat. l. nihil interest. 15. ad l. Cornel. de Sicar.* Perinde ut Dioclet. & Maximin. ex l. Aquilia actionem dant contra eum, qui pecora per injuriam

12. *Distinguitur negligentia principum à Tyrannide.*

13. *Non esse idem occidere & non servare.*

14. *Excusari eũ, qui iurare non potuit.*

iuriam inclusa fame emori siverat. *l. de pecoribus 5. Cod. de l. Aquilia.* Tum etiam jura eum demum excusatum habent, cui copia juvandi non fuit. *l. culpa caret. de R. I. dict. cap. non in infer. de pasce. &c. Qui propositum suum non protexit*, ait Menander. *libro 3. de re milit. cum posset, in pari causa factori habendus est. Si resistere non potuit, parcendum ei. l. omne delict. 6. §. Qui prapos. 8. de re milit.* Et ut maximè negligentia quoque pœnam mereatur, nun quam tamen pari supplicio cum scelere perpetraro subjicitur, quoniam, ut disputant Corinthiorum legati, *apud Thucyd. libr. 1. qui servitutem alijs injungit, magis culpandus est, quam qui, cum prohibere posset, neglexit.* Minus enim in eodem genere delicti omittitur aliquid, quod sit virtuosum, quàm committitur, quod vitiosum. Tyrannus igitur non erit, qui nihil quidem contra Rempublicam agat, sed sive præ ignavia, sive præ amore otii, sive voluptatum studio & fuga laborum minus diligenter in curis Reipublicæ occupetur, quoniam Rex & Tyrannus non opponuntur, ut habitus & privatio, sed ut virtus & vitium, sanitas & morbus. Multis enim Pontificibus hanc laudem tribuit Platina, quod neque benè quicquam egerint, neque malè. *Theod. 2. & sequentib.* & Cajus Caligula ad Ptolemæum Regem in Mauritaniam relegaverat Equitem quendam tumultuantem, cum his codicillis: *Ei, quem istuc misi, neq; boni quicquam, nec mali feceris. Sueton. in Calig. cap. 55.* Datur enim inter virtutem & vitium aliquid, quod neutrius rationi accedat, ex utriusque privatione exurgens. Nam vitium perinde ut morbus, præter inordinationem, in qua consistit natura mali, habet innexum aliquid positivum, quod in actione aut qualitate consistit, ut Ethici & Medici docent, quibus se in virtutibus vitiisque seu integritate & morbis Rerumpublicarum propter identitatem rei accommodare tenentur Politici. Nam si regia virtus consistit in actibus probis, Tyrannicum vitium consistet in actibus pravis, fecitque Zacharias Pontifex maximam injuriam stirpi regiæ Merovæi, quam totam regno Francorum multavit, siquidem Gregorio VII. & Iuri Canonico credimus *c. Alius 15. quæst 6. non tam pro sua iniquitatibus, quàm quod tantæ potestati esset inutilis.* An verò inutilitas, (quam ego socordiam interpretor & rei publicæ neglectum, *prout ex Eginhart. in vita Caroli M. Annal. German. Pithæ. ann. 751. Monach. Egolism. in vita Caroli Magni & alijs ævi illius scriptoribus patet*, licet gloss. *in dict. cap. alius. dissolutam & effæminatam vitam* nobis obtrudere satagat, tantum vitium est in Rege, ut eum perinde ac Tyrannum, non tantum pro se, sed & in præjudicium totius posteritatis, à naturæ jure delata hæreditate excidere faciat? Cur non igitur pueris & mulieribus fores regnorum in perpetuum obsignamus? Nam quod pueri cum ætate acquirant prudentiam, & proinde in spem tolerentur, dum interim per procuratores Respublica vicario nomine gubernatur. Idem eodem jure fieri deberet in regibus parum mente sibi constantibus, quoniam, licet fortassè de illorum imperfectione corrigenda spes nulla supersit, filio tamen, qui patris imbecillitatem prudentiâ correcturus, certis ac jam apparentibus indiciis, præsumitur, propter paternum infortunium, hæreditas non esset excutienda. Neuter enim commisit, quare regno excidere & hæreditate multari debeat. Atque ita Augustus Cappadociæ regi Archelao, *Dion. lib. 57.* tutorem addidit, Scoti Ethodio II magistratus & Proreges substituerunt, *Buchan. lib. 4.* Ipsi Pontifices ita judicarunt æquum esse in causa Sanctij II. regis Portugaliæ, & Caroli VII. regis Francorum. nec non in prælatis suis, in quibus tamen posteritati innocenti non fit præjudicium, & eò major requiritur personæ dispositio, quò minus hæreditatis favor imperfectionem ejus excusare potest, ut latius disputavimus *lib. de translat. imper. cap. 7. num. 5. & lib. de aut. princip. in Rempublicam cap. 4. num. 4.* Cœlestino enim adeò simplici (quippe qui in eremo ab omni forensi fraude submotus consenuerat) ut Latino Cardinali universa Ecclesiæ negotia concedere cogeretur regenda, non ausi fuerunt Cardinales, quantumvis id vehementer vellent, successorem dare.

Margin notes:

15. *Minus est omittere virtutem, quam operari vitium.*

16 *Tyranni natura non consistere in omittendo.*

17. *[illegible]*

18. *Imperfectio [illegible]*

dare, priusquam ipsi persuasissent, ut ultrò cederet: alias sibi imputatum iri omnia mala, quæ se præsidente perpessura esset Ecclesia, legemque pertulissent, quam Bonifacius IIX. postea in Canones transcripsit, *licere Pontifici se abdicare magistratu. Platin. in Celest. V. Nimis enim reprehensibile esset, si te vivente, tibi alium substitueremus*, scribit Zacharias ad Bonifacium Mogunt. *c. pe-tystı 7. quæst.* 1. Nam Ozias rex Iudæorum, etiamsi propter lepram, quam temeritate suâ promeritus fuerat, in medio populi versari non posset, adeoque post aulam recedere & gubernatione abstinere cogeretur, non tamen à regno, quamdiu vixit, exclusus fuit, sed succedanea filii Ioathani opera usus, morte suâ demùm legitimo successori viam ad capessenda sceptra fecit. 2. *Reg. cap.* 15. Quo igitur pretextu Galli Childericum, substituto Pipino; nec non Carolum Crassum, substituto Odone, & denique totam Caroli M. progeniem, substituto Hugone, à successione abegerunt?

Quo colore excusabit Rhegin *li.* 2. *Chron.* Italorum, juxta & Germanorum errorem, qui sibi eundem Carolum Crassum deferendum putaverunt, quod senilis torpor expectationi eorum non responderet? Aut quid commiserat Henricus VI. erga Anglos, ob quod regno dejiciendus videri posset, nisi quod non satis haberet animi vel ad dissensiones Principum domesticas suffocandas, vel ad reconvalescentes Gallorum vires retundendas? Sanè de negligentia quoque & incuriâ excusatus est princeps, si vires à natura concessas non habeat, quoniam eatenus quisque ad procurationem Reipublicæ & caritatem obligatur, quatenus præstare

19. ...m & ...tam ...tiam ...nam es- ...rannidis.

potest. Excusatum dico, quoad Tyrannidem, quoniam supina negligentia etiamsi sit infra summum Tyrannidis gradum, proximè tamen huc se advolvit, si de industria curam Reipublicæ cui superesse possit, princeps abjiciat, quemadmodum Tiberius, cum Capreas festinaret, edicto vetuit otiũ suum turbari, publicarum functionum adeò oblitus, ut nec præfectos militum, nec præsides provinciarum mutaret, *Tacit.* 4. *Annal. Sueton. in Tiber. cap.* 40. *&* 41. & Nero libertis suis Rempublicam diripiendam prostituit, cum ille voluptates suas inter Comædos & Cynædos sectaretur. *Tacitus libr.* 13. *Annal.* Gallienus nec patris captivitate, nec Aegypti Galliarumque defectione, nec Græciæ & Illyrici vastitate, nec tot circumstrepentibus undique Tyrannis, commoveri sese aut ad curam Reipublicæ reduci passus est, cum illud tantum, malorum unum post aliud nuntiantes contra sciscitaretur: *Ecquid habemus in prandio? & quæ voluptates parata sunt, qualis erit cœna? quales Circenses?* Wenceslaum Caroli IV filium, abdicarunt Electores imperio, quod ventri tantum & genio serviret, ignaviaque sua non tantum fines arrodi imperii, sed in ipso ejus meditullio hostes impunè grassari sineret. *Vrstis. tom.* 2. *hist. Illust. Non enim excusatur pastor, si lupus oves devoret, & pastor quiescat*, nec bonus paterfamilias fumantes ædes ex alto deridet, sed & ipse ad restinguendum incendium accurrit, & alios, ut aquam affundant, suo exemplo permovet. Nero adeò à Republica averterat animum, ut cum de motu Galliarum cognovisset, suspitionem etiam gaudentis præbuerit, tanquam occasionem nactus spoliandarum jure belli opulentissimarum provinciarum. Statimq; in gymnasium progressus certantes Athletas effusissimo studio spectavit: Cœnæ quoq; tempore interpellatus tumultuosiorib. literis, hactenus excanduit, ut malum iis, qui descissent, minaretur. Excitus deniq; Romam, ne tunc quidem aut Senatu, aut populo coràm appellato, quosdam saltem è primoribus civibus domum evocavit, transactaq; raptim consultatione, reliquam diei partẽ per organa hydraulica novi & ignoti generis circumduxit, ostendensq; singula, de ratione ac difficultate cujusq; differens, jamq; etiam prolaturum omnia in theatrum affirmavit, si per Vindicem liceat. Postquam deinde Galbam & Hispanias descivisse cognovit, etiamsi imperium sibi vivo auferri quereretur, nihilo secius quicquam ex consuetudine luxus atq; desidiæ omisit, atque imminuit. Quin & in summa annonæ caritate, cum navibus frumentum advectũ iri speraret populus, compertum est, pulverem apportari luctatoribus aulicis,

20. *Oscitantia Neronis.*

aulicis. *Sueton. in Ner. c. 40. 41. 42. 45.* Et hæc quidem negligentia detestanda, principemque in maximum ponit odium, satisq; speciosam præbet causam, si ea sit lex regni, Electoribus, ob quam ab honore Regem removere possint, quemadmodum Wencesлаum ignavuum abdicarunt Electores, & Poloni minitati sunt Ludovvico cum ad Vngaros se reciperet, & Poloniam, tanquam regnum accessorium, non nisi ex longo inter-

21. *Sola negligẽtia non constituit Tyrannidem.*

vallo reviseret, in Henrico verò III. Francorum Rege, quem sibi Regem ex Andium duce constituerant, executi sunt, cum is avitum regnum repetitum aufugeret, licet Gallorum ICti negent id jure à Polonis fieri potuisse. Sed à Tyrannide tamen tantum abest, quantum privatio ab habitu, quoniam, qui sic negliguntur, nondum destruuntur, quod

22. *Tyrannus nõ est, qui ex imbecillitate mentis & defectu judicij, peccat.*

est proprium Tyrannidis, cum possint suis rebus, adeoq; toti Reipubl. per alia ordinaria media prospicere, nisi id quoq; princeps prohibeat, & hac ratione cum incuria pravas Tyrannicasq; actiones conjungat, quarum plures in Nerone proponemus. Præcipuè verò à suspitione Tyrannidis liberandi sunt illi, qui ex impotentiâ mentis aut stoliditate peccant, quia ignorãtiâ tuti sunt, ut & Christus pro suis tortoribus deprecatur, quod ignorantes pecent. *Luc. 23.*

Ad Tyrannidem verò, ut & ad cætera vitia, requiritur propositum nocendi. Injuriâ enim Galbæ imputatum fuit, quod ejus fiducia, inscio Imperatore commiserat Iunius: *Plutarch. in Galb.* & Claudius Imperat. etiamsi multa Tyrannicè deliquit, desipientia tamen magis lapsus est, quam quod potestatem sibi per Tyrannidem stabilire voluis-

23. *Claudiũ Imp. stupidũ magis fuisse quã Tyrannum.*

set. De eo enim sic scribit Xiphil. *ex Dion. Claudius homo, minimè malus, nisi quod familiaribus & mulieribus impensius, quam par esset, inserviret. Cum enim naturâ timidus esset, propter cõtentam educationem, & præ stupiditate ex injecto terrore sese recolligere non posset, illi, quò volebant stultum & meticulosum hominem impellebant. Itaque Claudius absq; ijs sceleribus, quæ commisit illorum causa, in cæteris commodus & bonus Imperator fuit.* Quid enim stupidius in theatro à quoquam Comicorum fingi potuisset, quam quod edictis homines cogeret, Messalinæ cupiditatibus obsequi, cùm illa accusaret, tanquam refractarios & inofficiosos, qui libidini ejus morem gerere detrectabant, *Dion. lib. 58.* populoq; aliquando Mnesterem ex thoro Imperatorio in theatrum deposcente, juraret insuper, *eum secum non fuisset* cum tamen is non dubitaret à populo excitus, ut saltaret, publicè de scena dicere: *Non possum, nam cum Oreste cubuo. Xiphil. in Claud.* Quid porrò hebetius, quàm quod ab uxore se vivo novas cum C. Silio parari nuptias pateretur? cum jam diu Messalina ad adulteri domum multo comitatu ventitare regressibus adhærescere, largiri opes, honores, impunè consuevisset, postremò, velut translata jam fortuna, servos, libertos, paratum principis universum eò deduxisset, idq; non advertente principe. *Haud sum ignarus,* inquit Tacitus dum hæc narrat, *libr. 11. Annal. fabulosum visum iri, tantum ulli mortalium securitatis fuisse in civitate omnium gnara, & nihil reticente, nedũ Consulem designatum, cum uxore principis, prædicta die, adhibitis, qui obsignarent, veluti suscipiendorum liberorum causa convenisse: atq; illam audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse apud Deos, discubitũ inter convivas, oscula, complexus, noctem denique actam licentia conjugali. Sed nihil compositum miraculi causa, verum audita scriptaq; Senioribus trado.* Suetonius addit tabellas dotis ipsum Claudium consignasse, inductum, quasi de industria simularentur ad avertendum transferendumque periculum, quod imminere ipsi, per quædam ostẽta portenderetur. *Suet. in Claud. c. 29.* Qui igitur in domesticis ita excutiit, quid viderit in publicis, ubi Diocletianus etiam bonum Imperatorem sæpè vendi dicebat. *Pomp. Læt. in Dioclet. Multis,* ait Tacit. *ibid. Messalina necem intulit, multis liberti, facilitate & ignavia principis confisi*: Eos postquam suo jussu interiisse inaudiebat Cæsar, graviter dolebat, & præcipitantiam suam oderat *Xiphil. in Claud. nu. 3.* Poppæa, quam Messalina terrore carceris ad voluntariam mortem propulerat, maritum Scipionem, ignarus cædis Claudius, paulò post apud se epulantem percontatus legitur, *cur sine uxore discubuisset?* quam is fato functam respondebat. *Tacit.*

24. [illegible]

25. *Pleraque Claudio T[yrannicè] perpetrata, [in]scio.*

Tacit.lib.11. Annal. De ipsa Messalina cum cœnanti nunciaretur, eam periisse, nō distincto sua an aliena manu, nihil porrò quæsivit, poposcitq; poculum & solita convivia celebravit. Ne secutis quidem diebus, odij, gaudij, iræ, tristitiæ, ullius denique humani affectus signa dedit, non cum lætantes accusatores aspiceret, non cum filios mœrentes. Nam Narcissus libertus, quem Seneca *de morte Claud.* vocat *Dominum Domini*, cum videret Claudij iram misericordiâ superari, jussumque jam esse aliquem ire & nuntiare *Misera* (hoc enim verbo usum ferunt) dicendam ad causam postera die adesset, socordia Imperatoris abusus, injussu eius eius trucidavit, à qua, si qua in conspectum eum communibus liberis admissa fuisset, indubium sibi instare exitium sciebat. *Tacit. ibid. in fin.* Præceperat enim facilitatem Claudij, præceperat oscitantiam, *qua homines*, ut ait Augustus *de mort. Claud. facilius occidebat, quam canis exta edit* (ut legit Alciat. *lib.6. Parerg. lib.5.* & probat Adrian. Iun. *in castig.* Sen. *de mort. Claud.* cum vulgò legeretur, *quam canes excidit*, de qua scriptione B. Rhenan. & Cælius Secund. *ibid.*) & de occisis, sive suo jussu sive alieno arbitrio, non magis sollicitus erat, quam si murem præteriens proculcasset. Nam occisa Messalina, paulò postquam in triclinio decubuit, *cur Domina non veniret*, requisivit. Atque multos ex iis, *quos capite damnaverat*, ait Sueton. *postero statim die & in concilium & ad alea lusum admoveri jussit, & quasi morarentur ut somniculosos per nuntium increpuit. in Claud. c.39.*
26. [illegible] Die ipso repetitarum cum Agrippina nuptiarum in quinque & triginta Senatores, trecentosque amplius Equites Romanos tanta facilitate animadvertit, ut de nece consularis viri renunciante Centurione, factum esse, quod imperasset, negaret quicquam se imperasse, nihilo minus rem comprobaret, affirmantibus libertis, officio milites functos, quod ad ultionē Imperatoris ultrò percurrissent. Sueton. *cap.29.* A. C. Appio Silano initium cædis factum, eò quod Messalinæ officium denegasset & propter hanc Narcisso invisus esset. Finxit enim Narcissus se in somnis vidisse Claudium ab eodem Appio necari, eiq; in lecto adhuc recumbenti somnium tremebundus narravit, quo facinore aucto à Messalina & exaggerato, Appio verò de industria vocato, cum ad Imperatorem tanquam consocerum suum irrumperet, quasi somnio fidem facturus, indicta causa trucidatus est. *Xiphil. in Claud. n.3. Sueton. c.27.* L. Syllenus non multò post, quantumvis destinatus gener Imperatoris; odio Agrippinæ, simul & à prætura & à vita abire compellitur. *Tacit.17. Ann. in pr.* Lollia Paulina, quod cum Agrippina de matrimonio principis certasset, Italia ejicitur inauditâ causa, & Calphurnia illustris fœmina pervertitur, quia formam eius laudaverat princeps, nulla libidine, sed fortuito sermone. Lepidæ amitæ Neronis, mors indicitur, quod conjugiii principis devotionibus petivisset & apud Neronem matri prævaleret. Statilius Taurus magicarum superstitionum accersitus revetâ hortorum, quibus inhiabat Agrippina, magnificentiâ oppressus, vim vitæ suæ attulit, ante sententiam Senatus. *Tacit.12. Ann.* Et hæc omnia machinabantur uxores & liberti *Principis*, ait Tacit. *non judicium, non odium erat, nisi indita & jussa 12. Annal. in pr.* Item paulò post: *Versa ex eo civitas, & cuncta fœmina obediant, rebus Romanis illudenti*, nec non Sueton *Sed & hæc & cætera, totumq; adeò ex parte magna principatum, non tam suo, quam uxorum libertorumq; arbitrio administravit, talis ubiq; plerumq; qualē esse eum aut expediret illis, aut liberet. in Claud. c.25.* Item: *Libertis & uxoribus addictus, non principem se sed ministrū egit. Compendio cuiusque horum, vel etiam studio ac libidine honores, exercitus, immunitates, supplicia largitus est, & quidē insciens plerumq; & ignarus. c.29. in pr.* Hominem autē, ex supina indulgentia peccantem, socordem quidem & stupidū dixeris: at non Tyrannum. Nam etiam de facilitate Nervæ conquestus est Fronto Consul: *Malum quidem esse, Imperatorem habere, sub quo nemini liceat quicquam facere, sed multò pejus esse, cum omnia licent omnibus: Xiph. ex Dion. in Nerv.* Nec tamen ad Tyrannos vel Nerva redigendus est, vel Galba, sub quo non modestius dominabitur Iunius, quàm Narcissus, Pallas, & Polybius 27. *Facilitas principis non est vertenda statim in Tyrannidem.*

 sub

sub Claudio. Augustus *in joco Sen. de mort. Claud.* cum objecisset Claudio: *Tu Messalinam, cuius aquè avunculus major eram, utq; tuus, occidisti*, & is exciperet: *Nescio, Dij*, inquit, *tibi malefaciant. Adeò istud turpius est, quod nescis, quàm quod occidisti.* Turpius certè, cum fatuitati proximum sit, sed quod à summa Tyrannide tam longè hominem detineat, quàm longè à vitio abest ignorantia, aut stupiditas animi. Barbaros excusat Salvianus *li. 4. de gubernat. Dei, quod fallant, quia falsitatis crimen ignorant. Nihil enim contemtu agunt cœlestium præceptorum, præcepta Domini nescientes, quia non facit aliquid contra legem, legis ignarus.* Claudium enim adeò fatuum facit

28. *Testimonia fatuitatis Claudij.* Seneca *in ἀποκολοκύνθωσις, ut eum nescium mortis suæ introducat, & Stoicum Deum vocet, qui nec cor, nec caput habeat.* Adagium etiam in fatuos Reges accommodari solitum, *ut Erasm. in ejus expl. deducit, Aut Regem, aut fatuum nasci oportet*, illi accommodet. Item illud alterum: *Tam fatuus, ut etiam regnare posset.* Antonia mater *portentum eum hominis* dictitabat, nec absolutũ à natura, sed tantum inchoatum, ac si quem socordiæ argueret, *stultiorem* ajebat *filio suo. Suet. in Claud, c. 3.* Iuppiter propterea Herculem portentorum domitorem & cognitorem obviam mittit è cœlo, approperanti Claudio, quod monstri aliquid alere aut afferre videretur. Avia Augusta eum pro despectissimo semper habuit, non affari rarissimè, non monere, nisi acerbo & brevi scripto, aut per internuntios solita. Soror Livilla, cum audisset, quandoq; imperaturum tàm iniquam & tàm indignam sortem populi Romani, palàm & clarè detestata est. Augustus propter defectum, καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ὑγιότητα, nulli illũ publico officio admovit, ne & se & illũ deridendi materiam præberet hominib. μὴ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσι. *Sueton. in Claud. cap 4.* Ideoque pro nihilo habita fuit Claudij vecordia, ut Messalinus, cum grates agendas toti cognationi ob vindictam Germanici censuisset, Claudij mentionem omiserit, de quo Tacitus *lib. 3. Annal. Mihi quantò plura recentium seu veterum revolvo, tantò magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis observantur, quippe fama, spe, veneratione potius omnes destinabatur imperio quàm quem futurum princi[p]em fortuna in occulto tenebat.* Nec ipse quidem stultitiam suam reticuit, simulatamq; à se ex industria, quod aliter evasurus perventurusq; ad susceptam stationem non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est. Nec ante persuasit, quam intra breve tempus liber editus sit, cui index erat, μωρῶν ἐπανάστασις id est, *resurrectio mortuorum*, argumentum autem: *Stultitiam neminem fingere. Sueton. c. 38.* Tantum enim absuit, ut Claudius principatum adeptus, quam simulatam à se videri volebat, stultitiam exueret, ut potius ex stulto insanus factus fuerit, quemadmodum Græculo litigatori, vox in altercatione excidit & quidem impunè: καὶ σὺ γέρων εἶ, καὶ μωρός. *Sueton. in Claud.*

Secundo loco, ubi de Tyranno cognoscendo agitur, separanda sunt vitia privata à publicis, ad eum modum, quo suprà distinximus, virtutes regias, & quæ sunt communes toti hominum generi. *Aliter enim servit Rex, quà homo*, inquit August. *aliter, quà Rex. Quà homo est, servit vivendo fideliter, quà Rex est, servit, leges justa præcipientes & contraria prohibentes, convenienti rigore sanciendo. cap. Si in Ecclesiar. in fin. 23. q. 4.* Cum enim Tyrannus in eodem genere opponatur Regi, in quo consistit huius virtus, in eodem quærendum venit illius vitium, nimirum in administratione Reipublicæ. Nec enim Menander *lib. 1. de re milit.* & Polyb. *libr. 6.* militum delicta, 29. *Distinctio inter privata & publica crimina principis.*

quæ *Castrensia* peccata vocat Vopisc. *in Aurel.* & Imperatores *militaria flagitia, l. in militibus. 13. C. de Test. milit.* cum delictis communibus confundi volunt; sed ex officio militari definiunt, *quæ quis, uti miles admittit*: Salvianus item, *lib. 4. de gubernat. Dei.* tria vitia servilia exhibet, conditionem servorum propriè spectantia: *Furtum, Mendacium, Fugam, quorum nomine, jure civili, si vana litis actio non aperiretur, redhibitio concederetur. Cic. lib. 3. offic.* Eadem ratione, Tyrannis propriè delicta, quantò privatis & communibus graviora, tantò diligentius ab his distinguenda sunt. *Levis & privata pernicies non totas urbes movet:* 30. *Peccata militaria.* 31. *Servilia.*

32. *... & pri... vitia ... fusi ... ad constitu... dum Tyrannum.* moveat: ait Seneca 1. *de Clement. cap 25. & ult. Quod late furere cepit, & omnes appetit, undiq; configitur.* Quid enim, si princeps aliquis non laboret notabili alio vitio, quam *pueros amet*, ut de Cajo Marij nepote scribit Plutarchus *in Mar.* an propterea inter Tyrannos condemnandus erit? De Trajano sic censet Dion *in Trajan. num. 1. Trajanus etsi erat amoribus puerorum & vino deditus: tamen nihil ob eam causam turpiter aut nequiter fecit, passusve est, quamobrem jure reprehenderetur.* Sicut enim per temperantiam Rex non definitur: Ita nec Tyrannus per intemperantiam, nisi cum ea

33. *Intemperantia non facit Tyrannum.* conjunctus sit interitus Reipublicæ. Nam si per libidinem grassetur in civium uxores promiscuè, jam non continet se intra fines libidinis, sed ut meretrix, quæ lucri cupidine se prostituit, non iàm intemperantiæ, quàm sordidæ avaritiæ nomine notatur ab Aristotele *lib. 4. Ethic. cap. 1.* ita in Tyrannum degenerat, qui libidine in perniciem civium abutitur, & propter fœminas multas Tyrannides pessum ire docet Aristoteles *5. Politic. cap. 10. Et fuit Helenam ante cunnus deterrima belli causa, Horat.* Sola verò libido pro nota Tyrannidis afferri non potest, ne optimos quosq; principes uno stylo perfodiamus. Augusto adeò familiare fuit hoc vitium, ut accusatum adolescentem, qui matrimonium contraxerat cum ea, quam per adulterium antea stupraverat, condemnare ausus non fuerit, sed ut in posterum caveret, admonitum dimiserit. *Dion in August.* Et si, ut ab Eleusiniis, quibus summoventur voce præconis impij & scelerati, ita ab regni sacris arceantur hoc vitio notati principes, non solus Nero cogetur stare foras, *Sueton. in Ner. cap. 34.* sed optimi quique in rerum public. gubernatores, prout bellicosos viros in hanc partem præ cæteris propendere scribit Arist. *2. Polit. c. 7.* & innuerunt Poëtę, dum Venerem conjugarunt Marti. *Ovid. 4. Metam.* Ac ne Carolum M. binis nuptiis implicaturo, si se. Longobardam sine causa dimissam putemus, & concubinarum amori prætereà debitum: ne Constantinum M. eidem vitio, & parridio tàm Crispi filii naturalis, quam Faustæ uxoris, ardentibus balneis suffocatæ, *si Victori credimus in Constant.* obnoxium: ne Casimirum M. Poloniæ Regem, Pellici Hebrææ plus quam moderato amore indulgentem, ne Salomonē, cum septingentis uxoribus, Alexandrum M. & Iulium Cæsarem promiscuis amorib. ubicūq; vicissent, dissolutos, nec alios longa serie in aciem sistam, qui non tantum sine suspitione Tyrannidis Veneri indulserunt, sed & summum sui desiderium in animis subditorum post fata reliquerunt, quid referam Davidem, graviter quidem in adulterium & prodisoriā ezedem prolapsum, cum uxorem Vriæ eriperet, utq; eam justæ uxoris loco habere posset, innocentem & nihil tale opinantem maritum hostibus mactandum objiceret, sed quem tamen nec Propheta Nathan, nec Sacerdotum aut principum quisquam propterea regio honore & diademate exuit, perinde ut Nicolaus Pontifex Rom. Lothario Imperatori regiam potestatem adimit, quod legitimæ uxori concubinam adjunxisset, *e. ult. 2. q. 1.* & Gregorius VII. Henrico Imperatori ex 34. *Functus Zelus Pontificum.* cæteris causis, quod uxorem dimissurus videretur. *Sigon. lib. 9. hist. Ital.* Quod idem vitium fraudi fuit Philippo Gallor. & Henrico IIX. Anglorum, multisq; aliis Regibus, quib. non omninò benè volebat Zelus Pōtificum. Ludovvico Pio vel illud vitio datum & inter causas abdicationis perscriptum fuit, quod Iudithæ uxori, præter decus Imperatorium inserviret, à qua Episcoporum conjuratione non magis alienus fuisse videtur Gregorius IV. *ut in tr. de Auth princ. c. 4. nu. 2. diximus*, quàm Sixtus IV. à conspiratione Pattiorum & Salviatorum in Laurentium Medicem Florentinū, cum copiæ Pontificiæ eventum in Hetruria jā operirentur, & is interdicto corrigere porrò pergeret, in quo à fortuna destitutus fuisset. *Angel. Pol. in descript. conjur. Valor. in hist. Laurent. Med.* Marcum 35. *Impp. cornigeri.* Antoninum nihilo deteriorē principem facit Capitol. etiamsi Faustinæ adulteria, in theatris etiam sibi exprobrata, inquirere supersederet, & Severi gloriæ nihil detractum fuit, licet Iuliā famosam adulteriis & simul conjurationis cōnsciam, non curaret dimittere. *Spart. in Sev. n. 6.* Non est dubium, quin scandalosa Principum adulteria excommunicationem mereantur, sed quod excommunicatio hunc effectum edat, ut Principes

regno spoliet, quemadmodum in execratione dicit Gregorius VII. *Henricum Henrici Imperatoris filium, imperatoria administratione regnoq; dejicio, Plati in Greg. VII.* id neq; sacræ sacræ scripturæ, nec Iuris veteris Canonibus cōsentaneum est, cum distincta sint fora, Spirituale, in quo regnat excommunicatio, & Seculare, in quod homini bus de Ecclesia nec directum nec indirectum imperium Politicum competit, *ut in libr. de potest. Pontif. c. 1. & 5. abunde disputamus.*

16\. *Paganismus non facit Tyrannum.*

Quis enim reatus est pernitiosior, adeoq; toti rei Ecclesiasticæ magis contrarius, quàm apertus Paganismus. Nam Friderico II. Imper. vel hoc saltem vitio datum & inter crimina excommunicationi prætensa imputatum fuit ab Honorio III. Gregorio IX, & Innocentio IV. quod cum Sarracenis sentiret, & eorum operâ in bellis uteretur. *c. ad Apostol. & ibi gl. de sent. & re jud. in 6. Sigon. li. 18. histor. Ital.* Et tamen Tiberio Christus tributum persolvi debere & exemplo monuit & præcepto docuit, Paulus verò ad Claudium appellavit, veteresq; Ecclesiæ Doctores in temporalibus, quantumvis superstitionis fœtore abominandis Imperatoribus majorem servabant fidem, quàm ipsi pagani. *Nunquam* enim, inquit Tertullianus *ad Scapul. Albiniani, nunquam Nigriani vel Cassiani inventi sumus*, & *in Apol. Noster enim est magis Cæsar, tanquam à nostro DEO constitutus.* Distinguebant temporalia à sacris, & Iuliano, tanquam *prudentissimo*, ut ipsum cognominat Nazianzenus *orat. 1.* & *Respublica amantissimo*, ut Marcell. *libr. 25.* Imperatori in iis, quæ ad Rempublicam spectabant, promtè obsequebantur, *nec prius manum retrahentes, quàm ad causam Christi ventum esset*, ut loquitur Augustin. *Psal. 124. c. Imperator 11. quæst. 1.* Noverant discernere inter vitia, ob quæ quis Republica & ob quæ Ecclesiâ excidit, quorum hæc quidem tantò detestabiliora sunt, quantò graviorem jacturam inferunt, sed illa tamen in foro Politico ferro, flamma & bonorum jacturâ multantur. Nam si abdicandi sint, tanquam imperio indigni, qui scelere aliquo sese onerarunt, & hinc Anathema merentur, quodvis leve crimen necesse est Tyrannidi exæquetur.

17\. *Facilitas Pontificū in conflanda Tyrannide.*

Nam Nicolaus III. Anathemati uno ictu subjecit, *quicunque magistratus in officio detinerent ultra annum. Platin. in Nicol.* Ecce jam Tyrannidis unum compendium, quò penè erit, ut quò meliores hi principes, eò facilius imperio deponi possint, quando scilicet spectatæ prudentiæ homines ad arbitrium Pontificis imperio statim non exuunt. Iohannes XXIII hæreticos & ipso facto excommunicatos pronunciavit, *qui negarent Christum & discipulos habuisse aliquid proprii, & qui discipulis vendendi, donandi, testandi, acquirendi jus pro ingenio suo adimerent ex eo, quod ad religionem euntes in alterius arbitrium transirent. Platin. in Iohan. 23.* Ecce tibi aliud inventum deponendi Reges à solio, si clericorum saltem opibus invideant, aut, quæ hæresis communiter omnibus fulminibus prætexitur, si possessionem aliquam Ecclesiasticam turbent, aut hominem de schola detineant, aut ad nutum Pontificis tardè se convertant. Philippum Galliæ Regem Bonifacius IIX. interdicto supposuit, quod Apamcensem Episcopum, obtorto collo regem ad expeditionem Hierosolymitanam minis pertrahere conantem, in carcerem conjecisset; Fridericum II. Innocentius IV. quod Cardinales hostes suos in itinere, ad comitia de suo capite agenda euntes, intercepisset; Henricum II. Anglum Alexander III. quod necis Thomæ Cantuariensis conscius videretur, Florentinos Sixtus IV. quod inter conjuratos deprehensum Cardinalem, Pontificis sive filium sive nepotem, attinerent. Et quis fando exprimere paucis posset, quoties Veneti, Genuenses, Florentini, Lucenses, Reges Neapolitani & Imperatores hoc fulmine percussi, & quemadmodum de Venetis statuit Clemens V. eò quod Ferrarienses in ditionem reciperent, *pro servis declarati & bona eorum direptioni objecta fuerint, ubicunq; reperirentur*, non alia de causa, quam quod ad nutum Pontificis arma non abjicerent, aut jus suum in possessionibus, quas sibi vēdicabat Ecclesia, pertinacius persequerentur. Hæc n. est illa hæresis, quā ubiq; astingi testatur Platina in Paulo II. & sibi quoq; objectam queritur, eò quod lectione Platonis delectaretur. Tam proclivis ad hæresin descensus patet apud Pontificem, si quem

persu-

per...sse cupiunt, quippe quibus præter verbum unum, nullo ad convincendos hæreticos vero opus est. Nam Petrus Castiliæ Rex nolens volens, etiamsi contrà dejeraret, coactus fuit incredulitatis pœnam luere, ut ...ietati o Spurio locum in successione regni faceret. Quod si malè de fide sensissent, Henricus IV. & V. Fridericus I. & II. Ludovvicus

38. *Hæretici non sunt Tyranni.* IV. Imperatores, aliique Reges, quibus id opprobrij impactum fuit, nondum tamen, nisi Tyrannidem conjunxissent, avitis hæreditatibus depelli jure debuissent, cum de Re publ. benè mereri possit, etiam is, qui de fide malè sentit, & voluptatibus præter modum indulget. Nec enim fastus obstitit Diocletiano, quod primus nomen Domini post Cajum & Domitianum usurparet, primusq; vestem ex auro, serico, purpura & gemmis concupiverit, quin Iovij nomen mereretur, propter virtutes quibus Iovem imitabatur,

39. *Excalia vitia privata.* ut declarat Pompon: Læt. *in Diocl.* præcipuamque principis dotem putaret, Liberalitatem & Clementiam, quibus id effecit, ut cum imperium deposuisset, seque ut dicere solebat, peste liberasset, omnium votis revocaretur, nec improbus crederetur futurus Imperator, etiamsi Christianorum professionem ferro & igne prosecutus esset. Infidelitas, hæresis, fastus, scortatio, ebrietas, odia literarum, vitia quidem gravia sunt, & partim etiam Tyrannide deteriora, sed tamen sicut adulterium solum solvit conjugium, etiamsi perduellio, homicidiũ, veneficium, & cætera crimina, ob quæ Alciat. 6. *Parerg.*

40. *Quod declaratur ratione.* *c.* .o. Coras. *c.* 4. *Cent. SCt.* Erasm. *in c. 7. E. 1. ad Corinth.* conjugium perinde disturbant, atque ob adulterium, atrocitate illud longè superent, *ut dictum fuit de jur. Connub. c. 6. Sect.* 10. Ita, nisi princeps in fidem Re publ. peccet, pro Tyranno proclamari aut regno detrudi non potest: Immeritò enim Cælestinum V. Bonifacius IIX. consensu tociorum à Pontificatu dejecit, quod in rebus agendis non satis esset versutus, quasi non in Pontifice Sanctitas, qua is etiam post mortem conspicuus evasit, religionis studium, & devota pietas magis exigatur, quam prudentia politica, nec jure taxatur Iohannes 22. (qui aliis est 21) quod ad Politica negotia tantò fuerit ineptior, quanto eruditione & doctrina cæteros superavit, quia aliter commendatur princeps, aliter Episcopus; aliisque de causis Episcopus præbenda, alius princeps & vasallus regno feudoque suo privatur.

Denique distinguendum est inter principem Tyrannicum & Tyrannum. In hoc enim plerumque falluntur judicia vulgi & errant virorum etiam doctorum scripta, dum quærunt: *An liceat interficere Regem Tyrannum, Paris de Put. in pr. tract. de Syndic.* cum tamen Tyrannus & Rex non magis in eadem convenire persona simul possint, quam virtus & vitium, rectum & curvum, siquidem Tyrannis regni est destructio. Angli Richardum II. Gallorum plurimi Henricum III. ob actus quosdam Tyrannidem sapientes tanquam Tyrannos, indignos regno pronuntiarunt, & Iohannis *le Petit* venusta prostat oratio, qua assassinium Ducis Burgundiæ in Aurelianum perpetratum, excusaturus, postquam præsupposuerat; *Tyrannum a quovis occidi posse*, congregat peccata quædam, eaque Aureliano attribuendo, Tyrannidis illum se convicisse putat, quæ etsi vera fuissent, ut cognitâ causa, fuisse negarunt assessores judicij, in Tyrannidis tamen suspitionem, principem, cætera probum conjicere non potuissent. Legati Parthorum ad repetendum à Romanis Meherdatem missi, Gotarzem his criminibus prægravant, ob quæ nobilitati plebique juxtà intolerandus dicitur: *quod fratres, propinquos, longius sitos, cædibus exhausisset, nunc adjiceat conjuges gravidas, liberos parvos, dum socors domi, bellis infaustus, ignaviam sævitia tegat. Tacit. 12. Ann. n. 3. in pr.* Nec inficior nonnulla ex his ad Tyrannidem pertinere, qualia sunt & illa quibus Aristocratiam in Oligarchiam commutari scribit Polyb. *lib. 6. si principes civitatis in potestatu functione, quam patres eorum gesserunt & prærogativis educati, alij ad avaritiam & iniquum pecuniæ studium, alij ad ebrietatem, & quæ hanc comitantur, immoderata convivia, alij ad mulierum constu. rationem, ac puerorum rapinas degenerant.* sed nego ex uno actu Tyrannico judicari debere de universis, cum in separatis ab uno non liceat inferre ad alterũ, *l. Papinianus, de minor. l.*

Margin notes to the right column:

41. *Distinctio inter Tyrannum & principem Tyrannicum.*

42. *Tyrannus & Regnum se mutuò destruunt.*

43. *Tyrannicus actus non statim facit Tyrannum.*

naturaliter. §. nihil commune de acquir. Possess. l. si maritus C. de calū. c. quod translat. ubi Abb. de off. legat. Steph. de Phader. Part. 1. de interpr. ll arg. 16. a contrar. possitque bonus esse Cytharædus, qui sit improbus Choraules, & malè erga paucos affectus esse, qui benè velit cæteris. Pharaonem Tyrannis accenset Hœnon. *disp. Polit. 9. num.* 34. quod Israëlitas incolas de industriâ duplicatis laboribus oppromeret, & tantum non in servitutem damnaret. Achabus vulgò malè audit, quod de consilio Iesabelis Nabotho vineam simul & vitam abstulerit, perinde ut Aggrippina Claudij Imp. uxor Statilium Taurum morte damnari curavit, quo hortis ejus potiretur. *Tacit.* 12. *Annal.* Et quia hi actus ab officio regio desciscunt, non est dubium, quin ducant ad Tyrannidem, sed si Achab in cæteris contra civium commoda nihil perpetrarit, nec Pharao injuriam eandē in justos subditos converterit, ex uno illo actu Tyrannico nō erunt consummatæ Tyrannidis condemnandi. Tolerabilius enim est, quod Pharao incolas in favorem civium depressit, quam quod Casimirus M. Hebræos inquilinos Polonis civibus æquavit, ac privilegiorum magnitudine non paucis in rebus antetulit. Nam si Tarquinius propter unicum stuprum Lucretiæ Tyrannus evasit, cur non & David, qui adulterio Veteratoriam proditionem conjunxit? & Mephibosetho legitimam hæreditatem eripuit, credulitate sua, qua Sibæ fugitivi servi Verbis fidem habebat, deceptus 2. *Sam. c.* 16 *&* 19. Sed in Tarquinio concurrebant plura Tyrannidem spectantia: Davidem unicum illud proditorium adulterium, quia in unius civis injuria acquievit, nec in totius Reip. perniciem redundavit, non magis inter Tyrannos detrahet, quam unicum justum judicium Cambysen collocabit inter probos Reges. Tyrannus enim, quia per vitiosas omnes partes definitur & non nisi in perniciosum finem tendit, in tota sua latitudine vitiosus est, & illegitimus, & proinde nihil habet, quod à DEO sit, cui subdiri propter DEum obligati maneant. Vnde fit, ut impunè etiam à subditis injustè usurpata Tyrannide exui ac vita tanquam hostis privari possit, sine conscientiæ læsione, *ut in. tr. de conjurat. lib* 7. *&* 8. *infra dicemus,* cum nihil in eo occurrat legitimum, quod conscientiam terrere queat.

44. *Nec virtuosus unus actus virum probum.*

45. *Tyrannis tota sua latitudine iniqua est.*

Cæterū in principe Tyrannico longè diversa est ratio, qui alicubi exorbitat aut etiam de industria malè agit: interim tamen legitimum suum jus in subditos retinet, illudque proba Reip. administratione in rebus maxime seriis, ubi non labitur, integrum sibi confirmat. Quorsum enim jubet nos Petrus obedientiam præstare *Dominis etiam pravis & asperis qui injustè opprimunt, beneficiaq; verberibus & injuria rependunt?* 1. *Pet.* 2. An voluit Tyrannis sua doctrina refugij asylum ponere, quibus *Va* pronuntiat Esaias, *c.* 10. quocunque locorum fuerint, pœnamque paratam non tantum minitatur DEus, 1. *Reg* 9. sed & severa vindicta ubique intulit. *Iud. c.* 9. 2. *Sam. cap.* 18. 1. *Reg. c.* 12. 16. 20. Nullus enim pravus magistratus, quatenus talis, est à DEO, *Ose. c.* 4. ideoq; nec quenquā in conscientia obligat ad obedientiam. Sed si præter pravitatem remanet aliquid, quod sit legitimum & à DEO, propter malitiam, non est condemnanda potestas ordinata à DEO, *Rom. c.* 13. sed huic quidem obediendum propter DEum, illi concessis remediis obviam eundum, *ut in libr. Autor. princ. c.* 2. *disputavimus.* Nam Christus ipse potestatem Pilati, qua contra se abutebantur, divinitus ipsi concessam confitetur. Daniel Nabuchdonosoris regnum DEO acceptum refert. *Dan. c.* 2. licet paulò post in tres viros crudeliter sæviat. *Dan. c.* 3. Samuelis filij, quos pater sibi succenturiaverat, δωροφάγοι jus pauperum perverterant, & tamen, cum Iudæi cupidine novi Regis ducerentur. *non te,* inquit DEVS, *sed me spreverunt, ne regnem super eos,* 1. *Sam. c.* 8. D. Paulus Ananiam quoque Summum Pontificem, etiamsi contra jus in judicio se reum percuteret, non satis considerato Zelo à se increpitum confitetur, propterea, *quod principi populi Lex vetet maledicere, Exod.* 22. dū ab ignorantia sua eandem petit excusationem. *Actor.* 23. qua Ahimelech summus sacerdos Saulis iram lenire conabatur, cum argueretur cum Davide contra Regem conspirasse. *Se quippe nescivisse, inter Regē & generum ejus fuisse inimicitias: Alias sibi nihil com*

46. *In principe iniquo non extinguitur ordinatio divina.*

47. *Ideoque etiam principi iniquo obediendum.*

mercij

mercij futurum fuisse cum domo Isai. 1. *Reg. cap.* 22. Saul certè à DEO reprobratus erat multisq; Tyrannicis facinoribus à regia via deflexerat, cum Davidem, & quoscunque illi benè velle intellexerat, perpetim persequeretur, & Sacerdotum magnû numerum sine causâ trucidaret: Regis tamen nomine & honore per totos 40. annos dignus judicatur à Paulo, *Act.* 13. nec aliter, quam Regis & Vncti Domini titulo à Davide afficitur, 1. *Sam.* 24. & 31. 2. *Sam. ult.* 1. *Reg.* 1. Thecuitis, nominat angelum & legatum DEI, 2. *Sam.* 14. Samuel comitatur ad sacrum DEO offerendum, nec minori reverentiá persequitur, quam prius, licet abdicationis formulam DEI jussu jam illi denuntiasset. 1. *Sam.* 15. Præter enim vitia superest aliquid legitimum, cui obedientia debetur. Nam sicut Ethici distinguunt inter actionem bonam & virtuosam, justam & justè factam 2. & 5. *Eth.* eò quod Manlius & Coriolanus fortiter quidem in hostē pugnare possint, nec tamen fortitudinis, quâ contrá patriam abusi sunt, laudem mereantur, aut si quam meriti sint, dū Tyrannidem sceleratè affectant, jure perdant: ita non statim efficiuntur Tyranni, qui actus Tyrannicos alicubi imitantur, *Τυραννικῆς ἐξελαυνόντες παρανομίας*, ut loquitur C. Claudius *apud Halyc. lib.* 11. quia cum ad Reip. totius administrationem diversi multiq; actus requirantur, fieri potest, ut quis in duobus labatur, in cæteris rectum se teneat. Tiberium, licet omni vitiorum & crudelitatis, præcipuè in GermanicumDrusumque, genere nobilitatum, viva adhuc matre, *mixtum* tamen *inter bona malaque*, statuit Tacit 6. *Ann. in fin.* & Christus jubet ipsi, tanquam legitimo magistratui, dari, quæ Cæsari debeantur. *Matt. c.* 22. Severus Imp. etiāsi SCtum fieri curasset, ne Senatorum quisquam, inscio Senatu, occideretur, quamvis instinctu Iuliani hostis à Senatu judicatus esset, irritatus tamen consensu eorum, qui cum Albino sensisse credebantur, nullo habito discrimine Senatores, aut occidit, aut publicatis bonis proscripsit. Nihilominus de eo sic judicavit Senatus: *Illum aut nasci non debuisse, aut non mori, cum & nimis crudelis & nimis utilis Reipub. videretur, Spart. in Sev.*

48. Discrimen inter injustum & injustè factum,

49. ...inceps ini... ...s in uno, ...t bonus ...mcate.

n. 6. Aurelianus, negari non potest, quod fuerit severus, truculentus, sanguinarius princeps, ut confitetur ipse Vopisc. *in Aur. n.* 9. quippe, quem bonum quidem Medicum, sed mala ratione curantem vocabant, eò quod seditionem Romæ excitatam cruentius, quam par erat, vindicaret, interfectis ex Senatorio ordine nobilissimis quibusque, quibus leve quiddam, quodq; contemni à mitiore principe potuisset, vel levis, vel vilis testis objiceret. *Graviter* tamen *tam necessarij principis eadem Senatus tulit*, ait idem Vopiscus, *gravius populus, qui vulgo dicebat, Aurelianum pædagogum esse Senatorum*. Claudium in jus *ex l. Cornel. de sicar.* vocat Pedo Pompejus, *apud Sen. de mort. Claud. XXX. Senatores* (XXXV. numerat Sueton:) *CCCXV Equites Rom. atq; plures. Cæteros vero CCXXI ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε occidisset.* Atqui non poterat minus pro gravitate delecti Messalinæ, cujus tam multi conscij & consentientes erant, etiam stupidissimus homo facere. Imò ne occidisset quidem, nisi Narcissus sibi præveniendum properè, antequam intepesceret indignatio, putasset. In cæteris modum excessit, fateor, nec enim pro factis Tyrannicis apologiam texo, sed ex uno atque altero facto non est statim sententia ferenda, & Tyrannis principi improperanda, qui de cætero Rempubl. probè gubernat. Nam pro his ipsis principibus jubet Paulus, ut vota ad DEum fundamus 1. *Timoth.* 2. & Ieremias Iudæos hortatur, ut precibus suis DEo commendent illam Rempubl. in cujus potestatem vi Tyrannicâ erant abducendi. *Ierem. c.* 29. Tyrannidem nec in patrocinium suscepturus est justissimus vindex, nec piorum hominum est, perniciem tam suam quam aliorum, quæ à Tyranno instat, exorare, sed sub Tyrannicis principibus, etiamsi pauci injuriam patiantur reliquis tamen licet securam & honestam traducere vitam, cujus gratiâ preces ad DEVM fundi vult Apostolus 1. *Tim.* 2. Etiamsi enim tributorum severa exactio quā proximè ad Tyrannidē accedit: tamē, si de cætero Reip. benè consulatur, nihil causæ habent cives, quare nō necessitati parere potius, quā cōtra exigentē manus levare debeant, prout Ægyptij Ptolomæum regno

50. Pro principe iniquo preces esse fundendas ad DEum.

51. Propter severas exactiones non esse deserendum principem.

regno propulerunt, quod conquisita undiq; pecunia societatem Romanam admercari laboraret, Galli in Ludovvicum XI. bellum excitarunt, ad avertendas exactiones, cui *Boni publici* nomen prætexuerunt, Vngari Mathiam Corvinum destituerunt in medio regni cursu, quod deplero per longa bella ærario, ad nova vectigalia & tributa cogeretur confugere. Hos enim & severiores principes à seditioso vulgo continuò Tyrannos vocari audimus, quos tamen à perfectis Tyrannis perinde distinguimus, ut *corporeum* distinguunt Physici à *corpore*. Principia enim & affectiones corporea quidem sunt, & Arist. *lib.4. Phys. c.1.* corporum non alia principia dari posse dicit, quam corporea, sed malam cõsequẽtiã inde texit Ramus *li.1. schol. Phys. c. ult.* quod materia prima debeat esse corpus. Satis enim est si corporea sit, & in corporis systema cum forma conflari apta. Scipio cum ab Iberis Rex salutaretur, *Regium quidem esse se, sed non Regem*, respondit, *Polyb. lib.10.* id quod ad Tyrannum ea ratione accommodamus, ut principem ex parte pravum & de generem, *Tyrannicũ*, quidem vocari posse consentiamus, sed in *Tyrannum* tum demum degenerare, quando ad summum malitiæ pervenit. Sic enim Medici, morborum malignum, qui occultis cuniculis principum facultatũ aliquam oppugnat, *pestilentem* quidem cognominant, sed *pestem* ex malitia summa demum definiunt, quandoquidem inter acutissimos morbos primas sibi vendicat, perinde ut inter labes Rerump. Tyrannis. *Est enim Acropolis malorum*, ut ait Polyb. *lib. 2. quæ seminarium in se continet crudelitatis, omnesq; hominum injurias & scelera complectitur.*

52. *Definitio inter corpus & corporeum.*

53. *Inter pestem & pestilens.*

54. *Notæ Tyrannidis, loco definitionis propositæ.*

Nequaquam igitur Tyranni naturam rectè & ex arte proponunt, qui notas quasdam, & quæ propria haberi volunt, acervatim proponunt, & ex iis Tyrannum cognoscendum relinquunt, ut videre est apud Polyb. *lib.6.* Bartol. *in tr. de Tyrann.* Bodin. 2. *de Rep. c.4.* Petr. Gregor. Tolos. *de Rep. c.18.* Lips. *lib.6. de Rep. c.5.* Antimach. *in præfat. lib.2. & lib.3. theor.15.* Althus. *c.14. Polit.* Gail. 2. *observ.61, num.9.* Ioh. Maria. *lib.1. de reg. & regn. instit. c.5.* Iunius *qq. Polit. q. 2.* Calus. *lib.4. sphær. Civit. c.10. lib.5. c.11.* Iacob. Middendorp. *in Theor. Iurid. & Polit. qq. q.16.* Gregor. Richt. *post. axiom. Polit.91.* & ex eo Hœnon *disput. Polit. 9. à n. 35. ad n.43.* Warem. ab Erenb. *de reg. subsid. & oner. subdit. cap. 11. num. 32. & 3.* Henric. Steph. *in reg. & Tyr.* Cano her. *disc. in Tacit.* Ferè enim hæ notæ ex p... tis peccatis conficiuntur, quæ paulo ante à natura Tyranni sequestravimus. Si quæ verò ex actibus publicis petantur, aut singulas Tyrannidem constituere oportet, aut simul in unum confusas. Si singulæ sufficiunt, vix quisquam principum adeò felici sidere in curas publicas delabetur, ut eum non videas aliqua in re Suffenum & ex hac Politica Tyrannum. Ne Titus quidem quem brevitas gesti imperij à criminibus tutum præstitit, etiamsi plagulis dimotis, cœlum obtestatus se nihil commisisse diceret, quare tam citò statione devocari debeat, sine exceptione criminum omnium sese exsortem, constituere ausus fuit. Vni enim saltem ingemvit, quanquam nec ipse illud proderet, nec cuiquam postea innotuerit *Suet. in Tit. cap. pen.* Omnes verò conjunctim non faciliùs in uno principe reperientur, quam omnes virtutes in uno Rege: nec quisquam adeò ad omnia scelera obduruit ut ipse Bodin. confitetur, quin interdum ad se redeat & aliquando benè agat. Nam & *Dionysius major jure meritoq; præferri multis regibus potest*, judicio Senecæ *lib.1. de Clem. cap. 2.* Tanta enim est summorum malorum pernicitas, ut instar Cadmæorum fratrum inter se concurrant & in exitium subjecti conspirent. Quin etiam actus hi Tyrannici natura Tyrannidis sunt posteriores, ideoq; ad prioris definitionem adhiberi non magis possunt, quam si Individuum *cum Porphyr. in Isag.* definias ex concursu multorum accidentium, aut principium individuationis accersas vel ex quantitate, vel ex materia cum quantitate, *cum Ægid. in quodl. q.11. & Soncin. 7. Metaph. q. 33. & 34. Ferrar. in 1. contr. gent. c. 21.* Aristot. quidem *libr. 6. Polit. c. 2.* notas & instituta Democratica in medium proposuit, sed in eorum concursu non collocavit naturam Democratiæ, quæ prior est, & una eademque manet, licet instituta illa pro diversitate Rerump. multa-

55. *Quæ Tyrannidem non constituunt, nec constituunt...*

56. *Et sunt Tyrannidis posteriora.*

tiam

tiani mutentur. Nam in Tyrannide quoque aliis institutis alius insistit, quando ad finem æquè perniciosum non eade via procedunt. Ne dicam porrò, quod istorum autorum notæ non conveniant omni Tyranno, sed illi tantum, quem Bartolus *in tr. de Tyrann.*
57. vocavit in *exercitio*. Denique Cum *omne quod est, unitate sit id, quod est*, ut ait Plotin. *Enn. 6. lib. 9. cap. 1.* seu ut Seneca *lib. 2. nat. qq. cap. 4. in fin.* cum *unitatem habeat, quicquid alicuius rei naturæ pars est, nihil enim nascitur sine unitate, Plat. in Parm. Galen. 2. Meth. med. in fin. Boët. 3. Consol. prosa 11* necesse est multitudinē omnem revo-
58. cari ad unum quidpiam. *Quod enim multa est partibus*, ait Dion. *cap. 13. de divin. nom. toto unum est: quod multa est accidentibus, unum est subjecto, quod multū numero est, vel esse potest, unum specie, & quod formis est multum, unū est genere, quod denique multum est eruptionibus, unum est principio, nec quicquam est, quod non uno, ex quo omnis divinitas nominatur, & fit id, quod est & absolvatur, & custodiatur.* Itaque inquirenda est & definienda prima quædam essentia, in quam omnia illa vitia, quibus Tyranni gravantur, tanquam in seminarium confluant, & ex qua tanquam ex radice educantur & provocant. Quia enim non cohærent, nisi per accidens, naturam aliquam oportet subesse priorem, in qua uniantur per se & convinciantur.

59. Hæc autem erit sententia Tyranni, quam ex Arist. verbis *lib. 4. cap. 10.* proponemus, & particulatim explicabimus: deinde ex ea institutorum Tyrannicorum seriem ordine deducemus, quoniam excessus cæterarum Rerumpublicarum per hunc, tanquam omnium longissimum, intelligi & declarari debent. Definit autem Aristoteles propriè

60. vocatam Tyrannidem: Μοναρχίαν ἥτις ἀνυπεύθυνος ἄρχει τῶν ὁμοίων, καὶ βελτιόνων πάντων, πρὸς τὸ σφέτερον αὐτῆς συμφέρον, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ τῶν ἀρχομένων. hoc est, ut ego interpretor, *Imperium summum unius in pares & meliores ad utilitatem privatam & non publicam.* Respondet enim hæc definitio è diametro definitioni regni, & fontem perit, à quo omnes actus Tyrannnici scaturiunt, nec quicquam de Tyrannide dici potest essentialius. Repetendum enim est ex Aristotele *8. Ethic. c. 10.* quod superius à nobis demonstratum fuit, *cap. 1. sect. ult. cap. 3. sect. 1.* regnum & Tyrannidem differre non aliter, quam ut virtutē & vitium, siquidem utrumque Monarchiæ communi notione continetur, ideoque specifica aliqua differentia, ut Monarchia & Oligarchia, nō distinguuntur, sed ut Regis nomen gerit, qui benè, ita Tyranni luciatur, qui malè Reipublicæ præest cum summo unius imperio. Vtrum verò benè vel malè geratur Respub. eius æstimatio non aliunde desumi potest, quàm à fine, ut itidem declaratū fuit *c. 1. sect. 3.* quandoquidem, qui in Respub. primum confluxerunt, nihil aliud sibi, quàm salutem omnium propositam habuerunt, à cuius studio quantum recedunt principes, tantum à laudabili bonitate Respub. cadere necesse est, cumq; Tyrannus omnium recedat longissimè, maximè omnium oportet illum in privatum quæstum à publico bono aversum esse. Etiamsi enim populo sæpè adulentur, quemadmodum Nero in odium Senatus, dissimulata eius mentione, in auspicando opere Isthmi optavit, *ut sibi ac populo Romano benè res verteret, Sueton. in Neron. cap. 37. in fin.* & Iulius Cæsar nihil per Senatum, omnia egit per populum largitionum magnitudine deceptū, cuius vestigiis Octavius & Antonius institerunt, cum contrà Brutum & Cassium, quibus melior pars Senatus assistebat, armis agendum esset, quia tamen hæc omnia, quantumvis speciosum, boni publici prætextum præ se ferentia, tandem in unius privatum commodum eruptura sunt, meritò ab Aristotele *5. Politic. cap. 11.* Tyrannicis institutis annumerantur, & Plato *lib. 8. de Repub.* Tyrannum sic depingit, *quod tenuiorem clientela susceptа custodiaque corporis sui eblandita, ad defensionem privatam convertat, qua indulta sunt ad publicam.* Hac enim arte plerosque, qui Democraticam commutant in Tyrannidem, uti consuesse dicemus *sect. sequ.* Tiberium etiam *egregium vita famaq;, quoad privatus, vel in imperiis sub Augusto fuit: occultum ac subdolū fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuêre*, proponit Tacit. *6. Annal. in fin.* Et tamen ex his ipsis

Margin notes (left): 57. ... 58. ... multa ... 59. ... Tyrannidis essentia. 60. Definitio Tyrannidis Aristotelica.

Margin notes (right): 61. Quomodo regnum & Tyrannis opponantur. 62. Etiam benè in speciē facta posse Tyrannica fieri.

63. *Ideoq; actiones in Republ. semper spectandæ ex fine.*

ipsis virtutibus emicuit Tyrannis, quia ad malum finem, & destructionem salutis publicæ spectarunt. Usq; adeò verum est, quod in omni Republ. actiones principum æstimandæ sint ex fine & studio vel publici vel privati commodi, cum virtutes ipsæ seu actiones in speciem probæ improbitatis & Tyrannidis notam sustineant, si in finem Tyrannicum adhibeantur, sicut Tarquinius superbus Gabinis vitam cum libertate donavit, quas jure belli adimere potuisset, ut illorum custodia, quos insperato beneficio sibi obligarat, Romæ sibi firmaret imperium. *Halyc. lib. 4.* Cajus verò omni genere popularitatis studia hominum incendit, cum matris fratrisque cineres ex exilio statim Romam transferret, damnatos relegatosque restitueret, criminumque, si qua residua ex priori tempore manebant, omnium gratiam faceret, Spintrias monstrosarum libidinum profundo mergere decrevisset, scriptaque veridicæ historiæ à Tiberio prohibita, requireret, esseque in manibus & lectitari sineret. *Suet. in Caj. cap. 15. & 16.* Dionysius Tyrannus Sicil: cum sibi favore populi opus esse videret, ad impunè interficiendos eos, à quibus sibi timebat, à captivorum liberatione & tributorum remissione exorsus est, *Iust. lib. 21.* sicut & Periander Corinthius populare exordium in Tyrannicum produxit exodium, & tantò liberius in progressu sævijt, quantò vehementius in principio abstinuerat *Herod. lib. 5*

64. *Finis Tyrannidis.*

Finis igitur in definitione Tyranni caput est & principium, ad quod cætera revocantur, scil. *privatus quæstus & detrimentum publicum*, ut Averrh. *tract. 3. Polit.* exactè docet, licet Aristotelis libros Politicos neget à se visos esse:

65. *Rejicitur definitio Sepulvedæ.*

Sepulveda autem *in sum. cap. 10. libr. 4. Polit.* mentem Philosophi nullatenus assequitur, quando Tyrannidem propriè vocatam intelligi dicit: *qua in liberos invitos herile imperium exercet.* Quid enim obstabit, quò minus regnum Persicum Cyri regium dominatum, distinguit: Imò Aristoteles *hoc ipso c. 10. & lib. 3. c. 10.* herile imperium, quod Barbaris attribuit, à Tyrannide diligenter separat. Nec verbum: *In invitos*, distinctionem ullam importat, cū nec ad essentiam Tyranni pertineat, nec in definitione assumi debeat, fierique possit, ut tàm Rex, quàm Dominus invitis utatur subditis, licet uterque à suspitione Tyrannidis absit, *ut paulò post decernimus.* Longius autem provehitur Tyrannus, quàm ad imperium herile, quia herus, etiamsi arctè contenteque habeat servos, nihil tamen in eorum exitium machinatur, quod est Tyrannorum proprium, & proinde Tyrannidem ex deteriore fine æstimat Aristoteles, nimirùm ex eo, quod, dum omnia refert ad suum commodum, publicum prorsus evertat, cujus aliqua adhuc curâ tangi Dominum, declaratum fuit 3. *Polit. cap. 5.* Thomas in declaratione hujus definitionis adjecit, *Incorrigibilitatem*, quam Aristoteles non exprimit, indeque *in comm.* ait peti Tyrannidis differentiam, in eo consistentem, *quod mala sit in sua natura*, seu nihil sani bonive in se contineat, nec abnegari potest, quin hoc Epitetho distinguatur Tyrannus à pravo principe, *ut supra diximus*, sed in definitione propterea exprimi non debuit, quia sub fine latet & includitur. Differentiæ verò vitiorum Rerumpubl. non aliunde, quàm à fine desumi possunt, quandoquidem, ut ad finem omnia referuntur, ita ex eodem omnia determinantur, & fieri aliter non potest, quin in eum malus sit, qui tantam perniciem tot civibus cum injuria inducit. *Ut quisq; enim maximè ad suum bonum refert, quæ agit, ita minimè vir bonus est*, ait Cicero. Unde & illud

66. *... Tyrannidis ...*

67. *Tyrannus semper ... rat ... bus.*

alterum necessariò evenit, ut cum is, qui imperat, sit pessimus, cæteri, quibus imperatur, sint aut pares, aut meliores, ideoq; eo magis violenta evadit Tyrannis & contra naturam, quia natura, quod melius est, imperare & non violenter subjici debet, ut traditur *3. Polit. c. ult. 1. Pol. cap. 4. & 5* & Xenoph. *lib. 1. Cyrop. in fi. etiamsi hominem cæteris omnibus animantibus difficilius duces suos sequi permittat, sanatum tamen omnibus esse exemplo Cyri demonstrat, ut prudentiam veneremur, & libenter obediamus illi, quem virtute nobis antestare credimus.* Taurea Iubellius Campanus Tyrannicam in victos sævitiam Fulvio Consul exprobraturus, *Me quoq;*, ait *jube occidi, ut gloriari possis, multò fortiorem, quam ipse es, virum abs te occisum esse*, *Liv. li. 26.* Cætera, cadem prima

verba definitionis, optimè loco generis conjungit Thomas, nec pro parte aliqua definitionis accipi vult, quemadmodum verbum *ἀνυπεύθυνος* non pro circumscriptione generis, sed tanquam partem necessariam definitionis, vulgò accipi videmus, à Stapul. Victor. Giphan. Burrha Cas. *in d. c. 10. lib. 4.* Ludov. Valent. *in Exst. Conclus. lib. 4 Polit.* Petr. Tholosan. *lib. 6. de Repub. cap. 18 n. 10.* Smir. & Iohan. Buden. *lib. 1. de Repub. Angl.*

68. *Ἀνυπεύθυνος quid significet in defini.* *cap. 7.* Quod enim commune est omnibus Monarchis, qui poterit Tyranno speciatim attribui? Regem verò nemini, nisi sibiipsi rationes reddere teneri docuit Aristot. *lib. 3. Polit. cap. 12. & 13.* & *βασιλείαν* Persicam eadem voce *ἀνυπεύθυνον* vocat Plutarch. *in lib. de trib. generib. Rerumpublicar.* Nec ulla differentia est inter Regem, Dominum, & Tyrannum, quoad amplitudinē potestatis, cum æquè omnes sint *ἀνυπεύθυνοι*: *Species fortunæ ac licentia par est Tyranno & Regi*, ait Seneca 1. *de Clement. cap. 11.* Sed hoc interest, quod Tyrannus eâ potestate in perniciem, Rex in salutem civium utatur. In regno, inquit Polyb. *lib. 6.* *παρὰ δὲ θυμοῦ καὶ τῆς ἰσχύος μᾶλλον λαμβάνει τὴν ἡγεμονίαν ὁ λογισμός*. in regno dominatur ratio, in Tyrannide, quam is Monarchiam *κατ' ἐξοχὴν* vocat, ferocia & potentia. Seu ut Seneca:

69. *Pacem esse ... Re... an...* *Tyranni ex voluptate sæviunt, Reges non nisi ex causa & necessitate. Nam & Reges occidere solent, sed quoties id fieri publica utilitas persuadet: Tyrannis sævitia cordi est* 1. *de Clement. cap. 12.* .. *in princ.* Vnde Thom. *in comm. d. c. 10.* utrique tàm Regi, quàm Tyranno commune esse tradit, *principari secundum voluntatē suam*, sed hunc, ait, *principari, secundum utilitatem privatam, nullum ratione ordinata ad salutem subditorum.* Iustinus *lib. 1.* regibus melioris seculi merum summumq; imperiū attribuit, quod *regiam manū* vocat Pompon. *in l. 2. de orig. Iur.* dum ait: *Hos Reges ad fastigium Majestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio provehebat: populus nullis legibus tenebatur, arbitria principū pro legibus erant*: Et de Romulo testatur Tacitus, quod, *ut libitum, civibus suis imperitaverit. lib. 3 Annal.* Absit verò hos inter Ty...os condemnemus, quos sanctitate & justitiâ Deos factos credidit antiquitas, quia ex arbitrio civibus præfuerunt, & rationes populo non reddiderunt. Pertinet enim verbum *ἀνυπεύθυνος*, quod Sepulved. & Giphan. verterunt, *Sine provocatione*, ad circumscriptionē generis, quod omnibus Monarchiæ differentiis commune est, ideoque cum omnium definitiones ex æquo ingrediatur, nihil causæ est, cur ad Tyrannum speciatim detrahi debeat. Ex quibus omnibus constat perfectam Tyrannidis definitionem his paucis verbis absolvi, quod sit *Monarchia ἀνυπεύθυνος*, seu *summum unius imperium, in pares & meliores, ad quæstum privatum & non publicum.* Non dubitamus *Monarchiam* loco generis cum Aristotele retinere, quia, licet sit non tantum Monarchiarum, sed omnium omninò Rerumpubl. pessima Tyrannis, ad species tamen Rerumpub. redigitur, *lib. 3. Polit. c. 6. lib. 4 c. 2. 4. 8. & 10. 8. Ethic. c. 2.* quoniam bonitas vel malitia in essentia Rerumpublicarum non includitur, ut supra dictum fuit, *cap. 1. sect. 2.* nec satis causæ habuit Bodinus, quare in sua Tyrannidis definitione genus illud cum summa potestate dissimulare voluerit. Ex hac definitione deducit Arist 4. *Polit. c. 10.* *omnem Tyrannidem esse violentam*, quæ appendix non tantum Sepulvedæ, sed & multis aliis imposuit, qui eam in definitionem intruserunt. Lipsius *lib. 6. Pol. c. 5.* producit ad genus, & Alciat. ait *in l. 15. de verb. Signif.* *Eum puto justum principem, qui consensu populi regnat, ut & Aristoteles tradit; qui in vitis dominatur, Tyrannus est, etiamsi Cæsar à victis electus, aut alia ratione civili potentiam stabiliverit.* Quin & suprà adduximus & rejecimus illorum opinionem, qui nullum legitimum imperium agnoscunt, nisi consensu populi delatū, *c. 2. sect. 6* & *lib. de Autor. princ. c. ult. n. 11.* prout & C. Claudius Decemviros admonet, dum ait: *Si omnes Romani paucorū dominatum probent, vosq; eandem potestatem retinere velint, legitimum, non vi usurpatum, κατὰ νόμον, καὶ οὐ βίᾳ geretis magistratum. At si consules rursum, caterosq; magistratus, ut ante, creare malint, lege magistratū deponetis, nec in pares contra ..., ..sorum voluntatem imperiū gessisse videmini. Id enim Tyrannicū: cum in optimatum*

70. *Perfecta definitio Tyrannidis.*

71. *Omnem Tyrannidē esse violentam.*

72. *Quo sensu verum sit, & hoc loco accipiendum.*

lutiam inclusa fame emori siverat. *l. de pecoribus* 5. *Cod. de l. Aquilea.* Tum etiam jura eum demum excusatum habent, cui copia juvandi non fuit. *l. culpâ caret. de R. I. dict. cap. non in infer. depasce. &c. Qui præpositum suum non protexit*, ait Menander. *libro* 3. *de re milit. cum posset, in pari causa factori habendus est. Si resistere non potuit, parcendum ei. l. omne delict.* 6. §. *Qui præpos.* 8. *de re milit.* Et ut maximè negligentia quoque pœnam mereatur, nunquam tamen pari supplicio cum scelere perpetrato subjicitur, quoniam, ut disputant Corinthiorum legati, *apud Thucyd. libr.* 1. *qui servitutem aliis injungit, magis culpandus est, quàm qui, cum prohibere posset, neglexit.* Minus enim in eodem genere delicti omittitur aliquid, quod sit virtuosum, quàm committitur, quod vitiosum. Tyrannus igitur non erit, qui nihil quidem contra Rempublicam agat, sed sive præ ignavia, sive præ amore otii, sive voluptatum studio & fuga laborum minus diligenter in curis Reipublicæ occupetur, quoniam Rex & Tyrannus non opponuntur, ut habitus & privatio, sed ut virtus & vitium, sanitas & morbus. Multis enim Pontificibus hanc laudem tribuit Platina, quod neque benè quicquam egerint, neque malè. *Theod.* 2. *& sequentib.* & Cajus Caligula ad Ptolemæum Regem in Mauritaniam relegaverat Equitem quendam tumultuantem, cum his codicillis: *Ei, quem istuc misi, neq; boni quicquam, nec mali feceris. Sueton. in Calig. cap.* 55. Datur enim inter virtutem & vitium aliquid, quod neutrius rationi accedat, ex utriusque privatione exurgens. Nam vitium perinde ut morbus, præter inordinationem, in qua consistit natura mali, habet innexum aliquid positivum, quod in actione aut qualitate consistit, ut Ethici & Medici docent, quibus se in virtutibus vitiisque seu integritate & morbis Rerumpublicarum propter identitatem rei accommodare tenentur Politici. Nam si regia virtus consistit in actibus probis, Tyrannicum vitium consistet in actibus pravis, fecitque Zacharias Pontifex maximam injuriam stirpi regiæ Merovæi, quam totam regno Francorum multavit, si

15. *Minus est omittere virtutem, quam operari vitium.*

16 *Tyranni naturam non consistere in omittendo.*

quidem Gregorio VII. & Ivoni Canonico credimus *c. Alius* 15. *quæst* 6. *non tam pro suis iniquitatibus, quam quod tanta potestate esset inutilis.* An verò inutilitas, (quam ego socordiam interpretor & reipublicæ neglectam, *prout ex Eginhart. in vita Caroli M. Annal. German. Pithæ. ann.* 751 *Monach. Egolism. in vita Caroli Magni & aliis aliis illius scriptoribus patet*, licet gloss. *in dict. cap. alius.* *dissolutam & effæminatam vitam* nobis obtrudere satagat, tantum vitium est in Rege, ut eum perinde ac Tyrannum, non tantum pro se, sed & in præjudicium totius posteritatis, à naturæ jure delata hæreditate excidere faciat? Cur non igitur pueris & mulieribus fores regnorum in perpetuum obsignamus? Nam quod pueri cum ætate acquirant prudentiam, & proinde in spem tolerentur, dum interim per procuratores Respublica vicario nomine gubernatur: idem eodem jure fieri deberet in regibus parum mente sibi constantibus, quoniam, licet fortassè de illorum imperfectione corrigenda spes nulla supersit, filio tamen, qui patris imbecillitatem prudentiâ correcturus, certis ac jam apparentibus indiciis, præsumitur, propter paternum infortunium, hæreditas non esset exuenda. Neuter enim commisit, quare regno excidere & hæreditate multari debeat. Atque ita Augustus Cappadociæ regi Archelao, *Dion. lib.* 57. tutorem addidit, Scoti Ethodio II magistratus & Proreges substituerunt, *Buchan. lib.* 4. Ipsi Pontifices ita judicarunt æquum esse in causa Sanctii II. regis Portugaliæ, & Caroli VII. regis Francorum. nec non in prælatis suis, in quibus tamen posteritati innocenti non fit præjudicium, & eò major requiritur personæ dispositio, quò minus hæreditatis favor imperfectionem ejus excusare potest, ut latius disputavimus *lib. de translat. imper. cap.* 7. *num.* 5. & *lib. de aut. princip. in Rempublicam cap.* 4. *num.* 4. Cœlestino enim adeò simplici (quippe qui in eremo ab omni forensi fraude submotus consenuerat) ut Latino Cardinali universa Ecclesiæ negotia concedere cogeretur regenda, non ausi fuerunt Cardinales, quanquamvis id vehementer vellent, successorem dare.

17.

18. *Impossib…*

dare, priusquam ipsi persuasissent, ut ultrò cederet: alias sibi imputatum iri omnia mala, quæ se præsidente perpessura esset Ecclesia, legemque pertulissent, quam Bonifacius IIX. postea in Canones transcripsit, *licere Pontifici se abdicare magistratu. Platin. in Celest. V. Nimis enim reprehensibile esset, si te vivente, tibi alium substitueremus*, scribit Zacharias ad Bonifacium Mogunt. *c. pe-nult. 7. quæst.* 1. Nam Ozias rex Iudæorum, etiamsi propter lepram, quam temeritate suâ promeritus fuerat, in medio populi versari non posset, adeoque post aulam recedere & gubernatione abstinere cogeretur, non tamen à regno, quamdiu vixit, exclusus fuit, sed succedanea filii Ioathani opera usus, morte suâ demùm legitimo successori viam ad capessenda sceptra fecit. *2. Reg. cap.* 15. Quo igitur prætextu Galli Childericum, substituto Popino; nec non Carolum Crassum, substituto Odone, & denique totam Caroli M. progeniem, substituto Hugone, à successione abegerunt?

Quo colore excusabit Rhegin *li. 2. Chron.* Italorum, juxta & Germanorum errorem, qui sibi eundem Carolum Crassum deferendum putaverunt, quod senilis torpor expectationi eorum non responderet? Aut quid commiserat Henricus VI. erga Anglos, ob quod regno dejiciendus videri posset, nisi quod non satis haberet animi vel ad dissensiones Principum domesticas suffocandas, vel ad reconvalescentes Gallorum vires retundendas? Sanè de negligentia quoque & incuriâ excusatus est princeps, si vires à natura concessas non habeat, quoniam eatenus quisque ad procurationem Reipublicæ

19. ...um & ...utam ...itiam ...nam es- ...yrannidis. & caritatem obligatur, quatenus præstare potest. Excusatum dico, quoad Tyrannidem, quoniam supina negligentia etiamsi sit infra summum Tyrannidis gradum, proximè tamen huc se advolvit, si de industria curam Reipublicæ cui superesse possit, princeps abjiciat, quemadmodum Tiberius, cum Capreas festinaret, edicto vetuit otiũ suum turbari, publicarum functionum adeò oblitus, ut nec præfectos militum, nec præsides provinciarum mutaret, *Tacit. 4. Annal. Sueton. in Tiber. cap.* 40. & 41. & Nero liberis suis Rempublicam diripiendam prostituit, cum ille voluptates suas inter Comædos & Cynædos sectaretur. *Tacitus lobr.* 13. *Annal.* Gallienus nec patris captivitate, nec Aegypti Galliarumque defectione, nec Græciæ & Illyrici vastitate, nec tot circumstrepentibus undique Tyrannis, commoveri sese aut ad curam Reipublicæ reduci passus est, cum illud tantum, malorum unum post aliud nuntiantes contra sciscitaretur: *Ecquid habemus in prandio? & quæ voluptates paratæ sunt, qualis erit cœna? quales Circenses?* Wenceslaum Caroli IV filium, abdicarunt Electores imperio, quod venitri tantum & genio serviret, ignaviaque sua non tantum fines arrodi imperii, sed in ipso ejus meditullio hostes impunè grassari sineret. *Vrstis. tom. 2. hist. Illust. Non enim excusatur pastor, si lupus oves devoret, & pastor quiescat*, nec bonus paterfamilias fumantes ædes ex alto deridet, sed & ipse ad restinguendum incendium accurrit, & alios, ut aquam affundant,

suo exemplo permovet. Nero adeò à Re- 20. *Oscitantia Neronis.*
publica averterat animum, ut cum de motu Galliarum cognovisset, suspitionem etiam gaudentis præbuerit, tanquam occasionem nactus spoliandarum jure belli opulentissimarum provinciarum. Statimq; in gymnasium progressus certantes Athletas effusissimo studio spectavit: Cœnæ quoq; tempore interpellatus tumultuosiorib. literis, hactenus excanduit, ut malum iis, qui defecissent, minaretur. Excitus deniq; Romam, ne tunc quidem aut Senatu, aut populo coràm appellato, quosdam saltem è primoribus civibus domum evocavit, transactaq; raptim consultatione, reliquam diei partẽ per organa hydraulica novi & ignoti generis circumduxit, ostendensq; singula, de ratione ac difficultate cujusq; disserens, jamq; etiam prolaturum omnia in theatrum affirmavit, si per Vindicem liceat. Postquam deinde Galbam & Hispanias defecisse cognovit, etiamsi imperium sibi vivo auferri quereretur, nihilo secius quicquam ex consuetudine luxus atq; desidiæ omisit, atque imminuit. Quin & in summa annonæ caritate, cum navibus frumentum advectũ iri speraret populus, compertum est, pulverem apportari luctatoribus aulicis,

aulicis. *Sueton. in Ner. c.* 40. 41, 42. 45. Et hæc quidem negligentia detestanda, principemque in maximum ponit odium, satisq; speciosam præbet causam, si ea sit lex regni, Electoribus, ob quam ab honore Regem removere possint, quemadmodum Wenceslaum ignavum abdicarunt Electores, & Poloni minitati sunt Ludovvico, cum ad Vngaros se reciperet, & Poloniam, tanquam regnum acceßorium, non nisi ex longo intervallo reviseret, in Henrico verò III. Francorum Rege, quem sibi Regem ex Andium duce constituerant, executi sunt, cum is avitum regnum repetitum aufugeret, licet Gallorum ICti negent id jure à Polonis fieri potuisse. Sed à Tyrannide tamen tantum abest, quantum privatio ab habitu, quoniam, qui sic negliguntur, nondum destruuntur, quod est proprium Tyrannidis, cum possint suis rebus, adeoq; toti Reipubl. per alia ordinaria media prospicere, nisi id quoq; princeps prohibeat, & hac ratione cum incuria pravas Tyrannicasq; actiones conjungat, quarum plures in Nerone proponemus. Præcipuè verò à suspitione Tyrannidis liberandi sunt illi, qui ex impotentiâ mentis aut stoliditate peccant, quia ignorãtiâ tuti sunt, ut & Christus pro suis tortoribus deprecatur, quod ignorantes peccent. *Luc.* 23.

21. *Bela negligẽtia nimia nõ cõstituit Tyrannidem.*

22. *Tyrannus nõ est, qui ex imbecillitate mentis & defectu iudicij peccat.*

Ad Tyrannidem verò, ut & ad cætera vitia, requiritur propositum nocendi. Injuriâ enim Galbæ imputatum fuit, quod ejus fiducia, inscio Imperatore commiserat Iunius: *Plutarch. in Galb.* & Claudius Imperat. etiamsi multa Tyrannicè deliquit, desipientia tamen magis lapsus est, quam quod potestatem sibi per Tyrannidem stabilire voluisset. De eo enim sic scribit Xiphil. *ex Dion. Claudius homo, minimè malus, nisi quod famulatibus & mulieribus impensius, quam par esset, inserviret. Cum enim naturâ timidus esset, propter cõtentam educationem, & præ stupiditate ex injecto terrore sese recolligere non posset, illi, quò volebant stultum & meticulosum hominem impellebant. Itaque Claudius absq; ijs sceleribus, quæ commisit illorum causa, in cæteris commodus & bonus Imperator fuit.* Quid enim stupidius in theatro à quoquam Comicorum fingi potuisset, quam quod edictis homines cogeret, Messalinæ cupiditatibus obsequi, cùm illa accusaret, tanquam refractarios & inofficiosos, qui libidini ejus morem gerere detrectabant. *Dion. lib.* 58. populoq; aliquando Mnesterem ex thoro Imperatorio in theatrum deposcente, juraret insuper, *cum secum non fuisse:* cum tamen is non dubitaret à populo excitus, ut saltaret, publicè de scena dicere: *Non possum, nam cum Oreste cubo. Xiphil. in Claud.* Quid porrò hebetius, quàm quod ab uxore se vivo novas cum C. Silio patari nuptias pateretur? cum jam diu Messalina ad adulteri domum multo comitatu ventitare, regressibus adhærescere, largiri opes, honores, impunè consuevisset, postremò, velut translata jam fortuna, servos, libertos, paratum principis universum eò deduxisset, idq; non advertente principe. *Haud sum ignarus,* inquit Tacitus dum hæc narrat, *libr.* 11. *Annal. fabulosum visum iri, tantum ullis mortalium securitatis fuisse in civitate omnium gnara; & nihil reticente, nedũ Consulem designatum, cum uxore principis, prædicta die, adhibitis, qui obsignarent, veluti suscipiendorum liberorum causa convenisse: atq; illam audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse apud Deos, discubitũ inter convivas, oscula, complexus, noctem denique actam licentia conjugali. Sed nihil compositum miraculi causa, verum audita scriptaq; Senioribus trado.* Suetonius addit tabellas dotis ipsum Claudium consignasse, inductum, quasi de industria simularentur ad avertendum transferendumque periculum, quod imminere ipsi, per quædam ostẽta portenderetur. *Suet. in Claud. c.* 29. Qui igitur in domesticis ita excutiit, quid videret in publicis, ubi Diocletianus etiam bonum Imperatorem sæpè vendi dicebat. *Pomp. Læt. in Dioclet.* *Multis*, ait Tacit. *ibid. Messalina necem intulit, multis liberis, facilitate & ignavia principis confisis.* Eos postquam suo jussu interiisse inaudiebat Cæsar, graviter dolebat, & præcipitantiam suam oderat. *Xiphil. in Claud. nu.* 3. Poppææ, quam Messalina terrore carceris ad voluntariam mortem propulerat, maritum Scipionem, ignarus cædis Claudius, paulò post apud se epulantem percontatus legitur, *cur sine uxore discubuisset?* quam is fato functam respondebat. *Tacit.*

23. *Claudius Imp. stupidus magis fuisse quã Tyrannum.*

24. *Decretum ... Reip... in ... dimissum.*

25. *Pleraque Claudio Tyrannica perpetrata, inscio.*

Tacit. lib. 11. *Annal.* De ipsa Messalina cum cœnanti nunciaretur, eam perisse, nō distincto sua an aliena manu, nihil porrò quæsivit, poposcitq; poculum & solita convivia celebravit. Ne secutis quidem diebus, odij, gaudij, iræ, tristitiæ, ullius denique humani affectus signa dedit, non cum lætantes accusatores aspiceret, non cum filios mœrentes. Nam Narcissus libertus, quem Seneca *de morte Claud.* vocat *Dominum Domini*, cum videret Claudij iram misericordiâ superari, jussumque jam esse aliquem ire & nuntiare *Misera* (hoc enim verbo usum ferunt) dicendam ad causam postera die adesset, socordia Imperatoris abusus, injussu eius eius trucidavit, à qua, si qua in conspectum eum communibus liberis admissa fuisset, indubium sibi instare exitium sciebat. *Tacit. ibid. in fin.* Præceperat enim facilitatem Claudij, præceperat oscitantiam, *qua homines*, ut ait Augustus *de mort. Claud. facilius occidebat, quam canis exta edit* (ut legit Alciat. *lib.* 6. *Parerg. lib.* 5. & probat Adrian. Iun. *in castig.* Sen. *de mort. Claud.* cum vulgò legeretur, *quam canes excidit*, de qua scriptione B. Rhenan. & Cælius Secund. *ibid.*) & de occisis, sive suo jussu sive alieno arbitrio, non magis sollicitus erat, quam si murem præteriens proculcasset. Nam occisa Messalina, paulò postquam in triclinio decubuit, *cur Domina non veniret*, requisivit. Adeoque multos ex iis, *quos capite damnaverat*, ait Sueton. *postero statim die & in concilium & ad alea lusum admoveri jussit, & quasi morarentur ut somniculosos per*
16. *nuntium increpuit. in Claud. c.* 39. Die ipso repetitarum cum Agrippina nuptiarum in quinque & triginta Senatores, trecentosque amplius Equites Romanos tanta facilitate animadvertit, ut de nece consularis viri renunciante Centurione, factum esse, quod imperasset, negaret quicquam se imperasse, nihilo minus rem comprobaret, affirmantibus libertis, officio milites functos, quod ad ultionē Imperatoris ultrò percurrissent. Sueton. *cap.* 29. A. C Appio Silano initium cædis factum, eò quod Messalinæ officium denegasset & propter hanc Narcisso invisus esset. Finxit enim Narcissus se in somnis vidisse Claudium ab eodem Appio necari, eiq; in lecto adhuc recumbenti somnium tremebundus narravit, quo facinore aucto à Messalina & exaggerato, Appio verò de industriâ vocato, cum ad Imperatorem tanquam consocerum suum irrumperet, quasi somnio fidem facturus, indicta causa trucidatus est. *Xiphil. in Claud. n.* 3. *Sueton. c.* 37. L. Syllenus non multò post, quantumvis destinatus gener Imperatoris, odio Agrippinæ, simul & à prætura & à vita abire compellitur. *Tacit.* 17. *Ann. in pr.* Lollia Paulina, quod cum Agrippina de matrimonio principis certasset, Italia ejicitur inauditâ causa, & Calphurnia illustris fœmina pervertitur, quia formam eius laudaverat princeps, nulla libidine, sed fortuito sermone. Lepidæ amitæ Neronis, mors indicitur, quod conjugiū principis devotionibus petivisset & apud Neronem matri prævaleret. Statilius Taurus magicarum superstitionum accersitus reverà hortorum, quibus inhiabat Agrippina, magnificentiâ oppressus, vim vitæ suæ attulit, ante sententiam Senatus. *Tacit.* 12. *Ann.* Et hæc omnia machinabantur uxores & liberti *Principi*, ait Tacit. *non judicium, non odium erat, nisi indita & jussa* 12. *Annal. in pr.* Item paulò post: *Versa ex eo civitas, & cuncta fœmina obediant, rebus Romanis illudenti*, nec non Sueton *Sed & hæc & cætera, totumq; adeò ex parte magna principatum, non tam suo, quam uxorum libertorumq; arbitrio administravit, talis ubiq; plerumq; qualē esse eum aut expediret illis, aut liberet. in Claud. c.* 25. Item: *Libertis & uxoribus addictus, non principem se sed ministrū egit. Compendio cuiusque horum, vel etiam studio ac libidine honores, exercitus, immunitates, supplicia largitus est, & quidē insciens plerumq; & ignarus. c.* 29. *in pr.* Hominem autē, ex supina indulgentia peccantem, socordem quidem & stupidū dixeris: at non Tyrannum. Nam etiam de facilitate Nervæ conquestus est Fronto Consul: *Malum quidem esse, Imperatorem habere, sub quo nemini licet quicquam facere, sed multò pejus esse, cum omnia licent omnibus: Xiph. ex Dion. in Nerv.* Nec tamen ad Tyrannos vel Nerva redigendus est, vel Galba, sub quo non modestius dominabitur Iunius, quàm Narcissus, Pallas, & Polybius, sub

17. *Facilitas principis non est vertenda statim in Tyrannidem.*

sub Claudio. Augustus *in joco Sen. de mort. Claud.* cum objecisset Claudio: *Tu Messalinam, cujus aquè avunculus major eram, atq; tuus, occidisti*, & is exciperet: *Nescio, Dij*, inquit, *sibi malefaciant. Adeo istud turpius est, quod nescis, quàm quod occidisti.* Turpius certè, cum fatuitati proximum sit, sed quod à summa Tyrannide tam longè hominem detineat, quàm longè à vitio abest ignorantia, aut stupiditas animi. Barbaros excusat Salvianus *li. 4. de gubernat. Dei, quod fallant, quia falsitatis crimen ignorant. Nihil enim contemtu agunt cœlestium præceptorum, præcepta Domini nescientes, quia non facit aliquid contra legem, legis ignarus.*

28. *Testimonia fatuitatis Claudij.* Claudium enim adeò fatuum facit Seneca *in ἀποκολοκυνθ. ut eum nescium mortis suæ* introducat, & *Stoicum Deum* vocet, *qui nec cor, nec caput habeat.* Adagium etiam in fatuos Reges accommodari solitum, *ut Erasm. in ejus expl. deducit, Aut Regem, aut fatuum nasci oportet*, illi accommodet. Item illud alterum: *Tam fatuus, ut etiam regnare posset.* Antonia mater *portentum eum hominis* dictitabat, nec absolutū à natura, sed tantum inchoatum, ac si quem socordiæ argueret, *stultiorem* ajebat *filio suo. Suet. in Claud. c. 3.* Iuppiter propterea Herculem portentorum domitorem & cognitorem obviam mittit è cœlo, approperanti Claudio, quod monstri aliquid alere aut afferre videretur. Avia Augusta eum pro despectissimo semper habuit, non affari rarissimè, non monere, nisi acerbo & brevi scripto, aut per internuntios solita. Soror Livilla, cum audisset, quandoq; imperaturum tàm iniquam & tàm indignam sortem populi Romani, palàm & clarè detestata est. Augustus propter defectum, καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα, nulli illū publico officio admovit, ne & se & illū deridendi materiam præberet hominib. τοῖς τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσιν. *Sueton. in Claud. cap 4.* Ideoque pro nihilo habita fuit Claudij vecordia, ut Messalinus, cum grates agendas toti cognationi ob vindictam Germanici censuisset, Claudij mentionem omiserit, de quo Tacitus *lib. 3. Annal. Mihi quantò plura recentium seu veterum revolvo, tantò magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis observantur, quippe fama, spe, veneratione potius omnes destinabatur imperio quàm quem futurum principem fortuna in occulto tenebat.* Nec ipse quidem stultitiam suam reticuit, simulatamq; à se ex industria, quod aliter evasurus perventurusq; ad susceptam stationem non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est. Nec ante persuasit, quam intra breve tempus liber editus sit, cui index erat, μωρῶν ἐπανάστασις id est, *resurrectio mortuorum*, argumentum autem: *Stultitiam neminem fingere. Sueton. c. 38.* Tantum enim absuit, ut Claudius principatum adeptus, quam simulatam à se videri volebat, stultitiam exueret, ut potius ex stulto insanus factus fuerit, quemadmodum Græculo litigatori, vox in altercatione excidit & quidem impunè: καὶ σὺ γέρων εἶ, καὶ μωρός. *Sueton. in Claud.*

29. *Distinctio inter privata & publica crimina principum.* Secundo loco, ubi de Tyranno cognoscendo agitur, separanda sunt vitia privata à publicis, ad eum modum, quo suprà distinximus virtutes regias, & quæ sunt communes toti hominum generi. *Aliter enim servit Rex, quà homo*, inquit August. *aliter, quà Rex. Quà homo est, servit vivendo fideliter, quà Rex est, servit, leges justa præcipientes & contraria prohibentes, convenienti rigore, sanciendo. cap. Si in Ecclesiar. in fin. 23. q. 4.* Cum enim Tyrannus in eodem genere opponatur Regi, in quo consistit huius virtus, in eodem quærendum venit illius vitium, nimirum in administratione Reipublicæ. Nec enim Menander *lib. 1. de re milit.* & Polyb. *libr. 6.* militum delicta, quæ *Castrensia* peccata vocat Vopisc. *in Aurel.* & Imperatores *militaria flagitia*, 30. *Peccata militaria.* *l. in militibus. 13. C. de test. milit.* cum delictis communibus confundi volunt; sed ex officio militari definiunt, *quæ quis, uti miles admittit:* Salvianus item, *lib. 4. de gubernat. Dei.* tria vitia servilia exhibet, conditionem servorum propriè spectantia. 31. *Servilia.* *Furtum, Mendacium, Fugam, quorum nomine, jure civili, si venalitiacrio non aperiretur, redhibitio concederetur. Cic. lib. 3. offic.* Eadem ratione, Tyrannis propriè delicta, quantò privatis & communibus graviora, tantò diligentius ab his distinguenda sunt. *Levia & privata pernicies non totas urbes movet:*

12. [illegible] *movet*: ait Seneca 1. *de Clement. cap* 25. *& ult. Quod late furere cepit, & omnes appetit, undiq; consigitur*, Quid enim, si princeps aliquis non laboret norabili alio vitio, quam *pueros amet*, ut de Cajo Marij nepote scribit Plutarchus *in Mar.* an propterea inter Tyrannos condemnandus erit? De Trajano sic censet Dion *in Trajan. num.* 1. *Trajanus etsi erat amoribus puerorum & vino deditus: tamen nihil ob eam causam turpiter aut nequiter fecit, passimve est, quam ob rem jure reprehenderetur.* Sicut enim per temperantiam Rex non definitur: Ita nec Tyrannus per intemperantiam, nisi cum ea
13. [illegible] *intemperantia non facit Tyrannum.* conjunctus sit interitus Reipublicæ. Nam si per libidinem grassetur in civium uxores promiscuè, jam non continet se intra fines libidinis, sed ut meretrix, quæ lucri cupidine se prostituit, non tàm intemperantiæ, quàm sordidæ avaritiæ nomine notatur ab Aristotele *libr.* 4. *Ethic. cap.* 1. ita in Tyrannum degenerat, qui libidine in pernitiem civium abutitur, & propter fœminas multas Tyrannides pessum ire docet Aristoteles 5. *Polit. cap.* 10. *Et fuit Helenam ante cunnus deterrima belli causa, Horat.* Sola verò libido pro nota Tyrannidis afferri non potest, ne optimos quosq; principes uno stylo perfodiamus. Augusto adeò familiare fuit hoc vitium, ut accusatum adolescentem, qui matrimonium contraxerat cum ea, quam per adulterium antea stupraverat, condemnare ausus non fuerit, sed ut in posterum caveret, admonitum dimiserit. *Dion in August.* Et si, ut ab Eleusiniis, quibus summoventur voce præconis impij & scelerati, ita ab regni sacris arceantur hoc vitio notati principes, non solus Nero cogetur stare foras, *Sueton. in Ner. cap.* 34. sed optimi quique in rerum public. gubernatores, prout bellicosos viros in hanc partem præcæteris propendere scribit Arist. 2. *Polit. c.* 7. & innuerunt Poetę, dum Venerem conjungarunt Marti. *Ovid.* 4. *Metam.* Ac ne Carolum M. binis nuptiis implicatum, si sc. Longobardam sine causa dimissam putemus, & concubinarum amori præterea debitum: ne Constantinum M. eidem vitio, & parridio tàm Crispi filii naturalis, quam Faustæ uxoris, ardentibus balneis suffocatæ, *si Victori credimus in Constant.* obnoxium: ne Casimirum M. Poloniæ Regem, Pellici Hebrææ plus quam moderato amore indulgentem, ne Salomonē, cum septingentis uxoribus, Alexandrum M. & Iulium Cæsarem promiscuis amorib. ubicūq; vicissent, dissolutos, nec alios longa serie in acie sistam, qui non tantum sine suspitione Tyrannidis Veneri indulserunt, sed & summum sui desiderium in animis subditorum post fata reliquerunt, quid referam Davidem, gravirer quidem in adulterium & prodiorià cædem prolapsum, cum uxorem Vriæ eriperet, utq; eam justæ uxoris loco habere posset, innocentem & nihil tale opinantem maritum hostibus mactandum objiceret, sed quem tamen nec Propheta Nathan, nec Sacerdotum aut principum quisquam propterea regio honore & diademate exuit, perinde ut Nicolaus Pontifex Rom. Lothario Imperatori regiam potestatem adimit, quod legitimæ uxori concubinam adjunxisset, *c. ult.* 2. *q.* 1. & Gregorius VII. Henrico Imperatori ex cæteris causis, quod uxorem dimissurus videretur. *Sigon. lib.* 9. *hist. Ital.* Quod idem vitium fraudi fuit Philippo Gallor. & Henrico IIX. Anglorum, multisq; aliis Regibus, quib. non omninò benè volebat Zelus Pōtificum. Ludovvico Pio vel illud vitio datum & inter causas abdicationis perscriptum fuit, quod Iudithæ uxori, præter decus Imperatorium inserviret, à qua Episcoporum conjuratione non magis alienus fuisse videtur Gregorius IV. *ut in tr. de Auth princ. c.* 4. *nu.* 2. *diximus*, quàm Sixtus IV. à conspiratione Pactiorum & Salviatorum in Laurentium Medicem Florentinū, cum copiæ Pontificiæ eventum in Hetruria jā operirentur, & is interdicto corrigere porrò pergeret, in quo à fortuna destitutus fuisset. *Angel. Pol. in descript. conjur. Valor. in hist Laurent. Med.* Marcum Antoninum nihilo deteriorē principem facit Capitol. etiamsi Faustinæ adulteria, in theatris etiam sibi exprobrata, inquirere supersederet, & Severi gloriæ nihil detractum fuit, licet Iuliā famosam adulteriis & simul conjurationis cōnsciam, non curaret dimittere. *Spart. in Sev. n.* 6. Non est dubium, quin scandalosa Principum adulteria excommunicationem mereantur, sed quod excommunicatio hunc effectum edat, ut Principes regno

14. *Funestus Zelus Pontificum.*

15. *Impp correcti* [illegible]

regno spoliet, quemadmodum in execratione dicit Gregorius VII. *Henricum Henrici Imperatoris filium, imperatoria administratione regniq; dejicio, Plati in Greg. VII.* id neq; sacræ sacræ scripturæ, nec Iuris veteris Canonibus cōsentaneum est, cum distincta sint fora, Spirituale, in quo regnat excommunicatio, & Seculare, in quod hominibus de Ecclesia nec directum nec indirectum imperium Politicum competit, *ut in libr. de potest. Pontif. c. 1. & 5. abundè disputamus.*

36. *Paganismus non facit Tyrannum.*

Quis enim reatus est pernitiosior, adeoq; toti rei Ecclesiasticæ magis contrarius, quàm apertus Paganismus. Nam Friderico II. Imper. vel hoc saltem vitio datum & inter crimina excommunicationi prætensa imputatum fuit ab Honorio III. Gregorio IX. & Innocentio IV. quod cum Sarracenis sentiret, & eorum operâ in bellis uteretur. *c. ad Apostol. & ibi gl. de sent. & re jud. in 6. Sigon. li. 18. histor. Ital.* Et tamen Tiberio Christus tributum persolvi debere & exemplo monuit & præcepto docuit, Paulus verò ad Claudium appellavit, veteresq; Ecclesiæ Doctores in temporalibus, quantumvis superstitionis fœtore abominandis Imperatoribus majorem servabant fidem, quàm ipsi pagani. *Nunquam* enim, inquit Tertullianus *ad Scapul. Albiniani, nunquam Nigriani vel Cassiani inventi sumus, & in Apol. Noster enim est magis Cæsar, tanquam à nostro DEO constitutus.* Distinguebant temporalia à sacris, & Iuliano, tanquam *prudentissimo*, ut ipsum cognominat Nazianzenus *orat. 1.* & *Republica amantissimo*, ut Marcell. *libr. 25.* Imperatori in iis, quæ ad Rempublicam spectabant, promtè obsequebantur, *nec prius manum retrahentes, quam ad causam Christi ventum esset*, ut loquitur Augustin. *Psal. 124. c. Imperator 11. quæst. 1.* Noverant discernere inter vitia, ob quæ quis Republica & ob quæ Ecclesiâ excidit, quorum hæc quidem tantò detestabiliora sunt, quantò graviorem jacturam inferunt, sed illa tamen in foro Politico ferro, flamma & bonorum jacturâ multantur. Nam si abdicandi sint, tanquam imperio indigni, qui scelere aliquo sese onerarunt, & hinc Anathema merētur, quodvis leve crimen necesse est Tyrannidi exæquetur. Nam Nicolaus III. Anathemati

37. *Facilitas Pontificū in confiscanda Tyrannide.*

uno ictu subjecit, *quicunque magistratum in officio detinerent ultra annum. Platin. in Nicol.* Ecce jam Tyrannidis unum compendium, quò penè erit, ut quò meliores sint principes, eò facilius imperio deponi possint, quando scilicet spectatæ prudentiæ homines ad arbitrium Pontificis imperio statim non exuunt. Iohannes XXIII hæreticos & ipso facto excommunicatos pronuntiavit, *qui negarent Christum & discipulos habuisse aliquid proprii, & qui discipulis vendendi, donandi, testandi, acquirendi jus pro ingenio jus ademerent ex eo, quod ad religionem euntes in alterius arbitrium transirent. Platin. in Iohan. 23.* Ecce tibi aliud inventum deponendi Reges à solio, si clericorum saltem opibus invideant, aut, quæ hæresis communiter omnibus fulminibus prætexitur, si possessionem aliquam Ecclesiasticam turbent, aut hominem de schola detineant, aut ad nutum Pontificis tardè se convertant. Philippum Galliæ Regem Bonifacius IIX. interdicto supposuit, quod Apamiensem Episcopum, obtorto collo regem ad expeditionem Hierosolymitanam minis pertrahere conantem, in carcerem conjecisset; Fridericum II. Innocentius IV. quod Cardinales hostes suos in itinere, ad comitia de suo capite agenda euntes, intercepisset; Henricum II. Anglum Alexander III. quod necis Thomæ Cantuariensis conscius videretur; Florentinos Sixtus IV. quod inter conjuratos deprehensum Cardinalem, Pontificis sive filium sive nepotem, attinerent. Et quis fando exprimere paucis posset, quoties Veneti, Genuenses, Florentini, Lucenses, Reges Neapolitani & Imperatores hoc fulmine percussi, & quemadmodum de Venetis statuit Clemens V. eò quod Ferrarienses in ditionem reciperent, *pro servis declarati & bona eorum direptioni objecta fuerint, ubicunq; reperirentur*, non alia de causa, quàm quod ad nutum Pontificis arma non abjicerent, aut jus suum in possessionibus, quas sibi vēdicabat Ecclesia, pertinacius persequerentur. Hæc n. est illa hæresis, quā ubiq; affingi testatur Platina in Paulo II. & sibi quoque objectam queritur, eò quod lectione Platonis delectaretur. Tam proclivis ad hæresin descensus patet apud Pontificem, si quem persuſ-

periisse cupiunt, quippe quibus præter verbum unum, nullo ad convincendos hæreticos verbo opus est. Nam Petrus Castiliæ Rex n... volens, etiamsi contrà dejeraret, coactus fuit incredulitatis pœnam luere, ut Henr... o Spurio locum in successione regni faceret. Quod si male de fide sensissent, Henricus IV. & V. Fridericus I. & II. Ludovvicus IV. Imperatores, aliique Reges, quibus id opprobrij impactum fuit, nondum tamen, nisi Tyrannidem conjunxissent, avitis hæreditatibus depelli jure debuissent, cum de Republ. bene mereri possit, etiam is, qui de fide male sentit, & voluptatibus præter modum indulget. Nec enim fastus obstitit Diocletiano, quod primus nomen Domini post Cajum & Domitianum usurparet, primusq; vestem ex auro, serico, purpura & gemmis concupiverit, quin Iovij nomen mereretur, propter virtutes quibus Iovem imitabatur, ut declarat Pompon. Læt. *in Diocl.* præcipuamque principis dotem putaret, Liberalitatem & Clementiam, quibus id effecit, ut cum imperium deposuisset, seque ut dicere solebat, peste liberasset, omnium votis revocaretur, nec improbus crederetur futurus Imperator, etiamsi Christianorum professionem ferro & igne prosecutus esset. Infidelitas, hæresis, fastus, scortatio, ebrietas, odia literarum, vitia quidem gravia sunt, & partim etiam Tyrannide deteriora, sed tamen sicut adulterium solum solvit conjugium, etiamsi perduellio, homicidii, veneficium, & cætera crimina, ob quæ Alciat. 6. *Parerg.* c. 10. Coras. c. 4. *Cent. SCt.* Erasm. *in c. 7. E...* 1. *ad Corinth.* conjugium perinde disturbant, atque ob adulterium, atrocitate illud longe superent, *ut dictum fuit de jur. Connub. c. 6. Sect.* 10. Ita, nisi princeps in fidem Re publ. peccet, pro Tyranno proclamari aut regno detrudi non potest: Immeritò enim Cælestinum V. Bonifacius I I X. consensu sociorum à Pontificatu dejecit, quod in rebus agendis non satis esset versutus, quasi non in Pontifice Sanctitas, qua is etiam post mortem conspicuus evasit, religionis studium, & devota pietas magis exigatur, quam prudentia politica, nec jure taxatur Iohannes 22. (qui aliis est 21) quod ad Politica negotia tantò fuerit ineptior, quanto eruditione & doctrina cæteros superavit, quia aliter commendatur princeps, aliter Episcopus; aliisque de causis Episcopus prębenda, aliis princeps & vasallus regno feudoque suo privatur.

38. *Hæresis non facit Tyrannum.*

39. *Mala vita privata.*

40. *Quod declaratur ratione...*

41. *Distinctio inter Tyrannum & principem Tyrannicum.*

Denique distinguendum est inter principem Tyrannicum & Tyrannum. In hoc enim plerumque falluntur judicia vulgi & errant vitorum etiam doctorum scripta, dum quærunt: *An liceat interficere Regem Tyrannum, Paris de Put. in pr. tract. de Syndic.* cum tamen Tyrannus & Rex non magis in eadem convenire persona simul possint, quam virtus & vitium, rectum & curvum, siquidem Tyrannis regni est destructio. Angli Richardum II. Gallorum plurimi Henricum III. ob actus quosdam Tyrannidem sapientes tanquam Tyrannos, indignos regno pronuntiarunt, & Iohannis *le Petit* venusta prostat oratio, qua assassinium Ducis Burgundiæ in Aurelianum perpetratum, excusaturus, postquam præsupposuerat: *Tyrannum à quovis occidi posse*, congregat peccata quædam, eaque Aureliano attribuendo, Tyrannidis illum se convicisse putat, quæ etsi vera fuissent, ut cognitâ causa, fuisse negarunt assessores judicij, in Tyrannidis tamen suspitionem, principem, cætera probum conjicere non potuissent. Legati Parthorum ad repetendum à Romanis Meherdatem missi, Gotarzem his criminibus prægravant, ob quæ nobilitati plebique juxtà intolerandus dicitur: *quod fratres, propinquos, longius sitos, cædibus exhauserit, nunc adjectas conjuges gravidas, liberos parvos, dum secors domi, bellis infaustus, ignaviam sævitiâ tegat. Tacit. 12. Ann. n. 3. in pr.* Nec inficior nonnulla ex his ad Tyrannidem pertinere, qualia sunt & illa quibus Aristociatiam in Oligarchiam commutari scribit Polyb. *lib.* 6. *si principes civitatis in potestatis functione, quam patres eorum gesserunt & prærogativis educati, alij ad avaritiam & iniquum pecuniæ studium, alij ad ebrietatem, & quæ hanc comitantur, immoderata convivia, alij ad mulierum constu rationem, ac puerorum rapinas degenerant*: sed nego ex uno actu Tyrannico judicari debere de universis, cum in separatis ab uno non liceat inferre ad alterū, *l. Papinianus, de minor. l. natu-*

42. *Tyrannus & Regnum se mutuò destruunt.*

43. *Tyrannicus actus non statim facit Tyrannum.*

naturaliter, §. nihil commune de acquir. Possess. l. si maritus C. de calũ. c. quod translat. ubi Abb. de off. legat. Steph. de Phader. Part. 1. de interpr. ll arg. 16. a contrar. possitque bonus esse Cytharœdus, qui sit improbus Choraules, & malè erga paucos affectus esse, qui benè velit cæteris. Pharaonem Tyrannis accenset Hœnon. *disp. Polit. 9. num. 34.* quod Israëlitas incolas de industriâ duplicatis laboribus opprimeret, & tantum non in servitutem damnaret. Achabus vulgò malè audit, quod de consilio Iesabelis Nabotho vineam simul & vitam abstulerit, perinde ut Aggrippina Claudij Imp. uxor Statilium Taurum morte damnati curavit, quo hortis ejus potiretur. *Tacit. 12. Annal.* Et quia hi actus ab officio regio descifcunt, non est dubium, quin ducant ad Tyrannidem, sed si Achab in cæteris contra civium commoda nihil perpetrarit, nec Pharao injuriam eandẽ in justos subditos converterit, ex uno illo actu Tyrannico nõ erunt consummatæ Tyrannidis condemnandi. Tolerabilius enim est, quod Pharao incolas in favorem civium depressit, quam quod Casimirus M. Hebræos inquilinos Polonis civibus æquavit, ac privilegiorum magnitudine non paucis in rebus antetulit. Nam si Tarquinius propter unicum stuprum Lucretiæ Tyrannus evasit, cur non & David, qui adulterio Veteratoriam proditionem conjunxit? & Mephiboscetho legitimam hæreditatem eripuit, credulitate sua, qua Sibæ fugitivi servi Verbis fidem habebat, deceptus *2. Sam. c. 16 & 19.* Sed in Tarquinio concurrebant plura Tyrannidem spectantia: Davidem unicum illud proditorium adulterium, quia in unius civis injuria acquievit, nec in totius Reip. perniciem redundavit, non mágis inter Tyrannos detrahet, quam unicum justum judicium Cambysen collocabit inter probos Reges. Tyrannus enim, quia per vitiosas omnes partes definitur & non nisi in perniciosum finem tendit, in tota sua latitudine vitiosus est, & illegitimus, & proinde nihil habet, quod à DEO sit, cui subditi propter DEum obligati maneant. Vnde fit, ut impunè etiam à subditis injustè usurpata Tyrannide exui ac vita tanquam hostis privari possit, sine conscientiæ læsione, *ut in. tr. de conjurat. lib. 7. & 8. infra dicemus,* cum nihil in eo occurrat legitimum, quod conscientiam terrere queat. Cæterum in principe Tyrannico longè diversa est ratio, qui alicubi exorbitat aut etiam de industria malè agit: interim tamen legitimum suum jus in subditos retinet, illudque proba Reip. administratione in rebus maxime seriis, ubi non labitur, integrum sibi confirmat. Quorsum enim jubet nos Petrus obedientiam præstare *Dominis etiam pravis & asperis qui injustè opprimunt, beneficiaq; verberibus & injuria rependunt? 1. Pet. 2.* An voluit Tyrannis sua doctrina refugij asylum ponere, quibus *Væ* pronuntiat Esaias, *c. 10.* quocunque locorum fuerint, pœnamque paratam non tantum minitatur DEus, 1. *Reg.* 9. sed & severa vindicta ubique intulit. *Iud. c. 9. 2. Sam. cap. 18. 1. Reg. 1. 12. 16. 20.* Nullus enim pravus magistratus, quatenus talis, est à DEO, *Ose. c. 4.* ideoq; nec quenquã in conscientia obligat ad obedientiam. Sed si præter pravitatem remanet aliquid, quod sit legitimum & à DEO, propter malitiam, non est condemnanda potestas ordinata à DEO, *Rom. c. 13.* sed huic paulò quidem obediendum propter DEum, illi concessis remedijs obviam eundum, *ut in libr. Autor. princ. c. 2. disputavimus.* Nam Christus ipse potestatem Pilati, quâ contra se abutebantur, divinitus ipsi concessam confitetur. Daniel Nabuchdonosoris regnum DEO acceptum refert. *Dan. c. 2.* licet paulò post in tres viros crudeliter sæviat, *Dan. c. 3.* Samuelis filij, quos pater sibi succenturiaverat, ὀψοφαγία jus pauperum perverterant, & tamen, cum Iudæi cupidine novi Regis ducerentur, *non te,* inquit DEVS, *sed me spreverunt, ne regnem super eos, 1. Sam. c. 8.* D. Paulus Ananiam quoque Summum Pontificem, etiamsi contra jus in judicio se reum percuteret, non satis considerato Zelo à se increpitum confitetur, propterea, *quod principis populi Lex vetet maledicere, Exod. 22.* dũ ab ignorantia sua eandem petit excusationem. *Actor, 23.* qua Ahimelech summus sacerdos Saulis iram lenire conabatur, cum argueretur cum Davide contra Regem conspirasse. *Se quippe nescivisse, inter Regẽ & generum eius fuisse inimicitias: Alias sibi nihil commercij*

Marginal notes:

44. *Nec virtuosus unus actus virum probum.*

45. *Tyrannis tota sua latitudine iniqua est.*

46. *In principe iniquo non extinguitur ordinatio divina.*

47. *Idemq; in principe iniquo obediendum.*

mercij futuram fuisse cum domo Isai. 1. *Reg. cap.* 2'. Saul certè à DEO reprobratus erat multisq; Tyrannicis facinoribus à regia via deflexerat, cum Davidem, & quoscunque illi benè velle intellexerat, perpetim persequeretur, & Sacerdotum magnū numerum sine causâ trucidaret: Regis tamen nomine & honore per totos 40. annos dignus judicatur à Paulo, *Act.* 13. nec aliter, quam Regis & Vncti Domini titulo à Davide afficitur, 1. *Sam.* 24. & 31. 2. *Sam. ult.* 1. *Reg.* 1. Thecuitis, nominat angelum & legatum DEI, 2. *Sam.* 14. Samuel comitatur ad sacrum DEO offerendum, nec minori reverentiâ persequitur, quam prius, licet abdicationis formulam DEI jussu jam illi denuntiasset. 1. *Sam.* 15. Præter enim vitia superest aliquid legitimum, cui obedientia debetur. Nam sicut Ethici distinguunt inter actionem bonam & virtuosam, justam & justè factam 2. & 5. *Eth.* eò quod Manlius & Coriolanus fortiter quidem in hoste pugnare possint, nec tamen fortitudinis, quâ contrà patriam abusi sunt, laudem mereantur, aut si quam meriti sint. dū Tyrannidem sceleratè affectant, jure perdant: ita non statim efficiuntur Tyranni, qui actus Tyrannicos alicubi imitantur, Τυραννικῶς ἐξελαύνοντες παραγενόμενοι, ut loquitur C. Claudius *apud Halyc. lib.* 11, quia cum ad Reip. totius administrationem diversi multiq; actus requirantur, fieri potest, ut quis in duobus labatur, in cæteris rectum se teneat. Tiberium, licet omni vitiorum & crudelitatis, præcipuè in Germanicum Drusumque, genere nobilitatum, viva adhuc matre, *mixtum* tamen *inter bona malaque*, statuit Tacit 6. *Ann. in fin.* & Christus jubet ipsi, tanquam legitimo magistratui, dari, quæ Cæsari debeantur. *Matt. c.* 22. Severus Imp. etiāsi SCtum fieri curasset, ne Senatorum quisquam, inscio Senatu, occideretur, quamvis instinctu Iuliani hostis à Senatu judicatus esset, irritatus tamen consensu eorum, qui cum Albino sensisse credebantur, nullo habito discrimine Senatores, aut occidit, aut publicatis bonis proscripsit. Nihilominus de eo sic judicavit Senatus: *Illum aut nasci non debuisse, aut non mori, cum & nimis crudelis & nimis utilis Reipub. videretur, Spart. in Sev.*

48. *Dyscernen... am ... fa-ctum,*

49. *...ps inju... in une, ...ossit bonus ... in cæte-...*

n. 6. Aurelianus, negari non potest, quod fuerit severus, truculentus, sanguinarius princeps, ut confitetur ipse Vopisc. *in Aur. n.* 9. quippe, quem bonum quidem Medicum, sed mala ratione curantem vocabant, eò quod seditionem Romæ excitatam cruentius, quam par erat, vindicaret, interfectis ex Senatorio ordine nobilissimis quibusque, quibus leve quiddam, quodq; contemni à mitiore principe potuisset, vel levis, vel vilis testis objiceret. *Graviter* tamen *tam necessarij principis cædem Senatus tulit*, ait idem Vopiscus, *gravius populus, qui vulgo dicebat, Aurelianum pædagogum esse Senatorum*. Claudium in jus *ex l. Cornel. de sicar.* vocat Pedo Pompejus, *apud Sen. de mort. Claud. XXX. Senatores* (XXXV. numerat Sueton:) *CCCXV Equites Rom. atq; plures. Cæteros vero CCXXI* ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε *occidisset*. Arqui non poterat minus pro gravitate delecti Messalinæ, cujus tam multi conscij & consentientes erant, etiam stupidissimus homo facere. Imò ne occidisset quidem, nisi Narcissus sibi præveniendum properè, antequam intepesceret indignatio, putasset. In cæteris modum excessit, fateor, nec enim pro factis Tyrannicis apologiam texo, sed ex uno atque altero facto non est statim sententia ferenda, & Tyrannis principi improperanda, qui de cætero Rempubl. probè gubernat. Nam pro his ipsis principibus jubet Paulus, ut vota ad DEum fundamus 1. *Timoth.* 2. & Ieremias Iudæos hortatur, ut precibus suis DEo commendent illam Rempubl. in cujus potestatem vi Tyrannicâ erant abducendi. *Ierem. c.* 29. Tyrannidem nec in patrocinium suscepturus est justissimus vindex, nec piorum hominum est, perniciem tam suam quam aliorum, quæ à Tyranno instat, exorare, sed sub Tyrannicis principibus, etiamsi pauci injuriam patiantur reliquis tamen licet securam & honestam traducere vitam, cujus gratiâ preces ad DEVM fundi vult Apostolus 1. *Tim.* 2. Etiamsi enim tributorum severa exactio quā proximè ad Tyrannidē accedit: tamē, si de cætero Reip. benè consulatur, nihil causæ habent cives, quare nō necessitati parere potius, quā cōtra exigentē manus levare debeant, prout Ægyptij Ptolomæum

50. *Pro principe iniquo preces esse fundendas ad DEum.*

51. *Propter severam exactionem non esse deserendum principem.*

regno

regno propulerunt, quod conquisita undiq; pecunia societatem Romanam admercari laboraret, Galli in Ludovvicum XI. bellum excitarunt, ad avertendas exactiones, cui *Boni publici* nomen prætexuerunt, Vngari Matthiam Corvinum destituerunt in medio regni cursu, quod depleto per longa bella ærario, ad nova vectigalia & tributa cogere-tur confugere. Hos enim & severiores principes à seditioso vulgo continuò Tyrannos vocari audimus, quos tamen à perfectis Tyrannis perinde distinguimus, ut *corporeum*
52. *Distinctio inter corpus & corporeum.* distinguunt Physici à *corpore*. Principia enim & affectiones corporea quidem sunt, & Arist. *lib. 4. Phys. c. 1.* corporum non alia principia dari posse dicit, quam corporea, sed malam cõsequẽtiã inde texit Ramus *li. 1. schol. Phys. c. ult.* quod materia prima debeat esse corpus. Satis enim est si corporea sit, & in corporis systema cum forma conflari apta. Scipio cum ab Iberis Rex salutaretur, *Regium quidem esse se, sed non Regem,* respondit, *Polyb. lib. 10.* id quod ad Tyrannum ea ratione accommodamus, ut principem ex parte pravum & degenerem, *Tyrannicũ*, quidem vocari posse consentiamus, sed in *Tyrannum* tum demum degenerare, quando ad summum malitiæ pervenit. Sic enim Medici, morborum malignum, qui occultis cuniculis principum facultatũ aliquam oppugnat,
53. *Inter pestem & pestilens.* *pestilentem* quidem cognominant, sed *pestem* ex malitia summa demum definiunt, quandoquidem inter acutissimos morbos primas sibi vendicat, perinde ut inter labes Rerump. Tyrannis. *Est enim Acropolis malorum*, ut ait Polyb. *lib. 2. qua seminarium in se continet crudelitatis, omnesq; hominum injurias & scelera complectitur.*

54. *Nota Tyrannidis, loco definitionis proposita.* Nequaquam igitur Tyranni naturam recte & ex arte proponunt, qui notas quasdam, & quæ propria haberi volunt, acervatim proponunt, & ex iis Tyrannum cognoscendum relinquunt, ut videre est apud Polyb. *lib. 6.* Bartol. *in tr. de Tyrann.* Bodin. *2. de Rep. c. 4.* Petr. Gregor. Tolos. *de Rep. c. 18.* Lips. *lib. 6. de Rep. c. 5.* Antimach. *in præfat. lib. 2. & lib. 3. theor. 15.* Althus. *c. 14. Polit.* Gail. *2. observ. 61, num. 9.* Ioh. Maria. *lib. 1. de reg. & regn. instit. c. 5.* Iunius *qq. Polit. q. 2.* Casus. *lib. 4. sphær. Civit. c. 10. lib. 5. c. 11.* Iacob. Middendorp. *in Theol. Iurid. & Polit. q. 7. q. 16.* Gregor. Richt. *post. xiom, Pol. r. 91.* & ex eo Hœnon *disput.* [illegible] *9. à n. 35. ad n. 43.* Watem. ab Erenb. *de reg. ubsid. & oner. subdit. cap. 11. num. 32.* & Henric. Steph. *in reg. & Tyr.* Can[illegible] *disc. in Tacit.* Ferè enim hæ notæ ex p[illegible]tis peccatis conficiuntur, quæ pa[illegible]lo [illegible]nie à natura Tyranni sequestravimus. si quæ verò ex actibus publicis petantur, aut sin[illegible]s Tyrannidem constituere oportet, aut [illegible]ul in unum confusas. Si singulæ sufficiant, [illegible]ix quisquam principum adeò felici side[illegible]e in curas publicas delabetur, ut eum non[illegible] [illegible]eas aliqua in re Suffenum & ex hac Po[illegible]tica. T[illegible]rannum. Ne Titus quidem quem b[illegible]tas
55. *Qua Tyrannidem* [illegible] gesti imperij à criminibus tutum pr[illegible], etiamsi plagulis dimotis, cœlum obtestatus se nihil commisisse diceret, quare tam c[illegible]ò statione devocari debeat, sine exceptione criminum omnium sese exsortem, con[illegible]tuere ausus fuit. Vni enim saltem ingem[illegible]it, quanquam nec ipse illud proderet, nec cuiquam postea innotuerit *Suet. in Tit. cap. pen.* Omnes verò conjunctim non faci[illegible]us in uno principe reperientur, quam omnes virtutes in uno Rege: nec quisquam adeò ad omnia scelera obduruit ut ipse Bodin. confitetur, quin interdum ad se redeat & aliquando benè agat. Nam & *Dionysius major jure meritoq; præferri multis regi[illegible] potest*, judicio Senecæ *lib. 1. de Clem. cap. 12.* Tanta enim est summorum malo[illegible]u[illegible] pernicitas, ut instar Cadmæorum fratrum inter se concurrant & in exitium subjec[illegible]s conspirent. Quin etiam actus hi Tyrannici na[illegible]ura 56.
Tyrannidis sunt posteriores, ideoq; ad prioris definitionem adhiberi non magis possunt, quam si Individuum *cum Porphyr. in Isag.* definias ex concursu multorum accidentium, aut principium individuationis accersas vel ex quantitate, vel ex materia cum quantitate, *cum AEgid. in quæst. l. 9. r. & Soncin. 7. Metaph. q. 33. & 34. Ferrar. in t. contr. gent. c. 21.* Aristot. quidem *lib. 6. Polit. c. 2.* notas & instituta Democratica in medium proposuit, sed in eorum concursu non collocavit naturam Democratiæ, quæ prior est, & una eademque manet licet instituta illa pro diversitate Rerump. mutabiliam

Et sunt Tyrannidis posteriores.

niam mutentur. Nam in Tyrannide quoque aliis institutis alius insistit, quando ad finem æquè perniciosum non eadem via procedunt. Ne dicam porrò, quod istorum autorum notæ non conveniant omni Tyranno, sed illi tali um, quem Bartolus *in tr. de Tyrann.*
57. [illegible] Tyrannis. vocavit in *exercitio*. Denique Cum *omne quod est, Vnitate sit id, quod est*, ut ait Plotin. *Enn.* 6. *lib.* 9. *cap.* 1. seu ut Seneca *lib.* 2. *nat. qq. cap.* 4. *in fin.* cum *unitatem habeat, quicquid alicuius res nativa pars est, nihil enim nascitur sine unitate*, *Plat. in Parm. Galen.* 2. *Meth. med. in fin. Boet.* 3. *Consol. prosa* 11. necesse est multitudinē omnem revo-
58. [illegible] multa [illegible] revocare oportet ad unum. cari ad unum quidpiam. *Quod enim multa est partibus*, ait Dion. *cap.* 13. *de divin. nom. toto unum est: quod multa est accidentibus, unum est subjecto, quod multū numero est, Vel esse potest, unum specie, & quod formis est multum, unū est genere, quod deniq; multum est eruptionibus, unum est principio, nec quicquam est, quod non uno, ex quo omnis divinitas nominatur, & sit id, quod est & absolVatur, & custodiatur.* Itaque inquirenda est & definienda prima quædam essentia, in quam omnia illa vitia, quibus Tyranni gravantur, tanquam in seminarium confluant, & ex qua tanquam ex radice educantur & prodeant. Quia enim non cohærent, nisi per accidens, naturam aliquam oportet subesse priorem, in qua unianturper se & convinciantur.

59. [illegible] essentia Hæc autem erit sententia Tyranni, quam ex Arist. verbis *lib.* 4. *cap.* 10. proponemus, & particulatim explicabimus: deinde ex ea institutorum Tyrannicorum seriem ordine educemus, quoniam excessus cæterarum Rerumpublicarum per hunc, tanquam omnium longissimum, intelligi & declarari debent. Definit autem Aristoteles propriè
60. Definitio Tyrannid. Aristotelica. vocatam Tyrannidem: Μοναρχίαν ἥτις ἀνυπεύθυνος ἄρχει τῶν ὁμοίων καὶ βελτιόνων πάντων, πρὸς τὸ σφέτερον αὐτῆς συμφέρον, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ τῶν ἀρχομένων. hoc est, ut ego interpretor, *Imperium summum unius in pares & meliores ad utilitatem priVatam & non publicam.* Respondet enim hæc definitio è diametro definitioni regni, & fontem perit, à quo omnes actus Tyrannnici scaturiunt, nec quicquam de Tyrannide dici potest essentialius. Repetendum enim est ex Aristotele 8. *Ethic. c.* 10. quod superius à nobis demonstratum fuit, *cap.* 1. *sect. ult. cap.* 3. *sect.* 1.
regnum & Tyrannidem differre non aliter, 61. Quomodo regnum & Tyrannis opponantur.
quam ut virtutē & vitium, siquidem utrumque Monarchiæ communi notione continetur, ideoque specifica aliqua differentia, ut Monarchia & Oligarchia, nō distinguuntur, sed ut Regis nomen gerit, qui benè, ita Tyranni lucratur, qui malè Reipublicæ præest cum summo unius imperio. Vtrum verò benè vel malè geratur Respub. eius æstimatio non aliunde desumi potest, quàm à fine, ut itidem declaratū fuit *c.* 1. *sect.* 3. quandoquidem, qui in Respub. primum confluxerunt, nihil aliud sibi, quàm salutem omnium propositam habuerunt, à cuius studio quantum recedunt principes, tantum à laudabili bonitate Respub. cadere necesse est, cumq; 62.
Tyrannus omnium recedat longissimè, maximè omnium oportet illum in privatum quæstum à publico bono aversum esse. Etiamsi enim populo sæpè adulentur, quem- Etiam benè in speciē facta posse Tyrannica fieri.
admodum Nero in odium Senatus, dissimulata eius mentione, in auspicando opere Isthmi optavit, *ut sibi ac populo Romano benè res Verteret, Sueton. in Neron. cap.* 37. *in fin.* & Iulius Cæsar nihil per Senatum, omnia egit per populum largitionum magnitudine deceptū, cuius vestigiis Octavius & Antonius institerunt, cum contrà Brutum & Cassium, quibus melior pars Senatus assistebat, armis agendum esset, quia tamen hæc omnia, quantumvis speciosum, boni publici prætextum præ se ferentia, tandem in unius privatum commodum eruptura sunt, meritò ab Aristotele 5. *Politic. cap.* 11. Tyrannicis institutis annumerantur, & Plato *lib.* 8. *de Repub.* Tyrannum sic depingit, *quod tenuiorem clientela suscepta custodiaque corporis sui eblandita, ad defensionem priVatam conVertat, qua indulta sunt ad publicam.* Hac enim arte plerosque, qui Democraticam commutant in Tyrannidem, uti consuesse dicemus *sect. sequ. Tiberium* etiam *egregium Vita famaq;, quoad priVatus, Vel in imperiis sub Augusto fuit: occultum ac subdolū fingendis Virtutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuère*, proponit Tacit. 6. *Annal. in fin.* Et tamen ex his

verba definitionis, optimè loco generis conjungit Thomas, nec pro parte aliqua definitionis accipi vult, quemadmodum verbum αὐτοκράτωρ non pro circumscriptione generis, sed tanquam partem necessariam definitionis, vulgo accipi videmus, à Stapul. Victor Giphan. Burrha Cas. *in d. c.* 10. *lib.* 4. Ludovv Valent. *in Epit. Conclus. lib.* 4 *Polit.* Petr. Tholosan. *lib.* 6. *de Repub. cap.* 18 *n.* 10. Smit & Iohan. Buden. *lib.* 1. *de Repub. Angl. cap.* 7. Quod enim commune est omnibus Monarchis, qui poterit Tyranno speciatim attribui? Regem verò nemini, nisi sibiipsi rationes reddere teneri docuit Aristot. *lib.* 3. *Polit. cap.* 12. & 13. & βασιλείαν Persicam eadem voce αὐτοκράτωρ vocat Plutarch. *in lib. de trib. generib. Rerumpublicar.* Nec ulla differentia est inter Regem, Dominum, & Tyrannum, quoad amplitudinē potestatis, cùm æquè omnes sint αὐτοκράτωρ: *Species fortuna ac licentia par est Tyranno & Regi* ait Seneca 1. *de Clemens. cap.* 11. Sed hoc interest, quod Tyrannus eâ potestate in perniciem, Rex in salutem civium utatur. In regno, inquit Polyb. *lib.* 6. ἐν μὲν γὰρ τῇ βασιλείᾳ... in regno dominatur ratio, in Tyrannide, quam is Monarchiam κατ' ἐξοχὴν vocat, ferocia & potentia. Seu ut Seneca: *Tyranni ex voluptate sæviunt, Reges non nisi ex causa & necessitate. Nam & Reges occidere solent, sed quoties id fieri publica utilitas persuadet: Tyrannis sævitia cordi est* 1. *de Clement. cap.* 12. *in princ.* Vnde Thom. *in comm. d. c.* 10. utrique tàm Regi, quam Tyranno commune esse tradit, *principari secundum voluntatē suam*, sed hunc, ait, *principari, secundum utilitatem privatam, illum ratione ordinata ad salutem subditorum.* Iustinus *lib.* 1. regibus melioris seculi merum summumq; imperiū attribuit, quod *regiam manū* vocat Pompon. *in l.* 2. *de orig. Iur.* dum ait: *Hos Reges ad fastigium Majestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio provehebat: populus nullis legibus tenebatur, arbitria principū pro legibus erant:* Et de Romulo testatur Tacitus, quod, *ut libitum, cis vibus suis imperitaverit. lib.* 3 *Annal.* Absit verò hos inter Tyrannos condemnemus, quos sanctitate & justitiâ Deos factos credidit antiquitas, quia ex arbitrio civibus præfuerunt, & rationes populo non reddiderunt. Pertinet enim verbum αὐτοκράτωρ, quod Sepulved. & Giphan. verterunt, *Sine provocatione*, ad circumscriptionē generis, quod omnibus Monarchiæ differentiis commune est, ideoque cum omnium definitiones ex æquo ingrediatur, nihil causæ est, cur ad Tyrannum speciatim detrahi debeat. Ex quibus omnibus constat perfectam Tyrannidis definitionem his paucis verbis absolvi, quod sit *Monarchia αὐτοκράτωρ*, seu *summum unius imperium, in pares & meliores, ad quæstum privatum & non publicum.* Non dubitamus *Monarchiam* loco generis cum Aristotele retinere, quia, licet sit non tantum Monarchiarum, sed omnium omninò Rerumpubl. pessima Tyrannis, ad species tamen Rerumpub. redigitur, *lib.* 3. *Polit. c.* 6. *lib.* 4 *c.* 2. 4. 8. & 10. 8. *Ethic. c.* 2. quoniam bonitas vel malitia in essentia Rerumpublicarum non includitur, ut supra dictum fuit, *cap.* 1. *sect.* 2. nec satis causæ habuit Bodinus, quare in sua Tyrannidis definitione genus illud cum summa potestate dissimulare voluerit. Ex hac definitione deducit Arist 4. *Polit. c.* 10. *omnem Tyrannidem esse violentam*, quæ appendix non tantum Sepulvedæ, sed & multis aliis imposuit, qui eam in definitionem intruserunt. Lipsius *lib.* 6. *Pol. c.* 5. producit ad genus, & Alciat. ait *in l.* 15. *de verb. Signif. Eum puto justum principem, qui consensu populi regnat, ut & Aristoteles tradit; qui in vitis dominatur, Tyrannus est, etiamsi Cæsar à vobis electus, aut alia ratione civili potentiam stabiliverit.* Quin & suprà adduximus & rejecimus illorum opinionem, qui nullum legitimum imperium agnoscunt, nisi consensu populi delatū, *c.* 2. *sect.* 6 & *lib. de Autor. princ. c. ult n.* 11. prout & C Claudius Decemviros admonet, dum ait: *Si omnes Romani paucorū dominatum probent, vosq; eandem potestatem retinere velint, legitimum, non vi usurpatum, κατὰ νόμον, καὶ οὐ βίᾳ geretis magistratum. At si consules rursum, ceterosq; magistratus, ut ante, creare malint, lege magistratū deponetis, nec in pares contra eorum voluntatem imperiū gessisse videmini. Id enim Tyrannicū: cum in optimatum*

68. *Αὐτοκράτωρ quid significet in definit.*

69. *Parem esse potestate Regem ac Tyrannum.*

70. *Perfecta definitio Tyrannidis.*

71. *Omnem Tyrannidē esse violentam.*

72. *Quo sensu verum sit, & hoc loco accipiendum.*

matum imperio, non niſi volentibus civibus geratur magiſtratus. Τῦτο μὲν γὰρ τύραννον. Τὸ δὲ παρ᾽ ἑκόντων τὰς ἀρχὰς λαμβάνειν, Ἀ-ρισοκρατικόν. *Halycar. lib.* 11. Originem Tyrannidis ex violentia accerſit & Polyb. *lib.* 6. quando, *ut inter animantia robuſtiſſimum quodq; dominatur, ita inter homines, qui animantium in morem congregantur, ferociſſimum quemq; imperium praripere dicit, & cateris ſui generis inequitare: Ubi verò temporum curſu convictus & conſuetudo congregationibus acceſſerit, tum Regni principium naſci, ac tum primum mortales de honeſto ac juſto, ac ſimiliter de illis, qua hiſce ſint contraria, cogitare incipere.* Nec eſt dubium, quin omni Tyrannidi inſit violentia, quod non tantum ex eventu probatur, dum nulla Tyrannis unquam ſtabili ſtetit fundamento, 5. *Polit. c.* 10, ſed id Ariſtoteles confirmat ex priori. Nullus enim homo liber & ingenuus ſponte, volensve patietur injuſtum, ſeq; deteriorem dominatorem ſibi inſidere. Qui liberum ſe natum novit, neſcit ferre ſervitutem: qui juſtitiæ ſtudioſus eſt, neſcit diſſimulare publicam injuriam, qui melior, detrectat imperium deterioris, & neſcit obtemperare illi,

73. *Violentiam non eſſe in definitionem ingerendam.* Ὅς τῶν ὁμοίων βέλτιον κρατεῖν μόνος, ut de Tyranno ait Poëta. Sed tamen per violentiam & invitos ſubditos non debet Tyrannis definiri, quemadmodum Laërtius *lib.* 3. Ariſtoteli attribuit, quaſi Tyrannum definiat, *qui per vim civibus imperat*, & Smit. *lib.* 1. *de Rep. Angl. c.* 7, totidem verbis Tyranni Idæam & eſſentiam proponit. Bodinus *libr.* 2. *de Rep. cap.* 5. affingit Ariſtoteli, quaſi Tyrannum vocet, *qui contra populi voluntatem quid imperet*, quod Ariſtoteli ne per ſomnium quidem in mentē venit. Nam quibus ille terminis definierit Tyrannidem, ſatis luculenter credo explicatum fuit, inter quos violentiæ mentio nulla facta fuit. Definitioni demum completæ annectit Corollarium, ut indicat vox ὅθεν, quo Tyrannis

74. *Bodini cavillo rejeciuntur.* dicitur ἀκούσιος. Id verò iterùm calumnioſè interpretatur Bodinus, quando ad paucuIos actus Tyrannidis trahit, quod de univerſis, ſeu de tota Tyrannide traditum fuit. Si enim Tyrannus omnia refert in detrimentum publicum, neceſſe eſt, omnia ejus acta odio eſſe populo: & non quædam tantùm, quia qui contra populi voluntatem hoc vel illud imperat, non propterea & cætera eodem modo imperat, & proinde ex doctrina Ariſtot: Tyrannis non æſtimatur ex uno actu violento, ſed ex omnibus. Violentum autem eſſe, ſeu invitis imperare proprium quidem eſt omni Tyrannidi, ut ex Ariſtotelis ratione deductū fuit, & ex hac porrò patet, quod naturali inclinatione homines ad ſocietates civiles inducantur, propterea quod ſperent earum beneficio melius ſe victuros, quàm diſperſos in ſolitudines. Ubi ſpe ſua decidunt, & dum unius quæſtibus ſerviunt, propriorum jacturam faciunt, non eſt dubium, quin hoc patiantur contra intentionem & voluntatem ſuam, adeoque inviti tale ferant dominium: Cæterum, ut omnis Tyrannis ſit violenta, tamen hæc violentia in eſſentia ejus non includitur, cum aliàs ſoli competeret, ſed refertur ab Ariſtotele inter propria, quæ omni quidem & neceſſariò inſunt, ſed non ſoli, ut hominem eſſe bipedem. Porphyr. *in Introduct. c. de propr.* conſtituit. *proprium ſecundi modi*, ejusq́ue multa præcepta tradit Ariſt. *lib.* 5. *Top.* & exempla proponit in Categoriis, quæ immeritò in exilium condemnat Ramus, *lib.* 2. *Schol: Log.* quia non ſolis iis Categoriis competunt, quibus tribuuntur, utpote, dum non ſola *ſubſtantia prædicatur univocè*, non ſola *careat contrario*, non ſola *intenſionis & remiſſionis expers eſt*. Nam & alia propria dicuntur, quæ licet non ſoli, tamen omni competunt, & licet abſolutè ſubjectum non diſtinguant à quovis alio, in comparatione tamen earum rerum, quibus non competunt, diſcrimen pariunt, ut docet Ariſtoteles 1. *Topic. c.* & 5. *Topic. ca. u.* Homo enim licet non diſtinguatur, quatenus bipes, ab avibus, diſtinguitur tamen ab aliis animalibus brutis, & Tyrannum violentia ſeparat à plerisque regnis & Rerumpublicarum virtutibus, quibus obedientes gaudent, ſiquidem à Tyrannide odium civiū abſtrahi non poteſt, ſed in regnis legitimis nō obnaſcitur niſi per accidens propter malitiā obedientiū & nō imperantiū. Nam *& Pertinacis ſanctimonia quo[...] offendit*, ait Capit. *in Pertin, n.* 4. & milites in [...]

75. *Violentia quomodo propria Tyranni.*

76. *Intulit ... Ty...*

ſimul

simul & metum conjecit, quod disciplinam severiter exercere velle videretur, cum primum signum petenti tribuno dedisset: *Militemus*, exprobrans utique segnitiem temporum superiorum, quod quidem etiam ante in omnibus ducatibus dederat. *Capit. nu.* 2. Aequè enim opprobrio fuit Nervæ lenitas, quàm Alexandro severitas, & virtutes ipsas in vitia cõvertit improbitas vulgi, dum principes quærit sui similes. An verò propter falsam interpretationem virtus mutat habitum? non magis credo, quàm per se fit odiosa, licet in perpetuò sit odio vitiosis, de qua re copiosè diximus suprà *cap. 3. sect.* 2. Fieri item simili ratione nequit, ut vel Tyrannus amorem, vel Rex odium per se mereatur: sed ut patritii Romani Tarquinii Tyrannidem, quod licentiæ juvenili propior esset, inæstimabili præferebant libertati, & populus Florẽtinus malebat quæstuosè Medicibus servire, quàm Soderinos & Neronios, nec non Salviaros Paziosque ad pauperem & cruentam libertatem evocantes sequi: ita pro dispositione civium, interdum regi pro beneficiis odium, interdum Tyranno favor pro licentia ad Tyrannidem ductura redditur. Absit verò Soli vim frigefaciendi propterea asseribas, quia per Antiperistasin frigus tàm in sinu terræ, quàm mediâ regione aëris concentrando adauget, aut calori vim congregandi heterogenea, quia in luto exiccando omnia in unum coalescere facit. Caloris enim natura est congregare homogenea, radiorum Solarium attenuando calefacere, licet diversitas subjectorum eorumq; actiones sæpè invertat. Non aliter regis facta per se quidẽ digna sunt amari, sed propter improbitatem hominum sæpè incurrunt in odium, & Tyrannis favetur aliquando, non quod per se digni sint honore aut studio, sed quia similes habent labra lactucas, & libidinosissimi quique Neronis luxum præferunt frugalitati Galbæ. Nã quàm primùm personatus aliquis Nero prosiluit, tot hujus nominis studiosos ubiq; invenit, ut non difficile illis fuerit, sine commeatu, sine pecunia totos instruere exercitus, *Tacit. 2. histor.* nec defuêre, qui memoriam Neronis perpetuo cultu prosequerentur, imagines in vestitus præferentes, tumulumque floribus conspergentes. *Sueton. in Neron. cap. ult. ubi Casaub.* Quod si ex erroribus hominum cujusque rei natura spectanda esset, Polypi instar pro diversitate judiciorum, idem nunc bonitate excelleret, nunc malitia deprimeretur. Aristoteles verò dum bonum definitum ex appetitu retinet, non ad cujusvis hominis appetitum censuram bonitatis defert, sed illius, qui præscripto naturæ confirmatum gerit animum, *3. Eth. cap. 4. 10. Eth. cap. 2. & 5. 1. Polit. cap. 1.* Sicut enim corporibus benè habitis sana videntur, quæ revera sana sunt, morbidis verò diversa; & sicut sensum quemcunque, qui sine errore percepturus est, oportet nulla objecti parte vitiatum & præoccupatum esse: ita veritas rerum, ex sapientum, qui naturæ conformem habent intellectum, judicio, *1. Topic cap 8 & 9.* & amor odiumque ex eorum affectu metienda sunt, qui sine affectu & proprii commodi studio judicant. *Quis est nostrum, qui non accuset judicem judicandus?* ait Salvian. *lib. 4. gubernat. DEI. quis quantumvis justè victus, justè oppressus & multatus non gemit, & sibi injuriam fieri clamat, quam primum intulit?* An, qui maleficos punit, qui hostes justo persequitur bello, propter devictorum odium, Regium nomen perdit? Cum Atheniensium res in Sicilia penè contritæ essent, *præcipuè illi*, inquit Thucyd. *libr. 8. in princ. qui imperio Atheniensium parebant, suprà vires prompto animo erant ad rebellandum, quod pro indignatione, quam adversus illos conceperant, indicarent.* An propterea illi in subjectione jure nõ detinebantur, in quam belli lege pervenerant? Si ex affectu eorum, qui prælio vincuntur, res decidenda sit, Tyrannus erit, quicunque vincit. *Inter victores* enim *victosq;* ait Tacitus, *nunquam solida fides coalescit. lib. 2. histor. num. 2.* Cypri tantam admirationem apud omnes gentes extitisse scribit Xenoph. *lib. 1. Cyrop. in prin. ut non tantùm, qui propè abessent, sed & qui eum non aspexissent, imò ne aspiciendi quidem facultatem sperare haberent, libenter se ei submiserint.* At huic quãtum negotii fuit cum Syris, Assyriis, Arabibus, Cappadocibus, Phrygibus, Lydis, Caribus, Phœnicibus, & Babyloniis, priusquam novo imperio assuescerent? Ipse Xenophon

78. *Odiũ civium per se non facere Tyrannum.*

Persas, Medos & Hyrcanos, volentes ipsi assignat subditos, cæteros, ait, vi subjugatos fuisse, non sine magno odio & offensa. Certè Babyloniis, quantumvis armis mulctati essent, Cyrus confidere ausus non fuit, nisi satellitio se circumdaret, quoties inter eos versaretur. *Xenoph. lib. 7.* cujus rationem assignat Xenoph. *quod in hostili urbe, inter nu per subjectos homines, sine periculo victori esse non licuisset.* Incurrit igitur etiā justa vindicta in odium, & regia in bonos beneficentia invidiam parit apud pravos: sed si spectemus ea, quæ per se obveniunt, & improbitatem subditorum, quæ accedit per accidens, seponamus, nihil prohibet, quin regi amorem, & Tyrannidi adjiciamus odium, ut suprà declaratum fuit *sect. 2.* & repetitur ab Aristot. *5. Polit. c. 10. in fin.* ubi Rex in Tyrannum desinere dicitur, *ut primùm invisus incipit esse subditis*, quamvis nō semper, quod cuique competit, pro meritis offeratur.

SECT. 7. De differentiis Tyrannidis, & Tyranno in Titulo.

1. *Duas ex differentiis Monarchiarum esse quidem Tyrannicas.*
2. *Sed retinere tamen aliquid regium.*
3. *Prolapsionum pessimam esse Tyrannidem.*
4. *Tyrannis in Titulo & in Exercitio divisio.*
5. *Utriusq; indoles & natura.*
6. *Tyranni in Titulo duplex origo.*
7. *Tyranni Atheniensium an fuerint Tyranni.*
8. *Ratio, qua oriantur Tyranni è civibus.*
9. *Vulgus Duces suos ut mancipia sequuntur.*
10. *Eosq; defendere cogitur.*
11. *Qua defensione Tyrannus abutitur.*
12. *Cunctos ferè Tyrannos oriri ex populo.*
13. *Probatur exemplis.*
14. *Tyranni in Titulo.*
15. *An ex Tyranno in Titulo fiat bonus Rex.*
16. *Qualem se gerere nisus est Iulius Cæsar.*
17. *Duæ viæ defendendi Tyrannidem.*
18. *Multos Tyrannorum mutasse mores suos.*
19. *Modestia Pisistrati.*
20. *Cosmi Medicæi.*
21. *De eodem.*
22. *Tyrannum bonis moribus non exuere flagitium.*
23. *Flagitium primo perpetratum non corrigi correctis moribus.*
24. *Alias bonorum delicta semper esse ignoscendum.*
25. *Tyrannus in Titulo potest esse Rex in Exercitio.*
26. *Nemo pœnitentiâ nocens esse desinit.*
27. *Præcipuè si Tyrannidem non restituat.*
28. *Furtum bene collocatum propterea non esse laudabile.*
29. *An consensus civium tollat vitium Tyrannidis.*
30. *Sententia Aristot. de consensu bonorum virorum.*
31. *Vulgi acclamationes applaususve non delere vitium Tyrannidis.*
32. *Vulgus ut plurimum errare.*
33. *Et decipi a Tyrannis.*
34. *Ut ex eventu apparet.*
35. *Consensus civium in Tyrannis non est liber.*
36. *Sub vi contineri metum.*
37. *Metum rationabilem inferre etiam preces Tyrannorum.*
38. *Consensum prætexunt & elaborant omnes Tyranni.*
39. *Tyrannos etiam orando cogere.*
40. *Diuturna civium obedientia justificari Tyrannidem.*
41. *Accedente imprimis utilitate publica.*
42. *Præscriptio immemorabilis habet vim legis.*

Ex Monarchiæ differentiis, quas Aristoteles 3. *Polit. c.* 10. & 11. exposuit, & nos c. 2. *sect. ult.* declaravimus, duas ad Tyrannidem 4. *Polit. cap.* 10. revocat. cujus rationem reddit, quod sint [illegible], quia quatenus à cura civitatis tottus sese avertunt, eatenus accedunt Tyrannidi. Avertunt se autem, quicunque sua commoda curant ante publica. quod faciunt Domini respectu servorum, ut supra aliquoties declaratum fuit *ex 3. Polit. cap. 4.* Quomodo verò Tyrannus dicatur, qui ex suo omnia agat arbitrio, declaratur ab Aristotele 4. *Polit, cap. 4. in fin.* & explicatur a nobis infrà *cap. 4. sect. 3. in fin.* Sed cum ab altera parte habeant aliquid regium [illegible] duum, cujus indicia duo capit A[illegible]

1. *Duæ Monarchiæ Tyrannicæ.*

2. *Quæ retinent aliquid regium.*

ex vo-

er voluntaria civium subjectione, & legum, quæ remanet, autoritate, idcircò à consummata Tyrannide perinde distinguuntur, ut distincti fuerunt gradus vitiositatis in Oligarchia & Democratia, *4. Polit. cap. 4. 5. 6.* Utriusque enim extremo gradui respondere dicitur, *ἀκρι μάλιστ' εἶναι δοκεῖ, τυραννίς. libr. 2. Polit. cap. 8. lib. 4 cap. 4. 7. 14. l. 5. cap. 6. & 10. lib 6 cap. 6.* Eaque definita fuit, *sect. præcedent.* tanquam regula, ad quam cæteræ ejus generis revocandæ sint, imò non tantùm ejus generis, sed corruptæ quæq; Respublicæ cum inter corruptas primas teneat Tyrannis. Idcircò non tantùm commune est omnibus Rebuspublicis, ut earum corruptiones ex detrimento publico æstimentur: sed etiam vulgata Tyranni distinctio, qua

4\. Bartolus *in tractat. de Tyrann.* alium vocat in *Titulo*, alium in *Exercitio*, in omnes Rempubl. labes ex æquo quadrat, & ex hoc loco iis accommodanda est. Polyb. *lib. 6. in princip.* sub nomine Monarchæ exhibet ferè Tyrannum in Titulo, quem dicit ferocia & vi minores opprimere, sibique Dominium in universos extorquere. Glossa *in Clem. 1. Verb. Regum. de Baptism.* dum Tyrannum propriè dicit esse, *qui in Republ. non jure principatur*, ad Tyrannum in Titulo respicit magis, quàm in Exercitio, sicut è contrario Bodini definitio, *lib. 2. de Republ. cap. 4.* magis competit Tyranno in Exercitio, qui civibus, tanquam mancipiis, ad libidinem abutitur, cum Tyrannus in Titulo nihilo secius Tyrannus maneat, etiamsi vi subactos cives paterna benevolentia prosequatur, & libertate, quæ subditis competit in regno, restituat. Commune autem utrisq; est, quod publica vertant in privata, uniusq; solius arbitrio omnia inservire faciant: differunt verò,

5\. quòd, qui in Titulo dicitur, injusta vi libertatem invadat, Majestatemque alienam sine titulo injuriâ in se solùm transferat: qui in Exercitio, jure sibi oblatum imperium malè utendo, in pernitiem civium convertat. Illi deficit Titulus Regis: huic exercitium, unde nomen invenerunt.

6\. Quod si qui injustè Rempubl. occupavit, eandem pravis actibus pessundare perrexerit, utriusque ignominiam sustinet & Tyrannidem Tyrannide auget.

3. ... præcedenti ... Tyrannus. — *Tyrannidis duplex.* — *Tyr. in Titulo quid & Exercitio.*

Tyrannus in titulo, qui per vim occupat Rempubl. interdum extrinsecus advergit, nonnunquam in ipsa Republica è civibus subnascitur, tantò deterior, quantò sceleratius fidem obedientiæ & subjectionis violat, & majori cum sacrilegio nefastas manus infert patriæ, quam externo alicui, quantumvis injustis prætextibus quæsito hosti. 6. *Tyr. in Titulo duplex origo.*

Athenienses nomine Tyrannorum execrabantur triginta cives, quibus Reipubl. summam post bellum Peloponnesiacum in manus asseruerat Lysander. Nec injuria videbantur Athenienses ex lege Talionis id passuri, quo victos ante affecerant, quemadmodum Philocles Dux Athen. à Lysandro interrogatus, quid pati dignus esset, qui primus cõtra leges Græcos interficere cepisset, respondit: *Ut Victor ageret, quod Victus passurus fuisset, Xenophon. libr. 2. Græcan.* ideoque si causas belli præcisè rimari, & inter se contendere velimus, Tyrannorum nomine immeritò damnantur, cum justo bello victis victori liceat imperare, quod ad suæ Reipublicæ institutum videtur commodius, sed quia crudeliter demandata potestate abutebantur, Theramene, qui populi non minus, quàm Optimatum rationem haberi volebat, absque sententia ad bibendam cicutam damnato ex Tyrãnis in titulo evaserant Tyranni in exercitio. 7. *Tyranni 30. Athenienses.*

Potissimùm verò, qui è Rerumpublicarum sinu prodeunt ope & incogitantia plebis ad tantam potestatem deveniunt, quia nec deprimẽdi adversarios, nec extollẽdi cultores suos modum novit vulgus, eoq; fit, ut ex fumo feratur in ignem, & dum studet Optimatum jugum excutere in excutientium funes præceps ruat, id quod pulcrè & prolixè proponit Plato *libr. 8. de Republica ad fin.* Dum enim populus iniquè secum agi putat, nisi æquis partibus cum principibus imperet, improbos verò nacta ad eam rem Magistros, quos adulatores plebejos, Publicolas vocat Quintius, *libr. 3. Liv.* Aristoteles *δημαγωγοὺς 5. Pol. cap. 4 5. 10. &c.* Appius *δημοκόλακας. Halyc. libr. 6.* invidiam commutat in hostile odium, & multitudine sua ditissimos quosque aggredi incipit, imprimis, si publicata bona in commune distribuantur, partemque cuique ex concione, præmium iniquæ sententiæ, secum 8. *Ratio, quare oriantur Tyranni è civibus.*

auferr-

9. *Vulgus duces suos ut mancipia sequuntur.*

aufferre liceat. Ea autem est natura multitudinis, ut ait L. Iunius *apud Halycar. lib.* 6. *ut seipsam commovere nesciat, etiamsi magna plurima tum apud se concipiat*, tum verbis in suo sterquilinio audacter jactitet, sed quàm primùm aliunde moveri cepit, cœco impetu ruat, quò impellitur, tantò impuniùs peccatum iri arbitrans, quantò plures ejusdem noxiæ alligantur. In ducem hunc & autorem dubium non est, quin clades tandem & omne nobilium divitumque odium experat, qui & ipse nihilo segnius, dum simulat defensionem pauperum, vindictam suarum injuriarum persequitur, populumque simul eò vehementius sibi devincit, quò pluribus ejus causâ periculis sese expositum demonstrat. Manlio in carcerem conjecto audiebantur propalàm voces exprobrantium multitudini, *quod defensores suos in præcipitem semper locum favore tollat, deinde in ipso discrimine periculi destituat.*

10. *Eosq; defendere cogitur.*

Sic Sp. Cassium in agros plebem vocantem, sic Sp. Melium ab ore civium famem suis impensis propulsantem, oppressos: sic M. Manlium mersam & obrutam fœnore partem civitatis in libertatem ac lucem extrahentem, proditum inimicis, sagmare plebem populares suos, ut jugulentur, Liv. li. 6. Non erat in carcere Manlius, quod plebem juvisset, sed quod viam quæreret, occupādæ Reipublicæ prætextu, speciosæ largitionis, & tamen is, quasi plebis causa perpessus, quicquid perpessus erat, auxilium sibi à plebe poscit: *Ipse vindex vester, ubi visum inimicis est, nullius repentè fui, & vidistis in vincula duci universi eum, qui à singulis vobis vincula depuleram. Quid sperem? si plus in me audeant inimici. An exitum Cassij Melijq; expectem? Benè facitis, quod abominamini: Dij prohibebunt hæc: sed nunquam propter me de cœlo descendent. Vobis dent mentem oportet, ut prohibeatis, sicut mihi dederunt armato togatoque, ut vos à Barbaris hostibus, à superbis defenderem civibus. Livius libr* 6.

11. *Qua defensione Tyrannus abutitur.*

Postquam verò sub specie defensionis omnium, latera satellitiis obsepsit & tabulis novis, legibusque agrariis temerariæ vulgi cupidini satis illusit, tùm demùm incipit vela vertere, & adversarios favore populi condemnatos, partim civitate, partim capite multare. Nam, *ut in fabula lu… ut fieri dicitur qui ad fanum Iovis Lycæi in Arcadia mixta victimis humana viscera degustaverit, ita consequens est*, ait Plat. *d. libr. 8. de Republ. qui semel in sanguinem civium grassari cepit, eum ex homine lupum.* & ex simulato defensore Tyrannum fieri. Ejectis enim aut absumtis adversariis, postquā nullius æmuli potentiam timere amplius habet, ad suum unius omnia pertrahens arbitrium, quod in patritios paucos exorsus est, scelus in cives universos effundit eò facilius, quò obsequentiorem sibi populum, su… nutibus magis obnoxium reddidit. Hanc Democratiæ in Tyrannidem commutationem à Platone mutuatus est Polyb. *libr.* 6. dum ait: *Cives ambitiosi, quibus æquo jure cum vulgo censeri sordet, dum principatum, quo alios excellere student, virtute consequi nequeunt, incipiunt opes prodigere, ac plebem quovis modo inescando corrumpere & perdere. Hinc multis semel largitione propter ignavam munerum aviditatem corruptis, Democratia destruitur & in violentiam, εἰς βίαν καὶ χειροκρατίαν μεθίσταται. Plebs siquidem, ubi alienis vesci & spem ex bonis proximorum vivendi habere consuevit, accepto duce magnanimo & audaci, qui propter rerum inopiam ad Respubl. honores legitimè aspirare nequeat, seditionem excitat, & in unum collecta, ad cædendum, profligandum, ac terram inter se partiendum ac populandum proruit, donec Monarcha seu Tyranno in prædam cesserit.* Audacius aliquantulum Appius Claudius, popularitatem Valerij perstringens, *Manifestum esse dicit, quod omnis Tyrannus oriatur ex adulatore populari. Halycar. lib.* 6. Aristoteles cunctos ferè Tyrannos evasisse testatur, facta sibi fide apud plebem. 5. *Polit. cap.* 2. Martio Coriolano Tyrannidis suspitionem non alio argumento obtrudit Decius, quàm quod prædam ex hostibus actam, quam in ærarium referre ex lege debuisset, militibus divisisset. *Hoc*, inquit, *facinus esse ajo argumentum Tyrannidis: quidni? cum … es suos & satellites, futurosq. Tyrannidis assertores publica demeritus sit pecunia. Halycar. libr.* 7. Nec Martius quicquam in excusatione &

nis & afficti criminis argumentum prius objecit, quàm quod hæc duo non consistant, Tyrannidem affectare & plebem ex urbe pellere, per quam præcipuè solet Tyrannis coalescere & foveri. *ibid.* & *in orat. ad Volscos*: *Ne hanc quidem absurditatem Tyrannidis affectatæ, crimine objecto senserunt, neminem Tyrannum contra plebem conspirare cum Optimatibus, sed contra plebis ope potentissimum quemque è civitate tollere. Halyc. lib.* 8. Livius de Appij Claudij Decemviri simulata modestia conjecturam facit, ut ex eventu apparuit, minimè fallacem: *Haud gratuitam in tanta superbia comitatem fore: nimiū in ordinem seipsum cogere, & vulgari cum privatis, animi esse majora captantis, lib.* 3. quod breviter innuit Auson. dum *blando vim latere imperio* dicit: Ipsi primi Reges, ut apud eundem Halycar. adducit Valerius, & nominatim inter eos Servius non veriti sunt plebi adulari, detrectaque militiæ & impendij onera in divites & patritiæ gentis viros rejicere. *Halycar. lib.* 4. quorum vestigia populares quicunque assentatores relegerunt. Cassius enim *trium Consulatuum & duorum triumphorum honore eivibus ætatis suæ antecellens, cum animadvertisset facillimam omnium & tutissimam viam ad regnum Tyrannidemve* (verba sunt Halycar. *lib.* 8.) *si quis plebis favorem beneficiis acquisitum, publicarum opum delargatione foveret, eam viam ingressus est, ac mox nemine præmonito, agrū quendam publicum, qui per incuriam magistratuum ac divitibus occupatus erat, statuit plebi dividere.* Sp. verò Melius & M. Manlius substantiam etiam propriam privatamque merendi per favorem populi regni causâ profundere non dubitarunt. Manlius fundum in Veienti, caput patrimonij, subjecit Præconi, *ne quem vestrûm*, inquiens, *Quirites, donec quicquam in re mea superetit, judicatum addictumq; duci patiar. Liv. libr.* 6. Grachi longo intervallo post, & Marius & Iulius Cæsar, Cassij vestigia relegerunt, donec quod alij frustrà conati erant, Cæsari res tàm feliciter cessit, ut optimis quibusque favore plebis protritis, ipsos fautores suos Brutos & Cumanos, quos edicto vocare non dubitabat, pari impetu conculcaret. *Plutarch. in Cæs.* Et ne veteribus immorer, & Pisistratum Athenis, Aristodemum Cumâ, Gelonem & Hieronem Syracusis, Cypselum Corintho, *Aristot.* 5. *Polit. cap.* 9. & 12. alios ex aliis Græciæ urbibus, Tyrannidem hac fraude adeptos accersam, annon eandem fabulam in Italia resuscitatam spectati quique cives, postquam recedente trans Alpes imperio, & Rudolpho Habsburgense civitates Italiæ quasi pro derelictis deserente, tot repentè prosiluerunt Reguli, quot in civitatibus erant Capitanei, qui vel divitiis populum demeriti erant, ut Medicæi Florentiæ, *Brus. lib.* 2. *hist. Flor.* vel hostes Rerumpub. disjecerant, ut Castrucius Lucæ, *Machiav. in vit. Castruc.* vel alia fraude dominium invaserunt, ut Scaligeri Veronæ, Passerini Mantuæ, Carrarienses Patavi, Estenses Ferrariæ. *Platin in Clem. V.* Facile quippe est in Democratia emergere, potenti viro, si vulgò blandiatur, donec summis in se trāslatis magistratibus, & ascito satellitio, ingratiis omniū retinere possit, quod incautè nec isti fini indultum fuit, quæ est vera & nativa Tyrannis, quam vocamus, in Titulo.

13. *Probatur exemplis.*

14. *Tyranni in Titulo.*

Vtrum verò hæc Tyrannis clementiâ modestiaque, hoc est, bonitate exercitij, corrigi & in melius ita converti possit, ut ex Tyranno fiat princeps legitimus, qui ut ait Seneca: *Potentiam suam placidè ac salutariter exercens, approbare imperia sua civibus cupiat*, 1. *de Clement. cap.* 13. dubitatione non caret. Tantum enim abfuit, ut Iulij Cæsaris cædes justa à populo Romano censeretur, ut potius Senatus illi divinos decreverit honores, actaque eius confirmarit, populus verò, nihil permotus conjuratorum persuasionibus & dulci libertatis nomine, ut lacerum vulneribus corpus per forum deferri vidit, sibique viritim pingue legatum trecenos sestertios tabulis testamenti relictum audivit, adeò exarsit, ut præ amore raptis è foro subselliis & obvia quacunque ignis materia cadaver in media urbe combusserit, facibusque è rogo arreptis aufugientium homicidarum ædibus incendium minitatus fuerit, Cinnam quoque trib. pleb. in foro, quo se lecticâ ægrum deportari curaverit, dilaceraverit, errore nominis

15. *An ex Tyran. in Titulo fiat bonus Rex.*

Hhhh

minis deceptus, eum alius Cinna inter eos fuisset, qui Cæsari manus intulissent. *Plutarchus & Xiphil. in Cæs. in fin.* Posteà solidam columnam propè X X. pedum lapidis Numidici in foro statuit, inscripsitque: *Patri patriæ*, apud quam longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per Cæsarem jurejurando distrahere perseveravit, *Sueton. in Cæsar. nu.*

16. *Qualem se gerere nisus est Julius Cæsar.*

85. donec aram eam Senatus subverteret. *Xiphil. in Cæsar.* Curiam tamen, in qua occisus est, obstrui placuit, Idusq; Martias parricidium nominari, ac neunquam eo die Senatus ageretur. *Sueton. cap.* 88. Qua verò arte promeruerat tantum & honoris & amoris, qui libertatem patriæ perfidè eripuerat? quia scilicet *post victoriam*, ut ait Plutarch. *in vit. Cæsar. præstitit se irreprehensibilem. Neque enim unquam* (verba sunt Senec. *lib. 3. de Ira. cap. 30.*) *liberalius victoria usus est, ex qua nihil sibi vindicavit, nisi dispensandi potestatem.* Acie Pharsalica proclamavit, ut civibus parceretur, deinceps nemini non suorum, quem vellet, unum partis adversæ servare concessit, nec ulli periisse, nisi in prælio reperiuntur, exceptis duntaxat Afranio, & Fausto, & L. Cæsare juvene, ac ne hos quidem voluntate ejus interemtos putant. Denique tempore extremo etiam, quibus nondum ignoverat, cunctis in Italiam redire permisit, magistratusque & imperia capere. Sed & statuas L. Sullæ atque Pompeij à plebe disjectas reposuit. *Sueton. in Cæsar. cap. 75.* ex quo non immeritò ædem, ad honorandam lenitatem ejus, Clementiæ meritus est. *Plutarch. in Cæs. num.* 15. In summa *omnibus bonam spem ostendens, affectavit*, ait Plutarch. *volentibus imperare.* Itaque Bruto & Cassio hostibus præturas concessit, quod nisi fecisset, pro Epicedio ex Pacuvij Armorum judicio sibi occentatum non fuisset: *Men' me servasse, ut essent, qui me perderent? Sueton. in Cæsar. cap.*

17. *Duæ viæ defendendi Tyrannidem.*

84. Aristoteles ipse *lib. 5. Polit. c. 11.* duas proponit vias ad stabiliendas continuandasque Tyrannides, quarum una est violenta, & iis utitur institutis, quæ *sect. seq.* subjiciemus, altera verò mollior & remissior, qua ad bonitatem regni, quantum possibile est, acceditur, sive verè, sive simulatè. *Sicut enim regna intereunt, dum ad Tyrannidem nimium flectuntur: ita Tyrannidis incolumitas est, efficere ipsam regno similiorem, τὰ δ' ἄλλα τὰ μὲν ποιεῖν· τὰ δὲ δοκεῖν, ὑποκρινόμενον τὸ βασιλικὸν καλῶς.*

18. *Multis Tyrannis ... tutæ ... fuit.*

Nec aliud agit Simonides in disputatione cum Hierone Tyranno Syracusanorum, quam ut salva potestate unum ejus ad civium salutem doceat accommodare proq; odio elaborare amorem *apud Xenophon. in Tyrann.* Pelopidas quoque nihil persuasionum reliquũ fecit, ut Alexandrum Pheræum in justum & moderatum principem converteret. *Plutarch. in Pelop.* qualem se quidem præstitit Lysias Megapolitanus Tyrannus, dum civibus leges reddidit, violentiæ dominationis pertæsus, & pro patria dehinc dimicans magna cũ gloria occubuit. *Plutarch. in lib. de ser. nu. vind. Polyb. lib. 2.* cujus exemplum secuti sunt Aristomachus Argivorum, Xenon Hermioniorum, & Cleonimus Phliasiorum Tyranni. *Polyb. lib. 2.* Gelon item Siciliæ Tyrannus nudus in forum procedens dixit, *se civibus suis principatum* ἀποδίδοσθαι. *Aelian. libr.* 6. Pisistratus etiam hanc viam ingressus, pro iniquo Tyranno commodus videri voluit Atheniensium princeps, quo neminem facilè reperiri potuisse procliviorem ad virtutem censuit Solon, si quis sanasset cupiditatem illam magnam, qua flagrabat dominandi in libera civitate. *Plutarchus in Solon. Erat enim in colloquio blandus*, (utor verbis Plutarch. *ibid.*) *juvandorum pauperum studiosus, circa inimicitias moderatus: præterea imitatione eorum, quæ natura ipsi non aderant, effecerat, ut probitatis ac modestiæ opinione eos etiam, qui reverà tales erant, vinceret. Non tantum enim latas non ita pridem à Solone leges ex amussim servari curavit, quod se facturum in literis ad Solonem recipit*: apud Laërt. *in Sol. sed & perutiles multas, quas deesse usus & experientia docuerat, addidit, de vitando otio & diligentius colendis agris de publicè alendo eo, qui membrum è militia mancum aut captũ retulisset*, quam quidem legem plebiscito prius rogaverat Solon, sed Pisistratus fortius strinxerat. *Aristot. 2. Polit. cap.* 6. Adeò autem utilis civitati, & à Tyrannide aliena visa fuit hæc lex, ut in libera Republica perpetim remanserit.

ferit, cum ex ea Pericles eorum, qui bello Peloponnesiaco occubuerant, liberis usque ad pubertatem publicum victum, in Prytaneo præberi solitum. *Pollux, lib. 8. Cicer. 1 de Orat.* decernat. *Quæ enim,* inquit, *uberrima virtutis proposita sunt præmia, ad ea optimo quoq; in Rempubl. animo contendit, apud Thucyd. lib. 2. in fin. orat. funebr.* Quin etiam in jus vocatus in Areopagum ivit & modestè causam dixit, *Aristot. 5. Polit. c. 11. & 12.* qua in re Cn. Scipionis animi elationem superavit, qui ne quidem post abdicatum magistratum judicium plebis experiri voluit, *Liv. lib. 38.* aut Alcibiadis versutiam, qui maluit aliquoties solum vertere, quàm plebis sententiam in se expectare. *Plutarch. in Alcibiad. Thucydid. lib. 6. & 7.* Vnde non abs re de Pisistratidarum regno sic judicat Thucyd. *lib. 6. Hippias accingebatur ad contumelia persequendum Harmodium. Hactenus enim licebat, nec ulteriorē dominatum in suos populares induxerant isti Tyranni, neq; invidiosum reddiderant, qui plurimam virtuti ac prudentiæ operam dabant. Vicesimam quoq; tantum ex proventibus exigentes ab Atheniensibus, & urbem eorum egregiè exornarunt, & bella toleraverunt. Atq; in cæteris rebus superiores leges usurpabat civitas, præterquam, quod in hoc incumbebant, ut semper aliquis ex iis esset magistratus.* Et Pisistratidæ quidem post annos non ita multos Tyrannide, Aristogitonæ & Harmodio Ducibus exclusi, potentiæ jacturam fecerunt: Medicæi verò ab anno 1464. in quem incidit mors Cosmi Florentinis continua serie ad hæc usque tempora, sub specie & nomine principatus, imperarunt, eò quod Cosmus, postquam ope populi adversarios suos, optimos quosque ex vetustis familiis partim capite damnaverat, partim extorres egerat, ut levius populus unius dominationem ferret, præter omnium rerum ferè impunitatem, servientibus magna in liberalitate sua constitueret præmia, contrà, quæ amissæ libertatis indicia essent nulla extraordinarii honoris insignia, & quæ in offensionem cujusquam incurrerent, retineret. Non milites præsidii causa, non lictores, non accensi, non apparitores, nullæ domum deductiones, nulla frequentia civium, quæ domum honestaret. Item privati modo, quá videbatur, incedens, nulla sepius clientium turba, ut quod urbis solitudo & vastitas præstabat, quam per tot civium discessum, summa erat, proficisci è caritate suorum & benevolentia videretur. Inerant enim Cosmo, concessu etiam inimicorum, cum aliæ virtutes omnes, quæ sunt viro principi ornamento, ingenium, prudentia facultas & copia dicendi, gravitas, constantia, elegantia morum, tum quæ videntur maximè populares & multitudinis plausum & admirationem habent, liberalitas, magnificentia, vitæ splendor, celsus animus, ac privati hominis fortuna major, *Ioh. Mich. Brut. libr. 1. histor. Flor.* à quibus cum instinctu callidi adversarii, deficeret Petrus filius, & quod à patre & avo civibus liberalissimè commodato datum erat, sordida exactione extorquere vellet, parum abfuit, quin & favore populi & principatu excideret, nisi externis armis conjuratorum consilia nimis tarda in tempore oppressisset. Nunquam enim tam callidè clementia & liberalitate usi fuerunt Medicæi, quin ex erepta libertate plus odii & offensæ, quàm ex beneficentia studii & amoris apud optimos quosque consequerentur. Vnde tot conjurationibus subinde petiti, tot periculis perterriti, tandem ad asyla arcium & militum extraneorum præsidia se recipere, Tyrannidemque fraude inchoatam, cum beneficentia non possent, ferro tueri coacti fuerunt. *Nemo quippe unquam,* ut ait Tacitus, *aut certè perpauci imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuerunt. lib. 1 histor.* Quia enim Tyrannidis, qua patriæ libertatem extorserant, maculam virtutum sequentium splendore extergere non poterant, subinde extiterūt aliqui, qui in eos id sibi de jure putabant, quod in Tyrannum in Titulo fas & jura permittunt, & demonstratum à nobis fuit autoritate sacrarum literarum, *de Autor. princip. cap. ult. num. 12.* Nam quod Aristomachum Argivorum Tyrannum quidam excusare velint, quod non primus occupaverit Tyrannidem, sed à parentib. traditā acceperit, *eò,* inquit Polyb. *lib. 2. quid gravius aut perniciosius dicere potuerunt? Hoc n. nomen, quasi seminariū in se continet crudelitatis, & omnes hominū injurias*

19 *Modestia Pisistrati.*

20. *Cosmi Medicæi.*

21. *De eodem.*

22. *Tyrannum bonis moribus non exuere flagitium.*

sceleráq; complectitur, quod lapsu temporis non tantum non corrigitur, sed tantò evadit scelestius, quantò diutius injustæ possessioni incumbit, & sub specie legitimi principatus libertatem plurium in prædam quæstumque vertit privatum. Aristot. universam Cypselidarum apud Corinthios, Pisistratidarum apud Athenienses, Gelonis, Hieronisque apud Syracusanos posteritatem, quam diu Rebuspubl. patriis incubuerunt, Tyrannis accensendam putat. 5. *Polit. cap.* 10. & 12. *in princ.* Sylla, etiamsi Tyrannicam luxurioſamque Dictaturam exerceret, cui propterea Tyrannidis nomen indit Cicer. *in* 1. *Philipp.* cives tamen interim ad frugalitatem, pacem, omnemque honestatem optimis legibus composuit, *Plutarch. in Syll.* dictaturaq;, quam in octoginta annos sibi sumserat, sponte sua sese abdicavit. Nihilominus de eo sic judicat Senec. *lib.* 1. *de Clem cap.* 12. *L. Syllam appellare Tyrannum quid prohibet, cui occidendi finem fecit inopia hostium? Descenderit licet è dictatura sua, & se togæ reddiderit, quis tamen unquam Tyrannus tam avidè humanum sanguinē bibit, quam ille, qui septem millia civium Romanorum contrucidari jussit? & cum in vicino ad ædem Bellonæ sedens exaudisset conclamationē tot millium sub gladio gementium, exterrito Senatu, Hoc agamus, inquit, P.C. Seditiosi pauculi meo jussu occiduntur.* Gandavensium imperium per seditionem invaserat Iacob. Arievellius, & jam ex ædibus suis, tanquam ex arce, leges civibus dictitabat, de proscindendo luxu, de claudendis tabernis, nec nulla alia pro salute civium contra hostes providè disponebat: nec tamen injustam dominationem tàm exquisitè texerūt, sive bonæ leges sive prudētia instituta, quin tandem à civibus ipsis deprehenda, & in herba suffocata sit. *Frossard. lib.* 1.

23. *Flagitium prius perpetratum non corrigi correctis moribus.*

Negari quippe non potest, quin alienæ libertatis prædator, quæ publica erant ad privatum lucrum avertendo, Tyrannidis manifestæ sese alliget: sed in eo vertitur controversia, *utrum vitium præcedens subsequenti virtute deleri possit & purgari*, quod non magis fieri posse censendum est, quam ut extra culpam ponatur, qui cum benè de Repub. meritus sit, graviter deinde in eam delinquat, sicut de Horatio tergemino dicit Florus *lib.* 1 *c.* 3. *Citavere leges nefas, sed abstulit virtus parricidium, facinus infra gloriam fuit.* Nam si impunè liceret benè meritis in Republica grassari, si Scipioni judicium detractare, & meritis peccata recompensare, quis foret finis injuriarum? ut demonstrat Machiav. *lib.* 1. *disc. c.* 24. De Manlio secus judicatum fuit: *Manlius erat melius, cum præcipites agebat Senones; postquam mutare cœpisti, unus factus est ex Senonibus.* Valer. *lib.* 6. *cap.* 3. *idemq; locus in uno homine & eximiæ gloriæ monumentum, & extremæ pœnæ fuit. Livius libr.* 6. *Nec Sp. Melium favor amplissimus civitatis, nec Gracchos avi sui amplissimi viri memoria, nec Manlios celeberrima gloria Capitolij liberati, nec Druso sanctissimi sui penates, nec Saturnino jus sacrosanctæ dignitatis, contra justam pœnam, tutamento fuit*, ut ait Portius Latro *oratio. in Catilin.* nec quicquam Appius Claudius Decemvir, *Majorum merita in Rempublicam domi militiaq;* commemorabat, *suum infelix erga plebem Roman. studium, quod æquandarum legum causa cum maxima offensione patrum consulatu abiisset, suas item leges, quibus manentibus lator earum in vincula ducatur. Liv. lib.* 3. *cap.* 56. Nam Lacedæmoniorum Ephorus Atheniensium jactātiam hac ratione meritò retundit, *non ex eo absolvendos, quod contra Medos probè pro Græcia pugnassent, quin potius duplicem pœnam meritos esse, quod ex probis improbi facti, in Græciam injusta arma à Barbaris convertissent. Thucyd. libr.* 1. Sicut igitur peccatorum macula virtutum splendore non eluitur, nec pietate expiatur, quod sceleratè commissum est, *ut in tr. de pœn. temp. ubertim disputabimus.* Ita nec desinit quis esse Tyrannus in Titulo, licet frugi evadat in exercitio. Iustinian. quidem ait, *ad mediocrem purgationem peccatorum & ad virtutis augmentum sufficere triennalis temporis testimonium. Novell.* 5. §. 2. *in fin.* sed hoc datur favori religionis & monasterii, ex quo servus, qui post furtum eò se receperat, post triennium probè peractum repeti non potest, sed si extra religionem, quantumvis ad honestam vitam se composuerit, aliquò deprehensus fuerit, nullum

24. *Alias bonorum delicta semper esse ignoscenda.*

25. *Tyrannum Titulo posse esse Rex in Exercitio.*

nullum fas nulla religio manifestum furem profequi vetat. Rectè enim Vlpianus: *Qui ea mente alienum quid contrectavit, ut lucrifaceret, tametsi mutato consilio id Domino postea reddidit, fur est. Nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse desiit. l. qui ea. 65. de furt.* Cœlius etiam fugitivum censuit esse eum, *qui eâ mente discedat, ne ad dominum redeat, tametsi mutato consilio ad eum revertatur. Nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse desiit. l. quid sit. 17. §. 1. ubi gl. de adil. edict.* unde Bartolus colligit, adhuc usurarium censeri, qui fœnerati desiit. *l. 1. §. si rem depositam. 25. Depos. l. 5. non prodest. de Vi bon. raptor. l. 3. C. de Apost.* Multò magis autem Tyrannus censeri debet, qui inchoatam Tyrannidem non restituit, sed hoc tantum agit, ut malè partum imperium benè collocet & ex re furtiva publicum bonum condat, quemadmodum Reges Ægypti sudores incolarum in sumtuosa opera prodigebant, & Sylla bona proscriptorum tàm profusè propinabat populo, ut longiariis ad omnem luxum institutis, vinorum per multos annos non motorum integros fluvios in publicum profluere fineret. *Plutarch. in Syll. Pravum est,* judice Tacito, *privatim largiri, quod avidius de Republ. sumas. libr. 2. histor.* Quid enim prosunt Xenodochia, aut Monasteria ex spoliis condita? quid stipendia ex fœnore largita? Meretricium vetat DEVS offerri in sacrarium, *Deut. 23.* & Salomon *non de furtis & rapinis, sed de justis laboribus jubet honorare Dominum. Proverb. 3. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Ecclesf. cap. 34. Qui ergo male tollit, ut quasi benè prabeat, constat, quod sine dubio Dominum non honoret. c. non est putanda. 1. q. 1. c. in gravibus. 3. q. 7. c. Immolans. c. forte. c. deniq; c. scriptum est. 14. q. 5. c. ex tuarum. de auctor. & usu Pall.* Fecit autem hoc Pisistratus Athenis, qui urbem quidem egregiè exornabat, sed ex tributis civium: Fecerunt Medicæi, qui in doctos quidem viros multum pecuniæ non improbè locarunt, multáque bella pro Republ. gesserunt, sed ut unum altare tegerent, alterum denudarunt, & è ruinis templorum templa ædificarunt, quemadmodum Fulvius Flaccus marmoreas tegulas Iunoni Lucinæ adimebat, quas Fortunæ equestris ædi Celtiberico voverat. *Liv. lib. 42. in pr.* Rectè autem August. *Non esse Tyrannicæ factionis perversitatem laudabilem, si regia clementia Tyrannus subditos tractet. c. neq; enim. §. 14. q. 5.* Romanus Lacapenus Imp. pro debitoribus, qui non erant solvendo, novendecim solvit Centenarios & Syngraphas in foro cremavit, sed hac pecunia privavit publicam, eamque per sordes & avaritiam a civibus coëgerat. *quod perinde esse* dicit Zonaras, ubi hæc narrat, *ac si quis vicini bove immolato pedes pauperibus distribueret, corpus ipse voraret, aut spreto conjugio legitimo in aliena uxoris stupro volutaretur, & marito de propria ejus pecunia largiretur, quò sibi ignosceret. Zonar. in Rom. Lacap.*

26. *Nemo pœnitentia nocens esse desinit.*

27. *Præcipuè, si Tyrannidem non restituat.*

28. *Furtum bene collocatum, propterea non esse laudabile.*

Tandem vero, si ad probitatem regiminis accesserit consensus civium, *utrum sine titulo inchoata Tyrannis in legitimum coalescere possit regnum?* Si Aristotelem adeas, res planè decisa videtur, *lib. 5. Polit. c. 10. in fin. & c. 11. in med.* Illic enim regnum fieri tradit, *ut primum sit voluntarium*: hic dum Tyrannum ad perfectionem boni Regis deducere laborat, potestatem tamen eidem retinet non solùm in volentes, sed & nolentes. *Qui enim,* inquit, *abjicit hoc, abjicit etiam Tyrannidem,* & hoc solum ac tanquam fundamentum manere vult. Intelligendum autem hoc est de consensu, non pravorum hominum, aut qui ex affectu judicant, sed, *ut sect. præcedenti explicavimus,* eorum, qui naturæ judicium conformarunt. Nam in *d. cap. 10. & 3. Polit. c. ult.* in eum demum consentiri dicit, qui virtute in tantum cæteros superemineat, ut pares juxta se non relinquat. Par enim paris imperium nunquam fert animo placido. Vnde apparet vulgi judicium & acclamationes, ad præjudicium toti civitati creandum, non sufficere, licet maximam civitatis partem post se trahat Tyrannus; tum quia tertio jus suum præripere, aut invito servitutem inducere non possunt, tum quia errant, tum denique quia corrupti sunt aut muneribus, aut minis coacti. Nam si plebis aut maximæ partis consensu tutus foret Tyrannus, quid prohibet,

29. *An consensus civium tollat vitium Tyrannidis.*

30. *Sententia Arist. de consensu bonorum virorum.*

31. *Vulgi acclamationes applaususve non delere vitium Tyrannidis.*

quo minus Cassium, Melium. Manlium & Iulium Cæsarem, & quosvis alios ope vulgi patriiis objectos Tyrannos, Pisistratum, Aristodemum, Medicem, Castrucium, jure regnasse in patria credamus, cum vulgi consensum aut attulerint, aut precibus precioque post elaborarint. Absolonem sequebatur universus populus, seu major populi pars & Husai eum se legitimum Regem agnoscere dicit, *quem Dominus, quem populus, quem universi viri in Israel elegerint. 2. Samuel. 16.* nec tamen tàm unanimis errantis multitudinis consensus Davidi regnum extorquere & iniquo usurpatori tradere poterat. *Eius* enim, *qui errat, nulla voluntas est, l. cum testamentum* 8. *C. de jur. & fact. ignor.* multò minus consensus. *l. seq. C. eod* quia *consensus nihil tàm contrarium est, quam error, qui imperitiam detegit. l. si per errorem* 15. *de jurisd. om. jud. l. consensisse. in pr. de jud. l. nihil consens.* 116. *§. non videntur. ubi gl. & Dec. de R. I.* Nam consensus præsupponit cognitionem ejus, quod agitur: error ignorantiam, & quod per ignorantiam committitur, quasi non commissum esset, habetur: *Arist. 3. Eth. c.* 1. imprimis, quia à parte Tyranni dolus accedit, dum simulat patrocinium plebis contra optimates, & mox ut funus fecit optimatibus, ex patrono fit hostis. *Dolus* verò *autori prodesse non debet, l.* 1. *in pr. de dol. mal.* & pactus videri non potest, qui deceptus est. *Plus enim est persuadendo decipere, quàm compellendo cogere. l. 1. §. persuadere. de serv. corrupt. Plura sæpè peccantur dum demeremur, quam dum offendimus,* ait Thrasea *apud Tacit.* 15. *Annal. n.* 3. Tyranni verò ut plurimum os sublinunt vulgo & spem fraude corrumpunt, quam si præscissent ab initio, quod in Tyrannidem consensuri nō fuissent, ex eventu facilè cuivis patet. Nam M. Manlium, ut primum illi cœtus multitudinis, seditiosasque voces, & largitionem & fallax indicium, pertinentia propriè ad regni crimen, à tribunis objecta audierunt, non tantùm uno impetu deferuerunt, sed damnato & de saxo Tarpejo dejecto notas infamiæ publicæ adjecerunt, *ne quis patritius in Capitolio ampl. ius habitaret, nec unquam de gente Manlia Marci prænomen ferret, Livius lib.* 6. Cæsaris victorias, quanto applausu prosecutus est populus universus? At cum Antonius diadema ipsi porrigeret, nullus acclamavit, *Plut. in Cæsar.* stulti mehercule rerum æstimatores, qui regni veritatem non ex factis. sed ex honore & nomine metirentur. Nam si regem præ se tulisset Cæsar, hoc est, si putassent, victoriis & largitionibus ejus quæri Tyrannidem, non magis consentire voluisse præsumuntur, quā tum consenserunt, cum is Senatui non assurgeret, & Aquilam tribunum pl. increparet, quod sibi non assurrexisset, & Marullum Flavumq; potestate tribunitiâ amoveret, quod in eos judicium darent, qui Cæsarem Regem salutaverant. *Sueton. in Cæs. c.* 78 79. Aristodemo Cumani fidē habeant, cum occisis Senatoribus, hostibus suis, sese cæteris civibus libertatem & jus æquum afferre diceret, statimq; verbis fidem faceret, agrorum divisione & æris alieni remissione: at cum arma quoq; iis, quasi ad intestina bella præcavenda, eblanditus esset, & triplici cuneo perditissimorū hominum, servorum, manumissorum, & barbarorum ære conductorum stipatus incederet, tum demum erroris sui se pœnas luere sentiebant, nec moram fecerunt, quin cum exulibus conjuratione inita, Tyrannum summa senectute hostibus proderent. *Halyc. lib. 7. in pr.*

32. *Vulgus ut plurimum errat.*

33. *Et decipi à Tyrannis.*

34. *Ut ex eventu apparet.*

Nec qui sequi solet consensus, quia ut plurimum liber non est, Tyrannidis violentiam satis emendat. Quis enim Syllam injustè sæviisse propterea statuet, quod in 80. annos Dictaturam à populo accepisset? aut quis Cæsaris imperium legitimum asseret, quia perpetuæ Dictaturæ concessū firmatum fuit. Statim enim, atque hic procubuit ad statuam Pompeii, Senatus, sive errorem suum confitens, sive violenter expressi privilegii pœnitens, execratione publicâ sanxit, *Neminem posthac Dictatorem fore. Dion. in fin. h flor. Cæsar.* Quæ enim per vim expressa sunt, robur non habent, *tot. t. ff. Quod met. caus. & tot. t. de iis, quæ vi. in iure Canon.* quemadmodum Pisander persuadet Atheniensibus, ut quandoquidē indigentia extrema & necessitatis durū telum, nō sinat eos agere, ut velint. Alcibiadis consilio & postulatis Tissaphernis de mutando statu

35. *Consensus civium in Tyrannum non est liber.*

statu Reipublicæ acquiescant: *Rebus enim ex animi sententia compositis, fore ipsis integrum, quicquid non videretur è re sua pro arbitrio immutare*, Thucydid. lib. 8. Sub
16. *Sub vi continetur metum.* vi autem continetur non tantum absoluta coactio, *gl. in c. sacris. verb. coactio. de iis, qua vi met.* sed & metus, 3. *Eth. cap.* 1. *l.* 1. *Quod met. caus. c. de muliere. de sponsal. ut declaravimus de iur. connub. cap.* 3. *sect.* 9. Metum verò rationabilem, quique cadat in constantem virum, non tantum inducunt minæ & sævitia Tyrannorum, *l.* 2. *l.* 7. *l.* 22. *Quod met. caus. l. si donationes.* 7. *C. Eod.* quemadmodum Cosmus Medices, post Alexandri propinqui cædem, contracto in civitatem exercitu & disposita in omnes urbis angulos magnâ vi tormentorum, perpetuum sese Ducem creari à Senatu fecit, non secus ac Petrus cum armata manu conjurationi Soderini, Neronij, Acciaioli, & complicum insperatò superveniens, discussis hostibus, Senatum ad se supplicem in ædes venire pri-
17. *Metum rationabilem inferre etiam preces Tyrannorum.* vatas jam ante coegerat: sed & *preces Tyrannorum mistas esse necessitatibus* scribit Plato *in Epist. ad Dion. propinq.* & ut Auson. ait:

Blanda vis latet imperio.

Non enim sunt preces, ubi negandi libertas non est, *Quintil. declam.* 181. Nero donis ingentibus subegerat Equites Romanos subire operas arenæ, quod sic interpretatur Tacitus, *quasi merces ab eo, qui jubere potuit, vim necessitatis attulerit*, *libr.* 14. *Annal.* Herodes cum jam in regno per annos 31. in vitis ac repugnantibus subditis sese obfirmasset, tandem cum neminem suæ potentiæ restiturum sciret, consensu populi Regem se declarari fecit, *Philo in breviar. de temp. Ioseph.* 17. *Antiq.* perinde ut populum Romanum in Imperatores omne jus suum contulisse censet Ventur. Cæcus *in Catal. ad l.* 2. *de orig. iur. exerc. ult.* non tàm deliberato consilio, quàm quod jam videret omnia ab Octavio præcepta esse. Cessit, quod retinere non poterat, largitus est, quod jam perdiderat, sicut Darius Alexandro offerebat dotis
18. *Consensum extorquent & deliberant omnes Tyranni.* loco cum filia, quod is jure belli & victoriis aliquot jam suæ potestati subjecerat. *Curt. lib.* 4. Wilhelmus etiam Dux Normanniæ, cum Angliam provinciæ suæ adjecisset, nec tamen tituli prætextui satis fideret, nihil non egit, ut Archiepiscopi Eboracensis inunctionem & populi consensum publicè promereretur, ejus accessu juri suo satis cautum prospectumque putans, *Malmesb. in Wilhelm.* & in genere, *Qui per vim & injuriam regnum occupaverunt*, ait Dion, *cupiunt id videri sibi de voluntate civium esse delatum, ob eamq́; causam ad delusionem & simulationem procedunt. in histor. August.* *Certissima est regnare cupienti Omnia Laudare modica & otium ac somnum: qui sub inquieto sæpè simulatur quies. Senec. in Oedyp. Act* 3. qui tamen color conscientiam à crimine Tyrannidis liberare non potest, quia consensus metu expressus, etiamsi juramento firmetur, pro nullo habetur, *§. ea, qua not. ad c.* 2. *de iis, qua vi. c. cum conting. de jurejur. Bald. in c.* 2. *Eod. Fortun. de ult. fin. illat.* 22. Quicquid autem faciunt subditi in gratiam principis terribilis & Tyranni, id vi metuque eos facere censent ICti, *ut videre est apud Iohan. Andr. & Abb. c. insinuante.* 19. *Tyrannos etiam orando cogere.*
Quis Cler. vel Card. Clar. §. fin. quæst. 60. *n. Parif.* 13. *cons.* 5. *num.* 82. *libr.* 4. *Hippol. de Marf sing.* 645. *Gigas de crim. Majest. rubr. de Rebell quæst.* 4. *Tiraq. caus.* 35. *n.* 9. *de pæn. temp. Menoch. arb.* 99. *cas.* 345. *n.* 12 *Gilhaus. arb. judic. cap.* 5. *ramusc.* 3. *de Except. num.* 180. præsertim cum etiam præsidum provinciæ preces pro minis habeantur, *l. un. C. si quacunq; prad. potest: l. prafect.* 63. *ff. de rit. nupt.* quoniam Tyranni non aliter rogant, quàm Manlius rogabat Tribunum plebis, ut accusationem patris omitteret, stricto post aures gladio, *Liv. libr.* 7. aut ut filius, quem fingit Quintil. *in solitudine, loco oportuno insidiis, gladio instructum instrumento parricidij ad patrem accedere & rogare. Rogat*, inquit, *imò jubet, decl.* 181.

Quid si me tonsor, cum stricta novacula supra est,
Tunc libertatem divitiasq; roget?
Promittam: nec enim rogat illo tempore tonsor:
Latro rogat, res est imperiosa timor.
Martial. lib. 2.

Sicut verò coactum sponsorum consensum diuturna cohabitatione deleri & purgari censent ICti, *c. Consult. de sponsal.* maleq; defendit Connan. *lib.* 8. *Comm. jur. c.* 4. *n.* 5. 40. *Diuturnâ civium obedientiâ*

Ludo-

stificari Tyrannidem

Ludovvicum XII. Regem Galliæ, quasi potuisset Ludovvici XI. filiam, quam metu in matrimonium duxerat, postquam consuetudine ejus maritali diu usus fuerat, jure repudiare, *Beza in tr. de divort.* Ita benè præsumitur de ea subditorum tolerantia, qua Tyrannidem moderatam diu pertulerunt, præsertim cum accedat utilitas publica, seu inevitabilis necessitas. Longo enim temporis lapsu & repetito civium consensu deletur suspitio violentiæ, & quod mutari sine majori sine majori malo non potest, etiam de prudentum consilio libenter ferendum est. Plerunque verò ita se res habet in obfirmata Tyrannide, *ut ea moles sine convellentium exitio convelli non possit. Tacit. 4. Annal. quemadmodum demonstravimus de Autor. princ. c. 4. num. ult. & in t. de conjurat. declarabimus latius, quò pertinet quæstio: Vtrum fas sit Tyrannum occidere.* Nam si quis velit ubiq; jura principum ad calculos & in dubium revocare, cum maxima quæque regna ex injustis subnascantur principiis, eum oporteret *revangare*, ut ait Baldus, seu subvertere mundum. Imprimis verò securi possunt esse illi, quos tuetur præscriptio immemorialis, quandoquidem vim legis *l. 1. §. fin. de aq. pluv. arc.* & constituti habet, *l. hoc jure. §. ductus aqua. de aq. quot. & ast.* inducitq; præsumtionem tàm boni tituli quàm bonæ fidei, *VVesenbec. in parat. de serv. num. 5.* quoniam in dubio præsumitur semper in meliorem partem, donec probetur contrarium. *c. si diligenti. c. sanctorum. c. fin. de praescript. l. non ex eo. 30. in fin. C. de evict. Alciat. de prasumt. reg. 3. pras. 5.* Nero concessit usurpata ex agro publico Apionis possessoribus contra sententiam Strabonis, quem judicem Claudius dederat. Is enim diutina licentia & injuria, quasi jure & æquo nixos à possessione depulerat. Atqui Nero consultus à Senatu *longi temporis possessionem subtili interpretatione non esse turbandam* censuit *Tacit. lib. 14. Annal.*

41. *Accedente imprimis utilitate publica.*

42. *Praescriptio immemorialis habet vim legis.*

SECT. 8. Notæ quædam seu propria & instituta Tyrannorum, nec non de Tyranno in Exercitio.

1. *Instituta Tyrannorum proponenda.*
2. *Vt finis eorum intelligatur.*
3. *Tyrannis pugnandum esse contra odium perpetuum.*
4. *Ideoq; coguntur Machiavelli praeceptis insistere.*
5. *Et aliorum exemplis.*
6. *Vim vi esse defendendam.*
7. *Subita benevolentia non delet injuriam praecedentem.*
8. *Tyrannum cogi esse malum & crudelem.*
9. *Instituta Tyrannica revocari ad tria summa capita.*
10. *Quid obtineant Tyranni, dum spectatos cives è medio tollunt.*
11. *Quid impellat Tyrannos ad cadem pracipuorum civium.*
12 *Inventum & consilium Periandri.*
13. *Tarquinij.*
14. *Mortui non mordent.*
15. *Tyrannos esse infestos praestantissimis civium.*
16. *Non contemtis aut mediocris fortuna.*
17. *Vnde qui sub Tyrannis vivere cupiunt, humiliter loqui assuescere coguntur.*
18. *Solus nutus Tyranni sufficit ad condemnationem.*
19. *Tiberium sustulisse omnes, qui videbantur imperij capaces.*
20. *Nec non Neronem ad hujus exemplum.*
21. *Tiberij in conspectiores cives insidia.*
22. *Tyrannorum nefasta amicitia.*
23. *Quare potentes suspectos habeant Tyranni.*
24. *De eodem.*
25. *De savitia Caij Caligula.*
26. *Claudij.*
27. *Neronis.*
28. *Domitiani.*
29. *Convivia emortualia Tyrannorum.*
30. *Domitiani.*
31. *Clearchi.*
32. *Quare Tyranni viris doctis & Philosophis potissimùm adversentur.*
33. *Quoniam liberius eorum vitia reprehendant.*
34. *Inductione probatur, quam sint Tyranni infesti civibus magnis.*
35. *Exempla recentiora.*
36. *Causa cadium, quas fingere solent Tyranni.*
37. *Odium plebis.*

38. Regni

QVæ nuper *sect. praced.* explicavimus, pertinent ad *Tyrannum in Titulo*: Vt autem & ejus indolem perspiciamus, qui dicitur *in Exercitio*, explicandi sunt actus præcipui, quibus Tyranni se inferre solent, non quod in his vel singulis vel omnibus essentiam Tyrannidis collocatam velimus, quæ in genere consistit in destructione boni publici, & ad lucrum privatum diversione, sed ut intelligamus, quibus mediis Tyranni ad 1. *Quare instituta Tyrannica proponenda.*

ad hunc finem progredi soleant, licet alij alijs studeant, & simul à posteriori & fructibus judicemus de radice. Omnes autem actus Tyrannici, quorum alij paucioribus, alij pluribus utuntur, ad unum finem tendunt, & ex eodem æstimantur, nimirùm ut, quæ in Republica fuerunt publica, & omnibus civibus communia, ad unius Tyranni quæstum & arbitrium revocentur.

3. Quia autem bona cum gratia nunquam id obtinere possunt, cum necesse esse dicat Xenophon *de Republ. Athen. ut, qui dominetur, odio sit ei, qui paret*, &, ut Antoninus Phil. cum *cum fidem non servent, quos servire cogit necessitas. Herodian. lib. 1. in princ.* nec quisquam se defraudari injuria placido & libenti animo patiatur ab eo, quem se arbitratur esse multò pejorem, nihil prius propositum potest esse Tyrannis, quàm ut odium majori vi comprimant, &

4. ut ait Seneca, *magno timore magna odia compescant. 1. de Clem. cap. 12.* Taxatur a vulgo Machiavelli princeps, quasi ad omnem sævitiam & crudelitatem, exemplo Cæsaris Borgiæ, compositus, eoque nomine ipse Machiavellus, tanquam homo sanguinarius, tàm à profanis, quàm Ecclesiasticis, tàm à foro, quàm in templis & scholis, inauditâ causâ damnatur: Sed si plerique horum non aliorum calumniis plus, quàm autoris ipsius verbis crederent, si intentionem & scopum, cum institutis ipsis contenderent, non sentirent iniquius, sat scio, de Machiavello, quàm Aristotele ipso *in lib. 5. Pol.* aut de Xenoph. *in lib. de Repub. Athen.* qui quidem Atheniensium Rempub. se non posse laudare dicit, *quod dum eam formam sequuntur, illud effecerint, ut improbi meliore essent conditione, quàm probi. At postquam eis ita visum est*, inquit, *ostendam eos rectè & Rempublicam tueri & alia administrare, in quibus reliqui Græci peccare videantur.*

5. Meretricē etiamsi vituperet ICtus, quod sit meretrix, negat tamen injuste agere, quod, cum sit meretrix, preciū pro opera accipiat. Ipsa Scriptura sacra *bonum* vocat *consilium* Ahitophelis, scilicet ad perdendum Davidem & stabiliendam Tyrannidem Absolonis, 2. *Samuelis* 17 licet per se improbum esset, & ad oppressionē innocentiæ tenderet. Nec non Christus solertiam & astutiam injusti villici in consilio pravo commendat, *Lucæ cap.* 16. perinde ut Ostracismum & Periandri Tyrannicum inventum, pro re nata necessarium, & summopere utile prædicat Aristoteles 3. *Pol. cap.* 9 Improbè quidem agit princeps, qui alienam libertatem hostiliter invadit & sibi injuriâ usurpat, nec id dissimulat Machiavellus: sed si alicui jam non liceat sine discrimine vitæ regredi, quin cogatur inchoatam pertexere telam, ex hac hypothesi ostendit media, quibus se quis in principatu per vim obfirmare queat, desumta maxima ex parte ab Aristotele *lib. 5. Polit. cap.* 11. qui ea à se tracta dicit ex institutis Periandri & regio Persarum dominatu, item ex moribus extremæ Democratiæ, quos descripsit Xenophon *de Repub. Athen.* nihil ab institutis Tyrannicis abludentes. Contra vim quippe præter vim nullum est præsidium, &

Quod civibus tenere te invitis scias,
Strictus tuetur ensis. Sen. Trag. 1.

Nemo unquam imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuit, ait Galba apud Tacitum *lib. 1. histor.* & Otto expertus est: *non posse principatum scelere quæsitum, subita modestia & prisca gravitate retineri.* Tacit. *ibid. ad fin.* Quid ita? quia, ut ab iis benè speres, quos tanta injuria affecisti, amor libertatis, & quod plerisque vita jucundius ipsa est, vindictæ studium non permittit. C. Iulius Cæsar, monentibus amicis, ut stipatoribus sese armaret, multisque ad id se offerentibus, salutare consilium detrectavit, ratus tutissimam custodiam in civium benevolentia constitui, ad quam promerendam nihil reliquum fecit: nec tamen ne tantâ quidem clementia exulceratos sibi animos reconciliare potuit, quin in mediâ curia, tutissimo omnium refugio, inter medios Senatores, eorum præcipuè manu caderet, quibus non tantum vitam, cum jure eripere potuisset, donaverat, sed & summis magistratibus ornaverat, nec ullos inter proximos hæredes scripserat. Tantæ molis, tamque difficile est, injuriam aliquam insignem minori beneficio delere, cum naturâ injuriarum tenaces simus, beneficiorum facilè obliviscamur, nec quod ad pla-

Marginal notes:

2. [illegible]

3. Tyrannorum propugnaculum contra odium populi.

4. Ideoque coguntur Machiavelli præcepta insistere.

5. Et alterum exemplū.

6. Vim vi esse defendendam.

7. Subita benevolentia non delet inveteratam præcedentem.

ad placandam injuriam offertur, lucro apponere, sed necessitate expressum putare soleamus.

Dona bonorum

Sunt brevia: aeternū, quae nocuere, dolent. ait Auson. *in Cas. Domit.* Ideoque vix est, ut Tyrannus aliter salvus esse possit, tot undique odiis circumstrepentibus, nisi ad vim se recipiat, & consilia sequatur principiis consimilia.

Tolle periclum,
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis.
Horat. 2. Sat. 7. Etenim
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet,
8. Tyrannum cogi esse malum & crudelem.
Si sperat fore clā, rursū ad ingeniū redit.

Terent. pro. Adelph. Nabis Lacedæmoniorum Tyrannus *metu & acerbitate tenebat animos, ne quid motus intestinus oriretur, quoniam, ut salvum velleni Tyrannum, sperare non poterat. Liv. lib. 34.* Herodes videns difficile esse subditorum odia, ex multis injuriis nata, sopire & in favorem convertere, vi & pœnis obedientiam invitis exprimendam putavit. *Ioseph. lib. 16. Antiq. c. 9.* Ptolemæus Philadelphus dicebat: *In Tyrannide cum alia multa esse gravia, tum illud maximè, quod immeritos occidere cogatur utilitatis suæ gratia. Stob. serm. 47.* Vnde Seneca rectè Tyrannum dicit eò perductum esse, *ut non liceat illi mutare mores. Hoc enim inter cætera vel pessimū habet crudelitas: perseverandū est, nec ad meliora patet regressus. Scelera n. sceleribus tuenda sunt. Quid autem eò infelicius, cui jam esse malum necesse est? O miserabilē illum, sibi certè: Nam cæteris misereri ejus nefas sit, qui cædibus ac rapinis potentiam exercuit, qui suspecta sibi cuncta reddidit, tàm externa, quam domestica, cum arma metuat, ad arma confugiens, non amicorum fidei credens non liberorum pietati. lib. 1. de Clem. c. 13.* Volebat Theramenes, unus ex triginta Atheniensium Tyrannis, mitiori via Oligarchiam recens institutam stabilitū ire, ne metu instantis periculi, plures caperentur inimici, dū in se quisq; timeret, quod doleret perpetratum in altero, tandemq; necessitate omnes in desperationem adigerentur: At Critias cum collegis, consilio Theramenis rejecto, nō tantum contrariā sævitiā eligebat, sed & Theramene Tyrannicis institutis reluctantē è medio tollebat. *Ea est enim*, inquit Critias, *civitatum mutationum natura, ut multos mors faciat. Necesse siquidem est plurimos propter paucorum dominationem nobis esse infensos, cum populosissimam totius Græciæ, obsideamus civitatem, ac in qua populus diu libertate nutritus est. Nos vero, quam gravis fuerit Democratia, jamdudum experti sumus. Quin imò ne illud quidem ignoramus, Lacedæmoniis, qui gravi nos eruere jugo, nūquam populum amicum fore: At optimi quiq; semper in eorū fide & amicitia persistent, quapropter ex Lacedæmoniorum sententia hanc regendi constituimus formam, & si quē paucorum dominationi adversari cognoscimus, quantum valemus, è medio tollimus. Xenoph. lib. 2. Græcan.*

Redigit autem Aristoteles violenta Tyrannorum instituta, quibus omnium rerum arbitrium sibi solis vendicant, ad tria præcipua capita: *Aut enim civibus facultatē nocendi demunt: aut servitute ingenuos animos enervant, seu humiliora spirare assuefaciunt: aut diffidentia dissidiisq; inter se divellunt.* Huc enim tendere omnia Tyrannorum machinamenta ex ordine enarrandorum paulò post patebit, licet alia ad unum caput tantum, alia ad duo vel tria simul revocentur. Nam, quod Tyrannis omnibus commune est, *ut spectatissimos quosq; cives è medio tollant*, omnia tria capita inter se complectitur. Cum enim multitudo sit instar lapidis in præcipitio hærentis, qui sua mole quidem non delabitur, sed levissima quaque opera impulsus, gradum sistere nescit, donec in præceps iverit: nisi altissimorum ingeniorum impulsu protrudatur, immobilis manet, & modò res suas agere permittatur, Tyranno impunē publicarū administrationem concedit: Quin & sordidis suis quæstibus incumbens, nisi à ducibus inde retrahatur, spiritus altiores perdit, nec molestū curat imperiū. Ideoq;, dū Tyranni in optimos quosq; cives grassantur, cū ducibus potētiā nocēdi plebi auferūt & succisis capitibus, reliquias populi inter labores emoti, vimq; omnē excitati animi exhalare sinūt.

9. Instituta Tyrannica revocantur ad tria summa capita.

10. Quod obtineant Tyranni, dum spectatos cives è medio tollunt.

Quin & concordiam tollunt, quæ in virtute fundatur, & optimos quosque animos firmiter inter se colligat. Nam, ut ait Aristoteles 5. *Polit. cap.* 11. *Viris probis Tyranni non tantum propterea imminent, quod nesciant herile ferre imperium, sed etiam quia fidi sunt & sibi & aliis, nec proderent facile aut socios insidiarum aut alios.* Quos enim vel eadem trahit voluptas, vel utilitas aliqua consociat, objecta majoris spe lucri, faciiè à constantia ad dissuendam fidem propelluntur, ut traditur 8. *Eth. cap.* 3. & 4. nec rarò in ipsa Tyranni castra transeunt, postquam inde pinguior spes effulsit, aut licentiæ plena pocula propinantur.

11. *Quid impellat Tyrannos ad cædem præcipuorum civium.*

Proinde præsidium primum Tyrannorum locatur in cæde summorum virorum, & quos vel virtutis opinio, vel cognatio, vel spectata gloria imperio digniores videri facit. Multis enim de caussis Tyrannidi evadunt intolerabiles, tum, quod inviti patiantur sibi iniqua imperari à deterioribus, tum quod generosæ quæque naturæ altissima spirare præsumantur, & à timidis suspitiosisque suarumve injuriarum sibi consciis animis, quales quidem omnibus inesse Tyrannis, paulò post demonstrabimus, facilè affectati regni suspitione prægraventur. Nec facultas deest viris catis & melioribus consiliis à pueritia innutritis, præcipuè, si facultatum pondus accesserit, & benè cogitata non destituat iniquitas inopis fortunæ. Tum etiam pertinacius fidem sibi servant, quam bono publico & amori patriæ justitiæque implantarunt, nec phaleratis ullis lenociniis ad assentationem se deflecti patiuntur. Populus verò reliquus in ea tantum, quæ ante pedes sunt, adeoque in privatos quæstus unicè demersus, sine his ducibus quid est nisi corpus sine anima, aut exercitus vagus sine Imperatore? id quod Capito Cossutianus Neroni in memoriam revocavit, cum in Thraseæ caput peroraret & diceret: *Aut transeamus ad illa instituta, si potiora sunt, aut nova cupientibus auferatur Dux & auctor.* Tacit. 16. *Annal.* *Sicut fur aut prædo nocturnus, dum alienas ædes pervadit, primum omnium in eos irruit, qui candelam ferunt auxilio: Ita Nero nullis infestior fuit, quàm qui dormientes cives ex veterno excitarent, aut expergiscentibus lumen præferrent. Chrysostom. homil. de profect. Evangel.* Idcoque Periander Corinthius Cypseli filius, quem septem sapientibus, refragante quamvis Platone, annumerant Laertius *in Periandr.* Plutarchus *in Sympos.* quemque virum bellicosum & satellitij in Græcia insueti autorem prædicat non tantum Aristoteles 5. *Polit. cap.* 12. *in pr.* sed & Suidas *in voc. Periand.* hic, inquam, Periander, ut multorum aliorum Tyrannicorum institutorum inventor prædicatur ab Aristot. *libr.* 5. *Polit. cap.* 11. ita hoc quoque, quod cæterorum caput est, induxisse dicitur *libr.* 3. *Polit. cap.* 9. *libr.* 5. *cap.* 10. Nam cum Thrasybulus Milesiorum Tyrannus ab eo consilium petiisset, quo pacto fortunas suas contra civium vota tueri posset, nihil respondisse Periandrum scribit Aristot. sed ἀφαιρεῦντα τοὺς ὑπερέχοντας τῶν σταχύων, ὁμαλῦναι τὴν ἄρουραν, ex quo Thrasybulus intellexit, oportere Tyrannum τοὺς ὑπερέχοντας ἄνδρας ἀναιρεῖν, aut ut alibi ait idem autor, τοὺς πεφρονηματισμένους, ἀλλὰ τὸ γίνεσθαι ποτ' ἐπ' ἀρχῆς, ἐπικόπτειν. 3. *Polit. cap.* 9. Herodotus *in Tersich.* eandem quidem fabulam eodem sensu enarrat, sed inversis personis, dum Periandrum scribit consilium & petiisse & impetrasse à Thrasybulo, cujus fidem sequitur Halycarn. *libr.* 3. *Antiquit.* quando Thrasybuli tacitum responsum accommodat documento, quod Tarquinius pater Sexto filio ediderat: *Nam cum hic è suis unum sciscitatum ad patrem Romam misisset, quidnam se facere vellet: quandoquidem, ut omnia unus ipse Gabiis posset, ei Dij dedissent: nihil nuncio, quia dubiæ fidei videbatur, voce responsum est, sed Rex velut deliberabundus in hortum ædium transiit, sequente nuntio filij, ubi inambulans tacitus summa papaverum capita dicitur baculo decussisse. Interrogando, expectandoque responsum nuntius fessus, ut re imperfecta redit Gabios, quæ dixerit ipse, quæque viderit refert. Sexto, ubi quid vellet parens, quidve præciperet tacitis ambagibus, patuit, primores civitatis criminando alios apud populum, alios sua ipsos invidia opportunos interemit.*

12. *Inventum consilium Periandri.*

13. *Tarquinii.*

Multè

Multi palam, quidam, in quibus minus speciosa criminatio erat futura, clam interfecti. Patuit quibusdam volentibus fuga, aut in exilium acti sunt, absentiumq; bona juxtà atq; interemtorum divisa fuêre. Livius lib. 1. Cum enim duæ tantùm viæ pateant ad confirmandam Tyrannidem, quarum altera ad lenitatem regiam reflectitur, altera in inchoata sævitia imperterritè progreditur, *lib. 5. Polit. cap.* 11. nihil violentiæ tutius esse potest, quàm potentissimos quosq; adversarios quam primum & quam longissimè amoliri.

14. *Mortui non mordent.*

Nam mortui non mordent, ut dicebat Ptolemæus postremus Aegypti Rex, cum Pompejo post pugnam Pharsalicam caput præscindi juberet, & Clemens IV, Papa Rom. sciscitanti Carolo Andegavensi, quid facto opus putaret de Conradino, æmulo & hærede regni Neapolitani, quem in vinculis detinebat, in hæc paucula verba rescripsit: *Mors Conradini, vita Caroli. Gill. & Bellefor. in Ludovv. IX.* Verebatur enim, ne aliquando subditi justa pœnitentia ad legitimum hæredem redirent, injustoque usurpatori id occinerent, quod olim Veneti Phocæ Imperatori, cum Mauritium nondum vita multasset: *Vade, disce ordinem, Mauritius non est mortuus. Zonar. & Diac. in Maur.* Ne igitur supersit, qui multitudini vel suæ virtutis opinione mutationis in meliꝰ spem facere, vel ad rebellionem spectātii animam, opemq; suppeditare possit;

15. *Tyrannos esse infestos præstantiss. civium.*

Tyrannis omnibus in more positum esse videmus, ut à cædibus spectatissimorum civium dominandi telam exordiantur. *Cui minor sapientia, & ex mediocritate fortuna, pauciora pericula sunt,* ait Tacitus 14. *Annal. num.* 9. Theseus *apud Euripidem in supplicib. fœmin. Tyrannidem* dicit *spiritus grandiores extinguere, & adolescentes tanquam è verna segete spicas decerpere.* Hiero in colloquio, quod ejus nomine cum Simonide instituit Xenophon *in Tyrann.* Tyrannorum miseriam ex hoc quoque capite deplorat: *Noverunt,* inquit, *Tyranni non minus quàm privati, probos, sapientes & justos viros: Hos, cum diligere debeant, metuunt: fortes quidem, ne quid audeant libertatis amore: Sapientes, ne quid machinentur: Iustos verò, ne multitudo cupiat ab illis gubernari. Quos postquam ob metum clam sustulerant, quinam fiunt illis reliqui, quibus nitantur, nisi vel injusti, vel intemperantes, vel servîles? Injusti quidem habentur, quoniam metuunt, quemadmodum & Tyranni, ne quando civitates libertate reddita, ipsos opprimant. Intemperantes, ob præsentem ac temporariam potētiam: qui verò servili sunt ingenio, ob id, quod ipsi ne cupiunt quidem esse liberi.* Hoc est, quod breviter Salustius innuit: *Regib. bonos quàm malos, suspectiores, semperq; alienam virtutem formidulosam esse: in Catil.* & Cęsar non se crassos illos & ventriosos, sed macilentos Cassium & Brutum timere dicebat, ex macilentiâ vigilem & invidiosum animum, ex obesitate desidiam præsumens.

16. *Non contemtis, aut mediocris fortunæ.*

Cajum Caligulam Gallus quidam in solio eminentissimo, Iovis ornatu, sedentem, atque inde responsa dantem, alto cachinno exceperat, vocatusq; ad judicium & rogatus causam tantæ lasciviæ, magnam sibi dementiam visam fuisse responderat: nec tamen ullo damno propterea affectus est, quod sutor esset, abjectæ sortis homo. *Adeò,* ait Dion, ubi hæc narrat, *principes hujusmodi æquiore animo ferre solent plebejos homines liberè loquentes, quàm præditos aliqua dignitate. Erga eminentes verò, ex Tacito in Agric. semper sinistra interpretatio, nec minus periculum ex magna, quàm ex mala fama.* Claudius Imperator non aliâ ratione effugit Tiberij Caijque manus, quàm socordia & ignavia. *Cajus enim eum sine dubio sustulisset,* ait Dion, *nisi contemsisset hominem natura & judicio segnem. Xiphil. in Calig. n.* 5. Idemq; Claudius, cum conjuratio quædam abjectorum hominum detegeretur, contemsit & dixit: *Alter pulicem, alter feram bestiam vindicandam. Xiphil. in Claud. num.* 5. Id cum non ignoraret L. Iunius, imò cum primores civitatis (in quibus fratrem suum ab avunculo Tarquinio, quin etiam patrem, si Halyc. credimus *lib.* 4. non alia de causa, quam quod divitiarũ avita possessione cupidinem Tyranni incitaret pater, frater verò generosa indole meticulosam regnandi ambitionem terreret) interfectos audisset, *neq; in animo suo quicquam regi timendum, neq; in fortunâ concupiscendum relicturus, statuit contemtu tutus esse, ubi in jure parum præ-*

sidij esset. Ergo ex industria factus ad imitationem stultitiæ, cum se suisq; præda regi esse sineret, Bruti quoque, Ἠλίθιοι veteres Græci, *haud abnuit cognomen, ut sub ejus obtentu cognominis, liberator ille populi Rom. animus latens aperiretur tempore suo. Livius lib.*1 Id enim unicum ei tutamen fuisse contra Tyranni sævitiam, testatur Halycar. *lib.*4. τοῦτ' αὐθεὶς ἐξείπων, μηδὲν ὑπὸ τοῦ τυράννου παθεῖν πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀπολλυμένων. Ad ejus exemplum L. Vitellius, cui Syriæ gloriosa administratio & Artabani ad pacem petendam coactio invidiam fecerat, accersitus à Cajo ad supplicium, simulare se cepit longè minorem esse opinione, deinde accedens ad pedes Caij, profusa magna vi lachrymarum, divinis eum honorib. permulsit, & recepta vita, inter præcipuos assentatores ex eo floruit. *Xiphil. in Calig. nu.*6. Cum Domitianus post civilis belli victoriam sævior promiscuè in quoscunq; qui in aliqua essent autoritate, virgas & ignem expediret, inventi sunt tribunus, laticlavius & Centurio, qui se, quò facilius expertes culpæ ostenderent, impudicos probarant, & ob id, neq; apud Ducem, nec apud milites ullius momenti esse potuisse. *Suet. in Domitian. cap.* 10. *in fin.* Iulius Calvaster adolescens, ut suspitionem secretorum cum Antonio sermonum declinaret, consuetudinem & illicitum amorem, quo se mixtum Antonio finxit, non dubitavit in excusationis argumentum allegare. *Xiphil. in Domitian. num.*3. Abjectæ enim conditionis homines.

17. *Vnde, qui sub Tyrannis vivere cupiunt, humiliter loqui assuescere coguntur.*

tutos ignavia præstat.

Summa petit livor, perflant altissima venti, Ovid.

feriuntq; summos

Fulmina montes. Horat.

Nec immeritò refert Tacitus, tanquam rarain eâ ætate fortunam L. Volusij, qui sub Nerone egregia fama concesserat: *Cui tres & nonaginta anni spatium vivendi, præcipuaque opes bonis artibus, inoffensa tot Imperatorum malitia fuerat: lib.*13. *Annal.* & paulò ante L. Pisonis Pontificis sub Tiberio, quod fato obierit, *rarum in tanta claritudine, lib.*6. *Annal.* Vt cuique enim cordatius verbum inopinato exciderat, aut imperium virtute promereri quis videbatur, quæsita accusandi occasione, ad carceres & Gemonias, aut mortis spontaneæ arbitrium deligendum deducebat, nec alio ad condemnationem argumento opus erat, quam solus nutus Tyranni. *Nobilitas, opes, omissiq; gestiq; honores pro crimine: & ob virtutes certissimum exitium. Tacit. lib.*1. *histor.* Nam cum Protogenes Caij minister torvè saltem Scribonium Proclum aspiciens, hæc verba addidisset: *Tur, e etiam me salutas, qui tam acerbè Imperatorem odisti*, continuò Senatores, qui aderant præsentes, Proclum discerpserunt & in mediâ curiâ dilaniarunt. *Dion in Caj.* Domitianus eum Majestatis accusatos in Senatum induxisset & prædixisset, se illa die experturum, quam charus Senatui esset, facilè perfecit, ut etiam more majorum puniendi condemnarentur. *Sueton. in Domitian. cap.*11. Infinitus essem, si vel summatim recensere vellem, quotnam cordati Senatores injuriâ Imperatorum nulla præviâ causæ cognitione, interfecti prius sint, quam damnati, tantum, quod de imperio cum Tyrannis certaturi viderentur, aut saltem autoritate sua libidini principum tacitè convitium facturi. Augustus supremis sermonibus, cum tractaret, quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent, aut impares vellent, vel idem possent, cuperentq;

18. *Solus nutus Tyranni sufficit ad condemnationem.*

M. Lepidum fertur dixisse capacem, sed aspernantem, Gallum Asinium avidum & minorem, L. Arruntium non indignum, & si casus daretur ausurum. Omnes verò, præter Lepidum, variis mox criminibus, struente Tiberio, circumventi sunt, præcipuè cum παρρησία suspitionem augerent. Nam Asinius Gallus perculserat Tiberium, partem tantum Reipubl. sibi demandari petentem, improvida rogatione, cum diceret: *Interroga Cæsar, quam partem Reipubl. mandari tibi velis?* nec disterpaverat à Galli oratione Arruntius, qui & prætereà *dives, promtus bonis artibus & pari fama, invidiam sibi contraxerat. Tacit. libr.*1. *Annal. num.*4. Supererat ex nepotibus Augusti Agrippa, quem quidem is SCto Sarrentum amoverat, sed paucos ante obitum Augusti menses rumor incesserat, Augustum electis conscijs & comite uno Fabio Maximo ad visendum Agrippam vectum: multas illius utrinq; lachry-

19. *Tiber. sustulit, omnes qui videbantur imperij capaces.*

chrymas, & signa caritatis, spemq; ex eo fore, ut juvenis penatibus avi redderetur. Ergo *primum facinus novi principatus fuit, postumi Agrippæ cædes*: propiusque verò putat Tacitus, *Tiberium ac Liviam, illum metu, hanc novercalibus odijs, suspecti & invisi juvenis cædem festinavisse*. *Tacitus 1. Annal. num. 2.* Ad exemplum Liviæ Agrippina filii imperium pari à parricidio exorsa est, de quo idem Tacitus *3. Annal. in pr. Prima novo principatu mors Iunij Silani proconsulis Asiæ per dolum Agrippinæ paratur, non quia ingenij violentia exitium irritaverit; segnis & dominationibus alijs fastiditus, adeo ut C. Cæsar pecudem auream eum appellare solitus sit: Verum Agrippina fratri ejus L. Silano necem molita ultore metuebat, crebra vulgi fama, anteponendum esse, vix dum pueritiam egresso Neroni & imperium per scelus adepto, virum ætate composita insontem, nobilem, & quod tunc spectaretur, è Cæsarum posteris. Quippe Silanus. D. Augusti abnepos erat. Hæc causa necis.* Nero statim manus injecit etiam Britannico fratri & legitimo imperii hæredi, perinde ut Cajus antea Tiberio, Tiberij ex Druso nepoti, eò, quod diceret ab eo mortem suam optatam atque expectatam fuisse. *Xiph. in Calig.* & paulò post, Bassianus Getæ, *Spartian. in Get.* Domitianus. Flavium Clementem patruelem suum, contemtissimæ inertiæ, cujus filios etiamnum parvulos successores palam destinaverat, repentè ex tenuissima suspitione tantum nō ipso ejus consulatu interemit. *Sueton. in Domit. cap. 15.* Nec Tiberius liberum rerum omnium arbitrium sibi sumsit, antequam Germanicum, Drusum, Liviam, Agrippinam, Sejanum, & cæteros regni æmulos, quorumve virtutem revereri assueverat, aut è medio tulisset, aut ut tolleretur, non prohibuisset. *Occultum enim ac subdolum fingendis virtutibus se prabuit, donec Germanicus ac Drusus superfuere. Idem inter bona malaq; mixtus, incolumi matre: intestabilis sævitia, sed obtectis libidinibus, dum Sejanum dilexit, timuitve. Postremò in scelera simul ac dedecora prorupit, postquam remoto pudore & metu, suo tantum ingenio utebatur. Tac. 6 Annal. in fin.* Observatum fuit, neminem eorum, qui cum Tiberio consulatum gesserunt, non infelicissima morte obiisse, & ex eo augurium captū est de morte Drusi, postquam consularem dignitatem cum Tiberio adeptus erat, siquidem & is & postea Sejanus & ante Quintilius Varus, Cn. Piso, adeoque Germanicus miserè perierunt. *Xiphil. in Tiber. nu. 5.* Quin etiam ex viginti consiliariis, quos super veteres amicos ac familiares, sibi è numero principum civitatis depoposcerat, vix duos aut tres incolumes præstitit, cæteros, alium alia de causa, perculit. *Sueton. in Tiber. c. 55.* Ita quippe Tyranni tollunt in altum, ut lapsu graviore præcipitent, postquam temerè ingesta potentia invidiam possessori creare, suspitionemque majoris spei conciliare cepit. *Duo simul pacis decora, una ætas tulerat, Labeonem Antistium, & Capitonem Atejum*, ait Tacit. *3. Annal. in fin. Labeo incorrupta libertate, & ob id fama celebratior: Capitonis obsequium dominantibus magis probatur. Illi quod intra præturam stetit, commendatio ex injuria: huic, quod consulatum adeptus est, odium ex invidia oriebatur.* Haterius verò, *quia somno aut libidinosis vigilijs marcidus, & ob segnitiem, quamvis crudelem principem non metuebat*, ait idem *lib. 6. Annal. in pr.* De Domitiano fertur *quod non aliud certius atrocis exitus signum dederit, quàm principij lenitatem, quodve morte damnandos prædie quam mori cogeret, in cubiculum vocaverit, assidere in thoro juxta jusserit, securos hilaresq; dimiserit, partibus etiam de cæna dignatus sit. Sueton. in Domit. cap. 11.* non minus callida sævitia, quàm Tiberius in Capreensi secessu amico convivio exceptum Gallum longè à suspitione insidiarum amovebat, quam propè ad exitium ducebat, datis ad Senatum literis, quib. convivam ad supplicium rapi jubebat, *Xiphil. in Tiber. num. 9.* aut quam Nero matrem cum osculis & amplexu hilari ad perforatam & machinosam navem deducebat, Britannicoque fratri venenum cœnanti secum in triclinio & colludenti infundebat.

Apud Commodum verò post conjurationem Perennis ferè capitale fuit præfectum prætorio præfuisse, quoniam, licet ab omnib. sibi metuant Tyranni, maximè tamen suspectos habent principes, cū cæterorum odium mane & in

Margin notes:

20. *Nec non Neronem ad huius exemplum.*

21. *Tiberij incũ- [illegible] versa fidia.*

22. *Tyrannorum nefasta amicitia.*

23. *Quæ potentes suspectos habeant Tyranni.*

& in conatu ipſo fatiſcens, ſine periculo contemnatur, his verò potentia facultatem ſubminiſtret effectum dandi, quod alii fruſtrà cogitant. *Cocceius Nerva, omnis divini humaniq; juris ſciens, integro ſtatu, corpore illæſo, ſub Tiberio moriendi conſilium cepit, nequicquam deprecante Imperatore, grave conſcientia ſua, gravi fama ſua fore dictitans, ſi proximus amicorum nullis moriendi rationibus vitam fugeret. Ferebant enim gnari cogitationum ejus, quantò propius mala Respubl. viſeret, ſuarumq; adium ex ſummo vicini parietis incendium metuens, ira & metu, dum integer, dum intentatus, honeſtum finem voluiſſe.* Tacit. 6. *Annal.* Nec alio conſilio mortem ſibi conſcivit Marcus Syllanus ſocer Caii, quem Tiberius in tantum honorem habuerat, ut nollet ab eo provocari poſſe, quam quod ſentiret ſe propter virtutem ſuam, & nobilitatem generis gravem eſſe Cajo & propterea ab eo injuriam accipere. *Xiphil. in Caj. num.* 2. Cui enim ex Senatorio ordine, quem ad ſpem ſaltem majoris honoris virtus evexerat, pepercit Tyrannicorum principum ſuſpicioſa ſævitia? Tiberius poſtremo quinquennio amplius 50. ex præcipuis Senatoribus & equeſtris ordinis, unico affectati imperii crimine perculſit. Tac. 6. *Annal.* Et ut ait Dion: *Quemcunq; excellere, videbat aut ſperare principatum, eum funditus perdebat.* Tantaque multitudo Senatorum interiit, *ut magiſtratus provincias, quas ſortiti erant, prætorij quidem viri triennium, conſulares autē ſexennium penuria ſucceſſorum obtinerent.* Xiphil. in *Tiber. in fin.* Nullus à pœna hominum ceſſavit dies, ne religioſus quidem ac ſacer. Animadverſum in quoſdam ineunte anno novo: accuſati damnatiq; multi cum liberis & uxoribus. *Sueton. in Tiber. c.* 61. Cajus non

24. De eodem. tantum multos honeſti ordinis deformatos prius ſtigmatum notis, ad metalla & munitiones viarum, aut ad beſtias condemnavit, aut beſtiarum more quadrupedes cavea coërcuit, aut medios ſerra diſſecuit, non alia de cauſa, *niſi quòd malè de munere ſuo ſenſirent, vel quod nunquam per genium ſuum dejeraſſent.* *Sueton. in Caj. c.* 27. ſed ſæpè etiam in cunctos pariter Senatores, ut Sejani clientes, aut matris ac fratrum ſuorum delatores invectus eſt, prolatis libellis, quos crematos ſimulaverat, defenſaq; Tiberii ſævitia, quaſi neceſſaria, cum tot criminantibus credendum eſſet. *Suet. in Caj. c.* 30. Invectivæ ſummam hanc refert Dion, ex qua liquet cauſa Tyrannidis: *Vos Tiberium aſperè tractaſtis, Sejano animos inflaſtis, poſt eum occidiſtis: itaq; intelligo, me nihil boni a vobis expectare oportere.* Mox Tiberium ſic adhortantem introduxit: *Tu verò Caij, omnia verè recteq; dixiſti: quamobrem diligas eorum neminem, nemini in poſterum parcas, omnes te oderunt, te mortuum omnes cupiunt. Nemo enim libenter ſubjici poteſt, ſed unuſquiſq; quamdiu timet, potentiorem colit & obſervat: poſt ubi cepit rebus ſuis confidere, ulciſcitur imbecilliorem.* Aſſidentibus aliquando Coſs. ſubriſit, ejuſq; cauſam iis blandè quærentibus, *Quid*, inquit, *niſi uno meo nutu jugulari utrumq; veſtrûm ſtatim poſſe.* Aditus in itinere, cum ad triumphum ex Galliis ſe reciperet, à legatis ampliſſimi ordinis, ut maturaret orantibus, quam maxima voce, *Veniam*, inquit, *veniam, & hic mecum*, capulum gladii crebrò verberans, quo cinctus erat. Edixit & *reverti ſe, ſed iis tantum, qui optarent, equeſtri ordini & populo. Nam ſi neq; civem neq; principem Senatui amplius fore.* Vetuit etiam quemq; Senatorium ſibi occurrere, ingentia prætereà facinora auſus, & aliquantò majora moliens. Siquidem propoſuerat Antium, deinde Alexandriam commigrare, interemto prius utriuſque ordinis electiſſimo quoque. *Suet. in Caj. c.* 32. & 49. Claudium apud Acacum Pedo Pompejus ex l. Cornelia, omnium amicorum interfectorem accuſat: *Occiſos Senatores XXX.* (Triginta quinq; habet Sueton.) *Equites Romanos tercentum amplius* objicit. *Sen. de mort. Claud.* Nero univerſum Senatum adeò graviter oderat, ut ei Vatinius proptereà maximè gratus eſſet, quod ei ſemper diceret: μισῶ σε καῖσαρ, ὅτι συγκλητικὸς εἶ. *Dion. in Ner.* Ideoque C. Iulius vindex, ad defectionem legiones hortatus, id ipſi primo loco objectat: *Omnem orbem terrarum, cujus imperium tenet, compilavit. florentiſſimos quoq; Senatores ſuſtulit. Idem ibid.* Exhibuit ad ferrum quadringentos Senatores, ſexcentoſq; Equites Romanos. *Sueton. in Ne-*

25. De ſævitia Caij Caligulæ.

26. Claudij.

27. Neronis.

in Neron. cap. 12. Stella crinita, quæ summis
potestatibus exitiũ portendere vulgò puta-
tur, per continuas noctes oriri cœperat. An-
xius ea re Nero, ut ex Babilo Astrologo
didicit, solere Reges talia ostenta cæde ali-
qua illustri expiare, atque à semet in capita
procerum depellere, nobilissimo cuiq; exi-
tium destinavit. *Id. c.* 36. Vnde Datus Atella
narũ histrio in novissima clausula Senatum
gestu notans, dixit: *Orcus vobis ducit pedes.*
Id. c. 39. Nam Senatum universum veneno
per convivia necare, urbem incendere con-
stituerat, feris in populum immissis, quò
difficilius defenderetur. *Id. c.* 43. In summa,
Crimen publicũ, ait Dion, *omnibus erat vir-
tus, opes, nobilitas.* Thraseam & Helvidium
exemplo habe, alterum priscæ fidei & con-
stantis gravitatis, alterũ innoxiæ affinitatis
pœnas dantem. Quid Agrippino objectum,
*nisi tristis patris fortuna, quando & ille in-
nocens Tiberij sævitia concidisset?* Montanus
*proba juventa neque famosi carminis, quia
protulerat ingeniũ*, extorris actus. Torqua-
tus Silanus mori adactus, quia *super Iunia
familia claritudinem D. vum Augustum
atavũ ferebat.* L. Silanus quod *claritudine
generis, & modesta juventa* C. Cassius, *opi-
bus vetustis & gravitate morũ* præcelleret.
Borea Soranus, quod offensiones principis
auxerat, *justitia atq; industria. Tacit.* 15. &
16. *Annal.* Corbulonem perdidit invidiosa
fortuna & fidele servitium, quippe qui gla-
dium in se stringere coactus, dixisse fertur:
Dignus: tum demum errorem suum agno
scens, quod cytharœdo pepercisset & ad eum
inermis venisset. Rufum Proclum, Sulpitios
& Scribonios in suspitionem deduxit pro-
vinciæ cum laude administratio *Xiph. in pr.*
Thuscum nutricis, filium relegavit, quod in
procuratione, Ægypti balneis, in adventum
suum extructis, lavisset. *Sueton. in Neron.
cap.* 35. Rubellium Plautum in Asiam com-
migrare coegit, cui nobilitas per matrem ex
Iulia familia, quod fulguris vana interpre-
tatione mutatio regni, quæ Cometæ nuper
exorti fulgore portẽdi credebatur, ad ipsum
spectare putaretur, fovereturq; inde à mul-
tis, quibus nova & ancipitia præcolere avida
& plerunque fallax ambitio est. *Tacitus
lib.* 14. *Annal.* Nec multò post Tigellinus,
Burrho successor datus, ipsum unà cum Syl-
la contrucidandum in exilio censuit, quod
uterq; maximè timeretur, alter in Asia, alter
in Gallia. Non enim se, ut Burrhum, diver-
sas spes, sed solam incolumitatem Neronis
spectare ait. *Id. Ibid. num.* 8. Atque *nullum
adeò necessitudinis genus est*, inquit Suet.
c. 35. *quod non scelere perculerit, à Claudio
Vitrico & patre adoptivo exorsus, inde in
Britannicum fratrẽ, Agrippinam matrem,
Amitam matris, Octaviã quamvis modestè
agat, & nomine patris & studijs populi gra-
vem, Tac.* 14. *Annal. n.* 8. nec non *Poppæam
uxorem, Antoniam filiam Claudij progressus.
Similiter interemit cæteros, aut affinitate a-
liqua sibi aut propinquitate conjunctos, in
quibus Aulum Plancum juvenẽ, quem cum
ante mortẽ per vim constuprasset, Eat nunc,*
inquit, *mater mea & successorẽ meum oscu-
letur, jactans dilectum ab ea & ad spem
imperij impulsum, Privignũ Ruffinum Cri-
spinum Poppæa natum, impuberem adhuc,
quia videbatur ducatus & imperia ludere,
mergendum mari, dum piscaretur, servis
ipsius demandavit.* Domitianus dicebat, 18. Domitiani.
*Imperatores, à quibus permulti homines
non punirentur, fortunatos magis, quàm
bonos esse*, eaque opinione in multos prima-
rios Senatores compluribus de causis morte
& exilio sævijt. *Xiphil. in Domit. in pr.* Me-
tium Pompusianũ, de quo responsum acce-
perat Vespasianus, regnaturum aliquando,
in Syrmum relegavit, & mox interfecit, ac-
cusatum præter cætera, *quod haberet orbem
terræ pictum in parietibus cubiculi, quodq;
conciones Regum & cæterorum Principum.
quæ sunt apud Livium, evolveret & stu-
diosè legeret.* Indagatis diebus horisque,
in quibus principes viri nati essent, plerosq;
ex iis etiam, qui potentiam nunquàm spe-
raverant, sustulit, adeoque Nervam occidi
jussisset, nisi unus ex Astrologis pro sua erga
ipsum benevolentia dixisset, cum paucis
post diebus moriturum. Salvio Coccejano
exitio fuit, *quod Othonis Imperatoris patrui
sui natalem diem celebrasset*, Salustio Lu-
cullo Britanniæ legato, *quod lanceas nova
forma appellari Lucelleas passus esset*, Gla-
brioni, *quasi res novas moliretur*, imprope-
ratum fuit crimen *impietatis*, ut & Flavio

Clementi patrueli & Flaviæ Domitillæ uxori. Flavium autem Sabinum alterum è patruelibus occidit, *quod cum Comitiorum consularium die destinatum perperam præco non Consulem ad populum, sed Imperatorem pronuntiasset.* Occidit & Elvidium Prisci filium, *quod quasi Scenico exodio sub persona Paridis & Oenones divortiū suum cum uxore tractasset, Suet. in Dom. cap. 10 & 15. Xiphil. in Domit.* Vniversis principibus Se-

29. *Convivia emortualia Tyrannorum.*

natorij & Equestris Ordinis emortuale convivium paravit, quo, quid sibi in cuiusque vitā liceret, ludicro terriculamento, ostendere voluit. Introduxit eos in ædes undique atratas collocata juxta unumquemq; columna, instar sepulcri, in qua nomen eius scriptum erat, appensoque lychnucho parvo, ut assolet in monumētis. Tum immisit pueros nudos, atramento obsitos, tanquam spectra quædam, horribili salutatione convivas excipientes, omniaque administrantes, quæ in exequiis mortuorū fieri solent, usq; adeò, ut nihil nisi atrū apponeretur. Diu inter spem metumq; suspensos tenuit convivas, omnia infausta, ut est natura timoris, sibi metuentes, præcipuè cum Domitianus nihil nisi mortes & cędes loqueretur. Delusos domum ab ignoto satellitio quidem portari curavit, sed post paucas horas submisit, qui novo nuntio, quasi ab Augusto milites venirent, intepescentem timorem refricarent, & totâ nocte suspensos animos turbarent. *Xiphil.*

30. *Domitiani.*

n. 3. Non absimili joco Heliogabalus ebrios amicos plerunque claudebat, & subitò nocte Leones & Leopardos & Vrsos exarmatos immittebat, ita ut expergefacti in cubiculo eodem, Leones, Vrsos, Pardos, cum luce, vel quod est gravius, nocte invenirent, ex quo plerique exanimati sunt. *Lamprid. in Heliogab. nu. 9.* Talia convivia descripsit Claudian. *de bell. Gildon.*

Fixus quisq; toro tacita formidine libat,
Carnifices epulas incertaq; pocula pallens
Haurit, & intentos capiti circūspicit enses,
Splendet Tartareo furialis mensa paratu
Cæde madēs atrox gladio, suspecta veneno.

Maximinus sub auspiciis novi imperij omnes aulæ assuetos & magis conspicuos dimovit, eo consilio, ut scribit Herodot. *quo solus esset in exercitu, neminemq; propè se haberet ex conscientia nobilitatis potiorem, sed velut ex arce quadam citra ullius reverentiam Tyrannidis operibus vocare posset. in Maxim. in princ.*

Præcipuè verò infensus fuit Domitianus Philosophis, quos omnes urbe Italiaque submovit, eò quod Pætum Thraseam & Elvidium Priscum sanctissimos viros appellarent. Non solum enim vel ipso intuitu exprobrant Tyrannis sapientes vesaniam, sobrij luxuriam, probi viri impietatē, quemadmodum Thraseæ obiicit Cossutianus: *Habet sectatores vel potius satellites, qui nondum contumaciam sententiarum, sed habitum vultumque eius sectantur, rigidi & tristes, quietibi* (loquitur ad Neronem) *lasciviam exprobrent; Tacit. 16. Annal. n. 6.* sed & tàm divinæ, quàm humanæ sapientiæ studiis excoluntur in odia eorum, quos in publicam perniciem vivere, & cuiusque manui impunè exponi itidem inde didicerunt. A Philosophis enim profecta est lex: *Multandum esse patrem alimentis à filio sibi debitis, si Tyrannum filium habuisset. Senec. 1. contr. 7.* Philosophi quemvis in Tyrannum hostem legitimum decernunt, de quorum consilio Aristogitoni & Harmodio statuæ ab Atheniensibus erectæ sunt, ab ipso Xerxe honoribus summis affectæ. *Val. Max. lib. 2. cap. ult.* Nam cum Democritus apud Dionysium rogaretur, *quod aris genus esset optimum*, respondit: *Ex quo Athenienses statuas fecerunt Harmodio & Aristogitoni. Laert. li. 9. qui idem attribuit Diogeni lib. 6. ut Antiphonti Oratori Plutarchus:* Argeus iter aliquandò faciens per Siciliæ Selinuntem, cum in sepulcro quodam legisset: (Viri

Hosce Selinuntis quicunq; Tyrannica Ma-
Extinxere, ferus perdidit in foribus, &c.

Iure perijstis, inquit, *qui ardentē Tyrannidē extinguere conati estis. Nam permittendum potius fuit, totam cremari. Plut. in Apophte. in Lacon.* Chion & Leonides, Heracleâ oriundi, cùm à Platone, in cuius se disciplinam dederant, quantum monstrū esset Tyrannis, quamqs piâ manu trucidaretur, didicissent, domum reversi cognatū suum Clearchum, 31. *Clearchi.*
patriæ Tyrannico imperio incumbentem, adeò præsenti animo invaserunt, ut licet inter me-

ter medios satellites sibi moriendum esse certò scirent, mallent tamen magis patriæ libertati, quam suæ saluti consulere, *Iustin. lib. 10.* quorum exemplum imitati sunt pari successu tres juvenes Mediolanenses, Iohan-
52. *Quare Tyranni viris doctis & Philosophis potissimum adversentur.* nes Andreas Lâpognanus, Carolus vice-Comes, & Hieronymus Olgiatus, instituti in odium Tyrannidis Galeatii Sforziæ à Nicolao Montano Bononiensi, viro non inerudito & ex eorum ordine, qui nobiles pueros in literis instituendos suscipiunt. Nam cum ex ejus disciplina Tyrãnidis odium imbibissent, accedente imprimis privatæ vindictæ studio, præ quo vilis haberi solet ipsa anima, Tyrannum in foribus templi adorti, inter medios satellites & circumsistentes amicos, in ipsis Christi natalitiis feriis, suis manibus trucidarunt, ipsi eodem impetu à sectatoribus Tyranni trucidati. *Brut. in h. st. Flor. lib. 6. in pr.* Cum Herodes Aquilam Rom. insigne cõtra leges patrias Iudæorum, juxta templi fores suspendisset, nulli civium prius ad ejus demolitionem concurrerunt, quam Iuventus à Iuda & Mathia pædotribis, ad id facinus excitata & animata. *Ioseph 17. Antiq c. 8.* Cum
53. *Quoniam liberius vitia eorum reprehendant.* igitur à viris doctis Tyrãni sibi magis, quàm à fece vulgi, metuere habeant, mirum non est, si in eos crudelius ex suspitione læviant, perinde, ut in illos, quib justitiæ & veræ pietatis studium cordi, & ex adverso injustitiam sceleraq; odio esse sciunt. Seneca, quod connivere, linguamq; excusandis ineptiis & palliandis parricidiis commodare tandẽ, quantumvis serò erubesceret, venas sibi incidere coactus fuit. Heliogabalus omnes frugi viros, quos mater sollicita Alexandro in spem successionis adoptato præceptores conquisierat, aula & orbe epulit, quibusdam etiam vitam eripuit, quod fratrem virilibus officiis corrumperent, causatus. *Herod. in Helig. nu. 4.* Idem universos Senatores urbe jussit excedere & Sabinum Vlpianumque, ut viros bonos interfici, quibus tamen vitium centurionis, qui exilium sibi præ cæde imperari obaudierat, salutem obtulit. *Lamprid. in Heliog n. 5.* Papinianum ecquã alia de causa occidi jussit Antoninus Caracallus, quã quod parricidium Imperatoris & in Senatu & apud populum diluere recusaret, dicens: *Non tàm facilè parricidium excusari posse, quàm fie-ri.* Et hic quidem, cum raptus à militibus ad palatium traheretur occidendus, quantum instet viris dignitate & virtute præeminentibus à Tyrannis periculi, præmonens, dixisse fertur: *Stultissimum fore, qui in suum subrogaretur locum, nisi appetitam crudeliter præfecturam vindicaret*, quod verbum Macrinus adeò sibi cordi esse sivit, ut præventurus, antequam præveniretur, Caracallum in castris è medio tolleret. *Ael. Spart. in Caracal.* Actum agerem, si pios Episcopos, devotos Christianos, à Tyrannis ea de causa trucidatos, in acie sisterẽ à D. Iohanne exorsus vellem, quod liberius vitia reprehenderint, & ad meliorem frugem dissolutam licentiam cordatè reflectere ausi fuerint.

Quocunq; enim oculos circumduxeris, ubiq; Tyrannis nihil prius in votis optatisq; fuisse invenies, quàm æmulos è medio tollere, aut iis, à quibus frugi ingeniis æmulatio incuti posse videtur, civitatẽ purgare, quam purgationem Medicorum καθαρμοῖς contrariam dicit esse Plato 8. *de Rep.* οἱ γὰρ ἰατροὶ τὸ χείριστον ἀφαιροῦντες λείπουσι τὸ βέλτιστον, οἱ δὲ τοὐναντίον. Dionysius Tyrannus Syracusanus an quenquam fratrum & cognatorum superstitem reliquit? *Iust. li. 21.* Hieronymus, Hieronis filius, tutores à patre testamẽto relictos, tàm benignè excepit, ut aut morte voluntaria, aut fuga præverterent metum supplicio-
rum. *Liv. lib. 24.* De Periandri Tyranni Co- 54. *Inductione probatur, quàm sint Tyranni infesti civibus magnis.*
rinthij consilio diximus supra: Ejus parens Cypselus, quod inaudisset à Corinthiis, post quam ex oraculo intellexissent, Eitionis familiam parturire urbi Tyrannum, ad se adhuc in cunis vagientem missos esse 10. cives, cum sicis ad occidendum, ut insidias evasit & imperium urbis ad se transtulit, non meliorem à civibus benevolẽtiam, quàm quam puer expertus fuerat, sibi promittens, cædis & proscriptionis non prius finem fecit, quàm expulsis adversariis, metum sibi & vim nocendi civibus demeret. *Herod. libr. 5.* Nabis Lacedæm Tyrannus, ut refert Livius *lib. 34. ne qu d :ntest. ni motus oriretur, metu & acerbitate pœnarum tenebat animos. Quoniã ut salvum vellent Tyrannum sperare non poterat, cũ suspect : s quosdam civium haberet. Mox eductag: ntia principes juventutis, quos suspectos habebat, custodia traditurus,*

 clam

clam nocte interfecit : Ilotas, (hi sunt antiquitus Castellani, agreste genus) transfugere voluisse insimulati, per omnes vicos sub verberibus acti cædebantur. Cleomenes ejusdem Reip. summam ad se traducturus, nihil prius habuit, quàm Ephoris funus facere, quod hi autoritate & potentia novis conatibus quam maximè obstitissent. *Plutarch. in Cleom. num.* 8. Pisander Athenis, quamvis modestissimè auspicabatur Democratiæ in Oligarchiam mutationem, non potuit tamen, ut ait Thucyd. *libr.* 8. à violentia abstinere. *Alios enim quorum sublatio opportuna videbatur, interemit, alios in carcerem conjecit, alios relegavit.* Triginta verò Tyranni à Lacedæmoniis inducti, quoscunque volebant, comprehendebant, non jam malos & infimæ sortis homines, sed Optimates, & quos minimè toleraturos violentiam, sed potius contrà ituros arbitrabantur, quod cum Theramenes reprehenderet, Critias respondit : *fieri non posse, ut qui dominatum appetunt, eum adipiscantur, nisi eos amoveant, quos maximè impedire posse arbitrātur. Xenoph.* 2. *Græc.* Philippo Macedoni idē exprobratum volebat T. Quintius, cum obsides plures petenti negaret sibi plurium copiam esse. *Tu enim*, inquiebat, *te solùm effecisti*, Amicis scil. & cognatis interfectis. *Plutarch. in Quint.* L. Tarquinius pater nō tantùm in curia Romæ hac arte solitudinem fecerat, ita ut Iunius Bruti nomen sibi sumere cogeretur, quò simulatione stultitiæ à vi tutus esset, sed idem cōsilium Sexto filio apud Gabies, quos dolo & fraude occupaverat, imitandum proposuit. Nec mora, quam primum occasio sese obtulit, is Antistium subditis literis ad supplicium rapuit, & in societatem afficti criminis illustriores quoscunque viros implicuit, quò sublatis è medio capitibus reliquum vulgus patris exercitui & domestici hostis arbitrio exponeretur. Pater verò Romæ, cum jam firmas imperii habenas existimaret, nequissimo quoq; sodalium subornato, eorum opera multos illustres viros involvit criminibus capitalibus, πρώτους μὲν τοὺς ἐχθροὺς διαχειρισάμενος, τοὺς αὐτοῦ, ἔπειτα καὶ τῶν ἄλλων οὓς ὑπελάμβανε βαρέως ἐγκειμένους τὴν μεταβολὴν, καὶ οἷς πολὺς πλοῦτος ἦν. Vnde ex potentiorib. pleriq; haud ignari, qua de causa, impeterentur, priusquam calumniis opprimerentur, ultrò furori se subtraxerunt, solumque verterunt. Tarquinius verò sublata per mortes exiliaque parte Senatus potissima, Senatum alium constituit, amicis suis in vacua loca suppositis : ac ne his quidem permisit quicquam injussu suo vel facere vel dicere, *Halycar. lib.* 4. *Antiq. Rom.* adeoque viam monstravit, non tantum subsecutis Imperatoribus, sed & Gothis Longobardisque imò Pontificibus ipsis, & nuperrimè minutioribus urbium singularum Italiæ Tyrannis, quam sequerentur. Castrucius, cum Lucensium urbem in manu jam haberet, 31. Exemplare- centiora.
Omnes, ait Machiavell. *qui videbantur imperium Luca potiri posse, aut illuc aspirare velle, è medio sustulit, aut in exilium egit, ratus neminem eorum sibi fidum fore. Machiavell. in Castruc.* Medicæi apud Florentinos, quas non familias, partim cæde, partim exiliis exhauserunt ? Iohannes & Cosmus clanculum id egerunt, ut consensu populi, cujus favore se contra nobilitatem, plebis studiis ubique adversantem, præmunierant, etiam ante principatum invasum, spectatissimas quasque familias urbe depellerent, quod cum exprobraretur Cosmo, respondisse fertur. *Septenis aut octonis purpura ulnis cives quotidiè permultos fieri posse.* Vtebantur tum Florentini purpurea togula, sicut nunc utuntur ferè atra. Petro subinde Cosmi filio succedente, principum civitatis conjuratione detecta & dissipata, simulque discusso bello, quod Soderinus & Neronius exules à Venetis concitaverant, Bardus Altovitus, qui tum vexillifer summum magistratum gerebat, à magistratu dejecit & solum exilii causa vertere coëgit, quicunque conjurationis participes, aut contra Medicæos sensisse videbātur: Eademque fabula repetita fuit, non tantum cum Iulianus Laurentii frater in æde sacra à conjuratis opprimeretur, magno cum labore vix ad sacrarium se recipiente Laurentio, sed etiam, cum Alexander perfido ausu cecidisset, *Laur. Sur. & Ioh. Sleid. in hist. sui temp.* adeò toties reiteratis suppliciis & proscriptionib. æmulæ familiæ aut funditus deletæ, aut ad vivū usq; circūcisæ, unis Medicæis tā florētis regionis dominiū cedere tandē coactę fuerint.

Ne ve-

36. *Causæ cædium, quas fingere solent Tyranni.* Ne verò Tyrannidem suam in aperto vehant, & factis sese perinde, ut Sorex indicio, prodant, Carnificibusve deteriores evadant, ut dicere solebat Antisthenes, *qui non nisi injustos interimunt, dum hi magis in insontes grassantur, Stob ferm.* 47. varios futilesque sævitiæ invenire solent prætextus, quo jure sese agere incautè persuadeant vulgo, quemadmodum Medicæi in exilium se pellere simulabant, qui plebis commodis videbantur adversari, C. Marius, quod timeret suis conatibus erectum Metelli ingenium, ingratitudine jam exasperatum, per iniquam Apuleij Saturnini trib. pl. legem, in

37. *Odium plebis.* quam virum boni publici magis, quàm auræ popularis studiosum, minimè juraturum præviderat, insidias tetendit, votique compos factus, eunte in exilium Metello, Tyrannidis in unius imperium tandem desituræ, infelicia fundamenta jecit. *Plutarch. in Mar. num.* 10. *Flor. Epit.* 79. Martio Coriolano suppositum fuit à tribunis pl. crimen

38. *Regni affectatio.* affectari regni. *Halyc. lib.* 7. quod *unicum fuisse crimen eorum, qui crimine vacabant,* sub Tiberio scribit Tacitus. Nam si omnia alia desint, quæ pro salute principis & imperij præsentis defensione suscipitur vindicta, partim necessitate ipsa, partim boni publici prætextu excusatur. Ignoscendum quippe est ei, qui sanguinem suum quomodocunq; redimere voluit, & hostis censetur pacis publicæ, cuicunque præsens conditio odio est.

39. *Conjuratio.* Itaq; Commodus Imperator, nactus semel sæviendi occasionem ex imprudenter detecta Lucillæ sororis multorumq; Senatorum conjuratione, præcipuè cum consilium suggessisset Perennis, ut præcipuum quemque succideret nec eminere quenquam pateretur, non tantum ad supplicij consortium traxit, quoscunq; suspitio aliqua prægravarat, sed etiam finxisse contra se conjurationes fertur, ut liberè in bona & vitas civium grassandi causam arriperet. *Herod, libr.* 1. *Lamprid. in Comm. num* 3. Nero jam per se sanguinarius & metu sævus, multò evasit sævior, quasi per justam causam duabus conjurationibus promulgatis. Nullus enim posthac adhibitus delectus, aut modus interimendi quoscunq; libuisset, quacunque de causa, *Sueton, in Ner, c.*36, 37. Aristomachus Argivorum Tyrannus sumta occasione, quod Aratus Argivos Achæorum ope per insidias aggressus fuisset, q. conscij fuissent insidiarum, octuaginta ex primariis civium in conspectu necessariorum strangulari jussit. *Polyb. lib.*2. Tarquinius Iunior ementitas literas supposuit in ædibus Antisti, quarum testimonio tàm hunc, quàm principes Gabinorum uno crimine involveret, & populo mactandos objiceret *Halycar. lib.* 4. Tiberius, occiso Sejano, irritatusque amicorum ejus suppliciis, cunctos, qui Sejanum, etiam jussu & exemplo Imperatoris venerati fuerant, absque discrimine necari voluit. *Iacuit*, inquit Tacitus, *immensa strages, omnis sexus, omnis ætas, inlustres, ignobiles, dispersi aut aggregati. Neq; propinquis aut amicis adsistere, ne lacrymari, ne visere quidē diutius dabatur; sed circumjecti custodes & in mærorē cujusq; intenti, corpora putrefacta adsectabantur, donec in Tiberim traherentur, ubi fluitantia, aut ripis adpulsa, non cremare quisquam, non contingere. Interciderat sortis humanæ commercium vi, metu: quantumq; sævitia glisceret, miseratio arcebatur lib.*6. *Annal.* Valens Imper. cum quidam per sortes imperij successorem scrutati reperissent eum, cujus nomen pro initiali litera habiturum esset Θ, Th. eaque divinatio ad Theodorū quendā traheretur, non tantùm hunc cū amicis, sed quoscunq; invenerat alicujus prærogativæ cum hoc nominis initio, trucidari jussit *Marcell. lib.* 26. Crudelius aliquantulum Herodes, infantes omnes ejus ætatis, cujus credebatur esse futurus Rex in Israel, mactavit, *Matth.* 2. *Ierem.*31. Appius Silanus jussu Claudij periit, quod Narcissus libertus finxisset, visum à se in somnis Claudium manu Appij necari, illudque somnium in lecto adhuc recumbenti Claudio tremebundus narrasset. *Xiphil. in Claud. n.* 3. Equiti Romano nocturnæ quietis species causa mortis extitit, tanquam vidisset Claudium spicea corona evinctum, spicis retrò conversis, eaq; imagine gravitatem annonæ dixisset. Quidam pampineam coronam albentibus foliis visam, atque ita interpretatum tradidere, vergente Autumno mortem Principis ostendi. *Tacit.* 11. *Annal. inpr.* Pari suspitioni & crude-

crudelitati non minori obnoxia fuisse somnia sub Constantio Imperat. testis est Amm. Marcell. *libr. 15. adeò ut ægrè homines dormisse sese præsentibus faterentur externis,*
40. *Suspitio Tyranni sufficit loco probationis.*
mærerentq; docti quidam, quod apud Atlantaos nati non essent, ubi memorantur somnia non videri. Solent enim Tyranni legem Majestatis, boni publici prætextu tremendam, severiter exercere, quemadmodum Tiberius respondit consulenti prætori, an judicia Majestatis cogi juberet. *Suet. in Tib. c. 58.* & sub illam, quò longius manum extendendi copiam habeant, concludere, non tantùm facta & conatus, sed & verba & nutus & cogitationes, suspicionesq; civium. Nero quippe lege Majestatis teneri voluit *dicta factaq; omnia, quibus modò delator nō deesset. Suet. in Ner. c. 32.* Apud Domitianum satis erat objici qualecunq; *factum dictumq; adversus*
41. *Quam levia crimina concludant Tyranni sub crimine Majestatis.*
Majestatem principis. Sueton. in Domit. c. 11. Tiberius permultos occidit, quod diceret *voluntatē suā iis cognitā perspectamq; esse. Xiph. in Tib. in pr.* & Agrippā in carcerē conjecit, quod *optasse diceretur mortē importuni senis & successionem Caij. Ioseph. 18. Antiq. Iud.* Cajus *de munere suo malè opinatos* ad bestias damnavit, *Sueton. in Calig. c. 27.* & exules omnes uno impetu circa insulas trucidari jussit, quod audisset à quodam ab exilio revocato, *Deos se orasse, ut periret Tiberius,* à quo relegatus fuerat, opinans, sibi quoq; exules suos mortem imprecari. *Suet. c. 28.* Imò eo res redierat, teste Seneca *3. de benef. c. 26. ut ebriorum sermo & simplicitas jocantium exciperetur. Nihil erat tutum. Omnis sæviendi placebat occasio. Nec jam reorū expectabatur eventus, qui unus erat. Omne crimen,* ait Sueton. *pro capitali receptum, etiam paucorum simpliciumq; verborum. Nemini delatorum fides abrogata, in Tiber. cap. 61. Canabat Paulus Prætorius in convivio quodam, Imaginem Tiberij Cæsaris habens exculptam, eminente gemma: Rem ineptissimam fecero, si nunc verba quæsiero, quemadmodum dicam illū matellam sumsisse. Quod factum simul ut Maro, unus ex temporis illius vestigatoribus notavit, convivas testatus, admotam esse imaginem obscænis, cæpit proscriptionem componere, nec dubium, quin perfecisset, nisi servus ejus, cui nectebantur insidiæ ebrio annulum detraxisset, & in manu sua ostendisset* Paulatim enim, ut Sueton. testatur *in Tiber. c. 58.* eò processit calumnia, *ut hæc quoq; capitalia essent: Circa Augusti simulacrum servum cecidisse, vestem mutasse, nummo vel annulo effigiem impressam Latrinæ, aut Lupanari intulisse, dictum ullum factumve ejus existimatione aliqua læsisse. Perit deniq; & is, qui honores in colonia sua eodem die sibi decerni passus est, quo decreti & Augusto olim erant.* Vetuit etiam Tiberius effigies Augusti, ut alia numinum simulacra venditionibus hortorum & domuū accedere, deditque judicium in Falanium, quod venditis hortis statuam Augusti simul mancipasset, aliumq; quendam, qui suam imaginem cum ædibus distraxerat, condemnasset, nisi primus esset à Consule sententiā rogatus. Nam ita affectus pudore, ne in rem suam dicere videretur, reū sua sententia liberavit. *Xiphil. in Tiber. num. 7.* Marcello objecit Hispo, *statuam altius quam Cæsarū sitam, & alia in statua amputato capite Augusti effigiem Tiberij inditam. Tacit. 1. Annal.* Ennio objicit Capito, *quod effigiē principis promiscuum ad usum argenti vertisset. Tacit. 3. Annal.* & alius quidam impietatis damnatus fuit, *quod servum suū verberasset, qui dragmam argenteam Tiberij imagine signatam gestabat. Philostr. lib. 1. de vit. Apoll.* Domitianus mulierem capite punivit, *quod ante statuam principis, veste exutā, corpus denudasset. Xiphil. in Domit. n. 3. in fin.* Caracalla ad supplicium rapuit etiam eos, *qui urinam fecerant illic, ubi statuæ imaginesve*
42. De eodem.
principum erant. Spartan. in Carac. Commodus feris objici jussit eum, *qui Tranquilli librum vitam Caligulæ continentem legerat, quia eundem natalem habuerat, quem Caligula. Lamprid. in Comm. n. 4.* In summa, ut scribit Xiphil. *in Tib. n. 4. reus erat impietatis is, qui non modò in Augustum, sed etiam in Tiberium ejusve matrem fecisse aliquid, aut minus commodè dixisse deferretur, ac in eum animadvertebatur graviter. Torquebantur non modo servi contra Dominos, sed etiam liberti & cives.* Multos interfici jussit Tiberius, explorata die & hora, qua nati fuissent, atq; inde animadversa fortuna

tuna eorum & moribus. Cremutius Cordus coactus fuit, manus sibi inferre, cum aliud crimen viro seni, & qui vitam honestissimè traduxisset, improperari non posset, *quod in historia ab Augusto ipso lecta & probata. Cæsarem & Augustum non satis cumulatè laudasset, Cassiiq; & Bruti virtutes non tacuisset. Xiphil. in Tiber. n.* 7. C. Cassiū damnavit Nero, *quod inter imagines Majorū etiam C. Cassij effigiem restituisset ita inscriptam: Duci partium. Quippe semina belli civilis & defectionem à domo Cæsarum quæsitam. Tacit. 12. Annal. n. 2. Sueton. in Ner. c.* 37.

41. Deinde. Gallo objectū fuit, *quod uxorē Tiberij dimissam duxisset, & liberè de principatu locutus esset*, cui comes additus fuit Syrianus, homo doctus & eruditus, quod Tiberius diceret: *Eum Galli amicū & familiarem esse, Xiphil. in Tiber. n.* 9. C Rufus Geminius cum impietatem sibi objectam, tabulis testamenti in Senatum allatis, quibus filios suos & Tiberium hæredes faciebat ex æquis partibus, diluisset, deficiente accusandi materia, mori coactus fuit, *quod mollis & effæminatus esset. Xiphil. in Tiber. n* 10. M. Æmylium Scaurum perdidit Atreus, poema, in quo cohortatus erat ad exemplum Euripidis, *eum, qui foret sub imperio, ut principis stultitiam ferret*. Quo cognito Tiberius rem omnem ad se spectare arbitratus, seq; propter cædes factas Atrei nomine intelligi, dixit *se Scaurum Ajacem facturum*, quanquam ex hoc capite accusatus non est, sed quod Livillæ stuprum intulisset. *Xiphil. in Tib. in fin.* Alteri Poetæ objectū fuit, *quod in Tragædia Agamemnonem probris lacessisset, Suet. in Tib. c.* 61. & Cajus Atellanæ, ex cujus exodio hunc versiculum citat Suet. *in Tib. c.* 45. *Hircum vetulū Capreis naturā ligurire*, Poëtam *ob ambiguus joci versiculum* media Amphiteatri arena igni cremavit. *Suet. in Calig. c.* 27. Nero Paridem saltatorē interfici jussit, *quod cū ab eo doceri saltare cuperet, discere non potuerit.* Cinnam Tuscum mulravit exilio, *quod, cū esset præfectus AEgypti, lotus esset in balneo, quod Neroni Alexandriā venturo paratū erat*: Sulpitius Camerinus cū filio periit, *quod cū jam inde à Majoribus Pythici cognominarentur, nō desinerent eo cognomine appellari, sed in Pythicas victorias Neronis, ex similitudine nominis impij forent. Xiphil. in Ner. n.* 16. Silanus accusatus fuit, *tanquā disponeret jā imperij curas, præficeretq; rationibus & libellis & Epistolis libertos*: quæ omnia inania & falsa perinde erant, atq; incestus, qui vocabulo indicū Lepidæ C. Cassij uxori, Silani amitæ, intētabatur. *Tacit. 16. Annal. n.* 2. Salvidieno Orphito objectum fuit, *quod tabernas tres de domo sua circa forū civitatibus ad stationē locasset*, Pæto Thraseç, *tristior & pædagogi vultus. Sueton. c.* 37. Domitianus Metium Pompusianum in Cyrnum relegavit, ac mox interfecit, *quod haberet orbem terræ pictum in parietibus cubiculi, quodq; conciones Regum & cæterorū principum, quæ sunt apud Livium scriptæ, evolveret, & studiosè legeret*, Maternum Sophisten occidit, *quod exercendi sui causa in Tyrannos dixerat. Xiphil. in Domit. n.* 4. Boetius à Gothorum Rege conqueritur, se missum fuisse in exiliū, tantùm, *quod argueretur sperasse libertatē Romanam. Boet. lib. 1. pros.* 4.

Intentantur verò hæc & id genus alia Majestatis crimina non tantum æmulis imperij, & quos vel virtus & imperterrita eruditio, vel autoritas in vulgus suprà communē civium ordinem spectatos adeoq; Tyrannis timendos facit, sed post illos etiam Divitibus, ut Arist. tradit 5. *lib. Polit d. c.* 11. tum quod divitiæ potentiam & favorem popularem secum vehant, tum quia hoc agendum est Tyrannis, dicente Nerone, *ne quis quicquam habeat. Sueton. in Ner. c.* 32. Qui volucres prohibere cupit, ne in cœlū subvolent, pennas circumcidit, & serpentes, demto aculeo, ad blandimenta convertuntur. Itaq; tertium Tyrannorum institutum memorat Aristot. ἀδυναμίαν τῶν πραγμάτων. Cum enim nemo ἐπιχειρῇ τοῖς ἀδυνάτοις, nec Tyrannidem quisquam frustrà insultare præsumitur velle, μὴ δυνάμεως ὑπαρχούσης. Accedit necessitas, quæ rapaces facit Tyrannos, dum non tantùm luxu & libidine, in quæ perenni sumtu opus est, ad paupertatem adiguntur, sed etiam, ut ratiocinatur Hieron, *apud Xenophont. in Tyrann. Exigenda sunt pecunia, si volumus habere, quæ suppetāt nobis in sumtus necessarios, in militiā mercenariam, custodiā corporū opera superba, munitiones arcium, & præmia magistratuum.*

44. *Post virtutem Tyrannos ruere contra divitias.*

45. *Quare divitibus insidientur Tyranni.*

Tyran-

Tyranni, inquit, *multa prædari coguntur*, & *à templis, sacrilegio, & ab hominibus rapina, eo, quod nunquam illis sufficit pecunia ad sumtus necessarios. Perinde enim ac si bellum semper esset, coguntur aut exercitum alere aut perire*. Partim igitur inopia vertuntur Tyranni ad rapinas & exactiones, partim ut exhaustis civibus facultatem adimant nocendi.
46. *Nova opera comminisci Tyrannos ad exhauriendum populum.* Nam Herodes opera tot magnifica exorsus in medio opere sæpè derelicta, tot civitatum fundationes non alio consilio aggressus est, quàm ut occasionem haberet, novis tributis populum gravandi. *Ioseph.16. Antiq. c.2. 9. 11.* Tarquinius Superbus inter cæteros maximè capitalibus criminibus involvit, εἰς πολὺς πλῦτ[illegible] ἦν, quò morte damnatorum bona occupandi sibi potestatem faceret. *Halyc. lib. 4. Antiq.* Dionysius Syracusanus locupletissimos quosque post cognatos, urbe depulit, ut sibi relinquerent, unde adulatores pasceret. *Iustin. lib. 21.* Tiberius enim testamenta condendi potestatem, quam integram hactenus habuerant, proscriptis etiam abstulit, quò majori jure deserta bona involare & fisco vindicare videretur. *Xiphil. in Tiber.*
47. *Divitiæ multis causa mortis sub Tyrannis.* De triginta Atheniensium Tyrannis sic memorat Xenoph. *lib. 2. Græcan. Multos inimicitiarum, plures verò interficiebant pecuniarum gratia, & ut esset, unde præsidio pecunias persolverent, decreverunt unumquemque advenam unum prehendere debere, quem interficeret, ejusque pecuniam obsignaret.* Hoc est, quod Plato dicit 8. *de Rep. circa fin.* τοὺς πλουσίους sub Tyrannide maximè periclitari, & nihil hodie apud Indos Achinenses religiosius vitari, quàm suspitionem divitiarum refert Herm. de Bree. *part. 8. histor. Ind.* quod Tyranni ejus urbis & regionis, ut primùm spes lucri affulsit, subditorum bonis insidiari soleãt. Diogenes rogatus, quo pacto Dionysius uteretur amicis, *ut utribus*, inquit: *plenos suspendit, inanes abjicit, significans à Tyranno divites occidi, pauperes sperni. Laert. lib. 6.* Brutus maluit omnia sua in prædam regiæ libidini relinquere, quam ea nequicquã retinendo in periculum vitæ incurrere. *Liv. lib. 1.* Quam vellet Q. Aurelius nihil possedisse, cum nomen suum inter proscriptos à Sylla legens, diceret. *Domus mea Albana me perdidit. Plutarch. in Syll. n. 14.* Nam tàm Marius, Sylla, quàm Triumviri, Augustus, Antonius & Lepidus nullos prius extorres egerunt, quàm quos divitiis affluere sciebant, adeò ut Antonius, cũ ipsi caput occisi quasi hostis offerretur, quem Fulvia, ut hæreditatẽ ejus lucraretur, noxiis miscuerat innoxium, negaret *faciem hominis sibi cognitam. Plutarch. in Anton. Mar. & Syll. Dion in Triumv. & Xiphil. in August. c. 3.* Nã *Fulvia*, ut ait Dion, *nõ tam odio, quam studio quærendæ pecuniæ, sæpè morte multabat viro suo incognitos.* Quod si Nabothus vineã caruisset, regiis hortis heu nimiũ vicina, nihil causæ insidiarũ in illũ struxisset Iesebel, *1. Reg. c. 21.* nec Agrippina Statiliũ Taurũ *nisi opibus illustrẽ, hortisque ejus inhians*, pervertisset. *Tacit. 12. Annal.* Tiberius Sex. Marium Hispaniarũ ditissimũ, incestus in filiã accusatũ, saxo Trapejo dejecit: *Sed ne dubium haberetur, magnitudinem pecuniæ malo vertisse, aurarias ejus, quanquam publicarentur, sibimet Tiberius seposuit. Tacit. 6. Annal.* Constat, Cn. Lentulũ augurẽ, cui census maximus fuerat, metu & angore ad fastidium vitæ ab eodẽ actum, *ut ne quo, nisi ipso herede, moreretur*: 48. *De eodem.* condemnatam & generosissimam fœminam Lepidam in gratiam Quirini Consularis prædivitis & orbi, qui dimissam eam è matrimonio post 20. annum, veneni olim in se comparati arguebat: Præterea Galliarum & Hispaniarum, Syriæque & Græciæ principes confiscatos ob tàm leve ac tàm impudens calumniarum genus, ut quibusdam non aliud sit objectum, *quam, quod partem rei familiaris in pecunia haberent.* Sed & Venobrem regem Parthorũ, qui pulsus à suis, quasi in fidem populi Rom. cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia & accitum. *Sueton. in Tib. c. 49.* Cajus, qui sumtuum magnitudine omnium prodigorum ingenia superare properabat, *Aut frugi hominem oportere esse* dictitans, *aut Cæsarem*, postquam immensas opes totumque illud Tiberii Cæsaris vicies ac septies millies H S. non toto vertente anno absumserat, sparsis etiam nummis in plebem & inutili mole mari complanato, exhaustus deorum atque egens ad rapinas convertit animum, vario & exquisitissimo calum-

calumniarum & auctionum & vectigalium genere. *Sueton. in Cal. c. 37. 38.* Satis constat Maconem non lenocinium, quod prætexebatur, sed divitias ex adulatione conquisitas perdidisse. *Xiphil. in Cajo, num. 2.* Et de Iu-

49. Divitiæ criminosæ sub Caio.

nio Prisco, eadem de causa ad supplicium rapto, Cajus ipse ratione admirabili confessus est, *quod nihil deliquerit supplicio dignum, ideoque se à Prisco deceptum fuisse, illumq; frustrà mortuum, cum potuisset vivere. Xiph. in Caj. n. 4.* Et commune quidem crimen sub Cajo extitisse *divitias*, autor est Dion. *Cognoscebat autem de talibus causis taxato prius modo summa, ad quē conficiendum consideret, confecto demū exestabatur. Ac super X L. reos quondam ex diversis criminibus unâ sententiâ condemnavit, gloriatusq; est expergefacta somno Cæsonia, quantū egisset, dum ea meridiaret. Auctione proposita, reliquias omnium spectaculorum subjecit & vendidavit, exquirens per se pretia, & usque eò extendens, ut quidam immensè coacti quædam emere ac bonis exuti, venas inciderent. Sueton. in Caj. cap. 38.* Consumta urbe ac totius Italiæ pecunia in Galliam iter suscepit, ad eam gentem, quæ tùm erat maxima atque florentissima, unà cum Hispanis spoliandam. Ibi publicum crimen fuit divitem esse: atque horum possessiones cum venderet ipse, inde multò majorem pecuniam redegit, quod omnes cogebantur pluris, quam res essent, emere. *Xiphil. in Caj. num. 5.* Repetiit etiam ab urbe, quicquid instrumenti veteris aulæ erat, cui distrahendo nihil non fraudis ac lenocinij adhibuit, *modò avaritiæ singulos increpans, & quod non puderet eos locupletiores esse, quàm se, modò pœnitentiam simulans, quam principalium rerum privatis copiam faceret.* Compererat provincialem locupletem ducenta H. S. numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur, nec tulerat modestè tam magno æstimari honorem suæ cœnæ. Sed postero die sedenti eidem in auctione misit, qui nescio quid frivoli ducentis millib. addiceret, *cœnaturumq;* diceret *apud Cæsarem vocatu ipsius. Suet. c. 39.* Ne ex lusu quidem aleæ compendium spernens, plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. Quondam proximo collusori, demandata vice sua, progressus in atrium domus, cum prætereuntes duos Equites Roman. locupletes sine mora corripi confiscariq; jussisset exultans rediit, glorian sque, nunquam se prosperiore alea usum. *Sueton. cap. 41.* In Galliis cum sibi argentum ad lusum deesset, ob eamque causam Gallos censeri ac eorum locupletissimos interfici jussisset, ad collusores reversus dixit: *Vos quidem de parvo drachmarum numero contenditis: At ego collegi aureorum sexagies centena millia.* Inter hos cecidit &

50. Item sub Nerone.

Iulius Sacerdos Gallus, non usq; adeò dives, ut propterea debuissent illi insidiæ parari. *Xiphil. n. 5.* Paucis vides ingenium Caij, qui inter omnes Imperatores ad perfectionem Tyrannidis proximè accessit: Sed postquam Nero se ad eius mores confingere ceperat, brevi, judice Dione, illum superavit. *Divitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quàm profusionem: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret: prælautos magnificosq;, qui abuterentur ac perderent. Laudabat mirabaturq; proinde avunculum Cajum, nullo magis nomine, quàm quod ingentes à Tiberio relictas opes in brevi spatio prodegisset.* Quare nec largiendi, nec absumendi modum tenuit. In Tyridatem (quod vix credibile videatur) octingenta nummûm millia diurna erogavit, abeuntique super H. S. millies contulit. *Suetonius in Neron. cap. 30.* cuidam prætoriano militi donaverat aureorum centum millia, quæ cum Agrippina uno in loco acervasset, ut intuitu tantæ summæ ad pœnitentiam eum proliceret, duplicari donum jussit: *Non enim putaram*, inquiens, *me tam exiguum munus dedisse. Xiphil. nu. 2. in Neron.* Nullam vestem bis induit. Quadrigenis in punctum H-S. aleam lusit. Non alia in re damnosior, quàm in ædificando. *Sueton. cap. 31.* Ergo destitutus, atque ita jam exhaustus & egens, ut stipendia quoque militum & commoda veteranorum protrahi ac differri necesse esset, calumniis rapinisque intendit animum. *Sueton. cap. 32.* nec solum nova exegit vectigalia, sed etiam inhiavit locupletum facultatibus, quas per injuriam abstulit à multis, eorumque nonnullos occidit, *Xiph. n. 2.* inter quos & pallas

cecidit libertus Claudij, non alia de causa, nisi *quod immensam pecuniam longa senecta detineret. Tacit. 14. Annal. in fin.* Possidebat enim ad aureorum quadragies centena millia. *Xiphil. in Neron. n.* 0. Libertos divites & senes olim adoptionis, mox dominationis suæ fautores atque Rectores, veneno, partim cibis, partim potionibus indito, intercepit. *Suetonius in Neron. cap.* 35. Sunt, qui suspicentur non tantum Isthmum perfodere aggressum, sed etiam Romam incendisse non alio consilio, quam ut occasionem inveniret novis tributis & exactionibus populum depauperandi. *Tum* enim inquit Tacitus 15. *Annal. num.* 6. *conferendis pecuniis pervastata Italia, provinciæ eversæ, sociique populi, & quæ civitatum liberæ vocantur. Inque eam prædam etiam Dij cessere, spoliatis in urbe templis, egestoque auro, quod triumphis, quod votis omnis populi Romani ætas, prospere aut in metu sacraverat. Enimvero Asiam atque Achajam non dona tantum, sed simulacra numinum abripiebantur*, adeò ut Seneca, quò invidiam sacrilegij à semet averteret, longinqui ruris secessum oraverit, & postquam non concedebatur, ficta valetudine quasi æger nervis, cubiculu non egressus. Solent enim Tyranni causas subjicere, ubi nullæ occurrunt. Sic Caius exorsus erat molem in mare protractam, ut Xerxe sese ostenderet magis stolidum, expeditionem Gallicam susceperat, ut pecunias tam in hunc, quam in futurum triumphum exigendi speciem ac causam haberet. Scripserat enim procuratoribus, *triumphum appararent, quantus nunquam alius fuisset, quando in omnium hominum bona jus haberent. Suet. in cap.* 47. Filia porrò nata novam exactionibus causam præbuit. *Paupertatem enim nec jam Imperatoriam modò sed & patriam conquerens onera collationes in alimoniam atque dotem puellæ recepit. Edixit & strenas ineunte anno se recepturum stetitque in vestibulo ædium Calendis Ian. ad captandas stipes quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. Sueton. cap.* 24. Heliogabalus ut thesaurum templi Carthaginensis abstraheret Vraniam Deam Deo suo Heliogabalo uxorem petiit & dotis nomine, quicquid in æde eius occultaretur. Quin & à civibus ad nuptiarum celebritatem pecuniam exegit. *Herodian. in Ariton. Heliogab.* Id verò jam prorsus Tyrannicum est, calumniis circumvenire cives quò divitiis eorum ministris voluptatem adulatoribusque distribuendis potiaris: Domitianus spectatores muneribus replebat & vinum sæpe è specu fluere sinebat. *Quæ res* ait Dion. *ut multitudini erat voluptati ita potentibus viris causa erat interitus. Multos enim occidebat, cum non haberet unde tantos sumtus faceret partim reos factos in Senatu partim absentes accusatos. nonnullos quoque ex insidiis clandestino veneno sustulit. Xiph. in Dom. n.* 2. Itaque rectè Claud. inter notas Tyrannidis, *de bell. Gilard.*

51. *Tyrannos fingere causas exactionum.*

Instat terribilis vivis morientibus hæres,
Virginibus raptor, thalamis obscœnus adulter,
Divitibusque dies & nox metuenda maritis.
Quisquis vel locuples pulcra vel conjuge notus
Crimina pulsatur falsò si crimine desunt
Accitus convivia perit.

52. *Tyrannus inhiare testamentis, & præripere hæreditates alienas.*

Cajus adeò legitur inhiasse hæreditatibus civium, ut testamenta vana & irrita pronuntiaret eorum, quoscunque quis diceret hærede Cæsare mori destinasse. Quo metu injecto, cum jam & ab ignotis inter familiares & à parentibus inter liberos palàm hæres nuncuparetur, derisores vocabat quod post nuncupationem vivere perseverarent & multis venenatas matteas misit. Omnia etiam testamenta primipilarium, quæ ab initio principatus Tyberij neque illum, neque se hæredem reliquissent ut ingrata rescidit, *Suet. in cap.* 38. Tiberius nunquam induci potuit ut veteranis dimissionem indulgeret ex senio mortem ex morte compendium captans *Suet. in Tib. cap.* 48. Nero instituit ut è libertorum defunctorum bonis pro semisse dodrans cogeretur ei, qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent illæ familiæ quas ipsæ contingeret, deinde ut ingratorum in principum testamenta ad fiscum pertinerent, ac ne impune esset studiosis viris qui scripsissent vel dictassent ea. Et cum interdixisset usum amethystini ac Tyrij coloris, submisissetque.

qui

qui nundinarum die pauculas uncias venderet preclusit cunctos negotiatores. Quin etiam inter canendum animadversam matronam, vetita purpura cultam, demonstrasse procuratoribus creditur, detractamq; illicò, non veste modò, sed & bonis exuit. *Sueton. in Neron. c.* 32. Domitianus vivorum ac mortuorum usquequaque, quolibet & accusatore & crimine, corripuit, confiscatis etiam alienissimis hæreditatibus dummodò unus existeret, qui diceret audisse se ex defuncto cum viveret, hæredem sibi Cæsarem esse. *Sueton. in Domit. n.* 12.

53. *Mitius peccat, qui peccat ex causa.*

Hactenus desæviit Tyrannorum crudelitas in certos saltem ordines civium, nec sine aliquo prætextu, quemadmodum lanienam Parisiensem & Hugonotarum stragem excusabat Catharina Medicæa, *Alterius partis interitu alteram vindicandam esse, Les Memoir: d' estat souls Charles IX. lib.* 10. & Selimus I. parricidiorum suorum injuriam mitigabat necessitate, *idem sibi timendum fuisse* dicens, *nisi prævenisset. Vasc. in Sel. l.* Vbi verò ad summum venit Tyrannis, sævitiam prorsus in naturam vertit, & non tantùm, à quibus insidiæ verisimiliter timentur, sed promiscuè cives in universum invadit, *adeoque*, ut ait Seneca, *ex voluptate crudelis est.*

54. *Sed consummatus Tyrannus est, qui ex voluptate in omnes sævit.*

Basilius Muscovita, immissis in globum hominum Vrsis & Leonibus, cum sublatum à dilaniatis ejulatum audiret, nullum cantum dixit sibi unquam auditum jucundiorem. Idem baculum gestare solebat, acuto clavo præfixum, quem per plantas agebat eorum, quibus cum sermonem cedebat, carè admodum comitatem suam vendens. Nam ut primum quis non videbatur vulnus accipere satis præsenti animo, ecce tibi paratos carceres, paratos culleos, *Oderbor. in vit. Basil.* Sicut enim olim Persæ pro verberibus grates agebant Regi, quod ex iis intelligerent, se adhuc esse in ejus memoria: Ita videbatur benevolentiam principis contemnere, qui plantas contrahebat, & benevolentia quidem frui cupiebat, vulneris autem dolorem respuebat: L. Sulla, quo nemo unquam sanguinem humanum licentius bibit, cum septem millia civium Romanorum contrucidari jussisset, & in vicino ad ædem Bellone sedens exaudisset conclamationem tot millium sub gladio gementium, exterrito Senatu: *Hoc agamus*, inquit, *P. C. seditiosi pauculi meo jussu occiduntur. Senec. 1. de Clem. cap.* 12. Cajus Calig. dicebat, cum agminatim cives ad supplicium raperet, *se rationes purgare*, *Sueton. in Caj. cap.* 30. & cum ad saginam ferarum muneri præparatarum, carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos annotavit, & custodiarum seriem recognoscens, nullius elogio inspecto, stans tantummodò intra porticum medium, *a calvo ad calvum duci* imperavit. *Sueton. in Caj. cap.* 27. *Senatores equitesq; per omnia, quæ in rerum natura tristissima sunt, fidiculis, tribularibus, eculeo, igne, vultu suo torsit, non quæstionis, sed animi causa*, ut ait Seneca 3. *de Ira cap.* 18. *Adeò impatiens fuit differendæ voluptatis, quam ingens crudelitas sine dilatione pascebat, ut in Xysto maternorum hortorum, qui porticum a ripa separat, inambulans, quosdam ex illis cũ matronis atq; aliis Senatoribus ad lucernam decollaret. Quid instabat? quod periculum aut privatum aut publicum una nox minabatur? quantulum fuit lucem expectare? Denique ne Senatores populi Romani soleatus occideret. Quid tàm inauditum, quàm nocturnum supplicium? Cum latrocinium tenebris abscondi soleat; animadversiones, quò notiores sunt, plus ad exemplum emendationemq; proficiunt, Sen. ibid. & cap.* 19. Id

55. *Summa crudelitas.*

verò sævitiam omnem superat, quod Publ. Afranium Potitum hominem plebejum, qui adhibito jurejurando promiserat, se, si Cajus convalesceret, libenter moriturum, Item quod Afranium Secundum Equestris ordinis, qui receperat eadem de causa in singulare certamen descendere, pro pecunia, quam se accepturos speraverant, dum vitam pro Cajo profundere paratos sese obtulissent, coëgerit promissis fidem facere, ne pejerarent. *Xiphil. in Caj. num.* 2. *Sueton. cap.* 27. quemadmodum & Commodus invitos præcipitavit, qui se mori velle prædixissent. *Lamprid. in Com. n.* 4 Imò, ut consummatissimę Tyrannidis in Cajo documentũ habeas, nõ tãtùm de universo Senatu trucidãdo cogitavit, sed & optasse auditus fuit, *ut populus Rom. unã cervicẽ haberet, ut scelera sua tot locis ac tẽporibus diducta in unũ*

ctum & unum diem ageret. Senec. 3. de Ira. c. 19. Xiphil. n. 3. Suet. c. 30. Acclamante aliquando populo: *Adolescens Auguste,* ratus id ad sui injuriam pertinere, multos ex theatro ad supplicium proripuit, alios inde abeuntes, quod sæpè facere solebat, intercepit. *Xiphil. ibid.* Inquietatus fremitu, gratuita in circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit, elisiq; per eum tumultum viginti amplius Equites Rom. totidem matronæ, super innumeram turbam cæteram. Scenicis ludis, inter plebem & Equitem causam discordiarum serens, decimas maturius dabat, ut equestria ab infimo quoque occuparentur. Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo sole velis, emitti quenquam vetabat; remotoque ordinario apparatu, rabidis feris vilissimos senio confectos, gladiatores quoque pegmares, patres familiarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis, subjiciebat. *Suet. c. 26.* Volebat, ut bini inter se, nonnunquam etiam confertim, tanquā inter se manus cruentas consererent, ita ut sex & viginti Equites uno die ceciderint. Deficiente numero eorum, qui ad bestias damnati erant, nonnullos ex ea turba, quæ in tabulis consederat, corripi jussit, & bestiis objici, iisque, quò minus loqui possent, aut quenquam accusare linguas præcidi curavit. *Xiphil. n. 2.* Congregato populo, magnam vim auri & argenti profudit de superiore loco, qui plerique, dum colligunt, moriebantur, quod ferramenta quædam iis miscuisset. *Xiphil. n. 6.* Puteolis dedicatione Pontis, cum multos è littore ad se invitasset, repentè omnes præcipitavit, quosdam gubernacula apprehendentes, contis remisq; detrusit in mare. *Suet. c. 32.* Deniq; horreis præclusis nonnunquam populo famem induxit, *Sueton. in Caj. c. 26.* perinde ut Nero plebi divisionem frumenti auferebat. *Xiphil. in Neron. n. 11.* & queri palam de conditione temporum suorum solebat, *quod nullis calamitatibus publicis insignirentur. Augusti principatum clade Variana, Tiberij ruina spectaculorum apud Fidenas memorabilem factum; sui oblivionem imminere prosperitate rerum.* Atq; identidē *exercituū cædes, famē, pestilentiā, incendia, hiatū aliquē terræ* optabat. *Sueton. c. 31.*

56. *Summus Tyrannidis gradus, in universum populum grassari.*

57. *Exsaturandæ libidinis ... pratem ... re.*

Postquam igitur eò usque degeneravit Tyrannus, ut vitam & bona civium sine discrimine suæ unius libidini servire & prostituta esse sibi persuaserit, & ex aliorum dolore voluntatem aucupetur, non est dubium, quin ad ultimum iniquitatis devenerit, quemadmodum pessimos quosq; Tyrannos excogitandis, exquisitis suppliciorum deliciis excelluisse, usque animum inter Epulas & luxum pavisse accepimus. Vitellius per trucidatorum à se cadaverum stragem circumductus, reliquis nares obturantibus, ne fœtore læderentur, subridens, *nihil suavius olere,* dixit, *quàm civem occisum. Sueton. in Vitell.* Neronem, constans fama erat, *ipso tempore flagrantis urbis, inisse domesticam scenam latumq; flamma,* ut ajebat, *pulcritudine, cecinisse ἅλωσιν,* id est, *excidium Trojanum, præsentia mala vetustis cladibus assimulantem. Tacit. libr. 15. Annal. num. 6. Sueton. cap. 38.* Cajus in conspectu suo prandentiis vel comessantis ut plurimùm serias quæstiones per tormenta habuit, militemque decollandi artificem quibuscunque è custodia capita amputare jussit. Admota altaribus victima, succinctus Paparum habitu, elato altè malleo, cultrarium mactavit. *Sueton. cap. 32.* Prætorium virum ex secessu Anticyræ, quam valetudinis causa petierat, propagari sibi commeatum sæpius desiderantem, cum mandasset interimi, adjecit, *necessariam esse sanguinis missionem, cui tam diu non prodesset Helleborum. Sueton. cap. 29.* Antonius occisorum capita inter potandum recensebat & satiatis aspectu oculis, nonnunquam iis illudebat, quemadmodum Fulvia ejus uxor Ciceronis caput conspuebat, supraque genua collocato linguam extrahebat, acuque, qua ad ornamenta crinium utebatur, pungebat non sine convitiorum segete & eloquentiæ exprobratione. *Dion. in Triumvir.* Archiepiscopus Moguntinus, cum conclusos in horreum pauperes, qui frumentum flagitaverant, unà cum ædificio incendio consumeret, & ejulatus conclamantium è vicinia exaudisset, *Videri sibi voces* dixit *murium, qui horrea vastent & victus non suos ambadedent.* Tiberius, cum quidam per forum deportato cadaveri in

aures

aures insusurrasset, rogatusq; ab iis, qui aderant præsentes, quid ei dixisset, *Augustō se mandasse* responderet, *populum legatam pecuniam nondum accepisse*, statim hominem occidi jussit, *ut ipse de iisdem reb. nuntium ferret Augusto, de quibus morderi se ac reprehendi videbat. Xiphil. in Tiber. n.* 3. Commodus, quibus aut singulos tulisset oculos, aut singulos pedes fregisset, *Monopodros & Luscinios* vocabat. Quem vidisset albescentes inter nigros capillos quasi vermiculos habere sturno apposito, qui se vermes sectari crederet capite suppuratū reddebat. *Lamprid. in Comm. num.* 4. Sarcasmis verò miseriæ illudere, & dolorem acerbitate dictorum exasperare, annon hoc est aliorum calamitatibus gaudere quod Tyranni faciunt, quando ex libidine sæviunt, cum bonus princeps, cum Biante, quoties necessitas cogit esse severum, vitiis quidem irascatur, sed naturæ, quam destruit, condoleat.

18 *Tyranni student inveniẽda nova artificia suppliciorum.*

Hinc fit, ut carnificinam, qua gaudent Tyranni, præ omnibus aliis studiis seriò excolant & novis inventis ornatiorem reddere nitantur. Notus est bos æneus Phalaridis à Perillo excogitatus, & cum capitis sui pernicie Tyranni delitiis consecratus. Dionysius super squalidos carceres eduxit splendidissima tabularia, in quæ ex tenebris repentè injecti captivi visu & oculis orbarentur. Galeatius Maria Sfortia, veluti in capitis supplicio parum gravis animadversio constitueretur, mortis genere in quoscunque obvios sæviebat, ferturque aliquando vivos homines in culeum insuendos atque humandos curasse, qui quantumvis minima in re illius voluptati obstitissent. *Iohan. Mich. Brut. li. 6. hist. Flor. in pr.* Colonum pauperem, qui leporem interceperat, coëgit prædam suam crudam cum pelle devorare, unde mortuus est. *Corius Vol. 6. histor. Mediol.* Tiberius mortem adeò leve supplicium putabat, ut cum audisset, unum ex reis Carnulium nomine anticipasse eam, exclamaverit: *Carnulius me evasit.* Et in recognoscendis custodiis, precanti cuidam pœnæ maturitatem, respondit: *Nondum tecum in gratiam redii.* Mori volentibus vis adhibita vivendi. *Sueton. in Tiber. c.* 61. Nam

Qui morte cunctos luere supplicium jubet,
Nescit Tyrannus esse, diversa irroga:
Miserum veta perire, felicem jube. Sen. in Herc. Fur. act. 2.

Gallum, qui liberè de principatu locutus fuerat, decreto Senatus damnatum, morique cupientem, in pœnam vivere voluit, quò ignominia affectus & perculsus metu diutissimè cum calamitatibus luctaretur. Semper enim custodiebatur, non, ut ne fugeret, sed, ne manus sibi inferret: nullus amicus, nullus famulus cum eo erat, loquebatur nemini videbatque neminem, nisi quoties cibum capere cogeretur. Cibus verò ejusmodi erat, ut non voluptatem afferret, non vires reficeret, sed quod erat gravissimum, ne sineret mori. *Xiphil. nu.* 9. Excogitaverat præterea inter genera cruciatus, etiam ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repentè veretris deligatis, fidicularum simul urinæque tormento distenderet. Autor est Suetonius Carnificinæ locum diu Capreis ostensum fuisse, unde damnatos, post longa & exquisita tormenta, præcipitari coram se in mare jubebat, excipiente classiariorum manu, & contis remisque elidente cadavera, ne cui residui Spiritus quicquam inesset. *Sueton. in Tiber. cap.* 62. Cajus, qui sævitiam adeò sibi nativam faciebat, ut non certius signum haberet prognatæ ex se Iuliæ Drusillæ, quam quod crudelitatis indicia etiam ea ætate à se promeret, qua, quid ageret, nondum intelligebat, infestis sc. digitis ora & oculos simul ludentium infantium incessens, quique nihil in natura sua laudare ac probare dicebat, quam *ἀδιατρεψίαν*, non tantùm spectaculis supplicio datorum cupidè se ingessit, sed etiam non temerè in quenquam, nisi crebris & minutis ictibus, animadverti passus est, perpetuo notoque jam præcepto: *Ita feri, ut se mori sentiat. Sueton. in Caj. c.* 11. 25. 29. 30. Nero mori jussis non amplius quàm horarium spatium dabat. Ac ne quid moræ interveniret, medicos admovebat, qui cunctantes continuò curarent. Ita enim vocabat, venas mortis gratiâ incidere. Creditur enim Polyphago cuidam Aegyptii generis, crudam carnem & quicquid daretur, mandere assueto, concupisse vivos homines laniandos absumendosque objicere. *Sueton. in Neron. cap.* 37. Commodus, qui adhuc sub pædagogo degens, cum tepidius

lotus esset, balneatorem in fornacem detrudi jusserat, nactus licentiam ad ingeniū suum vivendi, cuinam Tyrannorum crudelitate cessit? Medicos imitatus scalpris feralib. venam aperuit: Bellonæ servientes verè secare brachium præcepit studio crudelitatis. Isiacos verò pineis usque ad perniciem pectus tundere coegit. Cum Anubin portaret, capita Isiacorum graviter obtudit ore simulacri. Clava non solùm Leones in veste muliebri & pelle Leonina, sed etiam multos homines afflixit. Debiles pedibus, & eos, qui ambulare non possent, in Gigantum modū formavit, ita ut à genibus de pannis & linteis quasi Dracones gererentur, eosdemque sagittis confecit. Sacra Mithriaca homicidio vero polluit, cum illic ad speciem timoris vel dici vel fingi soleat; Obtonsi oneris pinguem hominem medio ventre dissecuit, ut ejus intestina subitò funderentur. *Lamprid. in Comm. num.* 4. Denique eò devenit Vesaniæ, ut irrisum se à populo credens, universum populum Romanum à militibus classiariis, qui vela ducebant, in amphiteatro interimi præciperet, urbemque incendi juberet, utpote coloniam suam, *Lamprid. ibid. n.* 5. quod jam ante in votis fuisse, Cajo diximus, ut & Neroni, qui dicente quodam in sermone communi ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, imò dixit, ἐμοῦ ζῶντος, planeque ita fecit. *Sueton. in Neron. cap.* 38. *Cupiens enim*, ut ait Dion, *quod antea semper optaverat, urbē & imperium vivus funditus perdere, quā quidem ob causam ipse quoq; Priamum mirum in modum beatum fuisse dicebat, quod patriam simul cum regno perditam vidisset, paucos homines, quasi ebrij essent, aut alia maleficia facerent, clam in varias urbis partes dimisit, quo undique ignem vetustis adificijs supponerent. Xiphil. ex Dion. in Neron.*

59. *Omnium perniciem optare & machinari, vera Tyrannidis nota est.*

n. 11. *Arserunt tum præter immensum numerum Insularum, domus priscorum Ducum, hostibus adhuc spoliis adornata, Deorumque ades ab Regibus, ac deinde Punicis & Gallicis bellis vota dedicataq; & quicquid visendum atq; adorandum ex antiquitate duraverat, opes tot victoriis quasita, & Graca rum artium decora, exin monumenta ingeniorum antiqua & incorrupta. Tacit. lib.* 15 *Annal. nu.* 8. Tanta verò clade in universos sine discrimine redundante, ecquid potest esse magis Tyrannicum, & regiæ virtuti magis è diametro oppositum? cum Regis vota in salute, Tyranni in pernitie omniū civium expirent. Tiberius, quem Theodorus Gadaræus Rhetoricæ præceptor, adhuc puerum vocare solebat πηλὸν αἵματι πεφυραμένον, naturam ejus sævam ac lentam & sagaciter prospiciens & aptissimè assimilans, *Sueton. in Tiber. cap.* 57. cum sciret Cajum pessimum fore & sceleratissimum, libenter ei fertur imperium relinquere voluisse, quò memoriam scelerum suorum majoribus Caij sceleribus obrueret, utque maxima ac nobilissima pars Senatus post mortem necaretur. Sæpè enim dictum illud vetus usurpabat, Ἐμοῦ θανόντος &c. sæpeq; Priamum fortunatum dicebat, *quod es unà cum patria & regno perire licuisset, Xiph. l. in Tib. in fin.* seu *quod superstes suorum omnium extitisset. Sueton. c.* 62. *in fin.*

Atque hoc est unum ex tyrannicis institutis, quod quasi compendium totius apparatus Tyrannici ab initio proposuimus, dum Tyrannus in meliorem civium florem, quos suæ Monarchiæ maximè adversos timet, ferro & igne debacchatur, aut postquam honestum omne ejuravit & in summo injuriarum constitit, rabiem in universos convertit, quasi per ludum & jocum cives obtruncans, ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε, *Seneca de morte Claud.* sicut Tiberius, cum Rhodiensem hospitem, quem familiaribus literis Romam evocarat, advenisse sibi nuntiatum, aliorum cognitioni intentus, torqueri sine mora jussisset, errore detecto insuper occidi voluit, ne divulgaret injuriam. *Sueton. c.* 62. Cajus punito per errorem alio, quam, quem destinaverat, ipsum quoque paria meruisse dixit. *Sueton. cap.* 30. Quid hoc est, nisi vitas hominum ludere, & cives non alio, quam fale emtorum mancipiorum numero habere? quæ tamen ne damnari quidem voluerunt optimi principes, nisi causa publicè probata, *ut supra diximus lib.* 1. *cap.* 3. Cæterum Tiberius, ut in naturam ipsam violentum suum imperium extenderet, & humanitatem funditus expugnaret, seque omni injusti judicii nota absolveret, occisorum à se cadavera à cognatis & amicis, ne cremati quidem

60. *Tyranni patiuntur occisos a[...] deplorari.*

dem nec contingi volebat. *Intercesserat*, at Tacit. 6. *Annal. n. 3. sortis humana commercium vi, metu, quantumque sævitia glisceret, miseratio arcebatur.* Vitiam anum, Fusij Gemini matrem, quod filii necem flevisset, idem necavit. *Tacit. ibid. n. 2.*

Orbatas jubet ire nurus, nuperque peremtis
Arridere viris. Claudian bell. Gild.

Antonius postquam cædibus & proscriptionibus urbem cum provinciis exhausisset, in tantoque mœrore ac luctu rem crudelem exorsus est, & ut ait Dion, *omnibus modis deridendam. Iussit enim cives, ut dies festos agerent, & quasi de victis & triumphatis hostibus populi Romani istac sua proscriptione lætarentur, graviter interminatus, si segnius in gratulationes se diffunderent. Xiphil. in August. n. 3.* Cambyses sororem cōmoti voluit, quæ sororis casum fletu prosecuta fuerat. Suspicantur enim Tyranni, suis moribus opprobrium fieri, nisi statim ab omnib. probentur, nec de cæde cujusquam magis impallescunt, quàm si palustrem fortè conculcent ranam, quemadmodum Sylla pauculos seditiosos suo jussu jugulari dicebat, cum aliquot millia civium sub manu carnificis gemere ex vicina æde Bellonæ, ubi Senatum agebat, inaudiret. *Senec. 2. de Clem. c. 12.*

63. *Quomodo affecti sint Tyranni erga ceteros, quos è medio non tollunt.*

Sed quia Tyranni, si omnes è medio cives tollere pergerent, non essent retenturi, quibus imperarent, pergendum nunc est & videndum, quomodo affecti soleant esse erga reliquos, quibus, quia non tollunt, vitam donasse videri volunt. Eos verò ita faciunt, ut etiamsi jugum tàm molestum, tàm iniquum excutere velint, tamen non audeant, aut non possint, aut inter se divisi, quicquam aggredi timeant, ad quæ tria summa capita Aristot 5. *Polit. c. 11.* revocat omnia instituta Tyrannica. Nam cum Tyrannus necessariò versatur in odio civium, quorum commodis tantum adversatur, quantum ad suos quæstus & libidines refert, nec quicquam ab iis sperare habet præter insidias, hoc sibi ex opposito agendum esse, necessitate ipsa consilium suggerente, videt, ut odia, quæ effugere non potest, saltem supprimat & insidias inter conatus emori faciat, quemadmodum Tiberius primum, *Sueton. in Tiber. c. 59.* mox & Cajus Caligula, Tragicum illud usurpabant: *Oderint, dum metuant. Sueton. in Calig. Odium metu vincere conantes*, ut ait Livius *lib. 40 in pr.* Qui jam quam longissimè progredi, & odium in herba, quod dici solet, extinguere cupiunt, in animos civium primum impetum faciunt, quos ita effœminant, enervosque reddunt, ut libertatis facilè obliviscantur, & sorte sua contenti, patienter ferre discant, quod à majorib mutari non potuisse; perspexerunt. Quid enim animoso illo Senatu Rom. abjectius cōtemtiusque fuit, post longa, quibus sub Augusto assueverant otia, adeò, ut Tiberius in adulationes nimias prolapsos, ipse cohibere, & melioris ævi admonere cogeretur? *Tacitus 4. Annal.* Quantilla opera post Caij & Neronis cædes in libertatem sese asserere potuissent, nisi se ipsos sibi mutuò adversari sensissent, animumque, quem præsentem fortuna requirit, longa servitute jamdudum exuissent? Commodo ad Senatum referente, de Roma Commodiana facienda, non solùm Senatus id libenter accepit, sed seipsum Commodianum vocavit, Commodum Herculem & Deum appellans. *Lampr. in Commum. n. 3.* Quibus verò artibus id assequantur Tyranni, ut ad tantam servitutem animos civium dejiciant, & prosternant humi divinæ particulam auræ, particularius aliquantulum explicat Aristoteles *dict. cap. 11.* & fontes ostendit historiarum, unde cætera peti possint. Præcipuum caput est, ut viri excellentes, altèque sapientia ingenia, ultraque vulgi sordes spectantia οἱ φρονηματικοὶ, aut deprimantur, aut è medio tollantur, ut supra latè explicavimus, quoniam sunt quasi anima vulgi, 4. *Polit. cap. 4.* quibus demtis, quicquid remanet, exanime manet, & verbis ducitur, ut nervis alienis mobile lignum. Post illud, ne succrescant novi surculi ex succisa radice, Sodalitates & Disciplinas seriò interdicit Tyrannus, nec quicquam permittit eorum, unde duo hæc ingenerentur: φρονήματί τι καὶ πίστις, Magni Spiritus & Fides, quibus maximè diffidunt Tyranni. Ingenerantur autem potissimùm Artibus Liberalibus & Studio Militari. Vnde Iulianus Apostata, ut Christianorum doctrinam è fundamentis subrueret, literas ab illis coli vetuit, quemadmodum & paulò post

Hab-

62. *Tyranni odium metu vincere cupiunt.*

63. *Deprimunt animos altiores.*

64. *Quibus artibus.*

Habdallas Arabum, Mahometicæ sectæ devotorum princeps, à doctrinâ & liberalibus quibuscunq; disciplinis eosdem arcuit, *Diac. in Constant. Copronym.* quoniam literarum cultura non tantùm extollit cultorum animos, sed etiam Tyrannis propterea exitialis est, quod, dum alii ad silentium vi metuq; ue adigantur, solæ literæ prohiberi non possint, quò minus sua vitia, suas injurias Tyrannis obloquantur, civibusque absque ambagibus ostendant, quantum cuique in usurpatorem injustum liceat. Vnde nec majori periculo alius, quàm Philosophorũ & Historicorum ordo exponitur, ubi Tyranni pro libidine grassantur, ut paulò ante ostendimus, & *sect. seq.* planius facere pergemus. *Pellũt sapientiæ professores*, ait Tacit. *& omnes bonas artes in exilium agunt, Tacit. in Agr. non odio magis, quàm reverentia*, ut ait Plinius in *Panag*,

66. *Et inducunt studia servilia.* Sublatis verò artibus liberalibus è contrario inducunt Tyranni ea studia, quibus ad serviles operas ingenui animi deprimuntur. Nec enim majus ad cõvertendam Rempublic. pondus aliunde afferri potest, quàm educatione, ut docet Aristoteles 10. *Eth cap.* 9. & apertius 8. *Polit. cap.* 1. Plato *in Theag. Lach. lib.* 4. *de Repub. lib.* 1. 2. *& 6. de Legib.* Vnde *lib.* 5. *de Rep. cap.* 9. appositè dicit: *Maximum omnium, quæ dicta sunt, ut Respublica stent, est, cujus nunc plerique curam nullam gerunt, institui scilicet aptè ad institutum cujusq; Respubl. si sit popularis, populariter, si Oligarchica, ad modum paucorum. Nunc autem in dominatibus paucorum filij eorum, qui imperium habent, molliter vivũt, egenorum autem exercitati evadunt & laboribus firmati. Quapropter & volunt magis, & valent moliri res novas.* Qui igitur sapiunt, Tyranni subditos in servitute emori, aut sedentariis opificiis animam vitamque impendere cogunt, quò à liberalibus & Martiis studiis avertantur. Sic enim non tantùm contra Tyrannum non animantur, sed etiam contra eum moliri nihil curant, postquam vim animi rebus nauci exhauserunt, & servituti assueti sunt.

67. *Vn assuetudine.* Θὐκ ἴσμεν γὰρ λυπηρὰ συνείθισμένα, ait Aristot. 10. *Ethic, cap. ult.* Quid enim Persæ tàm obsequiosè colunt Reges, nisi quia à prima juventute sic instituti sunt, *Xenoph. lib.* 1. *Cyroped.* & cum lacte materno imbiberunt hanc opinionem: *Regem Persarum colendum esse, tanquam simulacrum Dei omnipotentis. Plutarchus in Themist.* Quam cupidè pro libertate pugnatum erat a Romanis, tàm facilè extinctis Majoribus, qui ejus meminisse poterant, juventus in servitium ruit, postquam ab Augusto aliud in finem institui cepit, quod & Tacitus innuit *libr.* 1. *Annal. Juniores post Actiacam victoriam, etiam senes plerique inter bella civium nati: Quotusquisque reliquus, qui Rempublicam vidisset? igitur verso civitatis statu, nihil unquam prisci & integri moris, omnes exuta æqualitate jussa principis aspectare.* Aristodemus, occupata recens Cumanorum Aristocratia, cum Optimatum liberos masculos interficere, prout destinaverat, prohiberetur precibus matrum & amicorum, securitati tamen suæ cautum volens, ne quid contra Tyrannidem molirentur, omnes patria exutos, rus distribuit, agrisque colendis damnatos, ab omnibus honestis disciplinis ac studiis longissimè amovit, mortem interminatus, si quis deprehenderetur intra mœnia. *Illi igitur*, (verba sunt Halyc *libr.* 7. *in pr.*) *paternis Laribus relictis, ruri alebantur, quasi mancipia, servientes patrum suorum interfectoribus. Et ne in cæterorum quoque civium ullo animus existeret generosus ac masculus, dedit operam, ut effœminaretur tota urbana juventutis educatio, sublatis gymnasiis & armorum meditationibus & mutata victus ratione, quâ prius utebantur pueri. Jussit enim eos more virginum comam alere, flores & cincinnos gerere, reticulisque crinium nodos religare, indui pictis tunicis talaribus, tenuibusque & mollibus amiciri laenulis & in umbra degere. In ludum saltatorium & ad tibicines aliosque Musicarum illecebrarum artifices comitabantur eos Pædagogæ mulieres cum umbellis & flabellis, ipsæque lavabant eos, pectines in balnea deferentes & alabastros unguentarios ac specula. Hujusmodi educatione corruptos usque ad annum ætatis vicesimum, tum demum inter viros censeri passus est.* Hæc enim est illa Lydia & Ionica Harmonia, quam Plato *lib.* 3. *de Repub.* è civitate extorrem agit, eò quod molles & temulentos cives faciat, quandoquidem à libera-

68. *Mulieribus educatio feminas animos gignit.*

bera-

beralibus disciplinis & severa institutione abducti, luxuique ac otio immersi, non secus ac palustri uligine herbæ, fatiscunt & ad omne opus arduum emoriuntur. Cyrus Lydis bellicosum animum non prius excussit, quam tabernas iis aperiret, inque iis noctes & dies ipsos helluari & pergræcari juberet, nec quicquam prius, quàm popinas Tarenti clausit Pyrrhus, quod non alia re violentius concussam fuisse Lacedæmoniam virtutem, quam inerti & luxurioso otio animadverteret, *Plutarch. in Pyrrh.* à quo si milites longius tenuisset impiidens Annibal, nunquam tantum compendij ad rerum suarum recuperationem Romanis ultrò objecisset. *Plutarch. in Ann.*

§ 69. [illegible] ob [illegible] cives [illegible]. Porrò non tantùm luxu torpescunt homines, sed & servili labore obruuntur, aut sedentariis opificiis, nihil nisi humilia cogitare assuefiunt, quemadmodum Manlium accusavit Pomponius tribunus pleb quod filium Rus ablegatum, interque pecudes habitum, agresti vita & rustico cultu emascularet, vigorisque naturalis, si quid reliquum esset, duro labore exiccaret, *Liv. lib. 7.* Dionysius pater, quod nec filio satis fideret, domi clausum perpetuò servabat, ab omni consuetudine ingenuorum remotum, metuens, ne in animum eius ullas cogitationes insererent grandiores. Quare miser ille, orbatus colloquiis honestorum virorum totos dies domi sedebat, fabricans pusilla vehicula, lucernulas, sellas ligneas, mensas, huiusmodique alia, in quibus suâ fortunâ indignis studiis diu versatus, igniculos potius virtutis, quos à natura habebat, extingueret, quam ullam in partem augeret. *Plutarch. in Vita Dion.* Cyrus Babylonicos eadum de causa, scilicet quò generosos Spiritus à cura rerum novarum averteret, ad fodiendos agros & terram perrumpendam condemnavit, *Xenoph. lib. 7. Cyrop.* & familiare esse Tyrannis, dicit Aristoteles, servilibus operis cives premere, non tantùm, ut animum laborando perdant, sed etiam, ut facultatibus, dum suis rebus prospicere aliena operis prohibentur, exuti, minus ad rebellandum virium retineant. Sic enim Pharao, ut emigrationis curam Iudæis præscinderet, operas geminavit, *Exod. cap. 1. 5.* & Aggerum Nili, Piramidumque extructio non alium finem in Aegypto habuit, quam ne populus otio nimio lasciviret, & contra Pharaones suos cornua sumeret, quod institutum iisdem in oris redintegraverant Mammeluci, cum occupata Aegypto, cives & incolas, armis prius multatos, ad transtra & stivas, seu sordidas mercaturas dilabi finerent, imò juberent. *Martyr. in legat. Babyl.* Etiam Cypselidæ olim Corinthi, & Pisistratidæ Athenis magna moliebantur opera, in honorem, ut videri volebant, Deorum, *Thucyd. lib. 6.* revera autem, ut otium eriperent multitudini, & paupertatem civibus inducerent. *Aristot. 5. Polit. cap 11.* cui fini & Polycrates Sami tot magnifica opera exorsus est, *Aristot. ibid.* & Tarquinius Romæ, de quo Halycarn. *lib. 4.* *Nec hic contentus plebem vexare, selectis ex tota multitud ne fidis & idoneis militia, reliquos cogebat ad opera publica, ratus nihil esse periculosius τοῖς μονάρχοις, quam si prava & egena civium turba sineretur in otio vivere, ὄχλον ἐν πονηρῶν τῶν πολιτῶν καὶ ἀπόρων σχολὴν ἄγειν. Cupiens autem opera semiperfecta, ab avo relicta, in principatu suo absolvere, cloacas nimirum, quas egerenda colluviei fodere ille ceperat, usq; ad fluviũ perducere, & circum Amphitheatralẽ, qui nihil præter gradus habebat, circumdare tectis porticibus. His omnibus adhibebantur pauperes, quibus exigua dabat cibaria, eorumq; pars cadebant materiam, pars onera subvehebant humeris, pars subterraneos rimabantur cuniculos, & fingebant in ijs fornices, pars excitabant porticus, aut opificibus in opere versantibus subministrabant. Aerarij quoque, materiarij, camentarij abstracti à privatis operibus detinebantur in opere publico.* Reliquum temporis consumsit idem in gerendis bellis & excitando Capitolio, quod avus Iovi, Iunoni & Minervæ voverat, ne unquam respirandi spatium populus haberet. Cajum Imperatorem cepit cupido Daris & Xerxis conatibus conviuium faciendi, & mare sibi facere voluit pervium. Iecit itaque moles immensas infesto ac profundo mari, excidit rupes durissimi silicis, & campos montibus aggere æquavit & complanavit fossu- 70. Probatur exemplis.

 ris

Habdallas Arabum, Mahometicæ sectæ devotorum princeps, à doctrinâ & liberalibus quibuscunq; disciplinis eosdem arcuit, *Diac. in Constant. Copronym.* quoniam literarum cultura non tantùm extollit cultorum animos, sed etiam Tyrannis propterea exitialis est, quod, dum alii ad silentium vi metuq; ue adigantur, solæ literæ prohiberi non possint, quò minus sua vitia, suas injurias Tyrannis obloquantur, civibusque absque ambagibus ostendant, quantum cuique in usurpatorem injustum liceat. Vnde nec majori periculo alius, quàm Philosophorũ & Historicorum ordo exponitur, ubi Tyranni pro libidine grassantur, ut paulò ante ostendimus, & *sect. seq.* planius facere pergemus. *Pellũt sapientiæ professores*, ait Tacit. *& omnes bonas artes in exilium agunt, Tacit. in Agr. non odio magis, quam reverentia*, ut ait Plinius in *Pa-*

66. *nag.* Sublatis verò artibus liberalibus è contrario inducunt Tyranni ea studia, quibus ad serviles operas ingenui animi deprimuntur. Nec enim majus ad cõvertendam Rempublic. pondus aliunde afferri potest, quàm educatione, ut docet Aristoteles 10. *Eth cap.* 9. & apertius 8. *Polit. cap.* 1. Plato *in Theag. Lach. lib. 4. de Repub. lib. 1. 2. & 6. de Legib.* Vnde *lib. 5. de Rep. cap. 9.* appositè dicit: *Maximum omnium, quæ dicta sunt, ut Respublica stent, est, cujus nunc plerique curam nullam gerunt, institui scilicet aptè ad institutum cujusq; Reipubl. si sit popularis, populariter, si Oligarchica, ad modum paucorum. Nunc autem in dominatibus paucorum filii eorum, qui imperium habent, molliter vivũt, egenorum autem exercitati evadunt & laboribus firmati. Quapropter & volunt magis, & valent moliri res novas.* Qui igitur sapiunt, Tyranni subditos in servitute emori, aut sedentariis opificiis animam vitamque impendere cogunt, quò à liberalibus & Martiis studiis avertantur. Sic enim non tantùm contra Tyrannum non animantur, sed etiam contra eum moliri nihil curant, postquam vim animi rebus nauci exhauserunt, & servi-

67. tuti assueti sunt. οὐκ ἔσαι γὰρ λυπηρὰ συνήθη γινόμενα, ait Aristot. 10. *Ethic. cap. ult.* Quid enim Persæ jam obsequiosè colunt Reges, nisi quia à prima juventute sic instituti sunt, *Xenoph. lib. 1. Cyroped.* & cum lacte materno imbiberunt hanc opinionem: *Regem Persarum colendum esse, tanquam simulacrum Dei omnipotentis, Plutarchus in Themist.* Quam cupidè pro libertate pugnatum erat a Romanis, tàm facilè extinctis Majoribus, qui ejus meminisse poterant, juventus in servitium ruit, postquam ab Augusto alium in finem institui cepit, quod & Tacitus innuit *libr. 1. Annal. Iuniores post Actiacam victoriam, etiam senes plerique inter bella civium nati: Quotusquisque reliquus, qui Rempublicam vidisset? igitur verso civitatis statu, nihil unquam prisci & integri moris, omnes exuta æqualitate jussa principis aspectare.* Aristodemus, occupata recens Cumanorum Aristocratia, cum Optimatum liberos masculos interficere, prout destinaverat, prohiberetur precibus matrum & amicorum, securitati tamen suæ cautum volens, ne quid contra Tyrannidem molirentur, omnes patria exutos, rus distribuit, agrisque colendis damnatos, ab omnibus honestis disciplinis ac studiis longissimè amovit, mortem interminatus, si quis deprehenderetur intra mœnia. *Illi igitur,* (verba sunt Halyc *libr. 7. in* 68.
pr.) *paternis Laribus relictis, ruri alebantur, quasi mancipia, servientes patrum suorum interfectoribus. Et ne in cæterorum quoque civium ullo animus existeret generosus ac masculus, dedit operam, ut effæminaretur tota urbana juventutis educatio, sublatis gymnasiis & armorum meditationibus & mutata victus ratione, quâ prius utebantur pueri. Iussit enim eos more virginum comam alere, flores & cincinnos gerere, reticulisq; crinium nodos religare, indui pictis tunicis talaribus, tenuibusque & mollibus amiciri laneis & in umbra degere. In ludum saltatorium & ad tibicines aliosque Musicarum illecebrarum artifices comitabantur eos Pædagogæ mulieres cum umbellis & flabellis, ipsæque lavabant eos, pectines in balnea deferentes & alabastros unguentarios ac specula. Hujusmodi educatione corruptos usque ad annum ætatis vicesimum, tum demum inter viros censeri passus est.* Hæc enim est illa Lydia & Ionica Harmonia, quam Plato *lib. 3. de Republ.* è civitate extorrem agit, eò quod molles & temulentos cives faciat, quandoquidem a libera-

Et inducunt studia servilia.

Vis assuetudinis.

Muliebris educatio effæminat animos civium.

beralibus disciplinis & severa institutione abducti, luxuique ac otio immersi, non secus ac palustri uligine herbæ marcescunt & ad omne opus arduum emoriuntur. Cyrus Lydus bellicosum animum non prius excussit, quam tabernas iis aperiret, inque iis noctes & dies ipsos helluari & pergræcari juberet, nec quicquam prius, quàm popinas Tarenti clausi Pyrrhus, quod non alia re violentius concussam fuisse Lacedæmoniam virtutem, quam inerti & luxurioso otio animadverteret, *Plutarch. in Pyrrh.* à quo si milites longius tenuisset imprudens Annibal, nunquam tantum compendij ad rerum suarum recuperationem Romanis ultrò objecisset. *Plutarch in Ann.*

69. Tyranni ib... tenent cives laboribus.

Porrò non tantùm luxu torpescunt homines, sed & servili labore obruuntur, aut sedentariis opificiis, nihil nisi humilia cogitare assuefiunt, quemadmodum Manlium accusavit Pomponius tribunus pleb quod filium Rus ablegatum, interque pecudes habitum, agresti vita & rustico cultu emascularet, vigorisque naturalis, si quid reliquum esset, duro labore exiccaret, *Liv. lib. 7.* Dionysius pater, quod nec filio satis fideret, domi clausum perpetuò servabat, ab omni consuetudine ingenuorum remotum, metuens, ne in animum eius ullas cogitationes insererent grandiores. Quare miser ille, orbatus colloquiis honestorum virorum totos dies domi sedebat, fabricans pusilla vehicula, lucernulas, sellas ligneas, mensas, huiusmodique alia, in quibus suâ fortunâ indignis studiis diu versatus, igniculos potius virtutis, quos à natura habebat, extingueret, quam ullam in partem augeret. *Plutarch. in Vita Dion.* Cyrus Babylonios eadum de causa, scilicet quò generosos Spiritus à cura rerum novarum averteret, ad fodiendos agros & terram perrumpendam condemnavit, *Xenoph. lib. 7. Cyrop.* & familiare esse Tyrannis, dicit Aristoteles, servilibus operis cives premere, non tantùm, ut animum laborando perdant, sed etiam, ut facultatibus, dum suis rebus prospicere aliis operis prohibentur, exuti, minus ad rebellandum virium retineant. Sic enim Pharao, ut emigrationis curam Iudæis præscinderet, operas geminavit, *Exod. cap. 1. 5.* & Aggerum Nili, Piramidumque extructio non alium finem in Aegypto habuit, quam ne populus otio nimio lasciviret, & contra Pharaones suos cornua sumeret, quod institutum iisdem in oris redintegraverant Mammeluci, cum occupata Aegypto, cives & incolas, armis prius multatos, ad transtra & stivas, seu sordidas mercaturas dilabi finerent, imò juberent. *Martyr. in legat. Babyl.* Etiam Cypselidæ olim Corinthi, & Pisistratidæ Athenis magna moliebantur opera, in honorem, ut videri volebant, Deorum, *Thucyd. lib. 6.* revera autem, ut otium eriperent multitudini, & paupertatem civibus inducerent, *Aristot. 5. Polit. cap. 11.* cui fini & Polycrates Sami tot magnifica opera exorsus est, *Aristot. ibid.* & Tarquinius Romæ, de quo Halycarn. *lib. 4. Nec hic contentus plebem vexare, selectis ex tota multitudine fidis & idoneis militia, reliquos cogebat ad opera publica, ratus nihil esse periculosius τοῖς μονάρχοις, quam si prava & egena civium turba sineretur in otio vivere, ὅλως εἰ πονηρευομένοις τῶν πολιτῶν καὶ ἀπορουμένοις σχολὴν ἄγειν. Cupiens autem opera semiperfecta, ab avo relicta, in principatu suo absolvere, cloacas nimirum, quas egerenda colluvies fodere ille ceperat, usque ad fluvium perducere, & circum Amphitheatralē, qui nihil præter gradus habebat, circumdare tectis porticibus. His omnibus adhibebantur pauperes, quibus exigua dabat cibaria, eorumque pars cadebant materiam, pars onera subvehebant humeris, pars subterraneos rimabantur cuniculos, & fingebant in ijs fornices, pars excitabant porticus, aut opificibus in opere versantibus subministrabant. Aerarij quoque, materiarij, camentarij abstracti à privatis operibus detinebantur in opere publico.* Reliquum temporis consumsit idem in gerendis bellis & excitando Capitolio, quod avus Iovi, Iunoni & Minervæ voverat, ne unquam respirandi spatium populus haberet. Caium Imperatorem cepit cupido Darii & Xerxis conatibus convitium faciendi, & mare sibi facere voluit pervium. Iecit itaque moles immensas infesto ac profundo mari, excidit rupes durissimi silicis, & campos montibus aggere æquavit & complanavit fossu-

70. Probatur exemplis.

ris montium juga, incredibili celeritate, cum moræ culpa capite lueretur. *Suetonius in Calig. cap. 37. Xiphil. num. 3.* Nero Isthmum perfodere aggressus est, & palatium, cum plus quàm media urbis parte incendio consumsit, quo novas impendendi & laborandi necessitates tàm civibus, quàm militibus induceret. Domus eius, quam auream nominavit, vestibulum tantum fuit, in quo Colossus 120. pedum staret, tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet: Item stagnum maris instar, circumseptum ædificijs ad urbium speciem: Rura insuper arvis atque vineis & pascuis silvisque varia eum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. In cæteris partibus, cuncta auro lita, distincta gemmis, unionumque conchis erant, &c. Eiusmodi domum cum absolutam dedicaret, hactenus comprobavit, ut se diceret, quasi hominem habitare cepisse. Præterea inchoabat piscinam à Miseno ad Avernum lacum, contectam porticibus conclusam, quò quicquid totis Baijs esset calidarum, committeretur. Fossam ab Averno Hostiamusque, ut navibus, nec tamen mari ireiur, longitudinis per 160. miliaria, latitudinis, qua contrariæ quinqueremes commearent. *Suetonius in Neron, cap. 31.* Nihilo parcior Domitianus tàm suis, quàm Deorum ædibus ædificandis, non prius destitit, quàm exhaustus operum numerumque impensis, ad publicas rapinas converteretur: *Sueton. in Domitian. cap. 5. & 12.* quò tandem & Neronis impendia evasisse idem Suetonius autor est *cap. 32.* Nam quos operis subeundis non deprimunt Tyranni, eos multis & exactionibus exhaurire solent, ut paulò post dicemus.

71. *Tyranni qua de causa bellorum semina serere soleant.*

Hinc fit, ut bellis ferendis nonnulli diligentem quærant occasionem, quos πολεμοποιοὺς vocat Aristoteles, idque duplici de causa, ὅπως ἄσχολοί τε ὦσι, καὶ ἡγεμόνος ἐν χρείᾳ διατελῶσιν ὄντες. *5. Polit. cap. 11.* quas latius deducit Plato *lib. 8. de Repub.* addens etiam tertiam: *At ubi externos hostes sibi conciliavit vel profligavit, & quietem ab iis sibi peperit, bellorum tamen occasionem subinde serit, ut Ductorum opera atque industria populus indigeat. Idcircò etiam, ut collatis ad bellum gerendũ pecunijs, populus indies magis ac magis exhauriatur, & minus possit ipsis struere insidias. Quin etiam si quos agnoverit liberali ingenio, ἐλεύθερα φρονήματα ἔχοντας, & illos non temerè suspicetur ipsius imperiũ detractaturos, ut illorum delendorum occasionẽ sibi paret, eos hostibus objicit.* Atque τούτων πάντων ἕνεκα τυράννῳ αἰεὶ ἀνάγκη πόλεμον ταράττειν. Cum autem Plato loquatur de Tyrannidis exordio, constat ex eius intentione, quod proprietates has magis attributas velit Tyranno, dum in occupando & stabiliendo statu versatur, quam postquam in occupato jam incaluit & confirmatus est. Alcibiades non alia de causa tantoperè suadebat expeditionem Syracusanam, quàm ut se magnum & Reipublicæ necessarium faceret, & quod denique consilio suo peregit, Democratiam subverteret. *Plutarchus in Alcibyad.* Aristodemum, cum seditiosis civibus Optimates Cumanorum Aricinis, suppetias efflagitantibus submiserant, ea spe, ut aut naufragio, aut manu hostium interciderent: At cum fortuna favisset Aristodemo, consilium malum autoribus obvertit, & ex bello occasionem quæsivit, Optimates suis militibus opprimendi. *Halycarn. libr. 7.* Omnium verò & felicissimè & perspicacissimè hoc arcano usus est Cosmus Medices, in bellum contra Lucenses cives suos consilio & ope præcipitando, quanquam opprobrium hoc in Albitium convertere nititur Machiavell. *in histor. Flor.* cum tamen & Cosmi partium interesset, bellum trahi, & Laurentius, frater eius ad Philippum Insubrum legatus, non dubiæ argueretur, seu inertiæ, si mitius loquendum sit, seu, si verius, perfidiæ, quod cum potuisset, noluisset Philippum ab auxilio Lucensibus ferendo avertere, ne Lucenses ad incitas redacti paci perpetuæ componendæ Florentinis occasionem præberent. Ex bello enim multa ad Mediceos commoda proficisci, ex Iohannis patris arcanis cognitum retinebant, *Ad certorum scilicet hominum domandam superbiam unicum remedium positum esse in armis: simul & morbum illis de capite, & illos de capite exire. Ad sanitatem autem facile*

72. *Quinam & Tyrannis arcano utiliter uti possint.*

omnes, ubi demta materia morbi esset, redituros, Iohan. Mich. Brut. in histor. Flor. libr. 1. Tum etiam bello exhauriri bona civium, qui nisi ditiorum liberalitate subleventur, ad *Speculum*, ut tum loqui solebant, adigebantur, seu inter ærarios referebantur, adeoque facultatem pro Republica aliquid conandi, imò animum ipsum desperatione perdebant. Quod si anteveniendum & pecunia aliunde fœnori petenda esset, ut privatorum possessionibus parceretur, jam Respublica oppignoratur creditori, & dum singulis pecunia, publico solvenda, creditur, omnes in unius servitutem transeunt, quemadmodum post bellum Lucense Florentinis accidit. Compertum enim est ex tabulis Cosmi, à procuratoribus ejus editis, non solùm publica vectigalia & portoria pro ære alieno sibi ipsum habuisse perpetuò addicta, sed neminem ferè in tàm ampla civitate inventum fuisse, cujuscunque ordinis & fortunæ, in civium modò numero haberetur, quin in illius nominibus esset, multi grandem pecuniam, cum non essent solvendo, facilè hoc patienti, per multos jam annos deberent. Vt igitur diu se necessarium civibus tàm singulis, quàm universis præstaret, Rempublicamque adeò totam sibi devinciret, Iohannes primum, mox etiam Cosmus Medices, belli causas & protractiones sedulò quæsivit, tum etiam ut cives per factiones bellum pacemve præferentium disjungeret, & denique, ut rebus externo infortunio domi perturbatis felicius, quasi aqua turbida, piscaretur, inque sua retia cives consilii inopes pertraheret.

71. *De crudeli tributorum exactione Tyrannorum.*

Faciunt hæc omnia etiam ad demendam civibus facultatem nocendi, quo diximus, tanquam ad secundum scopum collineare instituta Tyrannorum, quoniam servitute & laboribus bellorumq; legere exhauriuntur bona subditorum: sed omnium maximè in usu est Tyrannis, *ἡ εἰσφορὰ τῶν τελῶν*, ut vocat Aristoteles 5. *Polit. cap.* 11. seu vectigalium & tributorum immensa & crudelis exactio. Dionysius enim Syracusanus tanto pestè duplicavit collationes, ut quinquennii spatio contingeret universam rem familiarem à civibus collatam esse. *Aristoteles ibid.* nec prius manum abstinuit, quàm in ipsis atriis convitia à civibus in se jactari exaudiret. *Iam enim*, inquit, *nihil amplius possident.* Tarquinius Superbus, cum patritios multarum gravitate exhausisset, ne plebi illius illudendi causam relinqueret, prima statim *εἰσφορᾷ* (quo verbo utitur Halycar.) denas drachmas in singula capita edixit, mutato ordine Servij, qui pro magnitudine census tributa collegerat, *Halycarn. libr.* 4. Mammelucci Aegyptii tanta crudelitate pecuniam à subditis & præcipuè Alexandrinis extorserunt, ut pœniteret illic quenquam esse divitem, aut rei familiari ampliandæ incumbere, cum nihil periculosius esset, quàm larga possessio, *Martyr. libr.* 2. *legat. Babyl.* quemadmodum & Achinenses Indos commerciis dedita opera abstinere referunt historiæ Indicæ, quod non sibi, sed principi parent, quicquid congessisse præter victum & amictum deprehensi fuerint. Carthaginenses, devictis in Africa populis quos justo bello se subegisse putabant, universorum fructuum medietatem abstulerunt, tributa in civitatibus ubique geminarunt, nullum etiam iis, qui per ignorantiam peccaverant, crimen remittentes, nullosque Duces honestantes, qui benignè ac clementer se gessissent, sed qui grandem ærario pecuniam cumulassent, quamlibet injustè per eos in populum sævitum esset. Vnde factum, ut, qui sic oppressi vivebant, non solùm hortatu multorum, sed vel unico nuntio facilè ad rebellionem inducerentur, siquidem mulieres ipsæ, quod superiori tempore viros liberosque ob non soluta vectigalia duci in servitutem viderant, in singulis civitatibus conspiravere, nihil relictorum sibi bonorum occultantes, sed mundos muliebres ad solvenda stipendia, Malhoni & Spendio, seditionis Ducibus offerentes, *Polyb. lib.* 1. *circa fin.* quâ fortunâ Athenienses quoq; destituerunt socii, ad Lacedæmoniorum partes transeuntes, *Thucyd. libr.* 1. *& ultim.* quod ab illis præter modum tributis gravarentur, *Xenoph. de Republica Athen.* & cum Rehabeam tributi remissionem flagitanti populo respõderet: *Pater meus flagellis vos cecidit, ego verò scorpiones adjiciã*, decem trib. à sceptro Iudæ sese avulserunt. imò bona pars Hispaniæ Galliæ, vel ad Gothos,

74. *Qua cives à se abalienãt.*

vel ad Bagandas, vel ad alios ubique dominantes Babaros transmigravit, iniquitate exactionum compulsa ut latè disputat Salv. *libr. 5 de gubernat. Dei.* 75. *Quæ tributa Majestati debeantur.* Nam Tributa quidem Majestati debentur, & absque læsione conscientiæ negari non possunt, *Matth. 17. & 22 Rom. 13. Soto. de just. & jur. libr 3. q. 6. art. 7. Covarr part. 2. c. peccatum. §. 6. nu. 5. de R. I.* Sed non alium in usum, nec ampliori mensura, quam quatenus exigit utilitas publica. *l. 1. §. in causis. 20. de quæst. Nov. 149. c. Ac sanè. Nov. 161. c. 2. Nov. 163. in prin. Leon. Novell. 51 in pr. ut diximus lib. 3. de jur. Majest. c. 2 n 2.* Quicquid excurrit ultrà, & in voluptates Principis aut præter usus publicos prodigitur, ad Tyrannidem tàm propè accedit quàm longè abit à fine Rerumpublicarum seu cura& salute publica. Nam sic Tyranni ex privatarum familiorum eversione rectè definiuntur, qui suis quæstibus intentior, alienorumq; commodorum negligentior est, quàm qui omnium bona destruit, ut ex ruderibus sibi luxuriosam domum extruat? quemadmodum Nero ex reliquiis fumantis Romæ, ædes sibi aureas excitavit. Menecratem citharædum & Spicillum mirmillonem triumphalium virorum patrimoniis ædibusque donavit: Cercopithecum Panerotem fœneratorem, & urbanis rusticisque prædiis locupletatum propè regio extulit funere. *Sueton. in Neron. cap. 0. Pravum est privatim largiri, quod avidius de Republ. sumas, Tacit. 2 hist.* & sacra lex vetat sudores subditorum in delitias Regis converti, *Deuter 17.* qua in re multi Christianorum principum superantur à Turcarum Domino, qui ex tributis & vectigalibus nihil patitur sumtibus aulæ aut mensæ afferri, ne videatur subditorum bona velle ligurire, *Menavin. lib. 3 relat. cap. 10* & Mahometh in agone id unicum maximè conquestus dicitur, quod semel extra ordinem tributum à subditis egisset *Comin. lib. 10. bell. Gall.* At hodie plerunque ita vivitur, quemadmodum sub Romanis, cadente imperio, victitatum testatur & deplorat Episcopus Massiliensis, ubi in hàc necessitatem redacti erant
76. *Exempla severarum exactionum.* subditi, *ut exuti non facultate tantum, sed etiam conditione sua, atque exulantes non à rebus tantùm suis, sed etiam à seipsis, ac perdentes secum omnia sua, & rerum proprietate carerent, & jus libertatis amitterent. Quid possunt aliud,* ait, *velle miseri, qui assiduum, imò continuum exactionis publicæ patiuntur excidium, quibus imminet semper gravis & indefessa proscriptio, qui domos suas deserunt, ne in ipsis domibus torqueantur. Exilia petunt, ne supplicia sustineant. Leviores his hostes, quam exactores sunt: & res ipsa hoc indicat. Ad hostes fugiunt, ut vim exactionis evadant.* Et paulò ante: *Quibus enim aliis rebus Bagandæ facti sunt, nisi eorum proscriptionibus & rapinis, qui exactionis publicæ nomen in quæstus proprii emolumenta verterant, & indictiones tributarias prædas suas esse fecerunt: qui in similitudinem immanium bestiarum non rexerunt traditos sibi, sed devorarunt: nec spoliis tantùm hominum (ut plerique Latrones solent) sed laceratione etiam, & ut ita dicam, sanguine pascebantur: ac sic actum est, ut latrociniis judicum strangulati homines & necati inciperent esse quasi Barbari, quia non permittebantur esse Romani. Salv. libr. 5. de gubernat. DEI.* Tyranni enim, quia cum Nerone id sibi imperarunt agere, *Ne quis quicquam habeat. Sueton. in Neron. cap. 32.* non tondent modò, sed deglubunt, nec cute tenus sistunt novaculam, sed ad vivum transadigunt, *Non missura cutem, nisi plena cruoris hyrudines.* Triumviri post occisum Cæsarem non tantùm perdebant, quos proscripserunt, sed etiam eos, quos jam missos fecisse videri volebant, ex locupletibus egentes facientes. Nam ab his exigebant pensionem ædium, quas inhabitabant, præcipiebantque reditus prædiorum & pecunias militibus distribuebant, quò eos ad nutus suos haberent paratiores. Præ cæteris verò Antonio omnes facultatum suarum quintam & vicesimam partem contribuere: Senatores verò etiam in singulos lateres, quos habebant in ædibus urbanis, non suis solùm, sed etiam alienis, in quibus habitabant, quatuor obolos persolvere, ac ditissimos quosque separatim alia permulta conferre cogebat, *Xiphil. in August. nu. 2. in princ. nu. in fin.* Cajus Caligula, cum aureorum ducenties tricies centena millia, quantum in thesauris

Tiberii

Tiberij invenisset, ante annum tertium dilapidasset, *Xiphil. in Caj. num.* 1. *Aut frugi hominem oportere esse* dictitans, *aut Cæsarem. Sueton. in Caj. c.*37. Ad rapinas convertit animum, vario & exquisitissimo calumniarum & auctionum, & vectigalium genere. *Suetot. c.* 38. Nam & minutissimis literis & obscuro loco leges proposuit, quò præ ignorantia, quam necessariam ipse fecerat, pluribus peccandi, & in multas incurrendi ansam præberet. *Sueton. c.* 41. Locupletibus sacerdotia obtrusit, ut ejus honoris gratiâ pecunia illos emungeret. A Cæsonia enim & Claudio eo nomine ducenta millia aureorum exegisse legitur. *Xiphil. num.* 6. Auctione proposità reliquiisq; domus Augustæ subjectis ac venditatis, exquirens per se, precia rerum, eo usq; extendit, ut quidam immenso coacti quædam emere ac bonis exuti, venas sibi inciderent. Nota res est Aponio Saturnino inter subsellia dormitante, moni tum à Cajo præconem, ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem sibi præteriret, nec licendi finem factum, quoad XIII. gladiatores H-S. nonagies ignoranti addicerentur. Comperat provincialem locupletem ducenta H-S. numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur, nec tulerat molestè, tàm magno æstimari hono rem cœnæ suæ. Huic postero die sedenti in auctione misit, qui, nescio quid frivoli ducentis millibus traderet, diceretq; cœnaturum apud Cæsarem vocatu ipsius. Vectigalia nova atque inaudita primùm per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per Centuriones tribunosq; prætorianos exercuit, nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret Pro eduliis, quæ totà urbe venirent, certum statumque exigebatur. Pro litibus atq; judiciis, ubicunque conceptis, quadragesima summæ, de qua litigaretur nec sine pœna, si quis composuisse vel donasse negotiũ convinceretur. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octava, ex capturis prostitutarũ, quantum quæque uno cubitu mereret. Additum que ad caput legis. ut tenerentur publico, & quæ meretricium, quæve lenocinium fecissent, nec non & matrimonia obnoxia essent. Ac ne quod non manubiarum genus, experiretur, lupanar in palatio constituit, distinctisque & instructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronæ ingenuique starent. Misit circum fora & basilicas Nomenclatores ad invitandos in libidinem juvenes senesque, præbita advenientibus pecunia fenebri, appositique, qui nomina palàm subnotarent, quasi adjuvantium Cæsaris reditus. *Sueton. in Caj. c.*38. 39. 40. 41. Ad eius exemplum Nero ante omnia instituit, ut è libertorum defunctorum bonis pro semisse dodrans cogeretur ei, qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent illæ familiæ, quas ipse contingeret. Revocavit & præmia coronarum, quæ unquam sibi in certaminibus civitates detulissent. Nulli denegavit officium, ut non adjiceret: *Scis, quid mihi opus sit. Sueton. in Neron. cap.* 32. Commodus, ut pecuniam in luxus & profusas largitiones per fas nefasque corraderet, nemini gratuitò quicquam concessit. Multi sub eo alienam pœnam & suam salutem redemerunt. Vendidit etiam suppliciorum diversitates, & sepulturas & immunitates malorum, & alios pro aliis occidit. Vendidit etiam provincias & administrationes, cum hi, per quos venderet, partem acciperent, partem verò Commodus. Vendidit nonnullis & inimicorum suorum cædes. Vendiderunt sub eo etiam eventus litium liberti. *Æl. Lamprid. in Comm. num.* 5. Domitianus item nihil pensi habuit, quin prædaretur omninò. Præter cætera autem Iudaicum fiscum acerbè egit, ad quem deferebantur, qui velut professi Iudaicam intra urbem viverent vitam, vel dissimulata origine imposita genti tributa non pependissent. *Suet. in Domit. c.* 12. Vespasianus etiam pater in hoc genere exorbitavit, & Suffenus deprehensus fuit, quippe, qui non contentus omissa sub Galbâ vectigalia revocasse, nova & gravia addidisse, & auxisse tributa provinciis, nonnullis & duplicasse, negotiationes quoque vel privato pudendas propalam exercuit, coëmendo quædam tantùm, ut pluris postea distraheret. Nec Candidatis quidem honores, reisve tàm innoxiis quàm nocentibus absolutiones venditare cunctatus est. Ex lotio denique vectigal commentus est, quod ipsi ejus filio Tito sordebat, ita ut pa-

trem eo nomine reprehenderet, qui pecunia ex prima pensione ad nares admota cum rogaret, *ecquid odore offenderetur*, & is negaret, *At*, inquit, *ex lotio est. Sueton. in Vespas. cap.* 16. & 2. Sunt tamen, qui Vespasianum unà cum Galbâ excusent à suspitione Tyrannidis, quod malè partis optimè usi, & ad manubias rapinasque necessitate compulsi sint summa ærarij fiscique inopia, alienis culpis contractâ. Tyranni enim ex libidine & ut voluptatibus suis fomitem subjiciant, alienis bonis inhiant, aut ne quisquam in Republica potens sit, præter Monarcham, quemadmodum Cajus multis exprobravit, *quod non puderet opulentiores esse principe. Sueton. c.* 39. Pescennius Niger Palæstinis rogantibus, ut eorum censitio levaretur, idcircò, quod esset gravata, respondit: *Vos terras vestras levari censitione vultis: ego vero etiam aerem vestrum censere vellem. AEl. Spartan. in Pesc. num.* 3. Theodosius I, adeò sordidè exegit vectigal, ut ne vestem quidem, qua pudenda tegerentur, incensam dimitteret. *Zosim. in Theodos.* Successores ejus amplius aurargenteum, seu à Constantino commentum, ut Zosimus refert, seu à perversa consuetudine jam inveteratum genus vectigalis, eousq; extenderunt, ut jam omnes mendici & pauperes, omnes meretrices, omnes liberti in agris & urbibus, annuum fisco tributum exolvere cogerentur. Exigebatur autem de equis, mulis, bobus, asinis & canibus: De unoquoque homine nummus argenteus: de equo, mulo & bove tantundem: de asino Pholes (nummi genus est) sex, & de cane totidem, ut refert Zonar. *in Anast. Dic.* Ac licet hoc tàm iniquum vectigal Anastasius Imperator aboleret, non diu tamen post Iustinianus Imperator ad priorum ingenium rediit, vetera tributa exaggerando, & nova addendo. Alios, ut perperam de religione sentientes, multavit, alios, ut immodestè & petulanter viventes opibus privavit, alios ob contentiones inter sese, alios denique aliis de causis, quæ omnes breviter recenseri nequeunt. *Zonar. in Iustin. in pr.* Nicephorus Imper. ne paræcis quidem Ecclesiarum & Xenodochiis abstinuit: pauperes, qui solvendo non essent, tributi loco militare coegit. Cum aliquando cæreorum venditorem divitem esse inaudiisset, eum ad se accersivit, impositaque in caput manu, juramento dato coëgit confiteri, quantum auri possideret; qui cum centum libras respondisset, jussit afferri. Cumq; afferretur, nonaginta libras sibi abstraxit, decem residuis possessori relictis, dicens: *Non esse illi tanta pecunia opus. Zonar. in Nicephor.* Possem hîc latius evagari, & Tyrannorum mores exemplis testatos facere, nisi & veterum monumenta iis abundarent, & præsenti ætate nihil esset prius Tyrannicis principibus, quàm in sudoribus subditorum triumphare, & per gemitus civium voluptatibus suis inservire. Pisistratidis laudem hanc relinquit Thucyd. *lib.* 6. quod magnifico ædium monumentorumq; apparatu urbem duplo reliquerint conspectiorem, quàm acceperint: Ad quem in finem? nimirum ne unquam causa deesset exactoribus, ex privata pauperie publicè superbiendi, quandoquidem hac ratione civibus subtrahebantur nervi contra Tyrannum, & quidem sub specie & prætextu ornatus publici, ne cui forte, quorsum exactiones tenderent, innotesceret. Crocodilus patitur trochilum aviculum capere escam è faucibus suis, non illius amore, sed sua ipsius causa. Repurgat enim rostro suo os illius: Ita Tyranni, etiamsi abblandiantur populo, & liberales videri cupiant, hæc tamen omnia ad suum quæstum referunt. *Plin. libr.* 8. *cap.* 25. *Leo rugiens*, inquit Salomon, & *rursus esuriens, princeps impius super populum pauperem. In multiplicatione justorum lætabitur vulgus, & cù impij sumserint principatum, gemet populus. Proverb. c.* 25. Non secus ac aquilarum pennæ, dum aliorum avium plumis miscentur, eas devorant; Ita Tyrannis adeò esse insitam vim spoliandæ plebis, scribit Plinius *libr.* 10. *cap.* 3. *ut quod vivi non potuerint, mortui aufferre velint.* Nam Herodes, cum mortem in foribus subolfaceret, Salome ejusque marito Alexæ mandatum dedit, ut quos ex nobilissimis quibusque familiis congregatos haberet selectos juvenes, se moriente, statim à militibus contrucidari juberent. Sic enim se publico planctu moriturum. *Ioseph. libr.* 17. *Antiquit. c.* 9. & 10.

77. *Tyranni tributa impendunt in privatos usus.*

78. *De eodem.*

Tandem

79. *Quibus artibus Tyranni demant civibus facultatem nocendi.*

Tandem cum sæpè etiam oppressis redeat in præcordia virtus, &

Magnum pauperies opprobrium jubeat
Quidvis & facere & pati. Horat. lib. 3. Od. 23.

ad avertendam facultatem nocendi longius progrediuntur Tyranni, & munitiones civium demoliuntur, armaque instrumenta rebellandi, ex privatis possessionibus in publicas custodias comportant.

80. *Exarmatio.*

Exarmatio enim non tantùm demit audaciam civibus, & cum gladio auffert animum: sed etiam vanos reddit conatus eorum, qui se instrumentis rem benè gerendi destitui vident. Frustrà enim in Aristomachum ab Æschylo, & Charimene& cæteris conspirationis sociis conjuratum fuit, quod gladios in urbe parari vel haberi sub periculo capitis Tyrannus vetuisset, *Plutarch. in Arat.* Ideoque Aristodemus occupata Cumanorum Tyrannide, callido commento civibus uno impetu ademit arma. Fingens enim se vereri, ne quis tumultus à Divitibus in plebem orietur, propter agrorum divisionem & æris alieni remissionem, neve bellum civile cædesve intestinæ existerent, dixit *se unicum modum invenire, quo caveri hoc possit, si omnes arma prolata ex adibus Diis dedicent, ut queant iis uti contra externum hostem, si quando opus fuerit, non contrà seipsos: Interim rectissimè deponi penes Deos.* Quod ubi persuasit, αὐθημερὸν ἁπάντων παρεχομένων τὰ ὅπλα, sequentibus diebus scrutatus privatas cujusque ædes, multos viros bonos occidit, quasi fideliter arma Diis non repræsentassent. *Halycar. libr. 7.* Hipparchus ab Atheniensibus interemtus est, quod cives non prohibuisset arma in concionem portare: ideoque Hippias, ut suæ securitati melius prospiceret, ne id fieret amplius, sollicitè cavit. *Thucyd. libr. 5.* Ita & Mammeluci in Ægypto sibi solis olim arma reservabant & Philistini sedulò caverant, ne Hebræi gladios aut lanceas fabricarent. *1. Reg. cap. 13.* Donaldus Scotorum Tyrannus neminem inquilinorum passus est armatum incedere. *Buchan. libr. 4.* Rex Congo rogatus ab Eduardo Lopezio, quare subditis interdiceret usu Bombardarum, respondit, ut se tutum præstaret à vi, quæ sibi semper timẽda esset, si è longinquo à civibus peti posset. *Lopez. lib. 1. de regn. Cong. cap. 14.* Quò magis miror eorum querelas, qui tanquam Tyrannicum non dubitant institutum traducere, quando ad exercitia armorum à principibus inviti cives compelluntur, cum nihil sit Tyrannis magis adversum, quam si armorum copiam habeant, eorumque usum calleant subditi.

81. *Non omnis exarmatio Tyrannica est.*

Solent quidem etiam boni principes armorum tàm possessiones, quàm usum tollere, prout apud Chinenses usu receptum esse testatur Hugo Lindsch. *part. 2. Ind. Orient. cap. 23.* idque propter pacem publicam licitum esse summæ potestati diximus *li. 2. de jur. Majestat. cap. 5. à num. 4. usq; ad num. 10.* cæterum, quia id non fit in fraudem subditorum, non magis Tyrannicum censeri debet, quam si Romani devictos hostes arma deponere juberent, *Cæs. 2. bell. Gall.* aut Cyrus Babylonios rebelles in arces hastas enfesque conjicere præciperet. *Xenoph. 7. Cyrop.* Quod enim in hostes jure victori licet, non licet principi in cives. Tyrannus verò, quia non potest non sibi omnes cives capere inimicos, non aliter cum iis, quàm cum hostibus, agit, nec arma in universum è Republica tollit, quod faciunt pacis publicæ gratiâ Principes laudati; sed ademta civibus tradit in manus peregrinorum, & externis terroribus compescit intestinos motus. *Non fortes, neq; bellaces cives sibi parare gaudent Tyranni,* ait Xenophon, *sed potius hospites & peregrinos civibus potentiores reddere, atq; horum adhibent satellitium. In Tyrannico.*

82. *Tyrannos plerumq; habere satellitium peregrinum.*

Non defuerunt enim qui Regi Galliarum, tanquam notam Tyrannidis, objecerunt, quod satellitium habeat conscriptum ex Scotis & Helvetiis, quasi peregrinis amplius, quàm civibus, confidens; nec effugeret suspitionem Rex, nisi ad extrema tantùm ministeria eorum opera uteretur, dum interim civibus optima quæque & à rege proxima parent officia. Tyrannus enim, quia ab his maximè sibi cavere habet, omnium primos juxta se collocat peregrinos, quippe, quos argento & auro ita sibi devinxit, ut nec velint conditionem suam libertate publica mutare, quemadmodum milites pro Sertorio & Cæsare se devovere parati

parati erant, *Plutarch. in Sertor. & Cæsar.* & Plato dicit satellites Tyrannorum nidore mercedis detineri, ne abire velint, *libr.8. de Republ.* nec possint Tyrannum prodere, quippe in eodem lu tohærentes. Interfecto enim Hieronymo Syracusanorum Tyranno, ut jacens visus fuit, non secus orta fuit fuga satellitum, ac si omnium in se civium gladii strin gerentur. *Liv. lib.*24. Itaq apud Tyrannos ait Aristot. 5. *Polit. cap.* 11. τὰς ἐπιδημοῦντας καὶ φανερὰς εἶναι καὶ διατρίβειν περὶ θύρας. Versari autem propter fores dicebantur apud Persas purpurati omnes & proximi à Rege, tùm etiam custodes corporis Regis fidissimi, ex institutione Cyri, *Xenoph. lib.* 8. *Cyrop.* unde Prætores, Magnates & Aulicos omnes uno nomine dici τὰς ἐπὶ θύραις βασιλέως notat Barn. Brisson. *lib.* 1. *de regn. Pers. ex Plutarch. in Themistocl. & Pelop. Athen. lib.*6. Quanto enim propiùs hisce patet aditus in arcana Tyranni, tantò minus illorum ordinem colligit ex civibus, quos ad unum omnes sibi infestos novit. Τὸ γὰρ Τύραννον εὐσεβεῖν οὐ ῥᾴδιον. *Sophocl. in Ajac. Fur.*

83. *Quare Tyranni præferant civibus peregrinos.*

Adhibet igitur ad latera & in custodiam corporis satellitium peregrinum, largo ære conductum, quod in aperto foribus obversari vult, non quidem civium, ut interpretatur Victorius, sensum phrasinque Aristotelis pervertens, sed Tyranni ipsius, ne quid in Tyrannum post fores occlusum moliri cives possint, quia statim ab excubitoribus prodantur, & ut perpetuo jugo à satellitibus subjecti servire sensim assuescant. Id enim sibi vult Persica phrasis, διατρίβειν περὶ θύρας, seu ut *Xenoph. lib.*8. *Cyrop.* ἐπὶ ταῖς θύραις διάγειν, aut παραμένειν ἐπὶ θύραις. *Herod. libr.*3. Et cum posterior periodus, καὶ φέρειν &c. respiciat cives, ipso Victorio consentiente, ad eosdem pertinere antecedentem necesse est, cum in utraque præsupponat Aristoteles idem subjectum. Ita Nabis Lacedæmoniorum Tyrannus, cum sperare de civibus non posset, ut se salvum vellent, ad satellitium confugit, cumq; suspectos quosdam civium haberet, eductis in campum omnibus copiis (Dromon ipsi vocant) positis armis ad concionem vocari jussit Lacedæmonios, atq; eorum concioni satellites

84. *Locus ex Arist. explicatur.*

armatos circumdedit, & pauca præfatus, *cur sibi omnia timenti ca*[illegible] *ignoscendum in tali tempore foret, & ipsorum referre, si quos suspectos præsens rerum status faceret, prohiberi potius, ne quid moliri possent, quàm puniri molientes*: itaque quosdam se in custodia habiturum, donec ea, quæ instet, tempestas prætereat. Sub hæc citari nomina octoginta fermè principum juventutis jussit, atque eos, ut quisque ad nomen responderat, in custodiā tradidit, & nocte sequenti omnes interfecit. *Livius lib.*34. Agesilaus Ephorus in eadem Republ. cum versam Tyrannidem potestatem populo odiosam & gravem fore suspicaretur, non aliter in curiā se contulit, quàm stipatus militia, quam in eum finem conduxerat. *Plutarch. in Agid. num.* 5. Primum triginta Tyrannorum apud Athenienses institutum fuit, ut metu satellitum cives partim divellerent, partim in suas leges cogerent. *Xenoph. lib.* 2. *Græcan.* Aristodemus Cumis invasa Tyrannide tres φύλακας statim sibi delegit, unam ex sordidissimis & nequissimis civibus, quorum opera factioni Optimatum sceptra ademerat: alteram ex impiis servis, quos ipse ob heros interfectos manumiserat: tertiam ex conductitiis Barbaris immanissimis & rei bellicæ peritissimis. *Halycar. libr.* 7. Hoc est, quod Claudianus dicit:

85. *Tyrannorum fiducia in peregrinis.*

Muniti gladiis vivunt, septiq; venenis
Ancipites habitant arces trepidiq; minantur.

4. *Conf. Hom.* Item quod Hieronym. *Aut habendus est exercitus Tyranno, aut serendum.* Inter degeneris Hieronymi regis Syracus. notas primo loco affert Livius *satellites armatos*, nec licuisset conjuratis vota sua in eum exequi, nisi sequens à tergo agmen Indigemines, tanquam laxaret elatum pedem a stricto nodo, in angustiis viarum substinuisset. *Livius lib.*24. Herodem accusarunt Iudæi post mortem Tyrannidis erga Imperatorem, eò quod ditando extraneos, subditos redegerit ad pauperiem. *Joseph. lib.* 17. *c.* 12. Erat enim subditis inexorabilis: Extraneis autem ignoscebat facilè, sæpè etiam non rogatus, ut scribit idem *lib.* 15. *Antiq. cap.* 1. Ptolemæum Physconem μισοπολίτην dixerunt Alexandrini, cum is gaude-

gauderet diei *Ευεργέτης*, eò quod pulsis civibus peregrinos interduceret, *Strab. lib.17 Ioseph 13. Ant qu.cap.38. Athen. lib.1. c.27.* & Casimirus Polonorum Rex Magni nomen & gloriam commaculavit ex eo, quod Iudæos nimio favore prosequeretur, & privilegiis ultra cæterorum civium sortem dotaret.

86. *Imperium sibi civisse legionum & peregrinorū militum vi.*

Romani imperij initia si intueare, non alij fundamento innixa ad tantam altitudinem ascendisse, nequiequam reluctantibus civibus deprehendes, quam quod conatus civium legionum fides supprimeret, & vota Senatus anteverteret impetus exercituum. Nam occiso Caio, dum Senatus vota colligit & cunctanter libertatem, quâ data via, persequitur, milites Claudium in castra rapiunt, & cespite levatum Vibi & Orbi Imperatorem designant, *Xiphil. in Claud.num.1. Ioseph.lib.19 Antiq. in princ.* ex quo factum, ut subinde Imperatores non secus ac personas in scena luderent, *ut inquit Plutarchus in Galb.* sæpiusque ab exercitu, bis terve tantùm à Senatu Imperatores dictos, legamus Tiberius, cum licet stipatoribus cinctus, tamen à Senatu peteret, ut sibi opem ferret, ne quam injuriam pateretur, risu meritò exceptus fuit, quasi custodiâ egeret, ad cuius nutum tot millia paratas haberent manus: nec Tiberius potuit, quin risum hunc declinaturus responderet: *Non suos esse milites, sed populi Romani. Xiphil. in Tiber. n.1.* Etenim Augustus patris arcana secutus, militibus magnam pecuniam largitus, magnisque eos muneribus & gratiis demeritus est, quod sine eorum ope in urbem admissus non fuisset, nec sine eorum præsidio & custodia in Senatum venire potuisset. *Dion in August.* idque consilium dederat ipsi Livia, *ut haberet milites permultos paratos, quorum alij hostibus objiciantur, alij Imperatori præsto sint, propter quos comites & foris tutus esse posset. Id. ibid. in fin.* Cajo decreta fuit custodia SCto, etiam eum in Senatu sederet, ne quis eum accederet. *Xiphil.in Caj. num 5. in fin.* Usque adeò omnes habebat suspectos, ut ne in loco quidem sacro se satis tutū crederet, & peregrinam sibi custodiam decerni curaret. Ac Tiberius quidē cum eum Tegonius Gallus orasset deligere Senatores, ex quibus viginti sorte ducti & ferro accincti, quoties curiam iniset, salutem eius defenderent, petitionem eius rejecit: *Neque enim sibi vitam tanti, si armis tegenda foret:* Mox tamen ultrò petivit, ut Macro præfectus, tribunorumque & Centurionum pauci secum introirent, quoties curiam ingrederetur. *Tacit.6. Annal.n.1. & 3.* Inter omnes autem maximè fidebant Imperatores Germanis, tanquam externis, ut Tacitus non uno in loco insinuat, *Lib.1. Annal. num.7. Additur magna pars prætoriani Equitis & robora Germanorum, qui tum custodes Imperatori aderant. Lib.15. num.8. Volitabant per fora, per domos, rura quoque & proxima municipiorum pedites Equitesq; permixti Germanis, quibus fidebat princeps quasi externis.*

Alij licet satellites in Rempublicam inducere nondum audeant, è longinquo tamen auxilia parata tenent, quibus motus intestinos compescant, eoque fine in odium civium cum vicinis Tyrannis, nunc fœdera, nunc affinitates ineunt, cuius exemplum proponit Halycarn. in Tarquinio Superbo: 87. *Tyranni affectant affinitates extraneas in præsidium.*

lib. 4. Λογιζόμενος ὁ Ταρκύνιος, ὅτι τοῖς μὴ κατὰ νόμον λαβοῦσι τὰς δυναστείας, ἀλλὰ διὰ τῶν ὅπλων κτησαμένοις, οὐ μόνον ἐπιχωρίου δεῖ φυλακῆς ἀλλὰ καὶ ξενικῆς, τὸν ἐπιφανέστατον ἐκ τοῦ Λατίνων ἔθνους, καὶ πλεῖστον ἁπάντων δυνάμενον, ἐσπούδασε φίλον ποιήσασθαι, τὸν γάμον συζεύξας τῆς θυγατρὸς, ὃς ἐκαλεῖτο Ὀκτάουιος Μαμίλιος. Brevius Livius *libr. 1. In caritate civium nihil spei reponenti, metu regnum tutandum erat. Indeque Latinorum sibi maximè gentem conciliabat, ut peregrinis quoque opibus tutior inter cives esset: neque hospitia modo cum primoribus, sed affinitates quoque jungebat. Octavio Mamilio Tusculano filiam nuptum dat, perque eas nuptias multos sibi cognatos amicosque ejus conciliat.* Ita Hippias occiso fratre Hipparcho, vehementius sibi metuens ad externa auxilia respexit, si quid tutelæ aliquando foret, statu mutato. Ideoque post hæc Hippoclo Aeantidæ Lampsaceni Tyranni filio Archedicen filiam suam collocavit. *Thucyd. lib.6.* Veneti ante patrum memoriam Marinum Falerium Majestatis & conspirationis in Rempublicam damnarunt, quod

Nnnn cum

cum exteris principibus pernitiosas patriæ affinitates contrahendi, indeque auxilia ad opprimendam libertatem paciscendi consilia inivisset. *Iustin. libr. 4. hist. Ven. Contar, lib. 3. de Republ. Venet.* Econtrario Cosmus Medices ut suspitionem hanc defugeret, filias suas civibus mediocris fortunæ elocavit, & ab iisdem filiis uxores repetiit, clanculum interim cum Sforciis & aliis principibus sub prætextu publicarum legationum amicitias & arctiora fœdera contrahens, modò id cives non adverterent. Nec enim dubium est, quin Laurentius, frater Cosmi, nomine Reipublicæ ad Galeatium Sforziam efflagitandarum suppetiarum causâ delegatus, in intimam illius amicitiam penetrarit, & licet se omnia posse apud principem vulgò jactitaret, suppetias tamen pro Republica non impetravit, quod è re Medicæorum nondum esset bellum finiri. Nam cum Medicæi postea Sforziatum opem requirerent, occupata jam Republica promtam & expeditam sine controversiâ obtinuerunt, illorumque amicitiam ut seriò colerent, testamento liberis præceperat Cosmus. *Ioh. Mich. Brut. lib. 1. histor. Flor.*

88. *Tyranni in pretio habent servos libertos, adulatores.*

Quod de Satellitibus & peregrinis dictum fuit, idem ob eandem rationem transfert Aristot. & *servos, libertos, mulieres & Gnathones quos vos Aulicos.* Nam non tantum graculus graculo assidet, & lupis optimè convenit inter se, sed Tyranni ea conditio est, ut postquam tesseram fregit apud cives, nec tamen adjutoribus carere prorsus possit, ad eos cogatur se applicare, qui ab ipsius arbitrio toti pendeant, & civium sanguine se saginare, perinde ut Tyrannus, quærant Plato *lib. 8. de Re. publ ad fin. Ecquis vero,* inquit, *ex indigenis Tyranno custodiendo operam suam conferre voluerit? Si videt summotis civibus nonnullos è suis servis manumiserit & in satellitum numerum asciverit. Omninò inquit: Hi enim fidelissimi sunt futuri & fructuosè servient, Tyrannum admirantes & familiariter colentes, pro eo, quod boni cives eum oderunt & avertantur.* Tum etiam justas reprehensiones, quas à cordatis civibus aut gravitate singulari nobilitatis amicis timere habet, Tyrannus non sustinere: Itaque Hieronymus Syracusarum Tyrannus, ex quindecim, quos Hiero pater filio adjecerat tutoribus, non fecit sibi reliquos, nisi duos sororios, nec eos quidem de rebus alicujus momenti magnoperè auditos. *Liv. lib. 24* Cajus Macroni & Enniæ, adjutoribus imperij, pro necessitudinis jure, proque meritorum gratia, cruentam mortem persolvit. *Sueton. in Calig. cap. 26, Xiphil. num. 2.*

89. *Contemnit amicos graves.*

Nero non timuit in ipsius matris necem provehi, quod ejus imperio honestè adversari quidem non posset, nec tamen effreni suæ licentiæ quicquam obstare pati vellet, quâ de causa & Tiberius Liviam matrem adeò à Republ. semovit, ut edicto sollicitudinem ejus, tanquam nimis curiosam carperet: nec aliud crimen Senecæ & Burrho jugulum fregit, quam quod Thraseæ & cordatis quibusque Senatoribus, ne quis se superesset, cujus autoritas, in omnia scelera præceps ruenti pudorem remoramve injicere posset. Commodus senes universos, paternos amicos tollere è medio decreverat, *ne censura illorũ*, ut ait Herodianus *l. 1. sua interpellarētur flagitia*: Quin & Marciam concubinam, cum Læto & Electo cubiculi custodibus morti destinaverat ob id saltem, quod ipsum Saturnalium feriis cum habitu gladiatorio in publicam arenam prodire parantem, precibus & supplicibus votis dehortari instituissent, ne quid committere Romano principe indignum vellet. In summa, ut paulò ante dixit Herod. *neminem, cui virtus ulla esset, amicum sibi jungebat, sed à cunctis æquè recto studio animum avocaverat. Quippe quem dies noctesq; aliæ ex aliis effrena corporis voluptates gravissimo servitio premebant, neminemq; non ab limine, velut insidiatorem submovebat, quemcunq; aut probitas, aut disciplina ulla etiam mediocris illustraret. Scurra vero, & qui turpissima quæq; repræsentabant, quasi addictum sibi habebant,* &c. Ad provincias etiam regendas non misit, nisi vel criminum socios, vel à criminosis commendatos, ut testatur Lamprid. *in Comm. num. 1.* Maximinus omnes Alexandri amicos & ministeria partim amovit, partim occidit. Nobilem circa se neminem passus est, prorsus ut Spartaci aut Athenionis exem-

exemplo imperaret. *Capitol. n. 3.* Sic Nero statuerat Senatum veterem expungere, & Equites Libertosque in Senatorum locum substituere, quod consilium in Senatu Iudaico executus paulò ante erat Herodes, cum Synedrio è domo David substitueret Neophytos & Proselytas, qui, quod dignitatem suam Regi acceptam referre haberent, illius unius arbitrio consensum suum modestè accommodarent. *Philo lib. de Tempor. Ioseph. 14. Antiquit. cap. 17.* Et quis unquam ex principibus viris in tantum honorem fuit apud Claudium, quàm Felix, Harpocras, Polybius, Narcissus, Pallas, qui sæpè inter duos Consules ambulabant, at qui viri? quibus vulgus occlamabat: *Iò Saturnalia*, quosque verberones, non dubitabat designare in medio theatro, *Liberti scilicet mimi, balatrones*, &c. *Xiphil. in Claud. num. 4. & 5. Sueton. cap. 28.* Nero digniorem non inveniт, quem Burrho succenturiaret, præter Tigellinum, prostituti pudoris hominem; Galbæ in delitiis T. Iunius, *Plutarch. in Galb.* quem Vinium vocat Tacitus: *libr. 1. histor.* Domitiano Parthenius & Stephanus libertus, à quibus & interfectus fuit. *Xiphil. in Domit. in fin.* Heliogabalo Zoticus, ab omnibus officiorum principibus sic habitus, quasi Domini maritus esset, nec non Protogenes & Gordius aurigæ, quos in omni vita & actu participes habuit. *Lamprid. in Heliog. n. 4.* Idem faciebat libertos, præsides, legatos, Consules, Duces, omnesque dignitates polluebat ignobilitate hominum perditorum, *ut ibidem narrat Lamprid.* Ad præfecturam prætorij saltatorem, qui histrionicam Romæ fecerat, ascivit, præfectum vigilum Gordium aurigam fecit, præfectum annonæ, Claudium Censorem. Ad honores reliquos promovit commendatos sibi Pudibilium enormitate membrorum. *Lamprid. ibid.* Eò quippè vecordiæ provectum dicit Herod. *ut omnes scenicos artifices ac Theatricos ad maximas imperij dignitates promoveret, Alium è scena juventutis, alium Senatui, alium Equestri ordini præponens. Aurigis item & Comœdis Mimorumque histrionibus maxima imperij munia demandabat, servisque suis aut libertis, (ut quisque turpitudine reliquos antеibat) procurationes tradebat provinciarum. Herod. de Heliog. n. 4.* Iusserat & Canonem P.R. unius anni meretricibus, Lenonibus, exoletis intramuranis dari, extramuranis alio promisso. *Lamprid. num 9.* Voluit per singulas urbes Lenones præfectos urbi facere, & ut essent in urbe XIV. & fecisset, si vixisset, promoturus omnes turpissimos & ultimæ professionis homines. *Idem. num. 7.* Vnde inter imprecationes Senatus: *Servis servivimus. Servorum subornatores de Senatu. num. ult.* Vsque adeò Tyrannum necesse est aversari bonos quoscunque viros, tanquam votis suis inimicos, & deteriori parti sese applicare. Dionysius Syracusanus, cum quidam familiarium gravem culpam in se admisisset, conversus ad eum dixit: *Animadvertissem in te, nisi Tyrannus pravis viris egeret, ac sine iis subsistere non posset* Hiero *apud Xenoph. in Tyran.* in eam angustiam necessitate quadam Tyrannum conjici disputat, dum viros probos vel è medio tollit, vel à commercio suo ablegat, ne vel virtute sua tacitum ipsius vitiis faciant convitium, ut de Thrasea suprà diximus ex Tacito. Aristoteles *lib. 5. Polit.* comparat ex hoc capite Tyrannidem cum Democratia corrupta, in quâ suprà *lib. 4. c. 6.* plurimum dixerat valere assentatores, simulque rationem reddit, quare servis, mulieribus & adulatoribus Tyranni sese addicere non vereantur, dum cordatorum amicorũ ne preces quidem & paterna monita ferunt. 90. *Tyrannides sine pravis amicis non subsistunt.* *Illa*, inquit, *quæ geruntur à postremo genere Democratiæ, omnia sunt Tyrannis accommodata*, Γυναικοκρατία καὶ δούλων ἄνεσις, *ob eandem causam: Servi enim non insidiantur, neque mulieres Tyrannis. Cum autem benè cum illis agatur, necesse est benevolos esse Tyrannidibus, & statibus multitudinis. Populus enim studet esse Monarcha, quare assentator apud utrosque in pretio est: Apud populũ quidẽ, qui loquitur ad voluptatem: ad Tyrannum autem, qui se cũ ipsis humiliter gerunt: quod profectò opus est & species quadã assentationis. Etenim hanc ob causam studiosa est improborum hominum Tyrannis. Lætitia enim afficiuntur, cũ vident sibi aliquos assentari. Hoc autem facere nemo in animũ induceret, qui Spiritum liberum haberet, sed diligunt probi viri, vel certè non adulantur,*

& utiles sunt pravi ad res pravas. Clavus enim Clavo, ut in proverbio est: Et nulli mortali delectari, qui sit σεμνὸς καὶ ἐλευθέριος. Talis enim solus Tyrannus videri cupit. Qui autem & ipse dignitatem tuetur, praebetque se liberum hominem, eripit ipsi summum honoris locum & quod proprium Tyrannidis est, quo dominari omnibus re vult. Odio igitur hoc habent ὥσπερ καταλύοντας τὴν ἀρχήν.

91. Tyrannorum latebrae. Denique, cum tantum sit odium Tyrannorum, ut saepè à Satellitibus ipsis & servis mulieribusque ipsis ad generum Cereris mittantur, ut Augustus respondet Liviae suae, *in regno non tantum hostes sed & familiares timeri, & eò quidem magis, quo propiorem accessum habeant ad lectos & cibos Tyrannorum, Dion. in August. in fin.* ideoque nemini mortalium se tutò credere audeant, ad solitudinem & latibula se recipere coguntur, tanquam ad extrema asyla. Etenim Dionysius Syracusanus, quod se populo committere non auderet, è turri concionari solitus fuit, & *cum abundaret*, ut ait Cicero, *& aequalium familiaritate & consuetudine propinquorum, haberet etiam more Graeciae, quosdam adolescentes amore conjunctos, credebat eorum nemini.* Alexander Pheraeus cubiculum sibi ea arte construxerat in alto, ut noctu remotis scalis aditum nulli daret, praeter uxori adjectis sub ingressum fidis canibus, qui latratu abigerent, quos propius accedere sensissent, *Plutarch. in Pelop.* Capreensis illi Tiberij secessus, quid aliud, quàm fuga lucis & populi fuit. Nam cum jam ad septimum usque lapidem via Appia rediisset, prospectis modò nec aditis urbis moenibus pedem retulit ostento territus. Erat ei in oblectamentis serpens Draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, cum consumptum à formicis invenisset, monitus est, ut vim multitudinis caveret. *Sueton. in Tiber. cap. 72.* Commodus paulò audacius tametsi verebatur, ne quid in se moliretur populus, in urbem tamen ab amicis repulsus fuit, sed ita ut nemini fideret: omnesque pariter tanquam suspectos vitaret, *Herodian. lib. 1. num. 9. Nunquam enim facilè in publicum processit*, ait Lamprid. *num. 2. neque quicquam sibi nuntiari passus, nisi quod Perennis ante tractasset.* Domitianum *ex solitudine nunquam prodiisse, qui ... ritudinem faceret*, scribit Plinius in Panag. Idem parietes porticuum, in quibus spatiari consueverat; Phengite lapide distinxit, è cujus splendore per imagines, quid à tergo fieret, provideret. Et nec nisi secreto atque solus plerasque custodias, receptis quidem in manu caeteris, audiebat. *Sueton. in Domitian. c. 14.* Itaque rectè Phavorinus, *Ut ferae retia declinantes in angustiorem locum se recipiunt: Ita & Tyrannos videre est recedentes ex Graecia in civitatem, ex civitate in arcem, deinde in domum & postremò in cubiculum. Stob. serm. 47.* Et Anaximenes rogatus *quid ad familiaritatem esset difficillimum*: respondit: *Tyrannus. Stob. ibid.*

Tertium ultimumque Tyrannorum stratagema collocat Aristoteles in dissociatione civium, ὅπως μὴ πιστεύωσιν ἀλλήλοις, quò pertinent, interdicta concaenationum & conventiculorum, inimicitiae inter amicos & ordines civium de industriâ excitatae, & delatorum exploratorumque in conventus & colloquia subornationes, quorum praesentia omnia reddit suspecta & non sinit amicos cogitata in sinum aliorum candidè profundere. 92. Tertium Tyrannorum stratagema, quod consistit in dissociatione civium. Nam cum Latinius Latiaris sub Tiberio Titium Sabinum simulato colloquio induxisset ad animi sui sententiam depromendam, moxque ob hanc libertatem amicus ad exitium raperetur, tantus omnibus injectus est terror, ac si delatorem in quovis amico intuerentur, & cuncta sua dicta, cogitataque palàm esse putarent, *Tacit. libr. 4. Annal. Xiphil. in Tiber. num. 8.* Hac enim fraude Tarquinius Superbus habebat passim Speculatores, κατασκόπους καὶ διαγινώσκοντας τῶν λεγομένων τι καὶ πραττομένων, qui vulgò ignoti confabulantibus se miscebant, & interdum Tyranno malè loquentes pertentabant singulorum civium animos: tum ut quos sensissent praesentem rerum statum molestè ferre, deferebant ad principem, iique convicti poenas dabant acerbas & inevitabiles. 93. De delatoribus & speculatoribus. *Halyc. libr. 4.* Arrianus de hoc aucupio conqueritur *lib 4. cap. ult. Sic*, inquit, *à militibus Romae temerarij capiuntur. Assidet tibi miles, habitu plebeio, atque ubi coepit maledicere*

Caesari

Cæsari: tu velutì pignore fidei ejus accepto, quod ipse convivium auspicatus est, dicu & ipse, qua sentis, deinde vinctum in carcerem abducerus. Hoc est, quod Tacitus dicit *in Agric. Adimunt per inquisitiones loquendi audiendiq́; commercium.* Ismael Secundus, Tacmasi filius, rex Persarum finxit se mortuum, quo muliorum in se animos & affectus exploraret, eumq; non obscurè quidam odium præ se in Tyrannum tulissent, ut quêque offendit, promto & exquisito supplicio persecutus fuit. *Biz. arr. lib. 11.* Fuitq; suspitio, sparso rumore de cæde Caij Calig. ab ipso Cajo famam cædis simulatam & emissam, ut eo pacto erga se hominum mentes deprehenderet. *Sueton. in Calig. cap.* 60. Hieron Tyrannus Syracusanorum eodem modo mittere solebat ὠτακουστὰς, ubicunq; congressus erat & conventus, quò minus liberè loquerentur homines, aut minus laterent, si liberè locuti fuissent. *Arist. 5. Polit. cap.* 11. Et erat genus quoddam sive virorum, quos Plutarch *in Vit. Dion. & in lib. περὶ πολυπραγμ.* Dionysio attribuit, sive fœminarum, quas ποταγωγίδας vocabant, apud Syracusanos, ut refert Aristoteles 5. *Polit. cap.* 11. ad sublegenda gesta dictaq; civium. Nec sunt ab hac specie proditionis mulieres amovendæ, quemadmodum Budæus *in Comm.* ejusque ductu Sepulved. & Giphan. *in not. ad d. c.* 11. Aristotelem hîc ex Plutarch. corrigit, & fœminis substituit hæc masculina: *οἱ ποταγωγίδαι* vel *ποταγωγίδαι λεγόμενοι*, quoniam in *eod. cap.* paulò post Tyrannos dicit Arist. plurimum indulgere civium uxoribus, ut earum conversatione expiscentur maritorum arcana, sicut Fulvij, ut nominat Plutarchus περὶ ἀδολεσχ. aut Fabij Maximi, ut Tacit. 1. *Annal.* uxor virum prodidit Liviæ inque necessitatem voluntariæ mortis conjecit. C. Salustius narrat L. Catilinam talium fœminarum opera non tantum in consiliis virorum detegendis, sed & virilis audaciæ facinoribus exequendis usum fuisse. *In Catil.* Sed ad viros delatores redimus, qui videntur ex institutis Persarum, unde pleraque Tyrannorum instituta derivat Aristot. *d. cap.* 11. defluxisse, quandoquidem Cyrus per eorum aures venit in cognitionem consiliorum eorum civium, qui ad amissam inconsultò respectabant libertatem. *Xenoph. lib. 8. Institut. Cyri.* Post eum Darius Iunior, cum cives omnes suspectos haberet, sibique diffideret, omnibus congressibus Emissarios admiscuit, Plutarch. περὶ πολυπραγμοσ. ut & Artaxerxes, qui ad se referrent, quantum quisque victoriæ Regi attribueret. *Plutarch. in Artaxerx.* Nero Corycæorum hujusmodi opera utebatur, non tantùm in rebus seriis: dispositi etiam erant, cum carmen recitaret in theatro, multi palàm & plures occulti, qui vultus alacritatem, tristitiamque observarent: Eorum autem indiciis, qui aliqua in re peccassent, aut statim aut mox gravi pœna afficiebantur. *Sueton. in Neron.* Heliogabalus habebat quidem emissarios, sed alium in finem, scil. ut sibi benè vasatos perquirerent, eosq; ad aulam perducerent, ut eorum conditionibus frui posset. *Lampr. in Heliog. n.* 2. Permultum etiam Commodum tribuisse delatoribus, ex imprecationibus Senatus colligere est, ubi sic acclamant Pertinaci: *Nunc securi sumus: Delatoribus metum. Vt securi simus, delatoribus metum: salvi simus, delatores de senatu, Delatoribus fustem, te salvo: Delatores ad Leonem, te imperante. Delatoribus fustem,* &c. *Lamprid. in Com in fin.* Mecænas non veretur in consilio suo exploratores Augusto commendare, tanquam Reipubl. necessarios. *Dion. lib.* 52. Solet enim & bonus princeps arcanis Tyrannidis contra rebelles subditos utiliter uti: & *oportet esse*, ait Apul. *de mund. Imperatori aures regias & oculos quosdam, quorum officijs discat, quicquid ubiq; geritur*: Sed temerè cujuscunq; delationi fidem habere, quemadmodum de Tiberio scribit *Sueton. c.* 61. *Nemini delatorum fides abrogata*, id demum Tyrannorum proprium est, & à virtute Regia alienum. Etenim ipsius Domitiani testimonio: *Princeps, qui delatores non castigat, irritat. Sueton. cap. 9. in fin.* & Tacitus Delatores dicit *genus hominum publico exitio repertum, nec pœnis unquam satis coërcitum. libr. 4. Annal.*

94. *... mu... dela... ... sufor...*

95. *Delatoribus soli fidem habere, Tyrannicum est.*

96. *Tyranni factionibus distrahunt cives.*

Divelluntur porrò cives & ab insidiis struendis avertuntur factionibus, quas idcircò Tyrannus inter plebem & nobiles, imò inter nobiles & divites ipsos serit, feliciterque satas seriò fovet ut fidem ipsis mutuò

inter se demat. Consilium hoc Alcibiadis est, quod non tantum Tissapherni, sed & Cyro repetitis vicibus inculcavit, ne scil. ad solos vel Lacedæmonios vel Athenienses, quorum potestas, cum de imperio Græciæ certabat, sese applicarent, sed æqualē utrisq; opem ferendo, intestinis viribus ambos conteri sinerent, & inter se consumi. *Thucyd. lib. 8. Xenoph. lib. 1. Græcan.* quemadmodum Philippus Macedo. & ejus exemplo Romani, dissociando à se invicem & in mutua arma propellendo, totam Græciam tandem suo arbitrio subjecerunt. *Iustin. lib. 8. Herodian. li 5* Pisander mutationem Reipublicæ Athenis aggressus, nihil prius habuit, quàm inimicitias hasce serere, & Optimates armare in promiscuam plebem. dum hæc libertatem suam retinere, illi ordini suo debitam dignitatem acquirere obstinabant, *Inde factum,* ait Thuc. *lib. 8. ut jam nemo ijs, quæ agebantur, contradicere auderet præ metu. Quod si quis contra hisceret, confestim aliquo idoneo modo necabatur: neque de percussoribus inquirebatur, neq; si suspecti erant, supplicium sumebatur, sed intra silentium populus se tenebat, adeò perterrefactus, ut si quis esset, cui nulla vis afferretur, is id in lucro deputaret, & cum multò plurium conspirationem esse suspicaretur, quàm erat, animo succumbebat. Nec id licebat explorare, tum propter magnitudinem civitatis, tū propter mutuam ignorationem. Neq; verò fas erat, ob hoc ipsum, cuiquam apud alium miserari ac lamentari vicem suam, quasi de ulciscendo secreta consilia agitaret. Sive enim notum sive ignotum nactus esses, quem alloquereris, infidus videbatur, singulis è populo suspiciosè invicem se adeūtibus, veluti clàm participes forent eorum, quæ agerentur.* Quin Appius Claudius, dum Valerium redarguit, & Martius Coriolanus, dum crimen affectatæ Tyrannidis diluit, γνώμην hoc statuunt omnium Tyrannorum signum, quod plebem animent in patritios, quemadmodum Manlius, Cassius, Metius, Gracchus, Marius, Cæsar, Romæ agros promittendo, nexos patribus eripiendo, debitaque pro tenuioribus solvendo, ex una civitate duas fecerunt, donec unius operâ alteram, suis verò artibus utramq; ex æquo opprimerent; Sic Aristodemus Cumis & Medicæi Florentiæ tenuiorum patrocinium contra patritios suscipiendo, & mutuis odiis animos utriusque partis inflammando, viam sibi fecerunt Tyrannidis, *ut suprà diximus & dicendum infrà erit denuo.* Omnes enim Tyrannos primitus extitisse ex dissidiis plebis & nobilium asserunt Plato 8. *de Rep.* Arist. 5 *Polit. cap. 2.* Polyb. *lib. 6.* Halycar. *lib. 6.* Ne nunc Pontificum & Neapolitanorum Regum industriam repetam, qui dum inter civitates, dum inter illustriores familias Italiæ discordiarum semina & occasiones bellorum sedulò aluerunt, perinde eam sub jugum traxerunt, atq; olim Artaxerxes, & Philippus, & Romani dirementam & in viscera sua ruentem Græciam. Cæsar tam diu inter Arvernos & Aeduos discordias continuavit, donec utrosq; sui juris faceret. *Cæs. li. 1 & 6.* Nero Sorano inter cætera hoc quoq; objici voluit, quod Soranus, proconsul Asiæ, pro claritate sibi potius accommodatum, quàm ex utilitate communi egisset, *alendo seditiones civitatum?* *Tacit. li. 6. Annal.* Cajus in ipso theatro Tyrānum agere gavisus, inter plebem & Equites causam discordiarum serebat, eoq; nomine Decimas maturius dabat, ut equestria ab infimo quoq, occuparentur. *Suetonius in Calig. cap. 26.*

97. Qui longius progredi volunt, non tantùm congressibus Emissarios immiscent, aut animis distrahunt congressuros, sed ipsas συνόδους aut congressus civium funditus tollūt, quemadmodū Dionysius nec in foro, nec ullibi alibi passus est civiū globos, nisi à se convocatos subsistere, & Tarquinius conventus paganorum, Curialium, vicinorum, vel in agris, vel in urbe antea sacrorum causa fieri solitos uno edicto in posterum vetuit, *ne multis in unum locum convenientibus de convellenda Tyrannide [co(i)rent] consilia,* ut scribit Halycar. *lib. 4.*

Congressus civium prohibent.

98. Atq; his plerunque moribus solent se inferre Tyranni, alii plutibus, alii paucioribus, quibus quia, salvis legibus antiquis, uti non possent, ideò leges omnes perrumpunt, & ut de Cambyse testabantur Senatores Aulici, nihil justum esse censent, nisi quod sibi visum fuerit. *Herod. lib. 3.* Aristoteles hoc caput partim à Persis, partim ab extrema Democra-

Leges [illegible] funditus.

mocra-

mocratia deducendum relinquit. 5. *Polit. c.* 11. In hac enim leges silere & nudum arbitrium dominari tradidit, *libr* 4 *Polit.cap.*4. *in fin.c.*8. *in pr.* & *c.*10. Leges enim & Respubl. esse *αὐτοκράτορας* dixit. 4. *Polit.c.*4. & ubi minimum Reipubl. occurrit, ibi minimum leges habere locum. Quod autem Tyrannis inter omnes Respublica minimè hoc nominis mereatur, patet ex toto 4. & 5. Polit. explicatumque fuit à nobis paulò ante *hoc cap. sectio.*6. *in princip.* Persarum verò dominatum vocat Plutarch. *de trib. gen. Rerumpublic. αὐτοκρατῆ βασιλείαν, καὶ ἀνυπεύθυνον*; & Atossa de Xerxe ait *apud Aeschyl. in Pers.*

Κακῶς δὲ πράξας, οὐχ ὑπεύθυνος πόλει.

Parysatis Artaxerxem ad ducendam filiam animare studens, *nihil*, ait, *Regem Persarum morari leges Græcorum, cum ipse regula sit honestorum & turpium divinitus constituta. Plutarch. in Artaxerx.* Pari fiducia, qua Iulia noverca Caracallam ad incestum provocabat: *An nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere. Spart. in Carac.* Caligula ipse respondit Antoniæ monenti: *Memento mihi omnia & in omnes licere: Sueton. in Calig. cap.* 29. Impudens prorsus hæc vox est & ad summum malitiæ progressæ Tyrannidis, quam sic exprimere voluit Poeta:

Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

Cajus voluit leges adeò diminuere, ut ICtis minitaretur se facturum propediē, ne quid respondere possent, præter æquum. *Sueton. c.*34. Veteres noti sunt Iambi:

Οὐδὲν Τυράννου δυσμενέστερον πόλει,
Ὅπου τὸ μὲν πρῶτον οὐκ εἰσὶ νόμοι
Κοινοί, κρατεῖ δ' εἷς τὸν νόμον κεκτημένος.

Aristippus Regnum à Tyrannide tantùm dixit differre, *quantum lex à Republica statu absq; legibus, & libertas à servitute. Stob. serm.*47. Demosthenes verò Tyrannum definiit: *Rem malam inimicam bonis civibus & legibus contrariam.*

99. Insania quorundam Tyrannorum. Omitto insanias alias & stolidos Tyrannorum mores, quibus contra Deum & naturam se efferunt, cum à natura Tyrannidis non prodeant, nec ad eversionem salutis publicæ præcisè spectent. Quid enim stultius, quàm quod Xerxes mare flagellis voluit compescere, quod Cajus, insania Darij & Xerxis, ut ipse sibi videbatur, superata, mari inambulare, & quidvis potius, quàm homo, videri cupiebat. Templum enim numini suo proprium & sacerdotes & excogitatissimas hostias instituit, Latialemque Iovem se salutari voluit. Et noctibus quidem plenam fulgentemque Lunam invitabat assiduè in amplexus & concubitum: interdiu verò cum Capitolino Iove secretò fabulabatur, modò insusurrans ac præbens invicem aures, modò elatius, nec sine jurgiis (nam vox comminantis audita est,

Εἰς γαῖαν Δαναῶν περάσω,)

donec exoratus, ut referebat, & in contubernium ultrò invitatus super templum D. Augusti ponte transmisso palatiū capitoliumque conjunxit. Mox quò propior esset, in area Capitolina novæ domus fundamenta jecit. *Sueton. in Calig. c.*22. *Xiphil. nu.*6. Tota Commodi vita quid est, nisi speculum ludibriorum & ineptiarum, quando Colosseo illi simulacro, quod Romanis venerabile erat, Solis effigiem gerens, capite demto suum imposuit, atq; in basi subscripsit, non quos consuesset Imperatorios, paternosque titulos, sed pro Germanico, mille Gladiatorum victorem. *Herod libr.* 1. *in fin.* Cum adulterum matris Consulem designasset, appellatus est Pius, cum occidisset Perennem, Felix, cum feras Lanuvij in theatro confecisset, Romanus Hercules, accepitque statuas & hostias immolatas, ut Hercules & Deus: Menses in suum honorem cognominavit pro Augusto Commodū; pro Septembri Herculem, pro Octobri Invictum, pro Novembri Exuperatorium, pro Decembri Amazonium. Amazonius autem vocatus est ex amore concubinæ Martiæ, quam pictam in Amazone diligebat, propter quam & ipse Amazonico habitu in arenam Romanam procedere voluit. Gladiatorum certamen sæpius nudo corpore subiit, nec dubitavit domicilium in eorum scholas transferre: Quoties pugnavit, (pugnasse autem dicitur septingenties tricies quinties) publicis monumentis indi jussit, perinde ut cætera, quæ turpiter, impurè, crudeliter, gladiatoriè, lenonicè fecerat. *Lampr. in Comm.* Quid afferam

afferam luxum, libidines, & vana studia Heliogabali, qui Heliogabalum Deum unum per orbe terræ coli volebat, inq; ejus fanum omnium gentium superstitiones contrahere conabatur, ne quid sacrorum illic deesset. Libidinosiorem, aut magis luxuriosum hominem nescio an fingere posset omniũ Poëtarum in Helicone conventus. Debuit, credo in uno aliquo exemplo orbi testatum fieri, quò deducere posset sibi relictos animos effrenis licentia.

An credibile est, eò degenerare potuisse Cajum, ut Agrippæ se nepotem neque credi, neq; dici ob ignobilitatem ejus voluerit, sue censueritque, si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Cæsarum insererent. Prædicabat autem matrem suã ex incesto, quod Augustus cum Iulia filia commisisset, procreatam. *Sueton. in Calig. c. 23.* Quin & Antonio maluit, quàm Augusto prognatus videri, & hac de causa magistratus abdicavit, qui dies festos ex more egerant, propter Actiacam Augusti contra Antoniũ victoriam. *Dion in Caj.* Quid Maximinus? qui utriusq; parentis nomina abolevit & ignobilitatis tegendæ causa omnes sui generis conscios interemit: nonnullos etiam amicos, qui ei sæpè misericordiæ ac pietatis causa pleraq; donaverant. Verebatur quippe, ne propter humilitatem generis barbarica novitate contemneretur, cum meminisset se Romæ etiam à servis Nobilium contemtum esse, ita ut ne à procuratoribus quidem eorum videretur. *Iul. Capitol. in Maxim. n. 1. & 3.* Herodes ad obscuritatem generis sui obliterandam genealogias & scripturas omnes Hebræorum combussit. *Ambros. in Luc. Niceph. lib. 1. c. 11. Euseb. lib. 1. 4.* Iulianus literis & scholis interdixit Christianis, ne inde tela promere possent contra se, & quæ sunt id genus stultæ machinationes infinitæ: cujus ordinis & hoc est, quod Cajus Caligula cogitavit de Homeri carminibus abolendis. Cur enim sibi non licere dicens, quod Platoni licuisset, qui eum è civitate, quam constituebat, ejecerit. Sed & Virgilij & Titi Livij scripta & imagines paulum abfuit, quin ex omnibus Bibliothecis amoverit: quorum alterum, ut nullius ingenii minimæq; doctrinæ, alterum ut verbosum in historia negligentemque carpebat. *Sueton. c. 34.* Item quod Adrianus Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Salustio Cæcilium præferret, & cum Rhetoribus, Grammaticis, Pictoribus, Poetis de victoria tanto ardore certaret, ut æmulos & cedere tardos sine ulla alia causa capitis damnare non vereretur, in quem eo nomine jocabatur Phavorinus, cum ab amicis reprehenderetur, quod malè cederet Imperatori de eo verbo, quod idonei autores usurpassent: *Non rectè, inquiens, suadetis, Familiares, qui non patimini me illum doctiorem omnibus credere, qui habet triginta legiones. Spart. in Adriã. num. 8.* Quo verò loco habendum id, quod Cajus unum ex equis suis, quem Incitatum nominabat, invitaret ad cœnã, ita ut ei hordeum ex auro apponeret, funderetq; vinum in poculis aureis, ac per salutem ejus ac fortunam juraret, seque eum Consulem facturum polliceretur, id quod fecisset omninò, si vixisset diutius. *Xiphil. nu. 3.* Aut quod Nero insignes Equos victores & jam senio confectos stola forensi non secus, ac homines ornaret, eosque honestaret pecunia stipendii loco. *Xiphil. in Neron. nu. 3.* Sed id genus ineptiæ, cum non attingant essentiam Tyranni, in eversione boni publici consistentem, non sunt cæteris ejus actibus admiscendæ, *ut sect. 6 monuimus* Ab essentia autẽ fluunt, quæ ex Aristot. 5. *Polit. c. 11. hac sect.* declarata sunt, quorum plura pauciorave in diversis Tyrannis pro diversitate finium & intentionum cujusque inveniuntur.

De Miseria Tyrannorum.

SECT.

1. *Tyrannis quare in Politicis proponatur.*
2. *Quam misera res sit Tyrannus.*
3. *Confirmatur testimoniis.*
4. *Interni cruciatus Tyranni.*
5. *Quos nulla remediorum copia sedat.*
6. *Conscientia semper terret.*
7. *Probatur exemplis.*
8. *Omnem Tyrannum esse timidum.*
9. *Cujus rei causa inquiruntur.*
10. *Timor Tyrannorum exemplis declaratur.*
11. *Tyranni sunt quasi semper hostibus expositi.*
12. *Qui vult timeri, necesse est timeat.*
13. *Metum esse infidum custodem diuturnitatis.*

14. Quan-

14. *Quanta sit miseria, esse in odio omnium.*
15. *Tyrannus, ut salvus sit, non potest mutare mores suos.*
16. *Quanta voluptas petatur ex amore civium.*
17. *Tyrannus nihil benè facit nisi cum moritur.*
18. *Tyranni ipsi praoptarunt esse in honore piorum principum.*
19. *Proverbium Tyrannorum.*
20. *Nullum remedium Tyrannis datur contra vim & odium.*
21. *In Tyrannum quivis hostis est.*
22. *Quovis loco justè occiduntur Tyranni.*
23. *Difficulter vitantur plurium manus.*
24. *Tyrannorum omnium brevis potestas est.*
25. *Quanam Tyrannides durant quam diutissimè.*
26. *Calamitates Tyrannorum post mortem.*
27. *Quantum bonum sit honesta fama.*
28. *Tyrannum insectantur omnes post fata.*
29. *Quod ipsi Tyranni deprecantur.*
30. *Tyrannorum memoria damnatur.*
31. *Vnde Tyranni ut plurimum exarserunt in historicos & viros doctos.*
32. *Quanta sit infamia in scripta & autores eorum savire.*

1. *Tyrannis quatenus Politicis proponatur.*

QVæ de Tyrannide tanquam regina prolapsarum Rerumpublicarum hucusque proposuimus, non alio fine in disciplina explicantur, quam quo Elenchi Sophistici in Logicis, & vitia in Ethicis, & morbi in Medicina, non ut exemplum inde princeps capiat, sed ut cognitam illius fugiat malitiam & majori conatu ad regiam viam se convertat. *Exempla rerum malarum, injucunda quidem sunt auditu*, ait Plutarch. *sed necessaria, de refren. ira. nu.*9. quò eorum turpitudine deterreantur alii.

Age igitur, quandoquidem Tyrannidem, & sub ea prolapsas quasque Respublica sic satis ob oculos posuimus, ne quid dissimulemus, pergamus subnectere miseriam, in quam se necessariò præcipitare cogitur, qui Tyrannidem affectat, ut quos ipsius vitii magnitudo non deterret, eos infelix successus & malorum, quæ undique circumstrepunt, numerus retrahat. Etenim Phalaris,

2. *[...]am miseria sit Tyranni.*

qui se utrumque expertum dicebat esse, malebat Tyrannidi subesse, quàm præesse. *Stob. serm.* 47. Hieron. *apud Xenoph. in Tyrannid.* Per omnem vitam privatam publicamque longa serie demonstrat, quam nihil in terris vivat Tyranno miserius. Diogenes, cum vidisset Dionysium Corinthi defecato animo & sine suspitione insidiarũ privata vita frui, indigna dixit eum conditione uti, quippe, qui meritus esset, ut in splendida Tyranni miseria consenesceret. Creon *apud Senec. in Oed. act.* 3.

2. *Confirmatur testimonio.*

Solutus onere Regis, regni bonis
Fruor, domusq; civium cœtu viget,
Quid tàm beata deesse fortuna rear?

Quàm enim privata illa vita fuerit pensior potiorq; publica Tyrannide, si fortè non placet totum Xenoph. Tyrannicum perlegere, at hæc Hieronis ipsius paucula verba tecum perpende: *Visne Simonides, illas voluptates tibi commemorem, quibus ego usus cum essem privatus, ijs me nunc spoliatum sentio, postea quam regnum adeptus sum. Ego quidem tum, cum aqualibus agebam consuetudinem, gaudens illorum familiaritate, sicut & illi vicissim mea. Mecum enim vivebam, si quando quietem & otium desiderabam. Versabar autem in convivijs, frequenter eoque, ut omnium oblivionem caperem, si quid molestiarum afferret humana vita, frequenter ad communem quoq; satietatem, tum meam, tum eorum, qui aderant. Nunc verò nudatus sum ijs, quibus mea jucunda est consuetudo, eò quod sodales habeo pro amicis servos. Quin & mihi facultas dempta est, cũ illis jucundè vivendi, propterea, quod nullam illorum erga me perspiciam benevolentiam. Vinolentiam verò & somnum non aliter, quàm insidias, habeo suspecta. Iam verò metuere turbam, metuere solitudinem, metuere satellitij absentiam, metuere ipsos etiam custodes, ac nec inermes illos velle habere apud se, nec armatos videre libenter, annon res est misera? Tum autem & peregrinis potius, quàm civibus fidere, ac Barbaris potius, quàm Gracis? Postremò huc compelli, ut pro liberis habere cupias servos, & ex servis cogaris facere liberos, annon hac tibi videntur argumenta animi terroribus attoniti perculsiq;? Porrò non solùm ipse metus,*

tus, cum insedit animo, molesta res est, sed dum nusquam non adest ac circumfertur, fit omnium jucundarum rerum corruptela. Quales sunt molestia eorum, qui in aciem hostilem ictum in singula momenta timent, tales sunt Tyrannorũ, & hi etiam graviores. Non enim ex adverso tantum, sed undique se putant hostes aspicere Tyranni. Iulius Cæsar admonitus ab amicis, ut saluti suæ diligentius, conducto satellitio, prospiceret, *Malle*, respondit, *mortibus se mori malle, quam tanto cum timore precariam vitam agere. Plutarch. in Cæs.* Et Augustus ait ad uxorem: *Ecquis posset vacuo animo esse, cui tot perpetuo inimici sunt: An non vides, quod homines mihi & principatus insidias parent, quos non modo non deterrent damnatorũ supplicia, sed contra tanquam spe alicuius boni proposita, cæteri ad immaturam mortem contendunt. Dion in August. in fin.* Plato *in 9. de Rep. circa fin.* ubi de jucunditate vitarum Politicarum agit, subductis rationibus & peracta multiplicatione, Regem dicit superare Tyrannũ, quod vitam jucundam, & vicissim Tyrannum superare Regem, quoad angustias & difficultates, proportione numerorũ XXIX. & CCCC. Etenim

Τυραννίδος τῆς πᾶσι ζηλουμένης·
Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ, τἄνδοθεν δὲ λυπηρόν.

4. Interni cruciatus Tyranno. *Ex Græco com. In ipsa mente*, inquit Tacit. *6. Ann. Tyrannus aspicit laniatus & ictus, quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur.* Exemplũ cape à perturbata Epistola Tiberij, qua semetipsum pertæsum tantũ non summam malorũ suorum profiteri voluisse augaratur Suet. *in Tiber. c. 66. & 67.* Eius exordia sic habent. *Quid scribam vobis P.C.? aut quomodo scribam? aut quid omnino non scribam hoc tempore? Dij me Deæque pejus perdant, quã quotidiè perire sentio, si scio. Adeò*, ait Tacitus, *facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium verterant: quippe non fortuna, non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris suasque ipse pœnas fateretur. l. b. 6. Annal. Sicut probis probitas ipsa fit præmium: Ita improbis nequitia ipsa supplicium est. Boet. l. b. 4. Consol. pros. 3. & 4.* Alexandrum mihi intuêre occiso sui servatore, cum conscientiâ usque ad mediam luctantem, nec jurgia amicorum, nec lachrymas & preces audientem: An quicquam ad leniendum dolorem profuit, quod Anaxarchus jus & fas esse diceret, quicquid à dominante actum fuerit? *Curt. lib. 8. Plut. in Alex.* Certè licet Senatus certatim cum populo parricidium Neronis, tanquam necessarium, excusasset: Conscientia tamen morituro subinde ingessit hunc versiculum, quem in novissima fabula Oedipode publicè cantaverat, inque eo deciderat, *Suet. in Ner. cap. 46.* Οἰκτρῶς θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ.

5. Quos nulla remedia non copia sedat. *Miserè mori cogit me uxor & parens. Dion in fin. Ner. Neque etiam alias*, ut verba usurpem Suet. *c. 34. sceleris conscientiam, quanquam & militum & Senatus populique gratulationibus confirmaretur, aut statim, aut unquam postea ferre potuit, sæpe confessus exagitari se materna specie, verberibus furiarum ac tædis ardentibus. Quin & facto per magos sacro Manes evocare ac exorare tentavit.* Prolixius aliquantulum Tacit. 14. *Annal. Sed à Cæsare, perfecto demum scelere magnitudo eius intellecta est: reliquo noctis modò per silentium defixus, sæpius pavore exurgens, & mentis inops lucem operiebatur, tanquam exitium allaturam. Atque eum, auctore Burrho, prima Centurionum tribunorumque adulatio ad spem firmavit, prehensantiũ manu, gratantiumque, quod discrimen improvisum & matris facinus evasisset. Amici dehinc adire templa, & cœpto exemplo, proxima Campaniæ municipia victimis & legationibus lætitiam testari. Ipse diversa simulatione mæstus & quasi incolumitati suæ infensus, ac morti parentis illacrumans. Quia tamen non ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur, obversabatur maris illius & littorum gravis aspectus. Et erant, qui crederent, sonitum tubæ collibus circum editis, planctusque tumulo matris audiri.* Nec quicquam juvit crebra locorum mutatio. Nam ut quis seipsum fugiat, Nemesin tamen, quam quisque in tergo vehit, & conscientiam scelerum, quam imo pectore reclusam gestat, non effugiet. 8. Conscien. semper terret. Idem enim Nero, cum longo tempore post Vestæ templum ingressurus esset, *repentè cunctos per artus tremuit.*

sed

seu numine exterrente, seu facinorum recordatione, nunquam timore vacuus. Tacit. 15. Annal. num. 5. Peregrinatione Græciæ Eleusiniis sacris, quorum initiatione impij ac scelerati voce præconis summoverentur, interesse non ausus est. *Sueton. c. 34.* Quid referam evidentia portenta somniorum, quibus assiduè terrebatur, nunquam antea somniare solitus. Occisa enim matre, vidit per quietem navem sibi regēti extortum gubernaculum, trahiq; se ab Octavia uxore in arctissimas tenebras: & modò pennatarum formicarum multitudine oppleri, modò à simulacris gentium ad Pompeij theatrum dedicatarum circuiri arcerique progressu. *Sueton. cap. 46.* Ita enim est, ut sapientes dictitant, nocturno præcipuè tempore, quando animus ab operatione quiescit, nec in alia objecta, prout quodque occurrit, distrahitur, reviviscere & intelligi, quam in sinu memoriæ occlusa latent, sive aliquis genius malè gesta resuscitat, sive duplicatus noctis terror omnia reddat magis formidolosa. Quin & amicorum adulatorii applausus tum absunt, quando se solam contēplatur mens, sibique ipsi citra affectus ex conscientiæ penetralibus jus dicere aggreditur. Theodoricum Regem Gothorum annon duorum Senatorum, quos injusta morte damnaverat, imago ubique obvia, ad infamiam & desperationem adegit? Marium nocturni Lemures nunquam siverunt à turbis & commotionibus incessabilibus vacuum esse & securum, etiam cum in ulva cespitaret, & par suis factis præmium in horas, imò in momenta singula expectaret. *Plutarch. in Mar. in fin.* Herodes occisa Mariamne uxore, eò devenit insaniæ, ut eam noctes atque dies inclamaret & magno gemitu revocaret, nec inde averti posset conviviorum, aliarumque amasiarum illecebris, quas studiosè sectabatur, adeò, ut tandem ad prandium & ad cœnam, quasi vivam, subinde citari juberet. *Ioseph. in Antiq. Iud.* Alphonsus II. Rex Neapolitanus, exagitatus partim propriâ conscientiâ, partim manibus injustè à se occisorum, noctibus continuis in somno sibi obversantibus, tandem quasi desperabundus, & vindicis manu jam perculsus, cum à nemine fugaretur, in angustum Siciliæ locum profugit, ut patrocinio Hispani tutus esset, quam rem signatè ad nostrum propositum his verbis enarrat Guicciard. *lib. 1. Certo è, che Alfonso tormentato dalla conscienza propria; non trovandone notte ne giorno requie nell' animo, & rappresentandoglisi nel sonno l' ombre de quei signori morti, e'l popolo per pigliare supplicio di lui tumultuosamente cōcitarsi, conferito quel, che haveva deliberato solamente con la Reina sua matrigna, ne voluto a prieghi suoi communicarlo ne col fratello, ne col figliuolo, ne soprastare pur due òtre giorni soli per finire l' anno intero del suo regno: si partì con quattro galee sottili cariche di molte robe pretiose dimostrando nel partire tanto spavento, che pareva fosse già circondato da Francesi, e voltandosi paurosamente a ogni strepito, come temendo che gli fussino congiurati contro il cielo & gli elementi, si fuggì à Mazari terra in Sicilia statagli prima donata da Ferdinando Re di Spagna.* Par trepidatio invasit Iugurtham, postquam binis fratribus occisis, injustum in se regnum transtulerat, & quasi scelerum nondum satis esset, Bomilcarem cum sociis miserè insuper trucidarat. *Nullibi enim*, inquit Salust. *ausus fuit consistere, non uno in loco dormire, nec noctem continuam. In Iugurth.*

Præcipuè noctu.

7. Probatur exemplis.

Non sic Libycis sordibus æquor
Furit alternos volvere fluctus.
Non Euxini turget ab imis
Commota vadis unda, nivali,
Vicina polo.
Vbi cæruleis immunis aquis,
Lucida versat plaustra Bootes,
Vt præcipites Regum casus
Fortuna versat.
Metui cupiunt, metuiq; timent.
Non nox illis alma recessus
Præbet tutos: non curarum
Somnus domitor pectora solvit. in Thebaid. in chor. act. 1.

Non abs re creditum dictumque fuit: *Omnem Tyrannum esse timidum,* (*Dubia pro certis solent Timere Reges. Senec. in Oed. act. 3.*) animumq; meticulosum simul & subdolum in Principe notam præ se ferre Tyrannidis, cujus argumēta plurima dicere possem, nisi pauca, eaque veram timoris rationem

8. *Omnem Tyrannum esse timidum.*

continentia ſufficerent. *Degeneres* enim *animos* ſtatim *timor arguit, & est congruens peſſimis conatibus*, ut ait Apulejus. *contra noxiam conſcientiam ſperare ſecuritatem. li.7. Metamorph.*

9. Cuius rei cauſa inquiruntur. Qui enim poteſt animo eſſe præſenti & otioſo, quem deſuper premit ira Dei, quem torminibus internis excruciat conſcientia ſcelerum, cui undiq; ſpicula, tela & gladii impendent, ut Dionyſius graphicè in ſella periculosè poſita Damocli adumbravit, *Cicer* 5. *Tuſc.* & Saturninus ad imperium contra voluntatem ab exercitu raptus, reſcripſit: *Neſcitis amici, quid mali ſit imperare. Gladij & tela noſtris cervicibus impendent, imminent haſtæ undiq;, undiq; ſpicula, ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidantur: non cibus pro voluptate, non iter pro autoritate, non bella pro judicio, non arma pro ſtudio. Vopiſc. in Satur.* Nimirum, *Vt ſus, cum nec lanam portet, nec quicquam ejus generis, ut primùm prehenditur, mortem augurantur, ſciens, poſt mortem demum ſe uſui fore hominibus: Ita Tyranni ſemper in metu verſantur, cum ſciant, ſe dum vivunt, planè eſſe inutiles, ſuam autem ſolam vitam omnibus deberi. Aelian. lib.* 10. *variar.* Timiditatem hanc Tyrannorum ob oculos ponere voluit Seneca *in Apocol.* dum Auguſtum introducit ſic de Claudio judicantem: *Qui vobis nō videtur excitare muſcam poſſe, tàm facilè homines occidebat, quam canis exta edit.* Suſpicioſo enim metu plerique Tyrannorum labuntur in ſævitiam, & ſi exemplis agendum eſſet, inveniremus omnes Tyrannos non minus meticuloſos, quàm crudeles. Sylla tàm facilè movebatur, ut, quoties infortunium aliquod memoratu dignum referri audiret, in lachrymas ſolveretur, teſte Plut. *in Syll. n* 14. & tamen *nemo ipſo avidius bibit humanum ſanguinem*, ut affirmat

10. Timor Tyrannorum exemplis declaratur. Senec. 1. *de Clem. c.* 12. Tiberium adeò prætrepidum fuiſſe memorat Sueton. ut aruſpices ſecretò ac ſine teſtib. conſuli vetuerit. *c.* 63. Idem tonitrua adeò expaveſcebat, ut turbatiore cœlo nonnunquam coronā lauream cervice geſtaverit, quod fulmine negetur afflari id genus frondis. *Id. c* 69. Domitianus circa mediam noctem, paulò ante quam periret, ita exterritus eſt, ut ex ſtrato proſiliret. Cum octo continuis menſibus fulgure fulminibusq; infeſtus eſſet aër, exclamavit deniq;: *Feriat jam qui volet. Suet. c.* 15. 16. Operæ pretium eſt relegere trepidationem Neronis, qui licet defectiones Gallorum & Hiſpanorum adeò ſusq; deq; haberet, ut lætaretur, quaſi re confectâ, offerri ſibi occaſionem ſpoliandi divites provincias, nunciatâ tamen exercituum defectione, ſumto à Locuſta veneno, ad fugam ſtatim ſeſe paravit, varia ſubinde agitans, *Parthosne in Galbam ſupplex peteret, an atratus prodiret in publicum, proq; roſtris, quanta poſſet maximâ miſeratione veniam præteritorum precaretur, ac inflexiſſet animos, vel Aegypti præfecturam concedi ſibi oraret. Inventus eſt in ſcrinio ejus hac de re ſermo formatus: ſed deterritum putant, ne priusquam in forum perveniret, diſcerperetur. Ergo cogitatione in poſterum diem dilata, ad mediam ferè noctem excitatus, ut comperit ſtationem militum receſſiſſe, proſiluit è lecto, miſitq; circum amicos, & quia nihil a quoquam renuntiabatur, ipſe cum paucis hoſpitia ſingulorum adijt. Verum clauſis omnium foribus, nec reperto cujus manu periret, ſe nec amicum, nec inimicum habere dictitans, procurrit, quaſi præcipitaturus ſe in Tiberim. Sed revocato rurſus impetu, aliquid ſecretioris latebræ ad colligendum animū deſideravit, & offerente liberto ſuburbanum ſuū, ut erat nudo pede atque tunicatus, penulam obſoleti coloris ſuperinduit, adopertoq; capite, & ante faciē obtenſo ſudario, equum inſcēdit, quatuor ſolis comitantibus. Statimq; tremore terræ & fulgure adverſo paveſactus, dimiſſo equo inter fruticeta ac vepres, per arundineti ſemitam agrè, nec niſi ſtrata ſub pedib. veſte, ad adverſum villæ parietem evaſit, Suet. in Ner. c.* 47 48. ubi cum paululùm aquæ turbidæ hauſiſſet ex ſubjecta lacuna, velletq; ſe ad requiem componere, cepit ſuſpectos habere eos, qui cū ipſo erant, quaſi contra ſe impetū facturos, omnemq; vocem, quaſi ab ea requireretur, perhorreſcere. *Si catulus paulùm latraret, aut caneret gallina, aut ſi faſciculus vel ramus arboris vento moveretur, graviter cōturbari, quib. ex cauſis cōquieſcere nullo modo poterat. Nō n. audebat loqui cū ijs, qui aderāt præſentes, ne ab alio intelligeretur: ipſe ſecum animo ingemiſcere, plorare,*

multa

multa secum reputare: sed præsertim, qui maxima famulorum multitudine superbus fuerat, semper se in præsentia cum tribus libertis iacere. Dion in Nec. in fin. Eandem Tragœdiam in Vitellio repetit Tacit. 3. *hist. in fin. Vitellius capta urbe per aversam palatij partem, Aventinum in domum uxoris sellula defertur: ut si diem latebra vitavisset, Tarracinam ad cohortes patremq; perfugeret. Dein, qua natura pavoris est, cum omnia metuenti, præsentia maximè displicerent, in palatium regreditur vastum desertumq;, dilapsis etiam infimis servitiorum, aut occursum ejus declinantibus. Terret solitudo & tacentes loci. Tentat claustra, inhorrescit vacuis fessumq; misero errore & pudenda latebra semet occultant, à Iulio Placido tribuno cohortis protrahitur.* Hoc est, quod Iobus innuere voluit: *Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, illi insidias suspicatur. Non credit, quod reverti possit de tenebris ad lucem, circumspectans undiq; gladium. Cum se moverit ad quærendum panem, novit, quod paratus sit in manu ejus tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio & angustia vallabit eum. Iobi cap.* 15. Nec enim quietiori possunt esse animo.

Quos diri conscia facti
Mens habet attonitos & surdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem vehemens & multò sævior illis,
Quos & Cæditius gravis invenit aut Rhadamantus,
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem. Iuvenal.

Et hic quidem ipse *pœna metus perennis instar longa pœna est*, ut de Tigellino Neronis corruptore, carnificis manus in dies expectante, dicit Plutarch. *in Oth. in pr.*

11. *Tyranni sunt ipsi semper hostium expositi.*

Imò *talis est vita Tyrannorum*, ait Hieron *apud Xenoph. in Tyr. ac si adversus hostilem phalangem perpetuò in acie starent, quorum vis ictibus impunè prostituti, quandoquidem per oppida non secus ac per castra hostilia proficisci coguntur, armigeris jugiter stipati, ac quot intuentur cives, tot sibi paratos timent hostes. Et quidem civium privatorum cædes cædè acriter vindicatur: At Tyrannicidæ non solùm non afficiuntur supplicio, sed & magnificis insuper decorantur præmiis. Ac cum templis ejiciantur, qui privatos homines occiderunt, Tyrannicidis statuæ in templis ipsis ponuntur*: quibus quidem rebus fit, ut in Tyrannum quilibet hostis esse velit: imò, dum timeri vult Tyrannus, necessum est omnes timeat

Qui sceptra duro sævus imperio regit,
Timet timentes, metus in auctorem redit,

11. *Qui vult timeri, necesse est timeat.*

Sen. in Oedip. Act. 5. *Quot terret, plus ipse timet*, ait Claud. 4. *ad Honor.* & iisdem penè verbis Boet. *lib.* 3. *prof.* 5. *Quos terret, ipse plus metuit*, Cicero explicatius *libr.* 2. *offic. Qui se metui volent, à quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi, necesse est*: nec non Sen. *lib.* 1. *de Clem. c.* 12. *Nec illas ipsas manus, quibus se commisit, securus aspicit. Contrariis in contraria agitur. Nam ut invisus sit, quia timetur, timeri vult, quia invisus est: & illo execrabili versu, qui multos dedit, præcipites utitur:*

Oderint, dum metuant,

ignarus, quanta rabies oriatur, ubi suprà modum odia creverunt. Temperatus enim timor cohibet animos, assiduus verò & acer, & extrema admovet, in audaciam jacentes excitat, & omnia experiri suadet. Sic feras lineis & pinna conclusas contineas: easdem à tergo eques telis incessat, tentabunt fugam, per ipsa, quæ fugerant, proculcabuntq; formidinem. Acerrima virtus est, quam ultima necessitas extundit: relinquat oportet securi aliquid metus, multoq; plus spei, quàm periculorum ostentet. Alioquin, ubi quiescenti paria metuuntur, incurrere in pericula juvat & aliena anima abuti. Placido tranquilloq; Regi fida sunt auxilia sua, quibus ad communem salutem utatur. Gloriosusq; miles (publicæ enim securitati operam dare videtur) omnem laborem libens patitur, ut parentis custos. At illum acerbum & sanguinarium necesse est graventur stipatores sui. Nimis enim quam verum est illud Ennij:

Quem metuunt, oderunt:
Quem quisq; odit, periisse expetit.

Multorum autem odiis nullas opes posse obsi-

13. *Metum esse infidum custodem diuturnitatis.*

obsistere, multorum Tyrannorum exemplis testatum facit Cicero *lib. 2. offic. Malus enim custos diuturnitatis metus*: contraq; benevolentia fidelis est, vel ad perpetuitatem:

Qui vult amari languida regnet manu,
Invisa nunquam imperia retinentur diu. *Autor in Theb. act. 4.*

Credi nequit, ullum populum, aut hominem denique in ea conditione, cujus eum pœniteat, diutius, quam necesse sit, mansurum. Ibi pax fida, ubi voluntarij pacati sunt: neque eo loco, ubi servitutem esse velis, speranda fides. Livius lib. 8. *Errat, si quis existimat, tutum ibi esse Regē, ubi nihil ab Rege tutū est. Sed securitas securitate mutua pascenda est. Non opus est instruere in altum editas arces, nec in ascensum arduos colles emunire, nec latera montium abscindere, multiplicibus se muris turribusque sepire. Salvum regem in aperto clementia præstabit. Vnum est inexpugnabile munimentum, amor civium.* Senec. de Clem. libr. 1. c.19. *Iis, qui vi oppressos imperio coercent, sit sane adhibenda sævitia, ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Qui vero in libera civitate ita se instruunt, ut metuantur, his nihil potest esse dementius. Quamvis enim demersæ sint leges alicujus opibus, quamvis tremefacta libertas: emergunt tamen hæc aliquando aut judicijs tacitis, aut occultis de honore suffragiis. Acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis, quam retentæ.* Cic. 2. offic.

14. *Quanta sit miseria, esse in odio omnium.*

Quod si vel odium solum, in quo constituti sunt Tyranni, ad animum revoces, nihil poterit esse Tyrannis miserius. Nam Iphicrates, eum saltem à pueris trochos agitantibus præteriens hanc vocem audiisset: *Vtinam sic concutiam I, hicratis caput, ut hunc concutio trochum*, quod se in odio civium versari, hinc intelligeret, convasata supellectile statim auffugit in voluntariū exilium. *Plutarch.* Qui Socrati sententiam mortis pronuntiarant, communi civitatis odio eò adducti sunt, ut resti collum induere, quam omnium diras continuò audire mallent. *Plutarch. de invid.* nec Homerus *lib. 2. Iliad.* ad declarandam malitiam Thersitis, cum corporis ejus defectus abundè persecutus fuisset, aliud argumentum adducit, quam quod fuerit in capitali odio Pelidis & Vlyssis, quasi in odio bonorum esse, & sic iudicium improbæ vitæ, & malorum extremorum extremum. Augustum jam sollicitum hæc cogitatio habuit, ut somnum ipsi demeret, & ad pœnitentiam gesti imperij detruderet, ideoque ad uxorem conqueritur: *Regna præter cætera hanc difficultatem habent, quod non solùm hostes (ut cæteri faciunt) sed etiam amicos & necessarios timemus, a quibus insidiæ multò pluribus factæ sunt, (quippe, qui nudis & dormientes cum illis dies noctesque versentur, ab iisque cibum paratum & potionem capiant) quam ab alienis & externis hominibus. Possumus ut amicos & familiares nostros hostibus opponere, amicis autem possumus neminem. Itaque solitudo nobis pariter atque multitudo gravissima est, metuendumque est, esse sine custodia, sed multo etiam magis custodes metuendi sunt. Inimici quidem certè molesti sunt, sed amici multo magis, quod eos oportеat, quamvis non sint, amicos appellare. Quod si quis fortè fidos amicos nactus sit: tamen iis tantam fidem non habet, ut cum iis possit sincerè absque ulla suspitione versari. Igitur cum hoc gravissimum est, tum verò alios insidiatores punire oportet. Nam bonis viris puniendis, necessitas magnum dolorem affert.* Dion lib. 55. in August. Hoc enim inter cætera pessimum habet Tyrannis, ut non liceat illi mutare mores. *Perseverandum est, nec ad meliora patet regressus. Scelera enim sceleribus tuenda sunt. Quid autem eo infelicius, cui jam malum esse necesse est? O miserabilem illum, sibi certè, qui cædibus ac rapinis potentiam exercuit, qui suspecta sibi cuncta reddidit, tam externa, quam domestica, cum arma metuat, ad arma confugiens, non amicorum fidei credens, non liberorum pietati. Qui ubi circumspexit, quæque fecit, quæque facturus est, & conscientiam suam plenam sceleribus ac tormentis adaperuit, sæpè mortem timet, sæpè optat, invisior sibi, quàm servientibus.* Sen. 1 de Clem. c. 13. Iulius Cæsar monentibus amicis, ut stipatores asciscеret, non sustinuit, dicens: *Præstare semel mori, quàm semper timere.* Plut in Cæsar. & sunt qui opinantur, *insidias undique imminentes subire semel confossum satius esse.*

15. *Tyrannus, ut salvus sit, non potest mutare mores suos.*

esse, quàm cavere semper. Suet. in Cæs. c. 86. Vis scire, quam res sit horrenda publicum odium, ex adverso colloca ipsi bonum & 16. *Quanta voluptas petatur ex amore omnium.* voluptatem amoris omnium. *Quid pulcrius est, quam vivere optantibus cunctis, & vota non sub custode nuncupantibus? Si paulùm valetudo titubavit, non spem hominum excitari, sed metum? Nihil esse cuiquam tam pretiosũ, quod nõ pro salute præsidis sui commutatũ velit. Omne, quod illi contingit, sibi quoque evenire deputet? In hoc assiduis bonitatis argumentis probavit, non Remp. suam esse, sed se Respub. Quis huic audeat struere aliquod periculum? Quis ab hoc non, si possit, fortunam quoque avertere velit? sub quo justitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas florent, sub quo opulenta civitas, copia bonorum omnium abundat. Nec alio animo Rectorem suum intuetur, quam si Dij immortales potestatem visendi sui faciant, intueremur venerantes colentesque. Quid autem, non proximum locum tenet is, qui se ex Deorum natura gerit, beneficus ac largus & in melius potens.* Senec 1. *de Clem.* c. 19. Quid è contrario magis abominandum, quàm per publicas execrationes passim incedere, & à nemine conspici, quin simul conspuaris, à nemine adorari, quin occultis viis, si quæ pateant, ad cædem perquiraris, à nemine Diis commendari, quin vota in contrarium, quàm suscepta sint, versa optentur? Herodes, cum non obscurè sibi videretur audire voces in funere suo lætantium, florem nobilitatis, huic fini jam diu selectum & in custodiam datum, eo momento trucidari jussit, quo ipse animam ageret, quo speratum ex obitu suo gaudium subditis demeret, & lachrymas exprimeret nõ fictas. Sicut enim 17. *Tyrannus nihil benè facit, nisi cum moritur.* avarus nihil rectè, nisi cum moritur, facit: ita civibus non prius ridendi causam præbet Tyrannus, quàm cum vita excedit. Senec *de mort. Claud.* dum funus Claudij describit impensa cura plenum, *Omnes*, inquit, *sequebantur, læti, hilares. Populus Rom. ambulabat, tanquam liber, Agatho & pauci Causidici plorabant, sed plane ex animo. ICti è tenebris procedebant pallidi, graciles, vix habentes animam, tanquam: qui tum maximè revivisceerent.* Nero occisus tantum gaudium publicè præbuit, *ut plebs pileata tota urbe discurreret. Suet. in Neron. c. ult.* Domitiani morte adeò lætatus Senatus est, ut repleta certatim curia non temperaret, quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret: scalas etiam inferri clypeosque & imagines ejus coram detrahi & ibidem solo affligi juberet: novissimè eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret. *Suet. in Dom. c. ult.* Commodo hanc næniam dixerunt patres in Curia: *Hosti patriæ honores detrahantur, parricidæ honores detrahantur. Hostis patriæ, parricida gladiator in spoliario trahatur. Hostis Deorum, carnifex Senatus: Qui Senatum occidit, unco trahatur, Qui innocentes occidit, unco trahatur. Qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. Item: Carnifex unco trahatur, Carnifex Senatus unco trahatur. Sævior Domitiano, impurior Nerone, sic fecit, sic patiatur, &c. Lamprid. in Comm. in fin.* Heliogabalus non tantùm à militibus in latrina, ad quam confugerat, occisus est, sed tractus deinde per publicum, additaque injuria cadaveri est, ut in cloaculam mitteretur. Sed cum non cepisset cloaca, fortuitò, per pontem Æmylium annexo pondere ne fluitaret, in Tiberim abjectum est, ne unquam sepeliri posset, priusquam præcipitaretur, tractum est per circi spatia. Nomen ejus, id est, Antonini erasum est, jubente Senatu, remansitque Varij Heliogabali. Appellatus autem est post mortem *Tiberinus* & *Tractitius* & *Impurus*, & multa, si quando ea erant designanda, quæ sub eo facta videbantur. *Quod odio communi omnium contigit*, ait Lamprid. *in Heliog. num. 6. à quo speciatim sibi cavere debent Imperatores, siquidem nec sepulcra merentur, qui amorem Senatus, populi, ac Militum non merentur.* Cum Maximini caput per Italiam Romam ferretur, dici non potest, quanta lætitia fuerit, occurrentibus cunctis ad publicum gaudium: Populus audita ejus morte, omnes per aras & templa & sacella & loca religiosa gratias agebant: Senatus ita decrevit: *Maximini nomen olim erasum, nunc animis eradendum. Hostis publici caput in profluentem abjiciatur, corpus ejus*

nemo

nemo sepeliat: Capitol. in Maxim. in fin. Emoriar, nisi Tyrannum, si exitus aliorum Tyrannorum secum reputaverit, & odia illorum cum amore piorum principum contenderit, sui pœniteat affectetque in eorum ordinem transire, *pro quorum salute totius populi vota conspirant*, ut de Trajano scribit Plinius *in Panag. circ. fin.* perinde summis atque infimis caro. *Nec enim is princeps est, qui sibi imminere, sibi intendi putat, quod hosti paratur, quæ persuasio fuit illorum, qui hostilia cum facerent, timebant. Plin. in Panag.* Maximinus audito SCto, quo hostis judicatus erat, sic exarsit, ut non hominem, sed belluam putares. *Jaciebat se in parietes, nonnunquam terra se prosternebat. Exclamabat inconditè, arripiebat gladium, q. Senatum occisurus: conscindebat vestem regiam, alios verberibus afficiebat, & nisi de medio recessisset, oculos filio adolescentulo eruisset. Capit. in Max. num. 6.* Dionysius ipse edoctus de fide duorum Pythagoræorum, *Optavit eorum esse tertius*, & sororis Vestæ silentium conjugali fidei debitum, quanquam ipse perfidiæ probrique plenissimus, summa admiratione probavit. *Nero, ut faciendis sceleribus promtus: ita audiendi, quæ faceret, insolens erat.* Tacit. 10. *Annal. num.* 10.

18. *Tyranni ipsi præoptarunt esse in honore piorum principum.*

Odêre reges dicta, quæ dici jubent.

Senec. in Oed. Act. 3. Quis enim non mallet Germanici similis esse, quàm Tiberij, qui huic imprecantē Drusum audiret: *Ut quemadmodum nurum, filium fratris & nepotes, domumq; omnem cadibus complevisset, ita pœnas nomini gener. q; majorum & posteris exolveret: Tacit. 6. Annal. num.* 4. in illius verò morte mæstam & pullatam videret universam civitatem. *Quo enim die defunctus est, lapidata sunt templa, subversa DEûm aræ, lares à quibusdam familiares in publicum abjecti, partus conjugum expositi, deserta fora, fumo justitio, & quidem ante edictum magistratuum, ante SCtum. Cum incertis autoribus convaluisse percrebuisset, concursum est, ac penè revulsa templi fores, ne quid gestientes vota reddere morarentur. Expergefactus è somno Tiberius est gratulantium voce atq; undiq; concinentium: Salva Roma, Salva patria, Salvus est Germanicus. Sed ut demum fato functum palam factum est, non solatiis ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit, duravitq; etiam per festos Decembris mensis dies. Honores, ut quis amore in Germanicum aut ingento validus, reperti decretiq;: Ut nomen ejus Saliari carmine caneretur, sedes curules sacerdotum Augustalium locus, superq; eas quercea corona statuerentur, ludos Circenses eburna effigies præiret, neve quis flamen aut Augur in locum Germanici, nisi gentis Juliæ, crearetur. Arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inscriptione rerum gestarum, ac mortem ob Rempubl. obiisse. Statuarum locorumve, in quis coleretur, haud facile quis numerum inierit. Sueton. in Calig. c.* 5. & 6. *Tacit.* 2. *Annal. cap.* 12. Revoca exitum Caij Imperatoris ad principium: Annon malis inter altaria & victimas ardentesque tedas, densissimo & lætissimo obviorum agmine incedere super fausta nomina, *Sidus, & Pullum & Pupum & Alumnum appellantium*, quam ad cædem & lanienam deposci, nemine miserante, sed acclamantibus universis: *Sic pereat, qui sic meritus est? Suet. in Calig. cap.* 13. Quanto melior est vox ejusdem Caij, quæ ab eo audita fuit, cum oblatum de sua salute libellum abjicere & diceret: *Nihil sibi admissum, cur cuiquam invisus esset, Suet. ibid. c.* 15. præ illa altera, cum Tiberium introduceret sic Senatui loquentem: *Diligas eorum neminem, nemini in posterum pareas. Omnes oderunt, te mortuum omnes cupiunt. Nemo enim libenter subjici potest, sed unusquisq;, quam diu timet, potentiorem colit & observat: post ubi cepit rebus suis confidere, ulciscetur imbecilliorem. Xiphil. in Calig. num.* 3. Quin etiam hisce monitis adeò aurem præbuit, ut illud Tiberij: *Oderint dum probent, Sueton. in Tiber. cap.* 59. paulò mutatum subindè jactitaret: *Oderint dum metuant. Id. in Calig. c.* 30. quod Polynices prolixius sic effert *in Theba. ad fin.*

19. *Proverbium Tyrannorum.*

Regnare non vult, esse qui invisus timet
Simul ista mundi conditor posuit DEus
Odium at regnum. Regis & magni reor
Odia ista premere.

At qua demum arte, qua vi premuntur odia,

odia. cum, quò magis premantur, eò validius erumpant in opprobrium prementis? An Domitianum defendit solitudo, ex qua nunquam prodiisse dicitur, quin solitudinem faceret, an porticus Phengire lapide ...ctæ percussorem à tergo ostenderunt? Commodus sibi ipsi barbam & comas adussit, exemplo Dionysij superioris, qui cultros metuens tonsorios candente carbone sibi amburebat capillum. An propterea vim omnem vitavit uterque? Quid Alexandrum Phæreum an semotum cubiculum & difficilis aditus morte prohibuit? *qui, ut scriptum legimus, cum uxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens Barbarum, & eum quidem compunctum notis Threiciis, districto gladio jubebat anteire, præmittebatq́; de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis occultaretur telum, exquirerent. O miserum, qui fideliorem & Barbarum & Stigmatiam putaret, quàm conjugem. Nec eum fefellit opinio. Ab ea enim est ipse propter pellicatus suspitionem interfectus. Nec verò ulla vis imperij tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna. Testis est Phalaris, cujus est præter cæteros nobilitata crudelitas, qui non ex insidiis interiit, ut is, quem modò dixi, Alexander, non à paucis, ut Cæsar, sed in quem universa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Cicer. 2. Offic* Alios enim parentes ipsi, ut Cassium, *Liv. libr.* 2. alios fratres, ut Timophanem, *Plutarch. in Timol.* alios conjunx, ut Alexandrum, quem dixi, & Claudium & Commodum Imperatores: alios consanguinei, ut Iulium Cæsarem, *Plut. in Cæs.* aut affines, ut Dionysium, *Arist. 5. Polit. c.* 10. alios domestici & ministri, ut Caium, Domitianum, Commodum: alios integri exercitus, ut Neronem, Heliogabalum, alios universa multitudo, ut Phalarin: alios servi, alios extranei trucidarunt, adeò ut nullum genus hominum sit, quod non infestum habeat Tyrannus, imò nullus locus est, quem non timere debeat, quandoquidem in conspectu populi Hipparchus, *Thucyd. lib.* 6. Hieronymus Syracusanus & Clearchus Heracleensis, inter medios satellites, *Liv. li.* 24, Gracchus in Capitolio, *Flor. Epit.* 68. Cæsar in Curia, *Plutarch. in Cæs.* Galeatius Sforzia in ipsis foribus templi occubuit. *Brut. lib. 7. hist. Flor.* In Commodum Quintianus pugionem strinxit in aditu amphitheatri *Herod. lib.* 1. Medicæos conjurati aggressi sunt in ipso sacrario. In cubiculis vero & domibus, quæ suum cuiq; debent esse tutissimum receptaculum, in tentoriis, in itinere infiniti procubuerunt, nec quicquam profuit armorum usum sustulisse, quemadmodum Cyrus minor Antosacem & Mitiæum interfecit, quod ei obviam facti manus intra manicam non contraxissent, qui mos erat Persis. *Xenoph libr. 2. exped. Græc. & 8. Cyrop.* Nihil profuit solitudo, quin per eam obstinatus homicida penetraret: nulla arx iàm abrupta, quam Aratus non conscenderet: nullum supplicium tam crudele, quod odium inveteratum extingueret, nullum tam latè serpens, quod uno impetu manus tot insidiatorum cohiberet. Licet enim quamplurimos occidisset Nero, retractus tamen fuit à Seneca dicente: *quod successorem non esset occisurus, Xiphil. in Neron. n.* 7. id quod M. Antoninus etiam Vero rescripsit: *Seis proavi tui dictum: Successorem suum nullus occidit. Vulcat. Gallic. in Avid. Cass. in pr.* Vbi enim multæ paratæ sunt foveæ, qui præterit unam, incidit in aliam, & qui effugit unius manus, præceps it in laqueos alterius. *Qui ab uno occidi non potest, à multis occiditur. Elephas grandis est & occiditur. Leo fortis est & occiditur. Tigris fortis est & occiditur. Cave multos, si singulos non times*, quos versus Mimus quidam Maximino in Theatro occinuit. *Capit. in Max.* Phalaris propterea dicebat *se malle subesse, quàm præesse Tyrannidi, quod subditus aliorum malorum securus unum Tyrannum metuat, Tyrannus autem & eos, qui foris insidiantur & illos, per quos servatur. Stob. serm.* 47.

24. *Tyrannorum omnium brevis potestas est.*

Vnde fit, ut dum DEVS scelera Tyrannorum acriter vindicat, & mortales undiq; contra eos Leoniam induunt, salvi esse & placida morte canos sub terram deducere nunquam possint. *Reges senescunt: Tyrannorum execrabilis ac brevis potestas est. Oportet enim*, ut prædixit Sapientia, *exercentibus Tyrannidē sine excusatione supervenire interitum.*

Sapient. 6. & Iobus ait: *Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est Tyrannidis ejus. Iob.* 15. Thales rogatus, *quid in omni vita vidisset difficilimum? Senem* respondit *Tyrannum.* Laert. *in Thal.* Plutarch. *de dæmon.* Socrat. & *in Sympos. Quis enim Alexandri Pharæi* (verba affero Petrarch *ex Dial.* 95.) *exitus nesciat? quis Dionysii Syracusii? quis Agrigentini Phalaridis, Annonis Pœni, Ebcarci, Heracleensis, Ephymensis Aristonymi, Calcedonii Nabidis? Quis Hipparchi Atheniensis, quem occidisse immortalis gloria occisoribus fuit? Non ad recentiores atque domesticos, Cassium, Meliumque & Manlium Romanos cives, Catilinam quoque & Gracchos & Apuleium, non Tyrannos quidem, sed Tyrannidem affectantes, inque impiis conatibus deprehensos cœptoque prohibitos atque oppressos. Non postremò ad illos, qui Majores, non Meliores, justi velo imperii trucem texere Tyrannidem atque injustam, Cajum, scilicet ac Neronem, Domitianum ac Commodum, ac Bassianum, reliquosque ejus ordinis solo nomine Principes, quorum mens Tyrannica ac Tyrannicus finis fuit, sed ad alios te mitto, quos avorum patrumque memoria, seu etiam, quos ætas ac regio præsens videt. Hos ego, ne distantib. te fatigem, circumspicere, & contemplari jubeo. Videbis usitatum & communem Tyrannorum exitum, aut gladium, aut venenum, vereque illud à Satyro dictum putes:*

Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci
Descendunt Reges & sicca morte Tyranni.

Iuven, Sat. 16. *Omnia* verò *exempla, quæ mox removeri visa sunt, vitanda esse* monet Symmach. *Epist.* 54. quod in iis monstri aliquid lateat. Vbi verò Tyrannides considerare volueris à condito mundo, vel omnes in herba suffocatas deprehendes, vel ad messem nunquam pervenisse. Aelian. *lib.* 6. *Variar. c.* 10 præclarè à Deo comparatum scribit, ut nulla Tyrannis ultra nepotes progrediatur, sed pleræque instar pinus conterantur; affertque tres tantum ex omni antiquitate Græcorum, in nepotes propagatas, Gelonis in Sicilia, Livaniorum in Bosphoro Cypselidarum Corinthi, Aristoteles *libr.* 5. *Pol. c.* 12. *impr.* quatuor adducit, quas præter aliarum Tyrannidum fata, diutius stetisse refert, ob duas causas, partim quod ad benevolentiam regiam propè se deflecterent Tyranni, partim quod virtute militari sui admirationem in subditis excitarent, & a contemtu se vindicarent. Ex his tamen Gelonis Tyrannis Syracusis non superavit annum decimum nonum, cum Gelo octavo anno perierit, frater eius Hieron non nisi decem annos præfuerit, & Thrasybulus minimus fratrum undecimo mense dominatu à populo depulsus sit. *Diodor. lib.* 11. Pisistratidarum Tyrannis Athenis excurrit quidem in annum 35. sed interrupta extitit non cōtinua, quando Pisistratus bis coactus fuit solum mutare, & Hipparchus eius filius major natu ab Harmodio & Aristogitone occisus. *Thucyd. lib.* 6. *Arist. Polit. c.* 10. Hippias verò in exilium actus, cum ope Persarum reditū pararet, in prælio Marathonio occubuit. *Pausan lib.* 1. *Iust. li.* 3. Itaque neutra harum Tyrannidum ad nepotes devenit. Cypselidarum verò Corinthi μίχει τρίγονίας, ut loquitur Strab. 8. *Geogr.* & Aelian. *lib.* 6. *Var. hist. cap.* 13. permansit, pervenitque in tertiam generationem inclusivè. Nam in Psammeticho Cypseli nepote ex Gordia filio desiit, cum durasset annos non amplius 73. & 6. menses. *Herod. lib.* 5. *Paus. li.* 2. Orthagoræ verò apud Sicyonios Tyrannis omnium vivacissima perhibetur, quippe cui centum annos tribuat Aristoteles.

25. *Quanam Tyrannides duraverint quam diutissime.*

Cæteri ferè Tyranni non secus ad imperium emicant, quam personæ solent in scenam prodire prout Dionysius Phæreum illum, qui per decem tantum menses in Thessalios obtenta Tyrannide trucidatus fuit, *Tragicum Tyrannum* vocitabat, & Plutarchus scribit: *Avaritiam ambitione militum, Imperatorem Imperatore, veluti clavum clavo expulisse. in Galb. in princ.* Vt herbæ irriguæ & solstitiales citò crescunt, sed levi calore Solis consumuntur: ita facilè quidem est purpuram induere sed qui induta diu impunè superbierit, haud facilè quisquam reperitur. *Difficile enim custoditur, in quo populi totius vota conspirans,* ut ait Hieron. *lib.* 2. *contr. Iovin.* seu potius *Qui ab omnibus petitur, tandem in quorundam manum incidit,* ut de Induciomaro in

vado

vado deprehenso dicit Iulius Cæsar *lib. 5 de bell. Gall. in fin.*

18. Postquam jam Tyrannus jugulum præbuit percussoribus, sanguinemque, quem tam injuste, quam avide hauserat, revomuit, an tum calamitate omni defunctus est, & expiati manes molliter quiescunt? *Imo post fata nullus est locus, nullum tempus, quo funestorum principum manes à posterorum exsecrationibus conquiescant. Plin Panag. Traj.* Nec nunc ad æterna me converto supplicia, & ex sacris literis reperio: *Potentes potenter tormenta passuros esse, & fortioribus fortiorem instare cruciatum. Sap. 6.* Item: *Horrendum esse incidere in manus DEI Viventis. Hebr. 10.* Sed ea tantùm attingo mala, quæ Tyrannorum reliquiis in hac terra post cædem exagitant. *Nec enim putandum est fore,* (verba sunt Platonis *ad Dionys. Tyr. Epist. 2.*) *ut cum mortui fuerimus, homines de nobis conticescant: ac proinde minimè committendum est, ut eorū, quæ de nobis dicturi sunt posteri, curam abjiciamus. Futuri enim temporis cura necessariò gerenda est. Omninò natura quadam depravatione ignavissimi quidam & profligatissimi ingenij homines, nullam illius curam ad se pertinere censent: optimus autem & gravissimus quisq; ita omnem vitam suam instituit, ut felicem laudabilemq; sui memoriam ad posteros transmittat, &c.*

21.

> *Vivendum rectè tum propter plurima, tunc his*
> *Præcipuè causis, ut linguas mancipiorum,*
> *Contemnas, nam lingua mali pars pessima servi.* *Iuven. Sat. 9.*

Quæ laudibus non excitentur ingenia, pro desperatis negligebat Quintilianus *libr. 1.* & Cicero nec ipse quicquam prius gloria habebat, nec ulla alia re ad altissima quæque provocari mortales putabat, quam laudum stimulo & gloriæ cupidine. *Hoc unum est, quod: praestantes quidem naturâ mentes, sed nondum ad extremam manū virtutū perfectione perductas allicere possit, gloriæ sc. cupido, & optimorū in Remp. fama meritorum. Boet. 2. Consf. pros. 7.* Tyrannus verò post obitum quid sperare habet præter infamiā, & execrationes omniū, tātò audaciores, quātò minus terrore præsentis Tyranni deterrentur.

Queritur enim peremtum nemo, quem incolumem timet. Sen. in Oed. Act. 2 sed potius *suum cuiq; decus ex merito posteritas rependit? Tacit. 4. Annal. Quemadmodum Domini crudeles tota civitate commonstrantur, invisiq; & detestabiles sunt: Ita Regum & injuria latius patet, & infamia atq; odium seculis traditur. Quantò autem non nasci melius fuit, quàm numerari inter publico malo natos? Sen. 1. de Clem. cap. 18. Principibus cætera statim adesse* dicit Tacitus. *Unum insatiabiliter parandum, prosperam sui memoriam. Nam contemtu famæ, contemni virtutes. 4. Ann. n. 5. in fi.* Tiberius cum Africani ad exemplum Asiaticorū templum suo numini offerrent, & is illud repudiaret: *Ego me, ait, P. C. mortalem esse & hominum officia fungi, satisq; habere, si locum principem impleam, & vos testor, & meminisse posteros volo, qui satis superq; memoriæ meæ tribuent, ut majoribus meis dignum, rerum vestrarum providum, constantem in periculis, offensum pro utilitate publica non pavidum credant. Hac mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies & mansuræ. Nam quæ saxo struuntur, si judicium posterorum in odium vertit, pro sepulcris spernuntur. Proinde socios cives, & Deos Deasq; ipsos precor, hos ut mihi ad finem usq; vitæ, quietam & intelligentem humani divini; q; juris mentem duint: illos, ut quandocunq; concessero, cum laude & bonis recordationibus facta atq; famam nominis mei prosequantur. Tacit. libr. 4. Annal.* Nec dubium est, quin hoc sit commune votum ipsorum Tyrannorum, ut cum malè egerint, benè posteros de se loqui velint. Nolint enim se privari ea felicitate, quæ cordatos quosque viros in mortem animat, quemadmodum Alexander M. in medio mari fluctuans & tantum non submersus, *Quam multa,* dicebat, *Athenienses, patior vestri præconij causa. Plutarch. in Alex.* Alexander Severus Imperator homines literatos non secus reformidabat, ac vitæ ac existimationis suæ arbitros, veritus, ne quid in se asperius post mortem scriberent. *Lamprid. in Alex. num. 1.* Finis enim genuinus Annaliū est. *Ut pravis dictis factisq; ex posteritate & infamia metus sit. Tacit. 3. Annal. n. 11.* 19.

19. *Quod ipsi Tyranni deprecantur.*

Lysander Charilum secum ubiq; gentium trahebat, ut æternæ memoriæ res à se gestas mandaret. *Plutarch. in Lys. n. 9.* Alexander M. ad Achillis sepulcrum cum pervenisset, Felicem eum prædicavit, non alio nomine, quam quod talem præconem suarum virtutum reperisset: *Omnes enim omnium virtutes tantas esse, quantas eas videri voluerint eorum ingenia, qui uniuscujusq; facta descripserunt, tàm Salustius Crispus, quam M. Cato & Gellius in literas retulerunt*, & testatur Vopisc. *in Prob. in pr.*

30. *Tyrannorum memoria damnatur.*

Tyrannos verò non tantùm destitui bono hoc certum est, sed & ejus loco omnium convitiis proscindi & tanquam monstra luce indigna condemnari. Veneti Marini Falerij imaginem ex numero Ducum deleverunt, vacuo spatio cum hac inscriptione relicto: *Hic est locus Marini Falerij decapitati pro criminibus. Iust. lib. 4. hist. Ven.* Romani non solùm Cassij & Sp. Melij memoriam, delectis & fundo æquatis domibus antiquarunt. *Halyc. libr. 8. Liv. libr. 4.* Tarquiniosque tam superstitiosè urbe amoverunt bonis publicatis, ut ne nomen quidem superesse voluerint. *Liv, lib. 2. in pr.* sed & damnatorum principum statuas dejecerunt, acta resciderunt, & dies eorum nativitatis nefastos esse jusserunt. Quod cum timeret Nero, aliquoties fertur optasse, *ut se vivo terra conflagraret*, ne se posteritas sua scelera ipsi obloqui aut exprobrare quiret. *Sueton. in Neron.* Cajus subinde optavit sua tempora notabili aliquo infortunio insigniri, veritus, ne sui memoria odio hominum intercideret. *Sueton. in Caj. cap. 31.*

31. *Vnde Tyranni ut plurimum exarserunt in historicos & viros doctos.*

Plerique verò Tyrannorum viris doctis bellum indixerunt, ne vel scelera illorum posteritati memoranda literis mandarent, vel in Tyrannos scribendo probrosam vitam illis tacitè exprobrarent. Nam Cajus Carinum exilio mulctavit, *quod exercitij saltem causa in Tyrannos declamasset. Xi. h. l. num. 4. in fin.* Domitianus Philosophos Italia exegit, quod Elvidium priscum & ejus socerum Thraseam *sanctissimos viros* appellassent. Tiberius Cremutium Cordum postulari curavit, novo ac tum primum audito crimine, *quod editis annalibus laudatoq; M. Bruto C. Cassium Romanorum ultimum dixisset. Tacit. 4. Annal.* Ælium Saturninum, à quo carmina quedã in ipsum scripta erant minus commodè, jussit è Capitolio præcipitari. *Xiphil. in Tib. r. n. 6.* Sicut Crocodilus invisum alias & perniciosissimum animal, tamen Tentyritas adeo metuit, ut ad vocem etiam expavescat: Ita Tyranni, cum omnes contemnant, tamen eruditorum literas subtiment. *Plin. lib. 8. cap. 25.* Stultè. Nam ut Cremutius in defensione sua subjecit; *Ipse D. Iulius, ipse D. Augustus & tulere ista & reliquere, haud facilè dixerim, moderatione magis an sapientia. Namq; spreta exolescũt: si irascare, agnita videntur. Nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modò Cassij & Bruti, sed etiam mei meminerint.* Nec fefellit augurium autorem suum. Nam, ut refert Dion. 32. *Quam ... insan... scripta ... Authorum ...*

Scripta quidem Cremutij in urbe ædiles cremaverunt, foris autem præfecti singularum civitatum: quæ tamen postea rursus in lucem edita sunt. Fuerunt n. & ab aliis multis & à Marcia filia eius occultata, ac tam propter Cordi calamitatem multò cepere legi studiosius. Quò magis Tacito irridere libet eorum socordiam, *qui præsenti potentia credunt extingui posse etiam sequentis ævi memoriam. Nam contra, punitis ingeniis, gliscit autoritas. neq; aliud externi Reges, aut qui eadem sævitia usi sunt, nisi dedecus sibi atq; illis gloriam peperere. lib. 4. Annal. n. ... Negatus enim honor præter meritum gloriam intendit*, ut idem Tacit. *ibidem* dicit de Dolabella, cui petenti triumphalia Tiberius abnegaverat: & *libr. 3. in fin.* dum describit funeris Iuniæ, Catone avunculo genitæ, Caij Cassij uxoris, M. Bruti sororis, deductionem, signanter ait. *Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt, Manlij, Quinctij, aliaq; ejusdem Nobilitatis nomina, sed præfulgebant Cassius atq; Brutus eo ipso, quod effigies eorum non visebantur.* Franciscus I. vetuit in Galliis legi Dantem Poëtam, quod *in libr. suo de purgat.* Huggonem Capetum vocet *filium d' un boucher*, seu ut Ricordan. & Villani *in Annal.* ... qui idem narrant, loquuntur *Bec. ... Masson. lib. 3. Ann.* quem Dantẽ eo nomine reprehendunt etiã Volaterran. & Claude de Rub. *in hist. Lugd.* injuriã, ut notat Pasquier *lt. 5. des Recerc. de Franc. c. 4.* co, quo ... Boulin...

Bouf.er non significet Lanionem, sed hominem cruentum & crudelem, qui gratiam nemini faceret, *mais qui faisoit de tout une boucherie*, sicut & Olivetius de Cliſſon ab Anglis & Franciſcus Guiſius ab Hugenottis dicebant *bou hers*, quia nec hic his, nec ille illis poſt victoriam condonabat. An verò propterea Dantem nemo legit in Italia, nemo in Hiſpania, Germania aut Angliæ? quin potius interdictum incendit cupidinem, & *les deffences ne servẽt., qui d' en donner plus d ennuye.* Dit.Pierr. Matth. *libr.2.hiſtor.de Henr. IV.* Quantò igitur rectius Vincentius Acciajolus ſolebat dicere: *che havrebbe riputato a grande honore della ſua famiglia un verſo di Dante, ancorche quel ſuo, di cui ſi fuſſe fatta memoria, foſſe ſtato meſſo nella più profunda bolgia dell' inferno. Sapendo per altro, che l' eſſer meſſo dalle favole de Poeti in inferno ò in paradiſo, all' anime de ſua predeceſſori ne pena ne gioia havrebbe reca. Sci. Ammir.lib.4.diſc.8.*

CAPVT QVARTVM

DE ARISTOCRATIA ET OLIGARCHIA.

SVMMARIA.

1. *Quo in loco agat Ariſtoteles de Ariſtocratia. Et ratio Ordinis.*
2. *Quid ſit Oligarchia in genere.*
3. *De differentiis Oligarchiæ, ſeu de Oligarchia & Ariſtocratia in ſpecie.*
4. *De ſtatu Reipubl. Venetorum.*
5. *De ſtatu Reipubl. Iudaicæ à Moſe inſtitutæ & retentæ usque ad novi Regis electionem.*

SECTIO I.

Quo in loco agat Ariſtoteles de Ariſtocratia: Et ratio Ordinis.

1. *De optima Republ. quare agendum?*
2. *Præcipuum Analogatum primo loco eſſe explicandum.*
3. *Deducitur per multas diſciplinas.*
4. *Ariſtocratia quis locus debeatur in Politica Ariſtotelis.*
5. *Varia Interpretum ſententia.*
6. *Quid ſint ſermones Exoterici.*
7. *Non agi de Ariſtocratia in lib.2. Polit.*
8. *Nec in libro 7.*
9. *Nec in libro 6.*
10. *Debuiſſe Ariſtotelem agere de Ariſtocratia ante librum IV.*
11. *Idq; executum fuiſſe in parte ult. libri 3. quæ intercidit.*

QVemadmodum in omnium artium & ſcientiarum ſyſtematibus fieri videmus, utq; ex præſcripto Methodi fieri neceſſe eſt, ut ſcilicet, ſi quando ſubjectum dividuum eſt in multas ſpecies, Analogiam quandam inæqualem inter ſe habentes, de omnib. quidem agatur, ſed de prima & potiſſima primò & præcipuè: Ita, inquit Ariſtoteles in civili prudentia, nulla quidem Rerumpubl. prætermitti debet, primum tamen locum ſibi vendicat optima, eò quod regulam cæteris præſcribat, ad quam æſtimari & conſtitui debeant. *lib.4.Polit.c.1.* Rectè enim notavit Peter. *lib.1.de Philoſ.natur.* non aliam à Philoſopho in definiendis Analogatis methodum obſervari, quam ut primo loco exponat præcipui ex iis naturam, & ex eâ cætera relinquat æſtimanda. Non enim, quæ vocantur Analoga ſecundum attributionem, in una communi natura conveniũt, ut perinde una communi definitione comprehendi poſſint, ac ſpecies univoci generis, ſed ſicut à primo quopiam, tanquam à menſura cæterorum dependent, ita hoc primum, ſine quo cætera cognoſci non poſſunt, ante omnia explicandum venit, cætera poſt illud. Sine quo enim cætera cognoſci nequeunt, id in Methodo primum locum ſibi vendicare *in prin. hujus lib. ſect.1.* diximus. Sic Ariſtoteles in Metaphyſicis *lib.7.& 8.* de ſola ferè ſubſtantia agere videtur, quia cum Ens dicatur Analogicè de Subſtantia & Accidẽte, Subſtantia magis Ens eſt, quàm Accidens, & hujus quaſi baſis & menſura. *4. Metaph.tex.2. 6.Metaph. c.1.* Sic in totis octo libris Phyſicorum non agit, niſi de principiis, natura & affectionibus rerum corruptibilium, quia corporis

1. *De optimæ Repub. quare agendum ſit præcipuè.*

2. *Præcipuum Analogatum primo eſſe explicandum.*

quod ad Analoga rectè refert Zabar. *de nat. Phys. c.* 10. natura manifestius nobis conspicitur in us, quæ per mutationes sese nobis patefaciunt & ob oculos ante pedes jacent, quam quæ distantiâ sensus effugiunt, & immortalitate Dei ter Opt. Max. præstantiam imitantur. Et ut ad artes, quibus Politica propius accedit, dilabamur, proponit Arist. exemplum Gymnasticęs, quæ quidem rationem tradit, qua conveniat quævis corpora exerceri, sed potissimùm tamen occupatur in temperie omnium optimâ, quippe cum ad hujus legē cæteræ reducendæ sint. Exemplum à Galeno capere licet *in libris de Valet. tuend.* ubi valetudinem exactè definitam optimò tractandam proponit, mox ad defectus excessusve, prout propius longiusve à regula abeunt, deflectit. Dicitur enim sanitas ab uno ad unum, ut explicat Aristoteles 4. *Metaph. cap.* 1. & 2. De Elementis Medicus agit ex amussim simplicibus, non quod in rerum natura tantâ puritate consistant, sed ut fini regulæ permixtionum, quibus perenni sua agitatione & propter finem afficiuntur. Par est de temperamentis ad pondus & ad justitiam ratio, quæ propterea explicantur à Medicis, quia ex eorum perfectione reliquorum errores corriguntur. Vis exemplum ab Aristotele ipso, tanquam Methodi artifice, & hujus præcepti non immemore capere, in Ethicis, Logicis & Politicis ipsis, ubique invenies ita, ut diximus, observatum. Nam *in prior. Anal.* Syllogismum definit perfectum, ex tribus terminis totidemque propositionibus exactè compositum. In libr. verò demùm secundo defectus ejus subnectit, & ad legem hanc examinat. In *posterior. Anal.* demonstrationem ex causa proxima, quæ potissima est, solam ferè definit, *usq. ad text.* 95. de cæteris ejus defectibus, à causa remota & effectu proximo, pauca verba fecisse contentus. In Ethicis amicitiam ex virtute efflorescentem integris duobus libris persequitur: quæ ab ejus perfectione cadunt, voluptati aut utilitati innixæ, eas non nisi perfunctoriè attingit. In Politicis, de civibus Democraticis, qui ad primævam civium perfectionem propiùs accedunt, non alia de causa prius agit, quā quod inde civium omnium distinctio dependeat.

3. *Deducitur per multas disciplinas.*

lib. 3. *Pol. t. c.* 9. Eadem igitur Methodo, cum supra ostēdisset, Rempubl. dici multifariam, & quidem secundum prius & posterius, 3. *Polit. c.* 1, in Rerumpubl. explicatione se perfecturum præfatur. *lib.* 4. *Polit. c.* 1. De Regia enim Republica quam absolutè inter omnes Rerumpubl. species optimam & ipse statuit & nos *cap. ult. hujus lib.* statuemus, primum omnium egerat, *lib.* 3 *Polit. à c.* 10 *usq. ad finem.* Quia verò ab hac proximè abit Aristocratia, *lib.* 4. *Polit. c.* 12. hanc se quoq; explicasse subjicit, & tandem, ut Rempubl. absolutè sic dictam consideret superesse concludit. 4. *Pol. t. cap.* 2. quoniam ex rectè constitutis Rebuspubl. hæc tertia adhuc erat reliqua. Quia verò Respubl. quam absoluto nomine Politias dignatur Aristot. ex ipsius sententia non conflatur, nisi ex mixtione Democratiæ & Aristocratiæ, seu ex concursu divitum pauperumque, prout ex *cap.* 8. *libr.* 4. *Polit.* patet, ideò de speciebus seu diversitatibus tum paucorum potentiæ, tum Democratiæ ante Rempubl. absolutè sic dictam agere coactus fuit, *à c.* 3. *usq. ad c.* 8 perinde ut *lib.* 3. *Phys.* doctrinam motus interrupit, insertis cæteris à Quantitate, Loco & Tempore petitis affectionibus, eò, quod species Motus & proportiones sine iis cognosci non poterant. Quonam verò in loco de Aristocratia egerit, de qua se jam egisse *libr.* 4. *Polit. cap.* 2. 3. & 7. dicit, quia peculiaris de ea tractatus non occurrit, incertum est, & interpretibus varia conjectandi occasionem præbuit. Thomas in 4. *Polit. cap.* 3 recurrit ad *cap.* 2. *lib.* 2. ubi contra Platonem disputatio de optimo statu instituitur: Sepulved. *in c.* 3. *l.* 4. *Verb. Cum de optimatū statu.* tum hunc locum *ex lib.* 2. allegat, tum finem *lib.* 3. ubi de regno simul & Optimatum statu ac partibus civitatis agi censet. Victor. *in fin. lib.* 3. & *pr. lib.* 4. *Polit.* cùm videret manca esse verba ultima *lib.* 3. lacunam illuc non parvam advertit, quam disputatione de optimo statu explendam censet. Giphan. *in com. c.* 2. *lib.* 4. *Polit.* totum hoc caput intercidisse putat, nec quicquam præterea addit. Martinus Burrha. *in Annot. ad c.* 3. *lib.* 3 4. *Verb. Expositum est.* privati cujusdam libri mentionem fieri putat, qui injuriâ temporum intercidit, imitatus, nisi fallor, Thomam ...

…ej qui cum *in li.2.* de optimatum statu non … agi, quam dubitari, non tàm doceri, q… incidenter mentionem fieri perspexisset, *ad tractatum aliquem separatum*, ut i… ple inquit, *quem scripserit de statu Optimatum*, se recipit. Angelus Segnius, quem Victorius doctum & ingeniosum virum vocat, inq librorum Politicorum lectione apprimè ver…atum dicit, ordinem librorum inversum putat, & quia de sententia Victorij & Sepulvedæ, optimatum status accuratè ex… p…atur *in lib.7.Pol.* hunc librum tertio an… 6 teponit. Ex his eos non rectè sentire patet, qui librum aliquem *Exotericum* obtrudunt, c… sermones extraordinarios peculiari hoc nomine exprimere soleat Arist. *ut patet ex 1. lib Eudem.c. de Ideis ex 1. Eth. ad Nicom.c. ult.6. Eth.c.4. & 3.Polit.c.4. lib.7.c.1. lib.4. Phys.c.10.lib 12. Metaph. c.1.* ubi Sepulveda male redarguit, à Plutarch. *in Alex.* & Tullio *lib. .de Fin* Gellio *lib.20.c.4.* inductam, ab omnibus verò probatam librorum Aristot in Acroamaticos & Exotericos distinctionem, *Ammon. in prolegom. Comm. in Categ. Philop. in 1. de anim. text. 138. Simplic. in proœm. Phys. Strab. lib. 10. Geogr. Gal. de substant. facult. nat. in pr.* prout videre licet apud Perer. *li. de Philosoph.* Carol Sigon. *in li. de Dialog.* & Octavian. Ferrarium *in pecul. li… ll. de hac re edito.* Franc. Patrit. *discuss. peripat. Tom.1.li.6 per tot.* Dum verò hoc loco c… Arist. tractatum de Aristocratia conspicuè addit, se de ea in libris prioribus egisse, …2. & 7, adeoq; digitū ad ipsos libros Politi… c… ad sermones extra horum ambitum …stos intendit. Nec perfectam nobis reli… … Politicam, nisi de Aristocratia perin… … egisset ac de regno & Politia absolutè sic… d… 1. Qui deinde ad librum 2. *Polit.* profu… …unt, perinde faciunt, ac si de causis, actu, u…, vero &c. *in lib.3. Metaph.* aut de omni …a. *in lib.1. de anim.* agere Aristotelem d…ent, quia in his libris dubitationes de il… …us excitat? Nec enim ex professo quic… … de optimatum statu in toto *lib. 2.* di… …tradit, sed, prout disputatio contra … …em exigit, modò ex hac, modò ex illa … … parte aliquid decerpit, quod con… …orum sententias accommodatum af… … Miror autem, quid iis in mentem venerit, qui librum *7. Polit.* transponere voluerunt, eo argumento ducti, quod in illo omissam de Aristocratia disputationem Aristot. pertexat, cum in toto illo libro Aristocratias nulla mentio fiat: nec si fieret, ad eum fieret modum, quo hoc loco scribit Aristot. à se de 8. Aristocratia actum esse. Nam, quæ *in lib.7.* *Nec in lib. 7.* *& 8.* pertractantur, quæq; persequi debuisset Aristot. usque ad finem, non tantùm ad Aristocratiam, sed ad omnem benè institutam Rempublicam pertinent: nec definitio divisiove, & quæ sunt ejus generis, illuc explicantur, qua quidem ratione circa cæteras Rerumpubl. formas versatus est Aristot. *lib. 3. Polit. in fin. & lib.4. in pr,* sed partes & requisita bonæ cujusque Reipublicæ quatenus nata sunt civitatem laudabilem efficere, minutatim describuntur, multitudo & genera civium, magnitudo & situs urbis, educatio, mores regionum nationumve, nec dubium est, quin de ll. & officiis omnibus publicis in specie æquè diligenter pertractasset Aristot. nisi extremus ille laborum finis intercidisset. De Aristocratia fateor resumit quædam 9. *An in libro 6.?* *lib.6.cap.6.* sed ea nihil ad hunc locum attinent, quia lib. 6. cum quinto per proœmium aptè connectitur, & de Aristocratia dicit Aristot. *4. libr. cap 7.* jam in prioribus libris à se actum: nec de Aristocratia tantùm, sed multò accuratius de Democratia agit *in d. libr. 6.* cujus tamen definitionem & species nihilò minus diligenter proposuit. *dict. lib. 4.* hìc quidem in genere, illic in specie, hìc confusè, illic distinctè. Sic enim & de summo bono duobus simul in locis auditorem detinuit *lib.1. & lib.10. Ethic.* cum in posteriori speciatim diducenda essent, quæ ab initio proponi non poterant, nisi generaliter. Cum igitur liber *7. Polit.* nihil contineat eorum, quæ de Aristocratia *in libro 3. aut 4.* proponenda erant, frustrà eum huc accersit Segnius, idque potissimùm, quia *in libr. 7. cap.4. in princ.* jam ait Aristot. à se disputatum esse de cæteris Rebuspublicis, de quibus ante librum 4. tractatio nulla fuit instituta: & *in lib.4. cap.7.* tractatum de Aristocratia priorem facit principio libri 4. quibus verbis moveor, quò minus credam, servato ordine librorū, nihilominus ab Aristotele potuisse librum 7. nominari, tāquam priorem,

quam-

quandoquidem is in citandis libris, non eos ubique priores vocat, qui ordine doctrinæ præcedunt, sed qui prius scripti sunt & absoluti, quemadmodum Zabar. ostendit *in lib. de scient. natur. constit.* Quò minus autem in hac opinione, in quam quondam incidi permaneam, locus ille *ex lib. 7. Pol. c. 4.* facit, qui apertè librum 7. postponit non tantùm quarto, sed & sexto, in quibus formas Rerumpubl. proponit. Tum etiam, si transponendus esset liber 7. non tantùm propter necessariam connexionem sequeretur octavus, & quicquid toti operi desit usque ad finem: id quod absurdum foret, & Methodo Analyticæ è diametro contrarium: quoniam *in fin. lib. 3. & pr. lib. 4.* proponere debuit Aristot. finem totius disciplinæ, qui consistit in Formis Rerumpubl. *In libr.* verò 7. & 8. aggreditur explicationem mediorum, quibus opus est ad finem beatum assequendum seu Rempubl. quamque probè effingendam. Aliud verò est, finem ipsum cōsiderare, aliud media, quæ producendo fini inserviunt. Accedit, quod *in toto lib.* 7. nullibi distinguat Arist genera Nobilitatis, quæ tamen à se in tractatu de Aristocratia proposita & explicata fuisse dicit 4. *Polit. c.* 3. Propterea verisimilius est *in fin. libr* 3. particulam hanc deesse, in qua explicatum sit de Aristocratia eadem ratione, qua de regno actū fuit, *ibid.* & de Democratia & Republ. agetur *in lib.* 4. Et sanè Victorius *in calc. libr.* 3. testatur, visum sibi Manuscriptum, in quo satis magnum spatium vacuum relictum fuerit inter librum 3. & 4. unde notabilis alicujus defectus argumentum capit. Filum autem & Methodum Aristotelis secuti Monarchiæ subjiciemus Aristocratiam, & huic denique Democratiam, postquam Tyrannidem tanquam Monarchiæ corruptissimam speciem, quam quia à perfecta regula, quam longissimè abit, in ultimum locum rejecerat Arist. compendii causâ, unâ cum cæteris Monarchiæ speciebus, præmisimus.

SECT. 2. Quid sit Oligarchia in genere.

1. *Quinam utantur Oligarchiæ nomine in genere.*
2. *Aristotelem eo uti in specie pro statu corrupto.*
3. *Separanda esse vitia & virtutes rerum ab essentiis.*
4. *Aristotelis divisionem esse accommodatiorem secundum quid.*
5. *Genus aliquod commune ponendum esse probis & prolapsis Rebuspublicis quoad Essentiam.*
6. *Respondetur argumentis Aristotelis, quibus negat Aristocratiam comprehendi posse sub Oligarchia.*
7. *Rejicitur argumentum præcipuum Aristotelis.*
8. *An semper pars Major prægravet minorem.*
9. *In omni Oligarchia vincit pars minor Majorem.*
10. *Rejicitur alterum incommodum ab Aristotele objectum.*
11. *Divites contineri nomine populi.*
12. *Paucorum, quantumvis pauperum Rempubl. rectè dici Oligarchiam.*
13. *Alia argumenta contra Aristotelem.*
14. *Iterum alia.*
15. *Contra eundem.*
16. *Definitio Oligarchiæ.*
17. *Numerus imperantium in Oligarchia varius est.*
18. *Alicubi triginta præfuisse cæteris leguntur.*
19. *Alicubi decem tantùm.*
20. *Imò duo vel tres.*
21. *Alibi plures paucioresve.*
22. *Confœderationes, quæ speciem Rerumpubl. mentiuntur, distinguuntur a veris Rebuspubl.*
23. *Helvetios non constituere junctim unam Rempubl.*
24. *Societas Achæorum & Aetolor. similis Reipubl.*
25. *Conventus alii similes Amphyct. cn. Ionum, Dorienſ. Latinor.*
26. *Regna ipsa sæpè in formam Reipubl. conglutinari confœderatione, salva cujusque Majestate.*
27. *Distinguenda nihilominus esse, a quantumvis arctâ societate.*
28. *De Republ. Cretensium.*
29. *Quantum differat a Laconica.*
30. *Rempubl. Cretensium esse Aristocraticam.*

31. [illegible]

31 *Quid sit Dynastia Cretensium.*
32. *De Resp. ub. Laconica obiter.*
33. *De Resp. ub. Carthaginensium.*
34. *Explicatur difficilis locus ex Aristotele.*
35. *De Oligarchia Iudaeorum.*
36. *Florentinorum.*
37. *E idaurorum.*
38. *Rhagusianorum.*
39. *Genuensium.*
40. *Lucensium.*
41 *Venetorum.*
42. *Sub Imperio Germanorum non inveniri propriè Respub.*
43. *De Norinberg. statu.*
44. *Item Lunaburg.*
45. *Vtrū stabilior sit Oligarchia, cui plures, aut cui pauciores præsident.*
46. *Bodini sententia.*
47 *Rejicitur.*
48. *Ostenditur satius esse, plures præsidere, quàm pauciores.*

RElìquimus autem superius *c.t sect 4. & 5* demonstratum, tres esse primas & essentiales Rerumpublicarum differentias, ex nomine petitas, quarum media nomen speciei quorundam recepto more loquendi retinet & Æschini, Plutarcho & Apulejo vocatur in genere *Oligarchia*, quibus subscribit Thucyd. *lib. 1.* quando Lacedæmonios ait tantum eo fine bella gessisse, *ut Oligarchias introducerent, accommodatè ad suum morem.* nec potest sibi temperare Aristot. 4. *Polit ca 3. & 4.* quin nomen Oligarchias in genere usurpet, ὅπου κύριοι τῆς πολιτείας ὀλίγοι, sive illi divites sint, sive sapientes, sive virtute prædìti, sive alia quaecunq; qualitate affecti, quanquam 4. *Pol. cap. 1.* eorum opinionem refutat, qui duas quasi extremas species proponant, ubi pauciores, & ubi multi vel omnes rerum summæ præsint, ad eam faciem, quâ Strabo *lib. 1.* commemorat quosdam in duas classes digessisse omnes ventos, Boream videlicet & Notum, & ad hos, tanquam Cardinales cæteros revocasse, aut quâ quidam harmoniarum non plures proposuerunt species, quàm duas Doricam & Phrygiam, cum cæteri concentus, quod adjicit Athenæ. *libr. 14.* harum habeant, quasi frutices aut mixturas. *Nectemenim*, ait, *suum cuique nomen peculiare relinqui, & distinctionem desumi ex fine, unde aliae dicuntur rectæ, aliae karum παρεκβάσεις*, seu ut Plato præterea cognominat *lib. 8 & 9. de Repub* ἁμαρτήματα aut μεταβολαὶ τῶν ὀρθῶν πολιτειῶν, sive ἡμαρτημέναι πολιτείαι. Plato tamen *in Polit* Democratiā proponit quasi commune genus omnium popularium Rerump. nec id improbare potest Aristotel quippe qui distinctionem Rerumpublicarum, quoad speciem, & quoad virtutes vel vitia segregavit *lib. 3. Politic. cap. 4.* & 5. & hoc ipso loco, *lib. 4. Politic. cap. 3.* posthabita virtutis vitiorumque consideratione, essentialem inquirit differentiam, qua distinguantur inter se Respublicæ à pluribus vel paucioribus gubernatæ, sive benè constitutæ sint, sive à rigore summo perfectionis deficiant. Nec hoc dico, quasi Aristotelem contradictioni implicari aggrediar, sed ut ostendam, diverso respectu, diversaque consideratione aliter atque aliter distingui Respublicas posse. Nam si ad ultimas deveniendum sit differentias, & cuique civitati, quæ illi maximè competit, præfinienda Respub. non dubium est, quin & multò distinctius, & accommodatius ad propositum Respub. dispescamus in rectas & prolapsas, quam si in sola distinctione generali desinamus: Interim docendi causa. nec illud prætereundum est. in quo tam benè quàm secus institutæ Respublicæ conveniunt. Hoc autem, sicut in Regno, Dominatu & Tyrannide à Monarchia, sive ab Vnitate Imperantis petitur, ita in secunda serie non aliunde desumi potest, quam à paucitate eorum, qui præsunt, prout Plato disputat *in Polit.* & explicat apposito exemplo Medicis. *Medicos enim ait, nihilo minus sic appellamus, sive invitis, sive volentibus, secando aut urendo, aut alium dolorem infligant: sive ex scriptis, sive sine scriptis, sive pauperes, sive divites medicinam adhibeant: modò arte quadam curandorum corporum, vel purgando, vel extenuando, vel replendo augendoque utantur. Aequè enim medicos nominamus, dummodò qui curant, corporum utilitatē sibi proponentes, ex deteriore habitudine in meliorē restituant atq; conservent Hoc modò duntaxat rectam esse dicemus medicinam, vel cuiusvis alterius*

3. *Separāda esse vitia ab essentiis rerum.*

4. *Arist. ea a definitionem esse accommodatiorem secundū quid.*

5. *Genus aliquid commune ponendum probis & prolapsis Oligarchiis.*

 prin-

modum, quasi mille divites, si trecentis pauperibus imperent, nomen Democratiæ non magis sustinere videantur, quam trecenti pauperes Oligarchiæ, si mille divitibus dominetur. Nam quid absurdi fuerit, si utrumque sequi affirmemus. Sanè si nomen Democratiæ in ea accipiatur significatione, qua proponit hoc loco Aristot. & si per δῆμον solam plebem intelligamus, contra vim nominis fortè fuerit, divitum Remp. vocare Democratiam, eò quod divites plebi opponantur. sed quia Democratia secundum Platonem *in Polit.* complectitur omnem statum popularem, & divites sunt populi pars, quid vetat popularem vocari Remp. in qua dominatur pars maxima populi? Quin imò plebs non tantum æstimatur paupertate, ut apud Horat. 1. *Epist.* 1.

10. *Arguitur alterum in contrarium.*

11. *Divites continentur nomine populi.*

Si quadringentis sex septem millia desint, Plebs eris, quando videl.

Et genus & virtus, nisi cum re vilior alga est. 2. *Sat.* 2.

sed dum plebs opponitur Nobilitati, ne à plebis quidem numero excluduntur divites, quemadmodum in antiqua Romanorum civitate inter plebejos condemnabantur non solum ærarii aut proletarii, sed quicunque gentibus carebant, tam divites, quam pauperes, & apud Florentinos, liberâ Republicus tres ordines civium erant. *Nobiles, Opulenti, & infima sortis*, quorum duo posteriores *populus* vocabantur, priores *Potentes*, ut narrat Iohan. Michael Brutus *libr. 1. hist. Florent.* perinde ut apud Venetos Ianot. recenset, *gli popolari Cittadini & Gentilhuomini, de Republ. Ven. post princ.* quorum priores Sabellicus sub uno *plebejorum* nomine conjungit. *In lib de Repub. & Magistr. Venet.* Pauperum verò, licet paucioꝛum, Respubl. quo minus Oligarchia dicatur, ne nominis quidem obstat notatio, nisi generale nomen in abusum deflectendo, speciē intelligamus pro genere. Licet enim privatim egeant, publicè tamen divites sunt, nec diu paupertas potestasque simul consistunt, quemadmodum M. Licinius Stolo, qui magna contentione legem promulgaverat, ad fastum patritiorum compescendum, ne quis amplius, quàm quingenta agri jugera possideret, non multò post, cum ex plebe consulatum & opima quæque munia arripuisset, sua lege cecidit. *Liv. lib. 7. Valer. lib. 8. c. 6.*

12. *Pauciorum Remp. quandoque pauperum rectè dici Oligarchiam.*

Porrò si per solas divitias constituitur Oligarchia, prout disputat Aristot. quidam verò occurrunt divites, quidam pauperes, quidam fortunæ mediocris, ut distinguit idem 4. *Polit. c. 3. in pr. & cap. 12.* non tantum duæ erunt oppositæ Respubl. Oligarchia & Democratia, sed interjicienda venit tertia, cui præficiantur illi, qui inter utrumque extremorum ambigant, quam tamen Arist. 4. *Polit. cap. 12.* nullibi invenit. Imò cum nobiles genere differant à divitibus & prudentibus seu viris Politicis, ut *in dict. 4. Polit. cap. 3.* ibidem explicatum est, quare non eadem ratione duæ aliæ Respubl. adjiciuntur, quibus Generosi, aut prudētes viri perinde præsint, ut Oligarchiæ præesse dicuntur Divites? Nam quod *ibid.* Aristot. divitiis & paupertati prærogativam ex eo tribuat, quia communiores sunt, & populum præcisè in duas partes oppositas dividunt, id quidem contra Aethiopes, qui ex pulcritudine, & Gothos, qui ex pinguedine imperia deferebant detorqueri poterat, cum raræ sint illæ qualitates & ab imperii essentia alieniores, sed contra nobilitatem generis nihil efficit, cum hæc in plerisque civitatibus & olim arripueri t& hodiè arripere contendat summum dominium, nec minus universaliter populus in duas contrarias factiones distinguatur hoc discrimine, quam si dirimatur in divites & pauperes. Denique unius rei una est & simplex differentia, quia cum differentia largiatur essentiam, quod constat una essentia, non potest ex duabus differentiis ultimis componi. Atqui Aristot. cum videret solas divitias ad Oligarchiam constituendam non sufficere, nec paupertatem ad Democratiam, coactus fuit differentiam Rerumpublicarum duplicare & Oligarchiæ præter divitias adjicere paucitatem, Democratiæ præter paupertatem multitudinem 4. *Pol. c. 4.* Si enim divitū ordo exuperaret plebem, illique dominaretur, quemadmodum Colophone, cum multi ante bellum cū Lydis gestum, magnas haberent divitias: An tu multorum illud dominium, quia divites præpollent, Oligarchiam dices? aut Democratiam

13. *Alia argumenta contra Aristot.*

14. *Iterum alia.*

cratiam collocabis Apolloniæ, aut in Thera insula, ubi pauci, iique pauperes, sed à primis urbium conditoribus perpetuâ serie originem ducentes rerum potiebantur? Ne ipsi quidem Aristoteli illud satis videtur appositè dictum, ideoque ait, ἔστι δὲ δημοκρατία μὲν ὅταν οἱ ἐλεύθεροι καὶ ἄποροι, πλείους ὄντες, κύριοι τῆς ἀρχῆς ὦσιν, Ὀλιγαρχία δὲ, ὅταν οἱ πλούσιοι, καὶ εὐγενέστεροι, ὀλίγοι ὄντες atque ita in definitione tam Oligarchiæ, quam Democratiæ, conjungit duas differentias, quod nos fieri non posse putamus, tum quia una est & simplex utriusq; forma, qualem *c.* 1. & 2. Monarchiæ item tribuimus, tum quia accidens non ingreditur essentiam rei. Dixit autem Aristot. 3. *Polit. c.* 5. & *hoc lib.* 4. *c.* 4. repetit, Accidere divitibus paucitatem, pauperibus multitudinem, quia pauperum & nuda libertate contentorum major est ubique numerus, quam opulentorum. Quod verò per

15. *Contra eundem.* accidens accedit, in essentiam ingeri non debet, cum omne accidens sit extra ambitum essentiæ. Pono enim autoritate & exemplo Aristotelis, in civitate esse mille divites, qui imperio potiantur & trecentos pauperes, qui subjiciantur, ita ut paucitas separetur à divitiis, & multitudo à paupertate, quod certè fieri potest, ut ex hypothesi proponit ipse Aristot. 4. *Polit. cap.* 4. Tum volo mihi hanc formam Reipubl. ad unam earum redigi, quas definit Philosophus: quod quidem fieri non posse prævidit Aristot. 3. *Polit. c.* 5 *in fin.* sed nodum tamen insolutum reliquit. Aut enim ad simplices differentias ex divitiis & paupertate petitas recurrendum est, 3. *Polit.* c.5. aut ex descriptione hujus loci, 4. *Polit.*

16. *Definitio Oligarchiæ.* c. 4 delenda multitudo & paucitas. Cum verò inexplicabiles inde exurgant difficultates, si per simplices divitias & inopiam Respubl. distinguantur, prout *c.* 1. *Sect.* 4. prolixius disputavimus, non aliunde, quàm ex numero imperantium Rerumpub. discrimina deduci possunt, & sicut Monarchiam definivimus per unitatè ejus, qui summa rerum potitur, ita nunc Oligarchiam in genere definimus: ***Rempubl. in qua summa potestas residet penes plures quidem, quam unum, sed pauciores, quam totam multitudinem, vel maximam partem,***

17. *Numerus im-* Numerum autem certum definire non licet, cum ab uno, donec ad universam multitudinè decurratur, infinita intervalla & differentiæ numerorum accurrant, nec civium *perantium in Oligarchia varius.* ubique eadem concurrat multitudo. Nam & Lacedæmonii cum victis urbibus Oligarchiam bello Peloponnesiaco imponerent, angustioribus decem, quam *Decarchiam* vocat Xenoph. *lib.* 3. *Græcan.* aut paulo plures, latioribus verò triginta aut circiter moderatores imperabant, quemadmodum Lysander expugnatis Athenis triginta dedit, quos illi triginta vocabant Tyrannos *Plut. in Lys.* ad eum numerum respiciens, quo Senatus constitutus erat Lacedæmone à Lycurgo ex duobus regibus & viginti octo civibus, senio & rebus gestis maximè conspicuis, *Plat. lib.* 3. *de ll. Plut. in Lyc.* Licet enim Lacedæmonii non colerent sinceram Oligarchiam, 18. *Alicubi triginta præfuerunt.* *ut c.* 5. *Sect.* 2 *disputabimus*, multa tamen Senatum eorum disposuisse sine provocatione, testis est Aristot. 2. *Polit. c.* 7. Cretensium verò Respubl. quam cum Spartanâ fraternis legibus conjungi dicit Plato *libr.* 3. *de ll.* & Aristot. propinquam quasique radicem illius vocat, eò, quod Lycurgus ex institutis Minois plurima secum domum reportasset, *lib.* 2. *Pol. c.* 8. post ejectos Reges in sinceriorem, sed minus stabilem Oligarchiā triginta Senatorum, maxima parte ex Cosmis electorum concidit *ut infra dicemus.* Plato *lib.* 6. *de R.* Senatum in excogitatâ à se Repub. constituit ex triginta duodenariis eo ordine, ut in singulos menses per vicissitudines triginta in publica curia præsto sint, & reliquis interim liceat privatim rebus suis consulere, ne curæ publicæ destruant rem privatam & officium suum fiat Senatoribus damnosum. Sed & infra hunc numerum, qui tantopere Platoni arrisit, Oligarchiæ sæpe consistunt. Nam Pharsaliorum non nisi viginti Senatores habuit, Romani scribendis legib. & corrigendæ Reipubl. decemviros crearant, cum summa potestate sine provocatione, quorum ἐξουσίαν Τυραννικὴν vocat Halycar. *libr* 10. eò quod regio more omnia pro libitu administrarent. Post mortem quoque Romuli interregnum sequentis anni ita divisum fuit, ut deni ex centum patrib. singulis quinquaginta diebus rerum summæ præessent, *Halycar. lib.* 2. & post abrogatam Tyrannidem

Tar-

19. *Alicubi decem.* Tarquiniis res ad duos rediit, quandoquidem Consules primi omnia regia insignia, & potestatem omnem usurparunt, *ut declarabimus c. seq. Sect. 3. in pr.* Nam quod Polyb. *lib. 6.* τὸ εἶναι μοναρχικὸν καὶ βασιλικὸν imperium consulibus asscribit, id rectè refutavit Halycar. *lib. 5. in pr.* quando ait: Ἀριστοκρατίας δὲ γενομένης οἱ πρῶτοι τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν παραλαβόντες ὕπατοι ἐβούλοντο, &c.

20. *Alicubi duo, vel tres.* Regiam enim potestatem dicit, suscepisse Consules & tamen Aristocratiam illic constituit, eò quod inter duos, quorum unus alterius imperio intercedendi copiam & potestatem habeat, jam divisam oporteat esse majestatem, id quod Monarchiæ contrarium est, ubi unus tantum indivisa utitur potestate. Sed & trucidato ad statuam Pompeii Cæsare, ab Octavio, Augusto, Lepido, species Oligarchiæ introducta fuit, tam absolutæ potestatis, tanta eum violentiâ & cæde, ut Tyrannidem Cæsaris aureas vilam fuisse scribat Dion & Xiphil. *in Aug.* iis, qui prætcrita conferre voluerint cum præsentibus. Quotquot verò sint, qui rerum summam ad se trahunt, dummodo plures sint uno, nec dum majorem partem populi constituant, Oligarchiæ nomen præbent. Saxones olim,

21. *Alicubi plures pauciores-ve.* priusquam in regnum unum coalescerent, duodecim Comitibus (sic enim interpretor vocabulum Grafe/ quod Amerb. *in Epist. ad Zas.* & Avent. *in Catal. nom. Germ.* judicem significat) paruisse autor est, vetus quidam Saxonicus scriptor, qui sine nomine legitur. Polonos mortua stirpe Lechi, captata occasione libertatis totidem sibi principes, quos Palatinos postera vocavit ætas, præfecisse, autores sunt Bernhard Vapav. Michov. & Decius *in pr. hist. Polon.* Crom: *lib. 2.* nisi fabulis, quarum plena est ejus ævi historia, hæc accentere & in dubium vocare velis. Mox cum Vanda se præcipitasset, & Craci progeniem secum duxisset sub umbras, ad eundem Palatinorum numerum redierunt Poloni, quibus centum annorum imperium asscribit. Michoviens. *li. 2. Chron.* donec vicinorum injuriis oppressi & intestinis divisionibus debilitati ad Præmislaum Regem rerum summam reflectere coacti fuerunt. Circassios, montanos populos circa Pontum, septem principes regunt, *Boter, par. 2. Cosmogr. li. 1.* Thietmarsis non ita pridem, antequam sub jugum ab Holsatis traherëtur, triginta octo administratores præficit autor libr. *de expedit. Dan. in Thietm.*

Cæterum in his exemplis, ne confœderationes arctiores cum Rebuspubl. confundamus cautio est, quemadmodum à plerisque videmus fieri, qui ex provinciis confœderatis Belgii & Cantonibus Helvetiorum unam Rempubl. componunt, ut ex Simlero, *de Rep. Helvet.* apparet, cum tamen singulis Cantonibus & provinciis sua jura, suæ leges & Respub. propriæ sint, quas nec universo Collegio invadere licet, nedum ut in se mutuam jurisdictionem exerceant. Nec enim Bernates Tigurinis, aut hi illis, quod in quaque Repub. gestum sit, nec singuli universis rationem reddere tenentur, nisi quantum pactis cautum fuit, ne unius temeritate toti societati periculum contrahatur, sive fœdera ineunda, sive arma inferenda sint, & quæ præterea hujus generis, ad conventum universum spectant. Ad eum modum fœdus inter se olim ineerant ex Græcis Ætoli & Achæi, quò contra finitimos Reges coactis armis tutiores se redderent, absque præjudicio libertatis, qua civitatis cujusque Resp. ante confœderationem fruebatur. Ætoli enim in Panætolico & Pylaico non consultabant de rebus & legibus civitatis cujusque, sed de bello & pace, quæ ad omnes pertinerent. *Liv. lib. 31.* Achæis verò etiam fas erat concilio exire, & suo se moderari arbitrio, si quid illic ageretur, decerneretur ve, quod è re sua non videretur. Nam cum tam Romani, cum quibus faciebant Attalus Rex & Rhodii, quam Philippus Macedo, Achæorum societatem affectarent, videretur q. res ad Romanos propendere, Dymæi, ac Megalopolitani & quidã Argivorum, prius quam decretum fieret, consurrexerunt, ac reliquerunt concilium, neque mirante ullo neque improbante. Nam Megalopolitanos, avorum memoria pulsos ab Lacedæmoniis restituerat in patriam Antigonus: & Dymæis captis nuper direptisque ab exercitu Romanis cum redimi eos, ubicunque servirent, Philippus jussisset, non libertatem modò, sed etiam patriam reddiderat. Argivi verò, præterquam quod Macedonum Reges ab se oriundos

Margin, right column: 22. *Distinctio inter confœderationes & legitimas Resp.* — 23. *Helvetios non facere unam Remp.* — 24. *Societas Græcorum similis Resp.*

undos credunt, privatis etiam hospitiis, familiarique amicitiâ plerique illigati Philippo erant. Ob hæc concilio, quod inclinare rat ad societatem Rom. ineundam, excesserunt, ad Macedonias partes transituri. *Liv. lib.* 32. Tam olim, regente Macedones Antigono, pari contentione aliæ urbes ad Antigonum defecerunt, aliæ Tyrannis cesserunt, donec Olymp. 124 paulatim ad civilem societatem se reciperent, salva libertate resipiscendi, si secus re sua videretur. *Polyb. lib.* 2. Quod enim Polyb *d. lib.* 2. Ethnicam iis Rempubl. attribuat, id non alio sensu tollerari potest, quam quo dixit *ibid.* Peloponneso præter communia mœnia ad unius Reipub Systema nihil deesse. Quoties vidimus Helvetiorum Cantones divisis studiis, ad diversas partes sese applicuisse Catholicis seu Pontificiis Hispanorum, Reformatis Gallorum Regi suppetias stipulantibus? quod quidem unius Reipubl. civibus licere salva Majestatis autoritate non posset: nec in suo cuique Reipub. territorio jubere, vetare, punire, præmia distribuere, magistratus creare & abdicare fas esset, non expectato concilij consensu, si ab hoc potestas omnis dependeret. Amphyction Hellenis filius, animadvertens, gentem Græcorum infirmam esse, & finitimorum Barbarorum viribus inæqualem, universos in unum contrahere voluit, Concilio Amphyctionico, instituto, legibusque, præter eas, quibus quæque stabat Respubl. munito, ut earum vinculo mutuam amicitiam conservarent cognationemque colentes, non tam verbis, quam factis, Barbaris essent graves & formidabiles, quorũ exemplum imitati Iones, qui

25. *Conventus alij similes.*

ex Europa in maritimam oram Cariæ demigraverant, & Dorienses, his vicini, templa construxerunt impensis communibus, Iones Dianæ fanum Ephesi, Dorienses Appollinis, Triopij, quo statis temporibus convenientes, post sacra peracta si quâ inter civitates intercessisset offensio, judices designabant, qui litem componerent: tum de bello contra Barbaros gerendo, deque mutua gentis concordiâ consulebatur in medium. Hæc exempla secutus Servius Tullius Rex Romanorum animum & ipsa adjecit ad constituendum velut unum corpus ex Latinorum populis, ne intestinis bellis & dissidiis debilitati subjugarentur à finitimis barbaris, ideoque convocatis civitatum legatis, de concordia consensuque multa præfatus, persuasit, ut templum communibus impensis Romæ tanquam in urbe magnitudine rerum gestarum excellente, construerent, quò quotannis convenientes privatim simul & publicè sacra facerent, & si qua offensa populis incideret, inter ista DEorum sacra conciliarentur ex aliorum populorum arbitrio. Collatis igitur oppidatim pecuniis Dianæ templum ædificavit in Aventino, eminentissimo urbis tumulo, & fæderis leges conscripsit civitatibus, ritusque celebrandi festi & toti constituit. *Hactenus Dion. Halycarn. libr.* 4. Absit verò vel hoc, vel illo Amphyctionico, Ionum, Doriensium, Ætolorum, Achæorum, arctissimo fœdere minores civitates jus Reipubl. perdidisse, & in municipia degenerasse putemus, quemadmodum Polyb. *libr.* 2. censuit. Nam & Reges ipsi non rarò in talem societatem conspirant, salva cujusque Majestate quemadmodum Porsena Clusinorum Rex Livio *libr.* 2. dicitur *Larthes*, non proprio aliquo nomine, sed quod duodecim Regum in Etruria Maximus & Collegij princeps esset, *Cato in fragm. de Origin.* qualem quidem Dynastian, ex multorum regum conventu in Ægypto describit Maneth. *in supplem. Beros.* Abavorum nostrorum memoria tria regna Septentrionalia Danicum Suedicum, Norvvegicum, ea lege in manum reginæ Margaritæ convenerant, ut suis quodque institutis & pristina libertate sartâ tectâ frueretur, quo jure hucusque Scotia adhæret Angliæ, quando adoptatam illam unionem, quam tantopere suadent, Leslæus & Alber: Gent: *in libris de unione Britann.* animi diffidentium populorum nondum flecti potuerunt. Ea lege vivebatur olim in Germania & Galliis, cum Cæsar libertati illatum provinciarum insidias strueret Germani etiamsi sub Regibus alij, alij cum libertate degerent, convenire tamen in commune solebant armati, ubi jus coërcendi sacerdotibus erat, *audiebanturq; Reges & principes autoritate magis, quam suadendi potestate. Tacit. de morib, German.* Galli

26. *Regna ipsa sæpe in formam Reipubl. conglutinantur.*

eodem

eodem modo conventus agebant, in quibus de rebus ad universos attinentibus agebatur, adeò ut ad publicas quidem deliberationes ex universis provinciis coirent, sed divisis Rebuspubl. distincti viverent, suo quique arbitrio securi. Hoc amplius in duodecim Germanorum Comitibus, & Regibus, de quibus jam mentionem fecimus notandum quod non tam Reges fuerint, quam Duces belli & Comites judiciorum, unde Vel hoc nomine non potuerint ad Aristocratiæ exemplum adduci, cum Optimates non sint precarij in Repub. magistratus, sed absoluti Domini. De Arminio enim sic
27. *A qua tamen distinguenda sunt.* scribit Tacit. *lib.2. Ann. in fin. quod cum abscedentibus Romanis & pulso Maroboduo, regnum affectaret, libertatem popularium adversam habuerit, petitusq; armis, cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecciderit* De Vercingentorige Cæsar. *lib. 7. Simili ratione Vercingentorix Celtilli filius Arvernus, summa potentia adolescens, cujus pater principatum Galliæ totius obtinuerat, & eam ob causam, quod regnum appetebat, à civitate erat interfectus.* Ambiorigem porrò Eburonum regem non plus imperij in multitudinem quam multitudinem in se habuisse scribit *lib.5* Est igitur arctissima principum quorundam & civitatum confœderatio, quæ speciem Aristocratiæ præ se fert, à Republ. quam hoc loco describimus, separanda, quia unio illa non delet jura Majestatis, nec summam potestatem unitis provinciis adimit, quò minus à fœdere recedere, & sub ipso fœdere civibus suis, sine cujusquam contradictione, quod è Rep. videatur imperare possint.

Nunc ad Oligarchiam redimus, in qua diximus certum numerum Imperantium præcisè non posse definiri, quando alij septem, alij decem, alij duodecim, quidam viginti, nonnulli triginta, quà principes, quà Dominos, quà Tyrannos perpessi fue-
28. *De Repub Cretensium.* runt. Cretensium enim Respubl. quam supra fruticem & simulacrum Lacedæmoniæ constituimus, ex Platone 3. *de ll.* & Arist. 2. *Polit. c.* 8. Strabo. *lib.* 10 inter Oligarchias exempla proponere cepimus, quod quia non omnibus vero videtur simile, paucis nobis confirmandum est. Etenim Barthol. Cavalcant: *disc 11. delle Republ. miste* ad ordinem mixtarum rejicit Cretensem, idque non dubitat autoritate Aristotelis confirmare, licet is conceptis verbis in contrariam partem abeat, istam Oligarchiæ speciem Cretensibus attribuens, *lib. 2. Polit. c.* 8. quam *lib.* 4.5. & 6. peculiari nomine Dynastiam vocat. Quia enim Lycurgus, abdicata Charilai tutela, ad Lyctios, Lacedæmoniorum colones, in Cretam peregrinatum abierat, ibique in Minois leges inciderat, ut domum reversus fuit, quæ ex iis, sibi visa fuissent imitatione digna, ad statum patriæ accommodavit, nonnullis in melius deflexis, quibusdam abolitis prout τὰ πλεῖστα τῶν ἀρχαίων ἧττον διηρθρώται τῶν νεωτέρων, & dicente Thalete Milesio ὁ χρόνος σοφώτατος ἀνευρίσκει γὰρ τὰ πάντα. Unde factum, ut licet in plerisque conveniret Spartana & Cretensis Resp. non tamen idem de utraque judicium statim sit faciendum. Illam enim Aristot. 4. *Polit. cap.* 9. ex Oligarchia & Democratia componit, hanc *lib.* 2, 29. *Quantum differat à Laconica.*
cap. 8. Vocat puram Dynastiam. Regum enim Cretensi Repub. ratio habita non fuit, sed potestas ducendi bellum, quam Lacones regibus tribuebāt ad Cosmos, qui erant loco Ephororum, post occasum Minois circa Camicum Siciliæ oppidum, transierat. Nec verò in populo remanebat ulla pars potestatis, quia licet ad concionem de consuetudine vocaretur, κύριος tamen οὐδενὸς erat ἀλλ᾽ ἢ συνεπιψηφίσαι τὰ δόξαντα τοῖς γέρουσι καὶ τοῖς κόσμοις, 2. *Polit. cap.* 8. quibus verbis idem significavit Aristot. quod M. Terentius eques Romanus, dum in Senatu ad Tiberium dicit. *Tibi summum rerum judicium Dij dedere, nobis obsequij gloria relicta est. Tacit. lib.6. Annal. num.* 2. Quibus enim dissentire cum effectu integrum non est, quive in id tantum convocantur, ut calculi sui accessione ratum habeant, quod decretum est, quo pacto omnis bonus Monarcha cum subditis communicare tenetur, si quid magni momenti, & ex insperato eventu in totius Reip. periculū redūdaturū aggressurus est, *ut in c. de Senat, in pr. decemm,* An tu illos Majestatis participes sociosve censebis? Certè Aristot 2 *Pol c.* 9. Carthaginensium Remp. ex eo magis popularē æstimat, quod

quod populus in hac potestatem habeat labefactandi decreta magistratuum & Senatus, quod in Cretensi non liceat. Nec hic objici potest, quod Plato 3. *d. ll.* Ephoros in Rep. Lacedæmoniorum universum populum repræsentare dicit, quoniam Cosmi in hoc toto cælo differebant ab Ephoris, quod non promiscuè ex vulgo, sed ex certis & patritiis familiis ad summa Reip. officia eligerentur, quibus ut satis erant, exerciti sine controversia ad Senatum, in quo summa rerum consistebat rectà progrediabantur,

30. *Remp. Cretensium esse Aristocrat.*

Strab. lib. 10. ideoque non erant tàm Inspectores, quàm socij Senatus nec patritius magistratus vel plebem representare poterat, vel ejus curam habiturus præsumebatur, contra patritias gentes, unde oriundus erat, vel contra Senatum, in cujus jura eò magnificentius transire sperabat, quò minus de iis in magistratu diminuisset. Accedit quod Aristot. *d. c.* 8. *lib.* 2. *Pol.* miretur, quâ arte plebis animi ita demulceantur, ut à magistratibus & Reipub. curâ tam modestè se abigi patiatur. Nisi enim exors Reipubl. esset, quorsum verisimile esset ipsam contra Senatum tumultuaturam? Fieri quidem interdum concedit Aristot. ut Cosmi, qui libera potestate abusi sint, non tantum abdicentur, sed & insulâ abscedere in exilium jubeantur, sed negat viam illam Politicam esse, cum ex lege aut à superiore ordinario processu non condemnentur; Verum facto globo & coitione, nonnunquam Collegarum, nonnunquam partis populi, per seditionem ejiciantur, qua quidem seditione opus non esset, si Cosmis aut Opulentis populus esset legitimus judex; Vnde cum opulenti Senatu & Magistratibus abigi aliter non possent, eò quod populum superiorem non habeant, quam per vim extraordinariam, & ipsi clientum amicorumque ex plebe manu sese contrà armare soleant, rectè negat Aristot. *d. c* 8. probè apud Cretenses constitutam esse Rempub quia tàm via puniendi, quàm defendendi. est δυναστεία, quâ in ordine Imperantium & parentium legitimo. per quem definitur, & Resp. opus non est, & proinde peculiari nomine formam regiminis vocat δυναστείαν. quam Lambin, & Giphan: *Factionem* Victor *Statum*

31. *Quia Dynastia Cretensium.*

potentiorum Burrhaus & Perion *Dom*[illegible] verterunt, Sepulveda Græcum [illegible] retinuit, quod corruptissimæ Oligarchiæ [illegible] ab Aristot: ac commodari subjici [illegible] Cretensium vel ex hoc Aristotelis judicio apparet, quamnam Reipubl. formam Cretensibus attribuat. Nam ubi patritiæ familiæ, magistratus summos diripiunt, & caput Reipub. Senatum, qui sine provocatione, [illegible] pro arbitrio omnia agit, adeò ut nec legum præscripto annexum habeat imperium, ex [illegible] corpore, exclusa plebe, componunt ubi ordinaria nulla jurisdictio populo datur vel in Senatum vel in Magistratus, an ibi ulla alia fingi potest Respubl. quam simplex Oligarchia? De Republ. Lacedæmoniorum [illegible] sentiendum ex iis. quæ *c. seq. Sect.* 2. uberius declarabimus, cum Senatores non nisi paucarum rerum arbitrium retinuerint & tam judicia, quam vitam ipsam Censuræ Ephororum obnoxiam habuerint. Carthaginensium Remp. ipse Aristot. 2. *Polit. c.* 9 ex Oligarchia & Democratia. & utraque quidem à perfectionis rigore deflectente coutun[illegible].

32. *De Rep.* [illegible] *conica* [illegible]

Vt autem ferè fieri solet & in Romana quoque Repub. apparet, ubi populus ad partem honoris admittitur, dum se tam diu prægravari suspicatur, donec omnia obtineat, ita Remp. Carthaginensium, diminuto imperio paucorum, pejus constitutum, [illegible] agitque popularem fuisse, quo tempore Ann[illegible] movit in Italiam, quam Romanam autor testisque est Polyb. *libr.* 6. quandoq[illegible] Annibalem ante pilos in imperium præcipitatum scribit, Liv. *libr.* 21. favore plebis & ope militum, cum de ea re incertæ decernentur in Senatu sententiæ.

33. *De Rep.* [illegible] *Carthaginiensium.*

Quod si etiam verum est, quod memoriæ tradidit Arist Populo fuisse potestatem, Regum, Senatorum & magistratuum decreta labefactandi & publicis conciliis rescindendi, nō est dubium, quin jam tum Respub. magis ad Democratiam propenderit, quàm Oligarchiam, [illegible] dem acta paucorum obnoxia facit censuræ populi; sed eo tamen temperamento, nisi Reges & Senatores inter se consentiant. Tùm enim prævalere paucorum senten[illegible] dicit, quia res non devolvitur ad populum. Et hic est sensus verborum Aristot[illegible] ἰδίως suo λόγῳ præter necessitatem [illegible] scura

34. *Explicat difficiliu*[illegible] *Arist.*

[illegible] faciunt, Duar. *lib. 1. disp. Anniv. c. 50.* [illegible]pulv. *in d. cap. 9. Verb. Namque vellent.* [illegible]d.rus, Lambin & alij, cum satis aperiè sine [illegible] quam exposui, sententia hinc elicia[illegible], [illegible]itrum, *In manu Regum & Senato[illegible]e, quædam ad populum referre, qua[illegible] m.nus, si ipsi inter se consenserint: sin minus & cætera, de quibus alias ipsi relaturi non erant, ad populi judicium pertinere, qui [illegible]idem non tantum audiendi ea ut apud Cretenses, sed & statuendi facultatem habet, &c.*

15. Porro & apud Iudæos inde à tempore legislationis Mosis, usque ad regnum Saulis, durasse Oligarchiam infra dicemus, quæ constabat ex septuaginta Vno, qua Ponti-
16. ficibus, quâ principibus populi: Florentinorum Senatus usque ad Centenarium ascendebat, eo tempore, quo patritiis familiis, quas Ricorol. Malesp. enarrat. *c. 108. hist. Flor.* suus constabat honos, nec dum populus profano ausu sacra Reipublicæ invaserat.
17. *Idem cap. 99. hist. Flor.* Epidauriis paulò plures præerant, nimirum centum octuaginta, antequam urbs à Gothis solo æquaretur. Hodie, postquam oppidum novum non procul à ruderibus fumantis patriæ excita-
18 runt, novoque nomine Rhagusiam denominarunt, pristinis insistentes institutis, incorruptam adhuc imitantur Aristocratiam, quantum in tanta paupertate, Turcarum Tyrannidi heu nimium vicinis & tributariis licet, quanquam ex veteri potentia non supersunt, nisi viginti quatuor familiæ, in quas Maiestas inclinata recumbit. Andreas Doria in reformanda Republica Genuensium, quam à vicinorum principum imperiis sua fortuna liberaverat, viginti octo familias imperij participes futuras, ex universo civium numero selegit eorum, qui sex in Vrbe domos possiderent, ut ad præscriptum Aristotelis (*4. Polit. cap. 12. 5. Polit. cap. 11. ad fin. 6. Pol. cap. 6.*) eam partem potiorem faceret, cuius quam maximè interesset, Rempub. salvam esse, imitatus Q. Flaminium, qui regia licentia turbatam Thessaliam compositurus, à censu maximè & Senatum & judices legit, *potentioremque eam partem civitatum fecit, cui salva, tranquillaque omnia magis esse expediebat. Liv. libr. 34.*

Pisander item de consilio Alcibiadis Democratiam Athenarum in Oligarchiam commutare aggressus, in numerum quinque millium, quibus commissurus erat Rempubl. non allegit, nisi qui & pecuniis & corporibus publico prodesse possent. *Thucyd. lib. 8.* Permisit tamen Doria, ne cæteri cives in universum à Republica exclusi, rebellandi occasionē haberent, ut singulis annis à nobilibus familiis decem, sive ex optimatibus, sive ex locupletibus cooptarentur, consilij supremi, quod ex quadringentis quotannis componitur participes, *mettendoli nel corpo* 40.
loco di mano in mano. Lucensium Aristo *Lucensium.*
cratia ad consilium, in quo consistit basis Reipubl. non plures quotannis admittit, quam centum sexaginta, licet ordinarius numerus rarò superet centum & viginti. Et sicut civitas in tres partes *Terzieri* vocant, *l'una di San Salvadore, l'altra di San Paolino, la terza di San Martino* divisa est: ita ex singulis à Consilio tres homines eliguntur, qui cum *Gonfaloniero*, qui per vices ex iisdem partibus ordine extrahitur, nomen sustinent *della Signoria*, perinde ut apud Genuenses octo gubernatores cum Duce eodem titulo laudantur & utrinque præcipuum locum obtinent in Republica, nisi quod Consilij Magni arbitrio subsint. *La* 41.
Signoria propone ogni cosa, ma non può conchiuder nulla. Venetorum Respubl. quam *Venetorum.*
& infra Aristocraticarum albo ascribemus, ut ampliori civium numero constat, ita ad dominatum Reipublicæ ultrà tria millia admittit, quandoquidem ex familiis Nobilium, quicunque vigesimum quartum annum ætatis superarunt originemque suam magistratibus probarunt, aut etiam post vicesimum, si veniam ætatis impetraverint, ad Consilij Magni communionem, & ad Rempublicam capessendam admittuntur. Apud
Germanos, si Helvetios, & Rhætos & Valle- 42.
sios exceperis, quia omnes civitates imperio superiori subijciuntur, Respublica pro- *In Imperio*
priè loquendo, non est ut operosè quæra- *German. non*
mus. Omnis enim Respublica debet esse *inveniri pro-*
αὐτάρκης & sui juris, ut ait Aristot. 4. *Pol. c. 4.* *priè Respub.*
quoniam essentia eius consistit in ordine principatuum, & maximè illius, qui summus est & Dominus cæterorum. 3. *Polit. cap. 6.*

officiis cives excludantur, tantò sæpius faciliusq; quassari eas necesse est, quantò plures inde abiguntur. Heracleenses enim & Massilienses, Phocensium colonia ad sexcentos usq; Oligarchias suas extenderunt, cum antea pauciores præessent. Istrij verò in Ionia & Erythri quibus Androclidæ, ex Codri Atheniensium Regis filio Androclo oriundi, inde Basilidæ, ut Aristot. aut ut Strabo cognominat, βασιλεῖς dicti, leges dabant, in ultimam Democratiam ex Oligarchia nimis contracta reciderũt. *Arist. 5. Polit. c. 6. Strab. lib. 14. in pr.* Nec enim populus tantũ paucitati imperantium invidet, sed & principes ipsi in eos, qui soli rerum potiuntur exardescunt, ut Elide contigisse memorat *ibidem* Arist. cum nonaginta senatoribus ex æquo ad magistratus aditus non pateret. Florentini sanè patritij denuò imperiũ perdiderunt, cum Medicæi aliorum honoribus invidentes, ad plebis partes se conferrent, & Veneti, circumscripta Ducum potentia & in exilium mandatis præcipuis familiis, quæ imperio assueverant, ad magni consilij constitutionem, in qua, honoratissimo cuiq; civium locum aperirent, animum adjecerunt. Genuenses & Norinbergenses ipsos etiam plebejos in Senatum & partem potestatis admiserunt, quò tutiora ab insultu plebis cæterorum consilia præstarent. Quod si à durationis constantia argumentum capiendum esset bonitatis Reipub. quid prohibet, quò minus plurium potestatem imperio paucorum anteferamus, idq; exemplo Massiliensium, quorum Remp. omnibus suæ ætatis non dubitat Cicero anteponere Item Epidauriorum, Rhagusianorum & Venetorum testatũ faciamus? Facilius n. compescuntur odia & diffidia à pluribus, quam si pauciores in partes cõtrarias abscedant nec supersint, qui neutris addicti, vel integra contra utrosq; & incorrupata pro Reipub. salute consilia capere velint, vel postquam ceperunt, numero & viribus superiores evadere queant. Cæterum cum hæc controversia ad eam Politices partem pertineat, quæ de conservatione & reformatione Politiarum agit, illuc eam remittimus. & postquam in genere de Oligarchiâ actum fuit, pergimus ad species ejus seu diversitates explicandas.

De differentiis Oligarchiæ, seu de Oligarchia & Aristocratia in specie.

1. *An doctrina de Oligarch. hodie usum habeat.*
2. *Non omnes differentia pariunt species.*
3. *Divisio Oligarchia in genere, in Aristocratiam & Oligarchiam in specie.*
4. *Inter quas media est tertia quadam differentia.*
5. *Quam ad Oligarchiam redigit Aristot.*
6. *Bodini cavilli contra Aristotelem examinantur.*
7. *Aristocratia nomine pessimè abuti Bodinum.*
8. *Aristocratiam semper accipi in partem meliorem.*
9. *Quid sit Aristocratia.*
10. *Definiendam esse per virtutem & rectam constitutionem.*
11. *An detur Aristocratia perfecta, seu Optimorum virorum.*
12. *Bodini argumentum in negativam.*
13. *Solvitur & rejicitur.*
14. *Raros quidem esse bonos viros.*
15. *Et inventu difficiles.*
16. *An perfecta Aristocr. possit esse stabilis.*
17. *In perfecta Aristocratia eundem esse civem bonum & virum bonum.*
18. *Rarum tamen inventu esse hunc gradum.*
19. *Vnde nomen Aristocratia ad proximos gradus deflectitur.*
20. *Qui habent aliquid vitiorũ admixtum.*
21. *Ex fine æstimari præcipuè bonas & malas Respubl.*
22. *Quatenus bona vel mala evadant Oligarchia.*
23. *Qua ratione seligendi sint Optimates.*
24. *Varia artificia Electionum.*
25. *Ex quibus probatur judicium Virorum optimorum.*
26. *Quomodo detegantur viri ad Remp. gerendam idonei.*
27. *Num de ijs infallibile possit fieri judicium.*
28. *Quod deest unius prudentia, suppletur à cæteris Collegis.*
29. *Gradus Aristocratiarum.*

 30. *Vnde*

30. Unde nascuntur non quidem Aristocratiæ simplices, sed Oligarchia Aristocratica.
31. Calumnia Bodini in Arist. de speciebus Aristocratiæ.
32. Dum affert species Rerumpub. loco specierum Aristocratiæ.
33. Et tamen hanc ipsam divisionem licet alienam tribuit Aristoteli tanquam propriam.
34. Imò quod de Oligarchia tradit Aristot. transfert ad Aristocratiam.
35. Bodinus occurrit veritati ante fores.
36. Ex quo capite distinguantur gradus Oligarchia.
37. Explicatur intimius sententia Aristotelis de distinctione Oligarchia.
38. Primus Oligarchia gradus ab Aristotele propositus.
39. Ampliatur sententia Aristotelis.
40. Romæ lectum fuisse senatum ex censu.
41. Nec non Equites.
42. Servius centurias instituit ex censu.
43. Ideoq; dedit solis divitibus vim totius Reipubl.
44. Secundus Oligarchia gradus.
45. Gradus tertius ex successione.
46. Objectiones Bodini de primo genere Oligarchia.
47. De secundo genere.
48. De tertio.
49. Dominatus Oligarcharum distinguitur ab extrema Dynastia.
50. Exempla Dominatus Oligarchici.
51. De ultimo pessimoque gradu Oligarchiæ.
52. Sententia Arist. genuina vindicata à cavillis Bodini.
53. Utrum sit Respub. quæ caret legibus.
54. Distinctio Burrhai rejicitur.
55. Solutio vera.
56. Usus legum in quavis benè constituta Republ.
57. Arbitrium legibus non alligatum esse periculosum.
58. Legem accipi in dubio de bona lege.
59. Alias & Tyrannos legibus ludere.

1. *An doctrina de Oligarch. usum hodie habeat.*

QVod Petrus Gilken, *comm. in lib. 4. Polit. Aristot. num. 40.* scribit: *Aristotelis tam anxias in constituenda Democratia, Oligarchia, aut Aristocratia, vel communis illa politia, inquisitiones parum momenti habere, nisi ad causam justi imperij, vel regni transferantur, in quod Christianarum forma Rerump. potissimum secesserint:* id quà sine ratione asseratur, facilè advertit, qui non tantum Helvetiorum, & his vicinorum populorum, multarum item Italiæ civitatum & provinciarum Belgij confœderatarum Respubl. (ne ad Asiam & Indorum ipsorum civitates, regionesve, sine regno, partim à populo, partim à conventu principum gubernatas provocem) & quas præterea paulo ante adhuc florentes Aristocratias in medium adduxi, sed vel ipsa adeò Germanici imperij municipia, imo corpus ipsum respicere & attento animo considerare voluerit. Sive enim mixtum statuatur Imperium Germanicum, sive ad Monarchiam, Aristocratiamve simplicem redigatur, qui de forma ejus ex arte judicare, & Bodini aliorumve discrepantes opiniones ad veritatis examen revocare velit, eum oportet omnem Aristocratiæ vim & differentiam cognitam habere. Et quanquam liberæ Germaniæ civitates ad corpus universum, tanquam partes redigantur: tamen quatenus juri & arbitrio suo relinquuntur, peculiares distinctasque Rerump. species constituunt, quas certè politico præterire non licet.

2. Separavimus autem supra *cap. 1. Sect. ul.* divisionem Reipubl. in species, ab iis differentiis, quibus singulæ species subdividuntur. Nec enim omnes differentiæ species pariunt, ut prolixè Galenus disputat contra Thessalum *lib. Meth. medendi c. 3.* sed quædam desumuntur à necessariis accidentibus, quædam ad diversa tantum deducunt Analogata, quando genus in veras species dividuum non est. & harum exemplum proposuimus suprà, cũ divideremus Monarchiam in Regnum, Dominatum, & Tyrannidem. Pari enim modo dirimit Arist. Oligarchiam generaliter, ut nomen significat acceptam in Aristocratiam & Oligarchiam in specie. Sæpe enim fit, ut nomen generis speciei retineat, cum plures sint res, quam nomina: Paulus Busius *in lib. 1. de Rep* rectè monet inter utramque injiciendam esse tertiam speciem proportione Dominatui respondentem,

3.

illa-

inter extrema virtutis vitiorumque ambi-
tum, quoniam sicut Rex, dum degenerat,
prius incidit in dominatum, quam Tyran-
nidem ita paucorum status datur, qui non-
dum Tyrannicam Dynastian exprimat, nec
tamen probæ Aristocratiæ laudes meratur.
Sed Arist. hunc gradum sub uno Oligarchiæ
nomine complexus est, ut *ex 4. Polit. cap. 5.*
& 6. ex 5. Polit. cap. 6. & 7. patet, ubi Oligar-
chias quasdam ipso nomine vocat, *δυναστεί-
ας.* Laudabilem enim paucorum statum
Aristocraticum, corruptũ & à bonitate quo-
cunq; modo degenerem, Oligarchicum vo-
cat, ut illa summa Oligarchiæ & prima divi-
sio pariat Aristoteli duas differentias ex di-
versitate finium petitas, quas deinde mi-
nutioribus distinctionibus persequitur. Bo-
dino nihil horum videtur verè aut appositè
traditum, dum *lib. 2. de Rep. c. 6.* Aristocra-
tiam appellat, sive optimi, sive flagitiosissi-
mi, sive ditissimi, sive nobilissimi, sive egen-
tissimi, sive bellicosissimi summũ imperium
teneant. Quid ita? *quia non ex hisce quali-
tatibus, quæ infinita sunt, sed ex solo nume-
ro æstimari debet Aristocratia.* Oligarchiam
credo voluisti dicere, non Aristocratiam,
quam in eo sensu nemo probatorum Politi-
corum vel accepit, vel accipere potuit, repu-
gnante ipsius nominis Etymologia. Quis e-
nim Flagitiosissimorum imperium, quod
non potest non ad perniciem comparatum
esse, Optimum aut optimatum statum vo-
care audeat, nisi eadem autoritate omnem
Monarchiam velit vocare Regnum & pessi-
mum Tyrannorum sancto regis nomine ho-
norare? Quod si Cicero optimates rectè de-
scripsit, *qui ita se gerunt, ut sua consilia o-
ptimo cuiq; probent, pro Sext.* flagitiosissimis
certè Tyrannis optimatum nomen accom-
modari non magis potest, quam Regis Ty-
ranno. Ad Oligarchiam fateor in genere ac-
ceptam, non habita virtutis vel vitii ratione,
nihil attinet qualitas principum, quia no-
men Oligarchiæ perinde ut Monarchiæ à vir-
tute & vitio abstractum est: Sed de Aristocra-
tia perinde, ut de Regno aliter & sensit & lo-
cuta est docta vetustas, utrumque in melio-
rem partem constanter accipiendo. Plato in
Pol. τὴν ὑπὸ τῶν ὀλίγων δυναστείαν in duas par-
tes secat, ἀριστοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν & utram-
que paulò post definit, illam quidem ex vero *accipi in melius.*
fine & administratione ad salutem universo-
rum civium, hanc verò ex contemtu legum
& lascivo arbitrio. Ὁ ταῦτα πλεῖστοι ζητεῖ,
quam paulò ante descripserat optimam for-
mam, μιμοῦνται, τότε ἀριστοκρατίαν καλοῦμεν τὴν
πολιτείαν· ὅταν δὲ τῶν νόμων μὴ φρον-
τίζωσιν, ὀλιγαρχίαν. In libr. verò *de Republ. 5.*
in fin. postquam virtutes ad Reipubl. felici-
tatem necessarias descripserat, si secundum
eas, inquit, unus dominetur, βασιλεία oritur,
si plures, ἀριστοκρατία, & his *libr. 8.* postquam
vitiorum seriem interjecerat, vitiosas Res-
publ. opponit, τιμοκρατίαν seu τιμαρχίαν, ὀλι-
γαρχίαν, & Tyrannidem, Aristocratiam verò
ibid. exhibet tanquam normam ad quam
tàm τιμοκρατίαν quàm ὀλιγαρχίαν examinat,
& *lib. 3. de legib.* Aristocratiam ait ἐκ τῶν δυ-
ναστειῶν introductam, constitutis magistrati-
bus & fundatis legibus. Polyb. *lib. 6. in prin.*
in eundem sensum & fortè apertius: Οὐδὲ μὴν
πᾶσαν ὀλιγαρχίαν, ἀριστοκρατίαν νομιστέον ἀλλὰ ταύ-
την, ἥτις ἂν κατ' ἐκλογὴν ὑπὸ τῶν δικαιοτάτων
καὶ φρονιμωτάτων ἀνδρῶν βραβεύηται παραπλη-
σίως. Mox ubi subjicit vicissitudines, quibus
in se commutentur formæ Rerumpubl. tum
demum, ait Aristocratiam degenerare in O-
ligarchiam, quando potestate, quam à pa-
rentibus acceperunt hæreditariam, ad avari-
tiam & quæstum, ad luxum & libidinem ab-
utuntur. Et denique sicut Monarchica Ty-
rannis regno, bestialis Chirocratia Demo-
cratiæ annascitur: ita Aristocratiam dicit vi-
tiari per Oligarchiam & hanc divisionẽ imi-
tatur Cicer. *lib. 3. de Republ.* apud Augustin.
lib. 19. de civit. DEI c. 21. Dionys. Halycar.
li. 6. in utraq; tàm Valerij, quàm Appij Clau-
dij oratione, licet Valerius in Senatum Rom.
tanquam plebi infestiorem, quam fas sibi vi-
debatur, omnes sermonis aculeos tacitè &
obliquè detorqueret, Aristocraticum tamen
ejus imperium ab Oligarchico adhuc distin-
guit, quando id agere Claudium, μισόδημον
ἄνδρα καὶ ὀλιγαρχικὸν dicit, *ut factione consti-
tuta superba dominatione Optimates a ple-
be prorsus abalienet.* Apertius verò Clau-
dius *in Apolog. Quod me Valerius pleb: in-
festum & paucorum potentiæ studiosum no-
minavit,* ὅτι τῆς ἀριστοκρατίας ἀντέχομαι, *id cri-
men mihi vobiscum commune est, qui decre-*

ctatis imperium deteriorum, & à Majoribus acceptam Remp. non sinitis degenerare in Democratiā, pessimam omnium quæ unquam extiterunt, Rerump. Οὐ γὰρ αὖ ἔτι ὀλιγαρχίας ὄνομα ἔθετο τῇ τῶν κρατίστων ἡγεμονίᾳ καὶ δὴ τὸ πρᾶγμα ὑπὸ τοῦ ὀνόματος διὰ τὸ βλαβὲν ἀφανισθήσεται. Quid congeram cæteros Plutarch. Thucyd. Xenophont. qui Oligarchiam quidem interdum in sensum indifferentem accipiunt, sed Aristocratiā semper in partem meliorem deflectunt, nominis originem cum Aristotele secuti. Scitum autem est *ex libr.* 1. *Topic.* loquendum esse cum Philosophis, & ex recepto artificum usu petenda artis vocabula, quandoquidem usu valent vocabula, ut nummi, & Imperatorem, cum obsoleta verba in forum reducere vellet, Grammaticus non inconcinnè derisit: *Homines quidem, O Imperator, civitate donare potes, atqui verba ultrà tuum sunt imperium.* Non enim quæritur, quid Bodinus vocare voluerit Aristocratiam, sed quid vocare potuerit, seu potius quid consuetudo loquendi permiserit.

Ex usu vero Politicorū Aristocratia nihil aliud est, quam *paucorum imperium probè constitutum*, quo sensu à Platone & Aristotele ubique accipitur. Et Aristotelis quidem de Aristocratia peculiaris commentatio, injuriā temporis intercidit, *ut hoc cap. Sect.* 1. ostendimus, ex quo factum, ut minus accuratè, vel definitam, vel divisam eam habeamus, cujus defectus causam immeritò imputat Bodinus *d. c.* 6. *lib.* 2. Aristotelis indiligentiæ, quasi Aristocratiam nullibi definierit, quandoquidem non incuriā Aristotelis, sed injuriā temporis accidit ut hac parte Politices careamus. Cæterùm, cum sparsim de indole Aristocratiæ nonnulla repetat Aristot. *lib.* 3 *Polit c.* 5. *lib.* 4. *c.* 7. & 8. *lib.* 5. *c.* 7. *lib.* 6. *c.* 6. facile est, quod ad definitionem attinet, hanc lacunam inde resarcire, præcipuè cum integra definitio proponatur *lib.* 3. *Polit. c.* 5. his verbis: Καλεῖν δ' εἰώθαμεν τῶν μὲν μοναρχιῶν, τὴν πρὸς τὸ κοινὸν ἀποβλέπουσαν συμφέρον, βασιλείαν· τὴν δὲ τῶν ὀλίγων μὲν πλειόνων δ' ἑνός, ἀριστοκρατίαν ἢ διὰ τὸ τοὺς ἀρίστους ἄρχειν, ἢ διὰ τὸ πρὸς τὸ ἄριστον τῇ πόλει, καὶ τοῖς κοινωνοῦσιν αὐτῆς. In eo enim collocat naturam Aristocratiæ: quod sit *summum imperium paucorum, plurium tamen uno, ad salutem publicam civitatis totius directum.* Nam quod paulo post, & *lib.* 4. *cap.* 7. neglecto numero, virtutem substituat, eamque propriè à se Aristocratiam definitam dicat, quæ ex viris absolutè bonis constet, in eo immeritò iterum à Bodino reprehenditur, quasi Aristocratia per virtutem aut divitias definiri nō debeat, quia essentiam ipsam imperii, cum ejus accidentibus confundit. Primas quidem Rerumpublicarum species dixi per numerum solum definiri debere, & id conficiunt hoc loco repetitæ rationes Bodini: sed contra Aristocratiam non magis valent, quam contra regnum, quia prolapsiones aut rectitudines Rerum, non ex numero imperantium, sed virtutibus vel vitiis æstimantur. Esse autem Aristocratiam unam ex benè constitutis Rebuspub. apud Platonem & Aristotelem extra controversiæ aleam positum est, & proinde non aliter, quàm per virtutem imperātium, aut ex optimo fine, qui consistit in cura boni publici definiri debet. Nihil autem refert, an ad optimum finem, aut ab optimis viris gubernari Aristocratiā dixeris, quia utrumque in idem redit, ut innuit Aristot. 3. *Polit. cap.* 5 posteriusque præsupponitur à priori. Quia enim virtute abuti non possumus, quicunque secundum virtutem dominantur ad optimum finem tendunt, & ad hunc via non patet nisi per virtutem.

9. *Quid sit Aristocratia.*

Sed hic instrepit Bodinus iterum prolixo argumento, eoque, ut fortius stringat, bis repetito, quod scilicet dominatus optimorum sit ex eorum numero, quæ fieri aut non possunt, aut postquam facta sunt, omni subsistendi facultate destituuntur. Nam vel sorte, vel suffragiis civium, vel tertio aliquo ex utrisq; mixto modo optimates cōstituuntur. Sortem facilè rejicit, cum qua virtuti nihil commune est. Populus verò non videtur electurus, nisi sui similes, & si qui concionibus intersint viri boni, plurimorum improborum suffragiis vincentur. Cum verò neutro modo optimates fortè electurum Aristotelem prævideret, sed optimatibus magistratuum potestatem ut sui similes cooptarent, tum, inquit, quis modum ac numerum bonorum terminaret? aut quis Reipublicæ sponsor futurus esset, optimum quemque sui simile m

familiem potius cooptaturum, quàm filium, quam fratrem? & ut fiat, si tanta paucitas est ubique bonorum, quis eos ab eorum multitudine, quos improbos ac stultos judicarent, tueretur? Demus tamen Rempublicam ab initio ex optimis constitui posse, quam diu in eo statu futurum putamus? Pythagoræos enim, qui Democratias & Oligarchias in legitimas Aristocratias se transmutaturos sperarunt, multitudo plebis uno impetu, crudeliter trucidavit, & ob clandestinam conju-
15 rationem, *ut ait Polyb. libr.2*, concremavit. Quod, si hæc Bodini argumatio vim aliquam habet necessariæ conclusionis, eadem litura jam non Aristocratiam tantum, sed & Regnum inducet. Is enim Rex est, qui optimè novit Reipublicæ præesse, ut Socratem dixisse testatur Xenoph. *lib.3. de dict. & fact. Socrat.* Ex argumento autem Bodini, aut forte eũ duci oportet, aut suffragiis eligi, quorum cum neutrum fieri queat, nullum unquam regnum poterit inveniri. Nam si non electio, multò minus successio poterit bonum principem præstare, ut supra disputavimus. *c.2. Sect.4.* aut si successio generis sufficit ad regni dignitatem servandam, cur non sufficiat ad continuandam Aristocratiam? Sicut verò difficile est regem invenire ex animo perfectum: ita quam cum regno complicavit, Aristocratiam raram esse & inventu difficilem, ipsè Aristot. confitetur *lib. 4 Pol. c.7.*

Rari quippe boni, vix sunt numero totidem, quot

Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili.

Tanta est raritas bonorum, ait Salvian. *libr. 5. gubern. DEI, ut penè unus esse videatur.* Apud Romanos, cum in libris Sybillinis responsum reperiretur, ut numen matris Idææ (Lapis erat, quem matrem Deum incolæ vocabant) ab optimo viro reciperetur consecrareturque, unus P. Scipio Nasica, Cn. filius, ejus qui in Hispania perierat, repertus fuit, cui maturo Senatus Iudicio hæc provincia demandata fuit. *Flor. Epit. 19. Haud par ei rei judicium tenebat denatum, qui vir optimus esset*, ait Livius, *cum victoriam ejus rei sibi quisque mallet, quam ulla imperia, honoresque suffragio seu patrum seu plebis delatos.* Quibus verò virtutibus inducti ita judicaverint, in ambiguo relinquit. *Livius lib.29.* Nihil enim difficilius quam de *Et inventu difficilis.*
Virtutibus, aut vitiis cujusquam constanter judicare, cum plerumque virtus ipsa magnitudine licentiæ corrumpatur, & vitia non prius expromantur, quam ab impunitate proposita eliciantur. Ex quibus causis & difficilem inventu fore & facili mutationi obnoxiam Aristocratiam non diffitemur: Sed quod Bodinus ejus instabilitatem inde evincere laborat, quia optimorum paucitas non sat habebit virium contra tantam improborum multitudinem quid, quæso, respondebit de regno, cui non nisi unus præest ex omnibus, nec tamen à multitudine reliqua obrui- 16
tur. Pythagoræorum enim clades nihil huc *An perfecta*
facit, cum aliud sit loqui de Republica con- *Aristocratia*
stituta, & cui cives jam sunt assueti, aliud *possit esse stabilis.*
de incerta mutatione, qua populo jus suum adhuc auffertur. Pythagoræos enim in mutatione adhuc occupatos interemit populus, priusquam iis se mediis communiendi copiam circumspicerent, quibus in officio continentur inviti subditi. Postquam verò constituta est Aristocratia hoc habet cum regno proprium, ut quia ad singulorum utilitates comparata est, maximam partem civium gratiosâ munificentiâ sibi devinciat. Quis enim sana mente oderit eos, quos pro sua salute omnia sua sollicita habere & nonnunquam in ultimum adducere discrimen videt? Quis eorum perniciei operari velle præsumatur, quorum ruinâ se quoque protritum iri certò cognoscit? *Quis*, ait Seneca, *hac audeat struere aliquod periculum? Quis ab hoc non, si possit, fortunam quoq; avertere velit, sub quibus justitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas florent, sub quibus opulenta civitas copia bonorum omnium abundat?* 1. *de Clem. c.19.* Quod si non desint homines nullius frugi, desperatæ nequitiæ, quos paupertas rerumpubl. oblivisci cogit & nullo discrimine iàm in bonos principes armat, quàm malos, eò, quod ex incommodis aliorum sua captent cõmoda, contra eos satis cautum est bonis principib. amore cæterorum civium, tàm in regno, quàm in Aristocratia, ut ita, quo ad stabilimentum huic formæ Reipubl. nihil magis deesse possit, quam cuiquam ex illis paucorum dominatibus,

bus, quos proposuit Bodinus. Ideoque hoc ab initio nobis concedi volumus, Esse aliquam Reipubl. formam, quam Arist. omnibus paucorum dominatibus, tanquam regulam, proponit, & ex virtute imperantium, seu ex optimo fine civitatis æstimat. *libr. 4. Polit. cap. 7. & 11. in fin.* In hac necesse est,

17. *In perfecta Aristocr. eundem esse civem bonum & virum bonum.*

idem esse, civem bonum & virum bonum, *d. lib. 4. c. 7. & lib. 7. c. 1. 2. & 3. 5. Eth. c. 1.* quoniam cum viri optimi non alias, nisi ex virtute leges condant, qui legibus obediunt cives, nihil aliud agunt, quam quod virtus exigit, nisi quod proæresis agentium discrimen aliquod inter utrumque relinquat, cum civis bonus officio satisfaciat, sive invitus sive sua sponte, quod imperatur, exequatur, viri autem boni officio nemo defungatur, qui ex habitu non operetur. Cumque in hac Republ. omnium beatissimos oporteat esse cives, non immerito, sinceræ Aristocratiæ palmam cæteris præripit, & in hoc ordine restim ducit.

18. *Rarò perfectiss. hunc gradum inveniri.*

Sed quia propter paucitatem virorum sapientum, quorum vix septem ex universa Græcia invenit Pythius Appollo, nec non propter varietatem fortunæ, cujus arbitrio pleraque reguntur eorum, in quibus Politiæ occupantur, rarissimè ad summam simplicemque illam perfectionem pervenire licet, cœpium est inquit Arist. 4. *Polit. c. 4.* id nominis ad inferiores gradus deflecti, & pro Optimatibus habiti sunt, qui quidem non exactè viri boni, sed ex opinione & judicio vulgi essent. 3. *Polit. c. 3.* Cicero *in Epist. ad Attic. Ego, quos tu bonos dicas, non intelligo: ipse nullos novi; sed ita, si ordines bonorum quærimus. Nam singulares sunt veri boni.* Vbi-

19. *Vnde nomen Aristocr. transit ad gradus proximos.*

que enim inculcat Arist. 4. *Polit. c. 1. & 11. 6. Polit. c. 1. 7. Polit. in pr.* non esse in condendis Rebuspubl. summam semper ἀκρίβειαν sectandam, quam ne Solon sibi proponere potuit in corrigenda Republ. Atheniensium, cum rogatus, *ecquid optimas condidisset leges Atheniensibus: Easenus sibi*, respondit, *optimas videri, quatenus populus eas capere potuisset, Plut. in Sol.* hoc est, ut Arist. effert, *optimas* πρὸς ὑπόθεσιν, *lib. 4. Pol. c. 7. & 11 in fin. Licet enim alia forma ob virtutem sit expetibilior, alia tamen propter convenientiam cum moribus & natura civium, magis conducere solet*, ut dicitur *d. cap. 11. in fin.* & Aeschyli versum usurpat Plato 8 *de Rep[u]bl.* ἄλλος ἄλλῃ πρὸς πόλει τεταγμένος. Sunt autem ex horum paucitate conflati status, Aristocratici quidem, ut inquit Aristot. quamdiu in omnibus aliqua habetur ratio virtutis, & catenus ad optimum finem diriguntur, sed nec sinceri, nec impolluti, quandoquidem ex Oligarchiæ aut Democratiæ vitiis aliquid admixtum habent. Tales sunt plerique paucorum dominatus, quos *Sect. 2.* enarravimus. Quatenus enim ad salutem omnium civium administrantur, catenus Aristocratias imitantur: quatenus verò principes non sunt exquisitè tales, quales publici boni studium exigit, sed vel divitiis immersi vel ex medio populo extracti, catenus à sinceritate Aristocratiæ abscedunt, & ad status corruptos privatorumque commodorum studiosos delabuntur. Nec enim Opulenti, quos *Grandes* vocabant Florentini, cum iis plebs in invidiam Nobilitatis summos quosque magistratus obtruderet, nec viginti quatuor Rhagusianorum, aut viginti octo familiæ Genuensium & Norinbergensium, aut solæ, aut omnes ex æquo aptæ fuerunt ad Reipub. administrationem, nec decem illi plebeii, qui à Genuësium Senatu, aut octo, qui a Norimbergēsibus cooptantur, iis instructi [illegible] virtutibus, quibus oportet esse præditos [illegible] dentes Rerumpubl. gubernatores, ideoque quantum virtutibus deest, tantum necesse est Rempubl. ab ultimo fine aberrare & minus probè administrari. Has enim differentias, διαφορὰς vocat Arist. & παρεκβάσεις τῆς ὀρθῆς πολιτείας. 4. *Polit. cap. 8. in pr.* non amplius ex numero, sed iis petere qualitatibus debemus, ex quibus probæ fiant Respubl. vel improbæ, hoc est, ut uno verbo dicam, ex [illegible] *ne.* Finis autem optimus præsupponit in præsidibus Reipub. virtutem non quamvis, sed Politicam, seu scientiam civitatis gubernandæ, quæ quatenus in Optimatibus negligitur, aut non attenditur, catenus labi statum Reip. & in deterius vergere necesse est. Vbi igitur soli divites, nobiles, aliisque id genus qualitatibus conspicui gubernaculis admoventur nullo discrimine, virtute Politica polleant vel minus, ibi vitiosam subnasci Oligarchiam consequens est: ubi verò ex b[illegible]

ligan.

22. *Quatenus [illegible]* liguntur, qui divitiis aut nobilitati prudentiam adjunxerunt, propiori quidem gradu acceditur ad Aristocratiam, sed nec tamen ne sic quidem ad eius perfectionem pervenitur, quoniam si contingat ex cæteris multos esse prudentiores, & illorum, qui jus Reipublicæ ad se traxerunt, neminem sufficiente virtutem apparatu instructum, improbè omninò Rempublicam administrari necesse erit, id quod perpetuò accidit in Oligarchiis, quæ quidvis potius, quam virtutem, spectant, quoniam rerum periti ad clavum illic non adhibentur nisi per accidens: quatenus scilicet contingit ex nobilibus, opulentis, & id genus similibus quosdam forte fortuna, cum illud spectari non soleat, allegi, quibus de meliore luto pectora Prometheus dispensaverit. Atqui in supra enumeratis Oligarchiis, cum ex certis familiis & civium prærogativis classibus, prudentissimi quique & in Reipubl. negotiis apprimè versati seligantur, istæ Aristocraticorum statuum species consistunt, quas post summam & exquisitam numeravit Aristoteles 4. *Polit.c.7.*

23. *Qua ratione eligendi sint Optimates.* Si verò dubitare pergat Bodinus, quis optimos illos & prudentissimos seligere debeat, cum id à populo universo fieri non possit, nec fortè ab uno quopiam primum nominato, qua ratione olim Latini Duces militum allegebant, & Augustus senatum recensebat ipsorum Senatorum arbitratu, quo viro virum legere licebat, *Suet. in Aug. cap.35.* Centumque ex viris, à quinque præsidibus selectis ad regendam Oligarchiam Atheniensium, singulos sibi cooptare ternos jussit Pisander, ut quadringentorum numerum conficerent, *Thucyd. lib.* 8 ne tertium aliquem modum proprio Marte effingamus, aut ex Mori Utopia longeque dissita Repub. petamus, ad prius declaratas Aristocraticas Oligarchias, sive Oligarchicas Aristocratias nos recipimus, & insufficientem Bodini enumerationem, accessione præteritorum modorum redarguimus. Romani enim legendo Senatui Censores creabant, spectatissimæ fidei & tam odij quam gratiæ exortes. Aliquando, cum turbatus ordo licentiaque bellica corruptus graviorē medicinam efflagitaret, Dictator huic rei dictus est, sicut secundo bello Punico Buteo corrigendo Senatui contra morē & leges creatus, paucis diebus exhaustum Senatum supplevit, & invidiosâ Dictaturâ abiit. Augustus novum magistratum huic muneri excogitavit, quem vocabat *: Triumviratum legendi Senatus. Sueton. in Aug. cap.37.* Pisander quinque præsides ad centum primos Senatores nominandos, creari jussit. Ad eum modum Norinbergenses quinq; Electores ex Senatu & consilio Maximo edunt, tres Seniores cum consule & Scabino uno, qui novum Senatum sublegant. Interim dum illi recensendis novis Senatoribus aut Consulibus occupantur, omnes cæteri magistratus abdicant, ne quà liberæ electioni intercessione autoritateve sua impedimentum creare possint. Olim Veneti non minus probo consilio XII. viros ex præstantissimis eligebant, qui tercentū usq; ad quadringentos cives magni consilij loco statuerent, illique summam Reipub. curam traderet. *Ianott. de Repub. Venet.* Hodiè iidem Rhagusij Genuenses, Lucenses, etiamsi fortè admisceant, potissimam tamen partē suffragiis optimorum quorumq; tribuunt, quia tum demum sorti locum faciunt, quando competitores judicio optimorum virorum selecti sunt, ejusdem probitatis, nec magno virtutum intervallo à se invicem discrepantes. *Quando enim omnes sufficiunt obsequio*, non vetetur Marcellus, *apud Tacit. lib. 4. histor.* sortem tutò admittere, quia aberrandi ad indignum locum non invenit. Sic autem Veneti & Genuenses plurifariam Electores permutant, donec ad spectatissimos viros deveniatur, qui Magno consilio certum numerum exhibeant eorum, quos vel Ducum, vel procuratorū Reipublicæ, quos consiliarios vocant Veneti, vel aliorum magnorum magistratuum honore dignos, onerique tanto ferendo censeant. Non est autem facilior optimates ex prudentissimis civibus seligendi via, quam si plurium, eorumq; de Repub. benè meritorum judicio res tota committatur, & ne de fide eorum dubitetur, solemni juramento ad legitimam electionem obstringantur, quemadmodū in omnibus supra scriptis Rebuspubl. usu receptum est. Nam, quia diu in Republ. versati sunt,

24. *Varia artificia Electionum.*

Ssss non

non fugient eos civium ingenia, & quia in rebus gerendis ipsi consenuerunt, ignorare non possunt, quæ quibus officiis maximè apta sint & consentanea.

25. *Ex quibus probatur iudicium Optimor. civium.* Ne verò in fraudem Reipublicæ cuiusquam gratiæ quicquam dare velle præsumantur ætas eorum facit, quæ non patitur eos dominatum sperare, & præcedentia in Rempublicam merita una infausta voce in periculum & infamiam ducenda: Tum etiam juramenti religione prohibentur & legis autoritate, qua non tantum certus numerus præfiniri optimatum solet, sed prohiberi quoque, ne pauciores familiæ pinguiora quæque officia pluribus præripiendi copiam habeant. Veneti enim mortuo Duce, aut aliquo alio ex maioribus magistratibus, Quinque Correctores creare solent & tres Inquisitores, qui acta vitamque eius examinent, & si quid in leges deliquerit, post mortem Consilio Magno vindicandum offerant.

26. *Quomodo detegantur viri boni.* Nec possunt eorum notitiam viri prudentes effugere, ut objicit Bodinus, eò quod intra pelliculam se contineant & strepitum fori ut plurimum devitent, quoniam non agitur hic de sapientibus, ad Theorias suas secessum & otia captantibus, sed de prudentibus & rerum gerendarum peritis, qui ad virtutem non nisi agendo aspirare potuerunt, quandoquidem ea non in scientia, sed actione perficitur, ut docet Aristoteles 1. *Ethic. cap.* 3. 6 7. *Polit. cap.* 2. & 3. Nec difficile est de iis judicium facere, quos tam secundis rebus quam adversis in omnem fortunam obduratos deprehenderunt, quoniam non quæritur summa illa & paucis, quos æquo amavit Iuppiter, ac nescio an ulli mortalium, concessa virtutum omnium perfectio, quam in viro bono requirit Aristoteles *in lib. Ethic.* & quam spectabat Cato.

27. *Quomodo inducentur.* *cum de Q. Luctatio, gravi sponsione facta, vir bonus esset, nec ne, arbitrium suum interponere dubitaret.* sed sufficit rerum ad Politiam pertinentium, cum pertinaci proposito eas ad commune bonum convertendi cognitio, quæ licet in uno non inveniatur tota, adjumento tamen aliorum suppletur, quod deest uni.

28. *Quod est unius pruden tia, suppletur ab altero.* Nam ut ait Aristoteles 3. *Polit. cap.* 7. *Multi quorum singuli non sint viri boni, accedit tamen, ut conjuncti illi meliores sint, non ut singuli, sed ut universi, non secus ac δεῖπνα συμφορητά, in quæ singuli Symbolum contribuunt,* ut loquitur Comicus, *in Andr. act.* 1. *sc.* 1. *in Eun. act.* 3. *c.* 4 *sumtuosius lautiusq; instrui possunt, quam quæ unius sumptu parantur. Nam cum sint multi, ut quisq; habeat partem virtutis & prudentiæ & conjuncti sunt, velut homo unus, multas manus, & pedes & sensus habens. Quare multi quoq; de Musices & Poëtarũ operibus melius judicant; Alij namq; aliam quandam partem judicant, omnes verò omnes*, qua ratione Lybiæ Ægypti regina non nisi unum artificium ab uno quovis tractari voluit, ut, dum partes singulæ diligentius excolantur, universum corpus ex iis conflatum exeat conspectius & magis elaboratum. *Isocr in laud Busirid.* Sic enim medicina olim ad perfectionem suam deducta fuit in Aegypto, dum circa singulas eius partes singuli occuparentur artifices, *Prosper Albin. in medic. Aegypt.* & Zeuxin pictorem tradunt à Crotoniatis conductum ut formosissimam Helenæ imaginem depingeret, in unum locum contraxisse, quantum erat Virginum venustiorum, delectuque habito, cum ex singulis gratiam aliquam formæ, quæ cæteris deerat, decerpsisset, plurium particularum artificiosa connexione perfectum pulcritudinis corpus comportasse. Patet igitur, quo pacto impossibile non sit ex Bonis Viris Aristocratiam componere, si non optimam, saltem optimæ proximam aut tertio quartoque gradu consistentem.

Prima enim, eaque absolutè Aristocratia Aristoteli dicitur, in qua omnia tendunt ad optatum finem, cui necesse est præsidere viros ex amussim optimos, qui legum suarum bonitate efficiant, ut civis in illa à bono viro nihil differat. 29. *Gradus Aristocratiæ.*

Quia verò tam difficile est hanc Rempublicam constitui quam rari sunt viri summè probi, tres alios gradus subjicit à virtute quidem & hinc nata Aristocratia non alienos, sed quibus tamen permixtum sit aliquid vitij, eò quod nec absolutè boni viri iis præsint, nec qui omnia sua unicè ad salutem publicam referre possint, utpote, quando vel Divites gubernaculis admoventur, non quidem simpliciter ex censu, sed ex vir-

ex virtute æstimati, vel ex populo illi, qui digni videntur, quemadmodum Lacedæmone fieri & narrat & taxat 2. *Polit. c. 7.* ubi summi magistratus ex infima plebe asciscebantur, vel deniq; potentiores & populus simul admittuntur, sed ea moderatione, ut factio potentiorum prævaleat, qualem quidem statum in Rep. Rom. adumbrabimus infra *c. 6. Sect.* 3. inde a consulatu & legibus Valerii Publicolæ usq; ad secessionem plebis primam & originem tribunorum. Vocatur quidem hæc species generali nomine Rep. nec id diffitetur Aristot. sed quia Aristocratia præponderat Democratiæ, ad hos status quodammodo, quos Aristot. non quidem simpliciter Aristocratias, sed Aristocraticas Resp. denominat *Polit. c. 7.* redigitur.

30. *Status Aristocratici.*

31. *Calumnia Bodini in Aristot.*

Tot igitur Aristocratiæ differentias, aut si mavis, gradus proponit Aristot. quos subdolè dissimulat Bodinus & quatuor alia genera effingit, in quæ dicit Aristotelem Aristocratiam dividere, nimirum 1. cum pauci tãtum locupletiores imperium teneant, 2. cum honores ac imperia locupletioribus sorte dividantur. 3. cum magistratus à paerntibus ad liberos successione deferantur. Quartum eorum esse dicit, qui dominationem rerum omnium habent: Mox arguit eundem inconstantiæ, quod quinque Rerumpubl. genera tradat, regale, populare, paucorum, optimorum, & ex his quintum conflatum, quod nusquam comperiatur. At, ut hinc exordiar, quænam illa inconstantia aut repugnantia, Rerumpubl. quinque genera, & Oligarchiæ, non nisi quatuor recensere? Annon aliæ diversæque sunt species Rerumpub. diversæ Oligarchiæ? aut Respubl. & Oligarchia pro uno eodemque diviso accipienda? quanquã & eo nomine futilis est accusatio, quod Aristot. divisionem illam Reip. in quinque genera, non ex sua, sed ex aliorum repetat sententiâ. Sic enim ait: *λέγουσι δὲ τέτταρας, μοναρχίαν, ὀλιγαρχίαν, δημοκρατίαν· πέμπτον δέ, τὴν καλουμένην ἀριστοκρατίαν· πέμπτη δ' ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη τὸ κοινὸν ὄνομα πασῶν, πολιτείαν γὰρ καλοῦσιν*: nec addit, quod nuspiam reperiatur, sed quod raro existat & proinde à Platone in recensitione specierum prætereatur. Sed omissa inconstantiæ nota species ipsas ordinare aggredimur, quas pessima fide Bodinus dicit ab Aristotele attribui Aristocratiæ, cum tamen manifestò attribuantur Oligarchiæ, *lib. 4. Polit. c. 5. & 6. lib. 5. Polit. c. 6. lib. 6. Pol. c. 6.* Constat verò ex iis, quæ supra diximus, Oligarchiam Aristoteli in specie accipi pro *παρέκβασιν τῆς ἀριστοκρατίας*, adeoque pro dominatu paucorum improbè constituto Ideoq; quod Aristoteles enuntiat de vitio, id ille transfert ad virtutem, quod de nigro, id accommodare nititur albo. Imò ne eo quidem sensu, quamvis Aristocratiam ex mente Bodini ponamus tanquam genus, satis candidè allegata apparet sententia Philosophi, cum is 4. *Polit. c. 5.* non Oligarchiam in genere, sed in specie vitiosam dividere proponat, prout quatuor illæ differentiæ à recto statu sensim magis magisq; degenerãt, donec in extremam Tyrannidẽ desinant, ut paulò post patebit. Ideoq; frustrà fatigat se Bodinus, dum argumenta undiq; contrahit, ut ostendat species Rerump. non ex divitiis aut paupertate, sed ex solo numero petendas esse. Quæstio est de cæpis, cui is respondet de alliis, Non enim species Rerump. hic quæruntur, sed differentiæ Oligarchiæ, quæ quia vitiosa est, differentias non aliunde habere potest, quam à diversis gradibus vitiositatis.

32. *Bodin. affert divisionem Reip. pro divisione Aristot.*

33. *Imponit Aristoteli falsam sententiam.*

34. *Iterum aliã.*

35. *Bodinus occurrit veritati ante fores.*

Cum verò Oligarchia opponatur Aristocratiæ, & hujus natura consistat in eo, ut omnia dirigat in bonum civitatis, quod nisi per viros virtute præditos fieri non potest, necessum est, Oligarchiam tendere in bonum privatum, aut saltem aberrare à publico, quod gubernatores non habeat satis idoneos, quippe, in quibus divitiæ, nobilitas, aut tale aliquid spectatum sit potius, quam virtus. Sine virtute autem, impossibile est, ullam Reip. partem benè posse administrari. Prout igitur publicã rem magis quæstui habent, aut ad privata commoda avertũt principes, eò deterior evadit Oligarchia, & Tyrannidi, cui Dynastia assimilatur magis affinis. Nec enim à divitiarũ gradibus differentiæ vel desumendæ sunt, vel ab Aristotele desumuntur, ut opinantur & interpretantur caput 5. & 6. *lib. 4. Polit.* Burrhaus, Casus Victor. Sepulv. Giphan & plerique alii, sed ex neglectu publici commodi & quæstu privato ut *ex cap.* 6. conspicuè patet, ubi in primo ordine

36. *Vnde distinguantur gradus Oligarchiarum.*

dine lex dicitur locum habere, quia nondum eò excreverunt opes, ut Rempub. ad se rapere & privato imperio sustinere possint, in secundo, ut minus potest lex, ita plus valet potentia, quæ illic sibi ipsi successores dat, in tertio verò magistratus privatis familiis jam penitus addictas & hæreditarias relinquit, in quarto denique agit omnia pro arbitrio. Causas verò, ex quibus hæ differentiæ efflorescere solent, accersit Aristot. è divitiis, id quod Interpretibus imposuit, quasi in earum gradibus essentiam differentiarum locet, quod tamen nec facit, nec facere potuit, quia non sunt perpetuæ aut adæquatæ causæ potentiæ inter cives, cum patritii aut nobiles sæpè sine divitiis tantam acquirant potentiam, ut liberos in statione relinquere queant, aliquando hunc honorem habeant consensu civium concessum, quando vid. status paucorum non introducuntur violenter, sed cum gratia, ut Athenis, cum Alcibiades civibus persuaderet, ut sexcentos constituerent Reip. principes, aut Romæ, cum Decemviri condendatum legum gratia, utriusque ordinis cōsensu sine provocatione crearentur; aut Venetiis, cum ex infinita serie civium quidam in participatum Reipubl. coirent & consilio magno originem darent, aut olim Lacedæmone, ubi inter æquales non tantum Senatores, sed & Ephori, è promiscua plebe desumti, maximam potentiam obtinebant sine divitiarum prærogativa, quibus Lycurgus omnes exæquarat. *Xenoph. de Rep. Laced. Arist. 2. Pol. c. 7.* Quod si divitiæ non faciunt absolutè vitiosam Rempub. non certè, quando virtuti junguntur, ne quidē vitiosæ Reip. gradus ab iis desumi debent, sed ex fine, cujus unius respectu Resp. evadunt vel bonæ vel malæ, ut suprà declaratum fuit *c. 1. Sect. 1. & 5.*

37. *Explicatur antimium sententia Aristotelis.*

38. *Primus Oligarchiæ gradus.*

Primum igitur à cura publici commodi ad privatos quæstus abire incipit ea Oligarchia, in qua quidem non habetur ratio prudentiæ aut virtutis, sed promiscuè ex iis, qui censum lege definitum ad excludendā pauperem plebem habent, eliguntur principes Reipubl. qui tamen legibus conformes se gerunt, & ex earum præscripto, quod prudētiæ deest, supplent, adeoq; per alienam prudentiam imitantur Aristocratiam, quando leges, quas sequuntur, necessariò tendunt & præscriptæ sunt ad salutem omnium: Sed corrupto statui in eo accedunt, quod divitibus, neglecta virtute, impossibile sit: etiam secundum leges benè præesse, quia non tantùm prudenter circumstātiis accommodandæ leges & interpretandæ, sed ubi illæ deficiunt, sapienti arbitrio defectus supplendus, quod absq; virtute præstari non potest. Ferè autem locum invenit hæc species in ea civitate, qua magistratuū dignitas alligatur minori censui, ita, ut eorum plures simul participes fieri possint. Nam dum litibus audiēdis decidendisq;, aut rebus aliis ex arbitrio componendis continuò vacare non possunt, legi dominium concedere coguntur. Non possunt autem continuò vacare, quia tātum censum non possident, ut Reipubl. se totos dedere & familiarem neglectui habere possint, nec in tantas redacti sunt angustias, ut stipendio & alimentis ex publico opus habeant, quod & difficile foret in tanta multitudine, ac nescio annon impossibile. Talis fere apud Venetos Reipub. ratio est, nisi quod loco divitiarum inveterata spectetur nobilitas. Nam quod divitiis solis accommodavit Arist. *d. c. 7. lib. 4. Pol.* id ex rationis similitudine ad nobilitatem & alias qualitates transferendum est, quanquam cæterarum qualitatum nulla datur adeò communis, ut in multos simul spargi queat. Sunt autem eorum, qui suffragia ferunt & ad maximos quosq; magistratus aditum sibi apertum habent apud Venetos amplius tria millia qui pro opera annua non capiunt nisi munus aliquot aureorum à Duce transmissorū, cum nominis sui inscriptione. Sed quia negotiationū & commerciorum gratiā diu longeq; abesse coguntur, legibus imperium permittunt, & quod Aristocraticum est, prudentissimis Nobilium summos magistratus impertiuntur. Senatus verò Romanus corruptissimo statu Reip. etiam ex censu legebatur eorū, qui octingenta millia H-S possiderent ante Augustum. Is enim censum senatorū ampliavit, ac pro Octingentorum millium summa, duodecies H-S taxavit, supplevitq; non habentibus, *Suet. in Aug. c. 41.* Claudius spōte sua quosdā Senatu cedere coegit, qui censum non complerent, vehementer castigatis cæteris,

39. *Ampliatur sententia Aristotelis.*

40. *Romæ lectio Senatorum ex censu.*

cæteris, qui manendo impudentiam paupertati adjicerent. *Xiphil. in Claud. n.* 5. Tiberius paucorum Senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negavit, se aliis subventurum nisi Senatui justas necessitatum causas probassent, *Suet. in Tib. c.*47. Vespasianus explevit censum Senatorum & consulares inopes quingentis sestertiis annui sustentavit. *Id. c.* 17. Equites etiam pro quantitate census creabantur exauctorabanturque, quemadmodum pleriq; eorum attrito bellis civilibus, quæ à Triumviris gesta sunt, matrimonio, spectare ludos è quatuordecim non audebant, metu pœnæ theatralis, qua tamen non teneri pronunciavit Augustus eos, quibus ipsis, parentibusve equester census unquam fuisset. Suet. in Aug. c. 40 Innuitur illud in carmine, de Tiberio concepto:

Non es eques, quare? non sunt tibi millia centum:
Omnia si quæras & Rhodos exilium est,
*Sueton. in Tib. cap.*59.

Cæterum manebant adhuc veteris gravitatis vestigia in eo, quod imperiti & indigni, quantumvis divitiis superbi, inde
41. *Nec non equites.* excluderentur. Buteo enim non allegit, nisi magistratibus functos, & Augustus Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim supermille, & quidam indignissimi & post necem Cæsaris per gratiam & præmium allecti, quos *Abortivos* Vulgus vocabat) ad modum pristinum & splendorem redegit. *Suet. in Aug. c.*35. Claudius, famosos probris, quonam modo Senatu depelleret anxius, *mitem & recens repertam quandam haud ex severitate prisca rationem adhibuit, monendo, secum quisq; de se consultaret, peteretq; jus exuendi ordinis, facilem ejus rei veniam: Et motos senatu & excusatos simul propositurū, ut judicium censorum ac pudor sponte cedentium permixti ignominiam mollirent. Tacit. lib.* 11. *Ann. num.* 7. Vbi verò præter divitias habetur ratio prudentiæ & honestè peractæ vitæ, ibi non puram Oligarchiam sed Aristocratiâ temperatam paulò ante collocavimus.
42. *Servij centuriarum institutio ex censu.* Servius verò Rex Rom. non aliò respexit, quam ad solum censum, cum ditioribus, quibus onera ferè solis imposuerat, potissimam partem regendæ Reipubl: imò totam vim suffragiorum in manus traderet. Nam cum quatuor classes conscripsisset, & in prima cēsuisset, (*ut Dion Halyc. refert li.* 4. *cū Plin. lib.* 33. *c.* . *& Gell. lib.* 7. *c.* 13. *majorē summā præfiniant,*) qui nō possiderēt infrà centū minas, in secunda, qui intra decem millia drachmarū, usq; ad minas 75. in tertia, qui non minus 50. minis, in quarta, qui nō minus 25, præter proletarios, quorū facultates censerentur inter 25. minas & 12. cum dimidia, singularum centurias ita divisit, ut prima classis ferendis suffragiis cæterarum omnium calculos prævertendi copiam haberet. 43. *Qua dedit solis divitibus vim totius Reipub.* Sive enim multi sive pauci in quaque centuria ferrent, numerus suffragiorum inibatur, non ex numero virorum, sed centuriarum. Centuriæ verò plures erant in prima classe, quàm in omnibus cæteris, siquidem ad octuaginta peditum, accedebant, octodecim Equitum, ut ita constaret ex nonaginta octo centuriis, cū reliquæ non conficerent nisi nonaginta quatuor. Ideoq; cū in suffragia mitterentur in quibus major pars vincit minorē, ut ait Arist. 4. *Polit. c.* 4. & 8. divites, etiamsi pauciores, quia tamē in plures centurias descripti erant, consensu suo pauperiorū plebisque vota, ut plurimum prævertebant, & fructus omnes Reipub ad se trahebant, donec plebs, quam subdolè à Servio supplantata esset, advertens, comitiorum ordinem prærogativis & jure vocatis centuriis correxit, ut tradit Ascon. *in Verrin.* & populo universo suffragia communia fecit. Quin & Appius Claudius Censor forensi factioni Rempubl. prostituisse jam ante credebatur, eò quod libertinos in omnes tribus, atque adeò in primæ classis centurias ingessisset. Nam cum multitudine vincerent cæteros, suo quasi arbitrio, quæcunque vellent, obtinere poterant. *Liv. lib.* 9. *in fi.* Quod si Servij institutum liberâ Republ: incōcussum servatū fuisset, occulte hæc Oligarchiæ species introducta fuisset, licet comitia Democraticam libertatem præ se tulissent.

Ab ea cæteræ differentiæ, quò longius abeunt, eò propius ad corruptissimum statum declinant, 44. *Secundus gradus Oligarchiarum.* utpote quando pauciores majorem adhuc potentiam acquirunt, & publicos honores adeò in privatas familias detrahunt,

trahunt, ut magiſtratus deſignandi poteſtatem populo eripiant, ſibique ipſis ex ſuis parentelis ſucceſſores dent, ſecundus gradus Oligarchias oritur, quem excipit tertius, magis adhuc ad privatos queſtus tendens, quando ſcilicet magiſtratus & honores fiunt hæreditarij & paucis familiis perpetuò addicuntur. Propius enim ad herilem dominationē accedit ſucceſſio, quæ arguit quandam proprietatem, quàm electio, ut docet Ariſt. 3. *Polit c.* 11 ideoque Veneti, cū conſtituto magno conſilio, ad futuram Ariſtocratiam viam ſibi aperire quærerent, lege lata venerunt Ducatum in una familia continuari, quod ſi Florentini quoque feciſſent, cum Coſmus Petrum reliquiſſet filium unicum, tardioris ingenij, infirmiorisque valetudinis, per continuationem potentiæ, non ceſſiſſent in unius familiæ ſervitutem.

45. *Tertium genus duc. ex ſucceſſione.* Dux Genuenſium non præeſt diutius biennio, quo vertente è palatio tacitus ſe domum recipit, ut ſucceſſori locum faciat, licet per totam, quæ ſupereſt, ætatem inter procuratores Reipublicæ annumeretur. Idem terminus præfinitur octo gubernatoribus, quibus unà cum Duce ſumma rerum incumbit Vexillifer Lucenſis cum novem aſſeſſoribus, qui Antiani ipſis vocantur, in tertium uſq; annum imperium tenet. Rector verò Rhaguſianorum ſtatim poſt menſem palatio abſcedit, veſtemq; Ducalem exuit. *Nihil enim libertati tam adverſum eſt, quā diuturna imperia*, ut ait Mantercus Æmil Dictator, *apud Liv. l. br.* 4. & præcipuè ſi de manu in manum tradantur pro arbitrio anteceſſoris, aut prorſus uni familiæ beneficio ſucceſſionis inſerātur. Nam quod in ſucceſſorem tranſmittitur, vel jam proprium eſt tranſmittentis, vel continuatione potentiæ proprium evadit, quemadmodum arctius obligari cives regibus ſucceſſoriis, quam Electitiis ubiq; videmus, & DEus ipſe duriorem prædicit conditionem futurā ſub Regibus perpetuis, quam fuerat ſub judicibus ambulatoriis & precariis. 1. *Sam. c.* 8. Veneti etiamſi à culmine dignitatis Ducem non abigunt, quam diu vita ipſi à DEO ter Opt: Max: prorogatur: de ſucceſſore tamen non patiuntur ipſum conſilia vel ſpem concipere, imò, quando de Electione ejus vota colliguntur, omnes à curia exceſſe jubent, qui ob proximum cognationis gradum in ſuſpicionem corrupti ſuffragij incidere poſſent. Cæteri verò, qui poſt ducem ſummi ſunt, Conſiliarij & Decemviri, non diutius cū imperio manent, quam annum integrum: illi etiam non niſi menſes octo idem exercent, du reliquos quatuor cogūtur conſumere in judicio criminali quod ipſis vocatur. *Quarantia Criminale, & mentre, che in tal Quarantia ſeggono, ſono chiamati Conſiglieri da baſſo.*

46. *Objectiones Bodini de primo genere Oligarchiæ.* Videamus jam, quid contra hanc Ariſtotelis ſententiam diligentius ſenſuq; paulum diverſo, quam ab interpretibus factitatum, explicatam, Bodinus *d. c.* 6. *in fi.* objiciat. Primum inquit genus Ariſtocratiæ eſt, quod pauci tantum locupletiores tenent. Dictum autem fuit paulò antea Ariſtoteli de Ariſtocratia non magis in mentem veniſſe *d. c.* 5. & 6. quam de regno, cum *c.* 10. ageret de Tyrannide. Nec generalem illam circumſcriptionem, quæ totum genus comprehendit, accommodat ad unam ſpecierum, ut Bodinus ipſi imponit; ſed primam Oligarchiam certæ differentiæ paucorum attribuit, qui quia cenſu definiuntur non nimis amplo, pauciores quidem ſunt plebe excluſa, ſed tamen ita multi, ut difficilius coire poſſint, ideoque cogantur legibus à ſe perlatis imperium, dum ipſi ſuſtentandæ familiæ operantur, concedere. Duo igitur crimina hactenus tam paucis verbis Ariſtoteli affinxit Bodinus, ſed tertium manifeſtius eſt, quam ut refutatione opus habeat.

47. *De ſecundo.* Secundum enim genus dicit conſtitui ab Ariſtotele: quando honores ac imperia locupletioribus dividuntur ſorte, & contra hoc arietes poſtea vehementer movet, quod ſors, ex ipſius Ariſt. ſententiā, ubiq; ſit ſignum popularitatis, quodq; Athenis uſq; ad Periclis ætatem, & Romæ, uſq; ad legem Canulejam ſolis opulentis honores & imperia fuerint tributa, licet utraq; Reſp. fuerit popularis. Quanquam verò omnia hæc argumenta uno clypeo excipi poſſunt, quod contra figmentum Bodini fortè efficatia ſint, non contra ſententiam Ariſtotelis, quippe qui non tantum ſortis non meminit, ſed ipſis Optimatibus concedit libertatem eligendi

ſucceſſo-

successores: tamen nec Atheniensium, nec
Romanorum exempla veritati & definitioni
Oligarchiæ quicquam officiunt, non certe
Romanorum, quorum Resp. inter utrum-
que populi & Senatus sive optimatum sta-
tum dubia fluctuavit, nec prius prorsus po-
pularis evasit, quam omnia, per tribunorum
rogationes & plebis seditiones, fierent pro-
miscua, *ut c. 6. Sect. 3. ostendemus.* Nec id
per Canulejam legem factum est, quippe,
quæ promiscua tantum connubia affecta-
bat, sed longo tempore post per diversas ro-
gationes vix impetratum & extortum fuit.
Quod verò ad rem totam attinet, Aristote-
les Majestatem Oligarchiæ non constituit in
continuatione Magistratuum precariorum,
sed imperij summi, quod nunc ἐξουσίαν, nunc
πολίτευμα, sæpius verò ἀρχὰς appellitat. Nam
ἀρχαὶ non semper designant magistratus,
sed principatus etiam summos, nullius cor-
48. De Tertio. rectioni obnoxios, ut vel lippientibus per-
spicuum est. Tertium porrò genus fingit
Bodinus, in quo magistratus à parentibus
ad liberos successione deferuntur, & id qui-
dem sine reprehensione bonâ cum gratia
dimittit. Cæterum circa omnia hæc gene-
ra, quod præcipuum est, genuinum distin-
ctionis principium & quo differunt à quar-
to, omittit, nimirũ quod legi vim aliquã reli-
quã faciant, ideoq; nõ prorsus in extremam
corruptelam degenerent. Nam quod Bodi-
nus per ultimum genus Dominatum acci-
piat, seu imperium paucorum herile, illud
itidem verbis & scopo Aristotelis contrari-
um est, cum illud Tyrannidi & corruptissi-
49. Dominatus Oligarch: assignatur ab extrema Dynastia. mæ Democratiæ, in qua cuncta gerantur
pro libidine imperantium assimilet. Sicut
enim Dominus in servos non grassatur pro
libidine: Ita nec illi in perniciem subdito-
rum omnia machinantur, quorũ imperium
herile vocat Aristot. 3. *Polit. c. 4.* sed media
via incedunt inter Aristocratiam & Dyna-
stiam, quales quidem Oligarchias in Galliis
olim extitisse necesse est, cum *plebe illic ni-
hil esset contemtius*, ut ait Cæs. *libr.* 6 nec
aliud ferè statuit de Polonis Guagn. *libr.* 2.
rer. Polon. si scilicet nobilitatis imperium,
quo miseros plebeios sub jugum miserunt,
cum libertate Democratica comparare ve-
lis. *Populi imperium*, ait Tacitus, *juxta liber-
tatem paucorum dominatio regia libidini
propior est, lib. 7. Annal.* Tales nimirum e-
rant illi Domini, quales antiquorum Ty-
rannos describit Thucyd. *libr.* 1. dum ait:
*Tyranni, quicunq; in Græcis urbibus erant,
suis tantum rebus prospicientes, & corpori
& suæ domus amplificandæ, tutelæ gratia,
quoad poterant, in urbibus se tenebant.* Pla-
to *lib. 8. de Rep. in pr.* peculiari nomine Vo-
cat *Timocratiam*, quam collocat ἐν μέσῳ
ἀριστοκρατίας δὲ καὶ ὀλιγαρχίας, ex Aristocratia
hac via subnatam, quando principum liberi
ex prava institutione, subinde deteriores fa-
cti aut adulationibus corrupti, ferocia qua-
dam in Rempubl. feruntur, si exclusis sapi-
entibus θυμοειδεῖς καὶ ἁπλουστέρους, sui similes
accersunt, à quibus ad bella & corradendas
divitias, & luxuriam in conclusis privatis æ-
dibus liberè exercendam abducuntur. Bre-
viter commiscet statum hunc ex Gymnasti-
ce & Musice, ex bono & malo, sed ita, ut ὑπὸ
τοῦ θυμοειδοῦς κρατοῦντος vitia excedant & præ-
ponderent φιλονεικίαι, καὶ φιλοτιμίαι. Depingit
ferè exemplũ corruptæ Oligarchiæ & oppres-
sæ à paucis optimatibus plebis Salvianus *lib.
5. de gubern. DEI.* quando ait, *exactionis pu-
blicæ nomen in quæstus proprij emolumenta* 50.
verti & indictiones tributarias fieri prædas Exemplum
potentum, qui in similitudinem immanium dominatus
bestiarũ non regant traditos sibi, sed devo- Oligarchiæ.
*rent, nec spoliis tantũ hominum, (ut plerique
latrones solent) sed laceratione etiam & ut
ita dicã sanguine pascantur, ac si agant, ut
latrocinio judicum strangulati homines &
necati, incipiant esse quasi Barbari, quia non
permittũtur esse Romani, & malint sub spe-
cie captivitatis vivere liberi, quã sub specie
libertatis esse captivi:* Sed fortasse non abs
te fuerit, totã vim & invidiã paucorũ poten-
tiæ lõgiori ejusdẽ sermone exprimere: *Quid,*
inquit, *indignius ac pœnalius, quam quod
omniũ onus nõ omnes sustinent & quod pau-
perculos homines tributa divitũ premũt, &
infirmiores ferunt sarcinas fortiorũ, nec alia
causa est, quod sustinere nõ possunt, nisi quia
major est miserorũ sarcina, quam facultas.
Res diversissimas dissimilimasq; patiũtur,
invidiã & egestatem. Invidia n. est in solu-
tione, egestas in facultate. Si respicias, quod
defendunt, abundare arbitreris; si respicias,*
quod

quod habent, egere reperies. Quis æstimare vim hujus iniquitatis potest? Solutionem sustinent divitum, & indigentiam mendicorum. Plus multo est, quod dicturus sum. Adjectiones tributarias ipsi interdum divites faciunt, pro quibus pauciores solvunt: decernunt potentes, quod solvant pauperes: decernit gratia divitum, quod perdat turba miserorum: ipsi enim in nullo sentiunt, quod decernunt. Quid tam injustum, quid tam inhumanum? Gravant nos novis debitis decreta vestra, facite saltem debitum istum vobis nobiscum esse commune. Quid enim iniquius esse, aut quid indignius potest, quam ut soli sitis immunes à debito, qui cunctos facitis debitores? Et quidem miserrimi pauperes sic totum hoc, quod diximus, solvunt, quod quare vel qua ratione solvant, penitus ignorant. Cui enim licet discutere, cur solvatur? aut cui permittitur explorare, quid debeat? Sed tunc id evidentissimè proditur, cum invicem sibi divites irascuntur, cum indignantur aliqui eorum, quod sine consilio aut tractatu suo aliqua decreta sint. Tunc à quibusdam eorum audias dici: O facinus indignum! duo aut tres statuunt, quod multos necet, à paucis decernitur, quod à multis miseris dependatur. Sed videlicet qui in hac parte iniqui sunt, in alia moderati inveniuntur ac justi? Imò par est iniquitas in utroq;. Nam sicut sunt in aggravatione primi pauperes, ita in relevatione postremi. Si quando enim, ut nuper factum est, defectis urbibus minuendas in aliquo tributarias functiones summa potestates existimaverunt, illicò remedium cunctis datum, soli inter se divites partiuntur. Quis tunc pauperum meminit? quis ad communionem beneficij humiles & egestuosos vocat? quis eum, qui primus est, semper in sarcina, vel ultimo esse loco patitur in medela? Et quid plura? Tributarij omninò pauperes non putantur, nisi cum his tributi cumulus imponitur. Extra numerum autem Tributariorum sunt, cum remedia dividuntur.

12. *Vltimus seq. pessimus gradus Oligarchiæ.* Adumbravi paucis mortem corruptæ Oligarchiæ, quæ propè est, ut in Dynastiam desinat, seu in ultimum gradum vitiositatis, qui adhuc superest explicandus. Eum Bodinus ex mente Aristotelis definit per *dominationem rerum omnium*, & hoc argumento definitionem impugnat, quod imperia justa non faciant leges sed justitia, quæ etiam à libero arbitrio principum proficisci potest, sicut ipse Aristot. nihil magis à DEO opt: Max: exorari posse scribit, quam constantis justique propositi virum, qui ex æquo omnia sine legum multitudine moderetur, nec erudeliores extiterunt Tyranni, quam qui edictorum multitudine civitatem obruerunt, ut Caligulæ & Claudij exemplo porrò probat. Aristotelem verò longè pejus de hoc ultimo genere quam de Dominatu, sentire, non tantum *ex d. c. 4.* & 14. sed *ex lib. 2. c. 8.* & *lib. 5. cap. 6.* & 10. *lib. 6. c. 6.* patet, quandoquidem tergeminas inter se facit hanc Oligarchiam, vitiosissimam Democratiam, & Tyrannidem. Tyrannidem verò constat, dominatu tantò esse deteriorem, quantò dominatus deterior est regno. Et in dominatu leges non tolluntur, quarum in his speciebus nullus usus est. Vnde & Dynastia distincto nomine vocatur, quia libido dominantiū omnia turbata reddit, & Reipubl. integritatem solvit, quo sensu hoc nomine utitur Arist. 2. *Polit. c.* 8. quando Rempubl. Cretensium negat verè Remp. esse, sed dynastian, quia petulantiâ potentum, qui pœnas dare nolunt, dilaceratur & in continuas factiones distrahitur & *lib. 5. Polit. cap.* 6. multorum militiæ præfectorum, qui Tyrannidem occupaverint, imperium eodem sensu vocat Dynastiam. Non definit autem hanc Oligarchiã magis ex absoluta potestate, quam Tyrannidem, in cujus definitione infrà *c.* 9. dicitur, quod sit ἀνυπεύθυνος & superioris imperij expers, licet idem cum Rege Tyrannus commune habeat, quod legum imperio non subjiciatur, ut *in comm. d. c.* 9. monuit Thomas. Quorsum enim distinxisset Arist. 3. *Polit cap.* 11. παμβασιλείαν à regno Laconico, si perinde legibus subjiceretur, nec solutius imperium sibi vendicaret. Videant hunc scrupulū interpretes *in 4. Polit. c. 4. in fin.* ubi Arist: ait: *Vbi leges non imperant, non est Resp. oportet enim legem imperium habere in omnes res, magistratus autem & Respub. existimare de singularibus: Quapropter*

11. *Sententia Arist. gradu na vindicata à Castello dici.*

13. *Verum Respubl. legibus*

propter siquidem Democratia est una è Rebuspub. manifestum est hujusmodi statum, in quo ψηφίσματα omnia decernuntur, propriè Democratiam non esse : quod pari jure de Dynastia repetendū est, propterea quod huic Democratiæ sit αὐτοκράτωρ. Martinus Burthaus *in lib. 4. Polit. cap. 4. verb. Nullus sit Reipub. locus : Bipartitum genus legum* esse dicit : *alterum in tabulis scriptum, alterum in animis consignatum. Si itaq; leges scriptas spectes, ab iis liber est, qui solus imperat, Rex : sin verò leges non scriptas, sed in animo impressas, legibus quoq; princeps obtemperarit.*
54. [illegible] Nihil autem facit distinctio κατὰ τὸ τῶν λογῶν, quia Aristoteles expressim loquitur de legibus scriptis, quæ pro natura Reipublicæ in conventu populi aut concilio Optimatum feruntur : nec regi major competit in hac parte prærogativa, quam Optimatibus, aut universo populo, si rerum potiantur, quia majestas omni perfectæ Reipub. æqualis, pariq; gradu inest. Sepulveda *ibid. verb. Nam Respub. nulla est*, etiam in pleno regno leges scriptas dominari oportere censet, non secus ac in statu optimatum & Reipub. Nam *lib. 3.* omnem Remp. rectè institutam, sive unius, sive plurium arbitrio administretur, probis legibus fundatam esse oportere docet. Nec enim hoc vult Aristot. *d. c. 4. 5. & 6.* quod lex sua vi cogere debeat vel populū, vel optimates, quandoquidem
55. [illegible] utrosque in sua quosque Republica dominos & autores legis constituit, dum ait, ab iis succenturiari leges propterea, quod causis omnibus decidendis in foro vacare non possint: sed quæstio est non de potentia Rerumpublicarum, sed de rectitudine & bonitate. Differt certè Rex verus à Laconico, quod hic legū compedibus coërceatur, ille verò legibus arbitrio suo latis omnia coërceat : cæterum, quia in Regis natura bonitas perinde essentialiter involvitur, ut in virtute, nec benè vel utiliter ad publicum commodum Respubl. administrari potest, nisi legibus universales causæ comprehendantur, consequens est rectas quascunque Respub. statis & perpetuis legibus, prolapsas vero libidine & in horas mutabilibus arbitriis gubernari. Ideoque legum vigorem proposuit Aristot. signum benè constitutæ, lascivium arbitrium improbæ Reipub. Pars est utriusque potentia, sed probi principes sponte sua legibus accedunt, improbi libidine agunt. Seneca etiamsi summam potestatem Neroni asscripsisset, *sic* tamen ait, *te custodis tanquam legibus, quas ex abdito ac tenebris in lucem evocasti, rationem sis redditurus. 1. de Clem. cap. 1.* Optandum quidem esse dicit Aristoteles 3. *Polit. cap. 12.* ut omnia ex æquo & bono à viro optimo componi possint, qualem Thomas Morus Utopiæ suæ Rectorem imposuit, ut quàm plurimis discordiis & ultra hominum ævum duraturis litibus compendiosius remedium afferretur, nec Tacitus jure conqueri posset: *Corruptissima Republica plurimas extitisse leges*, sed quia nemo hominum est, quem non videas aliqua in re Suffenum, nec quisquam tàm benè compositus ad vitam ratione aut tam constantis prudentiæ, ut sine affectu & gratiâ, quod justum est, cuique attribuere, arduaque negocia primo intuitu componere possit, ideo, inquit idem Aristoteles, satius est legi imperiū relinqere, quæ non erubescit, nec gratia metuve flectitur. 56. *Usus legum in quavis bene constituta Repub.*
Iuvenes quidem Romani, quibus in regno libido solutior fuerat, æquales sodalesque adolescentium Tarquiniorum, assueti more regio vivere : Eam tamen æquato jure omnium licentiam quærentes, libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se conquerebantur : *Regem hominem esse, à quo impetres ubi jus, ubi injuria opus sit, esse gratiæ locum, esse beneficio: & irasci & ignoscere posse; inter amicum atque inimicum discrimen nosse : Leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem melioremq; inopi, quam potenti, nihil laxamenti nec veniæ habere, si modum excesseris periculosum esse in tot humanis erroribus sola innocentia vivere. Liv. lib. 2. in pr.* Atqui justam legū coërcitionē ferre non poterant. Ideoque ad Tyrannos respiciebant, qui adulatoribus suis, quos hic Aristoteles rectè comparat Demagogis, legum pœnas remitterent, & suo arbitratu ad omnes libidines tutam vitam facerent. Paulò post cum consules jus civium arbitrariis judiciis turbarent Terentillus Arsa trib. pl. rogationem promulgavit, de legibus imperio Consulari scriben-

dis, quæ rogatio tandē in novam legem de Decemviris creandis mutata fuit. *Liv. li.36.* Cum pretores ex annuis edictis jusdicerent, & incertū relinquerent populum, quo jure quovis anno usurus esset, Cornelius trib. pl. ut ambitioni prætoriæ derogaret, legem de Edictis perpetuis tulit. *Dion. lib.36. Ascon. Pad. in argum. Cornel.* Nihil enim magis nocet Reipubl. quàm leges crebiò mutari, *ut infra dicemus*, rerum omnium judicia in manus furiosi populi, aut paucorum Dynastarum poni, quos eò secuturos verisimile est, quò ita & studia privata rapient. τὸ μὴ ῥᾳδίως γράμματα ἄρχειν, ἀλλ' αὐτογνώμονας ἐπισφαλὲς

57. *Arbitrium periculosum.*

ait Aristoteles 2. *Polit. cap.* 8. Nec refert, quod Tyrannorum quoque prava & corrupta edicta legum nomen retineant 4. *Politic. cap.* 8. quoniam, ubi vocabulum aliquod ambiguè significat, quando absolutè ponitur, pro rei circumstantia in meliorem partem accipitur, & Cicero *lib. 1. de ll.*

58. *Legem accipi in dubio de bona lege.*

nullam legem agnoscit nisi bonam. Abstrahitur quidem Reipubl. essentia à bono & malo, virtute & vitio, sed quia ad bonum dirigitur, & eius gratiâ instituitur, quæ hinc longissimè abeunt, minimè omnium Rempub. esse, docet Aristoteles 4. *Polit. cap.* 4. *in fin. c. 8. in pr. & c.* 18. quomodo de legibus quoque judicandum, quæ cum Repub. pari passu ambulant, & à Politico in meliorem partem semper institui & accipi debent. Nam quod Caij & Claudij edicta attinet, quorum numerum objicit Bodinus, certè Claudius socordiâ magis lapsus est, quam deliberata Tyrannide, nec edicta proposuit alicuius momenti, aut ad Reipublicæ statum attinentia, sed quibus admonebat, *ut uberi vinearum proventu benè dolia picarentur*, aut: *Nihil aquè facere ad vipera morsum, quam taxi arboris succum. Sueton. in Claud. cap. 16.*

59. *Alias & Tyrannos legibus ludere.*

Dicitur etiam meditatus edictum, quo Veniam daret, efflatum crepitumque ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperisset. *Sueton. cap. 32. in fin.* Et ipse erat huic vitio obnoxius, quò alludere Senecam putat B. Rhenan. *in comm. Apol.* animam pro vento ponentem, dum ait: *Claudius animam agere cepit, nec exitum invenire poterat.* Item, *Annum sexagesimum & quartum est, ex quo cum anima luctatur.* De cætero, cum judicaret, præscripta legum, semper non sequebatur, duritiam lenitatemque multarum, ex bono & æquo, perinde ut afficeretur, moderatus *Sueton. ibid. cap.* 14. Decreto quoque abrogavit ex jure naturæ deductam legem, qua interpatruos fratrumque filias nuptiæ prohibebantur. *Tacit. libr. 12. Annal. in princ.* Imo ICtorum sub Claudio præ improbis causidicis nullum fuisse usum innuere voluit Senec. *de mort. Claud.* dum ait: *Ducto funere Claudij, ICtos è tenebris processisse, pallidos, graciles, vix habentes animam, tanquam qui tum maximè revivisceerent.* Cajus verò Caligula de Iurisconsultis, quasi scientiæ eorum omnem usum abolitururs sæpe jactavit, *se, me hercle, effecturum, ne respondere possint, præter æquum. Sueton. in Calig. c.* 34. Quam verò legem proposuisse dicitur, ab eo minutis literis, & angusto loco, ut describi non posset, ea ad vectigalia & actiones attinebat, adeoque non tantum lex ipsa, sed & modus promulgandi captiosus erat & Tyrannicus, atque, ut ait Lipsius *specie aliqua legum evertit leges. lib. 6. Polit. cap.* 5. Quin etiam, ut libetius grassandi licentiam sibi relinqueret, legem de industria occultaverat, nec dum proposuisset, nisi importunis populi Roman. efflagitationibus permotus fuisset. *Suet. in Calig. c. 40. & 41.*

De statu Reipubl. Venetorum. SECT.

1. *Varia autorum sententia de statu huius Respublica.*
2. *Non semper mansisse Remp. Venetor. uno eodemque statu,*
3. *Prima ætas civitatis, & prima facies Reipubl.*
4. *Tribun: magistratus Venetorum.*
5. *Quos exceperunt Duces.*
6. *Paulò post Magistri militum.*
7. *Duces non habuisse superiorem.*
8. *Potestatemque transmisisse ad posteros vi successionis.*
9. *Primorum Ducum ætate nullum Aristocratia in Republica extitisse vestigium.*
10. *Recentem esse originē maximorum rerumque magistratuum.*

11. *Vt & Consilij Magni & Conciliorum caeterorum.*
12. *Solos Duces potitos fuisse rerum omnium summâ.*
13 *Quo principio coeperint concilia apud Venetos invalescere.*
14. *Origo vera moderni Concilij Magni.*
15. *Unde derivetur nobilitas Patritiorum Venetorum.*
16. *Longa consuetudine invasisse hanc formam Aristocratia.*
17. *Ad concilium Magnum neminem admitti, cujus non sit probata nobilitas.*
18. *Mixtio, quam introducit Contarenus, examinatur.*
19. *An plebs minuta civibus sit annumeranda.*
20. *Aliud argumentum Contareni rejicitur.*
21. *An in Duce Contarenus potuerit regiam majestatem ostendere.*
22. *Cum tamen nullam potestatis summa partem usurpet.*
23. *Sed legibus subjiciatur.*
24. *De concilio Precatorum.*
25. *De Collegio.*
26. *Quorum neutrum particeps est Majestatis.*
27. *Cum potestate utantur precaria.*
28. *De Decemviris.*
29. *Quod Majestate non gaudeant.*
30. *Decemvirorum potestas in punienda perduellione.*
31. *Item circa res bellicas, fœdera & pacem.*
32. *Vtrum tantus magistratus in libera Rep. ferendus.*
33. *De Procuratoribus D. Marci.*
34. *Concluditur ex dictis Aristocratia.*
35. *Majestas ex magno Concilio deducitur per partes.*

QVid sit Oligarchia, tam in genere, quam in specie, quid item Aristocratia, & quomodo per varias alterationes & mutationes ab extremo virtutis deveniatur ad extremum Vitij, ab optima Aristocratia, ad pessimâ Oligarchiam, satis superq; declaratum est: Quia vero ad Aristocratiarum ordinē Resp. nonnullas retulimus, de quibus nobis cū cæteris Autoribus per omnia nō convenit, prolixioribus argumentis persuadendū superest, quod obiter tantū præsupposuimus. Imprimis verò de statu Reipubl: Venetorum varia & discordantia tradunt Autores, dum plerique ex tribus formis eum commiscent, pauci ad Aristocratiam referunt, quæ tamen nusquam sincerior ferè alibi reperitur. Thomas *lib. 4. de regim. prin. c. 8.* scribit. *In partibus Liguriæ, AEmiliæ, & Flaminia, quæ hodie Lombardia dicitur, nullus principatū habere potest perpetuum, nisi per viam Tyrannicam, Duce Venetorum excepto, qui temperatum habet regimen:* eumq; imitatur Petrus de Andlo. *lib. 1. de Imp. Rom. c. 9. Dux Venetorum temperatum limitatumq; regimen habet, qui suam potestatem à Senatu Venetorum, Veluti lumen à Sole Luna mutuare perhibetur.* Prolixè verò mixtionem declarat & argumentis firmare nititur Contar. *lib. 5. de Repub. Venet.* præcipuè *li. 1. in fi. & lib. 2. in pr. & li. ult.* cujus sententiæ accedunt Macchiav. *lib. 1. disc. c. 2.* Guilhel. de la Perriere *in specul. Polit. p. 20.* Aristocratiam verò illic agnoscunt Patrit: *lib. 3. de Repub. t. 2.* Ianott. *de Repub. Venet:* Cosimo Bartol. *disc. 7.* Piccol *gr. 10. Philos. Mor. c. 9.* Bodin. *2. Polit. c. 1.* Corras. *ad l. 2. §. Novissimè num. 10. de Orig. Iur.* Vt autem distinctè procedamus ad exemplum Pomponij *in d. l. 2. de Orig. Iur.* distinguenda sunt tempora & concordabit scriptura. Nam quod Contarenus Remp. in eodem statu, octingentos, Patritius mille, Cosm. Bartolus mille centum quadraginta, Manutius mille ducentos annos constanter permansisse censent, in eo confundunt civitatis ætatem, cum Reipub. duratione. Nam quo tempore Attila imminebat Italiæ, & Paduam Aquilegiam, Concordiam, aliasq; civitates circumcirca solo æquaverat, avitis ejecti sedibus cives, in vicinas insulas, aquarum interstitio ab hostili in sultu munitas, frequentes secesserunt, & ab anno à nato Christo 431. quo Paduani creduntur primum lapidem in Rivalto jecisse, usq; ad annum 456. sine magistratu & ordine quasi in exilio, spemq; metumq. inter dubij diversos scopulos, prout sorte eos occupassent insederunt. Quosdam etiam in patriam amor retrahebat, quam metu deseruerant, cū Attilæ adventus in singulos annos nuntiaretur: sed

Marginal notes: 1. [illegible] auto[illegible] [illegible]ten[illegible] [illegible] [illegible]ntur. — 2. *Varie fuisse Remp. Venetorum mutatam.* — 3. *Prima ætas civitatis & prima facies Reip.*

postquam tarditatem adventus, gravitate sævitiæ compensarat Attila, & spem redeundi in patriam exulibus præsciderat, vastatis agris & solo æquatis urbibus, tum demum post Italiæ vastitatem, quo dixi, anno, consilium de uniendis animis exulum & contrahendo populo in unam civitatem inierunt. Effecit autem natura loci, ut quoties Gothi, Longobardi, Franci per Italiam cæde & prædationibus grassarentur, toties materia nova crescendi Venetiis nasceretur, dum ex vicinis quibusque provinciis huc se recipiebant, tanquã ad asylum, quoscunque patriis focis furor hostilis abigebat. Nam & contra Gothos Bellisario ac Narseti Iustiniani Imperatoriis Ducibus auxilium tulerunt, & Pipini Caroli M. filij classem armatam profligarunt Anno 804. cum Obelerius, nonus in ordine Ducum, rerum potiretur. Quâ verò Reipub. formâ inter se consenserint ab initio, à nullis ætatis illius Annalibus certò traditum reperitur: Verisimile autem est, ut sparsim ex distinctis Respublicis confluxerant sine Duce & Autore, cujus auspitia sequerentur: ita promiscuè arrepta inter se sceptra divisisse ad imitationem civitatum, unde prodierant.

4. *Tribuni primi magistratus Veneti.* Primis enim temporibus Consules magistratum ac directorium summum obtinuisse, quo tum magistratus etiam Patavini utebantur, ex antiquis historiis referunt Sabell. *de Repub. Venet.* Pontan. *de increm. Vrbis Venet.* Gianott. *della Repub. di Venet.* Mox mutato nomine Tribuni dici & pro numero Insularum creari ceperunt, *Volat. 4. Geogr. cap. de Venet.* Sed cum imperio limitato & totius conventus sententiæ obnoxio. Quoties enim amplitudo negotij exigeret, in Heracliam insulam continenti viciniorem, concilium indicere, ibique quæ ad publica commoda spectabant, decernere solebant, quod est indicium popularis status, quippe cum sine exceptione cuivis Insulanorum ad reddendum suffragium ire fas esset. Mansit hæc comitiorum & magistratuum ratio usque ad annum Christi 703. Vrbis verò conditæ 282. quando dissensio Tribunorum majori magistratui occasionem dedit ad quem à Tribunis appellatio daretur, cujusque metu ad concordiam ipsi redigerentur. Illi impositum fuit nomen Ducis, & summa autoritas in Repub. etiam in ipsos tribunos, qui quidem creari non desierunt. Sed a majori splendore sensim extincti, & quasi pro nullis habiti fuerunt. Nec diu in libera civitate toleratus fuit magistratus cum tanta potentia, sed interfecto Vrso, tertio ex Ducibus, per seditionem populi, novum iterum Magistratum creaverunt, quem Magistrum Militum vocarunt,

6. *Ma[illegible] litum.* *Maestro de Cavallieri*, ejusque imperium annuo spatio incluserunt. Sed illius item post quinquennium pertæsi, ad Duces redierunt, inter quos & populum de summa imperij perpetua extitit contentio, adeo ut Ducum alij honore dejicerentur & in exilium mitterentur, alij in media concione perirent, non viâ aliquâ juris, ut hodie Duces ab Inquisitoribus & Correctoribus huic fini creatis judicantur & prout rei [illegible] fuerunt, post mortem condemnantur, sed per seditionem & impetum totius populi.

7. *Duces n[illegible] aliq[illegible] perierunt.* Nam quia cum summo imperio creati erant Duces, facilè, quod populo relictum fuerat, qua vi, qua fraude ad se cum tempore rapere poterant, nec populo alterius remedij copiam faciebant, quam pœnitendi, aut seditione extra ordinem nimiæ potestati obviam eundi, qua via populus Rom. incessit contrà Decemviros, postquam per vocationem & legitima quæcunque remedia inconsulta voluntate abdicaverat. Cont â V[illegible]sum quippe Ducum tertium, id unicum remedium inventum fuit, ut per vim è medio tolleretur, cujus ad exemplum alij postea aut trucidati sunt, aut post excæcationem in exilium vel solitudines relegati. Mauritius Heracleanus cum Iohanne filio a magistratu detrusus & inter privatos redactus fuit, substituto à populo Obelerio tribuno Medoacensi: nec licuit eidem Iohannem Patriarcham Gradensem de turri præcipitem dare, sine populi consensu. & Otto Vrseolus coactus fuit Gradum à Pop[illegible]o Aquilegiensium patriarcha dolo v[illegible], ex SCto *ut ait Volaterr.* restaurare, nec tamen ne sic quidem effugit, quin ab [illegible] populo Constantinopolin relegatus [illegible]. Angelus Particiacus, primus R[illegible] post multos labores, cũ adversare [illegible] familiæ Mastalitiæ apud Gradum [illegible] coaluit.

co[illegible]ctus fuit. Tribunus Memmus cum orta e[illegible]et inter duas nobiles familias, Caloprinos [illegible] Maurocenos, discordia, magistratu deje[illegible], [illegible]ter Monachos præ dolore animi vitam [illegible]iit. Dominicus Sylvius, qui omnium a[illegible]ic se Ducum autoritatem superarat, exi[illegible]o nihilominus multatus fuit, ob id solum, quod infeliciter in expugnatione Dyrrha c[illegible]p[illegible]gn[illegible]sset. Vitalis Michael, cum bello C[illegible]stant[illegible]nopolitano contra Emanuelē Im[illegible]ratorem, ærarium exhausisset, pestemque [illegible]de reversus in Vrbem induxisset, & eo no[illegible] convocata concione, rationem redde[illegible] [illegible]ggrederetur, quare nova exactione po[illegible]pulum gravare coactus fuisset, in via, qua ad [illegible]dem S. Sachariæ ibat, interceptus periit.

8\. [illegible] H[illegible] omnes & quos iis comites dedit furor popularis, ut soli potestate potiebantur: ita soli sustinebant invidiam malè gestorum, quandoquidem eo usque propriam sibi suisq; fecerant Rempub. ut eam pro libitu in successores cooptatos, vel liberos & hæredes transmitterent. Candianus ob insolens & ferox ingenium exclusus à patre, armis Ducatum repetiit, possed itque invito populo, à quo demum suffocatus periit. *Volat. lib. 4. Geogr.* Itaque Dominicus Flabanicus, Dux XXIX. popularis homo & prudentia senili, ne Resp. demum paucis familiis in prædam cederet, lege lata successionem prohibuit, eademque Viscolorum familiam, liberæ civitati nimis gravem, continuatisq; imperiis majora spectantem, quàm videretur è Republ. fore, urbe ejecit exemplo non absimili, quo Brutus Tarquiniorum nomen è Republ. Romana delendum suadebat. Quod si tanta fuit eo tempore Ducum potentia, tanta autoritas, nullum sinceræ Aristocratiæ locum reliquit,

9\. *Dn[illegible]* ut pluribus argumentis disputat Don. Giannott. *de Rep Venet. [illegible]pr.* Nam si tum optimatibus sua constitisset dignitas, non licuisset cuiquam Ducum sibi ipsi successorem invenire, multò minus populus ad prodēdum Ducem tumultariis votis admissus fuisset. Quicunque enim electi leguntur, nunquam a selecta manu optimatum ordine quodam certo, sed ab universo populo confusa acclamatione proditi leguntur ut testatur Bernhard Iustinian. *lib 11. histor. Venet* Contaren. *Lib. 2. de Republ. Ven.* & in omnibus vetustis commentariis sese reperire confitetur Iannottus. Nec opus fuisset via indirecta & injusta seditione ad redigendos in ordinem Duces, si vel penes populum, vel penes paucos præcipuos imperii Majestas indivulsa resedisset. Constituta enim Republ. & potestate summa ad nobilitatem contractâ, Magno Consilio facta est potestas principem coërcendi, & processu ordinario ab Inquisitoribus & Correctoribus instituto, ejus acta ad censuram revocandi, quemadmodum Loredanus in mille quingentos aureos condemnatus fuit post obitum, *per non haver tenuto quel grado con quella magnificenza, che rechee de [illegible] tanto magistrato*: & Falerius non tantum capite multatus, sed & domicilium ejus solo æquatum fuit, *Iustin. libr. 4. histor. Venet. ob crimina*, ut habet inscriptio area: Quin etiam summotum capitū in quibus hodie Majestatem Reipubl. recumbere paulò post ostendemus, recentior est origo,

10\. *Recentem esse originem magistratuum.*

& ultra annum à nato Christo 1175. non excurrit, quandoquidem Decemviri, quorum præter omnes magistratus hodie summa est autoritas, sive de pace & bello, de fœderibus & induciis agatur, sive judicium perduellionis in cujusque caput exerceatur, adeò ut aliquando successores creare cæteri magistratus recusaverint, aut ab ipso Sebastiano Cajano, quo dixi anno, introducti sunt, ad ulciscendam necem Vitalis Michaëlis, aut anno 1290. à Petro Gradonico, ut est aliorum opinio. Procuratorum secundus eadem ætate prodiit, cum Cyanus legatis suis reditus S. Marci ditasset: Tertium & quartum addidit Renerus Zenus Anno 1270. Quintum & Sextum Iohannes Superantius, 1313. Franciscus Foscarus Ann. 1423. usq; ad novem priorem numerum extendit. Iis honoris gratia sex alii adjecti sunt, Anno 1509. cum Victoria Ludovvici Regis Gallor. exercitus Venetos stravisset, & ex privatis ditissimorum civium bonis publico subveniendum esset. Vt enim plures ad impensas hasce publicas invitarentur, qui Reipubl. inopiam suo ære solati fuerant, honori Procuratorio, qui post principem summus habetur, asscribebantur, factumque est inopia ærarii, ut nunc viginti quatuor eo honore gaudeant. Quo tempore originem incrementumve sumserint Con-

11. *Vt & Consilij Magni.*

filium Magnum, Consilium Prægatorum, Collegium Sedecimvirorum, & qui hæc componunt Magistratus, æquè incertum est, ac quo tempore apud Germanos invaluerit ordo Electorum, & constitutus sit Senatus principum Civitatumque, qui hodie Majestatem imperii repræsentat. Hoc tamen certum est, quod ante Vitalem Michaelem, nullius istorum Reip. membrorum à quoquam mentio fiat. Facta autem omninò fuisset ab iis, qui bella, fœdera & res gestas domi forisque descripsias reliquerunt, cum hæc omnia non à solo Duce, sed potius ab id genus superioribus Conciliis & Magistratibus geri oportuisset.

12. *Duces potius fuisse solos rerum omnium summa.*

Probat idem Ianottus etiam hoc argumento, quod infortunia & ærarii depauperatio indeq; secuta tributi indictio non potuissent imputari soli Duci, quemadmodum Vitalem suprà diximus ob novas exactiones à populo trucidatũ fuisse, si non solus Dux eorum omnium arbiter & Dominus extitisset. Nam cum necessitas novas impositiones exigeret, exhausto ærario bello Cretico, quod contra Genuenses gestum erat, etiamsi seditioso tumultu Palatium occuparet populus, Renero tamen Zeno, qui tum Dux erat, nullam injuriam inferebat, quippe, quem nõ magis autorem hujus mali, quam quemvis alium è Senatu sciebat: & vicissim ante centum annos, cum victoria Gallorum Venetos in summas angustias cogeret, & jacturam totius Lombardiæ, eoque nomine privatorũ bona ingenti tributo gravarentur, non tantum non in infamia fuit Lotedanus princeps, sed ne tumultus quidem extitit, quod cõcordi tot magistratuum consensui magis confideret populus, quam unius Ducis lubicro arbitrio. Quanquam igitur difficile est in tanta rerum incertitudine & historiarum lubrico, de statu Reipublicæ ejus ætatis exactum judicium ferre: tamen Aristocratica forma illi certissimis indiciis detrahi citra controversiam potest, cum aut ad populi voces, aut ad Ducum autoritatem omnia relata fuisse constet. Et sicut ab initio populum, ita postea Duces prævaluisse, non obscurè ex gestis utriusq; ætatis colligi & demonstrari posset, nisi operam placeret ludere supervacaneam.

13. Quacunque enim fòrmâ florere cœperit Resp. certum est, quod hodie ad sinceram Aristocratiam, seu Oligarchiam leviter [illegible] temperatam delapsa sit, cujus initium non aliunde accersendum esset, quã ab initio Magni Consilii si de eo constare posset. Reperitur autem inde à tẽpore Vitalis Michaelis mentio Consilii cujusdam, in quo numerantur quadringenti homines, aut præter propter à XII [illegible] iis ad hoc in singulos annos electi, ut Reip. cum Duce præessent. Ejus originem ad annum 1175. & sequentes triginta rejicit Ianottus, quia ante Sebastianum Cyanum nullus fuisset consilii usus, cum Dux eligeretur à populo, & reliquorum magistratuum aut nulli essent, aut ab arbitrio Ducis dependentes, qui & ipse, cum Remp. summa potestate moderaretur nihil ferè reliquum Consilio faciebat. Addit quod paucarum familiarum mentio ante illam ætatem fiat, nisi si quas illustres reddiderint continuati in iis Ducatus: Item quod discrimen Nobilium & plebis tum demum expresè nominatum invenitur, cum Veneti colonos in Cretam ex civibus conscriberent. Non est autem ne hoc quidem Consilium cum hodierno confundendum, quippe, quod non constabat ex universa nobilitate, nec erat perpetuum, sed in singulos annos de arbitrio Duodecim virorum mutabile. An. vero 1217. cum Petrus Gradenicus jam in septimum annum Re.p. præesset, Leonhardus Bembus & Marcus Badoerius, præpositi Quadraginta Virûm, *Capi del consiglio de XL* in hoc collegio legem proposuerunt deliberã. Iam *ut quicunq; præsens: anno & quatuor præteritis consilio Majori ascripti fuissent, sine nova electione in illud cum tota posteritate admitterentur*, quæ cum primum digna visa fuisset promulgatione Quadringinta viris, proposita deinde Consilio Majori, non minorẽ applausum meruit, eaâq; factum est, ut in posterum iis familiis, quib. tum aditus in curiam patebat, dignitas illa & libertas, in hæreditatem cesserit. Quod si ita est, ut esse vero non absimile videtur, nobilitas Venetorum *cum Patrit. 3. de Repub. t. 2.* non ab illis accersenda venit, qui primi Insulas insederunt, quẽadmodum Arist. imperium obtinuisse in Creta scribit, qui sedem illic primi ceperunt, & accedentem multitudinem in patrocinium aut sub juris

[illegible] ma [illegible] menta.

14. *O[illegible] ii [illegible] Magni.*

jurisdictionem damnarunt, sed à longi temporis allectione, qua spectatissimi quiq;, & ut verisimile est opulentissimi, quippe qui plus juris sibi vendicare solent, prout in communionem plus hominum & bonorum conferunt, ut ait Arist. 3. *Polit. c.* 7. ad regimē Reip.

16. [illegible] orta sit [illegible] Pa[illegible] ve[illegible]

per vices adhibebantur. Postquam verò in certis familiis Reip. Majestas firmari cepit, & consequenter reliquis omnibus, sive divitibus, sive pauperibus, fores occlusæ fuerunt, inde nobilitas familiarum exordium traxit, perinde ut Andreas Doria lege lata, nobiles esse jussit, quoscunq; in consortium Reip. ex ditissimis civibus asciverat, nisi quod cōsuetudo lōga præstitit apud Venetos, quod una lex apud Genuenses. Nec hoc dico, quasi honoratæ nobilesque familiæ nullæ extiterint ante hanc ætatem, cum crebrò mentionem fieri videamus, etiam ante illud tempus, quo de prioris consilii Quingentorum origine & constitutione certi aliquid conjicere possimus, multarum familiarum, quibus nobilitatem Ducatus, aliiq; magistratus intulerūt, in quorum ordine invenio, *Ursëolos, Particiacos, Mastalitios, Maurocenos, Calo[illegible]rinos, Baduerios, Memmos, Falerios, Michaelios*, &c. Sed omnium earum, quæ nunc patritiatus honore superbiunt, æquè vetustam originem esse nego, quando ad tantam multitudinem multos ex omni populo, quē hactenus Reip. participē fuisse demonstravimus, allectos consuetudine inter patritios annumeratos fuisse necessarium est; eum absq; eo fuisset, tantum bolum tam modestè uno imperii è faucibus sibi eripi tam potentes cives non sivissent. Ferè autem fit, ut consuetudine, cujus violentia temporis ipsius lapsu evanescit, non secus, ac sensim illatebrans se intemperies sensum aut latet aut fallit, facilius mutentur Resp. quam abrupta lege, cujus exemplum paulò post. *cap.* 6. *Sect.* 5. in imperio Germanorum huic nostro similius, quam ovum est ovo exponemus. In Republ. Venetorum etiam eò plus asscribendum est consuetudini, quò minus lege aliqua unquam cautum demonstrari potest, ne cives non nobiles ad magistratus admittantur.

[illegible] Reip.

Modò verò pergemus ex præsenti Rei publ. ordine manifesta Aristocratiæ documenta promere, postquam constat ad Magnum Consilium neminem admitti, qui Advocatoribus nobilitatem suā prius non probaverit, quam cautionem adeò strictè observant, ut si quis id judiciū subiturus sit, quinquagēntos ducatos cogatur coram officio, *che dal l'vulgo si chiama Avogaria*, deponere & si in probatione defecerit, ærario cōfiscandos relinquere, ut confitetur ipse Contar. *libr.* 1. *de Rep.* rationem addens non improbabilem, quare Majores maluerint ex nobilitate, quā divitiis Senatum supremum cōstituere: Vndemirum est, quibus argumentis inductus, Remp. Venetorum ex tribus speciebus componere & miscere voluerit, & præcipuè in hoc conventu Vniversæ nobilitatis Democratiam, in collegiis magistratuum Oligarchiam, in Ducis dignitate Regni speciem collocare. Nam si in Magno Consilio, ut ipse conceptis verbis confitetur, *consiste la summa auttorita di tutta la Republica*, aut ut paulò post ait, *da quello pende tutta la Republica*, & illud ex solis nobilibus conflatur constat Remp. consistere in manu nobilium & ex ea ratione esse vel Oligarchiam vel Aristocratiam, vel confusa ratione ex utraque commixtam. Sunt enim nobiles ubique minor pars civitatis sicut ex centū millibus hominum Florentiam incolentium, non nisi tria ad magistratus capessendos admitti tradit Scip. Ammir. *disc.* 1. *lib.* 20. *supra Tac.* & ad summum Venetiis non numerantur supra quatuor millia, ex quib. demendi sunt iterum Sacerdotes & juniores 25. annis, dum interim ante annos 58. censa fuisse civium reliquorum præter patritios, quinquaginta novem millia trecentos quadraginta novem, exceptis infantibus infra 7. annum, narrat Bodin. 2. *de Rep. c.* 1. Ianottus tria millia patritiorum conficit, quibus potestas est ingrediēdi Concilium: civium universorum quadraginta millia, in singulas familias, quarum viginti millia sunt, bina capita computando Quantò facilius Oligarchiam à Pisandro Atheniensib. inductam ad Democratiam detraheret, eò, quod quinque millia civium in societatem imperii cooptasset quos quadringentis convocare jus esset. *Thucyd. li.* 8. Omnium enim Politicorum placitis repugnat, quod in favorem suæ mixtionis subjungit Contar. *Minutam plebē artificum & merce-*

17. *Ad magnum Consilium neminem admitti, nisi non sit probata nobilitas.*

18. *Mixtio Contareni examinatur.*

mercenariorum non esse cives, perche il Cittadino è huomo libero, & tutti questi cioè gli artigiani & mercenarii, servono ò servitu pu-
19. *An plebi mi-nuta civibus accensenda.* *blica o privata.* Nam Aristot. quanquam *lib. 7. de Rep.* ex optima civitate fordidos opifices excesse jubet, eò, quod in illa civis à bono viro non differat, id genus verò hominum, qui cum fordibus luctantur, aut quos strenuè mentiri oportere dicebat Cicero *1. offic.* si rem facere vellent, ad virtutem assuefieri impossibile sit, sed in vulgari Republ. locum iis relinquit 3. *Polit. c. 4.* & 4. *Polit. c. 4.* Servius capite censos infimæ classi asscribit, qui si non aliter saltem operis & prole sufficienda prosunt. *Hallic. lib. 4.* In ipsa civitate Venetor. cum Andreas Dandolus ducum quinquagesimusquartus, post vehementem pestilentiam legem proponeret, qua civitatis jura offerebat cuicunque, qui duos annos domicilium in urbe cepisset, an tum soli divites habitatum illic iverant, & non potius illi, qui rerum suarum felicius incremētum alibi, quam in patria sperarent? An soli Nobiles ex vicinis oppidis aufugerant in insulas nec secuta plebs, quarum opera in dies singulos uterentur? Quod si etiam artifices & Mercenarios excluseris, quid fiet de Mercatoribus, viris doctis, aut Militiæ deditis, quid de iis, qui ex reditibus annuis vivunt, etiamsi nobiles non sunt, quos Ianottus peculiari nomine *de Cittadini* honoratur? an illorum non æquè magna futura est multitudo, atq; nobilium? Sed nec ratio quicquam permovet, quod id genus homines sint servi vel publici vel privati, quia inter operas seu servitia & jus servitutis tantum interest, quātum inter habitum & privationem, lucem & tenebras, ut *lib. 1. c. 3. Sect. 6. in fin.* ex Quin-
20. *Aliud argumentum Contareni retexitur.* tiliano & ICtorum ll. demonstravimus. Porrò verò, quod popularitatem Reipubl. ex eo cōvincere laborat, quod magistratus omnes adeò omnibus pateant, ut nec duobus ejusdem familiæ aut arcta cognatione conjunctis in eodem officio concurrere aut Electorum partes simul subire fas sit: quod item non per suffragia deliberato consilio, sed per sortem eligantur, in eo partim sibi adversatur, partim in eundem impingit. Eligun tur ex omnibus promiscuè magistratus, qui Concilium Magnum frequentant. Atque illuc neminem videre est, qui nobilitatem an tea non probaverit. Oblatum aliquando ad capessendos magistratus hominem non nobilem ab uno atque altero Electore testatur Ianottus, sed intercessione collegarum repudiatum fuisse. Sors etiam admiscetur, sed ubi ad summum deventur, statur judicio prudentissimorum civium, ut in Electione Ducis ipse Contar. testatur. *libr. 2.* nec vero occulta per globulos suffragia cū sorte confundenda sunt, quoniam suum quisq; consilium sequitur, dum calculum huic ad... alteri demit, in quo abacorum numero sorti locus non magis datus, quam in Chirotonia Atheniensium.

21. *An in Duce ... po... ostendere.* Priusquam verò Concilio Magno suam asseramus Majestatem pergemus cum Contareno Regiam potestatem examinare, quam ille in Duce exhibet *lib. 2.* ut postquam tàm Monarchiam, quàm Democratiam ex Resp. hujus ambitu exclusimus, tandem in statu Aristocratico concludamus. At quænam est illa potestas? *la spesa publica, lo honore, la dignità & la specie Regia.* Nam in hæc tandem desinit, postquam dixerat potestatem tam arctis legibus circumcisam fuisse, ut liceet alios magistratus officii admonere, & cum iis votum suum etiam nō rogatus, permiscere possit, nullibi tamē plus possit, quam quivis illorum, imò ne arguendi quidem indiligentes facultatem habent, nisi corā Consiliariis, qui illi tanquam Ephori & custodes adjiciuntur, dies noctesq; in easdem ædes damnati, ne quid suo unius arbitrio agendi oc-
22. *Qui summa... ... usurpat.* casionem Dux habeat. An tu vero ex regia veste, quæ publico stipendio præbetur, regiam potestatem æstimabis? Certè quem omnes capite nudo prætereunt, cui stantes loquuntur sedenti, quem sublimi throno conspicuum ex humilioribus suspiciunt, eum, si minimum à præscripta formula declinaverit, non tantum pro imperio ad edendam rationem citaturi, sed & capitis damnaturi sunt, quemadmodum Sabellicus præter Falerium duodecim Duces enumerat, vel populi furore cæsos, vel supplicio ex lege affectos, quod in leges peccassent. Literas signari nomine principis & sub ejusdem titulo promulgari leges, esset fortè al... si omnia fierent in speciem magis, quam ex

ref

rei veritate. Literæ enim nullæ foras à Duce mitti possunt, nisi à quatuor consiliariis, adeoque à duabus tertiis Collegij subscriptæ quæ inter secreta Reipublicæ in testimonium seponuntur, dum, quæ Solius Ducis nomen per se ferunt, foras prodeunt, quanquam & hi ipsi, licet in universum concordes, sine autoritate Conciliorum cum effectu nihil renunciare possunt, quod sit alicuius momenti & tendat in præjudicium Reipublicæ. Quæ ex collegio Decemvirorum depromuntur, præter nomen Ducis adjectum habent etiam nomen Collegij. Monetæ imprimit effigiē suam Dux, fateor, sed in hac licentia nullum jus consistere, quod quidem ad Majestatem attineat, *in lib. de jur. Majest. 2. cap. ult. in fin.* dictum fuit. Accedit quod hunc ornatum hanc monetas percutiendi potestatem alij Pontificis alij Imperatoris indulgentiæ acceptam referant & quasi precariam haberi velint. *Volat. lib. 4. Geogr.* Quantacunque verò sit dignitas, quâ Ducem suum venerantur Veneti, tantò minus potestatis ei tribuunt, quantò plus honoris, ut ipse confitetur Contar. *li. 2.* quando sic concludit: *Finalmente tem senza molto estendermi in ogni cosa una spetie di Re potrai scorgere, ma nella potestà in cosa niuna.* Et Ianott. *Come che solo il Doge possegga tanta degnità nongli è però in cosa alcuna potestà intera concessa. Percioche non solamente non può determinare alcuna, benche picciola cosa, ma etiandio esseguire senza la presenza de consiglieri, i quali sono sei uno per Sestiero.* Imò non tantum absque consensu Consiliariorum ne minimum quidem aggredi potest, sed ipsi consiliarij absente Duce tantundem possunt, nec minus Senatum consulendi facultatem habent, atque Dux ipse, perindeq; deliberationibus omnibus interveniunt, atque ille, adeò ut nihil proprium aut peculiare relictum sit Duci supra cæteros magistratus, præter primum locum in comitiis, præcessionem in solemnitatibus, & cum regia veste supremum honorem.

23. ... sub- ...r.

Nam cum legibus usqueadeò subjiciatur, ut ab iis damnari & morte multari possit eum, ut olim reges Aegyptiorum, privatæ quoque vitæ præscriptam formulam habent, tempus instituendorum Comitiorum rationem vestitus, numerum donorum, in cives distribuendorum, ac tantum non horam decumbendi & surgendi, cum denique in omnibus consiliis, si cæteri dissentiant, nihil reliquum habeat, præter gloriam consentiendi, quid nam in eius officio Contarenus mihi regium demonstraturus est? Regia enim Maiestas non consistit in apparatu externo, sed in summa potestate, quæ ut primum remitti aut sub alterius arbitrium cogi cœpit, à seipsa cadit & regij nominis jacturam facit. In legitima enim regni cum cæteris Rerumpublicarum formis conmixtione, si non omnia saltem quædam Majestatis jura illibata retinet Rex, ut in imperio Roman. & regno Polonorum infrà demonstrabimus, Atqui Dux Venetorum, cum expers sit omnis potestatis, & ut ait Bodinus, *Solus nec vocare quemquam, nec prehendere, nec punire queat*, tam longè amoveri debet à nomine Regio, quàm longè à regia potestate abscessit.

24. *De Concilio Precatorum.*

Progreditur dehinc Contarenus *libr. 3.* ad illam partem, in quâ collocat Oligarchiam seu Aristocratiam, nimirum ad concilium Precatorum, *Pregai* vocant Veneti, seu ut Tuscani dicerent, *Pregati*, eò quod antiquitus à viatore corrogari solebant, quibus admiscet collegium *Sapientum*, tanquam Præconsultores, quibus potestas data est, ad Senatum referendi & concilium pro rei indigentia convocandi. Ne autem lector ignoret, quæ sit huius concilij, horumque Sapientum, quorum conventum Veneti peculiari nomine vocant *Il Collegio*, sciendum est,

25. *De Collegio.*

quod Collegium constet ex supremis quibusdam magistratibus, Duce, Sex Consiliariis, tribus Rectoribus, Quadraginta virûm, *Capi de L X.* dictis, item triplici ordine sapientum, quorum præcipui vocantur *I Savi grandi*, & singuli in Collegio locum habent, reliqui *I Savi di terra firma & di mare*, ex quorum singulis ordinibus non nisi unus admittitur. Hi, quia sunt decus civitatis & flos prudentiæ, ex benè meritis magistratibus & magnitudine rerum gestarum ad tantum honorem progressis, judicio summorum Senatorum diligenter selecti, quidquid intus forasque geritur, ad deliberationes suas recipiunt

prius, quam toti Senatui proponatur, nec Senatum convocant, nisi ipsis res digna visa fuerit, quæ in publicum producatur. Respondet hæc pars Reipublicæ Senatui Areopagitico, non tantum propter summam reverentiam, quæ virtutem Senatorum sequitur, sed etiam, quia res maximi momenti, quas in publicum statim effundi utile non est, prius in utramque partem loco reducto examinant, quò præjudiciis suis reliquo Senatui viam ad rectè concludendum præmonstrent: Sed quia nihil decidere inter se aut finaliter concludere possunt, *senza l' approbatione del consiglio de Pregari*, à participatu Majestatis meritò removentur, nisi in omni Republica reducto paucorum eorumque optimorum civium Senatui Majestatem in manus asserere velimus. Quia verò Senatus Rogatorum nonnullas leges à magistratibus propositas ratas esse jubet, magistratus quosdam eligit, & de pace & bello consultationes init, propius aliquantulum videtur ad Aristocraticum statum Rempublicam deducere, potestatemq; Ducalem cum populari multitudine, ut ait Contar. quasi medio quodam vinculo colligare Nam *Tutta la cura del governo della Republ: appartiene al Senato. Ciò che per auttorità del Senato sia deliberato s' ha per rato & fermo. Per proposta & deliberation loro se fanno le paci & si muovono le guerre. Le entrate anchora di tutta la Repub: per commandamento loro si riscuotono & si spendono.* Nec id mirum videri cuiquam aut novum debet, cum non tantum in populari, sed & Monarchia Romanorum Republica parem reperiamus Senatus potestatem, ut *cap.* 6. *sect.* 3. & 4. ostendemus, quoniam non est Senatus propria, sed precariâ & ab arbitrio concedentis dependens, à quo & novis legibus circumscribi & in integrum revocari potest. Constat enim hic Venetorum Senatus hodiè, ex Sexaginta Senioribus, quibus totidem sub nomine *della Giunta*, quasi adjuncti nuper sub Ducatu Francisci Foscari adjecti fuerunt, cum antea pro varietate negotiorum, nunc plures non pauciores adjungi consuevissent. Accedit infinitus numerus majorum magistratuum, quibus omnibus in Senatu locus vacat, partim ad edenda suffragia, partim ut sani consiliis audiendo assuescant, quando suffragij non habent, adeò ut si præter 12 Senatores, reliquos, quibus huc patet aditus, annumerare velis, ultra ducentos sis inventurus, ex quibus plures, quàm centum quadraginta jus suffragij participant. Ne denique accenseam eos, quibus honoris gratia in curiam accessus datur, propterea, quod pecuniam Reipublicæ utendam dederunt, tam diu, donec ea persolvatur. Quia verò aliò Magistratus plerumque distrahuntur, & rarò in Senatum universi conveniunt, facta est lex, ut causæ introduci, aut deliberatio cum effectu institui non possit; nisi sexaginta præstò sint, qui fuit antiquus numerus, quo Senatus primum comprehensus erat. Sed hi omnes, quantamcunque potestatem habeant, eam uni Concilio Magno debent, à quo per suffragia adoptantur, & potestatem Electione accipiunt: ideoque graviora negotia huc plerunque remittunt, aut à magistratibus transferri æquo animo patiuntur. Lex enim Censoria qua prohibentur nobiles, gratulandi causa, apud recens creatum magistratum coire, licet probata esset Senatui, tamen ut plus acquireret autoritatis, in Magno Concilio de novo disceptata, & tum dentum conclusa fuit, ut refert Ianott. *de Republ. Venet.* Quin etiam in arbitrio Collegij situm est, utrum à Senatu vel Concilio Magno legis ratihabitionem petere velit, nisi quod majoris sint autoritatis, quæ in toto consessu feruntur, cum à Senatu solo latæ adhuc sint obnoxiæ censuræ Consilij Magni, à quo diversum sanciri posset, quanquā id rarenter evenire necesse est, eò, quod Senatores in maximo quoque Comitatu primas obtineant, & reliquis quasi Autores objiciantur, quos sequantur, Alias iam arctè quoque circumscripta est potestas Rogatorum, ut nisi quatuor, adeoque plus quam media pars consiliariorum præsto sit, nullius rei deliberationem aggredi possint. Magistratuum quoque electionem divisam habet Senatus cum comitatu Maximo, quoniam per *Scrutiniū*, ut vocant

Se-

26. *Quorum non sit particeps est Majestatis.*

27. *Cum potestate utantur precaria.*

Senatus quidem prodit candidatos, sed comitiatus ex propositis potestatem eligendi habet, in quem plurium calculi consensérint. quemadmodum in Consiliariis tex, bini Censoribus, & Præfecto armorum nec non Adjunctis Senatus, observari scribit San Iovin. *de Repub Venet.* Sapientum enim qui vocantur, electio relinquitur in potestate Senatus.

18. *De Decemviris.* Cum igitur ex hisce perspicuum sit, Ducem omni regia autoritate nudatum esse, Senatus verò & summorum magistratuum potestatem à Comitiis seu Concilio Maximo dependere, facilè esset in manum totius nobilitatis, quæ ad concilium hoc vocatur, Majestatem concludere, nisi Concilium Decemvirorum, quod Contar. *libr.* 3. malè Ephoris Lacedæmoniorum, & Decemviris Romanorum, rectius Ianotius, *de Rep. Venet.* Dictatoriæ Majestati assimilat, quoniam à reliquo corpore non dependet, nec subjicitur concilio Maximo aliter, quàm quod ab illo per electionem cõstituatur. Sententia enim, quam profert, provocatione ad Senatum Rogatorum aut conventum Maximum retractari non potest, nisi eam vel ipsi Xviri, vel *Quid Maiestas eis gaudeant.* successores mutent. Nihilominus, ne huic quidem magistratui summa potestas asscribi potest, cum & ipse precarius sit, & à tota universitate eatenus dependeat, ut non tantum in ordinem cogi, sed & prorsus abdicari possit, quemadmodum nõ semel apparuit, cum nimiam potentiam in suspitionem trahentes, reliqui Senatores iis date successores tergiversarentur. Nec verò soli quicquam concludere possunt, nisi accedat Ducis & Consiliariorum præsentia, maximæq; horum partis consensus. Quin etiam, ubi exigit negotii difficultas, Sapientũ duo ordines, *i grandi & quelli, di terra ferma*, nec non Advocati & novem Procuratores, & præter hos quindecim ad id singulari judicio selecti Senatores, *la Giunta* vocant, adjunguntur, ne salus totius Reipubl. paucorum fidei temerè concredita videatur. Quod verò propria Majestate non subsistanr, ex eo apparet maximè, quod non de quibusvis rebus cum summa autoritate, (Sic enim nihil relinqueretur Senatui aut Cõcilio Maximo expediendum) sed de iis tantum statuendi facultatem concessam habeant, quas oportet subitò & occultè expediri. Nam nec leges cõcedunt, nec magistratus constituunt, sed reprimendis seditionibus, prævertendis conjurationibus, occultis fæderib. contrahendis aut resolvendis potissimum subserviunt. Verisimile est, hos esse illos eosdem, quos vindicandæ neci antecessoris & conquirendis conjuratis creaverat Sebastianus Cyanus, licet eorum origo vulgò asscribatur Petro Gradonico. Sed ut officia, quæ deprænhenduntur cum tempore utilia subinde ampliora evadere, & plura ad se trahere negotia cõsueverunt, ita huc quoque accesserunt, quæ occultè machinari & sine strepitu & ambagibus ad finem perduci utilitas publica requirebat. Prima igitur Xvirorum cura consistit in punienda perduellione & civium cõjuratione, cui rei Romani sæpe solebant Dictatorem dicere, utpote contra Melium & Manlium, quod L. Quintius *in magistratu constricto legib. de provocatione, non sat esse virum* diceret, *ad eam rem pro atrocitate vindicandam: opus esse non forti solum viro, sed etiam libero exsolutoq; legum vinculis* Liv. *lib.* 4. 10. *Decemvirorum potestas in punienda perduellione.* Receptum enim est in omnib. Rebusp. probè institutis, ut cõtra Majestatis crimina sine strepitu procedatur, *Extrav. ad repremẽd. §. Hac edictali non obstantibus legibus aut consuetudinibus quibuscunq;*, ut *ibid.* dicit Imperator. Ad leges verò ad silentium redigendas magistratus, quem juramentum legibus alligat, non sufficit. sed opus est viro legum vinculis exoluto. Nam si contra Catilinam Cicero potius Dictator creatus, quam consulari potestate usus fuisset, non præbuisset adversariis materiam calumniæ, quasi contra leges carnificem & laqueum civib. induxisset. Servilii enim Halæ cædes, licet indicta causa Melio caput finderet, extra culpã fuit, jussu Dictatoris satis excusata. Lucenses ferè ad imitationẽ Venetorum vindicandæ perduellioni habent peculiarem magistratũ Secretariorum, quib in eo negotio absolutam dant potestatem supra ipsum vexilliferũ, nullius imperio ante sentẽtiæ executionẽ obnoxiam. *Innãzi, ch' essi faccino operatione alcuna, ne debbon rẽder la causa al cõsiglio. Et tal hora avviene, che niercãdo cosi la materia essi esseguiscono, & poi rendono la ragione al cõsiglio dopo il fat-*

trahunt, ut magistratus designandi potestatem populo eripiant, sibique ipsis ex suis parentelis successores dent, secundus gradus Oligarchias oritur, quem excipit tertius, magis adhuc ad privatos questus tendens, quando scilicet magistratus & honores fiunt hæreditarij & paucis familiis perpetuò addicuntur. Propius enim ad herilem dominationẽ accedit successio, quæ arguit quandam proprietatem, quàm electio, ut docet Arist. 3. *Polit c.* 11. ideoque Veneti, cũ constituto magno consilio, ad futuram Aristocratiam viam sibi aperire quærerent, lege lata venerunt Ducatum in una familia continuari, quod si Florentini quoque fecissent, eum Cosmus Petrum reliquisset filium unicum, tardioris ingenij, infirmiorisque valetudinis, per continuationem potentiæ, non cessissent in unius familiæ servitutem.

45. *Tertius gradus ex successione.*

Dux Genuensium non præest diutius biennio, quo vertente è palatio tacitus se domum recipit, ut successori locum faciat, licet per totam, quæ superest, ætatem inter procuratores Reipublicæ annumeretur. Idem terminus præfinitur octo gubernatoribus, quibus unà cum Duce summa rerum incumbit Vexillifer Lucensis cum novem assessoribus, qui Antiani ipsis vocantur, in tertium usq; annum imperium tenet. Rector verò Rhagusianorum statim post mensem palatio abscedit, vestemq; Ducalem exuit. *Nihil enim liber atis tam adversum est, quã diuturna imperia*, ut ait Mamercus Æmil Dictator, *apud Liv. libr.* 4. & præcipuè si de manu in manum tradantur pro arbitrio antecessoris, aut prorsus uni familiæ beneficio successionis inserãtur. Nam quod in successorem transmittitur, vel jam proprium est transmittentis, vel continuatione potentiæ proprium evadit, quemadmodum arctius obligari cives regibus successoriis, quam Electitiis ubiq; videmus, & DEus ipse duriorem prædicit conditionem futurã sub Regibus perpetuis, quam fuerat sub judicibus ambulatoriis & precariis. 1. *Sam. c.* 8. Veneti etiamsi à culmine dignitatis Ducem non abigunt, quam diu vita ipsi à DEO ter Opt: Max: prorogatur: de successore tamen non patiuntur ipsum consilia vel spem concipere, imò, quando de Electione ejus vota colliguntur, omnes à curia excesse jubent, qui ob proximum cognationis gradum in suspitionem corrupti suffragij incidere possent. Cæteri verò, qui post ducem summi sunt, Cõsiliarij & Decemviri, non diutius cũ imperio manent, quam annum integrum: illi etiam non nisi menses octo idem exercent, dũ reliquos quatuor cogũtur consumere in judicio criminali quod ipsis vocatur. *Quarantia Criminale, & mentre, che in tal Quarantia seggono, sono chiamati Consiglieri da basso.*

46. *Obiectiones Bodini de primo genere Oligarchiæ.*

Videamus jam, quid contra hanc Aristotelis sententiam diligentius sensuq; paulum diverso, quam ab interpretibus factitatum, explicatam, Bodinus *d. c.* 6. *in fi.* objiciat. Primum inquit genus Aristocratiæ est, quod pauci tantum locupletiores tenent. Dictum autem fuit paulò antea Aristoteli de Aristocratia non magis in mentem venisse *d. c.* 5. & 6. quam de regno, cum *c.* 10. ageret de Tyrannide. Nec generalem illam circumscriptionem, quæ totum genus comprehendit, accommodat ad unam specierum, ut Bodinus ipsi imponit, sed primam Oligarchiam certæ differentiæ paucorum attribuit, qui quia censu definiuntur non nimis amplo, pauciores quidem sunt plebe exclusa, sed tamen ita multi, ut difficilius coire possint, ideoque cogantur legibus à se perlatis imperium, dum ipsi sustentandæ familiæ operantur, concedere. Duo igitur crimina hactenus tam paucis verbis Aristoteli affinxit Bodinus, sed tertium manifestius est, quam ut refutatione opus habeat.

47. *De secundo.*

Secundum enim genus dicit constitui ab Aristotele: quando honores ac imperia locupletioribus dividuntur sorte, & contra hoc arietes postea vehementer movet, quod sors, ex ipsius Arist. sententiã, ubiq; sit signum popularitatis, quodq; Athenis usq; ad Periclis ætatem, & Romæ, usq; ad legem Canulejam solis opulentis honores & imperia fuerint tributa, licet utraq; Resp. fuerit popularis. Quanquam verò omnia hæc argumenta uno clypeo excipi possunt, quod contra figmentum Bodini fortè efficatia sint, non contra sententiam Aristotelis, quippe qui non tantum sortis non meminit, sed ipsis Optimatibus concedit libertatem eligendi

successo-

successores: tamen nec Atheniensium, nec Romanorum exempla veritati & definitioni Oligarchiæ quicquam officiunt, non certe Romanorum, quorum Resp. inter utrumque populi & Senatus sive optimatum statum dubia fluctuavit, nec prius prorsus popularis evasit, quam omnia, per tribunorum rogationes & plebis seditiones, fierent promiscua, *ut c.6. Sect.3 ostendemus.* Nec id per Canulejam legem factum est, quippe, quæ promiscua tantum connubia affectabat, sed longo tempore post per diversas rogationes vix impetratum & extortum fuit. Quod verò ad rem totam attinet, Aristoteles Majestatem Oligarchiæ non constituit in continuatione Magistratuum precariorum, sed imperij summi, quod nunc ἐξουσίαν, nunc πολίτευμα, sæpius verò ἀρχὰς appellitat. Nam ἀρχαὶ non semper designant magistratus, sed principatus etiam summos, nullius cor-

48. *De Tertio.*

rectioni obnoxios, ut vel lippientibus perspicuum est. Tertium porrò genus fingit Bodinus, in quo magistratus à parentibus ad liberos successione deferuntur, & id quidem sine reprehensione bonâ cum gratia dimittit. Cæterum circa omnia hæc genera, quod præcipuum est, genuinum distinctionis principium & quo differunt à quarto, omittit, nimirū quod legi vim aliquā reliquā faciant, ideoq; nō prorsus in extremam corruptelam degenerent. Nam quod Bodinus per ultimum genus Dominatum accipiat, seu imperium paucorum herile, illud itidem verbis & scopo Aristotelis contrarium est, cum illud Tyrannidi & corruptissi-

49. *Dominatus Oligarch: distinguitur à extrema Dynastia.*

mæ Democratiæ, in qua cuncta gerantur pro libidine imperantium assimilet. Sicut enim Dominus in servos non grassatur pro libidine: Ita nec illi in perniciem subditorum omnia machinantur, quorū imperium herile vocat Aristot. 3. *Polit. c. 4.* sed media via incedunt inter Aristocratiam & Dynastiam, quales quidem Oligarchias in Galliis olim extitisse necesse est, cum *plebe illic nihil esset contemtius*, ut ait Cæs. *libr. 6* nec aliud ferè statuit de Polonis Guagn. *libr. 2. rer. Polon.* si scilicet nobilitatis imperium, quo miseros plebeios sub jugum miserunt, cum libertate Democratica comparare velis. *Populi imperium*, ait Tacitus, *juxta libertatem paucorum dominatio regiæ libidini propior est, lib. 7. Annal.* Tales nimirum erant illi Domini, quales antiquorum Tyrannos describit Thucyd. *libr. 1.* dum ait: *Tyranni, quicunq; in Græcis urbibus erant, suis tantum rebus prospicientes, & corpori & suæ domus amplificandæ, tutelæ gratia, quoad poterant, in urbibus se tenebant.* Plato *lib.8. de Rep. in pr.* peculiari nomine vocat *Timocratiam*, quam collocat ἐν μέσῳ ἀριστοκρατίας δὲ καὶ ὀλιγαρχίας, ex Aristocratia hac via subnatam, quando principum liberi ex prava institutione, subinde deteriores facti aut adulationibus corrupti, ferocia quadam in Rempubl. feruntur, si exclusis sapientibus θυμοειδεῖς καὶ ἁπλουστέρους, sui similes accersunt, à quibus ad bella & corradendas divitias, & luxuriam in conclusis privatis ædibus liberè exercendam abducuntur. Breviter cominiscet statum hunc ex Gymnastice & Musice, ex bono & malo, sed ita, ut ὑπὸ τοῦ θυμοειδοῦς κρατοῦντος vitia excedant & præponderent φιλονεικίαι, καὶ φιλοτιμίαι. Depingit ferè exemplū corruptæ Oligarchiæ & oppressæ à paucis optimatibus plebis Salvianus *lib. 5. de gubern. DEI.* quando ait, *exactionis pu-*

50. *Exemplum dominatus Oligarchiæ.*

blicæ nomen in quæstus proprij emolumenta verti & indictiones tributarias fieri prædas potentum, qui in similitudinem immanium bestiarū non regant traditos sibi, sed devorent, nec spoliis tantū hominum, (ut pleriq; latrones solent) sed laceratione etiam & ut ita dicā sanguine pascantur, ac si agant, ut latrociniis judicum strangulati homines & necati, incipiant esse quasi Barbari, quia non permittūtur esse Romani, & malint sub specie captivitatis vivere liberi, quā sub specie libertatis esse captivi: Sed fortasse non abs re fuerit, totā vim & invidiā paucorū potentiæ lōgiori ejusdē sermone exprimere: *Quid,* inquit, *indignius ac pœnalius, quam quod omniū onus nō omnes sustinent & quod pauperculos homines tributa divitū premūt, & infirmiores ferunt sarcinas fortiorū, nec alia causa est, quod sustinere nō possunt, nisi quia major est miserorū sarcina, quam facultas. Res diversissimas dissimilimasq; patiūtur, invidiā & egestatem. Invidia n. est in solutione, egestas in facultate. Si respicias, quod defendunt, abundare arbitreris; si respicias, quod*

quod habent, egere reperies. Quis æstimare vim hujus iniquitatis potest? Solutionem sustinent divitum, & indigentiam mendicorum. Plus multo est, quod dicturus sum. Adjectiones tributarias ipsi interdum divites faciunt, pro quibus pauciores solvunt: decernunt potentes, quod solvant pauperes: decernit gratia divitum, quod perdat turba miserorum: ipsi enim in nullo sentiunt, quod decernunt. Quid tam injustum, quid tam inhumanum? Gravant nos novis debitis decreta vestra, facite saltem debitum istum vobis nobiscum esse commune. Quid enim iniquius esse, aut quid indignius potest, quam ut soli sitis immunes à debito, qui cunctos facitis debitores? Et quidem miserrimi pauperes sic totum hoc, quod diximus, solvunt, quod quare vel qua ratione solvant, penitus ignorant. Cui enim licet discutere, cur solvatur? aut cui permittitur explorare, quid debeat? Sed tunc id evidentissimè proditur, cum invicem sibi divites irascuntur, cum indignantur aliqui eorum, quod sine consilio aut tractatu suo aliqua decreta sint. Tunc à quibusdam eorum audias dici: O facinus indignum! duo aut tres statuunt, quod multos necet, à paucis decernitur, quod à multis miseris dependatur. Sed videlicet qui in hac parte iniqui sunt, in alia moderati inveniuntur ac justi? Imò par est iniquitas in utroq;. Nam sicut sunt in aggravatione primi pauperes, ita in relevatione postremi. Si quando enim, ut nuper factum est, defectis urbibus minuendas in aliquo tributarias functiones summa potestates existimaverunt, illicò remedium cunctis datum, soli inter se divites partiuntur. Quis tunc pauperum meminit? quis ad communionem beneficij humiles & egestuosos vocat? quis eum, qui primus est, semper in sarcina, vel ultimo esse loco patitur in medela? Et quid plura? Tributarij omninò pauperes non putantur, nisi cum hu tributi cumulus imponitur. Extra numerum autem Tributariorum sunt, cum remedia dividuntur.

51. *Vltimus ing. pessimus gradus Oligar. chia.* Adumbravi paucis mortem corruptæ Oligarchiæ, quæ propè est, ut in Dynastiam desinat, seu in ultimum gradum vitiositatis, qui adhuc superest explicandus. Eum Bodinus ex mente Aristotelis definit per *dominationem rerum omnium*, & hoc ai[...]mento definitionem impugnat, quod imperia justa non faciant leges seu justi[...]a, quæ etiam à libero arbitrio principum proficisci potest, sicut ipse Aristot. nihil melius à DEO opt: Max: exorari posse scribi[...] quam constantis justique propositi virum, qui ex æquo omnia sine legum multitudine moderetur, nec crudeliores extiterunt Tyranni, quam qui edictorum multitudine civitatem obruerunt, ut Caligulæ & Claudij exemplo porrò probat. Aristotelem verò longè pejus de hoc ultimo genere quam de Dominatu, sentire, non tantum *ex d. c. 4.* & [...] & 14. sed *ex lib. 2. c. 8.* & *lib. 5. cap. 6.* & 10. *lib. 6. c. 6.* patet, quandoquidem tergeminas inter se facit hanc Oligarchiam, vitiosissimam Democratiam, & Tyrannidem. 52. *Sententia Arist. genuina vindicata a Cavillis Bodini.* Tyrannidem verò constat, dominatu tantò esse deteriorem, quantò dominatus deterior est regno. Et in dominatu leges non tolluntur, quatum in his speciebus nullus usus est. Vnde & Dynastia distincto nomine vocatur, quia libido dominantiũ omnia turbata reddit, & Reipubl. integritatem solvit, quo sensu hoc nomine utitur Arist. 2. *Polit. c.* 8. quando Rempubl. Cretensium negat verè Remp. esse, sed dynastian, quia petulantiâ potentum, qui pœnas dare nolunt, dilaceratur & in continuas factiones distrahitur & *lib. 5. Polit. cap.* 6. multorum militiæ præfectorum, qui Tyrannidem occupaverint, imperium eodem sensu vocat Dynastiam. Non definit autem hanc Oligarchiã magis ex absoluta potestate, quam Tyrannidem, in cujus definitione infrà *c.* 9. dicitur, quod sit *ἀνυπεύθυνος* & superioris imperij expers, licet idem cum Rege Tyrannus commune habeat, quod legum imperio non subjiciatur, ut *in comm. d. c.* 9. monuit Thomas. Quorsum enim distinxisset Arist. 3. *Polit cap.* 11. *παμβασιλείαν* à regno Laconico, si perinde legibus subjiceretur, nec solutius imperium sibi vendicaret. Viderunt hunc scrupulũ interpretes *in 4. Polit. c.* 4. *in fin.* ubi Arist: ait: *Vbi leges non imperant, non est Resp. oportet enim legem imperium habere in omnes res, magistratus autem & Respub. existimare de singularibus: Qua-* 53. *Virum si Respub. legibus.*

propter

propter siquidem Democratia est una è Rebuspub. manifestum est hujusmodi statum, in quo ψηφίσματα omnia decernuntur, propriè Democratiam non esse : quod pari jure de Dynastia repetendũ est, propterea quod huic Democratiæ sit [illegible]. Martinus Burthaus *in lib. 4. Polit. cap. 4. Verb. Nullus sit Respub. locus : Bipartitum genus legum* facit : *alterum in tabulis scriptum, alterum in animis consignatum. Si itaq; leges scriptas spectes, ab iis liber est, qui solus imperat, Rex : sin verò leges non scriptas, sed in animo impressas, legibus quoq; princeps obtemperarit.* Nihil autem facit distinctio [illegible], quia Aristoteles expressim loquitur de legibus scriptis, quæ pro natura Reipublicæ in conventu populi aut concilio Optimatum feruntur : nec regi major competit in hac parte prærogativa, quam Optimatibus, aut universo populo, si rerum potiantur, quia majestas omni perfectæ Reipub. æqualis, pariq; gradu inest. Sepulveda *d. Verb. Nam Respub. nulla est*, etiam in pleno regno leges scriptas dominari oportere censet, non secus ac in statu optimatum & Reipub. Nam *lib.* 3. omnem Remp. rectè institutam, sive unius, sive plurium arbitrio administretur, probis legibus fundatam esse oportere docet. Nec enim hoc vult Aristot. *d. c.* 4. 5. & 6. quod lex sua vi cogere debeat vel populũ, vel optimates, quandoquidem utrosque in sua quosque Republica dominos & autores legis constituit, dum ait, ab iis succenturiari leges propterea, quod causis omnibus decidendis in foro vacare non possint: sed quæstio est non de potentia Rerumpublicarum, sed de rectitudine & bonitate. Differt certè Rex verus à Laconico, quod hic legũ compedibus coërceatur, ille verò legibus arbitrio suo latis omnia coërceat : cæterum, quia in Regis natura bonitas perinde essentialiter involvitur, ut in virtute, nec benè vel utiliter ad publicum commodum Respubl. administrari potest, nisi legibus universales causæ comprehendantur, consequens est rectas quascunque Respub. statis & perpetuis legibus, prolapsas vero libidine & in horas mutabilibus arbitriis gubernari. Ideoque legum vigorem proposuit Aristot. signum benè constitutæ, lascivium arbitrium improbæ Reipub. Pars est utriusque potentia, sed probi principes sponte sua legibus accedunt, improbi libidine agunt. Seneca etiamsi summam potestatem Neroni ascripsisset, *sic* tamen ait, *te custodis tanquam legibus, quas ex abdito ac tenebris in lucem evocasti, rationem sis redditurus. 1. de Clem. cap.* 1. Optandum quidem esse dicit Aristoteles 3. *Polit. cap.* 12. ut omnia ex æquo & bono à viro optimo componi possint, qualem Thomas Morus Vtopiæ suæ Rectorem imposuit, ut quàm plurimis discordiis & ultra hominum ævum duraturis litibus compendiosius remedium afferretur, nec Tacitus jure conqueri posset: *Corruptissima Republica plurimas extitisse leges*, sed quia nemo hominum est, quem non videas aliqua in re Suffenum, nec quisquam tàm benè composita ad vitam ratione aut tam constantis prudentiæ, ut sine affectu & gratiâ, quod justum est, cuique attribuere, arduaque negocia primo intuitu componere possit, ideo, inquit idem Aristoteles, satius est legi imperiũ relinqere, quæ non erubescit, nec gratia metuve flectitur. Iuvenes quidem Romani, quibus in regno libido solutior fuerat, æquales sodalesque adolescentium Tarquiniorum, assueti more regio vivere : Eam tamen æquato jure omnium licentiam quærentes, libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se conquerebantur : *Regem hominem esse, à quo impetres ubi jus, ubi injuria opus sit, esse gratiæ locum, esse beneficio: & irasci & ignoscere posse: inter amicum atque inimicum discrimen nosse : Leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem melioremq; inopi, quam potenti, nihil laxamenti nec veniæ habere, si modum excesseris periculosum esse in tot humanis erroribus sola innocentia vivere, Liv. lib. 2. in pr.* Atqui justam legũ coërcitionẽ ferre non poterant. Ideoque ad Tyrannos respiciebant, qui adulatoribus suis, quos hîc Aristoteles rectè comparat Demagogis, legum pœnas remitterent, & suo arbitratu ad omnes libidines tutam vitam facerent. Paulò post eum consules jus civium arbitrariis judiciis turbarent Terentillus Arsa trib. pl. rogationem promulgavit, de legibus imperio Consulari scribendis

54.

[illegible]

56. *Vsus legum in quavis benè constituta Repub.*

dis, quæ rogatio tandè in novam legem de Decemviris creandis mutata fuit. *Liv. li.* 36. Cum prętores ex annuis edictis jusdicerent, & incertũ relinquerent populum, quo jure quovis anno usurus esset, Cornelius trib. pl. ut ambitioni prætoriæ derogaret, legem de Edictis perpetuis tulit. *Dion. lib.* 36. *Ascon. Pad. in argum. Cornel.* Nihil enim magis nocet Reipubl. quàm leges crebrò mutari, *ut infra dicemus*, rerum omnium judicia in manus furiosi populi, aut paucorum Dynastarum poni, quos eò secuturos verisimile est, quò ira & studia privata rapient. τὸ μὴ

57. *Arbitrium periculosum.*

κατὰ γράμματα ἄρχειν, ἀλλ᾽ αὐτογνώμονας ἐπισφαλὲς ait Aristoteles 2. *Polit. cap.* 8. Nec refert, quod Tyrannorum quoque prava & corrupta edicta legum nomen retineant 4. *Politic. ca.* 8. quoniam, ubi vocabulum aliquod ambiguè significat, quando absolutè ponitur, pro rei circumstantia in melio rem partem accipitur, & Cicero *lib.* 1. *de ll.*

58. *Legem accipi in dubio de bona lege.*

nullam legem agnoscit nisi bonam. Abstrahitur quidem Reipubl. essentia à bono & malo, virtute & vitio, sed quia ad bonum dirigitur, & eius gratiâ instituitur, quæ hinc longissimè abeunt, minimè omnium Respub. esse, docet Aristoteles 4. *Polit. cap.* 4. *in fin. c.* 8. *in pr. &c.* 18. quomodo de legibus quoque judicandum, quæ cum Repub. pari passu ambulant, & à Politico in meliorem partem semper institui & accipi debent. Nam quod Caij & Claudij edicta attinet, quorum numerum objicit Bodinus, certè Claudius socordiâ magis lapsus est, quam deliberata Tyrannide, nec edicta proposuit alicuius momenti, aut ad Reipublicæ statum attinentia, sed quibus admonebat, *ut u-*

59. *Alias & Tyrannos legibus ludere.*

beri vinearum proventu benè dolia picarentur, aut: *Nihil aquè facere ad vipera morsum, quam taxi arboris succum*, *Sueton. in Claud. cap.* 16. Dicitur etiam meditatus edictum, quo Veniam daret, efflatum crepitumque ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia repetisset. *Sueton. cap.* 32. *in fin.* Et ipse erat huic vitio obnoxius, quò alludere Senecam putat B. Rhenan. *in comm. Apol.* animam pro vento ponentem, dum ait: *Claudius animam agere cepit, nec exitum invenire poterat.* Item, *Annum sexagesimum*

& quartum est, ex quo cum anima luctatur. De cætero, cum judicaret, præscripta legum, semper non sequebatur, duritiam lenitatemque multarum, ex bono & æquo perinde ut afficeretur, moderatus *Sueton. ibid. cap.* 14. Decreto quoque abrogavit ex jure naturæ deductam legem, qua inter patruos fratrumque filias nuptiæ prohibebantur. *Tacit. libr.* 12. *Annal. in princ.* Imo ICtorum sub Claudio præ improbis causidicis nullum fuisse usum innuere voluit Senec. *de mort. Claud.* dum ait: *Ducto funere Claudij, ICtos è tenebris processisse, pallidos, graciles, vix habentes animam, tanquam qui tum maximè revivescerent.* Cajus verò Caligula de Iurisconsultis, quasi scientiæ eorum omnem usum aboliturus sæpe jactavit, *se, me hercle, effecturum, ne respondere possent, præter æquum. Sueton. in Calig. c.* 34. Quam verò legem proposuisse dicitur, adeò minutis literis, & angusto loco, ut describi non posset, ea ad vectigalia & actiones attinebat, adeoque non tantum lex ipsa, sed & modus promulgandi captiosus erat & Tyrannicus, atque, ut ait Lipsius *specie aliqua legum evertit leges. lib.* 6. *Polit. cap.* 5. Quin etiam, ut liberius grassandi licentiam sibi relinqueret, legem de industria occultaverat, nec dum proposuisset, nisi importunis populi Roman. efflagitationibus permotus fuisset. *Suet. in Calig. c.* 40. *&* 41.

De statu Reipubl. Venetorum.

SECT. 4.

1. *Varia autorum sententia de statu huius Republica.*
2. *Non semper mansisse Remp. Venetor. uno eodemque statu.*
3. *Prima ætas civitatis, & prima facies Reipubl.*
4. *Tribuni magistratus Venetorum.*
5. *Quos exceperunt Duces.*
6. *Paulò post Magistri militum.*
7. *Duces non habuisse superiorem.*
8. *Potestatemque transmisisse ad posteros vi successionis.*
9. *Primorum Ducum ætate nullum Aristocratia in Republica extitisse vestigium.*
10. *Recentem esse originē maximorum quorumque magistratuum.*

11. *Vt & Consilij Magni & Conciliorum cæterorum.*
12. *Solos Duces potites fuisse rerum omnium summâ.*
13 *Quo principio ceperint concilia apud Venetos invalescere.*
14. *Origo vera hodierni Concilij Magni.*
15. *Vnde derivetur nobilitas Patritiorum Venetorum.*
16. *Longa consuetudine invasisse hanc formam Aristocratia.*
1[?] *Ad concilium Magnum neminem admitti, cujus non sit probata nobilitas.*
18. *Mixtio, quam introducit Contarenus, examinatur.*
19. *An plebs minuta civibus sit annumeranda.*
20. *Aliud argumentum Contareni rejicitur.*
21. *An in Duce Contarenus potuerit regiam majestatem ostendere.*
22. *Cum tamen nullam potestatis summa partem usurpet.*
23. *Sed legibus subjiciatur.*
24. *De concilio Precatorum.*
25. *De Collegio.*
26. *Quorum neutrum particeps est Majestatis.*
27. *Cum potestate utantur precaria.*
28. *De Decemviris.*
29. *Quod Majestate non gaudeant.*
30. *Decemviror. potestas in punienda perduellione.*
31. *Item circa res bellicas, fœdera & pacem.*
32. *Vtrum tantus magistratus in libera Rep. ferendus.*
33. *De Procuratoribus D. Marci.*
34. *Concluditur ex dictis Aristocratia.*
35. *Majestas ex magno Concilio deducitur per partes.*

QVid sit Oligarchia, tam in genere, quam in specie, quid item Aristocratia, & quomodo per varias alterationes & mutationes ab extremo virtutis deveniatur ad extremum Vitij, ab optima Aristocratia, ad pessimâ Oligarchiam, satis superq; declaratum est: Quia vero ad Aristocratiarum ordinē Resp. nonnullas retulimus, de quibus nobis cū cæteris Autoribus per omnia nō convenit, prolixioribus argumentis persuadendū superest, quod obiter tantū præsupposuimus. Imprimis verò de statu Reipubl: Venetorum varia & discordantia tradunt Autores, dum plerique ex tribus formis eum commiscent, pauci ad Aristocratiam referunt, quæ tamen nusquam sincerior ferè alibi reperitur. Thomas *lib. 4. de regim. prin. c. 8.* scribit. *In partibus Ligurie, AEmilia, & Flaminia, qua hodie Lombardia dicitur, nullus principatū habere potest perpetuum, nisi per viam Tyrannicam, Duce Venetorum excepto, qui temperatum habet regimen.* eumq; imitatur Petrus de Andlo. *lib. 1. de Imp. Rom. c. 9. Dux Venetorum temperatum limitatumq; regimen habet, qui suam potestatem a Senatu Venetorum, Veluti lumen à Sole Luna mutuare perhibetur.* Prolixè verò mixtionem declarat & argumentis firmare nititur Contar. *lib. 5. de Repub. Venet.* præcipuè *li. 1. in fi. & lib. 2. in pr. & li. ult.* cujus sententiæ accedunt Macchiav. *lib. 1. disc. c. 2.* Guilhel. de la Perriere *in specul. Polit. p. 20.* Aristocratiam verò illic agnoscunt Pattit: *lib. 3. de Repub. t. 2.* Ianott. *de Repub. Venet:* Cosimo Bartol. *disc. 7.* Piccol *gr. 10. Philos. Mor. c. 9.* Bodin. *2. Polit. c. 1.* Corras. *ad l. 2. §. Novissimè num. 10. de Orig. Iur.* Vt au- *1. Varie fuisse Remp. Venetorum mutatam.*
tem distinctè procedamus ad exemplum Pomponij *in d. l. 2. de Orig. Iur.* distinguenda sunt tempora & concordabit scriptura. Nam quod Contarenus Remp. in eodem statu, octingentos, Patritius mille, Cosm. Bartolus mille centum quadraginta, Manutius mille ducentos annos constanter permansisse censent, in eo confundunt civitatis ætatem, cum Reipub. duratione. Nam quo *9.*
tempore Attila imminebat Italiæ, & Paduam *Prima ætas civitatis & prima facies Reip.*
Aquilegiam, Concordiam, aliasq; civitates circumcirca solo æquaverat, avitis ejecti sedibus cives, in vicinas insulas, aquarum interstitio ab hostili insultu munitas, frequentes secesserunt, & ab anno à nato Christo 431. quo Paduani creduntur primum lapidem in Rivalto jecisse, usq; ad annum 456. sine magistratu & ordine quasi in exilio, spemq; metumq inter dubij diversos scopulos, prout sorte eos occupassent insederunt. Quosdam etiam in patriam amor retrahebat, quam metu deseruerant, cū Attilæ adventus in singulos annos nuntiaretur: sed

1. [illegible] aute- [illegible] mten- [illegible] latu [illegible] vol.

postquam tarditatem adventus, gravitate sævitiæ compensarat Attila, & spem redeundi in patriam exulibus præsciderat, vastatis agris & solo æquatis urbibus, tum demum post Italiæ vastitatem, quo dixi anno, consilium de uniendis animis exulum & contrahendo populo in unam civitatem inierunt. Effecit autem natura loci, ut quoties Gothi, Longobardi, Franci per Italiam cæde & prædationibus grassarentur, toties materia nova erescendi Venetis nasceretur, dum ex vicinis quibusque provinciis huc se recipiebant, tanquã ad asylum, quoscunque patriis focis furor hostilis abigebat. Nam & contra Gothos Bellisario ac Narseti Iustiniani Imperatoriis Ducibus auxilium tulerunt, & Pipini Caroli M. filij classem armatam profligarunt Anno 804. cum Obelerius, nonus in ordine Ducum, rerum potiretur. Quâ verò Reipub. formâ inter se consenserint ab initio, à nullis ætatis illius Annalibus certò traditum reperitur: Verisimile autem est, ut sparsim ex distinctis Respubl. confluxerant sine Duce & Autore, cujus auspitia sequerentur: ita promiscuè arrepta inter se sceptra divisisse ad imitationem civitatum, unde prodierant.

4. *Tribuni primi magistratus Venetor.* Primis enim temporibus Consules magistratum ac directorium summum obtinuisse, quo tum magistratus etiam Patavini utebantur, ex antiquis historiis referunt Sabell. *de Repub. Venet.* Pontan. *de increm. Vrbis Venet.* Gianott. *della Repub. di Vinet.* Mox mutato nomine Tribuni dici & pro numero Insularum creari ceperunt, *Volat. 4. Geogr. cap. de Venet.* Sed cum imperio limitato & totius conventus sententiæ obnoxio. Quoties enim amplitudo negotij exigeret, in Heracliam insulam continenti viciniorem, concilium indicere, ibique quæ ad publica commoda spectabant, decernere solebant, quod est indicium popularis status, quippe cum sine exceptione cuivis Insulanorum ad reddendum suffragium ire fas esset. Mansit hæc comitiorum & magistratuum ratio usque ad annum Christi [illegible]3. Vrbis verò conditæ 282. quando dissensio Tribunorum majori magistratui occasionem dedit ad quem a Tribunis appellatio daretur, cujusque metu ad concordiam ipsi redigerentur. Illi impositum fuit nomen Ducis, & [illegible] Repub. etiam in ipsa tribunos [illegible] creari non desierunt, [illegible] sensim extincti, & quasi pro[illegible]runt. Nec diu in libera [illegible] magistratus cum tanta potestate [illegible]cto Vrso, tertio ex Ducibus [illegible] populi, novum iterum Magistratum [illegible]runt, quem Magistrum Militum [illegible], *Maestro de Cavallieri*, eiusque [illegible] annuo spatio incluserunt. Sed [illegible] post quinquennium pertæ[illegible] ad D[illegible]erunt, inter quos & populum [illegible] imperij perpetua extitit conte[illegible] Ducum alij honore dejicerentur & [illegible]lium mitterentur, alij in me[illegible] perirent, non via aliquâ juris, u[illegible]ces ab Inquisitoribus & Correcto[illegible] fini creatis judicantur & prout [illegible] fuerunt, post mortem condem[illegible] per seditionem & impetum tot[illegible] Nam quia cum summo imperio c[illegible] Duces, facilè, quod populo re[illegible] qua vi, qua fraude ad se cum tempore ra[illegible]re poterant, nec populo alteri[illegible] copiam faciebant, quam pænite[illegible]ditione extra ordinem nimiæ pote[illegible] viam eundi, qua via populus Rom[illegible] contrà Decemviros, postquam pe[illegible]nem & legitima quæcunque rem[illegible]sulta voluntate abdicaverat. Co[illegible] sum quippe Ducum tertium, id u[illegible] medium inventum fuit, ut per v[illegible]o tolleretur, cujus ad exemplum a[illegible] aut trucidati sunt, aut post excæc[illegible] in exilium vel solitudines relegati. Mauritius Heracleanus cum Iohanne [illegible] magistratu detrusus & inter pr[illegible] dactus fuit, substituto à populo O[illegible] tribuno Medoacensi: nec licuit e[illegible] Iohannem Patriarcham Gra[illegible] præcipitem dare, sine popul[illegible] Otto Vrseolus coactus fuit Gr[illegible] Aquilegiensium patriarcha dolo [illegible] ex SCto *ut ait Volaterr.* re[illegible] tamen ne sic quidem effugit, [illegible]to populo Constantinopoli[illegible] Angelus Particiacus, primus [illegible] post multos labores, cu[illegible] familiæ Mastalitiæ apud Gra[illegible]

7 [illegible]

contra

coactus fuit. Tribunus Memmus cum orta esset inter duas nobiles familias, Caloprinos & Maurocenos, discordia, magistratu dejectus, inter Monachos præ dolore animi vitam finiit. Dominicus Sylvius, qui omnium ante se Ducum autoritatem superarat, exilio nihilominus multatus fuit, ob id solum, quod infeliciter in expugnatione Dyrrhachii pugnasset. Vitalis Michaël, cum bello Constantinopolitano contra Emanuelē Imperatorem, ærarium exhausisset, pestemque inde reversus in Vrbem induxisset, & eo nomine convocata concione, rationem reddere aggrederetur, quare nova exactione populum gravare coactus fuisset, in via, qua ad ædem S. Sachariæ ibat, interceptus periit.

8\. His omnes & quos iis comites dedit furor popularis, ut soli potestate potiebantur: ita soli sustinebant invidiam male gestorum, quandoquidem eo usque propriam sibi suisq; fecerant Rempub. ut eam pro libitu in successores cooptatos, vel liberos & hæredes transmitterent. Candianus ob insolens & ferox ingenium exclusus à patre, armis Ducatum repetiit, possediteque invito populo, à quo demum suffocatus periit. *Volat. lib. 4. Geogr.* Itaque Dominicus Flabanicus, Dux XXIX. popularis homo & prudentia senili, ne Resp. demum paucis familiis in prædam cederet, lege lata successionem prohibuit, eademque Vrsicolorum familiam, liberæ civitati nimis gravem, continuatisq; imperiis majora spectantem, quàm videretur è Republ. fore, urbe ejecit exemplo non absimili, quo Brutus Tarquiniorum nomen è Republ. Romana delendum suadebat. Quod si tanta fuit eo tempore Ducum potentia, tanta autoritas, nullum sinceræ Aristocratiæ locum reliquit,

9\. ut pluribus argumentis disputat Don. Gianotr. *de Rep. Venet. post pr.* Nam si tum optimatibus sua constitisset dignitas, non licuisset cuiquam Ducum sibi ipsi successorem invenire, multò minus populus ad prodēdum Ducem tumultuariis votis admissus fuisset. Quicunque enim electi leguntur, nunquam a selecta manu optimatum ordine quodam certo, sed ab universo populo confusa acclamatione proditi leguntur ut testatur Bernhard. Iustinian. *lib. 11. histor. Venet.* Contaren. *Lib. 2. de Republ. Ven.* & in omnibus vetustis commentariis sese reperire confitetur Ianottus. Nec opus fuisset via indirecta & injusta seditione ad redigendos in ordinem Duces, si vel penes populum, vel penes paucos præcipuos imperii Majestas indivulsa resedisset. Constituta enim Republ. & potestate summa ad nobilitatem contractâ, Magno Consilio facta est potestas principem coërcendi, & processu ordinario ab Inquisitoribus & Correctoribus instituto, ejus acta ad censuram revocandi, quemadmodum Loredanus in mille quingentos aureos condemnatus fuit post obitum, *per non haver tenuto quel grado con quella magnificenza, che richie deva tanto magistrato*: & Falerius non tantum capite multatus, sed & domicilium ejus solo æquatum fuit, *Iustin. libr. 4. histor. Venet. ob crimina*, ut habet inscriptio 10.

area: Quin etiam summorum capitū in quibus hodie Majestatem Reipubl. recumbere paulò post ostendemus, recentior est origo, & ultra annum à nato Christo 1175. non excurrit, quandoquidem Decemviri, quorum præter omnes magistratus hodie summa est autoritas, sive de pace & bello, de fœderibus & induciis agatur, sive judicium perduellionis in cujusque caput exerceatur, adeò ut aliquando successores creare cæteri magistratus recusaverint, aut ab ipso Sebastiano Cajano, quo dixi anno, introducti sunt, ad ulciscendam necem Vitalis Michaëlis, aut anno 1290. à Petro Gradonico, ut est aliorum opinio. Procuratorum secundus eadem ætate prodiit, cum Cyanus legatis suis reditus S. Marci ditasset: Tertium & quartum addidit Renerus Zenus Anno 1270. Quintum & Sextum Iohannes Superantius, 1313. Franciscus Foscatus Ann. 1423. usq; ad novem priorem numerum extendit. Iis honoris gratia sex alii adjecti sunt, Anno 1509. cum Victoria Ludovvici Regis Gallor. exercitus Venetos stravisset, & ex privatis ditissimorum civium bonis publico subveniendum esset. Vt enim plures ad impensas hasce publicas invitarentur, qui Reipubl. inopiam suo ære solati fuerant, honori Procuratorio, qui post principem summus habetur, asscribebantur, factumque est inopia ærarii, ut nunc viginti quatuor eo honore gaudeant. Quo tempore originem incrementumve sumserint Consilium

Recentem esse originem magnorū magistratuum.

11. *Vt & Consilij Magni.* filium Magnum, Consilium Præcatorum, Collegium Sedecimvirorum, & qui hæc componunt Magistratus, æquè incertum est, ac quo tempore apud Germanos invaluerit ordo Electorum, & constitutus sit Senatus principum Civitatumque, qui hodie Majestatem imperii repræsentat. Hoc tamen certum est, quod ante Vitalem Michaelem, nullius istorum Reip. membrorum à quoquam mentio fiat. Facta autem omninò fuisset ab iis, qui bella, fœdera & res gestas domi forisque descriptas reliquerunt, cum hæc omnia non à solo Duce, sed potius ab id genus superioribus Concillis & Magistratibus geri oportuisset. Probat idem Ianottus etiam

12. *Duces potiores fuisse, olim rerum omnium summâ.* hoc argumento, quod infortunia & ærarii depauperatio indeq; secuta tributi indictio non potuissent imputari soli Duci, quemadmodum Vitalem suprà diximus ob novas exactiones à populo trucidatū fuisse, si non solus Dux eorum omnium arbiter & Dominus extitisset. Nam cum necessitas novas impositiones exigeret, exhausto ærario bello Cretico, quod contra Genuenses gestum erat, etiamsi seditioso tumultu Palatium occuparet populus, Renero tamen Zeno, qui tum Dux erat, nullam injuriam inferebat, quippe, quem nō magis autorem hujus mali, quam quemvis alium è Senatu sciebat: & vicissim ante centum annos, cum victoria Gallorum Venetos in summas angustias cogeret, & jacturam totius Lombardiæ, eoque nomine privatorū bona ingenti tributo gravarentur, non tantum non in infamia fuit Loredanus princeps, sed ne tumultus quidem extitit, quod cōcordi tot magistratuum consensui magis confideret populus, quam unius Ducis lubrico arbitrio. Quanquam igitur difficile est in tanta rerum incertitudine & historiarum lubrico, de statu Reipublicæ ejus ætatis exactum judicium ferre: tamen Aristocratica forma illi certissimis indiciis detrahi citra controversiam potest, cum aut ad populi voces, aut ad Ducum autoritatem omnia relata fuisse constet. Et sicut ab initio populum, ita postea Duces prævaluisse, non obscurè ex gestis utriusq; ætatis colligi & demonstrari posset, nisi operam placere ludere supervacaneam.

13. Quacunque enim fōrmâ florere ceperit Resp. certum est, quod hodie ad [illegible] aristocratiam, seu Oligarchiam [illegible] ratam delapsa sit, cujus initium [illegible] accersendum esset, qua ab [illegible] silii si de eo constare posset [illegible] inde à tēpore Vitalis Mich[illegible] silii cujusdam, in quo nume[illegible] genti homines, aut præter p[illegible] iis ad hoc in singulos annos elect[illegible] cum Duce præessent. E[illegible]us or[illegible] num 1175. & sequentes trig[illegible] nottus, quia ante Sebast[illegible]anum [illegible] lus fuisset consilii usus, cum Du[illegible] à populo, & reliquorum magistratu[illegible] nulli essent, aut ab arbitrio Duci[illegible] tes, qui & ipse, cum Remp. sui ma[illegible] moderaretur nihil ferè reliquum [illegible] faciebat. Addit quod paucarum [illegible] mentio ante illam ætatem fiat, n[illegible] illustres reddiderint continuati[illegible] D[illegible] tus: Item quod discrimen Nobilium & plebis tum demum expresſè nom[illegible] niatur, cum Veneti colonos in Cret[illegible]m ex civibus conscriberent. Non est autem ne hoc quidem Consilium cum hodier[illegible]o confundendum, quippe, quod non co[illegible]st[illegible]bat ex [illegible] niversa nobilitate, nec erat perpetuum [illegible] in singulos annos de arbitrio D[illegible]ode[illegible] rorum mutabile. An. vero 12[illegible], cum [illegible] Gradenicus jam in septimum annum [illegible] præesset. Leonhardus Bembu[illegible] & Marcus [illegible] doerius, præpositi Quadraginta Vir[illegible] *del consiglio de XL* in hoc collegio le[illegible]n proposuerunt d[illegible]liberātiam *ut quicu[illegible] sent. anno & quatuor præteritis c[illegible] jori ascripti fuissent, sine nova e[illegible] illud cum tota posteritate admitterentu[illegible]*, quæ cum primum digna visa fuisset prom[illegible] gatione Quadringinta viris, proposita de[illegible] de Consilio Majori, non minorē appla[illegible] meruit, eaāq; factum est, ut in po[illegible]er[illegible] familiis, quib. tum aditus in curiam p[illegible] dignitas illa & libertas, in hæ[illegible] [illegible]ferit. Quod si ita est, ut esse vero [illegible] le videtur, nobilitas Venetorum *cum Pa[illegible] 3. de Repub. c. 2.* non ab illis accerse[illegible]da ver[illegible] qui primi Insulas insederunt, quēa[illegible] Arist. imperium obtinuisse in C[illegible]eta [illegible] qui sedem illic primi ceperu[illegible]t, [illegible] tem multitudinem in patroci[illegible] [illegible]

Iurisdictionem damnarunt, sed à longi temporis allectione, qua spectatissimi quiq; & ut verisimile est opulentissimi, quippe qui plus juris sibi vendicare solent, prout in communionem plus hominum & bonorum conferunt, ut ait Arist. 3. *Polit. c.* 7. ad regimē Reip. per vices adhibebantur. Postquam verò in certis familiis Reip. Majestas firmari cepit, & consequenter reliquis omnibus, sive divitibus, sive pauperibus, fores occlusæ fuerunt, inde nobilitas familiarum exordium traxit, perinde ut Andreas Doria lege lata, nobiles esse jussit, quoscunq; in consortium Reip. ex ditissimis civibus asciverat, nisi quod cōsuetudo lōga præstitit apud Venetos, quod una lex apud Genuenses. Nec hoc dico, quasi honoratæ nobilesque familiæ nullæ extiterint ante hanc ætatem, cum crebrò mentionem fieri videamus, etiam ante illud tempus, quo de prioris consilii Quingentorum origine & constitutione certi aliquid conjicere possimus, multarum familiarum, quibus nobilitatem Ducatus, aliiq; magistratus intulerūt, in quorum ordine invenio, *Vrseolos, Particiacos, Maßalstios, Maurocenos, Calop-rinos, Baduerios, Memmos, Falerios, Michaelios*, &c. Sed omnium earum, quæ nunc patritiatus honore superbiunt, æquè vetustam originem esse nego, quando ad tantam multitudinem multos ex omni populo, quē hactenus Reip. participē fuisse demonstravimus, allectos consuetudine inter patritios annumeratos fuisse necessarium est, cum absq; eo fuisset, tantum bolum tam modestè uno impetu è faucibus sibi eripi tam potentes cives non sivissent. Ferè autem fit, ut consuetudine, cujus violentia temporis ipsius lapsu evanescit, non secus, ac sensim illatebrans se se intemperies sensum aut latet aut fallit, facilius mutentur Resp. quam abrupta lege, cujus exemplum paulò post. *cap.* 6. *Sect.* 5. in imperio Germanorum huic nostro similius, quam ovum est ovo exponemus. In Republ. Venetorum etiam eò plus adscribendum est consuetudini, quò minus lege aliqua unquam cautum demonstrari potest, ne cives non nobiles ad magistratus admittantur.

15. [illegible] ma fit [illegible] Pa- [illegible] Se- [illegible]

16. [illegible] com- [illegible] ne [illegible] inva- [illegible] for- [illegible] Reip.

Modò verò pergemus ex præsenti Reipubl. ordine manifesta Aristocratiæ documenta promere, postquam constat ad Magnum Consilium neminem admitti, qui Advocatoribus nobilitatem suā prius non probaverit, quam cautionem adeò strictè observant, ut si quis id judiciū subiturus sit, quinquagētos ducatos cogatur coram officio, *che dal Vulgo si chiama Avogaria*, deponere & si in probatione defecerit, ærario cōfiscandos relinquere, ut confitetur ipse Contar. *libr* 1. *de Rep.* rationem addens non improbabilem, quare Majores maluerint ex nobilitate, quā divitiis Senatum supremum cōstituere: Vnde mirum est, quibus argumentis inductus, Remp. Venetorum ex tribus speciebus componere & miscere voluerit, & præcipuè in hoc conventu Vniversæ nobilitatis Democratiam, in collegiis magistratuum Oligarchiam, in Ducis dignitate Regni speciem collocare. Nam si in Magno Consilio, ut ipse conceptis verbis confitetur, *consiste la summa auttorità di tutta la Republica*, aut ut paulò post ait, *da quello pende tutta la Republica*, & illud ex solis nobilibus conflatur constat Remp. consistere in manu nobilium & ex ea ratione esse vel Oligarchiam vel Aristocratiam, vel confusa ratione ex utraque commixtam. Sunt enim nobiles ubique minor pars civitatis sicut ex centū millibus hominum Florentiam incolentium, non nisi tria ad magistratus capessendos admitti tradit Scip. Ammir. *disc.* 1. *lib.* 20. *supra Tac.* & ad summum Venetiis non numerantur supra quatuor millia, ex quib. demendi sunt iterum Sacerdotes & juniores 25. annis, dum interim ante annos 58. censa fuisse civium reliquorum præter patritios, quinquaginta novem millia trecentos quadraginta novem, exceptis infantibus infra 7. annum, narrat Bodin. 2. *de Rep. c.* 1. Ianottus tria millia patritiorum conficit, quibus potestas est ingrediēdi Concilium: civium universorum quadraginta millia, in singulas familias, quarum viginti millia sunt, bina capita computando Quantò facilius Oligarchiam à Pisandro Atheniensib. inductam ad Democratiam detraheret, eò, quod quinque millia civium in societatem imperii cooptasset quos quadringentis convocare jus esset. *Thucyd. li.* 8. Omnium enim Politicorum placitis repugnat, quod in favorem suæ mixtionis subjungit Contar. *Minutam plebē artificum & merce-*

17. *Ad magnum Concilium neminem admitti, nisi non sit probata nobilitas.*

18. *Mixtio Contareni examinatur.*

mercenariorum non esse cives, perche il Cittadino e huomo libero, & tutti questi cioe gli artigiani & mercenari, servono o servitu publica o privata. Nam Aristot. quanquam *lib. 7. de Rep.* ex optima civitate sordidos opifices exesse jubet, eo, quod in illa civis à bono viro non differat, id genus vero hominum, qui cum sordibus luctantur, aut quos strenuè mentiri oportere dicebat Cicero *1. offic.* si rem facere vellent, ad virtutem assuefieri impossibile sit, sed in vulgari Republ. locum iis relinquit 3. *Polit. c. 4.* & 4. *Polit. c. 4.* Servius capite censos infimæ classi adscribit, qui si non aliter saltem operis & prole sufficienda profuerit. *Halic. lib. 4.* In ipsa civitate Venetor. cum Andreas Dandolus ducum quinquagesimusquartus, post vehementem pestilentiam legem proponeret, qua civitatis jura offerebat cuicunque, qui duos annos domicilium in urbe cepisset, an tum soli divites habitatum illic iverant, & non potius illi, qui rerum suarum felicius incrementum alibi, quam in patria sperarent? An soli Nobiles ex vicinis oppidis aufugerant in insulas nec secuta plebs, quarum opera in dies singulos uterentur? Quod si etiam artifices & Mercenarios excluseris, quid fiet de Mercatoribus, viris doctis, aut Militiæ deditis, quid de iis, qui ex reditibus annuis vivunt, etiamsi nobiles non sunt, quos Ianottus peculiari nomine *de Cittadini* honoratur? an [illegible] non æquè magna futura est multitudo atque nobilium? Sed nec ratio quicquam permovet, quod id genus homines sint servi vel publici vel privati, quia inter operas seu servitia & jus servitutis tantum interest, quantum inter habitum & privationem, lucem & tenebras, ut *lib. 1. c. 3. Sect. 6. in fin.* ex Quintiliano & ICtorum ll. demonstravimus. Porrò verò, quod popularitatem Reipubl. ex eo convincere laborat, quod magistratus omnes adeo omnibus pateant, ut nec duobus ejusdem familiæ aut arcta cognatione conjunctis in eodem officio concurrere aut Electorum partes simul subire fas sit: quod item non per suffragia deliberato consilio, sed per sortem eligantur, in eo partim sibi adversatur, partim in eundem impingit. Eligun-tur ex omnibus promiscuè magistratus, qui Concilium Magnum frequentant. Atque illic neminem videre est, qui [illegible] tea non probaverit. Obla[illegible] capessendo magistratus hom[illegible] bilem ab uno atque altero E[illegible] Ianottus, sed intercessione co[illegible] diatum fuisse. Sors etiam a[illegible] ubi ad summum devent[illegible] prudentissimorum civium, [illegible] Ducis ipse Contar testatur. [illegible] occulta per globulos [illegible] fundenda sunt, quonia[illegible] lium sequitur, dum calcul[illegible] teri demit, in quo abaco[illegible] locus non magis datus, quam [illegible] C[illegible] Atheniensium.

19. *An plebs minuta civibus accensenda.*

20. *Abunda[illegible] mentum contrarium retexitur.*

Priusquam verò Concilio M[illegible] feramus Majestatem pergen[illegible] reno Regiam potestatem exam[illegible] ille in Duce exhibet *lib. 2.* ut p[illegible] Monarchiam, quàm Democrat[illegible] hujus ambitu exclusimus, t[illegible] Aristocratico concludamus. A[illegible] illa potestas? *la spesa publica, la* [illegible] *gnità & la specie Regia.* Nam in hæc [illegible] dem desinit, postquam dixerat po[illegible] tam arctis legibus circumcisam fui[illegible] cet alios magistratus officii admo[illegible] cum iis votum suum etiam no[illegible] miscere possit, nullibi tamè pl[illegible] quivis illorum, imò ne arguendi q[illegible] diligentes facultatem habent, nisi c[illegible] C[illegible] siliariis, qui illi tanquam Ephor[illegible] & [illegible] adjiciuntur, dies noctesque in easdem [illegible] mutat, ne quid suo unius arbitrio [illegible] casionem Dux habeat. An tu vero ex [illegible] veste, quæ publico stipendio præbe[illegible] giam potestatem æstimabis? Cert[illegible] omnes capite nudo prætereunt, [illegible] loquuntur sedenti, quem sublimi [illegible] conspicuum ex humi[illegible] eum, si minimum à præs[illegible] clinaverit, non tantum pro im[illegible] dam rationem citaturi, sed & e[illegible] turi sunt, quemadmodum Sabel[illegible] Falerium duodecim Duces e[illegible] populi furore cæsos, vel su[illegible] affectos, quod in leges pecca[illegible] signari nomine principis & [illegible] tulo promulgari leges, esse [illegible] si omnia fierent in speciem m[illegible]

21. [illegible]

rei veritate. Literæ enim nullæ foras à Duce mitti possunt, nisi à quatuor consiliariis, adeoque à duabus tertiis Collegij subscriptæ, quæ inter secreta Reipublicæ in testimonium seponuntur, dum, quæ Solius Ducis nomen per se ferunt, foras prodeunt, quanquam & hi ipsi, licet in universum concordes, sine autoritate Conciliorum cum effectu nihil renunciare possunt, quod sit alicuius momenti & tendat in præjudicium Reipublicæ. Quæ ex collegio Decemvirorum depromuntur, præter nomen Ducis adjectum habent etiam nomen Collegij. Monetæ imprimit effigiē suam Dux, fateor, sed in hac licentia nullum jus consistere, quod quidem ad Majestatem attineat, *in lib. de jur. Majest. 2. cap. ult. in fin.* dictum fuit. Accedit quod hunc ornatum hanc monetas percutiendi potestatem alij Pontificis alij Imperatoris indulgentiæ acceptam referant & quasi precariam haberi velint. *Volat. lib. 4. Geogr.* Quantacunque verò sit dignitas, quâ Ducem suum venerantur Veneti, tantò minus potestatis ei tribuunt, quantò plus honoris, ut ipse confitetur Contar. *l. 2.* quando sic concludit: *Finalmentem senza molto estendermi in ogni cosa una spetie di Re potrai scorgere, ma nella potestà in cosa niuna.* Et Ianott. *Come che solo il Doge possegga tanta degnità non gli è però in cosa alcuna potestà intera concessa. Percioche non solamente non può determinare alcuna, benche picciola cosa, ma etiandio esseguire senza la presenza de consiglieri, i quali sono sei uno per Sestiero.* Imò non tantum absque consensu Consiliariorum ne minimum quidem aggredi potest, sed ipsi consiliarij absente Duce tantundem possunt, nec minus Senatum consulendi facultatem habent, atque Dux ipse, perindeq; deliberationibus omnibus interveniunt, atque ille, adeò ut nihil proprium aut peculiare relictum sit Duci supra cæteros magistratus, præter primum locum in comitiis, precessionem in solemnitatibus, & cum regia veste supremum honorem.
23. *... sub...* Nam cum legibus usque adeò subjiciatur, ut ab iis damnari & morte multari possit, cum, ut olim reges Aegyptiorum, privatæ quoque vitæ præscriptam formulam habent, tempus instituendorum Comitiorum rationem vestitus, numerum donorum, in cives distribuendorum, ac tantum non horam decumbendi & surgendi, cum denique in omnibus consiliis, si cæteri dissentiant, nihil reliquum habeat, præter gloriam consentiendi, quid nam in eius officio Contarenus mihi regium demonstraturus est? Regia enim Majestas non consistit in apparatu externo, sed in summa potestate, quæ ut primum remitti aut sub alterius arbitrium cogi cœpit, à seipsa cadit & regij nominis jacturam facit. In legitima enim regni cum cæteris Rerumpublicarum formis conmixtione, si non omnia saltem quædam Majestatis jura illibata retinet Rex, ut in imperio Roman. & regno Polonorum infrà demonstrabimus. Atqui Dux Venetorum, cum expers sit omnis potestatis, & ut ait Bodinus, *Solus nec vocare quemquam, nec prehendere, nec punire queat*, tam longè amoveri debet à nomine Regio, quàm longè à regia potestate abscessit.

24. *De Concilio Precatorum.*

Progreditur dehinc Contarenus *libr. 3.* ad illam partem, in quâ collocat Oligarchiam seu Aristocratiam, nimirum ad concilium Precatorum, *Pregai* vocant Veneti, seu ut Tuscani dicerent, *Pregati*, eò quod antiquitus à viatore corrogari solebant, quibus admiscet collegium *Sapientum*, tanquam Præconsultores, quibus potestas data est, ad Senatum referendi & concilium pro rei indigentia convocandi. Ne autem lector ignoret, quæ sit huius concilij, horumque Sapientum, quorum conventum Veneti peculiari nomine vocant *Il Collegio*, 25. *De Collegio.* sciendum est, quod Collegium constet ex supremis quibusdam magistratibus, Duce, Sex Consiliariis, tribus Rectoribus, Quadraginta virûm, *Capi de L X.* dictis, item triplici ordine sapientum, quorum præcipui vocantur *I Savi grandi*, & singuli in Collegio locum habent, reliqui *I Savi di terra ferma & di mare*, ex quorum singulis ordinibus non nisi unus admittitur. Hi, quia sunt decus civitatis & flos prudentiæ, ex benè meritis magistratibus & magnitudine rerum gestarum ad tantum honorem progressis, judicio summorum Senatorum diligenter selecti, quidquid intus forasque geritur, ad deliberationes suas recipiunt

Senatus quidem prodit candidatos, sed comitiatus ex propositis potestatem eligendi habet, in quem plurium calculi conienserint, quemadmodum in Consiliariis sex, binis Censoribus, & Præfecto armorum nec non Adjunctis Senatus, observari scribit Sansovin. *de Repub Venet.* Sapientum enim qui vocantur, electio relinquitur in potestate Senatus.

28. *De Decemviris.* Cum igitur ex hisce perspicuum sit, Ducem omni regia autoritate nudatum esse, Senatus verò & summorum magistratuum potestatem à Comitiis seu Concilio Maximo dependere, facilè esset in manum totius nobilitatis, quæ ad concilium hoc vocatur, Majestatem concludere, nisi Concilium Decemvirorum, quod Contar. *libr.* 3. malè Ephoris Lacedæmoniorum, & Decemviris Romanorum, rectius Ianottus, *de Rep. Venet.* Dictatoriæ Majestati assimilat, quoniam à reliquo corpore non dependet, nec subjicitur concilio Maximo aliter, quàm quod ab illo per electionem cōstituatur. Sententia enim, quam profert, provocatione ad Senatum Rogatorum aut conventum Maximum retractari non potest, nisi eam vel ipsi Xviri, vel

29. *Quod Majestati non gaudeant.* successores mutent. Nihilominus, ne huic quidem magistratui summa potestas asscribi potest, cum & ipse precarius sit, & à tota universitate eatenus dependeat, ut non tantum in ordinem cogi, sed & prorsus abdicari possit, quemadmodum nō semel apparuit, cum nimiam potentiam in suspitionem trahentes, reliqui Senatores iis dare successores tergiversarentur. Nec verò soli quicquam concludere possunt, nisi accedat Ducis & Consiliariorum præsentia, maximæq; horum partis consensus. Quin etiam, ubi exigit negotii difficultas, Sapientū duo ordines, *i grandi & quelli di terra ferma*, nec non Advocati & novem Procuratores, & præter hos quindecim ad id singulari judicio selecti Senatores, *la Giunta* vocant, adjunguntur, ne salus totius Reipubl. paucorum fidei temerè concredita videatur. Quod verò propria Majestate non subsistant, ex eo apparet maximè, quod non de quibusvis rebus cum summa autoritate, (Sic enim nihil relinqueretur Senatui aut Cōcilio Maximo expediendum) sed de iis tantum statuendi facultatem concessam habeant, quas oportet subitò & occultè expediri. Nam nec leges cōcedunt, nec magistratus constituunt, sed reprimendis seditionibus, præveniendis conjurationibus, occultis fœderib. contrahendis aut resolvendis potissimum subserviunt. Verisimile est, hos esse illos eosdem, quos vindicandæ neci antecessoris & conquirendis conjuratis creaverat Sebastianus Cyanus, licet eorum origo vulgò asscribatur Petro Gradonico. Sed ut officia, quæ depræhenduntur cum tempore utilia subinde ampliora evadere, & plura ad se trahere negotia cōsueverunt, ita huc quoque accesserunt, quæ occultè machinari & sine strepitu & ambagibus ad finem perduci utilitas publica requirebat. Prima igitur Xvirorum cura consistit in punienda perduellione & civium cōjuratione, cui rei Romani sæpe solebant Dictatorem dicere, utpote contra Melium & Manlium, quod L. Quintius *in magistratu constricto legib. de provocatione, non sat esse virium* diceret, *ad eam rem pro atrocitate vindicandam: opus esse non forti solum viro, sed etiam libero exsolutoq; legum vinculis Liv. lib.* 4. Receptum enim est in omnib. Rebusp. probè institutis, ut cōtra Majestatis crimina sine strepitu procedatur, *Extrav. ad reprimēd. §. Hac edictali non obstantibus legibus aut consuetudinibus quibuscunq;*, ut *ibid.* dicit Imperator. Ad leges verò ad silentium redigendas magistratus, quem juramentum legibus alligat, non sufficit. sed opus est viro legum vinculis exoluto. Nam si contra Catilinam Cicero potius Dictator creatus, quam consulari potestate usus fuisset, non præbuisset adversariis materiam calumniæ, quasi contra leges carnificem & laqueum civib. induxisset. Servilii enim Halæ cædes, licet indicta causa Melio caput finderet, extra culpā fuit, jussu Dictatoris satis excusata. Lucenses ferè ad imitationē Venetorum vindicandæ perduellioni habent peculiarem magistratū Secretariorum, quib. in eo negotio absolutam dant potestatem supra ipsum vexilliferū, nullius imperio ante sentētiæ executionē obnoxiam. *Innanzi ch' essi faccino operatione alcuna, ne debbono rēder la causa al cōsiglio. Et tal hora aviene, che ricercādo cosi la materia essi esseguiscono, & poi rendono la ragione al cōsiglio dopo* 30. *Decemviri potestas in puniēda perduellione.*

il fatto, o per non haver potuto adunar il Consiglio in un tratto, o perche il negotio voleva, & richiedeva, subita espeditione. Cum enim hic magistratus potissimùm immineat potentioribus civibus, non minori, quam absolutâ potestate armari potest, siquidem non tantum ambitiosos plurimos magistratus, popularibus legibus favorem vulgi ad rebellionem prolectare conantes, sed Duces ipsos Xviri partim bonis, partim vita multare coacti fuerunt, *Contar. lib. 3. de Rep. Venet.* Marinum enim Falerium, in conspiratione contra libertatem Senatus deprehensum & cum in finem peregrinam affinitatē affectantem, ad securim & æternam infamiā damnarunt, rasa ejus memoria ex ordine Ducum & asscripto hoc testimonio, *Hic est locus Marini Falerij, decapitati pro criminibus. Iustin. lib. 4 hist. Venet.* Accesserunt postea, ab hoc officio judicanda, quæ videbantur paris atrocitatis crimina, videlicet Sodomitica & adulteratæ monetæ. Quo tempore ad se traxerit occultas machinas, quibus in bello & feriendis fœderibus usus est, incertum relinquunt autores, & fugere memoriam hominum necesse est, quandoquidem clanculum invalescunt, quæ consuetudine inducuntur. Ne quis autem jus aliquod Majestatis hinc extundat, sciendum est, quod non totū belli & pacis, fœderumq; jus ad Xviros pertineat, quandoquidem de iis rebus deliberatio instituitur etiam in Senatu, sed, ut ait Ianottus, *questa auttorità non è usata, se non in casi di grandissima importanza, a quali per altra via non si può riparare. Come sarebbe, deliberare di muovere uno guerra, conchiudere una pace, pratticare una facenda occultamente, mandare uno Proveditore in campo con prestezza. Lequali cose se nel Collegio si trattasseno & poi nel Consiglio de Pregati si deliberasseno, dove ragionevolmente s' harebbeno à deliberare non sarìano forse con quelle circonstanze, cioè con quel silentio, con quella prestezza, & simili cose che il tempo ricerca, amministrate.* Habent enim hoc vitii omnes Democratiæ & in quas plures admittuntur Aristocratiæ, ut propter maturam deliberationem, & qui à multis hinc inde injiciuntur, scrupulorum varietatem, non nisi tarde ad executionem descendant, & ut sæpè hostes e[illegible] aliquo ex tanta m[illegible]itudine c[illegible] quam quid conclud[illegible] quet[illegible] aliud invenire remed[illegible]u, quàm u[illegible] angustior cum plena potestate à c[illegible]re reducatur, qui quia ambula[illegible] in certis tantum casibus co[illegible]tem sibi arrogare non potest, cum eti[illegible]fex Rom. casualem sibi jurisdi[illegible]ctum aliorum auxiliorum tribuat *c. [illegible] foro compet. c. si duob. §. denique de a[illegible]* tamē propterea principibus in Temp[illegible] evadere velit superior. *Anto. R[illegible] pot. Imp & Pap. §. Cæsarē à nullo. [illegible] lin. tr. 2. de just. disp. 29. concl. 1 §. [illegible] fero.* Tiberius à Senatu sæpe ve[illegible] ad [illegible]pellari: Caligula omnib. magistra[illegible] dius suis etiam Curatorib. supremam [illegible]dictionē sine sui appellatione indul[illegible] appellationes omnes ad Senatū rejec[illegible] tamen quisquā horum Imperatorum [illegible]statem imperii à se in magistratus a[illegible]vit, cū præfecti prætorii semper sine a[illegible]tione judicarint, etiāsi pretio serv[illegible]lis est hujus quoq; Magistratus apud V[illegible] conditio, qui sine Majestate in certis [illegible]dam casib. plenam potestatem man[illegible]bet, nec tamen desinit magist[illegible] superioris autoritate depēdere. Qua[illegible] non nego inimicā esse tantam potest[illegible]beræ Reip. nisi brevitate tempori & c[illegible]cissitudine ab executione pravorū co[illegible]rum & supremorum magistratuum, in[illegible]piorumq; civiū admixtione ab occul[illegible] spiratione impediretur, de qua re eri[illegible] *in parte 2.* agēdi locus *Pendere enim a[illegible], & nō omne licere homini facere, quo[illegible] fuerit, utile esse* dicit Arist. *lib. 6 Pol[illegible] potestas faciendi, quod libeat, n[illegible] [illegible]cere id vitij, quod in singulorū ing[illegible]* Et Liv. ait. *Quid autē tuto cuiquam [illegible] summam Remp. permitti, si ratio non [illegible]denda. li. 3[illegible]*. Brutus, *apud Halyc. li.* [illegible] ἀ[illegible] [illegible] δοχῆ, καὶ [illegible] [illegible] τῶν [illegible], ἐξ ὧν φύεται [illegible].

Cæteros magistratus, qui, quo[illegible] infrà hos relinquūt[illegible], operæ [illegible] ut à communione Majestatis [illegible]niam si Majores illic locum no[illegible]tò minus habebūt minores. Ni[illegible]

contra-

Left margin, beside "ulteratæ monetæ. Quo tempore ad se traxe-": 31. *Circa bella & fœdera.*

Right margin, beside "appellationes omnes ad Senatū rejec[illegible]": 32. [illegible]

contrarium Majestati, quam dependere & superioris centuræ seu reddendis rationibus subjici, quod est proprium omnium magistratuum: Procuratores D. Marci, quas supra dixi viginti quatuor hodie esse, speciem aliquam Majestatis repræsentare videantur illis, qui ex fuco metiri solent nativum colorem. Nam licet Ducali veste ornentur, omnesque magistratus, præter Consiliarios & præsides Quadraginta virûm honore & loco antecedant: tamen potestate usque adeò destituuntur, ut ne in Comitiis quidem Universæ Nobilitatis præsto iis esse liceat, nisi quando de Electione novi Principis agitur. Novem saltem ex iis à Decemviris ad graviores deliberationes vocantur: in Senatum quidem Rogatorum omnes admittuntur, sed nec prærogativam habent suffragij, nec plus possunt, quam quisquam alius ex infima nobilitate.

33. De procuratoribus.

Ideoque cum nec magistratuum cuiquam, nec Duci ipsi, nec Senatui ullum Ius Majestatis primò & perfectè competat, necesse est, ad totius Nobilitatis conciliũ tandè devenire, & in eo Majestatẽ per partes investigare, quam adeò integrã, adeò sinceram illic invenimus, ut Reip. ad Aristocratiã ne minimum quidem deesse videatur. Dictum enim paulò ante est, Leges de rebus quibuscunq; ferri in Concilio Magno, modò sexcenti civiũ præsto sunt. Nam quando consultatio incidit de re magni momenti, ad minimum sexcentos oportet concilio interesse cives & quatuor Consiliarios. Ad magistratuum verò creationem præter quatuor Consiliarios, cæterorum certus numerus non requiritur. Quanquam enim & leges in Senatu *dei Pregati* seu Rogatorum promulgantur, & magistratus ibidem nominantur: tamen, quæ nervum Reipub. attingunt leges, & perpetuæ autoritatis esse debent, Magno Concilio confirmandæ iterum offerri solent, & præter Sapientes, qui jus edicendi aut suo Marte statuendi quicquam non habent, & proinde à senatu, tanquam ἀκύβουλοι, citra præjudicium constitui possunt, cæteri ferè Majores magistratus, quibus potestas est in Rempub. non alibi eliguntur & potestatem accipiunt, quam ab hoc ipso Concilio, quod idẽ supremam appellationem recipit, & sententias Senatus vel ratas habet, vel corrigit, quanquam hoc posterius rarò contingit, quando Senatus concilio Magno miscetur, & qui illic prævaluerunt, hic quoque sua autoritate facilè aliorũ sententias in suas conficere leges possunt. Sicut vero Decemviris datum est causas certas definire sine provocatione, salva Majestate Concilij, ut paulò ante probavimus: ita tã his, quam Senatui injecta est cura pacis bellique & quæ huc pertinent, non quod eam à se prorsus abdicarit Concilium, sed quia utiliter in publicum theatrum & longam deliberationem deduci non poterant, quæ eò cautius tractantur, quò secretius habentur & maturius expediuntur, necessitas ipsa toti Communitati eripuit, non quidem possessionem, sed usum & exercitium hujus juris, illudque partim ad Senatum, aut si & illic plures congregentur, quam silentium, quod negotio præsenti debetur, admittat, ad Collegium Xvirorum traduxit, quod cum non adverterent vel Ætoli vel Achæi, meritò reprehendit eorum comitia Livius *dec.* 4. & Polyb. *lib.* 2. quod Philippus Consiliorum omnium gnarus fuerit, antequam post longas concertationes concluderentur. Qua in re facto, non dicto opus est, ubi periculum in mora, Deus Opt: Max. imitandus est, apud quem cogitata & facta nullo divortio disjunguntur: Sed ut dictum quodque ita factum est. Majestatis verò particulam propterea Concilium non deperdit, quia possessionem & jus supremum retinet, licet executionem magistratibus demandet. Sic enim Cor diximus esse principale membrum in homine, & quidem unicum, licet animalis facultas à cerebro, naturalis à Iecore effectum sortiatur, quoniam utraque proficiscitur & sustentatur à corde, in quo Anima, omnium facultatum autor, radices agit. Non enim ibi dominium est, ubi exercitium, & Imperator, quanquam Româ non motus, in omnibus tamen provinciis vincere potest, quoniam quod per alium agit, per seipsum agere videtur. Satis igitur demonstratum est, Majestatem Reipubl. Venetorum penes solum Concilium Max: adeoque penes nobilitatem, exclusa in universum plebe, residere, cui necessariò consequens est, cum summa

34. ... Aristocratia.

35. Majestas ex M. Concilio ... per partes.

rerum in manu paucorum Nobilium versatur, totam Rempub. esse Aristocraticam.

SECT. 5. De statu Reipubl. Iudaicæ, à Mose institutæ, & retentæ usque ad novi Regis electionem.

1. *Varia Autorum sententia.*
2. *Separatur ætas Patriarcharum à præsenti quæstione.*
3. *Quam turpiter confundit Bellarm: cum Repub. post instituta.*
4. *Patriarchas fuisse quidem magnos patresfam. sed non Reges.*
5. *Exemplum Iuda à Bellarm. allatum refutatur.*
6. *A Mose demum introductam Aristocratiam.*
7. *Synedrij a Mose instituti jurisdictio.*
8. *Cum summa provocatione.*
9. *De quibus causis Synedrium judicaverit.*
10. *Quanta fuerit autoritas Iudicum.*
11. *Qui cum Regibus non sunt confundendi.*
12. *Distinctio futilis Bellarmini rejicitur.*
13. *Deus immediate constituebat Iudices aliosq. magistratus inter Hebræos.*
14. *An Moses verè Rex fuerit.*
15. *Deum multa immediatè administrasse in Republ Iudaor.*
16. *Iudices gerendi belli, quam gubernandæ Reipubl. causa creatos.*
17. *Aristocratia in Republ. Iudaor. porrò probatur.*
18. *Quanam Majestatis jura DEus Synedrio assignaverit.*
19. *Cur Herodes Sanhedrim sustulerit.*
20. *Cum Synedrio ablatum fuisse sceptrum de Iuda.*
21. *Penes Synedrium fuisse summam jurisdictionem ante & post Reges.*

VNum adhuc Aristocratiæ exemplum, quod non minus contentiosum est, proponere placet in Republ. Hebræorum, ante Regum electionem, quam Bellarminus Monarchiam fuisse contendit, *lib. 1 de summo Pontif. cap. 2.* quò inclinat Bodin. *lib. 7. de Repub. cap. 4. ad fin.* Alij ad Aristocratiam revocant. Ioseph *lib. 4. Antiq. Iudaic.* Petrus Galat. *lib. 4. de arcan. Cathol. Verit.* Sigon. *lib. 6. de Repub. Hebræ. c. 7.* A[illegible] *com. de [illegible] Hebræ. c. 7.* [illegible] phan. *lib. 1. de Iurisd. c. 6 & 7.* Calvin[illegible] *4. Inst. c. 20. S. 8* Matt. *in c. 9* [illegible] *Class. 13. in pr.* Danæ. *lib 4 de* [illegible] Pelarg. *ad c. 17. Deuter.* Ex utraq[illegible] regni & Aristocratiæ temperatum [illegible] Zepper. *lib. 3. Polit Iudaic. cap 1.* V[illegible] distinctè Veritatem dignoscemu[illegible] guenda est Patriarcharum ætas [illegible] Moses demum ex præscripto divino [illegible]vit. Nam Bellarm. *d. lib. 1 c 2.* dum C[illegible]num refutat, qui populo Iu[da]ico Aristocratiam Politiæ vicinam, adjudicaverat, [illegible] exempla Abrahæ, Iudæ & Mosis [illegible] monstrat regiam potestatem usu p[illegible] Abraham bellum gessit, *Gen. 14.* [illegible]ram suam stupri accusatam & co[illegible] ignem condemnavit, *Gen. 38* Mo[illegible] millia hominum, qui vitulum aureum [illegible] DEO coluerant, morti dedit, sine S[illegible], [illegible] plebiscito, sine ullius alterius in p[illegible] unius autoritate, *Exod. 32.* Qu[illegible] est aliud, quamque veritati extra [illegible] currere? Calvinus loquitur de ea Re[illegible] formâ, quam Moses induxit, seu ut [illegible] quæ DEO præ omnibus aliis in popul[illegible] placuit: Bellarminus opponit æ[illegible]em [illegible] longo intervallo antecessit, & [illegible] alicujus Reipubl: Vestigium apparet. N[illegible] 4.
post diluvium ante Nimrodum [illegible] sub [illegible] quidem Senioris, non tamen ut R[illegible] ut patrisfamilias imperio vivebant [illegible]nes, prout multis rerum testimoniis pr[illegible]tum est, *lib. 1. c. 1. & lib. 2. c 2. Sect.* [illegible] ex quo originem regnorum ad imitationem [illegible] agnatum familiarum, rectè accers[illegible] A[illegible] *Polit. c. 2. & 3. Pol. c. 11.* Ea autoritate [illegible]erat Noah toti posteritati, & Abr[illegible] familiæ, quæ tam ampla erat, ut vi[illegible] gibus herum tanquam nimis poten[illegible], [illegible] suspicionem deduceret. Quid est [illegible] ex quo Abraham Rex arguitur? An qu[od] bellum gesserit & res per vim ablatas, [illegible] erit? Certè ad bellum defensivum no[illegible] est autoritate & jure belli gere[illegible] quiritur in *c. Iulianus 15. q. 3 c.* [illegible] *cur. 23. q. 1. & c. Dominus.* [illegible] *in fi. l. lex duod. in fi. ad l. Iul.* [illegible] jure evenit, ut quod quilibet [illegible]

sui corporis fecerit, jure fecisse existimetur, *l. ut vim. 3. de just. & jur. l. 4. & 45. §. qui cum aliter. ad l. Aquil.* Nec opus erat tot confragrosis argumentis, quæ hic congerit Thomas Anglus *in c. 14 Genes.* ut ab injuria eripiat Abrahamum, in quam delatus videri posset iniquo bello, & sine autoritate gesto, quoniam se quisque defendere sine jurisdictione potest, *d. l. 4. & 45. ad l. Aquil. Clem. un. in fi. de homicid.* & ubi judicũ copia deest, licet nobis ipsis jus dicere. *l. ait. prætor. §. si debitorem. Quæ in fraud: credit: l. si alius §. bellissimè. Quod vi aut clam. prout copiosè ostendimus de bell. post princ.* Quin etiam Abraham non subditos, ad capessenda arma conclamavit, non militem aliunde conscripsit, ut Regem publico belli apparatu repræsentaverit, sed servis tantum usus, fugientibus hostibus fratrem Lothum cum rebus ereptis extorsit, quod certè non est indicium Regis, sed patrisfamilias, nec profectò ejus magis bellũ dici potest, quam cum Milo servorum manipulos armaret in Clodium. Denique, si defensioni inculpatæ terminos supergressus Abraham, prædas egisset ex hostibus, & plus recepisset, quam perdiderat, ne jura belli sibi vel minimum usurparet, obvio Regi Sodomorum, præter res fratris & mercedem sociorum, omnia tradit in manus, non ignarus, quod præda pertineat ad principem. *c. jus militare in fi. & ibi gl. in Verb. principis portio. dist. 1. gl. in c. dicat. in Verb. omnia. 23. q. 5.* cujus auspiciis militatum sit: quem in sensum hanc prædæ distributionem interpretatur Ambros. *lib. 1. de Patriar. c. 3.* inquiens. *Cum Abraham diceret ad Regem Sodomorum: Nihil sumam abs te, docuit militarem disciplinam, ut Regi servarentur omnia. Sanè his, qui secum fuissent in adjumentum fortasse sociati, partem emolumenti tribuendam asserit, tanquam mercedem laboris.* Minus ad propositum facit exemplũ Iudæ, qui nurum Thamar potestati suæ adhuc subjectam, morte dignam pronuntiavit, quod stupro familiam commaculasset. Quis enim unquam audivit, Regem continuò fieri, qui aliquem morte dignum pronuntiat? Quod si etiam ad mortem dedisset Iudas, nihil fecisset ultra disciplinam domesticam ejus temporis, qua licebat patribusfam: summo jure in liberos & servos uti, adeò ut etiam vendere eos in servitutem fas esset, prout patet, *ex 2. Reg. cap. 4. Math. 18.* quemadmodum & Romani, Galli, Germani, multi item Asiatici populi jus vitæ & necis in liberos exercuisse leguntur, nec tamen tot propterea Reges extiterunt, quos patresfamilias.

Remota igitur Patriarcharum ætate, quæ nulla dum Reipubl. certa forma occupata, sed inter magnos patresfamilias distracta fuit, Venimus ad leges à Mose seu potius à DEO ipso institutas, quibus pura introducta fuit Aristocratia, ut ex *Deuter. cap. 17.* luce meridiana clarius patebit, & hoc discursu nobis demonstrandum incumbit. Cum enim Moses à tam odioso magistratu, quem hactenus in refractario populo gesserat, sese liberari peteret *Num. 11.* jussit DEVS ex universis seniores, & qui cum magistratu antea fuissent, seligi, cum quibus onus, quod solus huc usque gesserat, divideret. Ejus collegij jurisdictio describitur *Deut. 17. num. 19. & 2. Paral. cap. 19. Si qua causa difficilior in portis subnata fuerit inter sanguinem & sanguinem, litem & litem, damnum & damnum, & quidquid controversi incidit in portis tuis, surge & ascende ad locum, quem Dominus DEus tuus tibi monstrabit, & postquam veneris ad Sacerdotes, Levitas & judicem ejus temporis, judicabunt illi, quid æquum sit & justum.* Conspicuè enim ad hoc judicium revocatur extrema provocatio, quando à portis causæ intricatiores transferuntur ad consessum superiorem, *& 2. Paral. cap. 19.* à judiciis civitatum cæterarum *Deut. 16. in fi.* jubentur fratres Hierosolymam ascendere, iteratumque subire judicium, cum tanta comminatione, *Quod si sententiam Pontificis, qui sessurus sit loco Domini, aut supremi Iudicis quisquam contemturus sit, nec in ea acquieverit, morte dignum piaculũ commisisse videatur. Deut. 17.* Et quidem negari non potest, quin consessus ille, què posteri ex Græco corrupta voce *Sanedrin* aut *Synedriũ* vocarũt, sine provocatione judicia exercuerit, de ipso Pontifice, de tribu, pseudopropheta, Majestate & id genus aliis rebus maximi momẽti,

quo-

6. *A Mose demum introductam Aristocratiam.*

7. *Synedrij à Mose instituti iurisdictio.*

8. *Cum summa provocatione.*

9\. *De quibus causis iudicarint.*

quoniam componebatur ex duplici ordine principum, tam sacrorum, quam profanorum, 3. *Par.* 19. *in fi.* ira ut de rebus ad utrumque forum pertinentibus modò præsidente Pontifice, modò Supremo Iudice, judicandi scientiam & autoritatem haberent. Christum ipsum in hoc concilio judicium subiisse patet *ex Matth. c.* 16. *Luc.* 22. *Iohan.* 11. quia de pseudo propheta, quo nomine Christus accusabatur, non poterat minus judicium fieri, ut putat Petr: Galat. *libr.* 4. *de arc. Cathol. Ver. c.* 5. itaque Apostoli quoque cogebantur doctrinæ & miraculorum à se editorum ibidem rationem reddere, ut Petrus & Iohannes, cum quadragenarium, qui ab utero matris claudus fuerat, restituissent, *Act.* 3. & 4. idem Petrus & alij Apostolorum, cum doctrinæ evidentia & miraculorum multitudine magnam populi vim ad se avertissent, *Act.* 3. Stephanus, cum blasphemiæ accusaretur, *Act.* 6. & 7. & Paulus, cum gentes in templum adduxisse argueretur, *Act.* 21. 22. & 23. Angelus Caninius *in comm. de loc. script. Hebraicis c.* 7. per gehennam ignis, Parabolicè interpretatur Concilium magnum, quando *Matth.* 5. tres gradus judiciorum, quasi subordinati numerantur, τῆς κρίσεως, τοῦ συνεδρίου, τῆς γεέννης τοῦ πυρός quanquam nihil obstat, quò minus per secundum gradum, quo nomen concilij ipsum exprimitur, consessum supremi judicij intelligamus, à quo prohibitum

10\. *Quanta fuerit autoritas Iudicum.*

fuerit asiò appellare. Nam quod Bellarminus non veretur asserere, ad Iudices, qui Mosi & Iosuæ, usque ad creationem Regum, successerunt, solitum fuisse populum preces & appellationes deferre, non tantum extra veritatem sacrarum literarum, sed & contra ordinationem divinam *Deut.* 27. asseritur, qua causæ omnes ad Sanctam urbem & Seniorem consessum evocantur. Iudicum verò, quos immediata DEI providentia post Iosuam, ut plurimum, creabat, præter paucos, qui suo Marte patrocinium oppressi populi susceperunt, *Iud. c.* 10. *in pr.* & Iephtam, quem à populo vocatum, Spiritus DEI propulit. *Iud. c.* 11. longè alia, quam Regum ratio est, nec parum errant tum Bellarm. *d. c.* 2. tum Buch. *in Dial. de jur. regn. Scot.* quod inter Iudices & Reges, inter magistratus & principem Reipub: discrimen [illegible] significant. Nam *Deut.* 17. conip[illegible] regum in Rep. Iudaica nomi[illegible] verba hujus loci & 1. *Sam.* 8. [illegible] ta manifestè arguunt, & demon[illegible] *lib.* 1. *contra Monarcham* Quin etiam Gideon, postquam Midianitarum exercitum fuderat, & populus regnum ipsi, p[illegible] tedemtionis, hæreditarium offerebat, q[illegible] tum inter Regem & Ducem belli [illegible] probè intelligens, temerarium munu[illegible] enter respuit, *quia*, inquit, *Dominus Deus Vester dominabitur Vobis. Iud. c.* 8. A[illegible]lechum verò, eò quod Gideonis leg[illegible] posteritatem excepto Iothamo, in[illegible] ne delevisset, & à populo summam [illegible] tem per vim impetrasset, non d[illegible] ptura à cæteris judicibus nom[illegible] stinguere, quando eum & Regem [illegible] in Israël regnasse dicit. *Iudic. c.* [illegible] teris nomen Regium non tribuit, [illegible] cium & auspicia bellorum. Nec [illegible] huc facit distinctio Bellarmini [illegible] qui à nemine, & proreges seu Duces, qui ab alio dependent. Nam si dependen[illegible] diatam intelligat. nullus Regum u[illegible] tat, qui à DEO non dependeat, prout [illegible] eundem Bellarminum disputavimus, *in* [illegible] *de subject. Cler*: Si verò dependentiam mediatam, quæ peculiaris erat in civita[illegible] & populo. quem DEVS sibi regendum e[illegible] rat, palpabili errore confun[illegible] cum Regibus, quia DEVS judice[illegible] iè constituebat, *Iud. c.* 1. *v.* 1. *c.* 2. *v.* [illegible] 3. *v.* 9. 15. *c.* 4. *v.* 4. 6. *c.* 6. *v.* 11. 14. [illegible] *v.* 29. *c.* 13. *v.* 6. 1. *Sam. c.* 12. *v.* 11. ad [illegible] animabat & instruebat, sente[illegible] suas eorum ore pronuntiabat, ut p[illegible] de Mose ostendemus, adeo ut [illegible] cessionem à populo famil[illegible] suæ [illegible] meritò rejiceret, ne DEVM o[illegible]eret, qui soli sibi regium dominium in po[illegible] Israëliticum reservarat. *Iud. c.* 8. [illegible] prius acquievit vocibus populi, q[illegible] consuluisset in Mizpa, nec prius a[illegible] se accinxit, quam impulsus à S[illegible] ni, *Iud. c.* 11. Ideoque cum p[illegible] secundum vaticini[illegible] *D*[illegible] ret, indignatus DEVS, a[illegible]mu[illegible] cis officio tum fungentem, [illegible]

sed

sed me rejecerunt, ne regnum super eos, 1. *Samuel. c.* 8. quemadmodum jam olim Core Dathan & Abiram, novo supplicio vivos ad infernum rapuerat, eò, quod contra Mosen & Aaronem seditionem excitarant, exprobrantes ipsis prærogativâ imperij. *Nec enim nostrum est imperium*, ait Moses, *sed Deus elegit, quos voluit Num. cap.* 16. Quanquam enim Moses quâ legislator, quâ Propheta, quà amicus DEI, qui cum loquebatur de facie ad faciem, longè plus poterat in populo, quam posteri Iudices: Regiam tamen potestatem nullibi sacra scriptura ipsi tribuit. Philo quidem *lib.* 3. *de Vit. Mos.* ipsum

14. *An Moses Rex fuerit.* vocat *Regem, Legislatorem, Pontificem, Prophetam*, Gregorius Nazianzenus *in orat.* 3. *habita coram Greg. Nyss. Principem Principum*, & sacra scriptura ipsa testatur, quod functus fuerit *officio Regis*, *Deut. cap.* 33. nec ulli dubium est, quin ob prærogativas, quas paulò ante tetigi, antesteterit omnibus principibus, & primas inter Seniores obtinuerit, adeò ut ipsum summum sacerdotem, graviter correxerit & jurgiis è diverticulo in viam reduxerit: *Exod.* 32. *Levit. cap.* 10. *Num.* 12. Cæterum, quod Rex fuerit, non magis probat Bellarminus, quam quod summus Pontifex. Nam quod tria millia eorum, qui circa vitulum Aaronis tripudiarunt, opera Levitarum interemit *Exod.* 32. ex pio Zelo fecit, non secus ac Pinehas nepos Aaronis, in opere cum Muliere Moabitica deprehensum Israelitam, gladio transfodit *Num. cap.* 25. & Christus ipse, quantumvis Politicæ potestatis aliàs abstinens, vendentes & ementes flagellis templo ejecit. Cæteros verò Deus ipse immediatè vel ad occultas pœnas rapuit, vel sententiam in eos Mosen pronunciare jussit, quia peculiare hoc habuit Respub. Iudæorum, ut immediatè à Deo, tanquam à capite & Rege leges, Magistratus, judicia acciperet, & in bella ad occupandam terram promissam mitteretur. Binos filios Aaronis peregrinum ignem ad

15. *Deum multa immediatè administrasse in Repub. Iudæorum.* Dominum inferentes, igne Dominus ipse consumit. *Levit. cap.* 10. Mirjam, quæ cum Aarone prærogativam Mosi invidebat, leprâ septendium affligit, *Num.* 12. Carnis esum à Mose profana cupidine, flagitantes, occulta plaga trucidat. *Num.* 11. *Psalm.* 78. Terræ promissæ occupationem desperantes in solitudine mori facit, & hostium prædæ exponit. *Num. cap.* 14. *Deut.* 1. Core Dathan & Abiram cum ducentis quinquaginta, sociennis, contra Mosen & Aaronem seditionem excitantes, hiatu absorbet, *Num.* 16. *Deut.* 11. *Psal.* 106. Expostulantes de inopia aquæ, ardentium serpentum morsu conficit, *Num.* 21. *Sap.* 16. 1. *Corinth.* 10. Commiscentes se Moabitarum fœminis & idolis à Iudicibus & Senioribus per Mosen exuri *Nu.* 25. *Deut.* 4. Ligna Sabbato colligentem lapidibus obrui, *Num.* 15. eademque pœna blasphemum affici jubet. *Levit.* 24. Cum igitur sententias Deus ipse ferret, cum leges conderet, magistratus institueret, ut de Mose patet, *Exod.* 3. & 4. *Num.* 12. & 16. de septuaginta Senioribus *Deut.* 17. *Nu.* 11. & judicibus inferiorum portarum, *Deut.* 16. deq; Ducibus belli & Iudicibus Majoribus *Iudic.* 1. v. 1. *cap.* 2. *Vers.* 16. *&c. ut suprà allegatum fuit*. cum deniq; bella ipse auspicaretur & miraculosè duceret, *Exod.* 14. 17. *Num.* 10. 21. 22. 23. 24. 25. *in fin.* 33. *in fin. Deut.* 2. 3. 8. *&c. Ios.* 1. *& per tot. Iud.* 1. 2. 3. 4. 6. 10, 11. 13. *&c.* quid superest Mosi, tanquam Regi tribuendum. Autor Epistolæ ad Heb. 3. Mosen dicit extitisse, *servum in domo Domini*, quam laudem illi Dominus ipse relinquit, *Num.* 12. eò quod nihil ex sua sententia, sed omnia ageret ex divina revelatione: nec Stephanus Protomartyr alio titulo, quam *Ducis itineris & Principis populi* eundem honorat. *Act. c.* 7. Ipse Moses se nominat *miserrimũ mortalium & afflictissimum in populo*, *num.* 11. & 12. nedum ut regium splendorem cum summa potestate rerum omniũ affluentiam sibi tributam velit. Nec tum demum, cum Saul forte duceretur, Regẽ in Israel fore prædixisset, si ipse Rex ante extitisset *Deut.* 17.

Post Mosen, cum Iosua jam bonam partem terræ promissæ occupasset, & Deus plura secundum leges latas expedienda hominib. relinqueret, nec eũ Prophetis amplius, tanquam vir cum viro loqueretur, quicquid infra Deum ab hominibus expeditum fuit, quod ad Maiestatem pertineret, à Senioribus seu à Synedrio expeditum fuit. Iudices enim magis ad gerendum bellum, quando opus erat, quàm administrandæ Reipubl. ergò 16. *Iudices magis gerendi belli quàm gubernandæ Reip. causa constituti.*

ergò excitatos & constitutos fuisse patet, ex *Iud.*1.v.1.c.2.v.16. 18.c. 3.v.9.& 11.c.4. v.6.c.10.v.18.c.11.v.8.c.13.v.6. Nam post mortem Iosuæ, cum diu capite carerent tribus, quis tum Reipub. præter Seniores præesse potuit? Certè, quando scriptura dicit, *vivente Iosua & Senioribus*, qui cum Iosua miracula in deserto facta meminerant, nihil mali à populo ab iis in officio retento, perpetratum fuisse, annon Senioribus post Iosuam tribuit potestatem regendi Rempublicam&conservandi veram religionem? *Iud.cap.*2. Mortuo inter medios Philistinos Samsone, cum Rex in Israël nullus esset, *Iud.c.*17.&c.18.principes populi convenisse ad vindicandum stuprum, quod Benjamitæ impunitum reliquerant, universamque plebem in bellum duxisse leguntur. *Iud. c.* 20. v.2. c.11. v.16.

17. *Aristocratia in Repub. Iudæorum probatur.*

Nec multò post judicium in populo exercuisse perhibetur, Eli 1.*Sam.*4. v.18. quippe, qui Synedrio tanquam Pontifex Maximus præsidebat, & sub regno ipso, cum Athalia per vim Tyrannicam usurpasset sceptrum, Iojada Pontifex cum cæteris principibus legitimo hæredi regnum restituit.2.*Reg.*11.2 *Par.*23.quoniam Tyrannis æquiparatur interregno, quandoquidem Tyranno obedientia de jure non debetur. In interregno verò Respub. recidit ad eos, qui Regi potestatē tradiderant,Quod enim Ioach. Steph *lib.*1.*de Iurisd. cap.*7.*num.*7. Synedrio potestatem in reges ipsos tribuat, exemplo Athaliæ non rectè conficit, ut disputatū à nobis fuit *contra Brutum q.*3.*Vind. in lib.de Autor.reg.c.*2.*nu* 9.& 10 & tota regum historia contrarium evincit.1.*Reg.*2. 2.*Paral.c.*19. *Ierem.*36.37 38. Tantum verò aberat à potestate regia Iudicum autoritas, utSamuel officiū Iudicis etiam in ipso regno salva Majestate Saulis, exercere potuerit. Sic enim de eo scriptum legitur 1. *Sam.c.*7. v.15. *Samuel judicabat populum, quamdiu in vivis erat.* Vnde apparet Synedrij autoritatem potuisse cum Iudicum autoritate integram manere,licet hi unà cum Pontifice principes&capita concilii essent,*ut ex Deut. cap.*17 & 2.*Paralip.c.*19 apparet,recteque Iosephus *lib.*4. *Antiq.* legem & verba Mosis *ex Deut.*17. hoc sensu interpretatur: *Aristocratia & vita,qua ex ea degitur,res optima est,nec vos capiat desiderium alterius Reipub.sed hanc amate, leges habentes Dominas, ex iis omnia facientes. Satis enim est, ut Deus præsit. Quod si Regis cupiditas vos incesserit, is ex eadem gente sit, &c.*

18. *Quænam Majestatis iura Deus Synedrio assignarit.*

Nec obstat Aristocratico statui, quod Bodinus *lib.*6.*de Repub cap.*4.*in fin.* non omnia jura Majestatis Synedrio attribui posse dictitet, quia pleraque Deus suo unius arbitrio pro tempore moderanda reservarat. De legibus enim cautum erat: *Nec addetis,nec demetis quicquam. Deut.c.*4 Magistratus majores, quando visum fuerat, pro rei necessitate, idem mittebat,unde judices Gideon,Bedan, Iephtha,Samuel missi à Deo dicuntur, 1.*Samuel.c.*12.v.11. Idem ad bellum Spiritu suo propellebat Duces, & animabat secuturum populum, quoties oppressam plebem à vicinarum gentium jugo eximere volebat, *Iud.* c. 2. Nam cum contra Amalekitas & Cananæos nequicquam dissuadente Mose, expeditionē urgerent, non sine magna strage in castra redierunt, *Num.*14. *in fin. Deut.*1. *in fin.* Ipsi etiam seniores,cū Iudex in Israël nullus esset, Dominum consulunt, de Duce & profectione contraBenjamitas,nec tamen ne sic quidem effugiunt,quin usque ad quadraginta millia cedantur, *Iudic.c.*20. Non sunt igitur penes homines omnia jura Majestatis quærenda in eaRepub.cui Deus ipse caput & principem se constituit. Satis est, si judicia secundum leges, sine provocatione, si quorundam magistratuum creationem, & bellorum de consilio DEI expeditiones habuerint, quæ omnia Synedrio attribuit liber Sanedrin. c. *Dine mamonoth. id est, Iudicia Divitiarum*, ubi dicitur: *Non erant judicantes tribum vel sceptrum, neq; pseudoprophetam, neq; sacerdotem magnum, nisi domus LXXI.judicum: Nec erant egredientes ad licitum bellum,nisi secundum os domus judicij LXXI.judicū: Nec addebant civitati, nec salariis templi, nisi per os domus judicij LXXI.judicum: Nec faciebant conventus judicum ordinariorum tribubus, nisi per domum judicij LXXI.judicum, quod per manuum impositionē in tribum fiebat.* & quæ præterea sequuntur. Nam licet ubique, ante Reges,sub regibus, interregnis & in ipsa captivitate Babylonica, permagna fuerit

19. *Cur Herodes Sanhedrim sustulerit.* fuerit Synedrij autoritas: majores tamen vires sub Asmonæis principibus cepit, adeò, ut Herodes potentiam ejus nimiam, absoluto suo quem meditabatur, dominatui periculosam metuens, trigesimo sui principatus anno, *ut scribit Philo in libr. de Temporib.* è domo David Sanhedrim sustulerit, reservato solo Baba filio Bota, ut scribitur *in lib. Bava bathra in c. Hassuttaphin. id est, Socij*
20. *Cum Synedrio ablatum fuisse sceptrũ de Iuda.* *in negatione*, aut Samea, ut memorat Ioseph. *lib.*14. *Antiq. c.*17. *Petr. Galat. lib.*4. *de arcan: Cathol. Ver. c.*6. *Angel. Caninius d. c.*7. *de loc. script. Hebr.* Et eo momento completam esse Prophetiam Iacobi *Gen.* 49. & recessisse sceptrum de Iuda, legumlatoremque seu scribam de medio pedum ejus, censet Galat. *d. c.* 6. per scribam intelligens Synedrium, ex R. Mose Hadarsan *in comm. in Gen.* qui ait. *Et scriba de fœmore ejus (alij, de medio pedum ejus) Hi sunt Sanhedrim sedentes in consistorio Gazith ad judicandum judicia animarum. Hi nunquam de terra Iuda aufferentur, quousq; veniat Siloh.* Vnde infert Galat: *c.* 5. per captivitatem Babylonicam non posse dici sceptrum ablatum esse, quia capita Sanhedrim in Babyloniam unà deducta, ibi ex concessione Regum causas determinarunt, & soluta captivitate, in integrum restituta fuerunt. Post Herodis verò sævitiam, cum Pilatus Christum ad eorum judicium rejiceret, in quo crimina, quæ mortem promererentur, nulla inveniebat, liberè confitentur: *Nobis non licet interficere quenquam*, ablato videl. unà cum Synedrio judicio animarum; & Christus ipse non
21. *Penes Synedr. fuisse summam iurisdictionem ante & post Reges.* dicit Iudæos, sed scribas & Pharisæos super cathedra Mosis sedere, *Matth* 23. quia Neophyti & Proselytæ, quos Herodes substituerat, & coram quibus causas egisse Apostolos supra dictum fuit, summam potestatem non retinebant, quippe, cum ad citationem Felicis Cæsaream usq; Hierosolymis descendere, & contra Paulum causam coram præfecto Romano agere cogerentur, quem, quod in judicio per sententiã damnare non possent, facta conjuratione opprimere & per vim ad mortem rapere decreverent. *Act.* 23. & 24. quo pacto & Stephanũ traxerant ad supplicium. *Act.* 7. Iacobum enim Herodes ipse morti dedit, & Petrum conjecit in carcerem. *Act.* 12. siquidem sublato Synedrio ad ipsum & Romanos, sceptrũ recesserat. *Ioach. Steph. d. c.* 7. *n.* 51. & 78. Atq; ita apparet summum judicium adeoq; sceptrum ipsum, ante & post Reges, penes Synedrium fuisse, quod postremis temporibus etiam leges condidit & magistratus instituit, *ut in libro Sanhedr. legitur*, ipsumq; Herodem ad dicendam causam ex provincia evocavit. *Ioseph. lib.* 14. *Antiq.*

CAPVT QVINTVM.

DE DEMOCRATIA ET REPUBLICA IN SPECIE.

SVMMARIA.

1. *Quid sit Democratia.*
2. *Quid sit Respubl. in specie.*
3. *De differentiis Democratiæ.*
4. *Nota seu Instituta & propria quædam Democratiæ.*

SECTIO I.
Quid sit Democratia. SECT. 1.

1. *An Democratia sit prolapsarum Rerump. optima, rectarum autem pessima.*
2. *Democratiam accipi in genere à Platone & aliis.*
3. *A Polyb. verò in specie pro bono: ab Aristot. pro corrupto statu populari.*
4. *Quid sit δῆμος: quid plebs?*
5. *Vbicunq; plebs imperat, statum Reipubl. esse vitiosum.*
6. *Plebem necessariò carere dotibus, ad regendas Resp. requisitis.*
7. *Ideoq; multis Respubl. posse utiliter aut probè præfici.*
8. *A multis legumlatoribus plebem à cura Rerump. depulsam.*
9. *Quinam statuant omnem Democratiam vitiosam.*
10. *Administrationem Aristocraticam non esse cum forma populari confundendam.*
11. *Populum in Democratia semper necessariò non congregari.*
12. *De Republ. Genevatum.*

 13. *Item*

13. *Item septem Majorum Cantonum Helvetiorum.*
14. *Argentinensium.*
15. *Florentinorum.*
16. *Omne solum plebis imperium vitiosum esse.*

1. *An Democratia sit prolapsarum optima: rectarum Rerumpubl. pessima.*

PLato *in Polit.* ubi Rerumpubl. utilitates inter se comparat, Democratiam inter legitimas deterrimā, inter iniquas, optimam facit. πασῶν inquit, νομίμων τῶν πολιτειῶν οὐσῶν ταύτην χειρίστη, παρανόμων δ' οὐσῶν ξυμπασῶν, βελτίστη. Eam sententiam repræhendit Arist. *lib.* 4. *Polit. cap.* 2. quia Democratia perinde ut Oligarchia, totā naturā vitiosa est, ideoque alia quidem dici potest alia minus mala aut vitiosa, neutra verò bona. Nam etsi prodigalitas tolerabilior est avaritiā, 4. *Eth. c.* 1. cupiditas iræ cupiditate Venerea 6. *Eth.* quia tamen toto genere à virtutum mediocritate abscedunt, nec bonitatis ullam in se micam continent, rectè quidem secundum magis minusve malum inter se comparantur, at non secundum majus minusve bonum, quod in ea non cadit. Nec dubium est, quin vincat Aristotelis opinio, si Democratiam ex ejus mente referamus ad Resp. prolapsas, in qua dominatur abjecta plebs & virtutum omnium Politicarum necessariò expers. Cæterum Plato *in Polit.* Democratian in genere accipit, tàm pro bono, quàm pro corrupto statu, omnemque τοῦ πλήθους ἀρχὴν Democratiam cognominat, quam dividit postea in prolapsam, si leges subruat, & probè gubernatam, si secundum eas gubernetur. Eodem sensu Democratiam proponunt Plutarch. *de Monar.* & Apul. *de Philos.* Polybius verò *libr.* 6. *in pr.* nomen hoc ad eum statum multitudinis deflectit, in quo cives omnes æqualiter ex præscripto legum pro salute & commodis omnium in medium consulendi potestatem habent. Οὐδὲ γὰρ inquit, δημοκρατίαν καλλίστην, ἐν ᾗ πᾶν πλῆθος κύριόν ἐστι ποιεῖν ὅ,τι ποτ' ἂν αὐτὸ βουληθῇ καὶ πρόθηται· παρ' ᾧ δ' ἐστὶ πάτριον καὶ σύνηθες θεοὺς σέβεσθαι, γονεῖς θεραπεύειν, πρεσβυτέρους αἰδεῖσθαι, νόμοις πείθεσθαι, ἐν τοῖς τοιούτοις συστήμασιν ὅταν τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν νικᾷ, τοῦτο καλεῖν δημοκρατίαν. Et huic Democratiæ, tanquam virtuti, opponit ὀχλοκρατίαν καὶ χειροκρατίαν, tanquam vitium.

2. *Democratia accipitur in genere.*

3. *Ab Aristotele verò in specie.*

Aristoteles igitur ab his omnibus discrepat, quippe, qui statum illum, ubi tam patritiis, quàm plebeiis æqualis proposita est libertas, non Democratiæ, sed Reipubl. nomine in specie indigetat, *libr.* 4. *Polit. c.* 8. 9. 11. per δῆμον verò, unde Democratia denominatur, & qui plerumque per se pro statu populari ponitur, non intelligit universum populum, ex patritiis & plebe conflatum, sed viliorem partem populi, quam Latini nomine *plebis* ab universo *populo* distinguere solent. Quos enim Latini *plebeios*, Græcos vocare δημοτικοὺς testatur Halycar. *lib.* 2. Athenienses ἀγροίκους. Plebs autem ait Cajus, est cæteri cives sine Senatoribus *l.* 238. *de Verb. Sign.* χωρὶς τῶν ἀξιωματικῶν, 2. *Eclog.* 2. *cap.* 238. *sine senioribus civitatis*, ut ait Isidor. *lib.* 9. *Orig. c.* 5. & differt à populo, ut species à genere §. *Lex est* 4. *Inst. de jur. nat. gent.* *In populo enim omnem partem civitatis omnesq; ejus ordines contineri* testatur Capito *apud Gel. libr.* 10. *cap.* 20. Nam Pomponius plebem quidem secessisse in Algidam & Aventinum, Decemviros vero populi consensu in carcere necatos, distinctè refert, *l.* 2. §. *Et cum placuisset.* 24. *in fin. de Orig. Iur.* & Livius ubique plebem opponit patritiis Halycar. δῆμον aut δημοτικοὺς πατρικίοις. quos Athenis vult vocari εὐπατρίδας *ut c.* 6. *Sect.* 3. *dicemus* Vbi verò plebs infima imperat omnibus civibus, & inter hoc etiam virtuosis nobilibus, non potest non corruptus Reipubl. status nasci. 3. *Polit. c. ult.* quia contra naturam est, ut imperfectum perfecto, deterius meliori, anima corpori imperet, prout Plato *lib.* 3. *de ll.* & Arist. *lib.* 1. *Polit. cap.* 3. pluribus verbis testatum faciunt. Iam verò ita se res habet in civitate, ut sapientia virtuteque conspicui viri sint instar animæ 4. *Polit.* 4. reliqua turba, ut ait Tullus Rex contra Tufetium Albanum, σῶμα τῆς πόλεως ἰσχὺν δύναμιν τῆς βουλευθεῖσιν ὑπὸ τῶν κρατίστων παρεχόμενον, *Halyc. lib.* 3. Itaque infert Appius Claudius contra Valerium disputans: *Si dementium plebem Senatus imperare siverint, perinde fore, ac si animā corpori subjicerent, vitamq; affectibus, non ratione regerent: quod si plebē Senatui parere & obsequi assuefecerint, sic facturos, ut illi, qui corpus animo subdūt,* & *in*

4. *Quid sit δῆμος: quid plebs?*

5. *Vbicunque plebs imperat, vitiosus status est.*

& in omni vita honestatem non voluptatem respiciunt. Civitatem enim similem esse uni homini, in quo Senatum animum, plebem corpus referat, apud Halycar. lib. 5. Fabulam ne cauda serpentis, quæ alternis vicibus caput præcedere, nec semper alieno trahi volebat arbitrio, & eum voti tandem compos facta fuisset, in tumulos quoscunq; impingebat, nec sine magno discrimine discebat, lumen sibi ad inveniendam viam deesse; soleriter accommodat Plutarch. ad Demoticos. qui in civitatibus dominium affectant, *Plutarch. in Aegid in princ.* Quomodo enim semitam monstrent aliis, qui viã sibi ipsi non sapiunt: *Docenda est plebs, non sequenda. c. docendus dist* 62. *c. non est dist.* 63. Virtus enim & salus

6. *Plebi necessaria caret prudentia.*

Reipubl. in eo unicè consistit, ut is, qui rerum summæ præest, consilia sua referat in publica universitatis commoda, ad quam rem non tantum confirmato animo benè agendi, sed multijuga opus est prudentia & multitudine factorum roborata experientia. Quantum verò ab hac perfectione absit vulgus & necessariò quidem, dum in sordibus & rusticis operis perdit omnem animi vim, *Atque affigit humo divinæ particulam auræ*, abesse cogatur, præter quotidianum usum Aristot. docet *lib.* 1. *Polit. c.* 6. 4. *Polit. cap.* 8. & Xenoph. *in pr de Rep. Athen.* Plato 6 *& 8. de Repub.* Disciplina enim & nobilitas ait Aristot. magis adsistit divitibus, quam plebi, quia pauperibus desunt instrumenta & nervi, nec provitantur divites inopiâ ad injuriam faciendam, quæ pauperes sæpe protrudit in arma & non sinit pacatè vivere sub jugo debitorum, ut docet Plato *lib.* 8. *de Republ. Homini* enim *potentiam quærendi egentissimus quisq; opportunissimus*, ait Salust. *in Iugurt. cui neque sua cura, quippe. quæ nulla sunt, & omnia cũ pretio honesta sunt.* Aristodemus, ejecturus Cumis Optimates, à quibus repulsam passus erat, in societatem consilii & operis vocavit sceleratissimũ quemque & manu promtissimum, captivis etiam & servis manumissis in satellitium adscriptis eorumq; fideli opera usus, Senatum & opulentum quemcunque in curia trucidavit. *Halyc. lib.* 7 *in pr. In optimus enim quibusque*, (Verba sunt Xenoph. *lib. de Athen. Repub. in prin.*) *minima est incontinentia & injuria,*

7. *Inepta est*

plurimaq; pro vitatis diligentia: At in plebe plurima est imperitia, confusio & perversitas. Nam & paupertas eos magis impellit ad turpia. Et ignorantia infestaq; propter rei indigentiam inest in nonnullis hominum. Quid enim narrare habet pictor, quam de cucurbitis, navita, quam de ventis, arator, quam de Tauris?

ad Resp. probè regendas.

Enumerat miles vulnera, pastor oves.

Ecclesiasticus rectè ad docendum ineptum pronuntiat, *eum, qui totos dies sequitur vestigia boum arantium c.* 39. & Ecclesiastes benè ominatur illi terræ *cujus Rex sit Nobilis c.* 10. quoniam *servi dominatio intolerabilis*. Non tantum enim insolescit insuetis honoribus paupertate depressus animus: ut testatur Liv. *lib.* 24. *Hæc natura multitudinis est, aut servit humiliter aut superbè dominatur, libertatem, quæ media est, nec spernere modicè nec habere sciunt*: sed, ut hoc vitii subterfugiat, nihil earum dotium secum ad Rempub. moderandam affert, quas salus exigit Reipubl. Equidem Pomponius tribunus pl. L. Manlio inter cætera objecit, quod filium juvenem nullius probri compertum, rus ablegasset ad operas serviles, quibus tarditatem ingenii insuper premeret, & si quid in eo exiguum naturalis vigoris esset, id extingueret vita agresti, & rust. eo cultu, inter pecudes habendo: *Liv. lib. 7. in pr.* nec Aristodemus Cumanorum Tyrannus compendiosiorem viam invenit avertẽdi à cura Reipubl. civium nobiliorum liberos, quam ut eorum alios luxuriosa & effæminata educatione in omnem mollitiem dissolveret, alios ad aratrum & pecora rus condemnaret, ac ab omnibus disciplinis liberalibus & armorum meditatione longè teneret. *Halyc. libr. 7. in pr.* Cyrus eadem de causa superatos à se Babylonios jubebat terram colere, tributa deferre, & obsequii iis, quibus dati essent. *Xenoph. c. 7. Cyrop.* Non benè conveniunt, nec in una manu tenentur stiva & sceptrum, & quem rustici labores exhauserunt, non satis roboris habet animus ad molem imperii sustinendam. Vnde olim *ἀγροῖκοι*, apud Athenienses ne ad suffragia quidem admissos fuisse autor est Halyc. *lib.* 2. & Solon Thetas seu tenuiores cives à magistratuum honore longè submotos voluit. *Arist.* 2. *Polit. cap.* 10.

8. *Olim plebs repulsa a cura Rerump.*

Xxxx 3 Romu-

Romulus verò divisa civitate in patritios & plebejos sua cuique ordini munia præscribens, *patritios* jussit *sacra curare, magistratus gerere, jus reddere, secum Remp. administrare, res urbanas obire: plebejos* verò ait Halyc. *ibid. ab his negotijs immunes (quippe qui talium imperiti essent, nec vacare per inopiam ijs possent) agros colere, pecora alere, exercere quæstuosa opificia.* Rectè igitur Aristot. omnem Rempub. in qua dominetur δῆμος, seu plebs, quam ipse vocat Democratiam, ad vitiosas refert, quemadmodum & Plato 3. *de Rep.* pessum ituras Resp. prænuntiat, quibus æs & ferrum, seu vilia ingenia, dominentur, & Appius Claudius consentit, quando Valerium Publicolæ fratrem reprehendens, in Senatu sic infit: *Quod autem me*

9. *Quinam statuant omnem Democratiã vitiosam.*

infensum plebi & optimatum potentiæ studiosum μισόδημόν τι καὶ ὀλιγαρχικὸν, *appellat quod Aristocratiam tuear, communia hæc mihi vobiscum sunt crimina, quotquot, cum situ ipsi meliores, detrectatis deteriorum imperium, & quam a Majoribus accepistis Remp. non sinitis degenerare εἰς κακίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις πολιτειῶν δημοκρατίαν, apud Halyc. lib. 6. Quid enim rectius,* ait Salvian. *quid magis justum, quam ut, qui meliores sunt, ijdem sint honoratiores? & qui vincunt judicio, ijdem vincant præmio? lib. 3. contr. avar.* Ostendemus autẽ paulò post *c. 6. Sect. 3.* Roman. Rep. à Regibus ad incertam Aristocratiam & parvo intervallo ab hac in potestatem plebis provolutam fuisse, quod totidem verbis refert Halyc *lib. 7.* & rationes conquirit, quib. victi patritii plebi cesserint τῇ ἰσονομίᾳ δυνάμει, & cum potuissent, ἐν ἀριστοκρατίᾳ πολιτεύεσθαι, maluerint facere τὸν δῆμον τῶν μεγίστων κύριον. Exemplum plebeii status aliud proponit Xenophon, in Republica Atheniensium, quam quidem protestatur, *se non laudare, ut bonam, cum improbos meliore conditione frui faciat, quam probos, sed postquam*, inquit, *iis visum est tam corruptum statum sequi, non improbè faciunt, si ea adjungant instituta, quæ ejus conservationi inserviunt. Hujusmodi enim administratione efficitur, non ut optima sit civitas illa quidem, sed ut popularis potestas, ita maximè conservetur. Populus enim non vult, bene constituta civitate, servire ipse, sed liber esse & dominari. Pravam autem constitutionem parum curat. Nam quod tu putas non benè constitutum, in hoc ipso ita est plebis potentia & libertas.* Ad hanc classem pertinent pleræq; Italiæ & Germaniæ Respubl. quæ a multitudine reguntur, quia ubicunq; universus populus dominatur, ibi dominium aufert plebs, quæ nobiles potiores q; cives multitudine ubique superat.

Sed hoc temperamentum adhibent pleræque, quo vitium popularitatis corrigi censet Aristot. 6. *Polit. c. 4.* ut scilicet universum populum rarò convocent: seligant autem ex universis conspectiores, ad quos nomine populi summa rerum deferatur. Nam 10.

Administratio Reip. non est cum potest. confundenda.

administratio Reipubl. confundenda non est cum potestate, quandoquidem in prima Democratiæ specie, quam agricolis & pastoribus accommodam esse censet Arist. 4. *Polit. c. 4. & 6. 6. Polit. c. 4.* magistratus non gerunt, nisi viri delecti, qui alicubi etiam ne à populo quidem potestatem accipiunt, sed à prædecessoribus, prout Mantineæ factũ memorat: nec tamen propter hanc Aristocraticam magistratus distribuendi rationem, Democratia extinguitur, quãdo supremam potestatem populus penes se retinet. Sic in præcipuis Imperii civitatibus, quæ semiplenam libertatem vel possident vel affectant, Senatus & magistratus majores Aristocraticè constituuntur. Habetur & nobiliorib. & longa antiquitate venerandis familiis suus honos: sed ex universo populo asciscii solent 11.

Populus in Democratia semper non convenire cogitur.

Magistri Collegiorum vel Tribuni, qui nomine plebis intercedendi vel rationes reposcendi facultatem habent. Nam conventus omnium civium ad consilia, nec utilis est, nec necessarius, cum quod per delegatos suos agunt, per se ipsi agere videantur, *l. item eorum §. si Decuriones, Quod cujusq; Univ. nom. c. ult. ressp. 1. de prob. in 6.* Populus enim Lacedæmonius à regib. per Ehoros rationes poscebat, *Arist. 2. Polit. c. 7.* & tribuni Rom. Sctis nomine populi suum T. subscribere solebant, *Valer. lib. 2. c. 2.* Genevates ex promiscuo ordine civium magnum, quem vocant, 12.

Resp. Genevatum.

Senatum Ducentorum constituũt, qui summum in Republ. locum obtinet, & non convocatur, nisi ubi de negotio agitur magni præjudicii, aut jus aliquod Majestatis exequen-

quendum venit. Quia verò ad hoc concilium omnes promiscuè cives admittuntur, & totum populum repræsentat, non ad solos optimates secludenda est Resp. licet Aristocraticè instituta videatur, sed manet in potestate populi, cujus suffragiis Senatores alleguntur, magistratus summi creantur, leges feruntur, bella suscipiuntur & pax firmatur.

11. *Septem Majorum Cantonum Helvetiorum.*

Eadem Rerump. ratio est in septem Majoribus Helvetiorum Cantonibus, in quib. sodalitiorum suffragiis Senatores alleguntur & magistratus cōstituuntur, præcipuè, Basileæ, Tiguri & Schafhusæ. Nam Bernates, Lucernates, Friburgenses sodalitiorum suffragia non exaudiunt, sed sedecim virorum & quatuor Decurionum opera in legendo Senatu, ejusq; principe utuntur succedanea, quæ tamen Electio à toto populo robur accipit. Vicissitudines enim magistratuum & Senatorum, quodque ad honores promiscuè quibusvis ex civitate aditus pateat, item quod à populo aut ejus delegatis constituantur, Democratiæ indicia sunt, sed Aristocraticis institutis perinde temperatæ, ut olim Solon Senatui Areopagitarum & Sexcentorū præconsultorum maximarum rerum præjudicia concesserat, salvo supremo populi jure, ut c.6 *Sect.*1. demonstrabimus. Adeò enim ad populum omnia apud Helvetios prolapsa sunt, ut præter paucos Barones nobilesque, qui per pacta conventa demum æquiore jure, in potestatem Bernatum, *au pais des Veaux*, cesserunt, universam nobilitatem Epidemico quodam furore trucidaverint. Basileæ, qui supererant nobiles, ultrò in agros & prædia, sub Episcopi ditione sita, profugerunt, quod Opificum & mercatorum imperia ferre nescirent: quam fortunam etiam illi perpessi sunt, qui Argentinam domicilia

14. *Argentinensium.*

ex agris transtulerant. Nam cum plebis furori cederent & in solitudine pacata quam in seditiosa civitate suisque capitibus imminente vivere mallent, occasionem aperuerunt civibus transferendæ ad se Reipublicæ legemque condendi, qua nobilibus ad capessendos summos magistratus via prorsus præcluditur. Sanciverunt enim ne quem *Ammeisterum*, (is est summus in civitate magistratus) creari fas esset, nisi qui opificio se aliquo deditum docere posset. Licet enim proximum ab hoc locum teneat *Stetmeisterus*, ex nobilitate residua sublectus, imperio tamen omni sine illius consensu destituitur. Et vidi illic, cum incursus hostium timeretur, & ad arma cives, suo quisq; loco, prout divisæ sunt stationes, procurrerent, universæ nobilitati interdictum, extra ædium munimentum conspici aut in platea deprehendi, quam eandem cautionem observāt, quoties incendium oritur, ubique nobilitati ad recuperandum per vim civitatis regimen viam præclusuri.

15. *Florentinorum.*

Nam Florentini quoque, ut nobilitatem ab omni studio repetendi Rempubl averterent, lege caverant, *Ne cui, qui ex potentium ordine esset, domo egredi per noctem liceret, qui egressum interficeret, et id apud magistratum populumve fraudi ne esset. Iohan Mich. Brut. libr. 1. hist. Flor.* Omni verò nobilitati promiscuè opifices & cerdones imponere Dominos, annon iniquum est & contra rationem? *Est certè*, sed ut ait Xenophon, *popularis ratio aliter non constat.* Nam Florentini multos annos nullum magistratum in manus nobilitatis pervenire passi sunt, donec anno Christi 1282. novam rationem inirent ex 7. majorum artium Collegiis magistratus cooptandi, in quæ nobiles nomina profiteri & ad recuperados honores viam sibi sternere ceperunt. *Grachetto de Malespini histor. Florent. c.*214. Ante illam ætatem tanto odio prosecuti erant nobilitatem, ut Cursium Donatum civem egregium & de Rep. benè meritum interficerent, quia Vgutionis Fagiolani filiam in uxorem duxerat. *Platin. in Clem. V.* Romani cum semel nacti essent inter curules magistratus locum, paulò post patritios ita excluserunt, ut utrumq; Consulem & Censorem ex plebejorum ordine ducerent, licet utrumq; patritium creari nefas esset. Nā cum plebs nativo quodā odio nobilitati invideat, *sitq;* ut ait Xenoph. *ubique terrarum optimæ cuiq; parti popularis potentia contraria, de Rep. Athen. in pr.* ubi in partem imperii admittitur, nullo negotio propter multitudinem paucioribus nobilibus calculum præripit, reluctantesque extorres agit, quemadmodum Florentiæ & Mediolani aliquoties factum est, nec non apud Helvetios & Argentinenses. Cæteræ civitates Germaniæ, quæ

16. *Omne solius plebis imperium vitiosum esse.*

quæ in Democratiam hanc prolapsæ sunt ex pauciorum imperio, amotas partim à gubernaculis, partim seditionibus oppressas vetustiores familias, ita in arctum coegerunt, ut nullæ ferè, aut quam paucissimæ compareant, Lubecæ, Bremæ, Coloniæ, Francofurti, Magdeburgi, & Brunsvvigæ, ubi interim Demagogi & assentatores populi dominantur, nec id exequi licet melioribus magistratibus, quod ex usu Reipub. videtur, sed quod plebi placet, quæ audacter in quodvis facinus ruit, sua se multitudine securam putans. Vbi verò sic vivitur, *ubi prudentissimi deliberant, stulti decernunt*, ut Anacharsis in Atheniensium concionés jocabatur, *Plutar. in Sol. Cranit. de hon. disc. li.* 1. c. 4. an ibi ulla mica bonæ Reipubl. fingi aut cogitatione concipi potest? Quin potius cum Arist. Xenoph. & Halyc. hæc species Reipubl. inter vitiosas quidem optima, sed inter bonas nulla censenda est, idque illi qui de populari statu tractationem suscipit, diligenter præcognoscendum est.

SECT. 2.

Quid sit Respubl. in Specie.

1. *Nomina hujus Respubl.*
2. *De apparente quadam Aristotelis inconstantia.*
3. *Referuntur & rejiciuntur Varia Interpretum sententia.*
4. *Interpretum sententia.*
5. *Vera sensus Aristotelis explicatio.*
6. *Vbi omnes ex aequo cives admittuntur ad suffragia, Remp. in specie fieri popularem sed reipsa plebejam.*
7. *Quia plebs qua ubiq; est major pars populi, praripit calculum nobilitati.*
7. *Pro Centuriatis tributa semper Comitia expetita à plebe Rom.*
8. *Tributa Comitia à Livio Vocari Concilia plebis.*
9. *Centuriarum & tribuum confusio unde inducta.*
10. *Vnde orta Centuria prarogativa.*
11. *Plebem in populo, aequaliter vocato semper prajudicare cateris.*
12. *Cur Arist. hanc Remp. nunc tacitè pratererit, nunc proposuerit.*
13. *Modus constituendi Rempubl. in specie Vocatam.*
14. *Quid differat hac Respubl à mixta.*
15. *In Republ debere magistratus esse communes.*
16. *Quæ sit vis Verbi: Autoritatis.*
17. *Speciem Respub. apparuisse Roma ex Vetusta lege.*

Præter hunc statum popularem corruptum, seu prolapsum, necesse est dari alium, quam Polyb. *libr.* 6. Democratiæ nomine absolutè complectitur: Aristoteles verò *d. lib.* 4. *c.* 8. & 9. sub nomine Reipubl in specie explicat. Plato enim *in Polit.* septimam formam à simplicibus sex distinctam proponit, sed non explicat. Cæteri Politici sicco pede prætereunt hanc in specie Rempubl. adeoque cum cæteris formis confundunt, à qua confusione, ut quomodo nos liberaverit Aristot. rectè percipiamus, paulò altius nonnulla ex ejusdem doctrina repetenda sunt. Is enim *lib.* 4. *Polit. c.* 4. quinq; genera Democratias proponit: & tamē *ibid. c.* 6. & *lib* 6. *Polit. c.* 4 non nisi quatuor, tanquam à se proposita repetit, cujus varietatis varias rationes reddunt interpretes. Alii in primo genere incolas & advenas sub numero civium contineri putant, eoque nomine primum distinguunt à tertio: *Giphan. comm. in c.* 4. *lib.* 4. alii primum genus, ad tertium redigi posse censent, *Sepulv. in comm. cap.* 6. *libr.* 4. alij duo prima genera in unum compingunt *Burrha. in* 4. *Polit. cap.* 6. alii effugia quærunt alia, non tantum præter mentem Philosophi, sed & contra manifesta ejusdem Verba. Non enim tam inscitus est, ut advenas & incolas, quos ubique à serie civium sequestrat, *lib.* 3. *Polit. c.* 1. *in pr.* civibus hoc loco immiscere velit. Imò si hoc fecisset, quid causæ habuisset, cur non ejus speciei rationem perinde ut cæterarum reddere debuisset? Ne autem hospitibus locus sit æqualitatem, quam in primo genere requirit, astringit ad pauperes & divites, quos dicit æqua illic libertate frui, non ad peregrinos & cives, ut illi fabulantur Nee verò cum tertio coincidere potest primum genus, quia prout à primo altius descendimus ad ultimum, in Democratias incidimus magis degeneres, ut ex *lib.* 4. *c.* 6. 12. & *lib.* 6. *c.* 4. patet, & per se planum est, Nam in primo genere

1. Nomina hujus Respub.

2. Inconstantia quadā Arist. salvatur.

3. Interpretum conciliationes miscentur.

nere proponitur æqua libertas omnibus: in tertio jam dominatur corrupta plebs, ut explicatur *lib.6.cap.4.* adeò, ut promiscuè magistratus cuivis civium deferat, quod quam sit vitiosum *in eodem cap. lib. 6* a principio demonstratum fuit. Cum secundo verò genere non posse misceri primum, manifestius est, quam ut indigeat demonstratione. Longè igitur aliud est, quod hic Aristoteles innuit, quando veris Democratiæ differentiis primum hoc genus præmittit, quod postea in illarum enumeratione dissimulat.
4. *Praeexplicatum.* Nam quia in Democratiis plebs tantum dominatur, ut ubique præsupponit Aristoteles 3.*Politic.cap.5.* & *seqq.* 4.*Polit.cap.4.6.11.* *lib.5.Polit.cap.5.lib.6 per tot.* in hac prima specie, non sola plebs, sed cum plebe æqualiter admittuntur divites & nobiles, qua quidē æqualitate quam proximè acceditur ad primævam civium naturam, 3. *Polit.c.1.* finemque Democratiæ ab omnibus præsuppositum. Lex enim Democratiæ *æquum* jubet, ait Aristoteles 4.*Politic.cap.4.* id est, ne majori sint in pretio divites, quam pauperes, neque alteri, quantumvis multi sint Domini, sed ubique sint pares. Si enim libertas maximè spectatur in Democratia & æquitas, tum maximè utrumque obtinetur, quando omnes ex æquo Rempublicam participant. Quorsum igitur, inquis, Democratiis accensetur communis hæc Respublica, si plebs, quod est proprium Democratiæ, in ea non dominetur? Eius rei rationem subjicit statim Aristoteles; quod instituto quidem Respublica popularis non sit, sed occultè tamen ad plebem detrahatur, quando in omni multitudine rarū habetur, quod pluribus visum est Multitudine verò plebeij ubique superant divites aut patritios. *Non aliud enim videtur nobilitas in omni mundo, quam unus homo in grandi populo,* ut ait Salvianus *lib.3. de gubern.* Notaverat hanc plebis prærogativam Servius in populo Romano, quoties curiatim suffragia ferebantur, ideoque cum onera & impendia in divites à Paupere turba amovisset, ut illorum offensionem novo aliquo beneficio demulceret & solaretur, arcano consilio & ab incauta plebe non satis animadverso, totam Reipublicæ vim iis in manus asseruit: quod his verbis explicat Halycarn. *lib 4.* appositè ad nostrum institutum: *Ea, inquit, prærogativa sita erat in comitiis, ubi de maximis negotiis decernit populus. Dixi verò & antea, quod trium rerum, maximarum illarum & summè necessariarum, penès populum ex prisco instituto arbitrium fuerit, creandi magistratus tam domi, quam militiæ, leges confirmandi, vel abrogandi, bellum pacemve decernendi. De his rebus à populo disceptabatur & decernabatur, latis curiatim suffragiis: Et tantundem valebat pauperrimi, quantum ditissimi calculus, cumq; ut par est, paucissimi essent divites, pauperes in ferendis suffragiis eos numero longè superabant. Quo animadverso Tullius ad divites vim suffragiorum transtulit, quando magistratus creare, aut de lege cognoscere, aut bellum inferre volebat, pro curiatis centuriata indicebat comitia. Prima ad suffragia vocabantur maximi census centuriæ, in quibus præter octodecim Equitum, octuaginta erant centuriæ peditum. Hæ quia tribus centuriis plures erant, quam reliqua, si consentirent, vincebant, & definiebatur sententia. Sin minus 22. Centuriæ è secundi Census civibus conscripta, vocabantur ad suffragia. Quod si ne tum quidem convenirent calculi, tertia classis vocabatur, ac deinceps quarta idque tam diu fiebat, donec 97. Centuriarum consentirent suffragia. Id si ne post quintam quidem vocationem contingeret, centum nonaginta duabus Centuriis pari utrinque numero divisis in duas sententias, tum demum ultima vocabatur centuria, in qua inopum, ideoque à militia & tributis immunium civium erat turba, & utricunq; parti hæc accederet, eam reddebat potiorem, quod perrarum erat & penè impossibile. Plerunque enim primâ vocatione absolvebantur comitia, rarò ad quartam perveniebatur, quinta & sexta erant supervacanea. Hoc institutum tantò potiores divitum partes efficeret, fefellit plebem, ut diximus, amovitq; à tractatione Reipublicæ. Omnes enim putabant se in Republ. æquari, dum viritim suffragia ferebant, in sua quisque centuria, sed in hoc decipiebantur, quod non adverterent, unū esse totius centuriæ suffragium,*

Margin notes:

5. *Respub. instituto popularis, re ipsa plebeia.*

6. *Plebs multitudine sua præcipit ceterum calculum.*

libr. 8. M. Flavius trib. pl. tulit ad populum, ut in Tusculanos animadverteretur. Tribus omnes, prater Polliam, antiquarunt legem. Pollia sententia fuit: puberes verberatos necari, conjuges liberosque sub corona lege belli venire, &c. Libro quidem 26. ait: *Jussi inire suffragium ad unum omnes non modò centuria, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispania jusserunt. At. l. b. 30. De pace Carthag nensibus danda, uti rogata omnes tribus erant, jusserunt pacem dare Scipionem, eundem exercitum deportare.* Mox *libr. 31. Consul in campo Martio comitiis habitis, priusquam centurias in suffragium mitteret, concione advocata ait*, &c. *At. lib. 38. Remittentibus ergo his intercessionē, omnes tribus, uti rogasset, jusserunt.* Alludit & Varro *lib. 1. de re rust. Si vultis*, inquit, *anchoras tollere, latis tabulis sortitio fit tribuum, ac captis jam: à pracone renuntiari, quem quaque tribus fecerint adilem.* Aliquando nomen tribus conjungit Livius Centuriæ, quam tribus partem vocat Cicero pro Planc. ut quando *prarogativam Aniensem Juniorum*, quæ in suffragium oratione Q. Fabii Max. revocata est, quod T. Octacilium & M. Aemilium Regillum Coss. tātæ moli belli minimè suffecturos temerè creasset, nominat, ubi malè in quibusdam Exemplaribus legitur. *Sors praragativa ante Juniorum, lib. 24.* Item quando *Galeriam, Juniorum sorte prarogativam Q. Fulvium & Q. Fabium consules dixisse* memorat, *lib. 27.* Habent & quædam exemplaria nomen Veturiæ adjectum, ad prærogativam Juniorum, quæ T. Manlium, & T. Octacilium Consules renuntiarat, revocataque ad suffragium ab ipso Manlio, in consilium adhibitis senioribus ejusdem Centuriæ, utrique substituit M. Marcellum & M. Valerium. Erant autem Veturia, Galeria, & Aniensis nomina tribuum, quæ centuriis ob confusionem rerum applicare non veretur.

10. *Vide orta centuria prarogativa.* Denique salvo ordine & numero Centuriarum ad servandam concordiam ordinum, ut ait Livius, ceperunt sorte Centuriam aliquam ex omnibus ducere, quam *prarogativam* vocabant, quia suffragium ante cæteras ferebat, *tanta autoritate, ut, spreta patritiorum conjuratione, reliquis quasi divinitus dux data, cujus sententiam rejicere nefas esset, videretur*, prout testatur Cicero *pro Mura. Tanta illis comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit prarogativum.* Manifestius in Planc. *Una centuria prarogativa, qua unius tribus pars est, tantum habet auctoritatis, ut nemo eam prior tulerit, quin renuntiatus sit.* Concinunt multæ Livii relationes, ut *lib. 26. Auctoritatem prarogativa omnes Centuria secuta sunt. l. br. 27. Eodem scilicet ad sententiam prarogativa jure vocata reliqua inclinassent, ni Tribuni pleb. se interposuissent. lib. 24. Eosdem Consules, puta Qu. Fabium Max. & M. Marcellum catera centuria sine variatione ulla dixerunt.* Quantumvis igitur astutâ industriâ Servius sub specie æquatæ potestatis, divitibus & nobilitati Rempublicam in manus tradidisset: res tamen ad communem Democratiarum consuetudinem labemque rediit, adeò ut Halycar. *libr. 7.* optimo jure scribere potuerit: *Nihil unquam propositum à plebe fuisse, quod non obtinuerit.* 11. *Plebs in populo semper prapollet.* Si enim seipsos noverit populus, *si se numeret saltem*, ut plebem instigabat Manlius, *ap. Liv. lib. 6 cum tot futuri sint contra unum hostes, quot fuerint circa singulos clientes*, quis dubitat, quin si vi aut multitudine votorum res sit agenda, plebs sit ubique futura superior? Ita Florentina nobilitas dominio Reipublicæ excidit, cum populus ex contentionibus victor, magistratus daret, quibus vellet. Nam cum nobilium imperia pati nō posset, nec rerum summam in minutissimos artifices prodigere auderet, in media classe honestorum civium substitit, qui divitiis minuta plebe quidem superiores, sed vilitate originis & studiis nobilitate inferiores erant. Ita Athenis non haberi rationem, nisi pessimorum quorumque, scribit Xenoph. *de Rep. Athen.* & Isocr. *orat. 3. ad* Nicocl. quia licet pauci boni multis malis mixti sint, præponderat tamen ubique multitudinis sententia, putavitque Phocion, inopinātò sibi aliquid mali per concionem excidisse, cum præter spē in vota sua ire populum animadverteret. *Plut. in Phoc.* Nec enim verba Niciæ exaudiuntur, quando Alcibiades ad voluptatem & placitū concionatur, *Thucyd. lib. 6.* Socrates maluisse se tacere dicit, cum ad condemnationem benè meri

meritorum ducū populus proruerer, quam nominis sui innocentiam tanto sceleri prætexendam offerre: *In Axio. qui asscribitur Platoni prout* Xenoph. enarrat. *lib.* 1. *Græcan. paulo ante orationem Eryptolemi.*

12. *Cur Aristot. hanc Remp. nunc tacite preteriert nunc nominarit.*

Cum igitur, ubi via patritiis & plebi, divitibus & pauperibus æqualiter ad Rempubl. patet multitudo plebeja semper calculos præripere cæteris paucioribus possit, hinc factum, ut Arist. Democratiis hanc Reip. formam accensere voluerit, quam tamen postea ubi rationes Democratiarum reddit, *libr.* 4. *c.* 6. *li.* . *c* 4. tacito pede præterit, tum quia institutione non est Democratica, sed communis patribus plebique, quemadmodum commentum Servij Tullij non Oligarchiam, quam in recessu cōclusam gerebat, sed communem Remp. præ se ferebat, tum quia in effectu, quando scilicet populus in comitiis victor, magistratus mandat, cui voluerit, ad unam aliquam, ex ceteris Democratiam redigitur.

Cum verò hac via, non liceat patritios & plebem in communem aliquam Rempubl. constringere, quia plebs prępondereet, alium nunc modum aperit Aristot. *lib.* 4. *cap.* 8. & 9. quem μίξιν vocat, seu cinnum Oligarchiæ & Democratiæ, inque eo collocat naturam

13. *Modus constituēdi Rempub. in specie.*

Reipublicæ in specie. Nam si viritim cives omnes ad suffragia admittantur, major pars supplantat minorem ut dictum est: Si verò totus ordo patritiorum æquali jure censeatur cum toto ordine plebis, non habita ratione numeri, tum demum forma Reipubl. communis oritur in qua plebs pr multitudine non plus possit, quam nobilitas. Distinguitur autem hæc Respubl à mixiâ *ut c.* 6. *Sect.* 1. *prolixius declarabimus*, quoniam in mixtâ jura majestatis in omnes partes Reip. dividuntur, in hac manent penes omnes indivisa, ideoq; illa composita est, hæc ita mixta, ut tamē à simplicitate, quoad essentiam,

14. *Quid differat hac Resp. a mita.*

non cadat, quandoquidem omnes cives ad Reipubl. gubernationem æquo jure admittii simplicis est non compositæ Reip In composita enim aliis juribus gaudet Rex, aliis Optimates, aliis populus, sed in hac uno & eodem jure censentur omnes utriusq; ordinis cives. Aristoteles verò *d. c.* 9. utramq; proposuit, quia utrique commune est, cives omnes ad Reip. societatem admittere, sed in una conjunctim, in altera divisim. Nos de utraque agemus *in c. de mixta Rep.* Breviter hic adjiciemus, quæ ad Rempubl. in specie intelligendam lumen affundere possunt.

Oportet igitur in hac Republ. distinctos esse ordines Nobilium, sive virtute, sive divitiis, sive claritate generis eam nacti sint prærogativam, & Plebejorum, ita ut in deliberationibus, non singulorum, sed totius ordinis sententia exaudiatur Magistratus verò communes utrisque constitui, ut hotum prudentia & interventu eorum, quos medios vocat Aristot. *lib.* 4. *Pol. c.* 11 & 12. concordia servetur, cum aliàs Lupis & agnis quanta fortitò obtigit, plebi cum nobilitate sit discordia. 15. *Magistratus in Rep. debere esse communes.*

Nam ex eo pessumijt hæc forma Reip. à Romanis inchoata, quod curules magistratus, patritii sibi solis vendicarent: plebs verò suos magistratus, quibus nihil juris esset in patritios, impetrasset. Ex eo enim Respubl. quæ post ejectos Reges in Aristocratiam magis propêdebat, delabi cepit ad Democratiam, plebe subinde majores vires sibi sumente, quemadmodum Aristot. 4 *Polit. cap* 8 præmonuit: *Rerum publicarum alias vergere ad Democratiam, alias ad Oligarchiam; prout vel plebis, vel pauciorum major evasit autoritas.* Citius tamen per vim corrumpuntur in Democratiam, propter plebis exuberantiam, nisi communione magistratuum contineantur. Quod si patritii Romani in communes magistratus facilius consensissent, nec plebi ex contemtu per seditiones erumpēdi occasionem præbuissent, diutius procul dubio in ea Reipubl. communione perstitissent, quam hac lege per interregnum mortuo Romulo exorsi erant, *ut penes populum potestas, penes Senatum Autoritas esset. Livius libr.* 1. *Autoritatis* enim vocabuli apud Roman. tanta vis erat, ut Dion. *libr.* 43. neget se eam Græco sermone posse explicare. Faciebat enim patribus potestatem, non tantum res omnes ad comitia producendas, in curia prius deliberandi, sed etiam ante populi judicium decernendi, nec quicquam poterat populus jubere, cujus patres non fuissent prius auctores facti. Nam tribuni non potuerunt Martio Coriolano diem ad populum dicere, nisi

16. *Quæ sit vis Verbi Autoritas.*

Sto

S*C*to accepto, quod id liceret: *Halyc. libr.* 8, siquidem *ne in minimum quidem patritij ordinis ad calculos plebem vocare tribunis fas fuerit, sine SCto*, ut idem scribit *libr.* 10. Nec quicquam contenderunt, cum Quintius Consul negaret autor fieri comitiorum Consularium, donec promitterent se futuros in autoritate patrum. *L. V. lib.* 3. Cum L. Sextius primus de plebe Consul factus esset, & patritij se auctores futuros negarent, propè ad secessionem plebis res, terribilesque alias minas certaminum civilium venit, cum tamen per Dictatorem conditionibus sedatæ discordiæ sunt, concessumque ab nobilitate plebi de Consule plebejo, à plebe nobilitati de prætore uno, qui jus in urbe diceret ex patribus creando, factumque SCtum, ut duos viros ædiles ex patribus Dictator populum rogaret, patres auctores omnibus ejus anni Comitiis fierent. *L. V. lib. 6. in fi.* Nisi enim facti fuissent, nihil licuisset per populum agere, quemadmodum nec toto quinquennio sua autoritate curulem ullum magistratum edere potuerunt patritij, cum Sextius & Licinius tribuni pl. indefessa pertinacia intercederent. Nam totius Reipubl. vis æqualiter divisa erat inter plebem & patritios, per potestatē plebeijs, per autoritatem Senatui tributa: sed quia patres ad curiam omnia rapiebant, & plebem à fructibus Reipub. excludebant, hoc est, quia communio Reipub. non satis æquâ proportione distributa erat, inde factum, ut à tribunis per multa certamina tandem ad eam Reipubl. corruptelam detracta fuerit, quæ in proximo Democratiæ confinio consistit *ut c. prox. Sect.* 3. *dicemus*, postquam plebi integrum per leges fuit, quicquid videretur, patribus & in Republ. pro libitu imperare: quanquam Sylla antiquam legem restituere conatus fuit, ne quid ad populum, nisi ex arbitrio & placito Senatus referretur, ut narrat Appian. *lib.* 1. *de bell. civil.* Hoc quippe modo exæquari possent nobiles plebi divites pauperibus, cum si secus fiat, & pro se quisque in civitate suffragium ferat, licet à comitiis nullus civium excludatur, calculos tamen prærepturi sint pauperes & plebeij, utpote qui semper vincunt nobiles divitesve multitudine, Alter modus consistit in divisione Majestatis inter Optimates & plebem, de quo prolixe agemus *Capite sequenti*.

17. *Species Resp. apparuisse Romæ.*

De differentiis Democratiæ. SECT. 3.

1. *Esse commune genus popularium Rerumpubl.*
2. *Democratia ab Arist. non species, sed gradus proponi.*
3. *Cavilli Bodini redarguuntur.*
4. *Decemviros Rom. fuisse curatores Resp. extraordinarios.*
5. *Aut pertinuisse ad Aristocratiam Aristotelis.*
6. *Post Decemviratum non Oligarchiam, sed Democratiam apud Rom. invaluisse.*
7. *Aliud argumentum Bodini rejicitur.*
8. *In quo manifesta calumnia convincitur.*
9. *Aristotelem accuratè distinguere inter formam & administrationem Reipubl.*
10. *Quatuor ab Arist. proponi differentias Democratiæ.*
11. *Nota optima, quæ condi potest, Democratia.*
12. *Plebem libenter adversari nobilitati.*
13. *Omnem popularem Resp. administrationem esse vitiosam.*
14. *Et male agi cum Rep. in qua frequenter cceat populus.*
15. *Quatuor esse Vulgi ordines.*
16. *Ad quos ceteri omnes revocantur.*
17. *Inter hos optimum genus Vulgi esse Agricolas.*
18. *Quibus non licet concionibus frequenter interesse propter multitudinem laborum.*
19. *Ideoq. praeferre solent privatum lucellum sterili honori.*
20. *Et malunt rari operis vacare quam in foro Concionibus frustra delassari.*
21. *Unde fit ut curas Resp. mandent melioribus, quibus vocat.*
22. *Quomodo cohæreant Democratia & Oligarchia.*
2[3]. *Ex agricolis quare componatur optima Democratiarum.*
24. *In qua magistratus contineantur in officio metu potestatis popularis.*
25. *Posse eandem Democratiam ex aliis etiam plebis ordinibus componi.*

26. *Agricolas esse patientes laborum & simplicis ingenij.*
27. *Nec non pastores pecudum.*
28. *Sed forensis turba naturam esse contrariam.*
29. *Et mercatoribus necessariam adhærere fraudulentiam.*
30. *Nec non opificibus & mercenariis.*
31. *Quibus præterea facilis ad contiones egressus datur.*
32. *Quæ ex his constant, Democratia primâ fieri deteriores.*
33. *Sed nondum prorsus vitiosas esse.*
34. *Dua intermedia Democratia.*
35. *Extrema Democratia.*
36. *Quæ regitur solis arbitriis vulgi.*
37. *Quisnam plebis ordo facilè in hanc delabatur.*
38. *Qua arte pauperes frequentes ad conciones proliciantur.*
39. *Tres differentia Reipubl. in specie innuuntur.*

1. *Commune genus popularium Rerūp.* POstquam differentiam ex mente Aristot. posuimus inter Democratiam & commune civibus universis Rempub: priusquam ad differenrias subnectendas pergamus, præsupponendum est unum commune genus, quando omnes aut maxima pars civium dominantur, à probitate æquè & malitia, suâ naturâ avulsum, sive illud Democraticum in genere vocare volueris, cum Æschin. & Plato: sive innominatum relinquere. Sub hoc genere continentur tam Respubl. quæ sic vocatur in specie, & cives omnes æquali jure ad summam rerum admittit, (Nam & hanc olim Democratiam vocari solitam testatur Arist. *lib.* 4. *cap.* 13) exceptâ mixtâ: quàm Democratia, quæ de sententia Aristotelis solam plebem in solio constituit, & non potest non vitiosa esse, quia impossibile est in plebe reperiri virtutes, quibus ad benè gubernandam Rempub. opus est. Dum igitur hujus species persequitur Arist: nihil aliud agit, quam ut gradus ordinet, secundum quos una dicitur alterâ vel deterior vel melior, quemadmodum ipse *lib.* 4. *cap.* 11. Democratiarum, Oligarchiarumque à se enarratarum, aliam dicit *primam*, aliam *secundam, proxmamq;* hoc est, *ut hac quidem sit melior, illa vero deterior, idq;* ait ex optimâ deprehendi. *Nam quæ optima est proxima, eam oportet esse meliorem, quæ vero à medio longius distet, deteriorem,* &c.

2. *Democratia non species sed gradus proponi.*

3. *Cavilli Bodini redarguuntur.* Quibus quidem verbis satis redarguuntur cavilli Bodini *lib.* 2. *de Rep. c.*6. & 7. ubi hanc Aristotelis doctrinam perperàm allegatam, more suo exagitat, & quidem in ea, quæ de Democratiâ disputavit, non tantopere invehitur, atque in ea, quæ de Oligarchia Tantum antiquam cantilenam repetit, *c.* 1. & 6. jam aliquoties occentatam, quod Respub. non ex plebis vel divitiarum differentiis, sed ex numero distinguendæ sint. id quod superius eatenus concessimus, quatenus agitur de essentia Rerump. distinguenda: sed quando distinguuntur vitiosæ à prolapsis, amovendus est numerus, quippe ex quo nec meliores efficiuntur Respub. nec deteriores, & acquiescendum virtutibus, vitiisque, quæ benè vel secus eas afficere nata sunt. Dum autem contra Democratiam ab Aristotele descriptam *lib.* 4. *Polit. c* 4. *in pr.* objicit primùm Decemviratum Rom. cumque secundum doctrinam Arist: negat Oligarchicum Vocari posse, cum in eum non fuerint asciti ditissimi, sed rerum gerendarum peritissimi: recuperata verò populari libertate, Aristocratiam ait oportuisse appellari, à scopo Philosophi tam longè aberrat, quam à veritate. Nam quid erat Decemviratus, quem Curatela Reipubl. extraordinaria, ad tempus & certum finem concessa, quam certè pro specie aliqua Reipub. non magis venditare licet, ac si Lycurgum, aut Solonem Monarchas illarum Rerumpub. dicere velis, quas legibus fundarunt. Sed esto, nec requiramus in exemplis exactam & per omnes articulos quadrantem similitudinem, acceptemusque Decemviratum pro umbra aliqua aut simulacro temporaneæ Oligarchiæ, quid inde conficietur contra Aristotelem? An quia non ex ditissimis, sed peritissimis electi fuerunt? Nunquid verò non Arist: ex peritissimis constitutâ Remp. vocat Aristocratiam, & ad hanc speciem Decemviratum quoque, prout ab initio constitutus fuit, redegisset? Oligarchiam enim ab Aristocratia distinguit, ut vitium à virtute. Postquam verò, Xviri ex Optimatibus in Do-

4. *Decemviratus Rom. nihil fuit nisi curatela.*

5. *Aut pertinuit ad Aristocratiam Aristotela.*

in Dominatores degenerarunt. Aristocratia etiam commutata fuit in Oligarchiam, sed Tyrannicam de facto, de qua permutatione libro demum quinto agit, cum aliud sit de mutatione Reipubl. agere, aliud de Republ. jam constituta.

6. *Post Xviratum non Oligarchiam sed Democratiam invaluisse.* Quomodo verò recuperata libertate Aristocratia secundum Arist: inducta videri posset, mente non licet comprehendere, quia ex doctrina Arist: *hoc ipso c. 4* Democratia statuitur, ubicunq; plebs præripit calculos, ut *Sect.* 2. explicatum fuit. Atqui dejectis ab imperio Decemviris ad reditum in Vrbem plebs prius induci non potuit, quam jugum patritiis imposuisset, repetitis & strictius sancitis legibus de provocatione ad populum non supprimenda, de sacro sanctis habendis corporibus Tribunorum, tum verò præcipuè, ut à populo tributis comitiis latæ leges, omnibus Quiritibus ex æquo latæ essent, eandemque vim haberent, quam illæ, quæ centuriatis comitiis ferrentur. *Liv. lib.* 3. *Ea enim lex*, ut ait Halyc. *libr.* 11. *sustulit illam patritiorum cum plebeiis contentionem, qua jam pridem recusabant legibus à plebe latis obedire, atq; adeò quæ tributis Comitiis sancirentur, non esse pro communibus totius Vrbis decretis habenda, sed plebejo tantum ordini peculiaria: quod verò centuriatis comitiis decerneretur, id & sibi & cæteris civibus mandatum existimabant.* Dictum enim antea quoque, in tributis Comitiis plebejos, & pauperes patritiis fuisse potiores: at Comitiis centuriatis, patritii tametsi cæteris longè pauciores essent, superabant plebejos. Cum igitur, recuperata libertate, minutissima populi pars patritiis & divitibus adeò prævaleret, ut repugnantibus leges imponendi potestatem sibi sumeret, quomodo secundum Arist: illic Aristocratiæ locus vel fingi saltem potest? De altero argumento Bodini egimus *c. 4. Sect. 2* utrum scilicet Democratia sit, si pauci pauperes dominentur magnæ divitum multitudini.

7. *Aliud argumentum Bodini rejectum.* Porò verò reprehendit Aristòtelem, quod popularem statum esse neget, in quo maxima pars civium dominationem adepta magistratus honores formosissimis, aut longissimis quibusque civibus tribuat, in quo dupliciter ab ipso peccari putat tum, quod popularia imperia cum optimatum imperiis commutet, tum etiam quod formam Reip. magistratuum & honorum adeptione metiatur, administrationem cū forma confundens. Affingit verò Aristoteli totum illud, quod impugnat, quia Arist. ad Oligarchiam quidem revocat eum Reip. statum, in quo imperia ἀρχαὶ, tradantur formosissimis aut longissimis, sed nec intelligit per ἀρχὰς magistratus, nec eas dicit precariò tradi à plebe rerum potita, quoniam Imperatoribus quoque Roman: populus in se concesserat omnem potestatem, nec tamen propterea abdicatam potestatem, quasi in perpetuâ Democratia, retinebat.

8. *Calumnia manifesta Bodini.* Quam verò Bodinus indiligenter verba Aristotelis affetat, vel ex eo patet, quod Apolloniam & Theram & Colophonem populares civitates ab eò vocari scribat, quibus indigentissimi ac paucissimi cives dominati fuerint. Tu verò, amice Lector, & verba Aristotelis attende & rei veritatem considera: nec poteris à manifesta calumniâ Bodinum vindicare. Nam Apolloniæ & Theræ, nec indigentissimas præficit, nec popularem statum tribuit, quando sic scribit. *Neq; etiam si ἐλεύθεροι pauci existentes, in plures καὶ μὴ ἐλευθέρων, imperium habuerint, popularis status δῆμος, est, ut Apollonia fit, quæ ad mare Ionium sita est, & Thera. In utraq; enim harum civitatum honores soli adipiscuntur, qui præstant cæteris nobilitate & primi in colonias illas venerunt, qui pauci sunt è multis.* Colophonem verò multò minus Democratiis accenset, dum ait. *Neq; etiam, si divites imperium haberent, quia numero superant, popularis status esset, veluti antiquitus Colophone: Illic enim amplum patrimonium plures possidebant ante bellum, quod gesserunt cum Lydis.* Nullibi igitur in his tribus civitatibus collocat Aristot. Democratiam, nec Appolloniatis & Thæreis indignissimos, sed nobiles & vetustissimas familias, nec Colophoniis paucissimos indigentissimosq; sed ditissimos multitudine plebem longè superantes præficit, quæ tamen omnia non veritus est Bodinus falsò Aristoteli tribuere, eundemque porò flagellare, quasi nescierit distinguere inter formam & administrationem Reipubl. quas ipse conce-

conceptis verbis separat 4. *Polit. c. 5. in fi.* & accommodatissimum exemplum ad eam rem affert ex ipsa Democratia *libr. 6. Polit. c. 4.* quam quidem asserit in manus populi, sed à magistratibus Aristocraticè gubernari dicit. Nam quod *hoc c. 4. circa fin. cap. 5. & 6. lib. 4. Item lib. 6. c. 2. & 4.* ab institutis mandandi magistratus quasdam Oligarchiæ & Democratiæ varietates depromere videatur, id non eò facit, quod ex magistratuum ratione metiatur essentiam Rerump: quia ubique populum statuit superiorem aut Optimates, sed à posteriori & ex notis seu signis deducit nos ad cognitionem essentiæ, quemadmodum Physici naturam per motû, Elementa per qualitates, Qualitates per operationes à posteriori insinuant, & definiût, quando essentia præ obscuritate latet.

9. *Differentia inter Reipub. formam & modum gubernationis.*

10. *Quatuor esse differentias Democratiæ.*

Proponit autem Arist. 4. *Polit. c. 4. 6. & 12. lib. 6. Polit. c. 4.* quatuor præcipuè Democratias, quando primam, quam *d. c. 4.* tanquam quintam annumerat ex causis *Sect.* 2. diductis, expunxit, ex quibus primam & ultimam diligenter pepingit, de duabus intermediis ex ambabus extremis judicium unicuique ferendum relinquens. Vt autem rem omnem rectè & ordine intelligamus, præsupponendum est *ex Sect.* 1 nullã Remp. à plebeja multitudine, propter imperitiam, & morum perversitatem posse rectè administrari. Vnde consequitur, tantò melius vivi in Democratia, quantò illa à coitionibus plebis longius ad pauciores magistratus deducitur. Nam ubi populus ad res quà privatas, quà publicas omnes expediendas convocatur, quemadmodum Athenis usu receptum erat, ubi socios omnes in astu venire, & à populo jus petere necessum erat ibi permulta quotidiè fieri oportet, non tantum in præjudicium privatorum civium, præcipuè nobilium, qui libenter inter reos à plebe acceptantur, ut in historia Manlij Capitolini testatur Livius, cui non tam profuit ad absolutionem, quod quadringentos homines produxerit, quibus sine fœnore expensas pecunias tulisset, quorum bona venire, quos duci addictos perhibuisset, quam condemnationis causa extitit, quod patritium reum intuerentur, & eo ipso affectati regni facilè suspectum, *Liv. lib. 6.* sed etiam in detrimentum omnium & totius Reipubl. iuni, quia pleraque negotia ad statum Reip. attinentia, eo ipso, quod publicitus & in vulgus offeruntur, produntur, nec potuisset Perses tam compendiose à Romanis debellari, nisi, inscio populo, Senatus bellũ pr[...]s confecisset, quam motum esse quicquam [...]x vulgo intellexisset, *Valer. lib. 2 c. 2.* tum [...] iam, quia difficulter patitur se pop[...]lu[...] ex remotis vicis contrahi, ut, neglecta re familiari, iis causis totos dies vacet, ex quibus nihil emolumenti spetare habet, aut postquam convenit, diutius in deliberatione, dum [i]n utramque partem suadendo certant Dem[a]gogi, dum calculi colliguntur & ex collectis, quid pluribus visum fuerit, concl[u]datur, versantur, quam multarum rerum, quarum omne momentum in velocitate consistit, indoles requirat. Vnde Otto Imper: *in orat. ad milit. Omnes*, ait, *nuntios palam audiri, omnia consilia cunctis præsentibus tractari, ratio rerum, aut occasionum velocitas non patitur. Tacit. libr. 2. histor.* & Xenophon testatur *Athenis maximam causarum partem imprimis eorum otiorum, qui populum non deliniant perpetuis muneribus, situ obduci & ad cognoscendum in medium nunquam proferri. de Republ. Laced.*

11. *Nota optime, qua condi potest Democratia.*

12. *Plebs libenter adversatur patritiis.*

11. *Admini[...] tio omnium p[...] palam vitiosa.*

Potissimum verò noxia est frequentia concionum, quod populus de rebus magni momenti nihil pro insipientia sua, qu[o]d [re]ctum justumque sit, decernere possit, [s]ed credula sua facilitate, in quamcunque partẽ ab obvio quovis vento impellatur, quemadmodum *assentatoribus publicis, plebicolisq; eum, quoties concitatum sit honori & quæstui esse*, Quintius Conf. testatur. *Natura enim ita comparatum esse* addit, *ut, quo apud multitudinem sua causa loquitur, gratior eo sit, cujus mens nihil præter publicum commodum videt. Liv. libr. 3. M[e]lius, pejus, prosit, obsit, nihil videt vulgus, nisi quod lubet aut prodest.* Nam postquam Alcibiades spe potiundæ Siciliæ occupaverat animos Atheniensium, quid refert, si N[i]c[ia]s omnem prudentiam dissuade[n]do prodig[at], *Thucyd. lib. 6.* Surdis narratur fabula, nec rationum momenta admittit animus vulgi, postquã lucri expectatione replet[u]s [...]

14. *Et male [...] tur cum R[...] in qua p[...] Jus freq[...] ter conve[...]*

De qua

De qua quidem Vulgi consuetudine, *in c. 7.* ex professo agemus, ubi Respubl. comparabimus inter se: Modò postquam constat, omne Democratiæ vitium consistere in eo, quod plebs imperita judiciis rerum adhibeatur, quantò minus ad negotia admittitur, salvo jure suo, tantò melius agetur cum Democratia: quod quidem Polyb. *lib. 6.* ex comparatione Carthaginensis & Romanæ Reipublicæ planum facit, dum ait: *Apud Carthaginenses populus jam in consiliis plurimum acceperat virium: apud Romanos autem Senatus vigebat. Vnde apud illos multis, apud hos optimis consulentibus, res Romanas in publicis actionibus invaluerunt. Vel sicubi etiam de summa rerum periclitabantur, optimis tamen consiliis usi, tandem bello Carthaginenses vicerunt.*

15. ... Vulgi.

Sunt autem vulgi quatuor potissimum genera, quæ explicat Aristoteles 4. *Politic. cap. 4. Agricolæ, Opifices, Tabernarij & Mercenarij.* Ad Agricolas pertinent pastores, referente illuc Socrate *apud Xenoph. in Oecom.* quos Dicæarchus antiquiores illis facit, cū pecudes pasci opus esset, antequam fruges serere & terram subvertere discerent, *ut est apud Varron. lib. 1. de re rust.* Ad opifices artium omnium liberalium, sive à necessitate, sive ad delitias inventarum, professores & fabri: Ad Tabernarios, mercatores cauponarij, & tota forensis factio, quæ emendo vendendoque occupatur. Ad mercenarios infinita illa colluvies, quæ operas suas locat & venales habet. Nautæ & qui in mari versantur, de quibus ibidem mentionem facit, ad hæc quoque quatuor genera revocantur.

16. ...ues ca- ...s revocan- ...

Sunt enim aut remiges, quorū copia Athenis Democratiam peperit, aut piscatores, ut Tarenti & Byzantij, aut mercatores, ut in Aegina & Chio, aut portitores, ut in Tenedo. Remiges redguntur ad mercenarios, piscatores ad agricolas & pastores, mercatores ad tabernarios: Bello verò dediti esse possunt omnes quatuor ordines, sed agricolæ Pastores & nautæ præ cæteris ad id idonei sunt, & obdurato corpore. Prout igitur singuli horum ordinum vel meliori sunt ingenio & mitiore utuntur arte: vel ratione artificij sui minus promtè & frequenter in foro comparere possunt, ita meliorem, quæ ab iis constituitur, evadere Democratiam oportet. Βέλτιστος δὲ δῆμος ὁ γεωργικός, & judice Aristotele 6. *Politic. cap. 4.* Omnia ferunt punctum agricolæ.

17. *Inter hos optimū genus esse agricolam.*

Quibus ipsa procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum justissima tellus. Virg. 2. Georg.

Hac vitâ innocentiam olim tutata est *prisca gens mortalium, Paterna rura bobus exercens suis, Solutaq; omni fœnore. Horat. lib. Epod. Od. 2,* mox ubi correpserunt intra murum, *relictis falce & aratro,* ut ait Varro *in præfat. lib. 2. de re rust.*

extrema per illos,
Iustitia excedens terris vestigia fecit.
Virg. 2. Georg.

Antiquitus virum bonum cum laudabant, ita laudabant, ait Cato *in pr. lib. de re rust. Bonum agricolam, bonum colonum. Amplissimè laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Mercatorem autem strenuum studiosumq; rei quærendæ existimo, verum periculosum & calamitosum. At ex agricolis viri fortissimi & milites strenuissimi gignuntur: maximeq; pius quæstus stabilissimusq; consequitur, minimèq; invidiosus, minimèq; malè cogitantes sunt, qui in eo studio occupantur.* Duo igitur commoda Democratiæ affert hoc genus hominum, partim, quod propter laborum in agris copiam concione & foro abstineat, partim, quod simplicis sit animi, & ut ait Aristoteles, τῶν ἀλλοτρίων οὐκ ἐπιθυμεῖ.

18. *Quia concionib. non possunt frequenter interesse.*

Nam, quia non multū peculij habent agricolæ, ad mendicitatem per otium & frequentationem concionum redigerentur, sicut Quintius Consul plebi ob oculos ponit ea oratione, qua ex concione ad militiam eos reducere laborat: *Quid tandem? privata res vestra, quo in statu sunt? jam unicuique ex agris sua damna nuntiabuntur. Quid est tandem domi, unde ea expleatis? Tribuni vobis amissa reddent ac restituent? Vocis verborumq; quantum voletis ingerent, & criminum in principes & legum aliarum super alias, & concionum: sed ex illis concionibus nunquam, quisquam vestrûm re fortunaq; domum auctior rediŷt. Ecquis retulit aliquid ad conjugem & liberos*

arbitrium vel senatus ad eam referret. Reque septem intermediis diebus ruri degebant, quod maxima pars ob paupertatem operarentur manibus suis. Athenis etiam ultrà viginti millia civium, exceptis iis, quos illi pro peregrinis habebant, & servis, censerentur, nunquam tamen plures, quam quinque millia ad conciones coiisse testantur quadringenti, ut videri volebant, Optimates, cum Oligarchiæ vitium à se declinaturi, ad cives in Samo scriberent, se plures in societatem Reip: regendæ asciviſſe, quam unquam in statu populari ad consilium convenissent. *Thucyd. lib. 8.* Quin etiam ad messem & vindemiam feriæ eutam judiciariam relaxabant, *ut ait Minut. Felix in Octav. quod occupati circa rem rusticam in forum non sint compellendi*, aut ex oratione D. Marci repetit Vlpian. *in l. 1. in pr. de fer. l. 2. & 6. C. Eod.*

Tum Latia non miscent jurgia leges
Et pacem piger annus habet, messesq; reversa
Dimisère forum.

Non enim agrum simul colere cuiquam operibusve rusticis dedito esse & simul in foro totos dies desidere licet, ideoque, quod privatis rebus magis conducit, impensius id genus plebis sequi solet.

Forumq; vitat, & superba civium
Potentiorum limina. Horat. in lib. Epod. Od. 2.
Nec ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus undam,
Nec varios inhiant pulcra testudine postes,
Illusasq; auro vestes, Ephyreiaq; æra,
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casia liquidi corrumpitur usus olivi. Virg. 2. Georg.
Si rarum saltem in dumis olus albaq; circum
Lilia, verbenasq; habeant vescumq; papaver
Regum æquant fastus animis, seraq; reversi
Nocte domum, dapibus onerant triclinia inemtis. Virg. 4. Georg.

Hac quippe ratione sibi vivere, sibi latere plerunq; solent, qui vitã sectantur rusticam

Quis sub Arcto
Rex gelida metuatur ora,
Quid Tiridatem terreat, unicè
Securi. Horat. lib. 1. Od. 26.

Dum verò concionibus ipsi vacare non possunt, legibus quidem à se latis dominium relinquunt, sed quia leges sine executore pro mortuis habentur, magistratus adjiciunt, & quidem è censu tanto ut Reipubl. vacare salva familia possint. Nam pauperrimi quique tam refugerent gratuita munera, quam universa multitudo refugit conciones sine mercede: nec verò ditissimi tantum admittendi sunt, aut certarum familiarum hæredes, quia id esset Oligarchicum ut ait Arist. 4. *Pol. cap. 6.* & plebi Romanæ semper adversum habebatur, quod majores magistratus inter se partirentur soli patritij, sed mediocris census, qui possit cadere in plures ex populo. Ita enim tam prima Democratia, quam prima Oligarchia ad eosdem ferè terminos reducuntur, quoniam ubi deficit populi, ibi incipit paucorum dominatus: & sicut à prima Oligarchia, in qua plures ex mediocri censu secundum leges præsunt, gradatim ascenditur ad absolutum dominium paucissimorum: ita hæc prima Democratia pari gradu delabitur, à magistratuum paucorum legumque dominio ad promiscuum arbitrium confusæ multitudinis. Cum autem hæc Democratia, à populi arbitrio, quantum popularis ratio permittit, quam longissimè subducatur, & magistratuum prudentiæ gubernanda relinquatur, eatenus in eo genere optima est, quia maxima pars rerum summarum committitur bonis viris, & quidem populo volente, nec invidente, quod in populari Repub. rarò evenire solet. Nam quia populus hic negotiis publicis ob studium necessarium rei familiaris vacare non vult, libenter sibi succenturiat quos censet aptissimos, nec tamen de suo jure quicquam remittit, quia provocationem & imperium in magistratus sibi retinet. Magistratus verò metus superioris cognitionis ad justè rectèq; gubernandũ impellit, quando sciunt sibi rationẽ reddendã populo. Rectè n. Livius:

21. Et relinquunt imperium melioribus quibus vacat.

22. Democratia & Oligarchia quomodo cohæreant.

23. Quomodo ex Agricolis componatur optima Democratia.

24. *Magistratum hic conpesci metu superioru.* *Neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non possit: nihil tam æquandæ libertatis esse, quam potentissimum quemq; posse dicere causam. Quid autem tutò cuiquam nedum summam Reipubl. permitti, si ratio non sit reddenda?* *lib.*38. Et Aristoteles non solum *lib.* 2. *Polit. c.* 7 Senatum Lacedæm. reprehendit, quod multa impotenter circa Rempub. disponat, *quia liber sit à reddendis rationibus*: Sed & *lib.* 6. *cap.* 4. præclarè ait, τὸ ἐπανακρέμασθαι, καὶ μὴ πᾶν ἐξεῖναι ποιεῖν, ὅ τι ἂν δόξῃ, συμφέρον ἐστί. Ἡ γὰρ ἐξουσία τοῦ πράττειν, ὅ τι ἂν ἐθέλῃ τις οὐ δύναται φυλάττειν, τὸ ἐν ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων, nec non Plato 6. *de ll. Difficile factu est, magnaq; dignum laude, ita se gerere in magno imperio, ut nemini injuriam intulisse merito culpari possit.* Benè igitur se habent magistratus, ex bonis viris selecti, & metu rationum reddendarum in gyro officij derenti, qui præterea nec causæ quicquam habent plebi succensendi aut contra Democratiam moliendi, quando volentu populo honores & imperia præripiunt: Benè se habet etiam populus, qui juris sui jacturam non facit, & tamen ad normam Ari-

25. *Posse eandem Democratiā componi ex alio ordine vulgi.* stocratiæ Rempub. institutam habet. Nec verò tam præcisè hanc formam Democratiæ Agricolis, & Pastoribus alligat Arist: ut eam à cæteris plebis generibus capi non posse censeat, quoniam fieri potest, ut longa consuetudine & inveteratis legibus ad eandem alius quoque fabrorum, aut forensium populus accommodari possit: sed exemplum capere voluit ab eo, quod fieri natum est ex sua natura, quemadmodum 4. *Polit. c.* 12. sibi considerandum proponit, quæ Resp. cui hominum indoli maximè videatur idonea: ejusque rei exemplum adhibet ex hac Democratia ex Agricolis conflata. Nam de

26. *Agricolas esse simplicis ingenij.* agricolarum naturâ sic scribit Veget: *lib.* 1. *c.* 3. *Solis patiens, umbræ negligens, balneorū nescia, deliciarū ignara, simplicis animi, parvo contenta, duratis ad omnē laborū tolerantiā membris.* Virgil verò *lib.* 2. *Georg.*

Et patiens operum, parvoq; assueta juventus,
Sacra DEum sanctiq; patres.

27. *Nec non pastores.* Nec alia ferè est indoles pastorum, ruri consenescentium, nisi quod ignaviores laboribus minus distrah[illegible]tur, ut d[illegible] 1. *Polit. c.* 5. ideoque plus habeant o[illegible] quentandum forum, quemadmo[illegible] lius in eo consilio demo[illegible]trat, quod Elisabethæ reginæ Angl[illegible]æ exhibuit, de [illegible] do agriculturæ studio, cum pe[illegible] storitia homines ad otium pro[illegible] dem cui agro arando mille [illegible] ficerent, illi depascendo centum [illegible] In naturæ tamen simplicitate conve[illegible] pastores cum agricolis, & proinde, c[illegible] tocle & Dromoclide, ad Remp. no[illegible] dunt, tanquam ad auream messem [illegible] parvo assueti contentique. contra a[illegible] verò & cæteras fori artes ipsa [illegible] muniuntur. Apud alios enim non [illegible] proficiunt præcepta ad capessendam [illegible] tem, quantum apud alios ignorantia ad [illegible] clinanda vitia, ut ait Iustin. *libr.* 1. Fore[illegible] 28.
verò turba contrario ingenio adeo exc[illegible] ut *astutia*, id est, urbanitis, nativam [illegible] cationem, pro necessariò adhærente ca[illegible] tate jamdudum mutaverit, quod de [illegible] toribus quidem in universum veru e[illegible] quos Nervij à suis oris olim repellebant. [illegible] *bell. Gall.* & quidam Græcorum a Re[illegible] bernaculis submovebant, nisi Dece[illegible] stinuissent: *Minutos* enim *negotiat*[illegible] 29.
posse proficere. nisi admodū mentian[illegible] xit Cic: *lib.* 1. *offic.* & Pytheas Mace[illegible]on[illegible] Arcadas legatus, vel eam domum [illegible] habebat, in qua saltē lac venderetur [illegible] *in Apophi. Negotiatorū & Siri*[illegible]*u, qui majorē fere civitatū universarū* [illegible] *partem* [illegible] *paverunt vita, quid aliud est, quam* [illegible] *tatio doli & tritura mendacij Tantus* [illegible] *hos DEI honor est, proh beatis etiam juramentum* [illegible]*randum, ut singularem æstiment fructum* [illegible] *mniū perjurium. Salvian. lib.* 4. *gu*[illegible]*. D*[illegible] & paulò ante *lib.* 3. *Quid aliud est cu*[illegible]*um negotiantiū vita, quā fraus &* [illegible] *quid aliud curialium, quam iniq*[illegible] *aliud officialium, quam calum*[illegible] *aliud omniū militantium quam ra*[illegible] conjiciendū videtur etiam de o[illegible] qui artē & opera sua vendūt, nec [illegible] riis, qui operas locant. *In n*[illegible] *de*[illegible] *lis manibus sita sunt*, ut ait Salust. [illegible] Tū verò intra mœnia concl[illegible] morantur, nec viatore opus habent [illegible]

voce, ex remotis agris ad forum compellantur, sed ultrò concurrunt & concionibus hærent affixi, quia facilis iis ad relicta negotia

31. *Qui facilè ... re...*

regressus datur. Itaq; quò plura ab hac plebe, quam Horat. uno nomine *Scelestam* vocat. *lib.* 2. *Od.* 4. & Axiochus conflatam dicit σύγκλυδος ὄχλος, καὶ βιαίων φλυάρων. *in Axioch. Plat.* immediatè administrantur, eò

32. *...a ex his ...ſſant Democratiæ fie...n deteriores.*

minus leges vigere, & magistratuum autoritatem in pretio esse necesse est. Nondum tamen ad extremum vitiositatis deventum est, quoniam, cum totum hoc hominum genus in re familiari sit admodum tenui, non potest continuò in foro vacare, nisi de publico tantundem accipiat, quantam domi jacturam absentiâ facit. Itaque pro innato af-

33. *Sed non prorſum vitioſæ.*

fectu, quo ad privata violentius rapimur quam ad publica, malunt domi calere, quàm foris frigere, malunt privata subsellia cum satietate quàm publica cum esurie premere. Sic enim quotidiè Pericli occentabat uxor: *Malè ipsum consulere familia, dum populo atatem inserviat, res interim suas sciens volensque pessum ire sinat. Plutarch. in Pericl.* Dum verò ad privata negotia revocantur, non ad sua trahere arbitria res publicas in universum possunt, sed nonnullas magistratibus secundum leges expediendas relinquunt. Unde duæ intermediæ Democratiarum differentiæ oriuntur, in quarum utrisque quidem leges locum habent, sed eò minorem, quò frequentius plebi convenire li-

34. *Duæ inter... Democratiæ.*

cet: Magistratus etiam constituunt, sed ratione magis populari, dum ex plebe promiscua vel eos deligunt, quibus licet officiis & muneribus vacare, vel honores omnibus ex æquo objiciunt, qui modò sint liberi inter cives: qua ratione sortem aut imperitorum hominum suffragia sæpe ad indignos decernere necesse est, & Rempublicam tantò evadere deteriorem, quantò legum imperio magis destituitur, & propius in manus pra-

35. *...atia ...ma.*

vorum magistratuum delabitur. Ubi verò plebiscita seu arbitria plebis excludere ceperunt leges, & conciones magistratuum officiis defunguntur, ibi *Extremam*, quam vocat Aristot. 4. *Polit. cap.* 6. & 12. Democratiam tandem exoriri necesse est, in qua geruntur omnia ad arbitrium & libidinem po-

36. puli. Nam quia *imperitus homo*, ut ait Comicus, *nihil justum putat, nisi quod ipse facit*, eaque natura vulgi est, ut propter mobilitatem à Demagogis facilius, in utram iis partem placuerit, quam errantes in mari fluctus, impellatur, nihil sani, nihil justi, prudentiæve laude afficiendum à concilio plebis expectandum. Populus ait Axiochus *in Dialog. Axioch. qui Platoni ascribitur.* ἐστι ἀχάριστον, ἀψίκορον, ὠμὸν, βάσκανον, ἀπαίδευτον.

Quo regitur arbitrio Vulgi.

Ideoque pessimè agi cum ea Reipublicæ specie oportet, in qua arbitriis plebis aut omnia aut potissima geruntur, ut docuit Aristoteles prolixè 4. *Polit. cap.* 4. *in fin.* quem locum suprà explicavimus *cap.* 4. *Sect.* 3. *in fin.* quoniam, utut arbitrium boni viri in Republica probetur, certè arbitrium plebis non potest non detrimentosum esse, quia mutatur in horas, sæpe sibi ipsi contraria statuens, suique similibus, hoc est, pessimorum morum hominibus, ut ait Xenoph. *de Republica Athen.* impensè favet, & ad nutum assentatorum, non secus ac cœcus baculo, auribus ducitur, nec, ut maximè sapere velle videatur, præ ignorantia quicquam decernit, quod justum sit, aut prudenti consilio probandum. Zeuxis quidem ex multis puellis formam unam colligere potuit, quæ ex multis particulis collatis idæam pulcritudinis repræsentaret: Atqui Aristot. *lib.* 3. *Polit. cap.* 7. negat à populo universo, etiamsi symbolum quisque conferat, prudentiæ magnum documentum expectandum, quia nudi nunquam comportabunt vestem, & ex hireis omnibus ne guttam quidem lactis emulseris. Nec pauperes quidem phiditia suo ære conficient, quia ut omnibus universa, ita singulis singula desunt. Proclivis au-

37. *Qua ordo populi facilè in hâc Democr. delabatur.*

tem est ad hanc Democratiam corruptam populus, qui vectigalibus saturatur, & mercedem accipit pro præsentia in concionib. cujus indicium inde capit Aristoteles quod postremis temporibus demum ortum traxerit, cum civitates majores fierent, & cives publicis reditibus saginarentur. Videmus enim quotidiè in minoribus etiam civitatibus & collegiis locum servare & subsellia complere, potissimum eos, quib. domi non est, quod agant, & præcipuè frequēter comparent egeni, quando sportulas inde domum reportant, sive ex publico præbitas,

five ab ambientibus clargitas. Nam Romæ cophinos plenos auri solitos in campum ad corrumpenda comitia, postea ri *cap. ult.* dicemus, & Athenis loca in theatro magna vi pecun.æ solita fuisse emi, Cleon exprobrat *apud Aristoph.* Arist. autem *lib.* 4 *Polit. c.* 14. *lib.* . *Polit c.* 8. non facilius putat ad conciones allici plebē posse, quàm proposito præsentiæ præmio, quod in quibusdam adhuc Germaniæ civitatibus & Collegiis etiam A
38. *Qua arte pauperes proliciantur ad conciones.* cademicis observatur. Venetorum Dux ad id stipendium accipit annum, præter cætera, quò cuique eorum, qui magnum consilium ingrediuntur munusculum inde mittat. *Ianott. de Republ. Venet.* Pericles eo consilio provexit potestatē populi cum judicia, quæ erant penes populum, faceret mercenatia, mercedem procuratoribus, & sportulas judicantibus decernens. Arist. *lib.* 2. *Polit. cap. ult. Plutarch. in Pericl.* Ditiores enim tantil la mercede non patiuntur se à negotiis majoris lucri avocari: sed pauperum illi, qui ex quotidiana opera victitant, nec domi plus lucrari possent, quam publica mercede accepturi sunt, quovis lucello invitati convocantibus præsto sunt, adeoque non tantum, ubi merces proponitur convenientibus plebs, frequenti coitione jus omne turbat & in gratiam præposteram deflectit, sed etiam divitibus & melioribus calculum omnem præripit, quoniam his tantum otii non est à rebus suis, aliena ut curent eaque, in quibus se non prævalituros satis sciunt. Pauperibus verò, quos domestica intra privatos parietes non continent, negotia, absque rerum suarum jactura licet publica quantilla sit, mercede perfrui. 4. *Polit. c.* 6.

39. *Tres differentia Reip. in specie.* Atque tot sunt Democratiæ gradus, ab optima in hoc genere ad pessimam: Reipubl. verò in specie tres diversitates ab Aristot. innuuntur, sed quarum prima ad Democratias retrahitur, quando vid. omnes cives quatenus singuli, æquo jure ad communionem Reip. admittuntur. Quia enim multitudine prævalet plebs, ubiq; imperium anticipat & potentioribus auffert. Aliter autem totus ordo nobilium cum toto ordine plebejorum concurrit, ita ut nec his sine illis, nec illis sine his quicquam de Rep. decernere fas sit, nisi de consensu utriusque partis æquato. Hic enim jura Majestatis manent . divisa penes ambos ordines: sed in tertio genere, quod Remp constituit mixtam, divisim singulis attribuuntur, de quo agemus uberius. *cap.* 6.

Notæ quædam seu instituta & propria Democratiæ. SECT.

1. *Quid per signa seu notas accipiamus.*
2. *Propria hæc non esse quartis modis.*
3. *Libertatem esse generalem notam Democratiæ.*
4. *Quam tamen non omnes in eundem sensum interpretantur.*
5. *Alij accipiunt de æqualitate Geometrica.*
6. *Alij de Arithmetica.*
7. *Vulgus libertatem vertit in licentiam agendi, quod velit.*
8. *Ex qua necesse est destrui ordinem imperandi & parendi.*
9. *Vnde deventum fuit ad imperium alternum.*
10. *Ad quod per vices in Democrat. infimi proinde ut summi admittuntur.*
11. *Instituta popularia, ad conciones spectantia.*
12. *A cōcione neminem excludere, sed omnes ex æquo vocare.*
13. *Convocatis mercedem proponere.*
14. Βυλὴν *constituere.*
15 *Quid sit* Βυλὴ.
16. *Exempla ejus in Rebusspubl. Helvetiorum.*
17 *Meliorem esse Remp. cum* βυλῇ, *quam sine ea.*
18. *Artificium introducendi* βυλὴν.
19. *Quibus si non omnibus saltem statis concionibus merces persolvitur in Democr.*
20. *Aut sine his quidem, ad minimum magistratibus.*
21. *Qui olim una epulabantur.*
22. *Concionem in Democr. omnium manere Dominum.*
23. *Omnes vocari ad conciones vel simul vel per vices, & quomodo.*
24. *Conciones indici, vel certarum rerum gratia vel ad quidvis ex edicendum.*
25. *Instituta popularia circa distributionem magistratuum.*

26. Vn.

16. *Magistratum fieri ex omnibus.*
17. *Sine omni aut sine magno censu.*
18. *Sortem tracipuè convenire rationibus popularibus.*
29. *Quatenus sortem Democratiæ attribuat Aristoteles.*
30. *Sortem esse periculosam.*
31. *Multos magistratus exigi à Democratia.*
32. *Eosq. breves & vicissitudinarios.*
33. *Qui nec continuandi sunt, nec duplicandi in una persona.*
34. *Instituta popularia circa judicia.*
35. *Quanta sit vis judiciorum.*
36. *Quarum rerum judicia populus sibi præsertim in Democr. retinere debeat.*
37. *Nota quædam externa.*
38. *Quid sit βασανεία.*

1. *[illegible] pat ha[illegible].*

VT denique Democratiam eò certius cognoscamus & ab Oligarchiis distinguamus, signa quædam ex Aristot. 4. *Polit. cap.* 13. *& sequentib. libr.* 6. *Polit. cap.* 2. colligere placet & explicare. Signa voco, quæ ex institutis popularibus desumuntur, & à posteriori in notitiam Democratiæ deducunt: essentiam vero ipsam non constituunt, ideoque, sicut de proprietatibus prædicamentorum in Logicis ostendimus & paulò ante de proprietatibus Tyranni diximus, singulatim quædam etiam in aliis Rebuspubl. ad popularem modum accommodatis inveniuntur. nec rectè exagitat Bodinus *libr.* 2 *de Republ. cap.*6. Aristotelem, quod licet ubique sortitam electionem magistratuum Democratiæ asscribat, eam tamen ad Aristocratiam quoque deferat, nec satis appositè colligit Contar. *libr.* 1. *de Republ. Venet.* Venetorum Rempublicam esse Democraticam, quod magistratus sorte eligantur, quia sors propria quidem est Democratiæ, sed non soli. sicut substantiæ quidem competit, non recipere magis & minus, sed nihilò minus quantitati & aliis quibusdam prædicamentis tribuitur. Nam Romæ in Senatu inter optimates legatos olim sorte duci solitos, testatur Tacit. *lib.* 4. *hist.* & Cicero inter consulares sortem suam primò exiisse scribit *lib* 1 *Epist.* 7 nec non Dio *lib.* 59. Claudium refert suffragiis, cæteros legatos sorte electos fuisse. Econtrario à populo tributis popularibusque comitiis non sorte, sed suffragiis constituebantur magistratus, perinde ut Athenienses porrectis manibus designabant, quos sibi præesse vellent. Xenoph. 1. *Græcan.*

2. *[illegible] quæ[illegible]*

3. *Libertatem esse generalem notam Democratiæ.*

Communissima autem Democratiæ nota consistit in *Libertate*, quem scopum populi in omni statu populari præ se ferre pluribus in locis censet Aristot. *lib.* 2. *Polit. cap.* 9. *lib.* 3. *c.* 3. *& ult. lib.* 4. *Polit. c.* 8. *lib.* 5. *Polit. cap.* 1. *&* 8. *lib.* 6. *Polit. c.* 2. *in pr.* seu in *Civili æqualitate*, ut ait Thucyd. *lib.* 3. qui de permutationibus Rerump. quibus Lacedæmonii & Athenienses Græciam turbabant, *Aristot.* 4. *Polit. c.* 11. 5. *Polit. cap.* 7. *in fin.* agens, utrosque honestum sibi prætextum finxisse scribit, hos quidem æqualitatem civilem, illos vero Aristocratiam seu statum Optimatum. Necesse est enim omnem Remp. per genus aliquod Iuris describi, 8. *Eth.* omneq; jus consistere in æqualitate, 5. *Eth. c.* 3. *&* 6. Aequalitatem verò non omnes eodem sensu interpretantur, quemadmodum apparuit, cum Solon se æquales omnibus leges cõditarum profiteretur. Quod enim potentiores id de Geometrica, plebeii de Arithmetica æqualitate interpretarentur, inde factum, ut pari contentione utrinque consentiretur. Illi enim æquum esse judicabant, ut quia plus in medium proferrent, plus honorum & potentiæ reciperent: hi verò seclusa dignitate numerum respiciebant, & paribus numero paria jura deposcebant, prout dicitur, 6. *Polit. c.* 2. & disputatur *in* 3. *Polit. c.* 6. *& seqq.*

4. *Quam alij aliter atque aliter interpretantur.*

5. *De æqualitate Geometrica.*

Et Plato quidem in sua Rep. sectari vult proportionem Geometricam, quam ex natura perbellè deducit *Arist.* 3. *Polit. c. ult. unicuique tribuendum esse imperium pro modulo virtutis secundum quam excellit*, dicens, quamque Lycurgum in Spartana Republ. sibi ob oculos posuisse autor est Plut. *lib.* 8. *qq. Sympos. cap.* 2. ne, velut omnia jura Cocus probos cũ improbis, nullo discrimine, Tros fuerit Rutulusve, confunderet. Verum populus per libertatem intendit æqualitatem Arithmeticam, qua dignus & indignus pari gradu constituuntur. Sic enim Theseus *apud Eurip. id. in fab. Ixeind.* in Democ dicit, *licere tenuioribus civibus nullarumq; o um fortu-*

fortunatis respondere, cum male ab iis audierint, Vincereque in forensi omni contentione minorem quemlibet amplum atq; opu-
6. *De Arithmetica.* *lentum, si causam meliorem habuerit,* idque boni Timoleon, ejectis Tyrannis, Syracusis sese intulisse dicebat, cum ab improbo cive in jus vocatum, parere amici prohiberent: *Nequicquam à se tot superata pericula tantu laboribus liberatas Syracusas, si non liceret cuivis Syracusanorum, qui vellet, uti legibus, ejus civitatis. Plut. in Timol.* nec abnuit Pisistratus judicio sese sistere, cum affectaret popularis videri, *Arist. 5. Polit. cap.* 11. quod quia abnuebat Cn. Scipio, alii ita judicabant: *Neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non possit: nihil tam aequanda libertatis esse, quàm potentissimum quemque posse dicere causam. Liv. lib.* 38. Xenoph. *lib. 1. Cyrop. paulò post princip.* introducit Cyrum à magistro vapulantem, quod nihil æquum putasset, nisi quod proportioni Geometricæ responderet. Nam cum puer magnus corpore, cui parva erat tunica, alterum parvum puerum, qui tunicam habebat magnam, exuerat, suaque illum tunica, illius autē tunica seipsum induerat, Cyrus constitutus causæ arbiter, censuerat melius esse ambobus, ut convenientem uterque haberet tunicam. Ibi magister judicium Cyri probabat, quatenus de convenientiâ quæstio esset, sed quatenus de jure, sententiam rescindebat, quia ad justam possessionem non requiritur, ut quis possi-
7. *Vulgus libertatem vertit in licentiam.* deat, quod suæ conditioni convenit, prout in vera Aristocratia & Republ. Platonis evenire debet, sed ut possideat secundum leges Reipubl. sive conveniat, sive minus, quæ lex est communis Democratiæ, ubi pari libertate omnes frui cupiunt, sive eā ferre sciant, sive minus. Libertatem autem vulgus interpretatur potestatem vivendi, ut velis, *Aristot. 6. Polit. cap. 2.* ἐξουσίαν ποιεῖν, ὅ τι ἄν τις βούληται. *Plat. lib. 8. de Republ.* adeoq; inter servitutem & licentiam extremam nihil agnoscit medium, *tanquam id sit plus, esse in civitate,* ut ait Quintius, *plus levitatis & licentia habere Liv. lib* 3. sed tum demum benè cum civitate agi censet, quando cuique civium agere licet, quod libet. Nam *& catella,* ut habet adagium, *sunt perinde ac hera, & equi asinique, tam liberè per* [illegible] *grassantur, ut in obvium quemque imp*[illegible]*tum faciant,* [illegible] *cesserint: denique res cæteræ omn*[illegible] *summa licentia peraguntur, ut* pro[illegible] Plato *8. de Republ. circa fin.* qua qu[illegible] licentia, cum nihil sit crudel[illegible]us [illegible] siusve, meritò Plato *d. lib. 8.* [illegible] Democratia ponit ἀναρχίαν, quia ubi ne[illegible] parere vult [illegible] nemo im[illegible]rare potest & [illegible] est Resp[illegible] sine ordine, quam confusio[illegible] Tandem igitur cum libertatem hoc modo in sui ipsius & civitatis destructionem tend[illegible]e viderent, necessitate quadam deduct[illegible] imperium alternum, ut si non om[illegible], saltem successivè τῆς ἐξουσίας partic[illegible], nec unus prærogativa gauderet præ al[illegible]o, quæ est illa ἰσονομία, quæ nomine Democratiæ ab Otane & Dionys. Halyc. *libr.* 4 [illegible]ciosè proponitur, *apud Herod. lib. 3. illa libertas, juxta quam populi imperium esse di*[illegible] Tacitus *lib. 6. Annal.* Aristoteles vocat alterum terminum, quem Democratici [illegible]o-positum habeant, τὸ ἐν μέρει ἄρχειν [illegible] *6. Polit. c. 2.* seu *potestatem vicissim pa*[illegible] *& imperandi, lib. 3 Polit. c. ult. in fin.* [illegible] cum absolutam libertatem, τὸ μὴ ἄρχεσθαι [illegible] λιστα ὑπὸ μηδενός respuat ipsa Reipubl [illegible]tia, quæ in ordine consistit, ad vices [illegible]tas coacti fuerunt τὴν ἐλευθερίαν, [illegible], dimittere, & in secundis consistere, [illegible] mas assequi fas non esset, Repulerat [illegible] Solon à magistratibus quartam in[illegible] civium classem, τὸν θητικόν, sed pop[illegible] diu cēsuit libertati suæ injuriam fier[illegible], q[illegible] diu ditioribus perpetuò servire, & m[illegible]tu carere coacta fuit. Ut primum autem [illegible]ba nautica, victoriâ contra Medos poti[illegible]ritus majores resumere cepit, Demago[illegible]rum auxilio, imperium reperiit, & ta[illegible]mis quam summis ad magistratus [illegible] aperuit Arist. 2. *Polit. c. ult.* Nec Ro[illegible]a plebs quantumvis temperato mi[illegible]que pa-trum imperio, ut acquiesceret, sibi impe[illegible] scivit, nisi cum civitate æquatos haberet magistratus. *Id aqua libertatis est,* ait Canulejus, *si invicem annuis magistratibus parere atq; imperitare liceat: Liv. li* 4 & Hora[illegible] Valeriusq; Consules, ut eversam lib[illegible] à Decemviris per partes ob oculos [illegible], *Eos,* dicunt *nihil juris in civitate rel*[illegible].

Comitia, & annuos magistratus & vicissitudinem imperandi, quod unum exequanda sit libertatis, sustulisse, privatos fasces & regium imperium habere Liv. lib. 3. Sextius verò & Licinius ad diripiendos honores supremos plebem protrudentes, inter cætera sic eam admonent: *Quæstores quoq; sicut tribunos militum paucis ante annis ex plebe cœptos creari: consulatum adhuc superesse plebejis. Eam esse arcem libertatis, id columẽ, si eò perventum sit, tum populum Rom: verè exactos ex urbe Reges & stabilem libertatem suam existimaturum: quippe ex illa die in plebem ventura omnia, quibus patritij excellant, imperium atque honorem, gloriam belli, genus, nobilitatem, magna ipsis fruenda, majora liberis relinquenda. Liv. lib.* 6. Pauloq; post, cum, quod horum pertinacia patrum erat, universi obtinere non possent, plebs contra fremere, *quid se vivere? quid in parte civium censeri? si ambos patritios Consules perpetim videant, nec invicem parentur atq; imperetur, sed pars altera in æterno imperio locata, plebem nusquam aliò natam, quam ad serviendum putet. Liv. lib.* 7. Tum demum autem æqua se libertate frui credebant plebeij, postquam sacra profana, auspicata inauspicata omnia fecissent communia, nec plus imperij à patritiis paterentur, quam iisdem redderent.

11. ...itura populi ad ...nes spe...ia.

Ad hanc autem ἰσονομίαν constituendam, sequentia instituta, quæ in cognoscendo signotum rationẽ subeunt plurimùm faciunt, proposita ab Aristot. 4. *Polit. cap.* 14. 15. 16. & congesta in unum 6. *Polit. cap.* 2. Nam quia Reipub. hæc asseritur in manus omnium, potestas autem consistit in Concionibus, populare est, ut ad Conciones omnes vocentur, quia, quod omnes tangit, ab omnibus debet probari. *cap.* 29. *de R. I. in* 6. Ubi verò vocati convenerunt, non sunt ab effectu suffragiorum, secludendi, quemadmodum Romæ arte Servij per centurias factum, suprà ex Hal. *lib.* 4. 7. & 8. diximus, quoniam in Democratia necesse est plebem prævalere. Plebs verò negotiis necessariis domi distenta publico non libenter vacat, nisi lucello aliquo inducta: itaque Pericles, ut ab Areopago autoritatem ad populum deferret temperamentum Aristocraticum instituto populari abolevit, proposita videlicet mercede judiciis, 2.

12. ...convocare concione...

Polit. cap. 10. *Plutarch. in Pericl.* Populus enim quæstu illectus frequentius ad judicia coivit, autoritatemque Areopagi, subtractis causis dissolvit. Itaq; ad corruptissimam Democratiam propendere oportet eam Remp: in qua concionibus merces proponitur, quia, cum frequenter & facilè conventura sit plebs, præmiis illecta, ad libidinem suam & tumultarias sententias omnia rapiet, meliorumque magistratuum calculos numero ubique superabit, quod vitium Cicer. *pro Flacc.* Græcorum comitiis exprobrans ait: *Græcorum autem tota Resp. sedentis concionis temeritate administrantur*, &c. In qua verò civitate universis civibus seu concionibus propter angustiam redituum, præmium decerni non potest, seu ubi populus semper convocari nequit, in his oboriri βουλὴν dicit *Arist. Polit.* 15. 6. *Polit.* 2. & *ult.* Vulgatum apud Græcos magistratum, quem Roma ignorat, siquidem patritius Romanorum Senatus è diametro Curiæ seu Consilio Græcorum repugnat, perinde ut γερουσία Lacedæmoniorum. Græci enim ex universa multitudine promiscuam quendam numerum civium colligebant, cui nomine populi, cum eum convocari ex re fore non censerent, negotia publica & deliberanda & expedienda committebant, cumq; in Repub. Atheniensium βουλὴν vocatũ fuisse, docet *Thucyd. lib.* 8. quando ait, sub initium Oligarchiæ à Pisandro introduci ceptæ, adhuc populũ & βουλὴν ex consuetudine congregatã fuisse, ita tamẽ, ut nihil cõsultaretur, nisi quod conspiratis probaretur. Excluso verò populari statu, Quadringentos à Pisandro constitutos scribit comitantibus centũ viginti adolescentibus circumstitisse intra curiam βουλευτὰς τοὺς ἀπὸ τοῦ κυάμου iisq; præcepisse, ut sumta mercede egrederentur. Attulerant autẽ ipsi mercedẽ illis totius reliqui temporis, & eam egredientibus persolverunt. Itaq; hunc in modum Senatus nihil refragatus è curia prorepsit, &c. Exclusis verò à Rep. quadringentis, res ad Senatum simul & populum, ut ex judicio, quod in octo Duces à Senatu factum est, patet *apud Xenoph. li.* 1. *Græcan.* rediit. Quia verò conciliũ hoc ex universo populo promiscuè, dives quis sit an pauper, nobilis an plebejus, adoptatur, plebisq; universæ conventui succenturiatur, inter plebejæ Reip. instituta merito annumeratur

13. *Conventientibus mercedem proponere.*

14. *βουλὴν constituere.*

15. *Quid sit βουλή.*

ratur, quoniam triginta Tyranni Athenienfibus à Lyfandro impofiti, cum admoniti effent à Theramene, Dominationem illam violentam & crudelem non diu duraturam, nifi focios ad rerum adminiftrationem fibi affumfiffent, ut populariores fierent, & imperium fuum ad Democratiam propius dimitterent, tria millia civium afciverunt, in confortium poteftatis, quorum confeffum βουλὴν ad imitationem veteris formæ vocat Xenoph. *lib. 2. Græcanic.* Hoc modo conftitutas hodiè videmus Helvetiorum Refpubl. quarum aliæ nimirum montanæ maximè, Uranorum, Suitenfium, Underwaldorum, Tugiorum, Glarenfium, Abbati-cellanorum, aperta Democratia utuntur, & ad conciones ftatas vel indictitias fingulos cives, modò puberes fint, vocant: cæteræ verò βουλὴν conftitutam habent, ad quam negotia publica referuntur, Tiguri & Bernæ & Friburgi ex ducentis, Bafileæ ex ducentis quadraginta quatuor, Schafhufæ ex octoginta fex, Lucernæ ex centum, quæ confilia, quia reprefentant populum, Democraticam quidem libertatem non extinguunt, cum omnibus, mutatis vicibus pateat ad ea aditus, Ariftocratico tamen temperamento tolerabiliorem faciunt, *ut Sect. 3.* dictum fuit. Quò citius enim pauci & melius felecti cives negotia expediunt, quam plures & imperitiâ temerarij, eò melior eft Democratia cum βουλῇ, quam fine ea. Augetur autem hoc concilium, quando plebi merces nulla præbetur, quod tum detrectet forum, & lites remittat ad magiftratus 4. *Politic. cap.* 15. quemadmodum, antequam judicia Pericles faceret mercenaria, Athenis ex inftitutione Solonis in Areopago factum legimus, nec quicquam Pifandri affeclæ prius ad demoliendam Democratiam correxerunt, quam ut mercedem, in judicia impendi follitam, in ftipendium militum averterent, nec quenquam ex præmio publico vivere, præter milites finerent. Ipfi enim qui Optimates videri volebant, privata fua bona in medium afferebant, utque eò plus lucrarentur, ditiffimos quofque in confortium imperij allegebant, poftquam fe jam non pro ingratis alienis civibus, fed pro fua Republica quam re eos invaferant, pugnæ difcrimen fubituros putabant. *Thucyd. libr.* 8. Ubi igi-

16. *Exempla τῆς βουλῆς in Republic. Helvetior.*

17. *Meliorem effe Democrat. cum βουλῇ quàm fine ea.*

18. *Areopagitarum exemplum.*

tur civibus omnibus merces numerari non poteft, proximum eft, ut numerentur conc[illegible] nibus ftatis, quæ præfinito te[illegible] ad [illegible] giftratus fublegendos, aut ut de eorum [illegible] ctis cognofcatur, aliave de caufa or[illegible] indici folebant, vocanturque tum [illegible] les 6. *Politic. cap.* 2 tum Polluci *lib.* [illegible] κλησία κυρία, cui opponitur *ibid.* [illegible] τος, feu extra ordinem ind[illegible] fo[illegible] admodum cæfo Athenienfium ex[illegible] fandro raptim concionem coactam [illegible] bit Xenophon *lib. 2. Græcan.* in [illegible] defenfionem urbis videbant [illegible] arenâ concludebatur. Quod fi ne[illegible] fumtus publici fuppetant, faltem [illegible] tibus, ne eos plebs refpuat, & d[illegible] defertis relinquat, præmium ad [illegible] aut iis faltem, qui olim cogebantur συσσι[illegible] μετ' ἀλλήλων, quas Cicero *lib.* 4 *Tuscul.* [illegible] vocat, *Epulas magiftratuum.* Co[illegible] adhuc hodie Dux Venetorum cum c[illegible] rus, necnon Dux Genuenfium cum [illegible] ex Gubernatoribus per vices, in p[illegible] latio regiè vivere, & Major Lond[illegible] blicè cibum præbere tenetur, cuicunque [illegible] cet convivæ effe, quod certe in pop[illegible] publica fine fumtu publico fieri no[illegible] Non enim magis, qui Reipublicæ ca[illegible] tus, eos præftare vel poffet vel ve[illegible] pulo inventurus effes, quam Ath[illegible] λειτουργίας obirent, & bona fua in [illegible] dos & Gymnafia, profunderent. [illegible] *in Leptin. Ulpian. ad 1. Olinth.* Q[illegible] rò magiftratibus aut Concilio feu [illegible] rima permittuntur, ut in prima De[illegible] tia & proximè ab hac difcedentibus [illegible] lere fupra diximus, nihilo minus *Con*[illegible] quit Ariftoteles, *omnium manet Dom*[illegible] non omnia, faltem fuprema Ma[illegible] fibi retinet, quia, fi abdicaret [illegible] tus, pro Democratia nafceretur Ol[illegible] prout Democratia Rom[illegible] Monarchiam, cum pop[illegible] mne jus fuum cederet. Quænam [illegible] illa, concisè propofuit *Ariftotel*[illegible] *cap.* 14. *in princ.* Vid. *de L*[illegible] *blica, & ut quæ a magiftrat*[illegible] *audiant.* Nam nifi popul[illegible] m[illegible] fignandi & rationes ab iis depo[illegible] ftatem habeat, quod Solon fa[illegible]

20. *[illegible] Magi[illegible]*

22. *Concion[illegible]*

classi cum cæteris commune reliquit, *servus* ait Aristoteles, *necessariò efficitur & hostis*, 2. *Polit. cap.* 10. Succinctè loquendo, Summa Majestatis jura, quæ diximus esse incommunicabilia, *libr.* 2. *de jur. Majestat. cap.* 2. penes conciones relinqui necesse est, seu penes conventum universorum civium. Universi autem participes fieri possunt concionum duobus modis, qui 4. *Politic. cap.* 14.

23. *[illegible] vocan[illegible] con[illegible] semper vi[illegible] simul.*

proponuntur. Nam omnes vel simul vel per vices ad conciones vocantur. Per vices convocari populum volebat Telecles Melesius, ex singulis curiis, tribubus, vicis, vel quocunque modo divisa fuerit civitas, nunc hos, nunc illos citari jubens, donec ad omnes perventum fuerit, quemadmodum Veneti per *Sestiers*, Lucenses per *Terzieri*, Florentini per *Artes*, Helvetii per *Sodalitates* civitates distinguunt, & ex singulis, secundum ordinem, magistratus accersunt.

24. *[illegible] ad [illegible] quæ [illegible]*

Omnes verò simul conveniunt vel semper, idque in Democratia pessima, vel ad certas tantum res expediendas, sive leges ferendæ sint & antiquandæ, sive de bello, pace, fœderibus & sociis deliberandum, sive rationes reposcendæ & provocatio ultima recipienda. Atque ita se habet Democratia circa conciones, in quibus vertitur cardo Reipublicæ & caput Majestatis.

25. *[illegible] po[illegible] di[illegible] [illegible] stratuũ.*

Alter ordo institutorum refertur, 4. *Polit. cap.* 15. ad rationem distribuendi magistratus. Potestas quidem distribuendi dubitatò manet penes populum sed ratio distribuendi alia est in Democratia, alia in Oligarchia. Quia enim magistratuum non tantum magna est in Republica potestas, sive in hanc sive in illam partem flectendi Rempublicam, pro ut ipsi affecti sunt, sed fructus quoque & honoris Reipublicæ in iis consistere videntur, prout paulò ante, æquatam libertatem ex æquatis magistratibus à vulgò æstimari solere diximus, hinc fit, ut tum demum in ista libertate cives se perfrui arbitrentur, si promiscuè ex omnibus magistratus eligantur.

26. *[illegible] omni[illegible]*

Πάντας ἐκ πάντων γίνεσθ᾽ ὁμολογεῖ. Et proinde Solon, cum extremam classem à magistratibus repelleret, non extremam Democratiam, sed Aristocratica ratione temperatam, ut censet Aristoteles, 4. *Polit. cap.* 10. instituit, nec prius ad summum popularitatis devenit Respublica Romanorum, quam privilegium usurpandi majores magistratus patritii certaminibus tribunorum pl. perdidissent. Megarensium enim Rempublicam propterea Oligarchiis accenset Aristoteles, 4. *Polit. cap.* 15. quod magistratus possiderent soli illi, qui, cum à plebe ejecti fuissent, armis imperium recupaverant. In Democratia verò, quæ omnibus æqualem propinat libertatem, absque discrimine omnes ad quoscunque magistratus admittuntur, 4. *Polit. cap.* 15. 5. *Polit. cap.* 8. 6. *Polit. cap.* 2. ideoque nec nobilitati, nec censibus aut divitiis alligantur officia publica, aut certè censu non definiuntur ampliori, quam qui cadere possit in quemvis è populo.

27. *Sine magno censu.*

In prima enim eaq; maximè tolerabili Democratia ex censu legi magistratus, docuit Aristoteles, 4. *Polit. cap.* 4. & 6. quoniam pro ditioribus, aut qui sint alicujus fortunæ semper melius præsumit ratio, quam pro abjectis & egestate contritis. 4. *Polit. c.* 8. 6. *Polit. cap.* 4. Censum verò non oportet egredi facultates populi. Alias contrahentur magistratus ad paucos & devenient Oligarchicè. 4. *Polit. cap.* 6.

28. *Sortem convenire Democratiis.*

Quia etiam sors non facit distinctionem inter divites & pauperes, nobiles & plebejos, idcirco dicitur accommodata Democratiis, non quod absolutè signum pathognomicum, ut vocant Medici, seu infallibile præbeat, cum possit etiam in Aristocratia & Monarchia quandoque locum habere, sed quod illi rationi valdè consentiat, quà sine discrimine quivis ad magistratus rapi debent:

29. *Quatenus sortem Democratiæ attribuat Aristot.*

qua de causa Aristot. 4. *Polit. c.* 15. non simpliciter dixit, *sorte creari*, sed *sorte creari ex omnibus* populare esse: imò ne suffragia per sortem à Democratià quisquam exclusa suspicaretur, αἱρεῖν conjunxit cum κλήρῳ utrumq. populare esse dicens, si ex omnibus eligantur magistratus, sive suffragiis, ut Athenis & Romæ, sive sorte, sive alios quidem sorte, alios suffragiis. Nam *c.* 14. *lib.* 4. jam præmonuerat, quod *lib.* 6. *c.* 2. repetit, sortis incertitudini non esse committenda ea munera, in quibus experientia & ars requiritur, quoniam hæc sors non discernit, & periculosum est fabro alicui lignario cæmentariovè navem regendam comittere, non secus ac si Medicum sortitò ducere, ac non potius doctissimum & experientissimum quemq. circum-

30. *Sortem esse periculosam.* spicere velis, cui vitæ tuæ thesaurum concredas, *Phil. de creat. princ.* Lacedæmoniorum institutũ plures vituperasse autor est Xenoph. *lib. 4. Græcan.* quod imperium classis toties commutando, sæpe imperitos maris, peritissimis Ducibus substituerent, quemadmodum Callicratidem successorẽ Lysandro miserant. *Plut. in Lysandr.* & Fabius Max. prudenti oratione revocat sententiam prærogativæ Centuriæ, quæ periculosissimo tempore T. Octacilium Consulem dixerat, tanquam nec militiæ, nec imperij usu magis spectatum, quam fuerat Terentius Varro, solo vulgari applausu tumidus, non ullo honore antegesto *Liv. lib. 22. & 24.* Quanto indigniores depromet sors, & per imperitiam unius magistratus perniciem sæpe accerset toti Reipubl.? Nec enim ea felicitas facilè cuiquam contingit, qua Lucullum scribit Cicero, cum exercitus nunquam duxisset, in castris versando bonum evasisse Imperatorem, *nec ubi sæva coorta tempestas est ac turbato mari rapitur vento navis, cuivis tuto committi potest*, ut ait Fabius, *apud Liv. lib. 24.*

31. *Multos in Democratia esse magistratus.* Quia verò omnes ad magistratus admitti impossibile est, eò saltem collineant instituta Democratica, ut quam plurimis locus fiat. Fit autem per vicissitudines imperandi, quæ non tantùm æquant imperio cives, sed pluribus quoque successivè aditum ad Rempublicam aperiunt. Unde in Democratia nullus potest esse magistratus perpetuus, quia præcluderet cæteris viam, & eximeretur à necessitate rationum reddendarum, præterquam,

32. *Eos breves & vicissitudinarios.* quod nulli Reipub. periculosior sit magistratuum majorum continuatio, quàm populari, eò quod nullibi facilius ad Tyrannidem se quisque possit obfirmare: imo ne diuturnus quidem, quando eum plures desiderant, & posterior impellit priorem. Cato enim quoties eundem refici magistratum videret, contra legem fieri dicebat ac si plures non essent digni. *Plut. in Cat.* Appius Claudius continuatos tribunos Sextij & Licinij regni instar in libera Repub. habere putat, dum ait: *L. illum Sextium & C. Licinium perpetuos, si Dis placet, tribunos, tantum licentiæ novem annis, quibus regnant, sumsisse*, &c. *Liv. lib. 6.* L. Quintius Conf. cum populus autores legis Terentillæ subinde Tribunos pl. reficeret, refectus itidem à patribus, ne quid plebi [illegible] derent, T. Claudium collegam [illegible] *ut populum Romanum hac [illegible], nec se contra SCtum, quo contra Remp. videri [illegible] tum erat, eosdem magistratus refici, Con[illegible] creari sinat, sed id ita acceptum iri, ut non [illegible] norem suum a Collega impeditum, sed gl[illegible] spreti honoris auctam invidiamq., quæ [illegible] tinuato eo im[illegible] enderet, levatam putaret Liv. lib. 3.* M. enim Duellius tribunus pl. hoc [illegible] prognosticũ jam ante fecerat, ut [illegible] prudens, *ex continuatione magistr[illegible] nihil præter invidiam imminere. Liv. lib. 2.* [illegible] autem illi, qui quem affectabant [illegible] æqualitate secundum numerum tacitis votis sibi tribuebant, ab aliis præripi honorem vident, sicut Asinius Gallus vix ait, *per singulos annos vitari offensiones, quamvis repulsam [illegible] quasspes soletur, quantum odij fore ab his, qui ultra quinquennium rejectantur. Tacit. 2. Annal.* Ut igitur omnium votis, quantum fieri potest, satisfiat, *imperia diuturna*, ut [illegible] Mamercus Dictator *placere non debem*[illegible] magistratus eidem sæpius tribui, que[illegible] modum Thurij intra quinquennium, *Arist. lib. 5. Polit. cap. 7.* Romani intra decennium, Martio Censorio suadente, vetuerunt quenquam ad eundem magistratum redire, *Plut. in Coriol. Liv. lib. 7.* quam legem Fabius M[illegible] citari jussit, cum ipsi toties Consulatus o[illegible]truderetur. *Liv. lib. 10.* Nec defuer[illegible] credunt ab adversariis Cæsari cõtinuatione Consulatuum & honorum congestione [illegible] opera quæsitam fuisse invidiam. *Plut. in Cæs.* Non enim satis civile esse, magistratus continuari dixerunt tribuni, cum Q. F[illegible] Consulem refici intercessione prohi[illegible], *Liv. libr. 27.* & Senatus aliquoties censuit, id fieri contra Rempubl. *Liv. lib. 3. & [illegible].* [illegible] Lacedæmonij non patiebantur quem[illegible] classis imperio bis potiri. Xenoph. 2. [illegible] *Plutar. in Lysand.* Athenienses legem habeb[illegible] *Ne quis ultra quinquennium publ[illegible] curam administraret*, *Plut. in Lyc.* & *Ne [illegible] iterum Syndico fieri liceret*, ne id munu[illegible] publicam utilitatem inventum, in quæ[illegible] compendiumque privatu[illegible] converte[illegible]tur. *Demosthen.* [illegible] Huc facit e[illegible] lex, quam citat Cato Consul. cum Q. Fulv[illegible] Fl[illegible]ci nomen inter candidatos præturæ a[illegible]

re ne-

33. ... duplicatio ... se negaret, quod ædilis curulis jam designatus erat: *Duos enim simul magistratus, præsertim curules, unum neque capere posse neque gerere:* nec id Fulvius negabat, sed querebatur, *sibi invidiam geminati honoris fieri, tanquam non appareret, ubi designatus prætor esset, extemplo ædilitate se abdicaturum. Liv. lib.* 5.

34. ... Tertius ordo signorum desumitur ab Arist. à judiciis 4. *Pol. c.*16. 6. *Pol. c.*2. cum qui judices constituti sunt, potestatem nanciscantur in magistratus ipsos, coramq; acta vel probandi vel antiquandi. Nam tribuni pl Rom. etiamsi magistratus majores prohibendi jus non haberent, quia tamen post sententiam in Martium Coriolanum latam potestatem sibi sumserant ad patritios condemnandos, & rationem à Consulibus ipsis exigendam, magistratus omnes plebis effecerunt studiosiores. Servilium enim Halam occisorem Sp. Melii, & Minutium accusatorem, tribuni pl. sequenti anno statim criminati sunt ad populum, *Liv. lib.* 4. & L. Manlium deposita dictatura

35. *Quæra sit vindiciorum.* causam apud populum de delectu acerbè à se acto dicere coegit M Pomponius trib. pl. *Liv. libr.* 7. *Valer. lib.* 5. *cap.* 4. Cicero magistratus ablegat ad Censores, ut apud eosdem, postquam magistratu abierint, edant & exponant, quid in magistratu gesserint, deque iis Censores præjudicent, *Lib.* 3. *de legib. in fin.* Fuit-

36. *... judicia ... ruptantur.* que longa patrum Equitumque apud Rom. concertatio, utris judicia exercere fas esset, quæ Gracchus Equestri ordini detulerat. *Plutar. in Gracch.* de quo etiam Tacit. *lib.* 12. *Annal. nu.*13. *Claudium omne jus tradidit, de quo toties seditione aut armis certatum, cum Semproniis rogationibus equester ordo in possessione judiciorum collocaretur, aut rursum Servilia leges Senatus judicia redderent, Mariusque & Sylla olim de eo vel præcipuè bellarunt.* Aristoteles verò, si non omnia, saltem maximarum rerum judicia in Democratia adjudicat universo populo, quoniam, quæ ad Rempubl. pertinent, ut sunt rationes à magistratibus repetendæ, supplicia Ducum, &c. quia inter jura majestatis annumerantur non alibi quàm à Majestate dijudicari possunt. Quare verò contractus privatos huc referat, incertum est nisi ultimam provocationem, seu repetitum de iis judicium post appellationem intelligat. Sic enim à Majestate dijudicantur: secus magistratibus, tanquam res minoris momenti & privatæ committi solent.

Atque hæ ferè sunt Democratiæ notæ ab Arist. propositæ & à nobis explicatæ, quibus 37. *Nota externa.* licet adjicias & illam ultimam ex 6. *Polit. c.*2. quod scilicet ut divitiæ, genus, & virtus seu disciplina Oligarchiæ propria sint: ita Democratiæ, paupertas, generis obscuritas, & βαναυσία, quã alii per cultum artium humiliorum, alii per sordida opificia, alii per sordes interpretantur. Arist. n. *lib.*1. *c.*6. sordidas artes vocat τέχνας βαναύσους & *lib.*7. *c.*7. βάναυσον βίον ponit pro opificũ vita. Hoc verò loco βαναυσίαν opponit παιδείᾳ, ut per eam ex vi op- 38. *Quid sit βαναυσία.* positionis nihil intelligere valeamus, nisi pravam institutionem, à virtute abducentem, qualis est opificum & mercenariorum. Quanquam verò nec illa Oligarchiæ, nec hæc Democratiæ essentiam componunt: tamẽ quia, qui priores sunt in populo Oligarchiasq; condendi facultatem habent, uno horum ferè superbiunt, vel divitiis, vel generis antiquitate, vel virtute, multitudoque vice versa plerunq; ex pauperibus, ignobilibus, & opificibus seu mercenariis conflatur, rectè has quoque notas recipimus, non tanquam ab essentia, sed à propriis accidentibus petitas.

CAPUT SEXTUM.

DE MIXTA REPUBLICA.

SUMMARIA.

1. *An dari possit mixta Resp & in quo vera mixtio consistat.*
2. *De statu Reipubl. Laconicæ.*
3. *De statu Reipubl. Romanæ, usq; ad imperium Julij Cæsaris.*
4. *De statu Imperij Romani ab Augusto usq; ad imperium Caroli M.*
5. *De statu imperij Germanici hodierno.*
6. *De statu regni Gallici hodierno.*
7. *De statu Reipubl. Polonicæ.*

SECTIO I.

SECT. I. An detur mixta Resp. & in quo vera mixtio consistat.

1. *Quinam mixtam Rempub. introduxerint & probent.*
2. *Distinguitur inter formam & administrationem Republ.*
3. *Quarum confusione multi impingunt, quorum errores examinantur.*
4. *Dum administrationes civitatum confundunt cum formis Rerump.*
5. *Ut exemplis quam plurimis probatur.*
6. *An in Atheniensium Republ. mixtio aliqua fingi possit.*
7. *Ex administratione non esse æstimandam formam Republ.*
8. *Regnum Galliæ esse Monarchicum.*
9. *Perinde ut regnum Angliæ.*
10. *Exemplo Elementorum probatur, quod non quævis admixtio rei alienæ pariat veram mixtionem.*
11. *Temperamentum secundum pondus facilè alterari.*
12. *Distinguitur inter alterationem & mixtionem Reipubl.*
13. *Quæ sit vera mixtio Elementorum.*
14. *Quæ Rerumpublicarum.*
15. *Mixtionem attendi penes formas.*
16. *Et in Republ. penes Majestatem.*
17. *Quinam disputent contra mixtionem Rerumpubl.*
18. *Objectio præcipua Bodini.*
19. *Redarguitur.*
20. *Primus modus, quo possibile videtur resp. miscere, proponitur.*
21. *Statimq́; redarguitur.*
22. *Quia non inducit mixtionem.*
23. *Et consistere non potest.*
24. *Secundus modus mixtionis.*
25. *Examinatur & rejicitur.*
26. *Inter plura imperia ejusdem potestatis raram esse concordiam.*
27. *Mixtionem secundum ne fingi quidem nedum in Republ. existere posse.*
28. *Et extinguere essentiam Reipubl.*
29. *Municipia distingui a perfectis Rebusp.*
30. *Aequalem Majestatem in tres status Rerump. non posse subsistere divisionem.*
31. *Nec possibile esse dari duos Deos.*
32. *Tertius modus mixtionis R[illegible]ump.*
33. *Quid sit autoritas: quid Aut[illegible]em [illegible]*
34. *Autoritas & potestas quomodo [illegible] in Rep. Rom.*
35. *Rejicitur & hic modus, quod ex eo ne[illegible] mixtio.*
36. *Autoritas patrum tantundem [illegible] quantum potestas populi.*
37. *Sine potestate populi proscribebatur a[illegible] tas patrum tantum.*
38. *Veram mixtionem quærendam e[illegible] circa jura majestatis.*
39. *An mixta Resp. sit omnium m[illegible] [illegible]rabilis.*
40. *An jura majestatis sint indi[illegible]*
41. *Prima ratio, qua dicuntur rectè in [illegible]dua.*
42. *Si scilicet referantur ad per[illegible] Majestatis gradum.*
43. *Indiviiduum & indivisibile d[illegible]*
44. *Altera ratio, qua jura Ma[illegible] [illegible] indivisibilia a Subjecto.*
45. *Sed quæ nihil facit ad proposit[illegible]*
46. *Distinguitur inter potestatem & [illegible]nam Imperantium.*
47. *Quomodo Bodinus male interpret[illegible]ur [illegible] divisibilitatem Iurium Majestatis.*
48. *Majestatem non esse indivisibilem.*
49. *Bodini argumentum.*
50. *Rejicitur.*
51. *Bodinus præsupponit argumento su[illegible] [illegible]mentum impossibile.*
52. *Modus quidam mixtionis possibi[illegible] [illegible]bratur.*
53. *Leges pactionatæ in Republ.*
54. *Qui ferant leges fundamentales in mi[illegible] Republ.*
55. *Legibus ab initio latis & [illegible] [illegible] pars contravenire potest.*
56. *Quomodo Bodinus jura Majest. [illegible]ibuat.*
57. *Commodior ratio ea distribuen[illegible]*
58. *Mixtio Rerump. variis exempl[illegible]*

Cum dicente Tacit. 4. *Annal.* [illegible] *tiones & urbes Populus, aut prim[illegible] aut singuli regant,* seu Seneca, *Epist.* [illegible] *populus sit, quem temere d[illegible]b amus* [illegible] *sic ea civitatis disciplina, ut plur[illegible] tum agantur, gratiosi in ea tam* [illegible] *terdum singuli, quibus potestas po[illegible] pulum data est*, hoc est, cum fiat [illegible]

ces Rerumpub. species, de quibus prolixè egimus hoc *lib.* 2. non immeritò quæritur: Utrū hæ Rerump. formæ inter se misceri, & quartam aliquam novā, à simplicibus distinctam, suo concursu patere queant. Universa enim propè antiquitas mixtam Rempubl. agnovit, eamq; opinionem in hoc seculum profudit, ut videre est apud Herod. *lib.* 3. Platon. 3. & 6. *de ll. lib.* 8. *de Republ.* Isoc. *in Areop.* Arist. 2. *Pol. cap.* 4. 4. *Pol. c.* 9. 12. Polyb. *l.* 6. Halycarn. *l.* 7. & 8. Iustin. *l.* 2. Volat. *l.* 36. *de Polit.* Machiavell. *l.* 1. *discurs. cap.* 2. Contar. *libr.* 1. *de Rep. Venet.* Hottom. *libr.* 2. *Antiq. Rom. c.* 1. Haillan. *lib.* 3. *de stat. Franc.* Simler. *lib.* 2. *de Rep. Helvet.* Pac. 4. *Polit. c.* 8. Peucer. 5. *Chron. Phil. in pr.* Bellarm. *lib.* 1. *de sum. Ponti. c.* 1. *lib.* 2. *c.* 2. Guillaum: de la perriere en son Miroir *Polit. pag.* 20. Piccol. *grad.* 10. *Eth. c.* 9. Venturam Cæcum *Catal. in l.* 2. *de Orig. Iur. libr.* 1. Cas. *in* 2. *Polit. c.* 10. 3. *Polit. c.* 5. 4. *Pol. c.* 9. *ibid.* Giphan. & Petr. Victor. Genes. Sepulv. *in c.* 8. & 9. *lib.* 4. *Polit.* Martin. Buich. *ibid. c.* 9. *in pr.* Bartholom. Cavaleant *disc.* 11. *delle Republ. mile* Sebast. Frizzo. *de' governi civili.* qui tamen maximam partem aut exemplis agunt, aut verbis saltem mixtionem præsupponunt, rationes, aut formam mixtionis non explicant. Quidam etiam eò delabuntur, ut dum inter Rerump. formas & gubernationes non distinguunt, nullam ferè Remp. simplicem relinquant, quandoquidem multæ Democratiæ gubernantur Aristocraticè per Senatum, juribus Majestatis interim penes populum universum tanquam Dominum directum aut proprietarium, residentibus. In qua re labitur ipse Bodinus, qui longè ab hac scabie alias tenere manus gestit, dum *libr.* 6 *de Republ. c.* 4. Genevensium statum Aristocraticum pronunciat, quod à Senatib. tribus, quorum secretior ex XXV. alter ex XL. tertius ex Ducentis civibus constat, pleraq; negotia expediantur, non convocato populo universo, et si tamen Ducenti repræsentent universum populum, à quo & electi sunt, & potestatem acceperunt ad instar concilii, quā βουλὴν Græci vocabant & Arist. maximè popularem magistratum esse tradit, *lib.* 3. *Polit. c.* 15. *lib.* 6. *Pol. c.* 2. & *ult. Thucyd. lib.* 8. *Xenoph.* 1. & 2. *Græcan.* Item dum *lib.* 2. *de Rep. c.* 6. Norimbergensibus puram adjudicat Aristocratiam, eò quod

1.

2.

Senatum ex certis familiis legant, & hujus arbitrio rerum summam ferè committant, cum tamen nobilis ille Senatus sit obnoxius populo universo, illiq; rationem reddere teneatur, ut testatur Giphan. *Comm. in l.* 2. *Polit. c. ult. in lib.* 3. *Polit. c.* 7. nisi per populum intelligat totum consilium, eodem errore quo Contaren. *lib.* 1. *de Rep. Venet.* in Magno Venetorū consilio collocat Democratiā. id quod descriptioni Reipub. Norimb. propius videtur, ut supra dictum fuit. Simlerus verò *lib.* 2. *de Rep. Helvet.* gravius impingit, dum Tigurinorū, Bernensiū Lucernēsium, Basileensium, Friburgensium, Soloduriorū, & Schafhusensium Respub. comparat Romanæ aut Venetæ, utrasq; mixtas statuens, cum tamen magistratus Aristocratici in Romana Republ. ab autoritate populi penderent, in Veneterum verò à conventu magno, excluso populo. Illi verò debetur Respubl. qui superior est, nō qui nomine superioris administrat. Ridiculū enim est, quod Ventura Cæcus *d. li.* 1. *Catalexeos in l.* 1. *de orig. Iur.* mixtionem Reipubl. Rom. propositurus, Monarchiā collocet in Dictatura, Oligarchiam in Consulibus, Aristocratiam in Senatu, Rempubl. in populo. Nam ne nomina quidem formarum Reip. intellexit, nedum ut ea rectè accommodaverit, aut inter potestatē precariam distinguere potuerit & propriam. Bodini arrogantem jactantiam, qua neminem ante se distinxisse inter formam & administrationem Reip. ex manifestis Aristotelis verbis *lib.* 4. *Polit. c.* 5. *lib.* 6. *Pol. c.* 4. suprà retudimus. Multum certè interest, utrum potestas, qua quis utitur in Repub. propria sit utentis, an ab alieno dependeat arbitrio. Nec enim Helvetiorum aut Germanorum civitates propterea Aristocraticæ dicendæ sunt, *cum Simlero d. lib.* 2. & *Bodin.* 2. *de Rep. c.* 6. quia à Senatu paucorum reguntur, quoniam administratio penes senatū, vis imperii penes populum est, qui jure suo rationes à Senatu & Magistratibus reposcit, prout ante aliquot annos Magdeburgi, ante paucos Coloniæ factum meminimus, & nunc eadē controversia vertitur inter Senatum & populum Francofurtanum ad Mœnum. Solon visus est quibusdam temperatam Rempub. constituisse, ut refert Aristot. 2. *Polit. c.* 10. in quorum numero est Isocr. *in Areop.* Pac. 2. *Pol. c.* 10. Cavaleant. *disc.* 11. eò quod Areopagiticū Senatum Oligar-

3. *In quare multi impingunt & errant.*

4. *Qui administrationem civitatum confundunt cum forma Rerumpub.*

5. *Probatur exemplis.*

Oligarchiæ speciem præ se ferentem, & magistratuum per suffragia designationem, quæ Aristocratiam sapit, reliquerit, & populum præterea ad judicia, in quibus vertebatur cardo Reip. vocaverit: Plato *in Menex. circ. med.* Athenis agnoscit μετ' εὐδοξίας πλήθους ἀριστοκρατίαν, eò quod summa quidem rerum sit penes populum, sed is imperia & potestatem, ἀρχὰς καὶ κράτος, iis attribuat, quos judicarit optimos omnium. Sed quod horum sententia non probetur Aristoteli, ex iis, quæ statim & in pr. *lib.* 4. subjicit, ad oculum patet. Xenophon quippe omnium populariuum Rerump. primam extitisse Atticam testatur, *de Rep. Athen.* id quod Arist. nos accipere jubet, non de ea facie Reipubl. quæ aut ante Solonem, aut à Solone inducta fuit, quippe cum Aristocraticis plurimis institutis populi dominatus supprimeretur. Sed postquam ambitiosi Demagogi potestate, quam populo ampliorem, quam æqualis temperatura exigebat, concesserat Solon, abusi, alter Senatui Areopagitico alas præcideret, alter populum sportulis & mercede demereretur, præcipuè cum populus post pugnam Salaminiam, Navarchia totius Græciæ ad se traducta, spiritus altiores sumeret, & imperium petulantius affectaret, Aristocratica etiam instituta in popularia mutavit, in eamque degeneravit Democratiam, quam descripsit Xenophon & de qua Plutarch. *in Cim.* Athenienses reprehendens, quod absente Cimone, Areopago & Senatu e medio remoto, puram Democratiam introduxerint. Nulla enim alia ratione differebat Respub. Solonis à Periclis, quam quod institutis & gubernatione magis Aristocratica temperaretur. Re enim ipsa popularis erat, cum populo concessisset Solon potestatem magistratus designandi, & rationes ab iis reposcendi, licet magistratus non legerentur promiscue ex quibusvis de plebe, sed ex tribus prioribus Censibus, eorum, qui vel quingentos, vel trecentos, vel ducentos medimnos, in reditibus annuis haberent *Arist. 2. Polit. cap. 10. Plutarch. in Sol. Pollux. lib. 8.* Ubi verò populus mandat magistratus & potestates designat, ubi rationes rerum gestarum exigit, ubi de rerum summa judicia exercet, ibi popularem puram esse Rempubl. ex supra dictis c. 4. liquet. Unde rectè Diogenes fastidien. cum

6\. *An Athen. Resp. mixtionem habuerit.*

seseq; efferensem Demosthenem [illegible] cum popinam intrare recusaret inquiens: *Atqui Dominus tuus,* plebem intelligens, *quotidie intus cœnat.* Si enim ex institutis aut formula gubernationis Reipubl. vel in[illegible] vel simplicitatem æstimare velis, quam[illegible] dem invenies Remp. popularem cum [illegible] Pompon. *in l. 2. §. deinde quia diff. de Orig. Iur.* crescēte populo, difficult[illegible] ra hominū coēunte necessitas [illegible] ad Senatum deducat, quod regnum [illegible] bis purè Monarchicum, cum Reg[illegible] tum fieri potest, honores & co[illegible] ditorum præcipuis communia habere [illegible] nus adeò familiariter admittat [illegible] in verba Consulis juraret, nec u[illegible] sine consilio aut autoritate Senatus [illegible] gaturum promitteret, *Plin. in panæg.* [illegible] Alexandrum Severum fe[illegible] con[illegible] *rod. Lamprid.* nec non Tiberius [illegible] imperii omnia cōmittebat patribus, ad [illegible] comitia ex campo revocaverat, *T*[illegible] *Ann.* doctus arcanum hoc à patre A[illegible], qui provincias, molestia carentes pa[illegible] gendas concedebat, bello obnox[illegible] nens, ut sub specie laborum imperium cum exercitibus ad se traheret, nomen inane reg[illegible] darum provinciarum ad Senatus cura[illegible] gans. *Dion. lib. 53.* Nero etiam appel[illegible]iones omnes jussit ad Senatum deferri, *Sueto in Neron. c. 18.* & Caligula magistratibus co[illegible] liberam jurisdictionem sine sui a[illegible]e, *Suet. in Cal. c. 16.* An propterea Romani Im[illegible] ratores non erant absolutè Reges [illegible] A[illegible] cratiam imperio mixtam habebant, q[illegible] imperii bonam partem indulgebant Senatui? Etiam Ahasverus cui Dominatum paulo ante attribuimus, nihil fecisse dicitur, nisi de consilio Sapientum. *Esth. c. 1.* & Comin. *lib.* [illegible] *Gall.* in regno nihil, quod sit magni momenti, expediri debere disputat, sine [illegible] procerum, de qua re agemus *in* [illegible] *de S*[illegible] Prudentis est, in gravibus adhibere [illegible] rios *l. humanum. 8. C. de ll.* nec Papa ip[illegible] ctat collegio Cardinalium, quæ [illegible] proponere, teste Abbate *in q.* [illegible] *lia* [illegible]. Elucere videntur in re[illegible] stigia Ar[illegible]ocr[illegible]æ, si veteru[illegible] seu [illegible] hodierna p[illegible] ris, Democrati[illegible] [illegible] sit ōve[illegible] tu[illegible] p[illegible]

7\. *Ex admini*[illegible]

8\. *Regnum* [illegible] *chicum.*

ut ob

ut ob oculos ponit Haillan. *lib.3.de stat.Fran.* Absit autem propterea Majestatem Reipubl. Gallicæ, *cum Hottom.in Francog.cap 10. & 11. Althus.c.14. Pol. Bruto in Vindic. Heig. lib.1. q.3 n.* in comitia rejiciamus, aut *cum eo, quo Appianum in linguam Gallicam transtulit, in præfat.* regnum Galliarum ex tribus formis compingamus. Parlamenta enim quid sunt, nisi curiæ Judicum, *Boer. in tract. de Autor. magn.cons.nu.170. & seqq.* quo nomine à Senatu Venetorum, Rhagusianorum & Polonorum perinde distinguuntur, ut Rota Romana, Camera Germanorum & Consilia Hispanorum. *Tessaur.in præfat.decis.pedemont. n.10.* Et quicquid in judicando habent autoritatis, regi acceptū debent, qui Arrestis vim tribuit, *Papon. lib.4 Arrest.t.2.art.4.* vel potius ea alieno ore pronunciat, cum singulis feriis Martini parlamentis autoritas judicandi nomine Regio tribuatur. *Guagn. lib.3. Buda. ad l.ult.de Senat.* In Anglia quantum autoritatis sibi acquisierint Comitia ex indulgentia Henrici III. *Polydor.lib.11.* documento potest esse parlamentum Oxoniense, quod insanum vocant, *Paris. & Westmonst. in Henr.3.* nec non Richardi II. & Henrici VI. abdicatio *Walsingh. in Richar.2. Helinshod. in Henr.6.* quæ res imposuit Caso *lib.3. Polit. c.5.* ut cum non distingueret inter ea, quæ vi facta sunt, aut per indulgentiam Regum, regnum Angliæ inter mistas Resp. referret, licet nullum occurrat inter Christianos magis Monarchicum. Nam sicut ex aqua turbata aut minus frigida, propter caloris alieni admixtionem, non statim fit mixtum corpus, ita nec petit autoritas regia, si Senatus Censuræ acta sua nostro subjiciat, aut de absoluta potestate tantillum remittat. Tradunt Physici, nullum Elementum reperiri simplex, impermistum & expers omnis extraneæ qualitatis, tū ut facilius ad mixtionem, quam iis finē præscripsit natura, contrahātur, tum quod per vicinitatem in se mutuò agant, & contrarietate primarū qualitatum pereniter agitentur, turbenturq; : nec tamen propterea quevis per alienam qualitatis nativæ remissio vitiat simplicitatem elementi aut veram legitimamq; mistionem inducit, sicut nec temperamentum toties à simplicitate cadit, quoties vacillat & ab externis qualitatib. quadamtenus expugnatur. Temperamentū secundum pondus, quod durabile quidem esse concedit Galenus 1. *de temper. c. 9.* dari verò negant Averrh. 2. *Cell.c.22.* Avic. *Fen.1. doct.3. c.1.* Concil. *differ.18.* Montan.1. *part. Med.c.de diff. temper.* Bertin. *lib.2.Med. c.2.* Hoc, inquam temperamentum idem Galenus *lib.1.de san.tuend.cap.5.* durabile futurum negat propter infinitas mutationes, quibus ab omni latere obnoxium foret. *Fernel.3. Physiol.c.4. Valles.1.Controv.7. Duncan.2.art. Med.c.2. Conimbr.in lib.2. de gen. & corr.c.8. q.2. Marsil.ibid. q.15. & Saxon.q.11.* Nam cum qualitates omnes remissas habeat, quod temperatum est ad pondus, à contrariis altioris gradus facilimè expugnatur, & tum mutat speciē, in aliquod aliud ex inæqualibus transiens: quod verò ob inæqualitatem qualitatum pertinacius resistit, etiamsi parumper à contrario alteretur, non tamen toties mixtionem mutat, quoties hosti succumbit, sed tam diu pristinam formam retinet, donec victrix qualitas in locum expugnatæ, succedat. Ita se res habet de Rebuspubl. quarum summā singulæ partes ad se rapere perenni conatu nitūtur, dum populus Regi invidet, patritii plebi, & semper contra Solonem Pisistratus, contra Pisistratū exoritur Clisthenes, contra Claudium vociferatur Icilius, Licinius, aut Canulejus aliquis, donec post longas altercationes à Rege ad patritios, ab his ad plebem aut universum populum, jura Majestatis devolvantur. Dum verò Senatus se ingerit in arcana Regis, dum consulta curiæ involat populus, quia affectata jura nondum ad se traxit, nondum mutata mixtave Respubl. sed leviter saltem alterata dicenda est.

9. *Proinde ut regnum Angliæ.*

10. *Non quævis admixtio parit verā mixtionem in Elementis.*

11. *Temperamētum secundū pondus facilè alteratur.*

12. *Qua ratione alteratur etiam Respubl.*

13. *Quæ sit vera mixtio Elementorum.*

Hic vero disquisitio à nobis instituitur de tali Rerumpubl. coalitu, qui veræ Elementorum mixtioni respondeat, ab Aristotele declaratæ & expositæ *l.b.1.de gen. & corr.c.10.* Sicut enim ibi non quævis corporum confusio mistionem facit, sed si formæ Elementares ita inter se sint comminutæ, refractæ, & unitæ, ut in tertiam quandam mixti formam desierint, à simplicibus prorsus diversam, cujus nulla tam minima portio assumi queat, quæ nō sit mixta, sicut quælibet pars aquæ est aqua, *1.de gen. & corr.text.86.88.* Ita Arist.4. *Polit.c.9.* tum demum perfectè mixtam esse Remp. tradit, quando confusio jurium Majestatis incertum

14. *Qua Rerumpubl.* relinquit, quo nomine Resp. mixta denominari debeat, quod quidem in Rep. Laconica videmus, quam ipse Aristot. exemplum hujus rei proponit. Illam quippe Aristocraticam cognominant Isocr. *ad Nicocl. orat.* 3. Max. Tyr. *orat.* 3. Thucyd. *libr.* 1. Plutarch. *in lib. de Men.* Bodin. 2. *de Rep. cap.* 2. Alii Democraticam, ut Nabis Tyrannus, *apud Liv. lib.* 34. Alii ex tribus ut Plato 3. *de ll.* Polyb. *lib.* 6. Isocr. *in Areop. & Panath.* Iustin. *libr.* 2. Sabel. 5. *Erra.* Sigon. *de Rep. Spart.* alii ex duabus tantum formis ut Arist. 4. *Polit. c.* 9. componunt. Usq; adeo intricatos & ambiguos reddidit hos autores consummata jurium majestatis permistio, quæ ita deprehenderunt penes Reges, ut eorum exors non esset Senatus, ita penes Senatum ut bonam illorum partem sibi vendicaret, nomine totius populi, Ephori, de qua mixtionis forma paulò post agemus accuratius.

15. *Mixtionem attendi penes formas.* Hæc Rerump. mixtio, perinde ut in Elementis, penes formas attendenda est, quia misceri non possunt, quæ intereunt, ut in definitione innuit Arist. quando mistionē dicit esse: *Miscibilium alteratorum unionem. Alterata* enim dixit, non *corrupta:* item *unionem*, non *generationem*, siquidem generatio mixti à mixtione differt ratione terminorū, *ut ostendit Zabar. lib.* 1. *de mistis gener. & inter. cap.* 8. *& seqq. contra Mercen. & Erastum*, quorum hic ambos morus, pro uno & eodem venditabat, ille toto genere unū ab altero distinguebat, *in disput. de putred.* Interit verò res quæque per interitum formæ, manet per ejusdem integritatem. In rebuspub. vero locum formæ obtinet ordo in Imperando consistens prout ex definitione & rei veritate patet. Quid enim

16. *Et in Republ. penes Majestatem.* est, quod multitudini inconditæ superaddit Resp. nisi ordo Imperantium & parentium? Omne verò imperium, sive quod idem est, omnis regendæ Reipubl. potestas, à Majestate dependet, tanquam à capite, ideoque quicunque de perfecta Rerumpub. mixtione, utrum possibilis sit vel minus, considerare voluerit, cum oporteet oculos in Majestatem reflectere & num inter Regem, optimates & Plebē sine contradictionis implicatione distribui queat, ante omnia examinare. Qui enim mixtam Rempubl. omninò reprobant, tanquam figmentum vetustatis & placitum recentiorum, nimis confusè mixtionem accipiunt pro confusione Rerumpubl. *Bodin.* 2. *de Repub.* 1. 1. *Gregor. Tholos.* 6. *de Repub. c.* 1. *Barclai. lib.* 1. *de jur. regni. Iunius in* 99. *Polit.* q. 2. *Fridenr. c.* 29. *Polit. Hanon. disp. Polit.* 9 *n.* 2. *Kecker. disp.* 1. *de Rep. n.* 5. & Bodinus hic statim impingit in porta, dum contra antiquitatem tali argumēto movet: Finge, inquit, tres civitates, quarum una regatur a Rege, altera à paucis, tertia ab omnibus, in unam coite, quis dubitet quin ille status sit futurus popularis, cum omnibus summa potestas ex æquo communicetur, nisi alternis imperiū suscipiant, ut senatores Romam olim in interregno, quod si fieret, ad res simplices formas res rediret & perturbatus ex vicissitudine imperandi oriretur status, non secus ac si in familia uxor marito, tum liberi utrique, ac tandem servi omnibus dominarentur. Fingit sibi Bodinus larvas, quibuscum pugnet eodemque eventu ictum intendit adversario, quo spectra feriri creduntur. Toto enim genere aberrat a statu controversiæ.

17. *Quinam disputent contra mixtionem Rerump.*

18. *Obiectio Bodini.*

19. *Refutatur.* Nam si fingamus tres formas Rerump. in unā coire, nec prorsus interire simplices, nec prorsus in summo gradu manere debent, quorum utrumque præsupponit Bodinus. Si enim tres illæ formæ redigantur in statum popularem, prius necesse est in nihilū recidant, & potestatem suam, quæque resignent, quam omnibus æqualis detur imperium. Si quidem in prærogativæ Regi, si quid Majestatis Optimatibus aut plebi relinquatur superstes, nondum exorta est Democratia, quippe, quæ æquali Decempeda omnium civium dignitates metitur. Si verò alternis imperent Rex optimates populus, tres Rerump. formas oportet maneant integras, dummodo per intervalla quiescant. Neutro autem modo fit mixtio, quippe ad quam requiritur miscibilium alteratio, hoc est, comminutio, refractio, & summi gradus remissio, absque qua impossibile est stabilem ullam commixtionem excogitari posse. Quod ut rectius intelligatur, simulque ut in mixtionis Rerump. naturam altius penetremus, aliquot modos proponemus, quibus videri alicui posset Respubl. inter se commodè commixtum iri.

20. *Primus modus mixtæ Rerump. ponitur.* Fingamus enim primum Imperium alternum, ad exemplum Centum patrum qui post discerptum Romulum, in decem Decurias interregnum ita dividebant, ut deni quique

dictum

dierum spatio imperitarent, unus cum insignibus imperii & lictoribus esset, ac per omnes imperium iret in orbem. *Liv. lib.* 1. Qui de divisione jurisdictionis individuæ in feudis disputant, vel in regiones totam dividunt, vel uni ex pluribus locant, vel alternis annis exercent, *arg. l. quoties. in pr. de usufr. Mozz. de de Sus. feud. n.* 52. *Sub tit.* 1. *feud. c.* 8. *n.* 36. Genevates antequam jugum Episcopi excuterent, ad hunc modum cum eo partiti erãt jurisdictionem, nimirum, ut Episcopi imperium interdiu exaudiretur, noctu quiesceret; Senatus vero illic inciperet, ubi desineret Episcopus, prout Le Cittadin de Geneve probat ex statutis Ademari Episcopi *art.* 22. & continetur in statutis & libertatibus Genev. *Anno* 1507. excu-
21. *Idemque Reiicitur.* sis. Licet verò particularis aliqua jurisdictio ad hanc faciem dividi queat: trahi tamen inde exemplum ad mixtionem Rerump. non potest, quoniã non miscentur ea divisione jurisdictiones, sed integræ transeunt ab uno ad alterum. Nam qua vicissitudine imperabit Rex, Monarchia erit, qua Optimates, Aristocratia, qua populus, Democratia. Quin age omitta-
22. *Quia non invenit mixtionem.* mus mixtionem: Ne ipsam quidem divisionem admittit vel natura Majestatis, vel finis Reipubl. Majestatis enim propria est perpetua superioritas, seu potestas absoluta, *ut lib.* 1. *de jur. Maj. c.* 3. *per tot. & lib.* 2. *c.* 1. *n.* 2. *ostendimus.* Atqui supra omne imperium non evehitur, qui diutius & contemtius subjicitur, quam dominatur. Quod si objicias, quod supra tetigimus, non esse in mixta Rep. perfectam Majestatem apud unam civitatis partem quærendam; id quidem ita esse concedimus, sed ad rem rite accommodari negamus. Nam qui ad tempus aut per vices subjicitur alterius Majestati, ut subditus, non tantum partem
23. *Et consistere non potest.* Majestatis, sed totum perdit. In mixta verò Rep. quæcunque civitatis pars aliquid Majestatis quasi possidet, nõ minus perpetuo illud possidet, & sine superiore, atque in Republ. simplici. Maxime verò repugnat alternata hæc divisio paci & saluti Reipubl. quia cũ aliæ sint leges regni, Aristocratiæ, Democratiæ, alius scopus regis, Optimatum & populi, tendente uno quoque horum ad propria commoda & suum finem, non posset non systema Reipubl. funestis mutationibus æmulationibusque & turbatissimis seditionibus expositum esse. Nec nullum periculum esset, ne pars potentior vicissitudinarium ambulatoriumq; imperium mutaret in perpetuum: quemadmodum apud Thebanos Etheocles pactus alternum imperium cum Polynice fratre, exacto anno negavit pactis conventis stare, sed, ait,

Quæ sors justa mihi, quæ nõ indebitus annis,
Sceptra dicavit honos teneo æternumq; tenebo. Stat. in Theb. lib. 2. *Apollod. lib.* 1. *Pausan. in Bœot. Diod. lib.* 4. *c.* 6.

Fac igitur tres simplices Resp. æquo jure concurrere viribus infractis, Regemq; majestatem regiam retinere, nec de summo jure quicquã de me Optimatibus vel populo, quam ibi ἀναρχίαν videbis, quantas pugnas Cadmæas ciebis, quod pomum Eridis in medium projicies? Ne mixtam quidem ullam Remp. constitues, sed triceps monstrũ, quod discordi contentione in contraria nitetur, perinde ut in Apologo cauda serpentis bellum movet capiti, indignum sua conditione æstimans, trahi & alterius ductum perpetim sequi, cum sibi alternis debeatur honor præcedendi, quem postquam importuno certamine denique extorsisset, tum demum lucem sibi deesse vidit, qua viam investigaret. *Plut. in pr. Agid.* Superius, *l.* 2. *c.* 2. *Sect.* 2. prolixè disputavimus, contra divisionẽ Monarchiæ, quando plures uno regnum suscipiunt, sive divisa jurisdictione, sive conjuncta. Utrumque enim conjicit Reip. pacem in certissimum discrimen, dum se mutuis studiis impediunt, & alter alterius legibus imperiisque intercedit. Livius censuræ Tiberii Grachi & Claudii, hanc laudem, tanquam raram & insolitam relinquit, quod omnes iidem ab utroque & tribu remoti & ærarii facti fuerint, neque ullius, quem alter notaret, ab altero levata ignominia. Nam cum censores tantæ potestatis essent, ut Mamercum Æmilium Dictatorem, qui summam potestatem quinquennali intervallo liberæ civitati nimis gravem esse arbitratus, lege sancierat, ne plus quam annua ac semestris censura esset, deposito magistratu, tribu moverẽt, & censu octuplicato ærarium facerent, ne quicquam indignante Senatu & reclamante universo populo, *Liv. lib.* 4. eumque patres ipsi accusationem Cn. Bebii tribun. pl. qua diem dixerat M. Livio & C. Claudio Censs. ad populum, discu-

(Right margin notes: 24. Secundus modus mixtionis. — 25. Reijcitur.)

26. *Inter plura summa imperia raram esse concordiam.*

discuterent, ne postea obnoxia populari auræ censura esset, vel ex hoc unico magistratu discere licet, quid de summis imperiis, pari potestati inter plures divisis, sperandum sit. Diffidebant vetere simultate M. Livius & C. Claudius, quam ex consulatu, quem simul gesserant, & importuna æmulatione contraxerant, *Liv. lib.* 28. ideoque cum Censuram fine censura agendam paulò post suscepissent, ut in recensione Equitum ad tribum Polliam deventum est, in qua M. Livii nomen erat, C. Claudius collegam publicum, quem habeat, equum vendere jussit, quia populi judicio condemnatus esset. Item M. Livius cum ad tribum Narniensem & nomen Collegæ ventum est, vendere equum C. Claudium jussit, duarum rerum causa, unius quod falsum adversus se testimonium dixisset, alterius, quod non sincera fide secum in gratiam rediisset. Itaque ait; *Liv. lib. 29. in fin. ibi fœdum certamen inquinandi famam alterius cum sua famæ damno factum est.* Exitu censuræ cum in leges jurasset C. Claudius & in ærarium ascendisset inter nomina eorum, quos ærarios relinquebat, dedit Collegæ nomen. Deinde M. Livius in ærarium venit & præter Meciam tribum, quæ se nec condemnasset, nec condemnatum Consulem aut Censorem fecisset: populum Rom. omnem, quatuor & triginta tribus ærarios reliquit, quod & innocentem se condemnassent, & condemnatum Consulem & Censorē fecissent; neq; inficiari possent, aut judicio semel, aut comitiis bis ab se peccatum esse. Inter 34. tribus & C. Claudium ærarium fore. Quod si exemplū haberet bis eundem ærarium relinquendi, C. Claudium nominatim se inter ærarios fuisse relicturum. Adeò discordia & publicæ saluti adversa oportet esse imperia, quæ multis, cum summa potestate, attribuuntur. T. Quintii & Cn. Iulii Mentonis Consulum privata discordia, & in cōsiliis omnibus certamina eò adegerunt patres, ut tribunos appellarent pro potestate sua cogerent consules Dictatorem dicere. *Liv. lib.* 4. Quorsum evasura fuisset duplicata Dictatura Fabii & Minutii, documento posset esse inauspicata pugna, qua tyrocinium Minutius ponebat, nisi is ultrò sub imperiū & clypeum Fabii se recepisset. *Plut. in Fab. Max.* quod multis annis retrò fecerat Agrippa, cum summam imperii quod saluberrimum in administratione magnarum rerum esse dicit, *Livius lib.* 3. collegæ Quintio concedere. Discordia tribunorum Consularium contra Lavicanos initium peperit divisi & alternati imperii. *Liv. lib.* 4. quæ tamen divisio non magis illic servavit exercitum, quam ad Cannas, cum Aemylii providentia pugnaret contra temeritatē Varronis, aut contra Samnites, cum App. Claudius & L. Volumnius funesta æmulatione in se mutuò exardescerent. *Liv. lib.* 10.

27. *Mixtionem secundam nesingo quidem in Rep. posse.*

Tanto autem impensius à se invicem tres status Rerump: dissensuros verisimile est, quantò sua natura in fines tendunt, magis contrarios, & præter regnādi ambitionem, quā quisque ad se omne imperium tracturus est, nativo quodam odio distinētur Nobilitas & plebs & parem ferre indocilis Regia potestas, usque adeò ut neq audita sit unquam, nec scripta, nec picta talis Resp: in qua pari potestate conjuncti fuerint, Rex, Optimates & populus. Simulacrum aliquod capere licet, ex justitiis, quando forma Reipubl. una per medias turbas, incerto Domino, delabitur ad aliam, utpote, cum tribuni pl. apud Romanos omnia Majestatis jura ad populum trahere, Senatus verò eadem sibi soli retinere laboraret, nec dum tribuni possessione veteres Dominos impudenter excludere auderent, nec juri suo retinendo Senatorum paucitas sufficeret. Quid ibi non mali vidit Respub. ex incerto inter patres populumque imperio? *Ut quæque rogatio promulgatur,* *vos* inquit Canulejus ad patres, *delectum pro pœna decernitis. Et simul ego tribunus vocare tribus in suffragium cepero, tu statim consul Sacramēto Iuniores adigere & in castra educere conaris, minitans plebi, minitans tribuno.* Iubent consules citari Voleronem, mittitur lictor, qui negantem respondere, obtorto collo trahat: Volero appellat tribunos & fidem plebis, lictorē prohibet prehendere populus; auxilio accurrentes patres è foro pelluntur in curiam, franguntur fasces, & quod ab una parte imperatur, ab altera dedita opera prohibetur. Sicinius & Lectorius leges agrarias magno conatu, circumstrepente plebe, proponunt, nec erubescit aliquis eorum dicere: *Ego Quirites, aut in conspectu vestro moriar, aut perferam legem* St[illegible] consules nobilitasq; ad impediendā legem in

concio-

concione conſiſtunt. Summoveri Lectorius jubet, præterquam qui ſuffragium ineant, nihilque viatori cedentes nobiles adoleſcentes prælendi. Conſul Appius ex parte adverſa negat tribuno jus eſſe in quenquam, niſi plebejum. Mittit tribunus viatorem ad Conſulem, Conſul lictorem ad tribunum, privatum eſſe clamitans ſine imperio, ſine magiſtratu. Concurritur hinc à patribus ad conſulem, illinc ad tribunum. Cum ſenatus pro defenſione Martij, Menenij, Servilij, Furij, & Manlij, quos invida plebs, tanquam ſibi adverſos, per fas & nefas damnatum it: circumſiſtit concio curiam & cum libera ſua ad portas excubant Tribuni, SCta nulla perſcribi paſſuri, niſi quæ ſint ad guſtum & arbitrium populi, *quibus contentionibus plenus eſt liber ſecundus & tertius Livij.* Nec aliter fieri poteſt in ea Anarchia, ubi de imperio ſummo inter multos certatur, quod quidem fieri neceſſe eſt, quoties Cleomenes cum Ephoris, aut Piſiſtratus cum Areopago & populo concurrit, hoc eſt, quoties regnum cum Ariſtocratia & Democratia committitur.

28. *Quæ extinguit eſſentiam Reipubl.*

Imò non tantum turbatur ordo imperandi & mutuis intercesſionibus diſturbatur hac trium Rerumpublicarum confuſione, ſed & eſſentia Reipubl: prorſus extinguitur. Quid eſt enim Reſpub. niſi ordo imperantium, & parentium & præcipuè, ut ait Ariſtoteles 3. *Pol. c. 6.* τῆς ἀρχῆς τῆς κυρίας πάντων. Dum vero Regia poteſtas cum optimatum, & horum cum populi poteſtate combinatur, non tantum imperantium & parentium ordo tollitur, ſed ipſa natura Reipublicæ deſtruitur. Ordo imperantium tollitur, tum per confuſiones neceſſari ingruentes, tum quod, ſi omnes ex æquo imperitare velint, nemini relinquatur locus parendi. Poteſtatem definiunt ICti jus perſonæ in perſonam, quo altera ſubeſt, altera præeſt. *Vultej. libr. 1. Iurisprud. Roman. cap. 11.* In hac verò Rerumpubl. commixtione, omnes ex æquo præeſſe volunt, nemo ſubeſſe, quippe cum populus, qui univerſus regi ſubeſſe deberet, in pari autoritatis gradu cum Rege ipſo collocetur. Par verò in parem non habet imperium *l. nam magiſtratus in pr. de recept. arbitr. l. ille à quo §. tempeſtivum. ad Trebell.* Natura autem Reipubl. deſtruitur, quæ conſiſtit in regimine ſummæ poteſtatis. Diſtinguendum enim eſt inter Reſpubl. & municipia, quæ formam Reipub. in quam aſſcripta ſunt, imitantur quidem, ut ſe habent omnes Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, & pleræque Italiæ civitates, ſed, quia ſuperioris legibus & nutui ſubjiciuntur, non magis Rerumpub. nomen merentur, quam truncatum capite corpus nomen hominis, ſiquidem anima & caput cujuſque Reipubl. eſt Majeſtas. Habentur enim loco privatorum *l. Eum qui Vectigal. 16. de V. S.* & jus publicum Reipubl. non obtinent, cum id ad ſolum populum Romanum pertineat. *l. Bona. 15. Eod.* niſi ſpeciatim à populo, vel principe indulgeatur. *l. ſimile. 10. ad Municip. l. Antiochenſium 37. de rebus autor. jud. l. 2. C. de jure Reipub. lib. 11.* & rectè Trajanus *lib. 10. Epiſt. Plin.* ad Plinium Aſiæ proconſulem reſcribens negat Bithyniorum civitatem jus habere Reip. quia municipia, etiamſi imaginem Reipubl. & ſenaculum, ſeu ut loquitur Caſſiod. *lib. 2. Epiſt. 19. lib. 9. Epiſt. 2. minorem ſenatum* retinerent, tamen neque de crimine neque de liberali cauſa cognitionem habebant, *l. magiſtratibus. 12. de jurisd. l. pen. C. ne de ſtat. defunct.* & à Repub. tanquam à capite dependebant, *ut diximus lib. 1. cap. 5. Sect. 9.* Ea verò demum, quantumvis anguſtis concluſa finibus, propriè dicitur Reſpub. quæ caput habet, & ſuperiorem non agnoſcit. Pone jam Monarchiam, Ariſtocratiam & Democratiam æquali imperio concurrere, penes neutram manebit Majeſtas, ſed mutuis imperiis colliſa non ſecus evaneſcet, ac ſi tria membra æquè principalia in uno corpore in contrarium nitentia, Medici ſtatuerent, & corpus tamen unum fore contenderent. Nam cum Tiberius Imperat. principatum in tres partes divideret, à tribus capitibus diſtinctè regendas, quarum una eſſet Roma cum cætera Italia, altera exercitus, tertia reliqui omnes, qui ſunt ſub imperio Romano. Aſinius Gallus poſtquam intempeſtiva rogatione callidam Tiberij ſimulationem tetigerat, tandem ait, *principatum dividi nullo modo poſſe*, & hac adulatione audaciam ſuam excuſare voluit, quanquam nihil ab eo verius dici potuit. *Xiphil. ex Dion. in Tiber.* Primum enim id eſt, quo nihil eſt prius, *§. nos vero. de concept. Digeſt.* ſummum, quod nihil

29. *Municipia diſtinguuntur a Rebuspubl.*

30. *Aequalem Majeſtatis diviſionem non poſſe ſubſiſtere.*

sequitur, *l. ex duob. 34. de Vulgar. & pup. l. proximus 92. de V. S.* seu, ut ait Sen. *Epist.* 85. supra quod nihil est. Ubi verò tria concurrunt imperia æquè summa, quia mutuo in se pugnant, seipsa à summo gradu dejiciunt, perinde ut de duabus contradictoriis propositionibus *in Metaphys. lib. 1. part. 1. c. ult.* diximus, quod si ponantur simul veræ, ex hypothesi evadant simul falsæ. Contradictoria enim una arguit alteram semper mendacij. Quod si utraque ponatur vera, utraque arguitur mendacij & ex eadem hypothesi fit falsa: *Ita in Metaphys. tract. de Deo.* Iamblychi errorem refutavimus *in libr. de myst. Aegypt. cap. 6.* qui, licet concedat, Dei naturam esse infinitis modis perfectam, plures tamen Deos esse concedit, quæ assertio quantam involvat contradictionem, apud Damascenum videre est, *lib. 1. Orth. fid. c. 5.* Compend. Theolog. verit. *cap. 2.* Algaz. & Averrh. *Disputat. 5. dub. 1.* Thom. 1. *part. quæst. 11. art. 3.* Iandun: 8. *Phys. q. ult.* Est enim Deus summum & perfectissimum Ens, quod cogitari potest, ut præsupponit, Occam. 1. *Quodlib.* 1. Gabri. 1. *distinct. 2. quæst. 10. art. 1.* & Cicero ait, 2. *de nat. Deor.* *Deo nihil præstantius.* Item Euseb. 6. *præpar. Evang. cap. 5.* *Deo nihil melius, nihil potentius cogitari potest*, & Anselm. *in prosol. cap. 3.* *Deus est ipsum maximum, seu quo majus cogitari non potest.* Aristot. verò 1. *de Cal. text.* 100. *Deus est primus & perfectissimus.* Hinc rectè concluditur Unitas Dei, quia duo prima, duo maxima, duo infinita quoad essentiam sine implicatione contradictionis non dantur. Primum enim quod est & quod maximum, id est ante & supra omnia: quod Infinitum est, nihil relinquit extra se. Si tu posueris Duos Deos, neuter primus est, neuter maximus, neuter infinitus & proinde nec Deus, quia Deus solus est super omnia & nihil relinquit, quod à se non dependeat. Hoc innuit Athanas. *in orat. advers. Idola*, dum *Multitudinem Deorum* dicit *abire in nullitatem Deorum.* & Boetius *libr. 3. prof.* 10. *Duo summa bona, quæ à se diversa sunt, esse non possunt. Etenim quæ discrepant bona, non esse alterum, quod sit alterum liquet. Quare neutrum poterit esse perfectum, cum alterutrum alteri deest. Sed quod perfectum non sit, id summum non esse manifestum est. Deo verò cogitari nihil melius potest.*

31. *Nec duos Deos simul esse posse.*

Quemadmodum verò se res habet in magna totius mundi civitate, ita & in parva Rep. Si tria æquè summa capita illi præsideant. Nullum enim eorum erit summum, quia pari gradu & æquali cum imperio collocantur. Summum autem est quod supra omnia est, & quo nihil superius. *d. l. 34. de Vulg. & pup.* Ubi vero Majestas concidit, à qua pendet totum corpus Reip. ibi Rempub. ipsam vacillare & tandem extingui necesse est.

32. *Tertius modus mistionis Rerumpub.*

Fingamus porro tertiam speciem mistionis, prioribus quidem tolerabiliorem, sed tamen ad perfectam Rerump. unionē nondum penetrantem. Fit autem si potissima Majestatis capita duabus vel tribus partibus simul tribuuntur, sed diverso jure seu alio atq. alio modo, ad eam peste factam, qua Cicero *l. 3 de ll.* civitatem suam ita moderatam cupit, ut *potestas in populo. Autoritas*, esset penes Senatum. Per autoritatem non intelligit dignitatem & spectatam gravitatem, ut cum Pomponius *in l. 2. ad fin. de Orig. Iur.* ICtos quosdam magnæ autoritatis vocat, sed interprete ipso Cic. *pro Flacc. & Cacin. potestatem probandi quod decretū factumve esset. Si patres auctores fierent*, inquit, *id est, rem factam probarent*, & disertè Paulus *in l. Etiamsi 3. de autor. & cons. tut.* Auctorem fieri, nihil aliud esse dicit, quam *probare id quod agitur*, seu consentire prout accipitur *in l. si quis 11. de adopt.* ubi filius autor non factus dicitur, hoc est, in adoptionem nō consensisse, *per l. eum adopt. 7. l. quod ut nec cui at. 8. Eod.* & in illis verbis Cic. *per dom. sua. Credo te esse interrogatum, Autorne esses, ut in te P. Fonteius vita necisq. potest. item haberes* Cic. in orat. pro lege Opp. Autoritatem interpretatur per manum, dum ait: *Majores nostri nullam ne privatam quidem rem agere feminas sine auctore voluerunt In manu esse parentū, fratrum, virorum.* Sic Augustus, ut majus inesset responsis prudentum pondus, primus constituit, ut ex ejus autoritate responderent *l. 2. §. Et ut obiter. de orig. Iur. l. Magistros. de profess. & Med. lib. 11* unde Corral. *ad d. §. & ut obiter. n. 9.* derivat originem Doctorum, qui autoritatem seu facultatē de jure respondendi publica autoritate accipiunt. Nam qui autoritatem, quam Senatus habuisse fertur in Rep. Rom. ex dignitate sola repetunt vim

33. *Quid Autoritas & Autoritas.*

hujus

hujus vocabuli nō intelligunt, quam tantam esse asserit Dion *l.* 43. ubi Græcæ suæ narrationi vocabulum hoc Latinū immiscet coactus, ut ἐκλωισαη αὐτὸ καθάπαξ ἑλλήνισαι sit, Tiberius, dicentem quendam, *Autore eo*, senatum se adiisse, quanta sit vis hujus vocabuli intelligens verba mutare, & pro *Autore Suasorē* dicere coegit, *Suet. in Tiber. c.* 27. perinde ut Livius distinguit inter autorem & suasorē legis. Fabio Ambusto loquens *l.* 6 *Fabius quoq; tribunus militum, Stolonis socer, quarum legum auctor fuerat, earum suasorem se haud dubium ferebat.* Quid enim significat Auctoritas in hac Phrasi, quæ nullibi non occurrit, *apud Terent. in Eun. Plaut. in Pœnul. Cicer. per Sull. Non defugio autoritatem*, nisi imperium & potestatem? *ut notat Læv. Torrent. ad d. l. c.* 27. *Suet.* Quando igitur Cicero Senatui autoritatem, populo potestatem attribuit, si agatur de ferendis legibus, creandis magistratibus, ducendo bello, dandave aut accipienda pace, aut de aliis id genus Iuribus Majestatis Majoribus, nō id ita accipiendū est, quasi potestas soli plebi, excluso Senatu, tribuatur, cum nec autoritas sine jussu plebis, nec potestas plebis sine autoritate Senatus quicquam valeret, sed utrisq; divisam voluit τῶν κυρίων ἀρχῶν, alia atque alia ratione, ut neutra pars possideret totam, neutra divisam. Senatui quippe potestatem dedit ratum habendi, quod actum est: populo verò jubendi quod à Senatu propositū.

34. *Mixtus status ex Reipubl. Rom.* Nulla verò Rerump. hac dispositione fit mixtio, quoniam neq; Senatus, neq; plebs jura Majestatis retinet, sed ea recidunt ad utramq; partem conjunctam. Dum verò pari potestate dominantur patritij & plebeij, quem ibi statum finges præter Rempublicam in specie?

35. *Qui tamen Aristocratiæ proximus, Populo tamen (?) ...* Non enim modus dispensationis, sed gradus dominationis constituit formam Reipublicæ, quem quia æqualiter participant plebeij & nobiles, in veram & legitimam conspirant Rempublicam. Exemplum licet capias à Republica Romanorum, quam post natos tribunos in Democratiam sensim degenerasse nemini dubium est, & nos hoc ipso libro paulò post ostendemus: nec tamen discrimen inter potestatem plebis & autoritatem Senatus ante mutatum imperium, sive ante Livij & Flori & Dionis ætatem desiit. Etenim Dion *lib.* 45. eam patrum autoritatē negat se Græco verbo posse exprimere. Livius verò *lib.* 1. elucidata Autoritatis patrum origine, *Hodieq;*, ait, *in legibus magistratibusq; rogandis usurpatur id jus vi ademtum, priusquam populus suffragium ineat, in incertum Comitiorum eventum patres autores fiunt.* Nata autem fuit hæc Majestatis distractio in interregno post discerptum vel raptum in cœlos Romulum, cum patres de imperio periclitantes, offerendum plebi ultrò rati, quod amissuri erant, rationem sic inirent summæ potestate populo permissa, ut non plus juris darent, quàm deti nerent. Decreverant enim, ut cum populus Regem jussisset, id sic ratum esset, si patres autores fierent, hoc est, si electum probarent, ut patet ex oratione Interregis: *Quod bonum, faustum, felixq; sit, Quirites, Regem create: ita Patribus visum est. Patres deinde, si dignum, qui secundus à Romulo numeretur, crearitis, autores fient.* Quod si jubere nihil licet populo, cujus autores non fiant patres, nec autoritas patrum sufficit sine jussu populi, constat æqualem fuisse utrorumque potestatem. Etenim cum Quintius Consul negaret autor fieri comitiorum consularium, nihil à tribunis pl. agi potuit, donec pollicerentur, in auctoritate patrum se futuros esse *Liv. libr.* 3. Iterum cum C. Licinius & L. Sextius trib. pl. comitia tribunis militum creandis impedirent, nulli curules magistratus creari potuerunt, eaque solitudo magistratuum & plebe reficiente duos tribunos, & his comitia tribunorum militum tollentibus, per quinquennium urbem tenuit, donec remittentibus tribunis pl. comitia per Interregem haberentur, & post longa certamina, quibus patritij se auctores futuros negabant, ut Consulum alter ex plebe crearetur, in hoc SCtum conveniretur, ut duos viros ædiles ex Patribus Dictator populū rogaret, patres auctores omnibus eius anni Comitiis fierēt. *Liv. lib.* 6. *ad fin.* Idem certamē incidit longe post, Anno V.C. 540. cum Atheniensium legati, qui obsidebantur à Philippo, auxilium à Senatu petiissent, & Senatus id censuisset ferendum, plebe, quod tot bellorum cōtinuus labor gravis erat, dissentiente, *Tenuit tamen Auctoritas Patrum, ut socia civitati ferri opem populus quoque juberet. Flor. in Epitom. libr.* 41. Defugiente verò plebe Authoritatem Patrum,

36. *Autoritas tantundem valuit in Senatu, quantum potestas in populo.*

37. *Quid sit Autoritatem proscribi.*

Patrum, SCtum, quod omnes teneret, non condebatur, sed proscribebatur tantum Autoritas patrum, ut scribit Dion. *lib.* 55. & Cicer: innuit *lib.* 1. *ad Lent.* inquiens: *De his rebus Senatus autoritas gravissima intercessserat, cum Cato & Caninius intercessissent: Tamen est perscripta.* Sarta igitur tecta mansit autoritas patrum & potestas populi, etiam eo tempore, cum Respub. Rom. maximè popularis evasisset. Ortum enim traxit ab interregno post Romulum, eamque, libera Repub. lege lata sanxit P. Philo Dictator, *ut sc. legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, Patres ante initium suffragium Autores fierent. Liv. lib.* 9. nec non L. Sylla, qui constituit, ut nihil ad populum referretur, nisi quod antea confirmatum à Senatu fuisset, *quemadmodum*, inquit, *antiqua lege jubebatur. Appian. lib.* 1. *de bell. Civ.*

38. *Vera mixtio quærenda est in iuribus Majestatis.*

Quæ denique ad hunc locum pertinet, & Veræ mixtionis Idæam imitatur, penes formam Reipubl. & per conf. penes jura Majestatis attendenda venit, uti supra monuimus, quia jurium Majestatis seu Absolutæ potestatis ad unum vel plures agglutinatio constituit formam Reipubl. Dum enim unus possidet omnia, oritur Regnum, dum pauci Aristocratia, dum omnes, Democratia. Fac autem eorum quædam Regi, quædam paucis, quædam Omnibus attribui, dum singuli ab ἀκριβείᾳ perfectæ Majestatis quicquam remittunt, ad temperatam mediocritatem amicè conspirant, prout L. Papyrius Mugillanus Interrex, disceptantes inter se tribunos pl. & patres totamque sibi quibusque Majestatem diripientibus admonebat, *ut remittendo de summa quisque Iuris, mediis copularent concordiam, Liv. libr.* 4. Eam Plato *lib.* 3. *de ll.* Isocrat. *in Areopag.* Polyb. *lib.* 6. Anton. August. *lib. de ll. cap.* 5 *in pr.* Contar. *lib.* 1. *Repub. Ven.* Machiav. *lib.* 1. *discurs. in Liv. cap.* 2. omnibus simplicibus Rebuspub. stabiliorem statuunt, eò quod mutuo metu in æquilibrio consensus se contineant divisi status, ut prolixis argumentis disputat Valer. in orat. quam plebi partem aliquam in Reipub. consortio petit, *apud Halyc. lib.* 7. perinde errantes ac si quis mixta corpora simplicibus Electis diuturniora faciat, cum tamen in mixtis pugnantes qualitates nunquam ad tam sincerum consensum redigi queant, quin ab externis causis adjumentum nactæ in contrariam insurgant, & interitū ex perenni pugna compositio machinentur, cujus periculum nullum est in forma simplici, sibique per omnia concorde. De stabilitate verò alia quæstio est, quam *cap. ult.* expedivimus: hic de poss[illegible]tate tantum disputamus, utrum scilicet Iura Majestatis inter Regem, Patritios, & plebem ita distribui queant, ut novam Reipubl. speciem, à simplicibus formis distinctam, constituant, quam mixtam vocamus. Bodinus *lib.* 2. *de Repub cap.* 1. cardinem controversiæ ipse in hoc argumento ponit, quod Majestas sit indivisibilis & proinde jura Majestatis inter plures partes distrahi, & à se invicem separari non possint: nec abnego, ipsos ICtos frequenter asserere, Iura Majestatis esse individua. *Cyn. in l. si vivâ. C. de bon. mat. Angel. Bald. in l. omnes C. de præscript. trig.* Individuum autem definiunt, quando divisione facta, in singulis partibus non remanet forma substantialis *Dd. in l.* 3. *§. Cato. de verb. Oblig & in l. stipulationes non dividuntur. Eod. Borcholt. part.* 1. *Cons.* 13. *quæst.* 2. Hoc autem sensu in jure Civili multa dicuntur individua, quæ tamen dividi & à se invicem separari nihil prohibet; ut disputat & convincit Hottom. *q.* 18. & 19. *Illust.* exemplo fidejussorum & tutorum, de qua re egimus *lib.* 2. *Iur. Majestat. cap.* 1. *n.* 1. Hic autem ne crambem bis coctam apponamus, tres sensus distinguimus, qui ICtis attribui possunt, quando Iura Majestatis faciunt indivisibilia. Primus est [illegible]quantur de Majestatis ἐξοχῇ, & plenam perfectamque potestatem intelligant [illegible] lius alterius arbitrio minimum [illegible] In hanc enim sententiam dixit Dion. *libr.* 57. *Rempubl. non posse dividi*, quoniam, ut paulò ante demonstravimus, summum est, quod super omnia vergit, primùm, quod o[illegible]ia antecedit. Cui verò par potestas obr[illegible], aut superior imponitur, seu [illegible] non [illegible] et omnem potestatem solus, is summus [illegible]musve dici non potest. Ut autem hæc [illegible]pretatio vera est, ita mixtioni Reru[illegible]carum nihil officit, quoniam sum[illegible] Majestatis in quavis, qua[illegible] a Republica una manet, sed non tribuitu[illegible] partibus Reipublicæ separatum, verum to[illegible]

39. *An mixta Resp omnium maximè durabilis.*

40. *An iura Majestatis sint individua [illegible]*

42. *Sc. [illegible] sit de [illegible] ctione [illegible] testate.*

p[illegible]blicæ

publicæ corpori conjunctim. Una incommunicabilis & individua est anima ex. gr. sensitiva, quatenus toti animali incumbit: Nihil tamen prohibet, quin per quinque sensus externos & duos internos dividatur. Una & individua est vita beata, per quam Philosophi summum bonum definiunt, quoniam cui deerit aliquid eorum, quæ ad perfectionem requiruntur, summè beatus dicendus non est: Tamen vita beata non tantum in Theoreticarum & Practicarum virtutum operationes, sed & hæ ipsæ in multas species distribuuntur. Omne enim totum, quatenus tale, est individuum, quia unum: Dividitur tamen in partes sibi subjectas, dum abit ab unitate. Individuum enim & indivisibile differunt, secundum Aristot. 10. *Metaph. cap.* 6. quod hujus simplicitati omninò repugnet divisio: illud, licet unitate sua constet, possit tamen in partes divelli. Thomas 1. *part. q.* 6. *art.* 3. *q.* 11. *art.* 1. Vocat *unum actu & potentia*, quod scilicet nullo modo sit resolubile in multa: *Unum verò actu & potentiâ*, quod, quatenus existit, simplex est, sed tamen, dum dissolvitur, divisionem recipit, in quorum numero est Majestas, quæ in mixta Repub. ex tribus vel duobus statibus colligitur in unum systema perfectum, quod *totius Potestativi*, ut verbo Scholasticorum utar, *ex Arm. Bellov. c.* 256. rationem subit, ideoque, quatenus integra, non nisi uni soli competit, quatenus in partes dividitur, pluribus sparsim attribui potest.

43. *Individuum & indivisibile differunt,*

44. *... ratio ... de ... non ... a ...*

Deinde rectè dicuntur Iura Majestatis Individua, quatenus ab iis, qui Majestatem propriam habent, transferri & subditis peregrinisq; communicari non possunt, quo sensu accepit ipse Bodin. 1. *de Republ. c. ult.* & Hayvvard. *in discursu Angl. cujus tit. Quod Religio Pertineat ad jura Majest.* & vulgatum est apud ICtos, Regalia majestatis ossibus Imperatoris ita innecti, ut sine illorum destructione detrahi nequeant: *Par. de Put. tr. Synd. Verb. de except. Baron. c.* 1. *n.* 13. *Dd. ad l. imperium. de jurisd. omn. jud. Camerar. ad c. Imperialem. Vers.* 79. *conclus.* 79. *de prob. feud. alien. per Fred. Sixtin. de Regal. c.* 2. *n.* 2. quæ ipsa explicatio non minus vera est, quam præcedens, sed ad mixtæ Reipub. destructionem nihil attinet. Nec enim, dum jura Majestatis inseparabilia dicimus, *l.* 2. *Iur. Maj. tot. c.* 2. hoc volumus, quod à personis, quibus incumbunt, non sejungantur, cum quotidiè videamus ea in una & eadem persona minui, vel à paucis ad omnes, ab omnibus ad unam transferri, sed quod à Majestate integra tolli nequeant, quia tota Majestas ex iis exurgit. Aufer igitur partes essentiales tantum diminuis de toto & integritate, quantum auffers partium. Rectè quidem docent ICti Hispani: Majoriam (sic vocant jus proprium Regis) non transire, *ex lib. Ordin. lib.* 3. *t.* 13. *l.* 6. *lib.* 5. *t.* 9. *l.* 2. quod ad suum Regem ex eadem ratione transferunt Galli, dum ab eo negant jus Regium abdicari posse, *Car. Grassal.* 2. *Regal. Franc. c.* 14. *Hottom. li.* 2. *de jur. regn. Gall. Molin. consf. Paris. t.* 1. *de fiefs.* §. 3. *gl.* 4. *n.* 16. & *seqq. Gul. Bened. in c. Rajnut. Verb. Vxorē nomine. Adel. decis.* 2. *n.* 319. Sed neutri loquuntur de persona, sed jure Regis. Regis enim, quatenus talis natura consistit in summo imperio Unius ad salutem publicam, cui si vel minimum ceperis demere, jam non retinet naturam Regis: Ea verò persona, cui absoluta potestas data fuit, nunc minus ejus potestatis participat, quoniam inter personam Regis, & Majestatem omninò distinguendum esse diximus, *li.* 1. *Majest. c.* 4. *n.* 17. *lib.* 3. *c.* 6. *n.* 12. *Bes. c.* 8. *de pact. success. mih. p.* 447. Nam in ipsa Rep. mixta, jura Majestatis à summa potestate, seu iis, qui illam possident propriam, individua sunt, quoniam non minus hic, quàm in simplici Rep. repugnat Subditis æquiparari Majestati, aut ejus eximi imperio, quod fieret, si Majestatis jura ad se pertraxissent, imprimis ea, in quæ proximè & immediatè Majestas distribuitur. Interim à personis, quæ jure Majestatis utuntur, nihil prohibet, vel quædam, vel omnia jura separari, dummodo tantum decrescere Majestatem sciamus, quantum adimitur Majestatis Iurium. Potest enim potestas Regis minui, & certis cancellis includi, quemadmodum in Daniæ, Poloniæ, Ungariæ, Bohemiæ regnis & imperio Germanico factum videmus, sed quantum absolutæ potestati, tantum decedit regio juri, quippe quod in absoluta potestate consistit.

45. *Sed quæ nihil facit ad propositum.*

46. *Distinguitur inter potestatem & personam Imperantium.*

Denique Bodin. 2. *de Repub cap.* 1. sic interpretatur indivisibilitatem Majestatis, quasi ob simplicitatem suam in partes distrahi nequeat,

47. *Tertia interpretat indivisibilitatem Bodini.*

queat, & pluribus contradictionibus eam Rempublicam involvit, in qua impossibilem divisionem ex suo cerebro effingit. Quod si e contra io[illegible] demonstraverimus Majestatem non esse indivisibilem, & figmento Bodini vetitam mixtionem specierum oppositarum, ex eodem quidem fonte haustis, sed majori robore circumvallatis argumentis, alteriquorum assertionem contra intutos Neotericorum insultus credo sufficienter tutati fuerimus. Indivisibile definit Aristoteles 10. *Metaph.* cui repugnat divisio, prout nomen ipsum indicat. Divisio autem fundatur in partibus, sicut indivisio in simplici unitate. Quodcunque enim ex partibus coaluit, in partes resolvi & dividi potest.

48. *Majestatem non esse indivisibilem.*

Iam Majestas non est facultas aliqua simplex, sed ex multis potestatibus concrescit, quarum præcipuas in *libr. 2. de jur. Majest. cap.* 1. enarravimus, in ferendis legibus, constituendis magistratibus, recipienda ultima provocatione, ducendo bello & facienda pace in ordinandis iis, quæ ex religione pertinent ad principem, præscribenda moneta, & denique in juribus fiscalibus, quæ omnia non est dubium, quin specie differant, & inter se tanquam partes distinctæ, separari queant. Unde consequitur, Majestatem dividi posse, eo quod ex multis partibus sit concreta. Bodinus verò, quasi indivisibilitatem, quam defendi non posse prævidebat, non admodum urgeret, aliò abit & ostendere pergit divisionem hanc sine implicatione contradictionis institui non posse, idque ex primo Majestatis capite, quod in ferendis legibus consistit, deducere conatur. Si enim omnes cives fiant imperij capaces, quod per leges exercitur, non patientur se alterius imperio constringi.

49. *Argumentum Bodini.*

Si enim sponte cedant, majestatem suam perdunt, si imperium recusant, Anarchia oritur, quavis Tyrannide deterior. Quod si porrò populo indulgeatur magistratuum creatio, quicquid à magistratibus agitur, nomine & authoritate populi agetur, ideoque Respublica evadet popularis. Poterat hoc, quod postremo loco allatum est, Buchanano objici, qui *in Dialog. de regn. Scot.* populum Regi judicem, quasi pædagogum, aut Bruto *in Vind. contr. Tyr.* qui Ephoris in omnibus negotiis supremam potestatem tribuit, quoniam [illegible] Rerumpublicarum formam in unam Demo[illegible] con[illegible] & sublato Monarchiæ & Aristocratiæ [illegible]ne, tam Regum, quam Optimatum [illegible] ram fac[illegible] potestatem, popula[illegible] arbitrio obnoxiam. Contra verò [illegible] 50. Re[illegible]

rumpublicarum mixtionem id a[illegible] nihil habet ponderis, quo[illegible] Regum & Optimatum Electio etiamsi in [illegible] po[illegible]ratur, & precaria sit potestas tamen [illegible] aut alterius judicio obnox[illegible] non m[illegible] electio differt à potestate, prout V[illegible]nus respondebat militibus, [illegible] scentibus, *Sozom. lib. 6. h[illegible]* *Niceph. lib.* 11. *c.* 1. & Dion re[illegible] Agrippinam, cum Neroni o[illegible] *E[illegible] Imperatorem feci, tanquam [illegible] eripere [illegible]tum auferre.* Nesciebat, inq[illegible] *imperium, postquam est a [illegible] statim deficere eum, qui detulit, & [illegible] pientem contra eum, qui detulit trans[illegible] phil. in Dion. Neron.* Ad eundem m[illegible] Republica mixta licet populus elig[illegible] Reges vel principes Optimates, his tamen [illegible] non dat autoritatem, nec potestate[illegible] quam magistratibus, limitat, prou[illegible] Democratia evenit, sed sola designatio[illegible]tur populo, potestatis verò de[illegible] conventioni aut pacto, ex quo [illegible] Rempublicam mixtam ab initio consen[illegible] betur. Proinde ultima pars [illegible] quod scilicet mixta Respubl[illegible] popularem, nullius momen[illegible], nec [illegible] quicquam ad rem facit, cum [illegible] Bodini figmento. Nam [illegible] fundamentum impossibile, & u[illegible] parti [illegible] omne imperium, deq; reb[illegible] leges ferendi potestatem, [illegible] thesi impossibili sequantur [illegible] bilia? Ubi uni omnia [illegible] tæ partes spoliatæ remiti[illegible] non fit mixtio, sed consum[illegible] si incendio omnia a[illegible] Hanc enim interitus modum [illegible] *teor. in princ. cap.* 4. viol[illegible]tione, quam quod mistum [illegible] Elementa, sed consumat[illegible] tiones terreas fieri potest [illegible] proximam *Zabarell. [illegible] cap.* 2 3. & 4. In vera autem [illegible] miscibilium æqualis debet [illegible]

majestatis in omnes formas Reipublicæ distribui, ita ut partem imperij & legum sibi sumat Rex, partem Optimates, partem retineat populus id quod quam commodè fieri potest, quia potestates sunt distinctæ, earumque alia in judicando, alia in bello indicendo & finiendo, moneta cudenda, exigendis tributis, constituendis magistratibus, & de singulis hisce leges particulares ferendo cõsistit. Quas verò leges fundamentales vocant Politici, quæ ad status totius reformationem & systema attinent, eas in mixta Republica non fert altera forma separatim, sed omnes tres conjunctim ex mutua conventione seu contractu. Aliæ enim leges Pactionatæ dicuntur Bellugæ *in Spec. r.* 1. aut Conventionales, ut accipit Rauchb. *libr. 2. quæst.* 11. *num* 2. & 10. aliæ imperiosæ. Illæ cadunt etiam in principem absolutæ potestatis, ut disputatum à nobis fuit, *lib.* 1. *de jur. Majest. cap.* 6. *num.* 5. quandoquidem ex contractu princeps eo fortius obligatur, quò magis fidei & juris naturæ, rationem habere debet. *l.* 1. *§.* 1. *de offic. procurat. Cæsar. l. Cæsar. de publican. l. penult. C. de don. vir. & uxor. l. Benè à Zenone. C. de quadr. præscript. l.* 2. *C. ne fiscus rem, quam Vend. libr.* 10. *l. prædia. C. de locat. prad. civ. lib.* 11. *cap.* 1. *ubi Dd. de probat. cap.* 1. *ubi Dd. de nat. feud:* Hæ verò, quæ autoritate sua obedientes cogunt, neminem tenent, nisi subditum, & qui Majestatem superiorem agnoscit. Ab initio verò quando Respublicæ miscentur, nec una forma alteri subjicitur, nulli earum, ab altera leges dari & præscribi possunt, sed vel mutuo consensu in certas leges conveniunt, vel provinciam Rempublicam ordinandi spectatæ fidei viro committunt, vel ut plerumque fieri solet, pars superior conditiones proponit, in quas debilior, nisi imperio prorsus excidere velit, consentire & jurare cogitur, quemadmodum Electores Imperatori, Nobiles ad hoc constituti Regi Daniæ, & palatini Regi Poloniæ, tolerabiles ab initio, sed subinde duriores leges exhibuerunt, & hoc stratagemate, cum jure Electionis jura Majestatis ad se maximam partem traduxerunt. Lacedæmonij verò totum negotium Lycurgo, regio tutori, dederunt, qui per Regiæ potestatis imminutionem, Senatus & populi autoritatem auxit. *Plutarch. in Lyc.* Terentillus Arsa tribunus plebis in Republica Romana quinq; viros nominari volebat, qui leges omnibus æquas absque præjudiciis ferrent. Cum autem id patribus non placeret, inter utrosque conventum est, ut legumlatores tàm ex plebe, quàm ex Patribus, qui utrisque utilia ferrent, quæque æquandæ libertatis essent, sinerent creari. *Livius lib.* 3. Florentinos Octo aut Decemviros emendandæ Reipublicæ cum absoluta potestate creare solitos refert Bodin. 2. *de Republ. c.* 3. Postquam jam contractu mutuo & consensu constituta est Respublica, inq; eam rem juratæ leges, *Cravett. de antiq. temp. par.* 1. *cap.* 1. *n.*39. *Gail. lib.* 1. *obs.* 41. *Bexder. de revis. c.* 21. *n.* 17. *c.* 22. *n.*10. *Bruckman. de Regal. §. soluta potest. c.*4. *Eff.* 3. *memb.* 1. *Heig.* 1. *p. q.* 9. *n.* 13. quibus contravenire neutra pars potest, nec Imperator ipse, ut præter citatos Autores, traditur *in Ord. Cam. p.* 2. *t.* 26. & 35. *A. Gabr. de jure quæsit. non toll. concl.* 6. *per tot. Schrad. de feud. p.*10. *sect.* 1. *n.*126. *Rosenth. de feud. c.*12. *concl.* 1. *n.*39. & *seqq.* tùm cæteræ leges, quæ subditis feruntur in res vel personas, pro diversa ratione conventionis diversimodè in triplices Rerumpublicarum status dispescuntur, non quidem ad eum modum, quem paulò post comminiscitur Bodinus, *d. lib.* 2. *c.*1. *pag.* 184. quando populo magistratuum creandorum, ærarij publici, vitæque jus & necis attribuit Nobilitati legum ferendarum, belli pacisque ac tributorum imperandorum potestatem dat: Regi verò tùm universos tùm singulos cives jurejurando obstringit ad fidelitatem obsequiumve sine cujusquam exceptione præstandum, eidemque adjicit extremam provocationem. Nam dum cives sine exceptione obstringit Regis imperio, & Nobilitati de quibuscunque rebus leges ferendi potestatem concedit, in idem impossibile recidit, quod paulò ante rejecimus, dum utrique parti absolutam & non divisam tribuit Majestatem, quod est contra naturam Mixtionis, qua necessum est mistibilia alterari, seu ad gradum remissionem deprimi. Quod si quis verò commodiorem miscendi modum desideraverit, quanquam unus omninò non est, dum nunc duæ tantum, nunc tres Respublicæ inter se coeunt, & hæ ipsæ multifariam temperantur, modò potiorem imperij partem Rege, modò popu-

52. *Modus quidam mixtionis adumbratus.*

53. *Leges pactionatæ.*

54. *Qui ferant leges fundamentales in Rep. mixta?*

55. *Legibus ab initio constitutis neutra pars contravenire potest.*

56. *Ficta virium Majest. distributio instituta a Bodino.*

populo, modò Nobilitate ad se trahente, fortè mixtio ita institui posset, ut penes Regem maneat jus belli & pacis, tributa imperandi, monetam cudendi, & præmia distribuendi: Senatus occupetur in judiciis & à magistratibus recipiat provocationes, Mores legibus reformet, & jus vitæ necisq; habeat. Populus verò ærario præficiatur & magistratuum creatione gaudeat. Singuli de rebus & officiis sibi commissis leges condant, in quas jurent sub [illegible]: fidelitatem. Ita sese non impedient, nec mutuo periment formæ Rerumpub. & tamen, quod Plato habet pro palmario, mutuò metu in officio se invicem cótinebunt. Sed quia mixtionis non una forma est, & hanc Idæam saltem in eum finem proponere volui, ut de impossibilitate Bodino satisfacerem, tempus est, & argumenti consequentia exigit, ut ex rerum veritate Testimonia petamus, & vivis documentis Possibilitatem mixtionis Lectori ob oculos ponamus, memores dicti Boëtii libr. 3. Consol. pros. 10. quando ait. Illud primum arbitror inquirendum, an aliquid hujusmodi bonum, quale paulò ante definitum est, in rerum natura possit existere, ne nos præter rei subjectæ veritatem cassa cognitionis imago decipiat. Huc quippe referendā esse omnem Politici operam monet Aristot. 4. *Polit. cap.* 1. ne Rempublicam in aëre fingamus, aut ad Idæas, in quibus Platonem condidisse suam civitatem narrat & reprehendit Polyb. *lib.* 6. subvolemus, & impossibilibus somniis curiositatem animi defatigemus, sed ut Solon optimas se tulisse leges dicebat, quas recipere potuissent mores Atheniensium, Plutarch. in Sol. ita cogitata nostra rebus metiamur, & præceptorum dubietatem exemplorum veritate firmemus: quod & fecerunt omnes illi, quicunq; Re p. Mixtæ mentionem fecerunt.

57. *Quomodo mixtio distribui possint.*

58. *Mixtio Rerump. vivis exemplis ostenditur.*

De Republ. Lacedæmoniorum, qua formâ fuerit condita à Lycurgo & ab Ephoris reformata.

SECT. 2.

1. *Rempublicam Laconicam referri à scriptoribus ad mixtas.*
2. *Mixtionem facere, ut de forma Reipub. nihil certo judicare liceat.*
3. *Quinam referant Laconicam Rempubl. ad ordinem Aristocratiarum.*
4. *Quibus opponuntur alii [illegible]*
5. *Non posse Rempublicam L[illegible] A-ristocraticam.*
6. *Aliud argumentum B[illegible]*
7. *Quinam Democratiæ tri[illegible]*
8. *Reformatione Ephororum cœptam [illegible]es Democratiam.*
9. *Ephoros fuisse magistratum pl[illegible]*
10. *Opinio eorum, qui Rempubl. La[illegible] miscent ex tribus formis.*
11. *Qui ex duabus tantum.*
12. *De Regibus Laconum.*
13. *Quod præter titulum & hon[illegible] nu[illegible] jura Regia usurparint.*
14. *Quæ tamen ad regem faciendum n[illegible]ficiunt.*
15. *Keckermannum non attri[illegible] R[illegible] quod verè esset regium.*
16. *Eundem de Usu juris Despotici sibi contradicere.*
17. *An Reges Laconum habuerint jus belli.*
18. *Ius illud nihil fuisse, quam [illegible] militarem.*
19. *Quod cuivis magistratui be[illegible] solet.*
20. *Ius belli fuisse penes Ephoros*
21. *Regibus in ipsa expeditione ad[illegible] nonnullos ex Ephoris.*
22. *Legum condendarum potestatem [illegible] habuisse.*
23. *Quin potius legibus subjectos fu[illegible]*
24. *Et iis judicatos fuisse.*
25. *Nec constituisse magistratus.*
26. *Nec recepisse ultimam provocationem.*
27. *Subditos fuisse Ephoris.*
28. *Ne dignitates quidem, quibus ex[illegible]rint Reges, regias extitisse.*
29. *Ius in religionem nullum, sed administrationem tantum sacrificiorum [illegible]*
30. *De Ephoris.*
31. *Quanta fuerit Ephororum potest[illegible]*
32. *Ex qua infertur, quantum p[illegible]ris status popularis.*
33. *Origo Ephororum.*
34. *Qui introducti sunt ad compescendam [illegible]centiam Regis:*
35. *Item ad temperandam Aut[illegible]matum.*
36. *Προβούλων Senatum nihil officere [illegible]cratiæ.*

37. Epho-

37. *Ephoros fuisse usos potestate in leges.*
38. *Creasse magistratus.*
39. *Iudicasse causas.*
40. *De Senatu seu Optimatibus.*
41. *Utrum participes fuerint Reipubl.*
42. *Senibus à Spartanis summum fuisse exhibitum honorem.*
43. *Ex quo tamen potestas nulla potest inferri.*
44. *Ut nec ex perpetuitate.*
45. *Senatum Lacedæmon. non fuisse rationibus reddendis obnoxium.*
46. *Nisi cum hanc quoque licentiam Ephori circumscriberent.*
47. *Senatum judicasse de maximis rebus.*
48. *Alia Senatus Iura.*
49. *Conclusio.*

1. *Resp. Laconica refertur ad mixtas.* INter Respub. mixtas ferè primo loco ab Autoribus nominari solent Resp. Lacedæmoniorum, quam ut antiquissimam, ita meritò primo loco in scenam ad examen producimus, præcipuè, cum de statu hujus Reip. tàm veteres, quàm Recentes historici & Politici diversimodè judicent, id quod propter accuratam mistionē accidere scribit Aristot. 4. *Polit. c.* 9. quemadmodum & in aliis mediis videmus extrema ita temperata esse, ut difficulter medium ab alterutro extremorum discerni queat, quemadmodum fortis, si conferatur

2. *Resp. mixta* ... cum ignavo, Audacis, si cum audace, Ignavi faciem induit, & Liberalis comparatus cum prodigo Avari speciem præ se fert, cum Avaro, Prodigi, ut docet Aristot. 2. *Eth. cap.* 8. 3. *Eth. cap.* 6. 4. *Eth. cap.* 1. Hinc enim fit, ut

3. alii Aristocratiam, alii Democratiam, alii ex tribus, alii ex duabus simplicibus mixtam Rempub. Lacedæmoniis tribuant, quoniam difficile est in perfecta mixtione, vel miscibilia distinguere, vel gradum mixtionis exquisitè determinare. *Quomodo enim uno nomine eam appellari conveniat, non esse in proclivi explicare*, dicit Megillus *apud Platon. libr.* 9. *d. ll.* & Idem Plato. 4. *d. ll. Lacedæmon. Resp. quo nomine sit appellanda non facilè possum dicere. Ephori enim sibi mirum in modum Tyrannicè imperant: nōnunquam tamen præ cæteris civitatibus populari gubernationi apparet similima. Negare autem eam esse Optimatum Rempubl. est omnino absurdum, Regnum quoque in ea perpetuum.* Ad Aristocratiam redigunt Maximus Tyr. *in orat.* 3. Thucyd. *libr.* 1. Plutarch. *in libr. de Monarch.* & Isocrates ait: *Orat.* 3. *ad Nicocl. Lacedæmonij, qui ex omnibus Græcis optimè administrant imperium, domi paucorū potestate reguntur:* Quorum sententiam, ad quam tamen falsò advocat Xenophontem & Aristotelem, sequitur & propugnat Bodin. 2. *de Rep. publ. cap.* 1. nisus autoritate horundem autorum, quos verisimile est, quò propius isti seculo vixerunt, & Epiro viciniores fuerunt, eo rectius potuisse de Republ. ejus temporis judicium ferre, quàm patritium Venetum, quàm Florentinum hominem, quàm Britannum, Contarenum, Machiavellum, Morum intelligens. Fal- 4. *Quibus opponuntur alij majoris autoritatis.*
so autem, ut ante paucas lineas admonui, in testimonium vocat Aristotelē & Xenophontem, quorum autoritate facile est eludere Herodoti, Thucydidis, aliorumq; historicorum verba, tum quod Philosophi ex professo de statu Reipubl. egerint, historici incidenter tantum ejus mentionem fecerint, tum quod Artificis sit de arte sua judicare. Historicus verò ex pueritia historica nihil potest, quam facti veritatem proponere: de facto verò judicium ferre, id demum pertinet ad Politicum. Quod si etiam historicum velis historico opponere, En tibi Iustinum *libr.* 2. En Polyb. *libr.* 6. qui mixtionem in Rep. Laconica uno ore agnoscunt. Isocrates sibi ipsi contrarius est *in Areop. & panath.* ubi temperatum regimen Spartanis attribuit, quale apud Athenienses olim fuerit, cum Senatus Areopagitarum vigeret. Denique ubi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis. Petamus ab historicis veritatem rerum gestarum, discamus leges Reipubl. & ex iis procedamus ad ferendum 5. *Non posse Remp. Lacon. dici Aristocratiam.*
judicium de statu, beneficio habitus Politici. Nihil minus illuc inveniemus, quam simplicem Aristocratiam, prout paulò post demonstrabimus, modò illud alterum Bodini telum rejecerimus, quod huic ex autoritate petitum subjicit, dum ex eo conatur Lacedæmoniis Aristocratiam puram obtrudere, quod subactas civitates omnes sub Optimatum statum cogerent. Ita enim Lysander persuaserat populo, ut cum plebem ubique adversam haberent, Optimatibus imperium traderent, *Plutarch. in Lysandr.* unde non tantum ipse Atheniensibus devictis triginta

Tyrannos imposuit, sed & antea Corcyræis *Thucyd. lib.* 3. Argivis, *Thucyd. libr.* 5. Samiis *Thucyd. lib.* 8. & Thebanis *Plutar. in Pelop.* paucorum dominatus imperatus fuit, quod tamen non magis facit ad propositum, quam si Romanis Aristocratiam tribuas, Carthaginensibus Democratiam, quia secundo bello punico Annibal Syracusis, Capuæ, Nolæ, Crotone, & per universos Brutios, Apulosq; plebis Romani optimatum partes fovebant, eò quod hi Romanis, illi Pœnis studerent, *Livius lib.* 23. & 24. Nam Spartani, cum promiscuam plebem ubique ad Athenienses, qui populari imperio gaudebant, propendere adverterent, quocunque victorem pedem inferebant, plebem imperio multabant, adeoque Democratiam, in quibus infimæ plebis imperium præpollebat, tollebant, rerum summa, aut saltem belli potestate ad pauciores, suarum partium studiosos, traducta, quos historici Aristocratores & ab iis institutam Rempubl. Aristocratiam vulgo vocant, non quod pura fuerit aut absolutè talis, sed quod respectu Democratiarum sublatarum, in quibus plebs promiscuè conveniebat, cum in Repub. Lacedæmoniorum non in concionibus, sed in curia, non coram plebe, sed in senatu quamplurima expedirentur. Plerunque enim administrationem cum Republ. confundunt homines, ut ab initio monuimus. Quin & Thucyd. *lib.* 3. prolixè demonstrat, Democraticam quidem libertatem Athenienses, Lacedæmonios optimatum virtutisq; studium suis cupiditatibus prætexuisse: revera autem utilitatibus suis falso prætextu inserviisse, quod totidem verbis tradit Aristoteles *lib.* 4. *Polit. c.* 11. *Qui principatum*, inquit, *Græciæ tenent, ad suam quisq; spectantes Rempubl. hi quidem Democratias in civitatibus constituunt: illi verò Oligarchias, non ad commune civitatum, sed ad suum spectantes commodum.* In Laconum Republ. etsi maxima pars jurium Majestatis devoluta esset ad plebem, ut rectè disputat Nicolaus Crajus Danus *lib.* 1. *de Repub. Spart.* & nos infra demonstrabimus, tamen per plebem non expediebatur, sed per quinq; Ephoros, seu Magistratus plebejos, unde administratio videbatur Aristocratica, licet forma Reipubl. esset, maxima ex parte, Democratica. Et sicut Polybium lapsum esse putat Bo-

6. *Aliud argumentum Bodini rejicitur.*

in *d. c.* deceptumq; appellatione & dignitate Regum: ita major veri[illegible] em duxit vulgus & cum vulgo [illegible] storicos, qui omnem Rempub. in [illegible] gent instituta popularia, ut apud A[illegible] Aristocratiæ nomine induunt, & [illegible] ministrationis cum forma Reipub[illegible] dunt, seu ex parte inferunt ad tot[illegible] A[illegible] cratiam ibi sinceram fingunt, u[illegible] niunt, nisi temperatam.

7. *Qui Democratiam tribuant Spartanis.*

E contrario sunt, qui putant Demo[illegible] tribuât Spartanis, ut Isocrat. *in* [illegible] do Lacedæm. Rempubl. compar[illegible] sium populari statui Senatu Areop[illegible] temperato, & *in Areopag.* Lacedæm[illegible] propterea maximè florere ce[illegible], qu[illegible] lari statu maximè utatur. N[illegible] oratione ad Quintium, dum p[illegible] tum à Lycurgo insti[illegible] videtur, Aristocratiæ Romanæ, ait [illegible] *lib.* 34. *Noli te ad vestras leges atque in* [illegible] *exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt. Vos* [illegible] *Equitem a censu peditem legitis, & pa*[illegible] *cellere optimus, plebem subjectam illis* [illegible] *tis. Noster legumlator non in paucorum manu Rempubl. esse voluit, quem vos Senatum* [illegible] *latis, nec excellere unum aut alterum or*[illegible] *in civitate, sed per æquiparationem* [illegible] *dignitatis fore credidit, ut* [illegible] *arma pro patria ferrent.* Tam autem [illegible] est Democratiam à Lycurgo putam [illegible] tam, quam id, quod præmittu[illegible] R[illegible] sc. Rempub. in paucorum, q[illegible] Senat[illegible] pellitent, potestate fuisse. Ne[illegible] cias, si de statu Reipubl. Lace[illegible] rebus gestis judicium ferend[illegible] ri, quin inde à momento re[illegible] curgi illic prædominata fuit Dem[illegible] rectè tradit Nicolaus Crajus *lib.* 1. *de R*[illegible] *Laced. c.* 3. & immerito reprobat Ni[illegible] seu Keckerm. *lib.* 2. *de Republ. Spa*[illegible] enim adigitur ipse Bodinus [illegible] dum ait: *Respubl. ma*[illegible] *penes* [illegible] *qui Senatus decreta confirmare, au*[illegible] *posset:* imò apertè Plutarch. *in L*[illegible] ex instituto Lycurgi tribuit pot[illegible] diandi aut acceptandi decreta [illegible] res legendi & magistratus crea[illegible] ticulis universa Majestas [illegible] Nec hic popularis status tum pr[illegible]

8. [illegible]

vinctus, cum Theopompus Ephoros instituerer & permulta ad Senatum XXX. virorum deferret, quoniã Crajus, *ubi supra*, nunquam magis popularem extitisse Rempubl. contendit, quam postquam Ephori introducti erant id quod ex eodem Plutarch. *in Lycurg.* discere est, qui per Ephororum institutionem, non remissam sed intensam fuisse civilem potẽtiam dicit. Tantam quoque brevi potestatem sibi sumserunt Ephori, ut Plato 4. *de ll.* Eam vocare Tyrannicam non vereatur & Aristot. 2. *Pol. c.* 4. non reprehendit eorum opinionem, qui ex Tyrannide Ephororũ & Democratia Rempubl. Lacedæm. componebant, sed potius *d. libr.* 2. *c.* 7. ubi ex professo agit de legibus Lycurgi & statu Reipubl. Ephoris tribuit potestatem majorem, quam æqualitas mixtionis patitur. Sive hanc ab initio acceperint Ephori, sive per abusum sibi sumserint, nihil id moratur is, qui Rempubl. in eo statu considerandam suscipit, quo invenit, cum omnes ferè Respub. priusquam consistãt, per turbas & varias concussiones demutentur. Hoc tamen
9. Ephori suf. [illegible] in plebium.
certum est & asseritur à Plutarch. *in Lycurg.* conceditürq; ab Arist. 2 *Polit. c.* 4. *in fin.* Ephoros tanquam Magistratus populi successisse in jus & locum populi, perinde ut tribunos plebis Romæ. *Cicer.* 3. *de ll.* Populus verò ex instituto Lycurgi in Senatus decreta & autoritatem Regum, summum jus vel ipsis Bodin. & Kekerm. judicibus jam diu habebat, quo licet Ephori, modestiæ privatæ memores, ab initio usi non fuissent, ut tamen potuissent, tanquam curatores, totius populi Majestatem repræsentantes.

10. [illegible] cum, [illegible] Rempub Laconicam misceat ex tribus formis.
Succedit communis opinio, quod Respubl. Spartana commixta fuerit ex tribus formis, Monarchia Regali, Aristocratia & Democratia. Plato quidem *lib.* 4. *de ll.* aliam mixtionem addit ex Tyrannide seu Ephoria & Democratia, sed quia confundit vitia cum virtutibus, quæ non magis mixtionem patiuntur, quam frigus & calor, si in abstracto sumantur meritò reprehenditur ab Aristot. 2. *Polit. c.* 4. ubi idem refert aliorum opinionem, qui Laconicam Rempubl. componebant ex omnibus Rebuspubl. Regnum quidem dicentes Monarchiam, Senum verò imperium Oligarchiam, sub Democratiam verò eam redigentes ratione Ephororum, qui sunt de populo. Et hanc opinionem sequuntur Plato 3. & 4. *de ll.* Polyb. *lib.* 6. Iustin. *lib.* 2. Sabellic. *Enn.* 5. Sigon. *de Repub. Spart.* Crajus *de Ead. lib.* 1. *c.* 3. Kekerman. *de Ead. lib.* 3. *c.* 1. Contar. *lib.* 1. *de Republ. Venet.* Machiav. *lib.* 1. *disc. in Liv. c.* 2. Giphan. *in comm. ad c.* 4. & 7. *lib.* 2. *Pol.* Cavalcant. *disc.* 11. *delle Repub.* Sebast. Eriz. *disc. delle Republ.* Cæterum Isocrates *in Panath.* duarũ tantum formarum mentionem facit, quando ait: *Democratiã Lycurgus domi instituit, Aristocratiâ temperatam*, quæ est ubique sententia Aristotelis, 2. *Polit. c.* 4 & 7. 4. *Pol. c.* 9. veritati & fidei historicæ procul dubio maximè consentanea. Nam, quanquam *d. c.* 7. *lib.* 2. Rempubl. stabiliorem ex eo esse censet, quod singulæ partes, suum quæq; possideant; Reges honorem, viri Boni Senatus autoritatem, populus Ephoriam, tamen *in hoc ipso c.* 7. & *lib.* 4. *c.* 9. ex sola Aristocratia & Democratia Rempubl. componit, idq; dum contra mixtionem Platonicam disputat *lib.* 2. *c.* 4. hoc argumento demonstrat, quia Regibus nihil relictum est Monarchicum, præter nomen & honores: Quod ipsum ut solidis rerũ testimoniis evincamus, primùm, quam nihil in Regibus regium fuerit, excutiemus, deinde Ephororum & populi prærogativas explicabimus, & tandem in juribus Senatorum finiemus. 11. Qui ex duob. tantum.

Quantum ad Reges attinet, eos Aemyl. Prob. *in Ages.* nomine magis, quam imperio Reges fuisse disertè affirmat, & Plut. *in Cleom.* quem titulo Regio contentum huc usque imperasse dixerat, *Cleomenem extinctis Ephoris non nomine, sed Re Regem se constituisse* scribit. Si enim omnia jura excusseris, quæ Regibus attribuunt Aristot. 3. *Polit. c.* 10. Herod. *lib.* 6. Iustin. *lib.* 2. Thucyd. *lib.* 5. Pausan. *in Lacon.* Xenoph. *de Republ. Laced.* quæq; Polyb. Machiav. Contar. Crajus, Kekerman. exprimunt, quando partem Majestatis Regibus vendicãt, nihil invenies, quod Regiam potestatem sapiat, nisi genus, nomẽ, & dignitatem, id quod Machiavellus coactus fuit inscius & invitus pronuntiare, quando in mixtione, *Regibus* suam *dignitatem*, *Optimatibus* suam *potentiam*, & *populo legitimam libertatem*, mansisse dicit. Nam hoc idem asserit Arist. 2. *Polit. c.* 7. dum Remp. Lacedæmoniorum ex eo stabilem pronuntiat, quod, quæq; pars, quia habet, quod suũ est, quiescat, & propterea totum salvum 12. De Regibus Laconum. 13. Quib. nulla potestas, sed honor & dignitas competit.

salvum esse velit. *Sic*, inquit, *habent se Reges propter suos honores, boni propter Senatum: (Nam hac potestas virtutis est præmium) populus vero propter Ephoriam.*

14\. *Honor regius non facit Regem.*

Honor autem & dignitas ad Regem aut Majestatem non magis attinent, quam titulus aut splendor externus ad rerum essentias. prout contra errorem vulgi prolixe disputavimus. *lib.* 1. *de jur. Majest. cap.* 1. Quam multi non dicuntur, & sunt tamen Reges? quàm multi dicuntur quidem, at non sunt? Keckerman. licet recepisset *lib.* 2. *c.* 1. in Regibus primam partem Majestatis demonstrare, non potuit tamen *cap.* 2. cum ad jus despoticum deventum esset, promissis stare, sed eum totum *c.* 2. in aptitudinibus, ut ipse vocat & dignitatibus Regis consumsisset, ad extremum *nu.* 13. *etiamsi*, ait, *Lycurgus capita juris Majestatis in civium corpus transtulerit, eorum tamen usum tanquam capitibus Reipubl. Regibus non*

15\. *Nec habuisse Reges alia iura.*

ademit, sed quæcunque in Republ. gesta sunt, vel bello, vel pace, quamvis bello maximè, autoritate & auspiciis Regum geri voluit, eosq; primo accubitu, consessu & proëdriâ supremâ, itemq; assurgendo honoravit, voluit Keckerm. de jure despotico seu Majestatis Regum agere, nec tamen quicquam huc affert, præter nudum honorem, Autoritatem, Auspicia, proedriam & reverentiam. Nam si per autoritatem intelligit potestatem, quo sensu diximus suprà, hoc vocabulum usurpari solitum à Romanis, sine autoritate & contra omnium historicorum fidem loquitur, imprimis in negotiis, quæ pace peracta sunt. Nec vero Regibus Ephori assurgebant, cujus rationem veram attigit Anaxilas rogatus, *cur Ephori Regibus non assurgerent*, *Eandem* esse dicens, *ob quam essent Ephori. Plutarch. in Apoph.* Imo Ephoris perinde ut Regibus solitu assurgi tradit Heraclides *in Polit.* Quin & illi sellas suas juxta Regias ponebant, & Romani, ejectis Regibus, Sacrificulum cum nomine Regio creabant, cujus auspiciis sacra ea peragebant, quæ nisi à Regibus fieri nefas erat: ut ita allatæ dignitates, quæ & aliis Magistratibus attributæ fuerunt, longissimè à Regibus absint. Quod vero jus despoticum Regibus, tanquam Capitibus Re publ. non ablatum, sed relictum hoc est commune cum omnibus civib. factum fuisse dicit, annon uno

16 [illegible]

& eodem argumento omnes [illegible] bus pares & per Consf. Regem q[illegible] ctum enim jam fuit & di[illegible] ges habitos fuisse Capita Re[illegible] Dici, non secundum Eile[illegible] non potuerunt plus jurium Ma[illegible] poscere. Involvitur en[illegible] ctio in his verbi[illegible] Jura Maje[illegible] fuisse ad civium corpus, & u[illegible] fisse penes Reges ut Re[illegible] tia Regum est possidere Ma[illegible] dem propriam, cum usu supremo [illegible] autem usus redditur à popu[illegible] pit eum Rex, ut Rex, sed ut [illegible] rium, quemadmodum se habe[illegible] Dictatores & Censores in R[illegible]

Ecquod verò jurium Ma[illegible] test, quod post Lycurgi reformat[illegible]es Reges manserit illibatum? Ad bel[illegible] cant, quicunque temperat[illegible]m R[illegible] Laconica Republ. somniant. de quo [illegible] *lib.* 2. *Lycurgus administrationem R[illegible]*

17\. [illegible]

ordines divisit, Regibus potestatem [illegible], *magistratibus judicia & annuas* [illegible], *Senatui custodiam legum, populo* [illegible] *Senatum vel creandi, quos vell*[illegible] *potestatem promisit, fundos omnium* [illegible] *inter omnes divisit.* Tribuit quippe Regi[illegible] potestatem bellorum, quam h[illegible] dit Herod. *lib.* 6. *Reges sc. habuisse* [illegible] *belli, in quamcunq; libuerit regionem in*[illegible] *nulli Spartiatarum prohibere* [illegible] *piaculari criminis teneatur.* [illegible]

18\. *Quod* [illegible]

ex aliorum relatione, & judicio e[illegible] admodum angustis conclus[illegible] solas expeditiones restrictū[illegible] enim bellum indicere, neq; fœd[illegible] ctis finire Regibus fas erat, ut docet X[illegible] *de Republ. Laced.* & Arist. 3. *Polit. c.* [illegible] 12. Definit enim regnū Laconicū, [illegible] *βιον*, aut *στρατηγίαν κατὰ γένος* [illegible] prætura militari nihil differt, nisi [illegible] perpetua, aut secundùm genus a pa[illegible] in filios aut cognatos. Unde pau[illegible] o Laconico negat sibi agendum [illegible] mni Rerumpubl. genere in[illegible] quandoquidem Imperatori[illegible] nia vel in exercitu plen[illegible] potestas, quemadmo[illegible] nequicquā obstrepent[illegible]us [illegible]es

cives jubebat ad lacum Regillum adesse, eò quod Sacramento eos nondum exolvisset, nec imperium, quod in eos suscepisset supremum, deposuisset. Id autem eo fine agi credebatur, ut quicquid Romæ vi tribunitia rogatum esset, id comitiis extra urbem abrogaretur: Omnes id jussuros, quod Consules vellent, neque enim provocationem esse longius ab urbe mille passuum, & tribunos, si eò veniant, in alia turba Quiritium subjectos fore Consulari imperio. *Liv. lib.* 3. Nec non paucis annis ante Appius Claudius, quàm in plebem domi evomere bilem prohibebatur, tantò acerbius in castris exoneravit, quantò liberius ab intercessionibus tribunitiis dominabatur. Eò usque enim processit, ut Centuriones duplicariosque, qui ordines deseruerant, virgis cæsos securi percuteret, ex cætera multitudine decimum quemq; ad supplicium legeret, quoniã in exercitum parem Laconicis Regibus habebat potestatem. *Liv. lib.* 2. Nam de horum imperio scribit conceptis verbis Aristot. 3. *Polit. c.* 10. *Οὐκ ἔστι κυρία πάντων· ἀλλ' ὅταν ἐξέλθῃ τὴν χώραν, ἡγεμών ἐστι τῶν πρὸς τὸν πόλεμον.* Ea verò potestas cuivis bellico Imperatori tribui solebat, prout exemplo Agamemnonis confirmat Aristot. qui, licet exercitui Græcorum ad Trojam Dux præfectus esset, in Concionibus tamen, *ἐν ταῖς ἐκκλησίαις*, objurgationes & convitia aliorum patienter audire cogebatur. In exercitu verò jus vitæ & necis habebat, unde apud Homer. *Iliad* 2. minitatur.

19. Quæ cuivis magistratui bellico datur.

Ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης, &c.

Ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας, ἠδ' οἰωνούς.

cui addit Aristot.

Πὰρ γὰρ ἐμοὶ θάνατος, cum illud Hemistichium apud Homer. istoc in loco non invenitur. Dyrrachij quoq; & Opunte prætorem belli perpetuum extitisse, autor est Aristot. 3. *Polit. c.* 12. & in summa nulli vel Aristocratiæ vel Democratiæ repugnat talis principatus, cui summa jurisdictio in bello tribuatur, nedum, ut regium quid constituat. Quando enim jus Armorum Majestati asscribimus, non hoc intelligimus, quod bellum absoluto imperio administrandi, sed quod bellum inferendi, pacem faciendi, fœdera sanciendi, & ut uno verbo dicam, arma in Republ. & contra hostem movendi potestatem habeat. Hoc verò Ephoris attribuit Xenophon *de Republ Lac.* dum ait: *Ephori per præconem denuntiant, quibus annis educendæ sint copiæ.* Et cum Archidamus Rex bellum, quod in Athenienses Lacedæmonij moliebantur, dissuaderet, suscipique prohiberet, Sthenelaidas Ephorus autoritatem suam interjecit, & contra Regis vota consiliumque, populo autor fuit, ut bellum scisceret & inferret? *Thucyd. lib.* 1. quod, postquam à Lysandro repugnatum erat, Ephori Lysandro articulos pacis & deditionis, secundum quos eos inter subjectos recipere deberet, transmiserunt. *Plutarch. in Lysandr. num.* 7. Nam Atheniensium, conditiones pacis deposcentium legatos, Agis Lacedæmonem rejecit, ejus rei penes se potestatem esse negans. *Xenoph.* 2. *de reb. gest. Græcor.* refertq; Thucyd. *lib.* 8. *in pr.* tanquam singulare jus, quod illi concessum fuerit, sive copias aliquò mittere, sive contrahere & pecunias exigere vellet, quamdiu apud Deceleam cum copiis ageret. Nec erat hoc Arato Achæo incognitum, qui auxilia non à rege, sed ab Ephoris petijt, impetravitque ab Agesilao, Ephoro, ut Agidem Regem in subsidium mitteret. *Plutarch. in Agid. n.* 4. Cleomenes ipse ad nutum Ephororum cum exercitu passus est se transmitti ad templum Minervæ occupandum, jussusque inde recedere, mandato eorundem paruit. Quin & pecunia ab Ephoris emit potestatem expeditionem Leuctricam suscipiendi, priusquam tribunalia illorum subverteret. *Plutarch. in Cleom. n.* 7. Denique Hunc decrevit autoritas Regis, ut in expeditione duo ex more Ephori, ipsi adjicerentur, de quorum consilio omnib ageret. *Xenoph. lib.* 2. *Hellen.* Agesilaus ex plebiscito cum longius domò exercitum duceret, & maris imperium cum terrestri conjunctum suscepisset, ex plebiscito triginta Consiliarios accipere coactus fuit, *Plutarch in Agesil* & Agidi decem obtrusi sunt, cum iniquas cum Archivis inducias pactus fuisset argueretur. *Idem* Perinde ut in insula Taprobane Electo Regi triginta gubernatores adjici solebant, *Plin. lib.* Ibid. *cap.* 22. & Casimiro III. Poloni quatuor Senatores ex Ordine Equestri adjungebant, *Crom. lib.* 22. quorum placitis ita annexus erat Rex, ut sine eorum consilio & consensu nihil de Republ. statuere posset. Hoc est, quod Arist. 3. *Polit. c.* 7. institutioni Regum objicit; Ipsos videlicet Laco-

29. *Ius belli fuisse penes Ephoros*

cet Lacones virtuti & institutioni Regum diffidere, dum legationis Comites iis adjiciant, & quidem tales, qui propter inimicitiam severius acta Regum observent. Tàm parum in hoc Majestatis capite potuit Regum Authoritas, in quo tamen præ cæteris Ordinibus excelluisse creditur: & Agesilaus Titransti regis Persarum legato respondisse fertur: *Pacis quidem tempore Reipubl. Vigere Autoritatem, ut jus habeat decernendi de tranquillitate Reipubl. Belli verò tempore minime. Erasm. in Apoph. Lacon.* Unde facilè est judicium ferre de cæteris.

22. *Legum potestatem Reges non habuisse.* Nam quod ad leges, quæ inter jura Majestatis agmen ducunt, attinet, constat & asseritur ab Arist. 3. *Polit. c.* 10. τὴν μὲν ἐν τῇ λακωνικῇ πολιτείᾳ βασιλείαν μάλιστα εἶναι τῶν κατὰ νόμον, quæ verba Thomas *in comm.* sic accipit, *quasi regnum Laconicum maximè sit ex omnibus, quæ dicuntur esse secundum leges, legibus astrictum*, & licet Montecat. *in schol. tex.* 104. aliò ea trahat, ut sensus sit: *Eorum regnorum, quæ ex legibus, regnum Laconicum esse maximè regnum*, tamen à consensu cæterorum interpretum, & verborum evidentiâ recedere non audet, nec ullum eorum regnorum occurrit, quod magis legibus astringat & Ephoris Reges subjiciat. Archidamus Zeuxidami filius, roganti, *quinam essent Spartæ præfecti*, leges, inquit, *& legitimi magistratus*, *Plutarch. in Apophteg.* & Dorieus propterea ad Persas in exilium se aufugisse dictitabat, quod in patriâ leges essent potentiores Regibus. *Herod.* Cleonymum excluserunt patriâ, quod cum animo videretur imperioso, supremam & liberiorem, quam Reipubl. conveniebat, potestatem affectaret. *Plutarch. in Pyrrh. num.* 4. Eadem causâ Ephori singulis mensibus adigebant Reges ad repetendum juramentum, *Se gubernaturos secundum leges. Xenoph. de Repub. Laced.* Qui verò legibus subiectus est, eum negat Aristot. Monarchis aut regibus accensendum. O γὰρ, inquit, κατὰ νόμον λεγόμενος, βασιλεὺς ἐκ ἔστιν εἶδος πολιτείας. 3. *Polit. c.* 12. & notus est versiculus Martialis:

23. *Quum potius legibus obedisse.*

Qui Rex est, Regem, Maxime, non habeat.

Legibus quippe tanquam superioribus subjici, & regem esse, simul stare non possunt, cum prius exhauriat & tollat posterius, ut copiosè à nobis disputatum est *lib.* 1. *de jur. Majest. c.* 3. *&* *lib.* 2. *c.* 3. Ex quo factum, ut secundum leges non tantum judicari, sed & morte damnari possent reges, qua quidem abjectione nihil est indignius ac Regum Majestati magis contrarium, quandoquidem regem convenit liberum esse ab omni coërtione humana legitima, Ejusdemque est magistratus judicandis subditis dare & ab iis ultimam provocationem suscipere, quam potestatem pro secundo capite jurium Majestatis enarravimus, *lib.* 2. *de jur. Maj.* c. 4. Reges verò Lacedæmoniorum, nec magistratus constituebant, cum eam provinciam Plutarch. *Lyc.* Iustin. *lib.* 2 Aristotel. 2 *Polit. cap.* 4. *Polit. c.* 9. Xenophon. *de Republ. Laced.* Ephoris & populo tribuant, nec ultimam provocationem recipiebant, cum Senatus judicia fienet sine provocatione, *Arist. ubi supra.* sed potius ipsi ab Ephoris pro as... ad judicium vocabantur, prout *in orat. de ortu & potest. Ephor.* ipse Cleomenes Rex confitetur *apud Plutarch. in Cleom.* Prima quidem & secunda vice citatus Rex tacet & repugnat, sed ubi tertio vocatur, religio est non surgere, & tribunal Ephororum non accedere. *Plutarch. ibid.* Quis majori gloria Laconica arma in Asiâ circumtulit, quam Agesilaus? & tamen revocatus ab Ephoris & e medio cursu victoriarum abreptus, refragari non fuit ausus, ad cujus laudes hoc elogium addunt Xenophon. *de laud. Ages.* & AEmil. Prob. *in Ages. quod maluerit imperium ... pace, quam foris in Asia Maximum.* Imperium verò pari, annon è diametro repugnat Regiæ Majestati? & multo ... illud extendatur usque ad sanguinem, quemadmodum Agidi in carcere gula ... idem tentatum in Cleomenem, nisi ... re cupiens, Ephoros prius de vita & potestate dejecisset. *Plutarch. in Agid. & Cleo.* Pausanias Rex, paratam ignominiam, ... mortem Lysandri instare sciebat, fugere, quam periculosum litis eventum ... Ephoris expectare maluit, *Plutarch. in Lysan. in fin.* Ipsum Lysandrum eadem ... domum revocarunt Ephori, ... mos erat & reges, & quos ... ab exercitu avocare. *Plutar. in Lys.* ... Et ne in facto nos occupari ob...

24. *Et ius ... secundum ...*

25. *Nec Magistratus constituisse.*

26. *Nec provocationem recepisse.*

27. *Reges subiectos fuisse.*

Tum ...

Thucydidem, qui, cum narrasset, Pausaniam ex Hellesponto revocatum ab Ephoro fuisse, eâ lege, ne à caduceatore abscederet, hæc verba subjicit: Ἔξεστι γὰρ τοῖς ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο, quæ AEmil. Prob. *in Pausan.* sic reddidit: *Licet legibus Lacedam. cuivis Ephoro hoc facere Regi.*

Quod si jura Majestatis Majora, quæ in legibus ferendis, magistratibus constituendis, summa provocatione recipienda, & movendis deponendisq; armis consistunt, Regibus detraxeris, ecquid iis facis reliquum præter dignitates? præcipuè cū monetæ jus & jura fiscalia, quæ minora Regalia vulgò vocant, Ly-
28. [illegible] nitates [illegible] reg. [illegible] quibus [illegible] Reges. curgus ipse è sua Republ. exulare voluerit. At quantillas dignitates? Ut primo loco in publicis eviscerationib. seu phiditijs assiderent, duplum juris nigri ex communicaperent, quoad liberalitatem exercendam, alteram medietatem uni ex civibus honoris gratiâ donare possent, ut primi sententiam in Senatu rogarentur, publicè & communi planctu sepelirentur, quæ ferè recenset Herod. *lib.* 6. *de mortuo Rege*, ait Heraclid. *in Polit. Lacedam. per totum triduum nihil vendıtur, & forum paleis conspergitur.* Nihil horum est, quod non principi Senatus, aut honorato, beneq; merito cuivis civi in Republica Romana præstitum sit, quodq; non hodie Ducibus suis Veneti & Genuenses præstent, salva Reipub. majestate, nedum ut regius is honor dici posset: nec immeritò Xenoph. *de Rep. Lac.* & ex eo Sansov. *lib.* 16. *de Rebusp. admin.* Regum honores parum admodum scribit privatorum honoribus excelluisse. Addit Herod. *lib.* 6. duo sacerdotia, Regibus tributa, Iovis Lacedæmonii & Iovis Cœlestis, quæ ad quartum Majestatis caput fortè referri posse viderētur. & Aristot. 3. *Polit. c.* 10. apertius loquitur: Ἔτι δὲ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀποδέδοται τοῖς βασιλεῦσιν. Ve-
29. [illegible] in religione. rum quia Xenoph. *de Republ. Laced.* id interpretatur non de potestate ordinandi sacrificia & religionem, quæ quodāmodo ad Majestatem pertinet, sed de administratione sacrificiorum & mactatione victimarum, quæ honoratissimis civium tribui solebant, *teste Arist.* 7. *Polit. c.* 10. nulla major prærogativa hinc inferri potest, quā quæ Regi sacrificulo apud Romanos, aut Pontifici Maximo & cuivis civitatis principi honoratio competit. Aliud enim est immolare, aliud instituere sacrificia: Hoc ad Majestatē ex parte, illud ad sacerdotes pertinet.

Cum igitur Reges jura omnia Majestatis perdiderint, proximus labor est inquirere, ad 30. De Ephoris. quam civitatis partem à Regibus transierint, ad eos sc. qui in jura Regia successerunt. Ferè autem summam potestatem Ephoris tribuunt, quâ historici, qua Politici. Etenim Plato 4. *de ll.* tantam fuisse asserit, ut *Tyrannica* vocari potuerit, quemadmodum Halycar. *lib.* 5. Dictaturām vocat Tyrannidem voluntariam, cui subscribit Arist. 2. *Polit. c.* 7. Ephoriam Lacedæm. ex eo reprehendens, *quod imperium illud sit valdè magnum, ac penè Tyrannicum:* Item: *Magistratus hic apud ipsos est* 31. Quanta fuerit eorum potestas. *Maximarum rerum Dominus*, & paulo post: *Videtur Ephororū magistratus ab omnibus magistratibus rationes poscere: At hoc Ephoria nimis magnum beneficium est.* Idem Xenoph. *de Repub Lacon.* & Heraclid. *in Polit. Laced. Ephori summā, in Repub. potestatem obtinent, nulliq; assurgitur, præterquam Regi & Ephoro. Plutarch. in Arist. n.* 7. *Ephori habent omnem autoritatem in civitate.* Unde Cleomenes, cum penes se umbrā tantū, corpus verò Majestatis penes Ephoros esse animadverteret, iniquè comparatum cum Republ. autumans, in qua, quod Regibus ademtum esset, ad solos Ephoros transisset, ita ut pro duobus quinque Tyranni dominarentur, mutandæ Reipubl. animum adjecit, eamque furtiva Ephororum cæde auspicatus est. *Plutarch. in Cleom. n.* 7. Cumque Ephori magistratus plebis essent, seu potius totius populi, secluso Senatu, Ex infima pauperrimaq; plebe creari soliti, *Arist.* 2. *Polit. c.* 4. *in fin.* & *c.* 7. & quod magistratus populi nomine facit, perinde factum habeatur, ac si populus fecisset, *l. Item eorum §. si Decuriones. Quod cujusq; Univers. nom c. ult.* 32. Unde arguitur Democratia. *resp.* 1. *de prabend. in* 6. *Matth. Stephan.* 2. *de jurisd. c.* 5. *n.* 35. non injuriâ supra accessimus eorum sententiæ, qui Democratiæ in Republ. Laced. primas & præcipuas partes tribuunt. Ab initio enim populo dedit Lycurgus potissima jura, *Plutarch. in Lycurg.* quò respiciens Nabis Tyrannus *in orat. ad Quint. apud Livium lib* 24. *Noster legislator, ait, non in paucorum manu esse Rempubl. voluit, sed per æquiparationem fortunæ ac dignitatis fore credidit, ut multi essent, qui pro patria arma*

33. *Origo Ephororum.* *ferrent.* Quanquam enim Herod. *li.*1. exortum Ephororū tribuit ipsi Lycurgo, ut & Plato *in Epist.*2. *ad Dion. propinq.* Cæteri tamen ferè eos à Theopompo rege, centum & triginta annos post Lycurgum, accersunt, *Arist.* 5. *Polit.c.* 11. *Plutarch in Lycurg.* & *lib. ad princip. indoct. Cicer.* 3. *de ll. Valer. lib.* 4. *c.* 1. qui & responsum Theopompi afferunt, ex quo colligit Aristot. *d. c.* 11. causam, qua is permotus insidiosam Regum potestatem demutarit in popularem. *Cum enim primus*, ut ait Valer. *instituisset, ut Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri Regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ Consulari imperio trib. pl. sunt objecti*, (quæ verba mutuatus est à Cicer. 3. *de ll.*) *atq; illi uxor dixisset, id egisse illum, ut filiis minorem potestatem relinqueret. Relinquam*, inquit, *sed diuturniorem. Optime quid. m. Ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus modum imponit. Theopompus igitur, legitimis regum vinculis astringendo, quo longius a licentia retraxit, hoc propius ad benevolentiam civium admovit.* Constat simul ex hoc facto,

34. *Qua potentia regia obducti sunt.* cui fini potissimùm inducti sint Ephori, nimirùm, retundendæ insolentiæ Regium, quam Aristot. 2. *Polit* 7 Ephoria evincisse scribit. & Plato *lib.*3. *de. ll. Tertius verò salvator luxuriantem im eius modum conspiciens et tanquam frenum injecit Ephororum potestatem ad hæreditariam illam potentiam proximè adducens.* Ius enim fuisse Ephoris, omnia Regum acta ad calculos revocare, adeoq; ipsos Reges carcere & vita mulctare, paulò ante testimonijs & exemplis testatum fecimus. Solebant enim nono quoquo anno, capta serena nocte, & intermestri Luna cœlum contemplari, & si forte transcurrentem stellam notassent, de patrato aliquo facinore in suspicionem Reges rapere, & carceribus addicere, non ante extrahendos, quam Apollini, qui in consilium poscebatur, visum fuisset. *Plut. in Agid.* Nec vero contra Reges tantùm, sed & contra Senatum & in cives singulos Ephoria directa fuit, prout Plutarchus docet *in Lycurg.* dum ait: *Qui Ly-*

35. *Nec non contra Optimates,* *curgum secuti sunt, cum effrenem adhuc & nimis potentem Oligarchiam ferocem deprehenderent & fervidam, quasi frenum, injecerunt ei, Ephororum potentiam, qui imbellis plebis causam agerent contra Optimates.* Arist. 2. *Polit. c.* 7. per Ephoriam scribit Rempubl. Laconicam ex Aristocratia degenerasse in Democratiam, & paulò post eandem re[illegible] dit, quod ab omnibus magistratibus & Se[illegible] ipso rationes poscendi autorita[illegible] fecit. Nam decreta Senatus non prius [illegible] rant, quam si à populo probare[illegible] testatem in eo collocat Plut. *in Lycur.* quod rescindendi aut approbandi [illegible] jus habe[illegible] Lysander quippe Ephorus cum Re[illegible] tationem, quæ præ manibus habe[illegible] suasum cuperet, non ad Senatum, [illegible] rum arbitrium se recepit, sed totu[illegible] popu[illegible] Magnum consilium congregavit, in quo de sua & collegarum sententia acclama[illegible]

36. [illegible] *Plutarch. in Agid. n* 3. nec obstat, quod [illegible] *Buλlw* Lycurgus concesserit Sen[illegible] populo nihil sciscere liceret, nisi quod p[illegible] Senatui *Plutarch. in Lycur.* quoniam [illegible] mni benè constituta Republ. tam a [illegible] cha. quàm populo observari debet, *ut* [illegible] *Polit. c. de Senat. demonstrabimus.* Demosthenes *contra Androt.* profert legem [illegible] *Ne decretum ad populum, nisi* [illegible] *in Republ. Atheniensium*, quam Soloni asscribit Plutarch. *in Sol.* quoniam [illegible] videret, ut notat Liban. *ad And*[illegible] facil[illegible] errorem agi posse plebem prom[illegible] fraudem occultam deprehendere n[illegible] docta est, prius à Senatu vitia excuti [illegible] quam populo quicquam proponeretur [illegible] quod, quam salutariter in omni Rep[illegible] servari debeat, inculcat Arist. 4. *Polit. c.* 4. [illegible] tamen vel Atheniensium, vel quæ [illegible] publ. in qua salutare hoc consilium [illegible] bet, Aristocratica aut saltem [illegible] autoritatem hanc Senatus magis [illegible] quàm Respubl. Romanorum, in qua [illegible] patres & plebem ita convenerat, ut [illegible] sciscendi facultatem haberet populus, nisi [illegible] tres auctores facti fuissent. *Liv. lib.* [illegible] nim Majestatis acquiescunt pe[illegible] tem, quæ decretis pondus & au[illegible] dit. Cumque primum caput Ma[illegible] *[illegible] ut sua pene Ephoros.* potestas ferendarum legum q[illegible] cramento cives adegerat Lycurgus [illegible] eas immutabiles servaturos, ta[illegible] mutandum esset ex veteribus [illegible] tra veteribus, vel de novo extr[illegible] publ. decernendum, eam potest[illegible], quam populo Lycurgus indulserat, Ephori [illegible]

[illegible],

xerunt, quemadmodum Epitadeus Ephorus communionem bonorum, rogatione testamentaria infregit, *Plutarch. in Agid. n.* 2. & Lysander itidem Ephorus reductionem morum ad pristinam severitatem totius concionis autoritate impedire nisus est, *Plutarch. ibid. n.* 3. De altero Majestatis capite videl. magistratuum creatione non est dubium, quin tota sita fuerit in arbitrio populi & Ephororum, cum inter popularia instituta Reipub. Laconicæ illud maximè reponat Arist. 4. *Polit. c.* 9. quod duorum maximorum imperiorum alterum quidem detur à populo, alterum verò participetur. Senes n. constituunt Ephoriæ verò sunt participes. Modum eligendi Senatum, tanquam puerilem & ridiculum insectatur. 2. *Polit. c.* 7. quem sic describit *in Lycur.* Plutarch. *Collecto in concionem populo, certi aliquos spectatæ fidei viri in domo vicina congregabantur, ita, ut audire populum, videre neminem possent. Mox competitores Senatoriæ dignitatis per ordinem per concionem tacite deducebantur, ex quibus, cui sæpius à populo acclamatum esset, eum Censores illi annotabant, tandemq; Senatorem pronunciabant, cui frequentissime acclamatum in tabulis reperiebant.* Qui si magistratus constituebant, eosdem abdicandi potestatem habebant, ut docet Xenoph. de *Republ. Lac.* inquiens: *Ephori quæcunq; velint, potestatem multandi habent & exemplo exigendi, nec non in magistratu constitutos interim abrogandi & in carcerem conjiciendi, ac de vita certamen instituendi.* Licet enim judicia vitæ & necis maxima ex parte Senatui fuerint obtrusa, tamen de Senatoribus, Regibus, & Magistratibus, imò etiam de aliis civibus judicabant Ephori, quos audiendis causis tribunalia habuisse refert Plutarch. *in Cleom.* & de potestate multam imponendi & exigendi testem se adjungit Xenoph. Isocrates prodidit, Ephoris licere indicta causa occidere, quos libitum fuerit. Aristoteles 2. *Polit. c.* 7. perinde vocat eos magnorum judiciorum Dominos, ut Senes, ideoq; cum sint homines de plebe temerariâ licentiâ addit, judicia ipsorum arbitrio relinqui, cum satius fuisset imperitorum hominum vagos errores frenis certarum legum illigari. Quid multis repetam, quæ de potestate indicendi & concludendi belli paulò ante contra Reges

38. *Item potestas creandi magistratus.*

39. *... non in... ...*

deduxi: ita, ut pleraque Majestatis jura ad populum traducta & ab eo in Ephoros rejecta fuisse ex dictis constare possit.

Quid igitur superest Optimatibus tribuendum, & Senatui, quam Cato *apud Cicer. in Cat. M.* vocat *amplissimum Magistratum.* Magistratum verò, in quem nulla Majestatis jura cadunt? Ita nimirùm videri posset illi, qui Senatorum creationem intuitus fuerit. Populo enim obnoxij præsumuntur, quià populo dependent, ejusque nutu vel imperant, vel imperium deponere coguntur. Nec enim majestas transit ad magistratum, qui ea utitur, sed manet penes concedentem, nisi eam cum electione abdicet, *prout contra Brut. Buchan. & Hottom. disputavimus lib. de Autor. prin. c.* 1. Quod verò populus creato Senatu, à se abdicarit jura quædam, quæ in Senatum conjecit, & paucis autoribus & satis obscurè colligitur, & miror præconceptam opinionem Kekerman. *lib de Spart. Repub. c.* 3. qui, cum Aristocratoribus potissimam partem in Republic. mixta tribuisset, tandem *in d. c.* 3. ubi jura majestatis, quæ Senatorib. competiissent, nominatim depromere debebat, sua autoritate nobis persuadere vult, liberrimam potestatem exercuisse Senatores in administratione Reipubl. adeò ut passim domini vocati fuerint. Et postea tantam Senatus prærogativam collocat in duobus, quod perpetua fuerit, & rationibus reddendis nequaquam obnoxia. Duo occurrunt hìc ridicula, tùm qu dex appellatione Domini arguit & infert dominiū, tùm quod ex perpetuitate cōcludit summitatem, *la souueraineté*, ut appositè Galli nominant. Nam Domini appellatio, etiam blandientis est, etiam honorantis, & tàm Augustus, quàm Tiberius, nunquam passi sunt invidiosum Domini nomen sibi obtrudi. An propterea non fuerunt rerum Domini? Apud Lacedæm. Seniores appellabantur Domini honoris gratia, cum senectus nullibi esset honoratior, quippe cui non assurrexisse, nec de loco aut via cessisse summum piaculum erat, *Xenoph. de Republ. Lacon.* adeò ut hospes quidam in hanc rātam, quæ Senibus exhibebatur, reverentiam oculis intentus diceret [illegible] *in sola Sparta expedire sen escere.* Ex honore vero summo velle summam potestatem inferre ridiculum est, cum nuspiam magis soleat hono-

40. *De Senatu.*

41. *Verum particeps fuerit Reip.*

42. *Senibus a Laconibus summus habebatur honos.*

nor accrescere, quàm ubi potentia decrescit. Magis verò ridiculum ex perpetuitate Monarchicu quid concludere, prout ipse ait: *Vtrumque Monarchicũ est, nemini reddere rationem & perpetuo gerere magistratum.* Annon Dux Venetorum, Major domus Franciæ, seu Comes stabuli, Palatini & Castellani Poloniæ, duodecim Nobiles in Dania, perpetuum gerunt magistratum, & principes omnes Germaniæ, majores minoresque, qui ex magistratibus precariis in dignitatem perpetuam sese obfirmarunt, perpetuum locum obtinent in comitiis? Annon & Areopagitæ usque ad mortem in Senatu permanebant, quemadmodum Libanius *ad Leptin:* tres differentias statuit inter Areopagiticum & Quingentum viûm Senatum, quod illic incerto, hîc certo essent numero: illic annuum, hîc perpetuum, gererent magistratum illic de rebus quibusvis publicis, hîc potissimùm capitalibus cognoscerent? Nec tamen vel Areopagitæ Athenienfium conjunctim, vel principes Germaniæ singuli, vel Dux Venetorum, aliiq; perpetui Magistratus jura Majestatis sibi arrogare possunt. Nam etsi perpetui constituantur ex prima Electorum intentione, sicut & conjugium non contrahitur ad tempus: tamen exceptio semper subintelligitur tacita, nisi se indignos reddiderint, prout contractus conjugalis perpetuitas non excludit divortiorum causas. Nam & præturam bellicam, seu regnum Lacedæmon. in eo distinguit. Aristotel. 3. *Polit. cap.* 10. ab aliis id genus officiis, quod ex necessitate successionis deductum viventi auferri nequeat, & tamen Pausaniam, Cleonymum, Agidem, Cleomenem & plures alios à sceptris abactos fuisse passim legimus, Areopagitas quoque, etsi usque ad mortem confirmatos Ulpianus confiteatur, *in Leptinian.* tamen exceptionem addit, nisi crimine aliquo objecto inde fuerint ejecti. Idem in Senibus Lacedæmon. observari solitum testatur Xenophon *de Republ. Lacedæm.* & constat ex autoritate, ut Reges sæpius, & Imperatores bellicos, Pausaniam, Lysandrum &c. expedita, quoniam Reges inter 30 Senatores primum locum sibi vindicabant, & quod Ephoris licebat in præcipuos & Majorum gentium, cur non multò magis licuerit in contemtiores & minorum gentium? Utrum verò magnam Aristocratiæ [illegible]bus prærogativam ex eo liceat adj[illegible], quod rationes non reddiderint, ad pa[illegible] considerandum superest. Extrema e[illegible] provocatio, tanquam appendix, te[illegible]o Majestatis capiti, à nobis attributa [illegible] *de jur. Maj. cap. 4. in pr.* nec ne[illegible], quin Majestatis particeps sit, qui ratio[illegible]n[illegible]e-mini tenetur reddere, quoniam q[illegible]tenus non tenetur, eatenus superiore[illegible] non agnoscit. Præfectus quidem prætorio sub Impp. Roman. judicabat sine appellatione, sed judicium suum habebat al[illegible]g[illegible] legibus, & præterea sententiam fe[illegible]a obnoxiam provocationi ad superiorem. [illegible]e-nes verò Lacedæmon ne ratio[illegible] q[illegible] reddebant, etiamsi multa sordide & [illegible]bitiosè decernerent, ut tradit Aristot[illegible] *Polit.* 7 ex quo factum, ut E[illegible] quoque provinciam, scil. in acta Senatu[illegible] vertendi sibi sumserint, teste eodem *ib*[illegible] nec ferè quicquam iis relictum sit [illegible] Senatui Areopagitico. quodque Senatu[illegible]mano remisit Tiberius, ut sc. sine pro[illegible]tione de vita & morte judicandi po[illegible] retinerent. Hoc est, quod Aristotel. *d. c.* 7. Senes faciat *magnorum judiciorum D[illegible]* tota vita, & *lib. 4. c. 9.* jura Aristocratiæ [illegible] Republ. Lacedæm. expositurus dicat *Pau*[illegible] *habere jus vitæ & necis, & alia ad genus m*[illegible]*ta.* Nec enim de omnibus judi[illegible] provocatione, quod signum esset [illegible]æ Aristocratiæ, sed de quibus[illegible], quod ad diminutam & divi[illegible] Judicium quippe sanguinis [illegible] tribuunt historici, & Lysander, a sacer[illegible] Jovis Hammonii accusatus, coram Senatu causam dixit & absolutus fuit. *Plut.* [illegible] *Lysand. n. antepenult.* Addit [illegible] Aristotel. quædam alia *d. c. 9. lib 4* [illegible] ea nominatim non exprimat, & *d. c.* 7 [illegible]nuit, Senatum cum summa pot[illegible] fuisse quædã circa Rempubl. quando [illegible]a sordidè & ambitiosè administrata a[illegible]bit, eò quod rationes nemini red[illegible] fuerint. Accedit his omnibus [illegible] tandi, in quo Plutarchus *in* [illegible] autoritatem Senatus [illegible] quando ait: *Autoritas Senat*[illegible]

43. *Perpetuitas non arguit Majestatem.*

4[illegible] F[illegible] D[illegible] *num.*

ut proponat populo res deliberatas, de quibus in consultationem ipse mittendus est, quemadmodum in Republica Atheniensium instituerat Solon, *Plutarch. in Solon.* & Romulus ita demùm populo jus suum esse volebat, si idem patribus visum esset, *Halycar. lib.* 2. quod interregni tempore ita in leges relatum fuit: Ut populus sciscendi non aliter potestatem haberet, quàm si patres Autores facti fuissent, quem morem ad suam usque ætatem durasse notat Livius *lib.* 1. Quanquam autem hæc comitiorum divisio maximam partem Majestatis defert ad populi vota Colophonia: tamen præconsultores inde prorsus non excludit, cum sine iis concio convocari non posset. Constat igitur ex dictis, 49. Supr. quod penes Reges Majestatis nulla pars integre permanserit, præter nomen & honorem primum: sed tota ferè ad populum, mox ad Ephoros transierit, paucis iis exceptis, de quibus cum summa autoritate, sine provocatione, Senibus disponendi potestatem relictam fuisse conjecturis verisimilibus demonstravimus, atque hac mixturá concrevit Respublica Laconica ex Democratia prædominante & Aristocratia diminuta.

De statu Reipubl. Roman. usque ad Imperium Iulij Cæsaris. T. 3.

1. *Respubl. Roman. à quibus habeatur pro mixta.*
2. *Diversis temporibus diversam fuisse formam Reipubl.*
3. *Agitur de primo regno.*
4. *Quod consistit in manu seu arbitrio regum.*
5. *Qui leges tulerunt.*
6. *Lites jure arbitrio finierunt.*
7. *De statu Reipubl. qui successit post ejectos Reges.*
8. *Ab extremo ad extremum non fit transitus nisi per intermedia.*
9. *Majestatem ejectorum Regum excepisse binos Consules.*
10. *Sed eam Valerium statim populo subjecisse.*
11. *Per concessam provocationem.*
12. *Quantum in provocatione sit situm.*
13. *Non delata esse cum provocatione unà cætera Majestatis jura ad plebem.*
14. *Sed mansisse speciem Aristocratiæ penes patres.*
15. *Eamq; incertam & labentiad Democratiam similem.*
16. *Distinctio inter patres & plebem.*
17. *Unde divellebatur civitas in duas.*
18. *Et prævalente plebe oriebatur vitiosa Democratia.*
19. *Cujus causa rejicitur in magistratus plebeios, quod à patriciis divisi essent.*
20. *Unde origo tot seditionum*
21. *Mutatam esse formam Respubl. post creatos tribunos pl.*
22. *Tribunos pl. ab initio non fuisse creatos nisi auxilii causa.*
23. *Et quidem id interponere non potuisse nisi in Urbe.*
24. *Vocandi jus & imperium nullũ habuisse.*
25. *Brevi verò totius rei summã ad se traxisse.*
26. *Dum concessa in majus interpretati, unũ jus invadunt post alterum.*
27. *Tribunos non habuisse jus in patritios.*
28. *Sed mox non tantum accusasse, sed prehensos eos condemnasse.*
29. *Imò ipsos Dictatores & Censores.*
30. *Et quoscunq; visum fuisset ex patritijs.*
31. *Quando & quomodo populus & plebs acquisiverit potestatem ferendi leges.*
32. *Pleraq; à populo acquisita esse facto & non de jure.*
33. *Prudens Consilium Cæsonis Fabij.*
34. *Principium legum à populo latarum.*
35. *Lex plebis prima.*
36. *Quæ viã aperuit ingruenti Democratiæ.*
37. *Quas vires maximè sumsit post ejectos Decemviros.*
38. *Plebiscitis accessisse vim legum.*
39. *Quid sit propriè plebs.*
40. *Cujus propria erant comitia Tributa.*
41. *Ex quo cœperit Respublica Romanorum fieri popularis.*
42. *Quid per populum intelligant Romani.*
43. *Populi erant comitia centuriata.*
44. *In quibus semper prævaluit autoritas patrum.*
45. *Patres abrogasse multas rogationes Tribunorum.*
46. *Multas irritas fecisse populum ipsum.*

47. Eò

47. *Eò quia tribuni nihil erant, quàm magistratus populi.*
48. *Patribus jus suum per vim fuisse à plebe praereptum.*
49. *Et non tam ad populum, quàm solam plebem deductum.*
50. *Tribunorum fuisse majorem praerogativam quam Consulum.*
51. *Recensentur leges aliae a Tribunis & plebe perlatae.*
52. *Ex quibus arguitur potestas populi.*
53. *An Senatus habuerit jus condendae legis.*
54. *SCta fuisse obnoxia censurae Tribunorum.*
55. *Et à populo fuisse saepè rescissa.*
56. *Sed in plebiscita nullum jus competiisse Senatui.*
57. *Senatum ne convenire quidem potuisse, si Tribuni impedirent.*
58. *Vnde dicti fuerint Consules.*
59. *Quid reliquum habuerit Senatus, quoad leges ferendi potestatem.*
60. *Quid intelligatur, quando autoritas Patrum perscripta dicitur.*
61. *Autoritatem patrum vanam fuisse absque potestate populi.*
62. *De quibus rebus retinuerit Senatus jurisdictionem.*
63. *Vnde dependeat origo SCtorum.*
64. *SCtorum vis ante secessionem populi.*
65. *Quae quo tempore evanuerit.*
66. *SCta edita ante Tiberium.*
67. *Vtrum Senatus habuerit potestatem irrogandi supplicia, saltem per Italiam.*
68. *Quod eam populus ad se traduxerit.*
69. *Senatui tantum utendum concesserit.*
70. *Quemadmodum multi magni viri contra Senatus Autoritatem damnati sunt.*
71. *Vtrum Legatos audierit & expediverit Senatus.*
72. *Legatos audiendos esse secretò & extra concionem.*
73. *Senatus solebat Legatos dari.*
74. *Inimicis & hostibus extra urbem.*
75. *Audire Legatos non esse praecisè Majestatis.*
76. *Mandata & responsa Legatis non dedisse solum Senatum.*
77. *Horum sc. mandatorum & responsorum quaedam dari possunt sine Majestate.*
78. *Quaedam reservari soli Majestati.*
79. *Belli pacisq; arbitrium mansisse penes populum universum.*
80. *De jure provinciarum.*
81. *Quod illud non tam ad Senatum quàm populum pertinuerit.*
82. *De jure militari.*
83. *Quatenus ad Senatum pertinuerit, vel populum.*
84. *Rationem ducendi bellum jam indictum permitti posse Senatus aut Magistratibus.*
85. *De cura aerarij & vectigalibus.*
86. *Quae Senatui quidem concessa fuerunt, sed precario nomine.*
87. *De honorum & dignitatum distributione.*
88. *An transierit a Senatu ad Populum.*
89. *Privilegia & immunitates dedisse populum.*
90. *Patres ab initio creasse magistratus e patritia gente*
91. *Sed tribunos pl. & hoc jus brevi illis eripuisse.*
92. *Primus ex plebe tribunus mil. consulari potestate.*
93. *Magister Equitum.*
94. *Consul.*
95. *Dictator.*
96. *Censor.*
97. *Ambo Consules plebeij.*
98. *Primus ex plebe praetor.*
99. *Princeps Senatus.*
100. *Minores quoq; magistratus dedisse populus.*
101. *De cura rerum sacrarum.*
102. *A qua diu abstinuit plebs, quod auspiciis carere crederetur*
103. *Senatum longius retinuisse curam rerum sacrarum, quam Potestatum.*
104. *Quae tamen & ipsa tandem transiit ad populum.*
105. *Pontifices & Augures ex plebe.*
106. *De Consulibus & eorum potestate.*
107. *Quibus asscribitur regia potestas.*
108. *Quae nulla fuit.*
109. *Nam Dictatore quidem regium imperium ad mixtionem [illegible]*
110. *Consules in ipso imperio fuisse [illegible] Senatus judicio.*
111. *Et arbitrio.*

112. *Impe-*

112. *Imperium Consulum non potuisse Regium dici.*
113. *Fuisse rationi reddendæ obnoxium.*
114. *Consulatum à Tribunis suppressum.*
115. *Quantilla fuerit potestas Consulum.*
116. *Qui ne jus gladij quidem in cives habuerunt.*
117. *Potestas Tribunitia opposita & antelata Consulari.*
118. *Quis fuerit status, quæ species Democratiæ Rom.*
119. *Felicitas Rerump. externa separatur ab interna.*
120. *Romanos extra Rempubl. nunquam benè & feliciter vitam egisse.*
121. *Bella externa cohibuisse seditiones internas & ruinam Reipubl.*
122. *Rom. Remp. per seditiones sæpè patuisse hostibus.*
123. *Nec posse bonitatem suam probis civibus probare.*
124. *Nec potuisse in ea forma sine Monarchia diutius stare.*

ALterum mixtæ Reipubl. exemplum proponunt Halyc. *lib.7. in orat. Valer. lib.8. in pr.* Polyb. *lib.* 6. Cicer. *de ll.* Anton. August. *lib. de legib. c.7.* Cavalcant. *discors.11. delle Republ.* & plerique alii tàm ex vetustioribus, quàm Neotericis in Repub. Romana: de cujus mixtionis proportione, tàm varia occurrunt Politicorum & ICtorum *ad l. 2. de Orig. Iur. ad t. de off. Consul. de Senator.* &c. judicia, ut ea in ordinē velle redigere nihil aliud sit, quàm cum ratione velle insanire: præcipuè cum pleriq; de re tanti momenti non nisi obiter & ex specie magis externa, quàm rei profunda veritate, sæpè etiam sine historiarum notitia, pronuntient. Proinde omissa opinionum varietate, rem ipsam putabimus, & brevi discussi omnium eorum errores redarguemus, qui aliam Reip. formam Romanos secutos fuisse disputant, quam simplicem Democratiam, quod dum facimus variæ ætates ejusdem distinguendæ sunt, non quemadmodum Florus ex incremento & declinatione, quatuor ejus ætates inter se diversas statuit, *libr. 4. de ætat. Rom.* sed ad mutationes notabiliores respiciendo, quæ tàm profundè in corpus Reipubl descenderunt, ut ipsam intimam formam permutaverint.

1. [illegible] *...m. a ...es- ...mx.*

...an. ...ra.

In principio enim cum Romulus condendam urbem aratro circumscripsisset, & occiso fratre, solus inter convenas suos regnum occiperet, non est dubium, quin Monarchiam introduxerit, ut innuit Tacitus *lib.3. Ann.* inquiens: *Nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat*, in quam cæteri Reges continua serie successerunt usq; ad exilium Tarquinii Superbi, per annos 244. si Halyc. *lib.1. lib.4. in fin. lib.5. in pr.* & Livio *lib.1.* credimus, aut anno uno minus, si cum Eutrop. *lib.1.* & Sext. Ruff. *in Epit.* annum interregni post mortem Romuli delemus, quandoquidem extraordinarium illud & precarium per vicissitudines imperium, quod inter centum patres, ut Livius refert, seu centum & quinquaginta, ut Plutar. *in Vit. Num.* seu ducentos, ut Halycar. divisum erat & paulò ante novi Regis creationem plebi tumultuanti indulgebatur, Reipubl. novam formam non induxit, ut nec interregna, quæ liberâ Republica inciderunt, nec Dictaturæ, nec Decem, Triumve viratus ad hanc considerationē trahendi sunt, ubi de stata & perpetua Reipublicæ forma, & non de extraordinariâ aliqua curatela agitur. Monarchicum autem fuisse Regum imperium, præter Tacitum *lib.3. Annal.* tradit Pompo. *in d. l.2. in pr. de Orig. Iur:* dum ait: *Populus sine certa lege, sine certo jure, primū agere instituit, omniaq; manu Regiâ gubernabantur.* Quid enim est manus, quàm potestas, Metaphoricè adumbrata, ut declarat Ulpian. *in l.4. de just. & jur.* & Iustinianus ipse, *in §.1. Inst. de libert. l. ult. C. de emanc. lib.* Et quanquam Coriolanus *in orat. ad Volscos apud Halycar. lib.8. post princ.* asserit: *Populum Romanum principio formam Respub. habuisse mixtam ex potestate Regia & Optimatū Dominatu: Ultimo verò Regum Tarquinio regnum in Tyrannidem vertere cupiente, Optimatum dominatū fuisse constitutum:* Tamen quā à Romulo conditam & descriptā exhibet idem Halyc. *lib.2.* ea Respubl. tantum abest, ut mixtionem aliquam sapiat, ut potius summa imperii jura soli Regi attribuat, populum & Senatū non adsciscat, nisi in gloriā consentiendi, *ut li.3. de jur. Maj. c.3. n.2. disputatū est.* Leges enim sine dubio tulerunt Reges, quas Valerius trib. pl. *in Orat. contra l. Opp.* & Livius ipse inde *Regias* appellitat, *lib.6. in pr. & li.34. in pr.* nec dissimulat Virg. *li.2 Aenei.*

3. *Primitus apud Romanos regnum fuisse constitutum.*

4. *Quid manus Regia.*

5. *Reges solos tulisse ll.*

Agnosco crines, incanaq; menta
Regis Romani, primus qui legibus urbem
Fundavit.

Annon viro in uxorem potestatem vitæ & necis dedit Romulus? annon de iis pœnis & eorum causis satis iniquam legem tulit? & manum patris in vitam ipsam liberorum extendit? *Plutarch. in Rom. Halyc. libr.* 2 *Gell. lib.* 10. *c.* 23. Nec obstat, quod Pompon. *in d. l.* 2. *§.* 1. Romulum leges Curiatas tulisse ad populum scribat, quoniam comitia autoritate sua regebat, & decretis pondus vel demebat, vel addebat, prout idem Halycar. *lib.* 2. testatur. Debet enim probus quicunque Rex, quas populo ferre cogitat leges, in commune prius consilium deducere, & ut gratius recipiantur, firmiores radices agant, in animis subditorum, communi consensu roborare. Nec alio consilio legum quarundam confirmationem ad populi Comitia solitos Reges rejicere innuit Halycar. *libr.* 4. quando Servium Tullium, *quem præcipuum Sanctorem legum* vocat Tacitus 3. *Annal.* leges, quas de Contractibus & Injuriis tulerat, Curiatis Comitiis ratas fecisse

6. *Lites suo arbitrio finiisse.* dicit. Proinde & lites omnes, præcipuè majoris momenti suis arbitriis finiebant Reges, quoniam Servium primum potestati Regiæ permultum detraxisse annotat Halycar. *lib.* 4. quod privatarum rerum judicia privatis judicibus commisisset. Quod enim Fabius Papyrio Dictatori objicit *apud Livium libr.* 8. Tullum Regem cessisse provocationi ad populum, & hoc exemplo populum Dictatori judicem fert, qui unus plus posset poteretque, quam Dictatura, in eo perperam accipit indulgentiam Regis pro lege necessaria, ut & Bodinus 1. *de Republ. c.* 10. Corras. *ad l.* 2. *§. Exactis. Vers. Neq. provocatio. de Orig. Iur.* & dubie Forsterus *lib.* 1. *jur. Civ. Rom. c.* 20. *num.* 8 qui populo jus provocationis ex hoc facto tribuunt, cum tamen tàm Livius *lib.* 1. quam Halyc. *lib.* 3. uno ore testentur, Tullum Hostilium ad se delatū de cæde Horatii judicium, sponte sua ad populum rejecisse, seu Duumviriscum provocatione ad populum mandasse, eadem ferè de causa, qua Tiberius Pisonis accusationem à sua cognitione amovit in Senatum, *Tacitus* 3. *Annal.* nimiùm, ut procul esset à piaculo & vindicta divina, si nocentem absolvisset, aut si bene meritum condemnaret ab indignatione populi & [illegible] crudelitatis. *Horatius*, ait [illegible] *ad Regem, Rex ne ipse iam* [illegible] *vulgus judicii, ac secundum judicium* [illegible] *autor esset, concilio populi* [illegible] *Duumviros inquit, qui Horatio pe*[illegible] *cent secundum legem facio.* D[illegible] *duellionem judicent. Si a Duum*[illegible] *rit, provocatione certato,* & [illegible] H[illegible] *Neque absolvere sororicidam, n*[illegible] *qu*[illegible] *caput illud, quod periculo mortis f*[illegible] *rat, ausus, tandem*, ait, *Optimum* [illegible] *cavit, ejus rei cognitionem populo* [illegible] Quæ verò per indulgentiam ex ca[illegible] ris vigorem non obtinent, ne[illegible] pr[illegible] cujusquam juri creare possunt.

Exactis urbe Regibus diu [illegible] Reipubl. priusquam in novam form[illegible] stabilem coalesceret. Sicut enim C[illegible] *cult. Nat. c.* 10. albedinem & n[illegible] colorũ extremos, nõ transire [illegible] per intermedios docet, & qu[illegible] tur ex Medicis, Avicenn[illegible] Melancholiæ genus ex ad[illegible] derivantis, *lib.* 1. *Fen.* 1. *doct.* 4. [illegible] *nor. & Gentil. prolixe in Comm*[illegible] prehendunt, quod ab extremo [illegible] non fiat transitus, nisi per int[illegible] *Man. ard. lib.* 9. *Epist.* 2. *Bapt*[illegible] *Fernel. lib.* 6. *Physiol. c.* 9. *Val*[illegible] 21. Ita Monarchia prima [illegible] præceps non fuit delaps[illegible] cratiam, sed primum sub [illegible] ciorum, tum sensim po[illegible] transiit ad plures, nec in[illegible] qu[illegible]dam seditionis, [illegible] pl[illegible] divisa fuisse reperitur. [illegible] ejectos Reges anno univ[illegible] ta fuit à Cõsulibus, quod [illegible] Livius *lib.* 2. *Libertatis orig*[illegible] *quia annuum imperium C*[illegible] *qu*[illegible] *quod diminutum quis*[illegible] *potestate, numeres. Omnia* [illegible] *gna primi Consules* [illegible] *est, ne si ambo fasces h*[illegible] *ror videretur.* Innuit [illegible] do *Consules in locum* [illegible] *Livius lib.* 4. *in pr.* [illegible] *Consi*[illegible] *uto Optimatum* [illegible] *gnam potestatem susceperunt.* [illegible] 8

& Brutus Senatum supplevit, Regem Sacrificulum creavit, comitiis coactis populum jurare coegit: *Neminem Romæ regnare passuros*, ex SCto ad populum tulit, ut omnes Tarquiniæ gentis exules essent, ipse comitiis Centuriatis Collegam sibi creavit P. Valerium, in proditores animadvertit, & res regias plebi diripiendas dedit. In idem imperium, seu ut ait Halycar. *lib.* 10. *in regiam potestatem, τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας*, successerat Valerius, postquam Brutus in duello contra Tarquinium ceciderat, adeò ut Collegam sibi non asciseeret, sed solus fascibus superbiret, & prætetea in summa Velia ædificaret, alto atque munito loco regni affectati suspicionem incurreret, quam ut amoveret, ab uno extremo in alterum imprudenter delapsus, rem exorsus est totius Senatus autoritati exitialem, quando non tantum fascibus populo summissis in concionem ascendit, populi, quam Consulis Majestatem vimq; ubique majorem esse confitens, sed eodem momento, & ædes invidiosas diruit, & duabus legibus, populo omnem ferè potestatem subjecit, quas Antonius *patronas civitatis & vindices libertatis* vocat *apud Cicer.* 2. *de ll.* Flor. *lib.* 1. *cap.* 9. *maximè eas auctam liberi populi Majestatem* dicit. Livius verò errorem Consulis tacitè perstringens ait: *Latæ leges, non solùm, quæ regni suspitione Consulem absolverent, sed quæ adeo in contrarium verterent, ut popularem etiam facerent.* Duo enim egregia Majestatis jura populo tribuit provocationem à Magistratibus, atque adeò à Consulibus ipsis, & creationem Magistratuum. Nec dubium est, quin Consulare imperium & Senatus autoritas, provocatione ad populum delata, pessum iverit, quemadmodum paul post conqueritur Appius Claudius: *Consulum minas, non imperium esse, ubi ad eos, qui una peccassent, provocare liceret.* Nam cum

11. [illegible]

jussisset insignem aliquẽ seditionum Ducem arripi, is, ut se trahi à Lictoribus sensit, provocavit, nec ausa fuit pertinacia Consulis jus suũ persequi, victa tã consilio & autoritate Principum, quàm populi clamore. Ergo altero anno post cum A. Virginii & T. Vetusii Consulum prehensiones pari arte eluderentur, tecepto in concionem eo, quem Lictor invasisset, quod nominatim citatus, nomen dare renuisset, togatus consilium Appius, *Agedum*, ait, *Dictatorem, à quo provocatio non est creemus. Iam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor. Pulset tum mihi Lictorem, qui sciet, jus de tergo vitaq; sua penes illum unum esse, cujus Majestatem violavit.* Nam & Livius inter causas, quæ Dictaturam pepererunt, enumerat contemtum Consularis Imperii. Et *Creato Dictatore*, inquit, *primum Romæ, postquam præferri secures viderunt, magnus plebem metus incessit, ut intentiores essent ad dicto parendum: Neque enim ut in Consulibus, qui pari potestate essent, alterius auxilium, neque provocatio erat: neque ullum usquam, nisi in cura parendi auxilium.*

Quantum enim in provocatione situm sit, tum demùm apparuit, cum Decemviri creati essent sine provocatione, quoniam *nihil amplius præsidii fuit in populo, provocatione sublata*, ut ait Livius *libr.* 3. cumque abdicati essent, ante omnia à M. Duellio ad plebem latum fuit, & plebs scivit, *qui magistratum sine provocatione creasset, tergo ac capite puniretur.* & L. Papyrius Dictator, cum in eo se loco versari deprehenderet, ut populus subinde repetenti Fabio & clamanti: *Tribunos plebis appello & provoco ad populum*, auxilium & assensum præstiturus videretur, magno conatu restitit, *ne potestas tribunitia inviolata ipsa violet intercessione sua Romanum imperium: neu populus Romanus in se potissimum Dictatorem & jus Dictaturæ, provocationem recipiendo extinguat. Liv. libr.* 8. Quia verò Dictator sine provocatione creatus erat, nihil obtinuit clamor populi: sed cum consulare imperium provocationi obnoxium per legem Valerii factum esset, ne unus quidem Volero Publius de plebe homo, nec ulla alia re conspicuus, quam quod ordines duxisset, à lictore spoliari, & jussu Consulis virgis cædi potuit, modò illud dixisset: *Provoco ad populum*, & iterum: *Provoco & fidem plebis imploro. Adeste Cives, adeste Commilitones.* Quò enim infensius circumscindere & spoliare lictor, eò pertinacius sese objiceret plebs adeò, ut Consules, qui se tempestati obtulissent, experti parum tutam Majestatem sine viribus esse, violatis lictoribus, fascibus fractis, è foro in Curiam compulsi fuerint, incerti, quatenus Volero exerceret victoriam. *Livius lib.* 2. Est

12. *Quantum in provocatione sit situm.*

 enim

enim provocatio & creatio Magistratuum, unum ex præcipuis Majestatis juribus, & proinde legibus Valerii acerrimum telum datum fuit inchoatæ Democratiæ, eædemque in perfecta sæpius repetitæ, & quidem, quod notabile reputat Livius *libr.* 10. semper à familiâ eadem. Inchoatam dico, cum patres & Magi-

13. *Pleraq; iura Majest. patres adhuc retinuisse.*

stratus patritii cætera jura huc usque illibata retinerent, nec populus quidem ad creationem Magistratuum conveniret, nisi auspiciis & jussu Curulium Magistratuum nec de ulla re constituere poterat, nisi in casu, cum scil. provocatum esset. In ipsa gliscente seditione ob nexos solvendos non conveniebat populus ad corrigenda Senatus decreta, sed Servilium Conf. qui invidiâ Collegæ popularis videri volebat, circumsistebant, postulantes, ut aut referret ad Senatum, aut ut auxilio esset Con-

14. *Subsperie Aristocratia.*

sul civibus suis, Imperator Militibus. Etiam de bello fœderibus semper ad Senatum, nunquam ad populum relatum est, ut cum Latini Volscorum Hernicorumque defectionem Romanis denunciassent, relatâ re, ad Senatum, captivorum sex millia Latinis patres remiserint, & de fœdere rem ad novos magistratus rejecerint, nulla habita ratione populi. *L. V. libr.* 2. Nec quicquam patribus extortum huc usque aut præreptum fuit, nisi per vim & seditionem, ut quidem Florus *lib.* 1 prolixè exhibet. Unde Valerius *in orat. contra App.* Claudium, Aristocratian patribus large concedit, & Claudius *in Apolog.* sibi propositum dicit, Democratiæ ingruenti pro viribus obsistere, acceptamq; à Majoribus Aristocratiam pertinaciter tueri. Halycar. *libr.* 6. Bruti oratio, quam de constituendo statu Reipublicæ habet *apud Haly. ar. libr* 4. non alio tendit, quam ut regium imperium retineatur, invidia devitetur, quod tum fieri posse putat, si nomen Regis deleatur, invidiosus apparatus tollatur, & potestas summa inter duos dividat[illegible] Hoc igitur tempore ab anno 245. quo Valerius Publicola leges de provocatione tulit, usque ad annum 260. quo Sicinio quodam autore, in Sacrum Montem, trans Anienem amnem secessio facta est, per annos quindecim (*ut computant Oros. libr.* 1. *cap.* 5. *Eutrop. lib.* 1. *cap.* 3. *Euseb. in Chronic.*) nullo confirmato statu viguit Respublica, sed inter Aristocratiam de die in diem magis lapsuræ

similem, & Democratiam [illegible] choatam ambigua [illegible] tionibus, quibus ad mut[illegible] Respubl. obnoxiæ sunt, nunqua[illegible] do patres jus universum retine[illegible] ro seu plebeii cum provocatio[illegible] tuum creatione cætera quoqu[illegible] ra in se transferre laborabant, [illegible] sionem plebi concessi sunt prop[illegible] tus, qui libertate sua per lasciviam a[illegible] loq; Tartara miscentes, in determina[illegible] chiam & prolapsam Democratia[illegible] blicam deduxerunt, quandoq[illegible] tionibus & discordiis cessat[illegible] n[illegible] tequam novi magistratus om[illegible] bus eripuissent, & vel plebi pr[illegible] vel Senatu fecissent communia. D[illegible] dem inter patres & plebem fuit, ex[illegible] mulus Centum patres legit, & pro[illegible] rum patritiorum nomine honor[illegible] lius Consul in concione plebem [illegible] præcipuam civitatis partem a[illegible] publica distinguit, quemadmodum [illegible] ter populum & plebem distin[illegible] vant, qui ex curâ loquuntur no[illegible] universos cives, nomine plebis [illegible] complectentes, qui à Nob[illegible] stinguuntur, *Mercer. lib.* 2 *Op*[illegible] *Dd. ad l. plebs est.* 238. *in pr. de V. S.* [illegible] *Lex est.* 4. *Inst. de jur. nat. g nt.* [illegible] *stin. lib. de ll. c.* 3. Cæterum post[illegible] que magistratus plebi a[illegible] sultam distinctionem secuta f[illegible] cum seditionibus domesticis q[illegible] publicam quasi in duas distra[illegible] bunos increpat Quintius Cin[illegible] *plebem a patribus q. partem* [illegible] *sibi patriam, & distinctam R*[illegible] *Senate constituant* & Hetru[illegible] co[illegible] mittebant victoriam, *quod jam d*[illegible] *ex una facta: sui cuique parti* [illegible] *leges essent. Livius lib.* 2. quo [illegible] multò post utebantur Volscorum [illegible] Duces, belli cupidi, delectum [illegible] si nō posse, abnuente jam p[illegible] *pro cōmunis jam patria Romam* [illegible] Quintius Consul increpan[illegible] inquit, *unam urbē habere* [illegible] *nem hanc esse, patria lic*[illegible] *ulla insignior contumelia pot*[illegible]

civitatis velut contaminatam haberi? Item: *Dirimitur societas civilis, & duæ ex una civitate fiunt.* *Livius lib.* 4. Usq; adeò enim tribuni omnia plebis faciebant, ut, querentibus patribus, nihil in civitate, præter plebem esse crederent, & Volero tribun. pl. etiam à comitiis, quæ creandis tribunis indicebantur, patres lege lata summoveret, eaque arte patritiis omnem potestatem per clientum suffragia creandi, quos vellent, tribunos aufferret. *Livius lib.* 2. Quam patrum à plebe funestam divisionem reprehendens Cato *in Lal. Cic. Videre jam videor*, inquit, *populum Romanum à Senatu disjunctum: Multitudinis arbitrio res maximas agi.* Et Plato ait, *libr.* 8. *de Republ.* dum ad se omnia rapiant divites, duas enasci civitates, alteram divitum, alteram pauperum, qui utut easdem sedes incolant, eo tamen sunt alij erga alios animo, ut sibi invicem struant insidias. Tum demùm enim Democratia benè habet, quando universi cives, ignobiles juxta ac nobiles, ex æquo Rempublicam participant, 4. *Polit. cap.*4. quam Politiæ nomine ut plurimùm exprimit Aristot. 3. *Polit. a c.* 5. *usq; ad c.* 10. & *in pr. lib.* 4. *c.* 8. Polybius verò *lib.* 6. & Plato *in Polit.* Democratiæ vocabulo præcipuè contineri censent. Nec enim dubium est, quin corruptus Reipublicæ status sit & contra naturam, ubi plebs, seu *forensis factio*, ut ait Livius *lib.*9. *in fin. Thusci turba impia vici*, ut Iuven. Nobilibus & virtuti innutritis viris dominantur, quo quidem dicterio Atheniensium conciones excepit Anacharsis, ridiculum sibi videri dicens: *Sapientes rem ad deliberationem proponere, stultos vero & furiosos decernere*, *Alex. ab Alex. lib.* 4. *gen. dier. c.* 4. cum tamen Senatores à concionibus illic seclusi non essent. *Quid enim rectè homo imperitus atq; abjectæ fortunæ faceret*, ait Agrippa *apud Dion. lib.* 25: cui *rem fidemq; in unis manibus sitas esse* dicit Salust. *in Iugurt.* Plato etiam 3. *de ll.* contra naturam fieri censet, ut ignobiles nobilibus, Servi Dominis, Deteriores Melioribus, Imperiti Sapientibus imperent. Et App. Claudius contra Valerium: *Quid mirum, si deteriorum imperium detrectemus, & Aristocratiam a Majoribus traditam pessima omnium Rerumpub. nimirùm Democratia antefiramus. apud Halycar. lib.* 6. In hanc verò partem Rempub. Romanam rapere annisi fuerunt tribuni pleb. postquam inter patres & plebem, plebejos & patritios magistratus divortium fecerunt. Manente enim hoc discrimine, ipsi quidem se plebemque contra curulium magistratuum jussa & Lictorum prehensionem, multitudinis confidentiâ facilè tutati sunt, patres verò ipsos interim impunè invaserunt, ante curiam excubantes, nec quicquam inde edici passi, cui nomen Tribunorum assignatum non esset, adeoq; rem eò per multas seditiones & longas injurias deduxerũt, ut quicquid plebs tributim jussisset populum universum, seu omnes Quirites teneret. Evasit tum status hic prorsus Democraticus, sed vitiosus, & proinde perpetuis seditionibus obnoxius, quod est certum malæ constitutæ Reipublicæ indicium, quoniam, ut ait Plato *lib.* 8. *de Republ.* & ex eo Aristot. 5. *Polit: quemadmodum corpus valetudinarium facilè ab externa causa in morbum protrahitur, aliquandò à se capit initium mali, licet nihil aliunde patiatur: Ita civitas malè constituta, ex parva occasione ægrotat & intestinis adversus seipsam discordiis conflictatur: imò etiam absq; his externis incommodis agitatur atq; percellitur.* In proba enim & quieta Democratia pari jure debuissent venire patritij cum plebe. Hic verò administratio quidem data fuit Senatui, Consulibus, & Prætoribus, sed precaria & cum provocatione ad plebem. Illam verò superiorem & Dominum esse Reipublicæ, cujus arbitrio cæteri subjaceant, & sæpius supra dictum fuit, & res ipsa manifestum facit.

20. *Causa seditionum in Rep. Rom.*

Ut verò hoc ipsum, quod proponere cœpimus, manifestius evadat & per partes deducatur, ab anno, quo supra substitimus, progredientes, quid juris indultum fuerit ab initio Tribunis, quidve ipsi sibi subinde usurparint, & à Senatu ad plebem transtulerint, quid denique apud Senatum & Consules ex veteri forma remanserit, speciatim considerabimus. Mutari enim ceptam Reipublicæ formam post creatos tribunos, ipse Livius testatur *li.*3. quando Tribunorum calumnias enarrans, sic ab iis dictitatum scripsit: *Interficiendorum tribunorum consilia inita: Id negotij datum ab Senioribus patrum, ut juventus tribunitiam potestatem e Republica tolleret, formaq; eadem civitatis esset, quæ ante Sacrum montem occupatum.*

21. *Mutatam esse formam Reipub. post tribunos pl.*

patrum fuerat, & Mart. Coriolanus idem innuens ait: *Si annonam veterem volunt, jus pristinum reddant patribus. Ibid.*

22. *De Tribunis plebis.* Creati autem erant tribuni non alio fine, quàm *auxilij causa*, ut ait Cicero *pro Quint.* seu ut Livius *lib. 2. Concessum est in conditiones, ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilij latio adversus Consules esset, neve cui patrum capere eum magistratum liceret.* L. Sextius, & C. Licinius tribb. pleb. quando alterum Consulum ex plebe fieri urgent, confitentur, *Imperium penes Consules, penes se auxilium tantum esse: nisi imperio communicato, nunquam plebem in parte pari Reipub. fore. Liv. lib. 6.* Plutarch. *in probl. Rom.* quærens, quare tribuni, creato Dictatore, non abirent ab officio, perinde ut magistratus cæteri, negat eos inter magistratus censeri, quod sine auspiciis crearentur, & imperio carerent, quod luculenter docet Gellius *lib. 13. c. 12.* admirans, quam ob causam Tribuni, qui haberent summam coercendi potestatem, jus vocandi non habuerint. Id enim inde deducit, quod Tribun. pleb. antiquitus creati videntur non juri dicundo, nec causis querelisque de absentibus noscendis: sed intercessionibus faciendis, quibus præsentes fuissent, ut injuria, quæ coram fieret, arceretur. Ac propterea jus ad se vocandi ademtũ. quoniam ut vim fieri vetarent, assiduitate eorum, & præsentium oculis opus erat. Nam cum intercessionibus Tribunitus delectum in urbe impediri adverteret Quintius Cincinnatus, extra urbem minitatus est se exercitum, juramento nondum solutum, ducturum, ubi Tribunorum voces non magis valituræ essent,

23. *Nec intercedere potuisse nisi in urbe.* quam Consulum valuissent in foro: & Cn. Manlius in Castris legem tulit de vicesima eorum, qui manumitterentur, cujus patres auctores fuerant, ut inopi ærario aliquid afferrent solatij. Quo exemplo moti tribuni, ne quis postea populum sevocaret, capite sanxerunt: Nihil enim non per milites juratos in Consulis verba, quamvis perniciosum populo, si id fieret, ferri posse. *Liv. lib. 7.* Nam & Camillus D[illegible] toti minitabatur, si pergerent tribuni Sacramento omnes juniores adactu rum, exercitumque extemplo ex Urbe dedu cturum, *Liv. l. 6.* & Titum [illegible], qui coloniam deduxerunt Ardeam, An. 313. cum sibi diem a

tribunis pl. ad populum [illegible] quod divinis socios ad [illegible] nes tribunitias, in comitia m[illegible] re. *Livius lib 4.* [illegible] in exe[illegible] est longo intervallo post [illegible] cum Liternum secedere[illegible]. Quod [illegible] Tribuni ab initio jus vocandi, [illegible] nititur, non habuerint, exemp[illegible] tistij & autoritate M. Varron[illegible] *abunde* patet. Cum enim [illegible] Tribuni pl. adversus Labeo[illegible] lianum ad eum misissent [illegible] lieri responderet: jussit eum [illegible] redire, & Tribunis dicere [illegible] *neque se, neque alium quen*[illegible] *cum moribus Majorum Trib.* [illegible] *haberent, vocationem non* [illegible] *tur eos venire, & prehen*[illegible] *candi absentem jus non hab*[illegible] *21 rer. human.* de ea re sic m[illegible] *stratu habent alij vocation*[illegible] *nem, alij neutrum. Vocation*[illegible] *teri, qui habent imperium.* [illegible] *Trib. pl. & alij, qui habent v*[illegible] *cationem, neque prehensionem, ut Q*[illegible] *cæteri, qui neque Lictorem habent* [illegible] *rem. Qui vocationem habent,* [illegible] *re, tenere, abducere possunt, &* [illegible] *ve adsunt, quos vocant, sive* [illegible] *Trib. pl. vocationem habent* [illegible] *nus multi imperiti, perinde* [illegible] *sunt usi. Nam quidam non m*[illegible] *etiam Coss. in rostra vocare* [illegible] *Triumvir vocatus a Por*[illegible] *ctoribus principibus, & ve*[illegible] *Tribunus cum essem, vo*[illegible] *neque vocatum a Coll.* [illegible] tilla tum erat recens n[illegible] potestas, ut saltem oppress[illegible] jurias Consulum intercedend[illegible], p[illegible] ve, opem ferrent, seu, ut ex[illegible] xim. *lib. 2. cap. 2. pro commo*[illegible] *rent*, & *in imperiis compo*[illegible] *sent. Tribunitia potestas*, ajunt [illegible] *lij ar. lib. 10. ideo recepta* [illegible] *oppressis opitularetur, a*[illegible] *nis, plebi de Consule alique*[illegible] *tere, ut id ne in infimum qu*[illegible] *dinis* [illegible] *SCto ha*[illegible]

Ut primum vero [illegible]

vis in extremam saltem potestatis lineam, se se ingesserunt, experti sunt patres, quam verè postea dictum sit à Catone *in orat. pro l. Opp. Extemplo simul pares esse ceperunt, superiores erunt*, aut ab ipso Arist. 3. *Pol. c.* 6. *Qui jus quoddã ex parte afferre habent, jus se afferre omnino existimant, & per omnia aquales esse affectant, quos una libertas in quodam aqualitatis gradu constituit.* Et *Certum est*, ajunt patres ipsi *apud Livium lib.* 4. *in princ. Majores quoque si deCim.ssent, concedendo omnia, non mitiorem in se plebem, sed asperiorem, alia ex aliis iniquiora postulando, cum prima imperasset futuram, primò quamlibet dimicationem subituros fuisse potius, quàm eas leges sibi imponi paterentur.* Id quidem suaserat App. Claudius: *Si prima postulata concesseritis, quod sic expedire Videatur, mox accersitis Vobis aliquod molestius à superbo Victore, quasi illa prima Vobis sint terrore expressa, donec postremò urbe pellamini, sicut in aliis multis civitatibus accedit, & novissimè Syracusis, ubi Geomori à clientibus pulsi sunt. apud Halyc. libr.* 6. Sed cum obsequeretur nemo, eventus divinationem paulo post probavit. Tertio enim, ex quo nati erant, anno statim diem dixerunt Martio Coriolano, annonam non prius plebi concedere volenti, quam jus pristinum patribus reddidissent, quod quia contra jus & supra autoritatem plebeij magistratus fiebat, contemtim audiebat Martius, *Auxilij non pœnæ jus datum illi potestati, plebisq; nõ patrum tribunos esse* dictitans, quod & Appius Claudius vigesimo anno post Lectorio tribuno pl. patritios juvenes, qui viatori minimè cedebant, prehendi jubenti, objiciebat: *Non esse jus tribuno in quenquam, nisi plebejum*, creditúq; fuit divina vindicta periisse Genutium, quod adjutore Q. Considio T. Menenio, Agrippæ, cujus beneficio restituta plebs, eos ipsos quibus tum sæviebat, magistratus, eas leges habebat, filio & Sp. Servilio, à Consulatu abeuntibus, diem dixisset, & altero anno post abeuntes, magistratu L. Furium & C. Manlium Coss. prehendisset. Cum de promulgatione legis Terentillæ certaretur, & tribuni populum discedere jussissent, non patiebantur, se patres summoveri, quod tribunorum imperia nihil ad se attinere putarent. *Liv. lib.* 3. imò Lectorium ante turbarat Appius Consul, cum diceret: *Nec summoVere quidem pro imperio posse tribunum, more majorum, quia ita dicatur: Si Vobis Videtur, discedite, Quirites. Liv. lib.* 2. Ex libro Lælij Felicis ad Q. Mutium recenset Gellius: *Tribunos non adVocare patritios, nec ad eos de ulla re posse referre. lib.* 15. *c.* 27. Interim pergebant tribuni, & seditiosa multitudine stipatijus unum invadebant post alterum. Nam accusatis, de judicio plebis, multam & supplicium rrogabant. Martium Coriolanum in exilium coegerunt, post cujus condemnationem, *ut ait Halycar. lib.* 7. ἐξεχάρη δ᾽ ὁ δῆμος ἤδη μέγας ἐκ τῆς δυνάμεως πολὺ τῶν ἀρχόντων ἀξιωματικὸς ἀπέβαλε. T. Menenio, cum capitis inquisiissent, duo millia æris damnato mulctam edixerunt quæ in caput vertit. Servilius periculum audacia discussit. Furium & Manlium eripuit sive inopinus, sive à patribus procuratus Genutij casus; Appij Claudij damnationem prævenit mors rei: atque jam tum, cum adhuc de jure suo patribus constabat, Q. Fabius præfectus urbis confessus est, *nihil non tribunitia potestati licere: Si quid Consules superbè in aliquem civium, aut crudeliter fecerint, diem dicere, accusare his ipsis judicibus, quorum in aliquem sævitum sit. Livius lib.* 3. *in pr.* Imò Quintius ipse Consul: *Si culpa in nobis Coss. est, auferte imperium indignis, & si id parum est, insuper pœnas expedite.* Quintio Cæsoni A. Virginius capitis diem dixit, & pecuniam, qua aufugientem in exilium vadatus erat: crudeliter adeò à patre exegit, ut is divenditis omnibus bonis, aliquandiu trans Tyberim veluti relegatus, devio quodam in tugurio viveret. Decemviris in exilium conjectis, bona omnium tribuni publicarunt, Claudio quoq; & Oppio extremũ supplicium minitati, nisi in vinculis ante diem judicij expiassent. T. Romulius & C. Veturius Coss. magna patrum indignatione damnati sunt, ille decem millibus æris, hic quindecim, quod prædam in Algido partam propter inopiam ærarij vendidissent. Minutium perfectum annonæ, quod falsis criminibus Sp. Melium circumvenisset, & Servilium Halam ob cædem civis indemnati, reos egit ad populum Sp. Melius tribunus pleb. quæ tamen accusatio, auctore ipso populo, vana fuit. M. Posthumius decem millibus gravis æris damnatus, T. verò Quintius in gratiam patris Cincinnati

28. *Sed mox non tantum accusasse, sed prehensos eos condemnasse.*

cinnati absolutus, uterq; ea de causa accusatus, quod eorum opera ad Vejos male pugnatum esset, id quod C. Julius C. Sempronio quoq; Atratino Consuli objiciebat, quod nec in tempore inisset pugnam, nec firmasset præsidiis aciem, nec ullo boni Consulis contra Vejos functus fuerit officio, & quanquam L. Hortensius precibus militum & quatuor collegarum cessisset, tamen tertiò à M. Canulejo, Pompilio & Antistio, tribb. pl. repetita actione, quindecim millibus æris damnatus est, nequicquam omnia expertis patribus, ut plebem mitigarent. Servius & Virginius ex eodem capite in jus rapti à C. Trebonio trib. pl. quod discordia perdidissent exercitũ, quindenis millibus æris damnati sunt. A. Virginius & Q. Pomponius, nec vitæ crimine ullo, nec gesti magistratus accusati, præterquam quod gratificantes patribus rogationi tribunitiæ intercessissent, pessimo exemplo innoxij denis millibus gravis æris condemnati sunt. Marcum Manlium, quantumvis popularem vitum, sed patritiæ gentis, tristi judicio populi damnatum, de saxo Tarpejo, tanquam perduellionis & affectati regni reum, tribuni ipsi dejecerunt. M. Furius Camillus à L. Apulejo trib. pl propter prædam Vajentanam in jus vocatus, cum in exilium abiisset, absens quindecim millibus gravis æris damna-
29. *Imo ipsos dictatores & censores.* tus est. Ne ab ipsa quidem Dictatoria Majestate abstinuit se furor tribunitius, quin intercessione sua Papyrii de Fabio Magistro Equitum judicium impedire, & pro imperio reum absolvere vellet. *Livius lib.* 8. Furium item Camillum eò adigeret, ut se magistratu abdicaret, cum frustrà se contra leges Sextij & Licinii tendere deprehendisset. *Liv. lib.* 6. quæ fortuna paulo post manit L. Manlium. *Liv. lib.* 7. nec ab auctoritate Censoria, quin C. Bebius trib. pl. C. Claudio & M. Livio propter dissors famam alterius mutuò inquinandi certamen dicm ad populum diceret, quæ tamen res consensu patrum discussa est, *ne, ut* inquit Livius *lib.* 29. *in fin. postea obnoxia populari auræ censura esset.* Appio Claudio Censori [illegible] negant P. Sempronius tribun. pl. obstitit: *Nisi* [illegible] *Aemulia paruerit, in vincula* [illegible] *duci jubebo.* Nec mora, cum is cavillando legem eluderet, approbantibus sex collegis, prehendi Censorem, & in vincula duci jussit, quem vix trium tribunorum [illegible] inde exemit. *Livius libr.* 9. P. Furium [illegible] Atilium L. Metellus, privatam nom [illegible] excitatus, peracta censura accusavit [illegible] novem collegarum intercessio liberavit [illegible] Scipio verò Africanus, die ei dicta, ut q[illegible] ajunt, à Q. Petilio Acteo trib. pl ut qu[illegible] à Nævio, quod præda ex Antiocho [illegible] rium fraudasset, posteaquam [illegible] vocatus in rostra: *Hac die* [illegible] *qui* [illegible] *Carthaginem vici, & prosequente* [illegible] *pitolium ascendit.* Inde, ne am[illegible] nis injuriis vexaretur, in voluntarium [illegible] Linternum concessit, incertum ib[illegible] defunctus. L. Scipio Asiaticus frater A[illegible] eodem peculatus crimine a[illegible] tusq; in vincula & carcerem jam trahe[illegible] nisi Tib. Sempronius Gracchus trib [illegible] ante Scipionis inimicus erat, interc[illegible] *rus Epit.* 38. L. Licinius Lucullus & A. P[illegible] mius Albinus Coss. ab iisdem tribu[illegible] cercem conjecti sunt, quod delectum severe agerent, nec quenquam gratia dimitte[illegible] *Flor. Epit. lib.* 48. Quam ob causam L. M[illegible] lius Dictator non tantùm à Di[illegible] ctus, sed & post abdicationem à M. [illegible] nio trib. pl. ad populum reus olim a[illegible] ar non dubio periculo condem[illegible] stica filij audacia tribuno silentium e[illegible] *Livius lib.* 7. Eadem fortuna m[illegible] Cornelium Nasicam, cui cognomen [illegible] fuit, ab irridente Curiatio tribuno [illegible] tum, & Junium Brutum Coss. q[illegible] perrarent tribuni, ut sibi denos, [illegible] milites eximere liceret, iidem C. M[illegible] damnatum & sub furca diu vir[illegible] sestertio nummo ven[illegible] dedere [illegible] citum in Hispania d[illegible] tulisset [illegible] Tiber. Sempronius Gracchus C. An[illegible] Consulem contra legem Agrariam e[illegible] in lucem à Graccho revocatam, c[illegible] tem ad populum rapuit, *plebis* [illegible] *Epit.* 58. *de. ult.*, non dubius d[illegible] condemnatione, nisi astus pat[illegible] anni tribunatum ejus morte an[illegible] ip[illegible] sueto jam contra tribu[illegible] medio, quo & contra Ge[illegible] unum a[illegible] 440 & contra M. L[illegible] Diu[illegible] nis p[illegible] es [illegible] C. A[illegible] beo [illegible] b. Q. Me[illegible] Ce[illegible] a

[illegible]o

quo in Senatu legendo præteritus erat, de saxo dejici jussit, nec quicquã defuit executioni, quàm quod cæteri tribuni intercessione illud inhiberent: *Florus Epit. 59.* Effecit verò Marius, ut Cæcilius Metellus in vinculis esset, *Plutarch. in Mar.* & P. Sulpitius tribun. pleb. auctore eodem Mario Q. Pompejo & L. Syllæ legibus suis adversantibus vim intulit, occiso Pompeij Consulis filio, genero Syllæ. *Florus Epit. 77.* M. Cato, cum legem impediret, quâ provinciæ Consulibus in quinquennium, Pompejo Hispania, Crasso Syria & Parthicum bellum, Cæsari Gallia & Germania dabantur, à C. Trebonio tribun. pleb. auctore obtorto collo è foro raptus & ad locum ductus est, quod Tusculanum appellatur. *Plutarch. in Catil. Utic. Florus Epit. 105.* Philippum Consulem ausum obrogare legibus tribunitiis apprehensum faucibus, viator tribuni non ante dimisit, quam sanguis in ora &
30. oculos redundaret. *Florus libr. 3. cap. 17.* Infinitus essem, si quoties nobilibus, aut privatis viris dies dicta & judicium factum sit à plebe, auctoribus tribunis, adversante Senatu, ex regestis antiquitatis huc ingerere vellem, quanquam ex Majoribus ad minora facile est consequentiam texere. Qui enim parcant alicui ex minoribus gentibus, qui non dubitarunt Dictatores, Consules, Censores, capita majorum gentium invadere? In milites, occisores Posthumij, quæstio SCto rejecta fuit ad tribunos & plebem, ut plebs præficeret quæstioni, quem vellet. A plebe consensu populi negotium mandatum fuit Consulibus. *Liv. li. 4.* Legatos audire & de fœderibus ac religionibus decernere ut plurimum solitus fuit Senatus, & tamen, cum Fabij Ambusti tres filij contra jus gentium in Gallos pugnassent, quæstio de horum capitibus ad populum rejecta fuit. *Livius lib. 5.* Q. Fabius Gurges, Q. Fabij filius aliquot matronas ad populum stupri damnatas, pecunia multavit. *Liv. lib. 10.* M. Flavius universos Tusculanos capitis ad populum accusavit, quod Veliternis ac Privernatibus rebellantibus ope & consilio affuissent. M. Fundanius & L. Villius Tappulus ædiles plebeij aliquot matronas iterum probri accusarunt *Liv. lib. 25. in prin.* Cum vero supremum de capite non dico civis, sed supremi magistratus judicium ferre, quod ad solum Comitiatum maximum pertinere dixit Cicero *lib. 3. de ll.* unum sit ex iis, quibus majestas definitur, non est dubium, quin hoc ipso Majestas transierit ad plebem, cujus Magistratus fuisse tribunos, suprà diximus.

[margin:] ... jussi ... entia.

Nec verò in hoc capite tantum quievit potestas tribunitia, sed totam vim sciendarum legum & abrogandarum, in qua collocatur primum & præcipuum jus Majestatis, nec non arbitrium privilegiorum ac dignitatum ad populum, imò aliquandò ad solam plebem traxit. Vi quidem, & sediriosis trans Anienem, in Aventinum, in Ianiculum secessionibus pleraq; extorsisse plebem fateor, idque confitetur M. Manlius, quando inde argumentum capit armandi in patres plebem: *Omnia adhuc quantacunque petistis, obtinuistis seu vi seu fortuna vestra. Tempus est etiam majora conari. Numerate saltem, quod ipsi fuistis, quod adversarios habeatis: Quot enim clientes circa singulos fuistis patronos, tot nunc adversus unum hostem eritis: Ostendite modò bellum, habebitis pacem. Videant vos paratos ad vim, Ius ipsi remittent:* Nec non Sextius & Licinius tribun. pleb. increpant plebem *Se ipsam plebem & commoda morari sua, liberam urbem ac forum a creditoribus, liberos agros ab injustis possessoribus extemplo, si velit, habere posse, nec ad consulatum invadendum quicquam superesse, præter constantem voluntatem, & leges, quæ id jubeatur, promulgationem.* Vi igitur & de facto fateor pleraque jura patribus ademta & ad plebem populumve tracta fuisse, ut Tacitus docet *lib. 2. Annal.* quando *XII. tabulas altas leges secutas, etsi aliquando in maleficos ex delicto, sæpius tamen dissensione ordinum, & apiscendi inlicitos honores, aut pellendi claros viros, aliaq; ob prava per vim latas esse* scribit: sed sicut de facto ejecti erant Tarquinij, ita totius Reipublicæ mutatio facti est, & non aliunde æstimanda. Nec id hoc loco quæritur, quo jure in possessionem Majestatis populus plebsve venerit, sed quantum de Majestate ad se traxerit. Ne Cæsares quidem alio, quàm belli jure, quod maximam partem in facto consistebat, Rempublicam invaserunt, & tamen Monarchiam condiderunt, quam Senatus populusque nolentes volentes lege Regia post factum confirmarunt, perinde ut in hac quo-

[margin:] 31. Quando & quomodo leges ceperit plebs ferre.

[margin:] 32. Quæstionem hanc esse Facti, non Iuris.

quoque Reipublicæ ab Aristocratia ad Democratiam mutatione factum esse dicimus. Anno enim decimo post creatos tribunos pl. cum triennio ante Sp. Cassius Consul, pravo exemplo, legis Agrariæ dulcedine animos civium inescasset, tribuni pleb. idem invitamentum secuti ceperunt popularem potestatem populari lege celebrare, & quas patres negaturi videbantur, largitiones plebi per se suo scito diripiendas obtulerunt, quod fuit initium legislationis ad plebem traduci cœptæ. Nam ne statim traduceretur, prohibuit autoritas patrum, quæ legis promulgationi multos annos intercessit. Nec prudentius quicquam in medium consulere potuisset Cæso Fabius, quam ut occuparent patres ipsi, priusquam quisquam legis Agrariæ tribunus auctor existeret, suum munus facere, captivumque agrum plebi quàm maximè æqualiter darent, quod tum quidem ab Senatu neglectum fuit, sed recrudescentibus Tribunorum flagitationibus à Q. Fabio Cons. anno duodecimo post, observatum, cum Antium propinquam, opportunam & maritimam urbem Coloniam deducendam, censeret, & agrum à Volscis, auspitiis T. Quintij captum colonis distribueret. Non tantum enim Senatus plebem spontaneo & nequaquam coacto beneficio sibi reconciliasset, quemadmodum, cum militibus primum è publico stipendium decretum esset, à tribunis ad curiam se recipiebant, eò cumulatiorem gratiam patribus apprecantes, *quod hoc beneficium ultrò sibi oblatum esset, non a tribunis pleb. agitatum, non suis sermonibus efflagitatum*, & L. Mamilius, Dictator, Thusculanus, obsessio ab Exulibus Capitolio, non expectandum dicebat, donec Roma legati, suppetias oratum veniant, *demerendam beneficio, tam potentem, tam propinquam urbem. Liv. lib. 3.* sed & ferendis legibus populum non assuefecissent, nec illi audaciæ viam aperuissent. Sic enim *Anno V. C.* 326. legem de mulctarum æstimatione pergratam populo, cum ab tribunis parari Consules unius ex collegio proditione excepissent, ipsi præoccuparunt ferre. *Anno V. C.* 337. Oportunè S natus, priusquam ab tribunis pleb. agrariæ seditiones, mentione illata de agro Lavicano dividendo, fierent, censuit frequens co-

33. *Prudens consilium Cæsonis Fabij.*

34. *Principium legum a populo latarum,*

loniam Lavicos deducendam & coloni qui- dem ab urbe mille & quingenti [illegible] gera acceperunt. *Anno* 349. ante [illegible] rionem plebis tribunorumve decrevit [illegible] tus, ut stipendium miles de publico [illegible] ret, cum ante id tempus de suo quisque [illegible] functus munere esset. *Anno* 362. c[illegible] p[illegible] deliniendа esset ad antiquandam tri[illegible] rum rogationem, referentibus Co[illegible] SCtum factum est, *ut agri V[illegible]entani [illegible] jugera plebi dividerentur, nec patribus [illegible] tantùm, sed ut omnium in domo liberorum [illegible] pitum ratio haberetur, vellentq; in eam [illegible] liberos tollere.* *Anno* 421. Ut beneficio [illegible] venirent desiderium plebis, de colonia [illegible] cenda Cales retulerunt Consules f[illegible] que SCtum, ut duo millia quingenti ho[illegible] nes eò scriberentur. Tardè autem mor[illegible] que jam profundius immerso, quum [illegible] futura Medici manus applicari potu[illegible] ad hoc remedium confugerunt, quando qui[illegible] ab unius legis promulgatione proh[illegible] Tribuni, ut primum populum ad perferendas leges inductum conspexerunt, ad novam [illegible] gationem sese accinxerunt, *Si hæc non [illegible] feris, alia aggressuri visa.* In med[illegible]s e[illegible] lege Agraria altercationibus, Volero [illegible] de plebe homo, ad tribunatum extractu[illegible] vam ad populum rogationem tulit, *ut ple[illegible] magistratus tributis Comitiis fierent.* [illegible] magna res sub titulo prima specie [illegible] troci videbatur ferri, quæ licet p[illegible] mnem potestatem per clie[illegible] [illegible] creandi, quos vellent, tribunos, au[illegible] ut anno duodecimo post app[illegible] cra SCtum, quo censuerant patres, eosdem tribunos refici, esse contra Remp[illegible] dem tribuni, reclamantibus Co[illegible] ferendæ legis Terentillæ gratia, refi[illegible] juri tamen antiquo nihil deroga[illegible] N[illegible] minus Appius Claudius, cum l[illegible] videret, *graviores accipi leges* o[illegible] *quam in Sacro monte acceptæ sint.* Q[illegible] rò? Quia hæc prima Lex est, qu[illegible] Reipublicæ nimirùm plebs, [illegible] Republica libera tulit. Datu[illegible] om[illegible] convenienti sequuntur infini[illegible] lora prærupit equus, vaga[illegible] fin[illegible] cit, quam non sit, quo [illegible] e, [illegible] Statim enim exortus fuit C. T[illegible]

35. [illegible]

26. *Quâ viam aperuit futuræ Democratiæ.*

Anno 291. novennio post rogationem Voleronis, qui tudentem omnem uno impetu rupturus, omne imperium Consulibus abrogatum ivit, quando judicia & actiones eorum legibus populi alligare cogitans, *postquam per aliquot dies patrum superbiam ad populum criminatus, maximè in imperium consulare, tanquam nimium, nec tolerabile liberæ civitati, invectus erat, Nomine tantum minus invidiosum, reipsa propè atrocius, quam regium esse, quippe duos pro uno Domino acceptos immoderata infinitaq; potestate, qui soluti atque effrenati ipsi, omnes metus legum omniaque supplicia verterent in plebem, Tandem ne æterna illis ea licentia sit, legem se promulgaturum dixit, ut quinque viri creentur legibus de imperio Consulari scribendis, quod populus in se jus dederit, eo consulem usurum, non ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros.* Hoc quid erat aliud, quam Consules, & cum suis magistratibus universos patritios legibus & potestati populari subjicere? imò, quid aliud, quam cum potestate ferendi leges, etiam magistratuum creationem sibi sumere? siquidem non is creat magistratus, qui cives ad id nominat & à multitudine seligit, sed qui potestatem communicat & præfinit, quod in Consules hoc loco sibi dabat Tribunus. Certatum autem fuit de lege singulis diebus Comitialibus, non segnius resistentibus patribus, quam impigrè pro ea certabant plebeij, donec post novem annorum continuas contentiones, *Anno V. C.* 300. vetus rogatio versa fuit in novam, *ut si plebeja leges displicerent, communiter legumlatores & ex plebe & ex patribus, qui utrisq; utilia ferrent, quæq; æquandæ libertatis essent, sinerent creari.* Sunt qui putent, jussu tribunorum pleb. leges XII. tabulas à Decemviris ex rogatione Terentilla, scriptas, ab ædilibus promulgatas & in foro

37. *Quâ vires amiserint post creatos Decemviros.*

propositas fuisse, quanquam Livius Publicolis Valerio & Horatio Coss. id asscriptum cupiat. Multum quidem his legibus demtum fuit autoritati consulari, sed Decemvirorum Tyrannis, non tantum autoribus exitium, sed imperio patritio penè à fundamentis ruinam intulit. Non prius enim ad penates & patrios focos reflectere oculos voluit plebs, quam Democratiam, *plebis statum* vocat Livius conceptis verbis, fundatam haberet. Ibi ante reditum in urbem L. Icilius Senatui manus ligavit, plebiscito proposito, *ne cui secessio fraudi esset:* Mox M. Duellius legem consulibus imposuit, *ut provocationi obnoxij essent.* Utrumq; scitum est à sola plebe in pratis Flaminiis. Ut in urbem ventum est, duo populares Consules, ad hanc Tragœdiā de industriā subornati, nihil prius habuerunt, quam quo modo patrum jura imminuerent. *Omnium primum, cum velut in controverso jure esset, tenerenturne patres plebiscitis, legem centuriatis Comitiis tulere, ut quod tributim plebes jussisset, populum teneret. Liv. lib. 3. Halyc. li. 11.* Lælius Fælix *li. 1. ad Q. Mut.* Quin Hortensio Dictatori, qui populū ex Ianiculo reduxit, *Flor. Epit.* 11. post annos plus centum quinquaginta, autoritatis plebiscitorum acceptam fert, 28. *Quin plebiscitis addiderit vigorem legum.* dum ait: *Rogationibus tribunitiis ante patritij non tenebantur, donec Q. Hortensius Dictator eam legem tulit, ut eo jure, quod plebes statuisset omnes Quirites tenerentur,* & Iustin. *in §. Lex est.* 4. *in fin. Inst. de jur. nat. gent.* imitatione Pomponij *in l. 2. §. deinde cum esset. 8. de orig. jur. Plebiscita,* dicit, *lege Hortensia lata, nō minus valere, quam leges cepisse.* Sanctius quidem & postremò hanc legem sanxit Hortensius, sed quæ jam bis in eadem Republica lata erat, primum à Valerio & Horatio, Coss. *Anno* 306. repetita, deinde à Publio Philone Dictatore, *Anno* 416. cum is ab Aemilio, quem in Consulatu Collegam habuerat, in invidiam Senatus, à quo uterque magistratum in manum Dictatoris resignare jussus erat, Dictator dictus esset, & criminosis concionibus, legibusque popularibus, quantum posset, patribus demeret. *Livius lib. 8. Govean. 1. Var. cap.* 24. Quin & ante legem Hortensiam, non tantum Icilij & Duellij rogationes ad universum populum extendebantur, sed L. quoque Sextius, & C. Licinius tres suas leges, *de are alieno, & modo agrorum, & ut consulum utique alter ex plebe esset,* in concilio plebis promulgarant. *Anno* 387. nec dubium erat, quin duas priores pertulissent, nisi tribuni se in omnia, simul consulere plebem dixissent. *Livius lib. 6.* Saturninus trib. pleb. quasi his legibus nondum satis esset, id quoq; addidit, instinctu Marij, *ut in leges a populo latas, Senatus consulesq; jurarent, nec quicquam contra eas molirentur,* quod Marius

quidem suasor legis executus, sed Metellus patritiæ gentis maluit solum vertere, & absens à seditioso tribuno damnari *Plutarch. in Mar. num. 10. Flor. Epitom. 79.* Ut primum verò lex hæc perlata est, non immeritò Livius *libr. 3. tribunitiis rogationibus acerrimum telum datum, & plebem firmatam fuisse* dicit, quippe quibus tota Respublica in manus asserta fuit. Plebem autem, *sine patritiis, & Se-*

39. *Quid sit propriè plebs.*

natoribus ceteros cives, significare dicit Iustin. *§. 4. Instit. de jur. nat. gent.* seu, ut Cajus describit: *plebs est ceteri cives sine Senatoribus, l. plebs est 238. in princ. de V. S.* seu, ut Capito: *in qua gentes civium patritiæ non insunt, ap. Gell. lib. 10. cap. 20.* seu, ut Isidorus: *Vulgus sine senioribus civitatis. 9. Orig 5.* Huic destinata erant comitia Tributa, seu concilia plebis, ut vocare solet Livius & vocanda esse præter omnium Lælius Felix ap. *Gell. lib. 15. cap. 27.* quæ inibantur, sine auspitiis, quæ patres sibi propria arrogabant, ut consules respondebant Canulejo & Appius Claudius longè lateque disputat contra Sextium & Licinium, *Livius libr. 6. in f.* patritiisque clausa erant, prout Camillus Dictator innuit, quando ait: *Si C. Licinius & L. Sextius intercessioni colle-*

40. *Tributa comitia plebi dicata.*

garum cedunt, nihil patritium magistratum inferam concilio plebis Liv. lib. 6. Quod si tributorum Comitiorum, seu plebiscita etiam repugnante Senatu, tanquam altera civitatis parte, universam tenuerunt Rempublicam, & [illegible] est Dominus, qui potestatem ferendi leges sibi propriam fecit, non est dubium, quin a momento promulgationis

41. *Ex quo tempore fuit Democratia [illegible] apud Romanos.*

legis Horatiæ, *ab Anno U. C. 306.* quo plebs ex [illegible] in urbem revocabatur, Respublica evaserit popularis, ut eo sensu, quo Aristoteles accipere solet, omni jure dicenda sit Democratica, plus enim valuit autoritas plebis, quam patrum, plus roboris habuerunt plebiscita, quam SCta, ideoque ad plebem magis, quam patres res inclinari fuit. Nec [illegible], quod Respublica prorsus fuerit [illegible] quodque patres a consiliis in universum abstinuerint, sed quod plebis potestas plus valuerit, quàm patrum. Aliàs enim ab [illegible] vitio Rempublicam liberare non potuerunt, cum contra naturam sit, abjectæ [illegible] meliorbus [illegible] tionibusque, & quoties absque contentioni-

bus fuit, provocatio non desi[illegible] ad universum populum. *In* [illegible] *partem civitatis omnis* [illegible] *re,* dicebat Capito, *ap.* [illegible] Iustinianus: *plebs* [illegible] *genere.* Nam *appe*[illegible] *ves significantur,* [illegible] *tiis & Senatoribus §.* [illegible] *jur. nat. gent.* Sum[illegible] tis refert Cicero ad *Corn* [illegible] *3. de ll.* quæ *Centuriata Com*[illegible] tur & describuntur a Gell. [illegible] 15. [illegible] *quibus universus populus ex ce*[illegible] *per Cornicem vocatus suffra*[illegible] *quidem auspicato,* ut Camil[illegible] *orat. quâ cives in Urbe r*[illegible] *auspicatò agimus? Comiti*[illegible]

43. *[illegible] comitia centuriata.*

militarem continent: Centuri[illegible] *sules tribunosq; militares cre*[illegible] *catò, nisi, ubi adsolent, fieri* [illegible] *lib. 5.* Non tantum autem p[illegible] intererant, cum sine iis ausp[illegible] quam in Tributis, adhibe[illegible] pot[illegible] per primæ classis centurias, in [illegible] quique cum Clientibus [illegible] gia plebi non raro præ[illegible] [illegible] la Volero a sola plebe Tributis c[illegible] magistratus creari volebat, ne p[illegible] plius copia fieret, quos vell[illegible] creandi, & coacti fuerunt pat[illegible] Servio Tullio institutum, cate[illegible] ut forte Centuriam al[illegible]quam [illegible] *ti*[illegible]*vam* vocabant ex univers[illegible] rent, cui jus esset ante c[illegible] re, ne in prima classe p[illegible] teris crearent. Nam *Ann. U. C.* [illegible]

44. *[illegible]*

quam invitum plebi Fabium [illegible] propter Fabium novi[illegible]mum [illegible] præda militem frauda[illegible] mnationi consenserat, te[illegible] tres, ut cum L. Aemylio [illegible] sul crearetur, *Halic. libr. 1*[illegible] anno pervicerunt, ut Cæso[illegible] gis invitus alter plebi accu[illegible] L. Valerius Consul crearet[illegible] nio post, quanquam C[illegible] animos in se bello Vej[illegible] re tamen patres [illegible] latus maneret. Contra Vo[illegible] post, patres ad ultimum [illegible]

rem ventutam, App. Claudium Appii filium, jam inde à paternis certaminibus invisum infestumque plebi, consulem fecerunt. *Anno* 286 cum irata plebs interesse Consularibus comitiis nollet, per patres clientesque patrum, Consules creati T. Quintius, & Q. Servilius. *Ann.* 295. cum plebs contra auctoritatem Patrum suos tribunos refecisset, patres, ne quid cederet plebi & ipsi L. Quintium Consulem reficiebant, qui tamen honorem repudiavit, ne sui causa auctoritas Sctorum elevaretur. *Anno* 346. ut Menenium agrariæ legis resuscitatorem ab honore tribunor. milit. excluderent, indignante plebe, pro tribunis milit. Consules crearunt. *Anno* 362. cum plebs continuaret latoribus legis Treboniæ tribunatum, ulti dolorem patres, SCtum fecerunt, ut Consules, invisus plebi magistratus eoque annos quindecim intermissus de novo crearentur. *Ann.* 378. tribunos militares patritios omnes coacta plebs, principum opibus fecit, ne quicquam obstātibus rogationibus tribunorum. *Ann.* 400. & 401. cum aliquoties in campum descensum esset, multique per seditiones acti dies Comitiales, postremo victæ perseverantiâ Consulum plebis eò dolor erupit, ut tribunos, actū esse de libertate vociferantes, relinquendumq; non campum jam solum, sed etiam urbem captā atque oppressam regno patritiorum, mæsta plebs sequeretur, Consulesque relicti à parte populi per infrequentiam in comitiis peractis, ambos Consules crearent patritios M. Fabium Ambustum & T. Quintium aut M. Popilium. Quin & eâdem suâ præsentia, clientū dispositione cæterorum prehensatione, accurata persuasione multas tribunorum rogationes, partim longo tempore suspensas, partim prorsus irritas fecerunt. Quoties queso agrariam legem, vano conatu, diversis temporibus moverant Sp. Licinius, Tib. Pontificius, Q. Considius & T. Gennitius, M. Duellius & Cn. Siccius, Sextius, M. Menenius, Sp. Mecilius & Metilius, T. Sicinius Gracchi Apulejus Saturninus & infiniti alii? Quam diu agitata fuit lex Terentilla, de legibus imperio Consulari scribendis? & illa impudens rogatio, a novem tribunis *ann.* 310. excitata, *de Consulum* [illegible] *utro necessario ex pleb. eligendo*, quæ effectum sortita non fuit, ante annum 389. Quoties de nexis solvendis & de mendo fœnore relatum fuit? Totis quadraginta quatuor annis neminem ex plebe tribunum militum creatum fuisse, stomachantur Sextius & Licinius, licet interim non desitum esset pugnare, ut Consulum unus semper ex plebe eligeretur. *Liv. lib.* 6. Etiamsi tribuni intercederet, quò minus tributum ad publicum stipendium inferretur, exempla tamen & liberalitas tum patrum, tum Primorum ex plebe superavit interdicta tribunorum & plaustris æs grave in ærarium invectum fuit. Agitabant etiam tribuni plebem assiduis concionibus, ut relictis ruinis Urbis post expugnationem Gallicam, in urbem paratam Vejos migrarent, sed oratio Camilli & vox Centurionis oportunè emissa *Signifer, statue signum, hic manebimus optimè*, irritam rogationem fecit. Ex Sextii item & Licinii tribus legibus, priores duas de fœnore atque agro, omnes tribus jubebant, de plebejo vero consulatu tertiam abrogabant, quod hanc ad solos tribunos, illas ad universam plebem pertinere intelligerent. M. Flavii trib. pl. relationem, de puniendis Tusculanis quorum ope ac consilio Veliterni Privernatesq; populo Rom. bellum fecissent, omnes tribus præter Polliā abrogarunt. L. Scribonii trib. pl. rogatio in Sergium Galbam, precibus Q. Fulvii & ipsius Galbæ, cum se jam damnari videret, filios duos prætextatos cum filio Caii Sulpitii, cujus tutor erat, complexi & miserabiliter pro se lamentantis, antiquata fuit. Carbonis trib. pl. rogationem, ut eundem tribunum pl. quoties quidē vellet, creari liceret, Scipio Africanus dissuadendo irritam fecit. Iuliam, Cæsaris filiam, Pompeii uxorem invitis tribunis populus in campo Martio funerari voluit. *Plut. in Cæs.* Multum quidem poterant tribuni apud plebem, agitando, persuadendo, jubere verò nihil poterāt, cum magistratus tantū essent, ut confitentur quatuor illi tribuni, qui C. Sempronio Consl. contra Hortensium auxilium ferebant: *De Sempronio & de omnibus summam populi Rom. potestatem esse* dicentes, *nec se judicium populi tollere aut velle, aut posse*, *Liv. lib.* 4. Tota verò potestas jubendi & pro imperio sine provocatione cogendi populi propria erat, & patrum unà plebe, quos nomine populi, simul comprehendi, suprà diximus, & apparet ex eo quod tribuni plebis *Ann.* 331. comitia tribunis mi-

45. *Multas abrogasse multas tribunorum rogationes.*

46. *Multas irritas fecisse populum.*

47. *Eò, quia tribuni nihil erant, quam magistratus populi.*

litum & Consulibus creandis communia dicunt esse patrum & plebis, *ap. Liv. d. lib.* 4. Id quod Canulejus *in orat. sua* optima ratione ex natura probè constitutæ Democratiæ petitâ fieri debere contendit: *Utrum tandem populi Rom. an vestrum summum imperium est? Regibus exactis utrum vobis dominatio, an omnib. aqua libertas parta est? Oportet licere populo Rom. si velit, jubere legem.* &c. Nimirum si cives jus Democratiæ habuissent, quod Canulejus præsupponit, non aliter quieta fieri, aut probè componi poterat Respubl. quam ut ad æqualitatem, quæ huic debetur, reducatur, ut non tantum Horatius contra Xviros prolixè disputat, sed & Aristoteles ipse tradit, 3. *Polit. c. ult. c.* 1. 6. *Polit. cap.* 2. Cæterum, quia patres Ejectorum Regum jura ad se traduxerant, & jam à primis jactæ libertatis initiis possederant, prout Coriolanus *in orat. ad Volscos post Tarquinium Optimatum dominatũ invaluisse* dicit, *apud Halyc. lib. 8. post pr.* injuriã sibi fieri putabant, si ab eo jure, & possessione sine causa depellerentur, quemadmodum omnibus ferè diebus Comitialibus conquestos accepimus. L. Aemilio & Virginio Coss. *Ann.* 281. cum Genutius prioris anni consulibus diem dixisset, L. Furius & C. Manlius rei, circumeuntes non plebem magis, quam juniores patrum, suadent, monentque, *honoribus & administratione Resp. abstineant. Quod si Consulatus tanta dulcedo sit, ita animum nunc jam induant consulatũ captum & oppressum a tribunitia potestate esse. Consulis velut apparitoris tribunitio omnia ad nutũ imperiumq; tribuni agenda esse, si se commoverit, si respexerit patres, si aliud, quam plebem, esse in Republ. crediderit.* Eædem querelæ auditæ sunt, contra Horatium & Valerium Coss. cum legibus suis omnem Majestatem patrum deterrerent: *Ne Reges quidem Majestatem summi Ordinis imminuisse. Ne omnia sua potestatis implerent tribuni*, &c. Quintius, dum tribunos dissidium quærentes increpat, etiam particulatim jura enarrat, quæ Tribuni injuriã patribus eripuerint: *Tribunos pl. concupistis, concordiæ causa concessimus. Decemviros desiderastis, creari passi sumus. Decemvirorum vos pertæsum est, coegimus abire magistratu, manente in eosdem privatos ira vestra, mori atque exulare nobilissimos viros, honoratissimosq; passi sumus. tribunos pl. creare* [illegible] *voluistis, creastis. Consules facere* [illegible] *partium, etsi patribus videbamus iniquum* [illegible] *patritium quoq; magistratum plebi d*[illegible]*um* [illegible] *ri vidimus, auxilium tribunitium, pr*[illegible] *nem ad populũ, scita plebis in unctа* [illegible] *sub titulo æquandarum legum, n*[illegible]*stra* [illegible] *pressa tulimus & ferimus.* Cum n[illegible] ni rogationem primùm proponeret [illegible] *Ann.* 310. ut populo potestas esset, seu de [illegible] seu de patribus vellet consules facien[illegible] *fieret*, ait *Liv. libr. 4. in pr. non vulgari* [illegible] *cum infimis, sed prorsus auferri a prim*[illegible] *ad plebem summum imperium credebant* & [illegible] eadem contentione patres jus ac Ma[illegible] sibi ademtam, conceptis verbis [illegible] que injuriam quam maximè ubiq; [illegible] lant. Præterea verò erepta pa[illegible] tam ad universum populũ, in quo æq[illegible] potestate cum plebe concurrissent patres, quam ad plebem solam traduxerunt [illegible] à patribus contra triumphum Ho[illegible] & V[illegible] *Ann.* 306. rectè disputatum fuit. *Ne* [illegible] *omnia tribuni potestatis sua implerent, ut nu*[illegible] *blicum consilium finerent esse. Ita de*[illegible] *beram civitatem fore, ita æquatas le*[illegible] *quisq; jura Ordo, suam Majestatem t*[illegible] [illegible] tres quidem contra tribunos sæpe o[illegible] paulò ante diximus, sed arte & pe[illegible] Plebs verò scita sua contrà patrum vo[illegible] & Senatus decreta intrusit, non prec[illegible] sed aperto jussu & vi coactiv[illegible] pria est. Unde est, quod Quinct[illegible] quam paulò ante laudavi or[illegible] increpet, quod leges alias in[illegible] Ut enim agrarias nunquam [illegible] tibus agitatas, ut rogationem [illegible] infinitas alias silentio involut[illegible] invitis patribus obtrusę sunt [illegible] varum rogationũ armarunt [illegible] lius, contra redintegratum impe[illegible] lare, exclusis Decemviris: qu[illegible] omnia tergo cavit & suo & al[illegible]orum [illegible] excesserant, & ex castris contra d[illegible] litarem se proripuerunt, Duc[illegible] ac capite puniri voluit, qui ple[illegible] nis reliquisset, quiq; magistra[illegible] vocatione creasset. At plebs q[illegible] culo tribunis spoliari non po[illegible] verò fas erat impune, totos q[illegible]

48. *Ius suum patribus per vim fuisse a plebe ereptum.*

50. curulem magistratum è Republ. tollere, cum Consules fasces & lictores suos negarent plebi communicare. Tantò magis plebi & tribunis cautum erat quam Senatui & consulibus. Tribunos etiam, non tantum Sacrosanctos voluerunt esse statim à primo exortu, sed & Consules ipsi, relatis ex magno intervallo ceremoniis, (quarum propè jam memoriam aboleverat) iis, ut Sacrosancti haberentur, renovarunt, & cum religione inviolatos eos, tum lege etiam fecerunt: quæ lex licet extensa fuerit ad judices, ædiles, Xviros, negat tamē Livius eam ad consules attinere, quod iis temporibus Consul nōdum Iudex appellatus fuerit. Vnde Posthumius Consul, se tanquam prophanum Sacrosanctis tribunis opponit, dum ait: *Dedite prophanos nos, quos salva religione potestis, dedetis deinde & illos Sacrosanctos, cum magistratu abierint.* Constat verò iis in Rep. potissimum consuli, qui maximè ejus sunt Domini.

58. Sed ut ad leges, potestate plebis, ductu Tribunorum, Senatui & patribus impositas revertamur, anno proximo post Xviros ejectos L. Trebonius trib. pl. infestus patribus, quod se ab iis proximè in cooptādis tribunis fraude captum, proditumq; à Collegis ajebat, rogationem tulit, ut qui plebem Rom. tribunos pl. rogaret, is usq; eò rogaret, dum X. tribunos plebis faceret. Canulejus *Ann.* 310. rogationē de miscendis connubiis patrum cū plebe pertulit: Altera verò novē tribunorum, de transferendo consulatu ad plebem, partim sua iniquitate emortua, partim nova lege extincta est. Interim cum nō obtinerent, ut promiscue Consules ex plebe patribusque crearentur, tribunos tres militares consulari potestate extorserunt, atque ita consulatum per annos 66. in Rep. usurpatum in militarem tribunatum demutarunt. Iterum, cum res ad Consules redisset *Ann.* 317. loco Consulum, tres tribunos militares substituerunt, & *Ann.* 323. pendente adhuc rogatione de consule plebeio, nec dum quoquam ex plebe ad summū honorem evecto, cum id ambitione artibusq; patrum fieri quidam dictitarent, qui à mixtis suis precibus minisque plebem respirare ac sui meminisse non sinerent, placuit tollendæ ambitionis gratia tribunos legem promulgare, ne cui album vestimentum addere petitionis causa liceret. L. Sextius & C. Licinius adjuvante Fabio Ambusto ex gente patritia, tres leges uno impetu proposuere, unam, de ære alieno, ut deducto eo, de capite, quod usuris pronumeratum esset, id quod superesset triennio æquis portionibus persolveretur: alteram de modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret: tertiam ne tribunorum militum comitia fierent, consulumq; utique alter ex plebe fieret. De his rogationibus disputatum fuit ab anno 380. usque ad annum 387. quo perlatæ fuissent in concilio plebis, nisi Autores earum, tertiam à primis duabus separari vetuissent. Tandem per ingentia certamina senatus victus est, ut rogationes reciperentur, & comitia Consulum habita, adversa nobilitate, quibus L. Sextius primus de plebe Consul factus: nec multò post Licinius sua ipsius lege damnatus est, quod mille agri jugera possideret, & ut fucum legi faceret, in eum finem emancipato filio dimidium tradidisset. *Liv. libr. 7. Valer. lib. 8. cap. 6. Ann.* 397. C. Petilius trib. pl. legem de ambitu paulò durius contra novorum maximè hominum ambitionem strinxit, qui nundinas & conciliabula obire soliti erant. Anno sequenti de unciario fœnore à M. Duellio, L. Menenio trib. pl. rogatio est perlata. *Ann.* 413. post defectionem quandam militum, quos Quintius Dictator patriæ restituerat, L. Genutium trib. pl. quidam autores sunt ad populum tulisse, ne fœnerare liceret. Item aliis plebiscitis cautum esse, ne quis eundem magistratum intra 10. annos caperet, neve duos magistratus, uno anno gereret, utique liceret Coss. ambos plebejos creari, quæ si omnia obtenta fuerunt apparet, haud parum virium plebiscitis accessisse, adeò, ut summi quoque magistratus Majestati legem ponere nō horruerint, quam iis autoritatem Philo Dictator de plebe, triennio post lege lata confirmavit, ne quis hanc potestatem sibi plebem de facto usurpasse, objicere possit. *Ann* 454. Q. & Cn. Ogulnii tribb. pl. rogationem promulgarunt, ut cum quatuor augures, quatuor pontifices ea tempestate essent, placeretq; augeri sacerdotū numerum, quatuor Pontifices, quinq; augures, de plebe omnes adlegerentur, quæ lex ingenti statim assensu recepta est. C. Oppius bello Punico, de stringēdis matronarū cultibus: Q. Volumnius

Saxa ne quis hæredem mulierem institueret, legem tulit, quam suasit M. Cato. Q. Claudius, adjutore C. Flaminio, adversus Senatum tulit, ne quis Senator, quive Senatoris pater esset, maritimam navem, quæ plus, quam trecentarum amphorarum esset, haberet. Id satis habitum, ad fructus ex agris vectandos. L. Scribonius trib. pl. rogationem promulgavit, ut Lusitani ex fœdere populo Rom. dediti à Scigio Galba, qui in Galliam venissent, in libertatem restituerentur, quæ tamen deprecatione L. Fulvii & ipsius Galbæ discussa est, perinde ut rogatio Carbonis dissuasu P. Scipionis Africani, ut eundem tribunum pl. quoties quidem vellet, creari liceret. Cicero quidem lege à P. Clodio trib. pl. lata, quod indemnatos cives necasset, in exilium missus, sed à Pompejo & T. Annio Milone trib. pl. paulò post ingenti gaudio reductus est. Pompejo Hispaniam, Crasso Syriam, & Parthicum bellum, Cæsari Galliam & Germaniam, lege lata, distribuit C. Trebonius trib. pl. qui idem M. Catonem, quod legem impediret, in vincula duci jussit, cum jam ante C. Manlius tr. pl. indignatione maxima nobilitatis lege tulisset, ut Pompeio bellum Mithridaticum mandaretur. Ea quoque tribunitio lex est, ut Equitibus Rom. in theatro quatuordecim gradus proximi assignarētur, à L. Roscio lata. Legem judicialem, prçter agrarias, frumentariasq; tulit M. Livius Drusus trib. pl. ut æqua parte judicia penes Senatum, & equestrem ordinem essent. Ex C. Gracchi trib. pl. perniciosis legibus has tantum attingam, nimirum frumentariam, ut semisse & triente frumentum Plebi daretur, Agrariam, ne quis ex publico agro plus quàm decem jugera possideret, & si quis latius agrum patefaceret, triumviri judicarēt, qua publicus ager, qua privatus esset: Item tertiā, qua equestrem ordinem cum Senatu consentientem corruperat, ut sexcenti ex Equitibus in curiam sublegerentur, & quia illis temporibus trecenti Senatores erant, sexcenti Equites, ut trecentis Senatoribus admiscerentur, id est, ut Equester ordo bis tantum virium in Senatu haberet, Legem Falcidiam acceptam ferre habemus Pub. Falcidio, tribuno pl. sub triumviratu Antonii, Lepidi & Augusti *Xiphil. in Aug.*

Satis credo legum est, quas plebeii magistratus partim in solius plebis Concilio, partim in Centuriatis Comitiis [illegible] universis patritiis, autorit[illegible] a [illegible] adeo ut non immerito ind[illegible] L. Genutius, qui primus [illegible] ex plebe, bellum infelic[illegible] Hernicorum obtruncatus ce[illegible] *biscitis suis honoribus pul os*[illegible] S[illegible] perata à Marianis, & hujus fa[illegible] tribunis pl. Repub. ni[illegible] pr[illegible] h[illegible] potestatem hanc infringere *S[illegible] Dict[illegible]tura rebus novus*, ait Florus *R[illegible] confirmavit, tribunorumq; plebis pot*[illegible] *minuit, & omne jus legum ferendarum* [illegible] *mit. Epit.* 99. Qui enim de omnibu[illegible] habet potestatem leges sanciend[illegible] tet omnium rerum esse Dominum [illegible] gendi potestas nemini competat de [illegible] superiori. Quid vero hujus juris pat[illegible] relictum est? *Si tribuniq. Consulesq. ad se quisque omnia trahant, nihil relinqui virium in medio* dicebat. Quintius Consul, cum Ap[illegible] Claudium Collegam periculo seditiosæ co[illegible] cionis eriperet, & ut tantam Consul[illegible] em Majestatem esse sineret, quanta in conco[illegible] tate esse posset, admoneret. Ego vero [illegible] quam omnem ferendi leges potestate[illegible] vendicasse tribunos apparuit, nihil video [illegible] patribus reliquū esse potuerit. Senatu[illegible] 53.
Consultorum autoritati plurimum de[illegible] lex Valeria, de provocatione ad populum, [illegible] ab ejusdem gentis Consulibus lata, qu[illegible] tantum judicia, sed omnia acta & dec[illegible] natus populo comiter sub[illegible] quod Ulpianus *Senatum jus facere p*[illegible] bit, *l. non est dubium 9. de ll.* qu[illegible] nius, *in l. 2. §. Deinde, quia di*[illegible] *ris*, & ex eo Iustin. *§. Sctum. 5.* [illegible] *g. nt. Sctum observatum pro ju*[illegible] d non aliter, quam id, quod de [illegible]te honor[illegible]o sequitur, accipiendum est, [illegible] is, qui potestatem summam co[illegible]nd[illegible] legum habet, permittit. Nam dum L[illegible] tui jus hoc adimit, nō est dubi[illegible] tus coactus fuerit legibus [illegible] *Novell. 78.* & postquā [illegible] intercess[illegible] testas concessa fuit tr[illegible] a[illegible] ctio sancita, con[illegible] sisse, nisi quantum [illegible] lo pl[illegible] rius & Valerius, pe[illegible] nide, præter legem de provo[illegible]

An Senatu[illegible] habuerit [illegible] condendarum legum.

tune-

54. [illegible] ... jusse ... tra- ... Tribu- ...

runt etiam, ut SCta in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur, quæ ante arbitrio Consulũ supprimebantur, vitiabanturque. Dion. *in Aug.* munus hoc custodiendi SCta inter Aediles & Tribunos communicat, quod ab Augusto ad Quæstores translatum scribit. Valerius Max. testatur: *Tribunus pl. curiam intrare non licuisse: ante valvas autem decreta patrum positis subselliis attentissima cura examinasse, ut si qua ex iis improbassent, rata esse non sinerẽt. Itaque veteribus*, inquit, *SCtis, T. litera subscribi solebat, eaq; nota significabatur, ita tribunos quoq; censuisse. lib 2. c. 2.* Et quid opus est verbis, cum rerum testimonia nulla non ex ætate suppetant.

55. A populo jussa.

Unanimi consensu patrum negatus erat triumphus Horatio & Valerio Coss. Nihilominus, cum de triumpho Consulum ab Icilio relatũ esset ad populum, multis licet dissuasum prodeuntibus, rogationem omnes tribus acceperũt. Nihil fœdius aut acerbius visum patribus, quam judiciũ tribuum, quæ sibi agrũ inter Aricinos & Ardeates controversiosum, de quo populus Rom. arbiter captus fuerat, adjudicabãt, nec tamen vel Scaptii concionalis senis testimonium rejicere, cum tribunos appellasset, vel quadruplatorem & interceptorẽ litis alienæ populum pro autoritate à cupiditate famosa avertere poterant, Quin potius, cum Aricini & Ardeates de injuriâ, quam populi judicio sibi illatam putabant, conquestum redirent, responsum dederunt: *Judicium populi rescindi ab Senatu non posse.* SCtum igitur, refragantibus tribunis, nec fieri, nec perscribi poterat: atqui judicium populi, nulla patrum autoritas, nullæ preces, nullæ dissuasoriæ vel impedire vel rescindere valebãt. Plebi seu tribubus, (nam has vocatas scribit Liv. *lib. 3. in fi.*) imperium erat in SCta: sed Senatui nihil licebat in plebis aut populi scita. SCta erant obnoxia censuræ populari.

56. Plebiscita jussa [illegible]

Quicquid vero ultimum plebs populusve (cum hæc nomina sæpe confundi moneat Gell. *lib. 10. c. 2.*) *Sciscat jubeat, id citra controversiam jus esse* dicit App. Claudius Censor de luculenta oratione consentit P. Sempronius trib. pl. *apud Liv. lib. 9.* Fabius in altercatione contra tribunos pl. eam legem ex XII. tabulis accersit *ut, quodcunq; postremũ populus jussisset, id jus ratumq; esset. Liv. lib 7.* Imò tantum valebat intercessio Tribunorum, ut ne convenire quidem Senatoribus, nisi tribunis placeret, integrum esset, quemadmodum *Ann.* 310. cum Canulejus victoria de connubio patrum & plebis promiscuo, favoreq; plebis ingens factus esset, & cæteri novem tribuni pari spe, nec minori pertinacia pro rogatione sua, qua Consulatum plebi vulgaverant, pugnarẽt, per Senatum intercedẽtibus tribunis, nihil agi potuit, & Consules coacti fuerunt consilia principum domi habere. Anno vigesimo quarto post, cũ de allegendis ex plebe Quæstoribus controversiam movissent tribuni, admistis etiam legis agrariæ actionibus, patresq; ad hanc palæstram Consules, quã tribunos militares creatos mallent, *non potuit*, ait Liv. *per intercessiones tribunitias SCtum fieri, adeoq; Resp. à Consulib. ad interregnum, neque id ipsum, (Nam coire patritios tribuni prohibebant) sinè certamine ingenti rediit, majorq; pars insequentis anni per novos trib. pl. & aliquot interreges certaminibus extracta est, modo prohibentibus tribunis, patritios coire ad prodendum interregem, modò interregẽ interpellãtibus, ne SCtum de comitiis Consularib. faceret. lib. 4.* vix septimus ibat annus, cum similem Tragœdiã excitaret mors M. Posthumii tribuni militũ, quem milites sui lapidibus in castris cooperuerant. Hoc enim facinore Romam nuntiato, tribunisque militum de morte Collegæ per Senatum quæstiones decernentibus, tribuni plebis intercedebant. cumque SCtum fieri non paterentur, & simul Consularibus comitiis intercederent, res iterum ad interregnum rediit. De quæstorum numero augendo injecta erat mentio à Consulibus ipsis. *Ann.* 334. cum statim certamen intulerunt tribuni, ut pars quæstorum ex plebe fieret. Tandem, cum frustrâ se contra tendere viderent patres, totam rem de augendo quæstorum numero omiserunt, quam *Ann.* 346 ut repulsam Menenii ulcisceretur, plebs ultrò resumsit, & autoribus tribus Iciliis, non tantum quatuor pro duobus quæstores, sed inter eos unum tantum patritium creavit, cumque patres, à quæstoriis comitiis, ad Consularia, quæ nondum promiscua essent, properarent, & interea contra prædatores Aequos Volscosque exercitum, SCto facto, conscribere consules juberent, neutrum iis per tribunitias intercessiones licuit, sed quicquid dicerent, facerent, SCtum

57. *Patres invitis tribunis ne convenire quidem potuisse.*

prodere coacti fuerunt ad arbitriũ Iciliorum, de tribunis milit. creandis, cui tamen, ut Iciliis saltem ægrè vicissim facerent, hanc conditionem affixuerũt, ne cujus ratio haberetur, qui eo anno trib. pl. esset, neve quis reficeretur in annum sequentem tribunus pl. haud dubiè Icilios denotantes, quos mercedem seditiosi tribunatus petere consulatum insimulabant. Et hæc fabula de delectu impediendo, quoties usq; ad excidiũ urbis acta est. ex qua apparet, quam parum non tantum in Rep. pacata, sed & in imperio militari valuerit autoritas Senatus. M. quidem Varro *in Isagogico ad Pompej. de offic. Senat. haben. de omnib. rebus*, docuit, *ad Senatum referri posse, de rebus quidem divinis, prius, quam humanis, tum porrò referri oportere, aut infinitè de Republ. aut de singulis rebus finitè*: nec est dubium, quin Senatus de omni re consuli potuerit, quandoquidè Consules, qui capita Senatus erant, inde dictos putat idem Varro *lib. 2. de Vit. pop. Rom.* quod consulerent Senatum, aut ut Cic. 3. *de ll.* quod in medium ipsi consulerent, aut ut Attius ait, à civibus consulerentur. Hinc enim Dionys. Halyc, *lib. 5. in pr.* eos Græcè συμβούλους appellari commodè posse censet, quasi qui cõsilium populo præeant. Aliud verò est *consilium, id est, honesta suasio, aliud præceptum, seu lex*, ut ait Castrens. *in l. 7. de legib.* Nec tamen ita ab omni lege condenda amota erat Senatus autoritas, ut Bodinus censet *lib. 3. de Rep. c. 1.* qui inter Senatum Consiliariorum, ab unius Majestatis nutu dependentium, & hunc Romanorum, ex optimatibus, cum parte aliqua imperii residua coalescentem nihil interesse putat, Sed habebat de rebus quibusdam non tantum Consulendi, sed & statuendi facultatem, quam, si confirmatione populi, intercedentibus tribunis destitueretur, nomine *Autoritatis* proscribi solitam, tota Rom. historia testatur *Dion. lib. 45. & 55.* Sic enim & sub Augusto, *ut scribit Xiphil. in Octa.* Senatores absente Cæsare consultabant scribebaturque eorum sententia, quanquam sine effectu erat, quod rata non esset sine Cæsaris autoritate, hoc est, nisi certa ejus ac manifesta accessisset voluntas. Sic dicit Cic. *lib. 1. Ep. ist. 2. Autoritas Senatus gravissima intercessit, & Flor. Epist. 40. Tenuis autoritas patrum, ut socia civitati ferri opem populus* quoque juberet. Hæc verò autoritas, quæ in præconsultando, & quid è Republ. quam maximè videretur, decernendo, consistebat, nõ dabat Senatui Colophonium, & quod executionem paratam habuisset, votum, quandoquidem judicio populi obnoxiũ relinquebatur. prout *Anno 389.* decretum est, ut patres auctores omnibus ejus anni, qui primum ex plebe cõsulem habebat, comitiis fierent. Sæpe enim conciliis plebis solebat patrũ autoritas præverti, ut cum Minutio æquatur imperium cum Fabio Maximo. Actum enim hoc erat in concilio plebis, ut ait Liv. *lib. 22. auctoritas rogationi deerat*, unde & Minutius, cum periculo ad sanam mẽtem rediisset, non SCtum, sed plebiscitũ, quo oneratus màgis, quã honoratus sit, sese primum antiquare, abrogareq; dicit, quanquam ex post facto Senatus autoritatem suam voluntati populi commodaverat, literis SCti de æquato imperio ad Dictatorem scriptis. Cicero autoritati nihil tribuit, nisi jussu populi armatæ. *lib. 3 de ll.* dũ de SCtorum potestate ita sancit: *Rata ea sunto, ni potestas par, majoreve prohibessit*: quod & Varro docuit *in Isag. Intercedendi ne SCtum fieret, jus fuisse iis solis, qui eadẽ potestate, qua ij, qui SCtum facere vellent, majoreve essent. Gell. lib. 14. c. 7. Hottom. lib. 1. Antiq. Rom. part. 3. c. 8.* Quoties autem hoc fieret, SCtum non perficiebatur, sed autoritas tantum perscribebatur, ut idem Cic. innuit *ad Lentul. Licet Caninius & Cato intercessissent, autoritas tamen est perscripta* & Cælius *ad Cicer. Si quis huic SCto intercesserit, Senatui placere, autoritatem perscribi, & ea de re ad Senatum populumq; referri.* Cum verò tribuni non intercederent, nec populus autoritatem patrum contrario jussu elevarent, SCtũ liberè edebatur, sed contra arbitrium populi, diutiusq;, quàm populo videretur, non valiturum. Sic enim poni solebat: *Tribuni pl. si eis videretur, ad populum ferrent, ut est apud Liv. lib. 25. in pr.*

De quibus verò rebus præcipuè decernendi facultas relicta fuerit Senatui, præcisè *cum Polyb. lib. 6.* determinari non potest. Halycarn. *lib. 9.* scribit legem semper ab V. Condita fuisse, ut Reisp. omnis in potestate Senatus esset, *præter magistratuum creationem, Legumlationem & belli pacisq; arbitrium*, quæ sane tria cum contineant tria summa jura Majestatis, omnia ferè inferiora sub se complexa, nihil reliquum

Marginal notes:

58. *Unde dicti Consules.*

59. *Quid habuerit Senatus reliquum in hoc cap Majestatis, quo ad leges ferendas.*

60. *Quid sit autoritatem patrum perscribi.*

61. *Autoritas patrum vana sine jussu populi.*

62. *De quibus rebus Senatus refideri...*

liquum faciunt Senatui, præter pauca quædam minoris momenti, in quibus summa Majestas & Dominium Reip. non consistit. Quæ tamen ut ordine excutiamus, & de jure Senatus residuo, & nos & alios certos faciamus, ex Polyb. *lib.* 6. proponemus, *Aerarium, Vectigalia, impendiaq; publica, Maleficiorum per Italiam commissorum supplicia, in quo capite exaggerando multus est Hottom. li.* 1. *Antiq. Rom. part.* 3. *cap.* 2. *legatorum expeditiones, rei militaris & provinciarũ, civitatumq; curam, &c.* quorum nonnulla explicat & Cicero *in Vatin. Eripueras Senatui provinciæ decernendæ potestatem, Imperatoris deligendi judicium, ærarii dispensationem, quæ nunquam sibi populus Rom. appetivit, qui nunquam hæc a summi Consilij gubernatione auferre conatus est*, Tacitus etiam Tiberium scribit ex antiquo more, *postulata provinciarum ad patrum disquisitionem misisse, lib* 3. *Ann. n.* 10. & procurator Asiæ Lucilius Capito, accusante provincia coram Senatu causam dicere coactus fuit, *Tac.* 4. *Ann. n.* 3. Eadem ferè memorat Sueton. *in Tiber. cap.* 30. quando Senatui ac magistratibus conservatam & Majestatem pristinam & potestatem à Tiberio scribit, eamq; minutim recensens subdit: *Neque tam parvum quicquam, neq; tam magnũ publici privatiq; negotij fuit, de quo non ad P. C. referretur, De vectigalibus ac monopoliis, de extruendis reficiendisq; operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite, ac legionum & auxiliorum descriptione, denique quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid & quam formam Regum literis rescribi placeret. Præfectum alæ de vi & rapinis reum, causam in Senatu dicere coegit.* Et sane Tiberius tanslatis ad patres comitiis, licet summum imperiũ & directionem suæ voluntati reservaret studiis tamen tribuum, quæ supererant, prorsus surripuit, ut docet Tacit. *lib.* 1. *Annal.* à quo tempore putat Hottom. *lib.* 1. *Antiq. Rom. part.* 3. *cap.* 2. *in fin.* Senatum ceptum consuli, in que eo falli Pomponium, *l.* 2. *§.* 9. *de orig. Iur.* & Tribonia. *in §. SCtum* 5. *Inst. de iur. nat. gent.* quod inde SCtorum originem accersat, quod populus nimium auctus non nisi difficulter convocari potuerit. Quanquam autem SCrorum primam scaturiginem non detegit Pomponius: longius tamen, quam Hottom. velit, petenda

63. [illegible] origo [illegible]rum.

sunt, quãdoquidem SCtorum nunquam major visus fuit, quam cum populus propter paucitatem, post ejectos Reges, commodissime convocari potuisset. Qui sanctior subinde evasit, eò minus jurium patribus, minus virium SCtis, omnia suis scitis & jussis arrogando, reliquit. Ante tribunorum intercessiones licebat Senatui, de bonis Tarquinii vel reddendis vel retinendis, de pace Porsenæ offerenda vel deneganda, de triumphis decernendis, de Dictatore creando, de conditionibus paci prohibitu adjiciendis, quemadmodum in fœdere Latinorum factum, de dicandis ædibus, ampliandis tribubus, nexis solvendis, & quæ prætera citra contentionem à Senatu expedita sunt ante primam successionem, liberè sententiam ferre & pro autoritate Decretum vel Edictum vel SCtum interponere. Nam quod rem ad populum rejiceret Senatus, uter ex Coss. inter quos certamen inciderat, Mercurii ædem dedicaret, id vitandæ invidiæ causa factum est, perinde, ut cum de Fabii Ambusti filus, Galli apud Senatum conquestũ venissent, quod cõtra jus gentium pugnassent, & patriæ nobilitatis ambitio damnationi obstare videretur, Senatus, ut extra culpam esset secutæ postea cladis, judicium de accusatis detulit ad populum. Licet enim alicui citra prejudicium suo jure decedere, & alienum arbitrium liti delatæ capere. Creatis porrò tribunis auctoque ex numero Coloniarum & accessione provinciarum, populo, quò plura ad conciones & concilia populi pertraxerunt tribuni, eò infrequentius consuli cœpit Senatus, & plus virium ejus decretis decessit, quippe, quibus innexa erat perpetua clausula, si tribunis, aut populo ita videtur, ut retrò diximus, aut, ut Liv. ait *lib.* 8. 26. & 30. *agendum cum tribunis esse, ut primo quoque tempore ferrent ad populum.* Origo igitur SCtorum à veteri Reip. forma dependet, quæ post ejectos Reges Consules & Senatum reciderat, inde digressa ad populum, quam vicissitudinem idem Tacit. innuit *lib.* 4. *Annal.* inquiens: *Olim plebe valida, vel cum patres pollerent.* Idem *lib.* 11. *Ann. Mansit Consulibus potestas deligẽdi Quæstores, donec eum quoque honorem populus mandaret.* Nec enim tantum SCta de jure edi ceperunt post Tiberium, quorum nonnulla ad hæreditates & pœnas attinentia à Iustiniano serva-

64. *SCtorum vis ante populi secessiones.*

65. *Quæ quo tempore evanuerit.*

66. *SCta edita ante Tiberium.*

servata conspiciuntur, sed ab ultima memoriâ in Republ. locum habuerunt, quale est vetus SCtum de servis in caput Domini torquendis *Cic pro Milo Tacit.12. Annal.* & quorum plura sparsim referemus, quandoquidem jam M. Varro ad Pompejum scribens de omnibus rebus Senatum consuli consuesse testatur. Ipsum SCtum Silanianũ de publica quæstione à familia necatorum habenda ante Tiberium latum esse notat Cujac. *lib.1. obs.19.* ex suggestione Petri Fabri *lib.1. Semestr.c.ult.* sub Augusto, quandoquidem aliud SCtum, quod Silaniano posterius est, Tauro & Lepido Consulibus imperante Augusto promulgatum fuit, *l.in agnit.circ.13 ad syllan.* & C. Cassius veteris SCti meminit, quod supplicium toti familiæ minitabatur, *ap. Tac 15. Annal. nu.6. Ann. V.C.815.* ob necem Domini.

67. *Utrum Senatus habuerit facultatem supplicia irrogandi.*

Tribuit enim Polyb. *lib.6.* Senatui jus sumendi supplicium de maleficis per Italiam, quo usus fuit in veneficas mulieres, *Ann.422.* indicio ancillæ primùm proditas, quas medicamentum à se coctum ebibere coegit, nec nõ in cætus nocturnis, Bacchanalibus initiatorum, quos Hispulæ & Ebutii inditio, non tantum Romæ, sed per universam Italiam detectos, variis SCtis prosecutus, ad supplicium rapuit, *ut est ap. Liv.lib.49.* C. Servilio Consuli *Ann.552.* quæstionem de conjurationibus principum mandavit. *Liv.30.* Campanorum supplicia, qui ad Annibalem defecerant, misso ad Fulvium. Cons. ejus rei gratia SCto, populus Rom. Senatui servanda jussit, *Liv. lib.36.* & exercitus, qui ex clade Cannensi superfuerant, judicio Senatus in Siciliam militatum deportati sunt, non prius inde rediturі, quàm hostis Italia excessisset: quod illi in deprecatione, *tristes tam* vocant, *ap. Liv. lib.25.* quos vero captivos in manus victori fortuna tradidisset, eos SCto veruerunt redimi. Qui Rhegium injusto bello occupaverãt, milites, quãvis M. Fulvio Flacco trib. pl. denuntiante, ne in cives Rom. more majorum animadverteret, Senatus nihilò segnius supplicio affecit. *Val.r. lib.2 cap.7.* Plures à senatu severiter damnatos memorat Valer. *lib.6.cap.3.* & suppeditat

68. *Eam maxime fuisse penes populum.*

omnis historia, sed multò plures & majoris autoritatis supra attulimus à populo aut plebe judicatos. Ipsam Baccharum nocturnarum cæde Posthumius prius in concilio proposuit, ut si non jubente, saltem non repugnante populo, rem tantam aggrederetur. Tarentinorum obsides, qui dolo profugerant, ex fuga retracti in comitio virgis cæsi, & de saxo dejecti sunt, sed ut ait Livius, *lib.5. approbante populo.* Qui Capuam, quã præsidio tenebant fraudulenter invadere, & sua arte Campanos multare conjurarant, quiq; cum Dictatoris Quintii astu se à proposito aversos & hinc inde divulsos cernerent, defectionem moliti fuerant, auctoribus patribus ad populi judicium rejiciebantur, perinde ut de Fabii Ambusti tribus filiis nuper observatum fuerat. De Thusculanis puniendis, non expectata Senatus sententia, ipse M. Flavius trib. pl. tulit ad populum, ad quem sæpius accusatas multas matronas probri, supra diximus ex *Liv. lib.10. & 25.* Q. Servilio Cepioni, quod temeritate sua magnam cladem binis Rom. castris à Cimbris contraxisset, primo post Tarquinium imperium, secundum jussionem populi abrogatum est, bonaq; damnati publicata, *Flor. Ep. 67.* Potuit enim populus judicia relinquere aut mandare, cui visum fuerit, quemadmodũ Senatum judicem dedit contra perfidos milites, qui posthumium trib. militarem obtruncarant in castris. *Liv. lib.2.* Nec enim, qui judicia ab alio relicta aut sibi concessa exercet, Majestatem propterea ullam sibi tributam habet, cum idem datura fuerit post creato Prætori, qui in Publicam & Liciniam, nobiles fœminas, quæ viros suos necasse insimulabantur, eadem autoritate animadvertit, *Flor. Epi. 48. Val.6.c.3.* qua Senatum animadvertisse in veneficas matronas paulò ante diximus. Nam peræquè censuræ populari obnoxium fuit judicium Senatus, atque Prætoris, cum lex de provocatione huc quoque pertingeret, & præter opinionem Senatetum omnium, sæpe boni viri damnarentur, alii absolverentur, quemadmodum Florus *l.3. de stat. reip. Rom. c.17.* testatur, dum ait: *Senatum exilio Metelli, damnatione Rutilii debilitatus, omne decus Majestatis amiserat*, perinde ut Halycar. *lib.7. Ex sententia in Martium maximum incrementum habuit potestas plebis & contra Optimatum factio maximum pristinæ dignitatis accepit detrimentum.* Facilitatem patrum ad dandam Samnitibus pacem æquali severitate suppressit, populus. *Ann.436.* Cum judicium suum,

69. *Quo etiam mandandi Senatui.*

70. *Ita ut etiam illius revocari fuerit.*

suum, quod in reliquias Cannensis cladis latum erat, Senatus repeteret in eos, qui ex Cn. Fulvij exercitu se proripuerant, quasi non idem jus dictum fuisset militi & Imperatori, diti & pauperi, honorato & inhonoro, C. Sempronius Blæsus trib. pleb. vocato ad judicium populo, cum bis pecuniæ, tandem etiam capitis anquisisset, id effecit, ut Cn Fulvius etiam in exilium iret, quod ipsi iussum esse plebs scivit *Livius lib.* 26. Censuerat Senatus, Sp. Posthumium Conf. qui infeliciter ad furcas Caudinas à Samnitibus circumventus, sub infame jugum secum exercitu agi passus fuerat, ad avertendam ab Urbe religionem hostibus dedendum esse, nec abnuebat Posthumius, suo capite posse, quicquid sponsionis violaretur, expiari. Cæterum, si tribuni intercessionem suam, qua negabant id genus ludibriis exolvi religione populum, nisi omnia Samnitibus, qualia apud Caudium fuissent, restituerentur, urgere pertexissent, nec se futuros in auctoritate patrum promisissent, nihil à Senatu actū esset, agive potuisset. Etiam sub Imperatoribus multa SCta condita sunt de suppliciis, ut Syllanianum & illud alterum sub Augusto de quo supra diximus, *ff. ad Syllan. Paul.* 3. *sent.* 5. Item Turpilianum. *ff. ad Turp. & de abol. crim.* & quæ apud Tacitum passim occurrunt, de Mathematicis Magisq;, talia pellendis, sub Tiberio *Tacit.* 2. *Ann.* & iterum sub Claudio. *Tac.* 14. *Ann.* Item Claudianum de pœnis fœminarum, quæ servis jongerentur. *ibid.* nec tamen propterea Principes Majestatem in Senatum deposuisse putandi sunt, quippe cum suo arbitrio iis pondus vel adderent vel demerent.

71. *Verum Legatos audierit Senatus.* Porrò legatos audire & responsum dare solebat Senatus, cui capiti tantum tribuit Carol. Paschal. *cap.* 37. *de legat.* ut non dubitet hinc jus summum patribus conscriptis asserere, cum tamen ipse Augustus, supremus Rerumpublicarum arbiter, legatis audiendis & cum responso dimittendis tres Senatores, salva sua unius Majestate, destinasset, *Dion lib.* 56. quandoquidem inhonorificum foret & minus consultum, secreta magnorum principum in medium concione profundere, ipsosve sæpe Reges in publico theatro plebi exponere, quemadmodum Nero fecit, cum Tiridati regnum Armeniæ traderet. *Dion. l.b.* 63. Asiæ Rex Eumenes, amantissimus urbis Romæ, bellum à Perse adversus Romanos comparari Senatui nuntiaverat. Ea res, ut par erat & occasio agendi requirebat, tam secretò habita fuit, ut non ante sciri potuerit, quid aut ille locutus esset, aut patres respondissent, quàm captum Persen cognitum est. *Valer. lib.* 2. *c.* 2. Recte Otho Imp: ad milites: *Non omnes nuntios palam audiri, omnia Consilia cunctis præsentibus tractari, ratio rerum, aut occasionum velocitas patitur. Tac. lib.* 1. *hist.* Philippo Macedonum Regi cum Athenas venisset, & ad concionem populus vocatus, regi coram, quæ vellet, agendi potestatem fecisset, magis ex dignitate visum, scribere de quibus videretur, quā præsentē aut referendis suis in civitatem beneficiis erubescere, aut significationibus acclamationibusq; multitudinis, assentatione immodica pudorē onerantis, *Liv. l.* 31. Ea causa facit, ut penes Senatū legatos audiendi prærogativa maneret, cum juri Majest. ea nihil detrahatur. Unde vulgares locutiones: *Senatus datus est legatis*, & Cicero testatur lege Gabinia sanctum fuisse, *ex Calendis Februar. usq; ad Calendas Martias Legatis Senatum quotidiè dari consuevisse, lib.* 2. *Ep.* 11. *ad Q. Fratr.* qui idem ait *ad Lent. Senatum haberi toto Februario non posse, nisi perfectis aut rejectis legationibus. Patribus etiam more tradito licuisse, si quisquid vellet, interrogare legatos*, refert *Liv. lib.* 30. & *Dion. li.* 55. *Senatus* ait, *sub Augusto pro se judicabat, ut antea, dabatq; responsa legatis quorundam regum ac populorum.* Quos externarum nationum legatos in Urbem admittere nolebant, iis in æde Bellonæ Senatus dabatur, quod *tertium Senaculum* vocat Festus *lib.* 17. & Livius testatur quando legatis Carthaginensium, hospitium in villa publica senatum ad ædem Bellonæ bis datum scribit, *lib.* 30. Bituitus Arvernorum Rex cum ad satisfaciendum Senatui Romam venisset, prohibitus ingressu Albæ custodiendus datus est *Flor. Epit.* 71. M. Marcello ex provincia Sicilia in urbem redeunti, Senatus à C. Calphurnio pr. ad ædem Bellonæ datus est *Liv. li.* 26. Carthaloni nobili Carthaginiensi, captorum post cladem Cannensem legatis addito, ut si forte ad pacem inclinarent Romani, conditiones ferret, lictor à Senatu obviam missus, qui ante noctem finibus Romanis eum excedere

72. *Cur legati audiendi sint extra concionem.*

73. *Senatus datur legatis.*

74. *Inimicis & hostibus extra urbem.*

dere juberet. Pyrrho etiam Epirotarum Regi, componendæ pacis gratia, in urbem ingressum petenti aditus à Senatu negatus est. *Flor. Epitom.* 13. Circejensium legatis, qui se purgatum Volsci crimine belli venerant, denuntiatum Senatus verbis: *Facesse- ent propè ex Urbe, ab ore atque oculis populi Romani, ne nihil eos legationis jus externo non civi comparatum, tegeret*, *Livius lib.* 6. Dixi autem Majestati nihil detrahi, etiamsi ipsa legatos non audiat, quandoquidem Augustus quoque tribus Senatoribus eam provinciam dedit, & Tiberius passus est, legatos ex Asia contra se querentes, Consules adire *Sueton. in Tiber. cap.* 32. Cæterum in legatis remittendis & dando responso Majestatis aliquam partem consistere, *libr.* 2. *de jur. Majestat. cap.* 5. *num.* 16. concessimus. Utrum verò totum hoc relictum fuerit arbitrio Senatus paucis examinandum est. Cicero insectatur Vatinium vel hoc nomine: *Quis legatos unquam audivit sine SCto? ante te nemo. Post continuò fecit idem id, duobus prodigiis Reipublicæ Clodius.* Quod si de omni re legatos mittere licuit Senatui, cum illi sint, dicente Cicer. *ibidem. nuncij pacis & belli, curatores, interpretes, bellici consilij autores, ministri muneris provincialis*, non est dubium, quin omnium rerum potestatem habuerit, quod nec Cicero concesserit, nec historiæ ullo modo congruit. Nam SCtum, non solum requirit Cicero, ut legatio justa sit, sed sine eo legatos non potuisse expediri innuit, cum literis ab Senatu mandata obsignanda essent: Verum præter SCtum requirebatur & consensus populi, ut Cicero *libr.* 3. *de ll.* conceptis verbis docet, ita sanciendo: *Legationes cum Senatus creverit, populus jusserit, ex urbe exeunto*, itaque non denuntiabant legati tàm Senatus, quàm utriusque nomine, & literas ad Q. Fulvium procons: à Senatu missas, *Literas populi Romani* vocat, *Livius libr.* 26. Legatis ad Samnites in mandatis datum, ut, si leniter agendo parum proficerent, denuntiarent Samnitibus, *populi Romani Senatusq; verbis*, ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent. *Livius lib* 7. Rerum autem, quas legati ferebant, duo genera licet observare, quorum quædam magnum in se præjudicium, quodque ad fundamenta Reipublicæ pertingebat, continebant, quædam sine præjudicio & sæpe ex præscripto legum expediri poterant. De his ne suum quidem assensum expectari volebat Augustus, sed Consularibus viris, sua autoritate respondendi copiam faciebat, *Dion. libr* 55. quoniam ex lege decernere, aut de rebus parvi præjudicij suam autoritatem interponere, cuivis fas est magistratui. Et sic Senatus, inconsulto populo, cum Timasitheo Lipatensium summo magistratu, quod Legatos Romanorum Delphos duxisset & cum Ceritibus, quod sacra populi Romani & sacerdotes bello Gallico recepissent, hospitium SCto fecit, *Livius libr.* 5. cum Hierone, Siciliæ, Siphace primum, ac deinde Masanissa Numidiæ, Regibus amicitiam contraxit. Fidelibus sociis grates egit, nutantes retinuit, deficiscentes castigavit, dona à Palæpolitanis, aliisque urbibus, à Ptolomæo, ab Hierone missa, quod non esset ex dignitate populi Romani dona accipere, sed dare, repudiavit, præter coronas aureas, quas boni ominis & victoriæ causa in Capitolio dedicari, tùm ab his, tùm à Latinis & Saguntinis permisit, Gratulatum & victorias suas nuntiatum misit, Feciales extrusit ad res repetendas, & nonnulla alia executus est, quæ ut arcana Majestatis non tentant: ita à solo Senatu expediri potuerunt. Verum, si quando altetius progrediendum erat, ad indicendum bellum, pacem faciendam, fœdus feriendum, & quæ sunt hujus generis magnique præjudicij, tum demum populi jussum accedere necessum erat. Nam à Palæpolitanis quidem res per Feciales à Senatu repetitæ sunt, sed cum ferox responsum relatum esset, *Populus ex auctoritate patrum bellum iis fieri jussit.* Samnitium quoque animi legatione primum à Senatu tentati, cumque prædatum nihilominus in agrum Campanum, qui deditione ad Romanos pervenerat, exiissent, fecialibus ad res repetendas missis, belloque, quia non redderentur, solemni more indicto, decreverunt, *ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur*, *cujus jussu* ambo Consules ad bellum profecti. Idem repetitum fuit *Anno* 455. cum Samnites rupto fœdere Lucanos, Romanorum socios bello premerent. Missi enim à Senatu, qui res repeterent, Samnitemque decedere agro sociorum, ac deducere

75. *Audire legatos precivè non esse Majestatis.*

76. *Mandata Legatis & responsa non dedisse solum Senatum.*

77. *Eorum quædam communia esse magistratibus.*

78. *Quædam reservari soli Senatui.*

ducere exercitum finibus Lucanis juberent, qui, quia in concilium non admittebantur, tum demum bellum Samnitibus, *ut patres cenſuerant, ita populus juſſit.* Ad Carthagi-

79. *Belli & Pacis arbitrium jusſe totius populi.* nenſes quoq; à Senatu tutius viſum eſt legatos mitti, qui injuriam rupti fœderis & ſociorum expugnationem expoſtularent, Annibalemq; in pœnam perjurij depoſcerent. Huc enim uſq; licebat Senatui progredi, ſed cum legati omnia hoſtilia renunciarent, priusquam bellum indicaturi novi legati remitterentur, *latum eſt ad populum, Vellent, juberent populo Carthaginienſi bellum indici* ejusq; belli cauſa ſupplicatio per urbem habita, atque adorati Dij, ut benè ac feliciter eveniret, *quod bellum populus Romanus juſsiſſet.* Quod in bello, idem in pace & fœderibus faciendis obſervabatur, ſiquidem Privernatibus, poſtquam à Vitruvio duce & autore defectionis, nec non à Senatoribus pœnæ ſumtæ judicio Senatus fuerant, & Plautius Conſul Senatum ad cæteros cives adeò inclinarat, ut communi ſuffragio civitate digni viderentur, non prius dari civitas potuit, *quàm de ea re ferretur ad populum.* Ceretes erroris veniam petentes, Senatus ipſe *ad populũ* rejecit, à quo pacem & inducias centum annorum impetrarunt, cum veteri merito, quod conſervaſſent ignem veſtalem bello Gallico, magis, quàm præſenti cauſa moverentur, ut maleficij potius, quam beneficij immemores eſſent. Sp. Poſthumius ſponſionem ſuam propterea Rempublicam non tenere diſputat, quod *injuſſu populi* facta eſſet. *Injuſſu populi nihil ſanciri poſſe, quod populum teneat. De pace ac fœdere cum Senatu, cum populo agendum fuiſſe,* & quæ præterea per totam orationem in hunc ſenſum intonat, *ap. Liv. l.*9. eodemque jure, quod C. Luctatius Conſul cum Carthaginienſibus fœdus icerat, *quia neque auctoritate patrum, neq; juſſu populi ictum erat,* negarunt Romani ſe eo teneri, itaque aliud de integro fœdus *publico conſilio* icerunt. *Liv. lib.* 21. Pacem quoque quam Calpurnius Beſtia, & paulò poſt A. Poſthumius cum Iugurthâ fecerant, Senatus irritam eſſe voluit, quod à Conſule & legato *injuſſu populi & Senatus* facta eſſet. *Flor. Epit. Liv.* 66. Finito item ſecundo cum Carthaginienſibus bello, cum Conſul intercederet, ne Sctum de pace danda fieret, tribuni pleb. M. Attilius & Q. Minutius ad populum tulerunt, *Vellent, juberentne Senatum decernere, ut cum Carthaginienſibus pax fieret? & quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitus deportare juberent? De pace uti rogata, omnes tribus juſſerunt, pacem dare P. Scipionem, eundem exercitus deportare.* *Livius libr.* 30. Ex qua rogatione Senatus decrevit, ut P. Scipio ex X. legatorum ſententia pacem cum populo Carthaginienſi, quibus legibus ei videretur, faceret. Pariter & aliæ cauſæ graviores ad populum à Senatu rejectæ, ut Aricinorum & Ardeatum, quibus de finibus agrorum inter ſe non conveniebat, item legatorum Gallorum, Fabiorum deditionem poſcentium, & quorum plena eſt univerſa hiſtoria, ex quibus abundè patet, ſummum Ius perenniter apud populum manſiſſe. Senatui verò, nomine & de voluntate populi adminiſtrationem conceſſam fuiſſe.

De provinciarum jure, idem ex hiſtoria patet. Nam quanquam Conſules, & Prætores 80. *De iure provinciarum.* aut Provincias inter ſe ſorte, aut ex decreto Senatus partirentur, tamen id aliter ratum non fuit, quàm ſi populo quoq; ita videretur. C. Martium Rutilium primum de plebe Dictatorem tũ omni modo ab expeditione in Hetruſcos impeditum cuperent patres, ne quid ad illud bellum pararetur, decerneretur ve ſedulò præcaventes, populus nihilominus ire juſſit, adeoq; Senatus decreta irrita fecit, quod cum ita eſſe ſciret Scipio, qui poſtea Africanus 81. *Quod illud non tam ad Senatum quã populum pertinuerit.* cognominatus fuit, cum peteret ſibi Africam extra ſortem decerni, & Senatum partibus ſuis adverſaturum timeret, rem ſe ad populum laturum apertè præ ſe tulit, nec abnegarunt tribuni pleb. auxilio eſſe, ſi Senatus ſententiâ prægravatum iri vidiſſent. *Livius li.* 28. Anno item 552. Victoria per Scipionem ad Romanos inclinata, cum uterq; Conſulum Africam ambiret, ut ſopiti belli gloriã ad ſe raperet, Conſules à Senatu juſſi ſunt, *cũ tribun. plebis agere, ut, ſi iis videretur, populum rogarent, quẽ vellet in Africa bellum gerere. Omnes trib. P. Scipionẽ juſſerunt.* Anno ſeq. cum jam virtute & fortuna Scipionis debellatum eſſet, iterum cenſuit Senatus *cum tribunis agendum, ut populũ rogarent, utrum Conſulẽ, an P. Scipionem juberent pacẽ dare, & quẽ, ſi deportandus* exer-

exercitus victor ex Africa esset deportare. Item *cui juberent in Hispania imperium esse.* *Liv. lib.* 30. Senatui igitur in provinciis ordinandis non licuit longius progredi, quàm populus permitteret, sicut ipse princeps Senatus confitetur: *De Campanis jussu populi agi non posse, Livius libr.* 26. & apparuit in contentione Fabij & Decij, cum Hetruriam Fabio, Senatus extra ordinem dare velle videretur. Revocata enim res est à Senatu, ubi Fabius plus poterat ad concionem dicente Decio, *patres non tantum suffragia populi, sed & arbitria fortunæ in paucorum potestatem vertere, ne se Fabij Majestati invidiosè obniti, sed hoc quærere, ut quod populi sit, populus jubeat potius, quam patres gratificentur.* Et tum quidem non minore populi consensu, quam Senatus Hetruria extra sortem Fabio decreta est. *Livius libr.* 10. Cum publio Philoni, nomine proconsulis contra Palæpolitanos imperium prorogandum Senatui videretur, prius cum tribunis agere cogebatur, ut id ad populum ferrent, qui idem populus non minus plebiscito, quam Senatus SCto L. Volumnio in Hetruria imperium prorogavit. *Livius lib.* 8. & 10. Consulibus Cn. Cornelio Cethego, & Q. Minutio Rufo Italiam Macedoniamque sortiri parantibus L. Oppius & Q. Fulvius tribuni pleb. impedimento fuerunt. *Livius lib.* 32. Q. Metellum apud exercitus retinere cupiebant patritij, ne gloria confecti belli Iugurthini ad plebejum devolveretur. Nihil tamen valuit autoritas Senatus, in favorem Metelli provincias distribuentis, quò minus Marius, gratia plebis pervinceret, & cum Consulatu Numidiam impetraret, *Salust. in Iugur.* Idem populus, cum Pompeium omni motu Magnum factum vellet, non tantum Metello successorem dedit in Hispania, ad reliquias belli conficiendas, sed & referente C. Manlio tribun. pleb. indignatione maxima nobilitatis, bellum Mithridaticum, à Lucullo penè confectum, cum provinciis omnibus circumsitis & copiis Luculli decrevit: *Plutarch. in Luc. & Pomp.* Crasso ex decreto jam in provinciam profecturo, Atejus tribun. pleb. manus viatorem suum injicere & à profectione in urbe detinere jusserat, nec dubium est, quin perfecisset, nisi collegæ cæteri intercessissent, *Plutarch. in Crass. num.* 7. Qua de causa peculiarem rogationem edere coactus fuit C. Gracchus, quæ Sempronia inde cognominatur. *Ut eo anno Senatui esset potestas, judicandi de provinciis, sine tribunorum intercessione. Salust. in Iugur.* qua quidem rogatione opus non fuisset, si Senatui suo jure licuisset de provinciis statuere, prout visum esset.

Quod ad rem militarem, Imperatoris delectum, imperij prorogationem, & bellorum translationem attinet, jam satis de prorogatione Imperij & delectu Imperatoris dictum est. quanquam ne in hoc quidem vis Majestatis consistit, cum id omni exercitus Imperatori ubique licuerit & vel Agamemnoni ipsi precario Græcorum Duci, vel Regibus Laconum, ut scilicet suo arbitrio exercitus in eas regiones dividerent, in quas bellum iis permissum, vel injunctum erat. Cæterum bellum vel movere, vel finire, in quo consistit cardo juris militaris, nec Senatui, nec Consulibus, nec Dictatori, sine jussu populi, unquam licuit. Camillus quidem egit cum Senatu, ut bellum sibi fas esset Antium transferre, & Senatus cum Camillo, ut omisso Antio sese Hetruscis obverteret, sed utriq; jam erant hostes declarati, à populo. Hanc enim formulam ubique, quoties novum bellum exortum est, apud Historicos reperire est: *patrum autoritate, jussu populi, bellum indictum.* Idq; ad se traxerunt *Anno* 327. cum controversia esset, *utrum populi jussu indiceretur bellum, an satis esset SCtum.* Pervicere enim tribuni, denuntiando Impedituros se delectum, ut Quintius Consul ad populum de bello ferret. Mox cum Patres tribunos mil: jussissent de bello Vejentibus indicendo primo quoque die ad populum ferre, non id prius fieri passi sunt trib. pl. quam de lege proferenda spes fieret. *Liv. l.* 4. Ut ex cæteris pauca contingam: De Veliternis, quibus jam diu impunita fuerat defectio, patres decreverunt, *ut primo quoque tempore ad populum ferretur de bello eis indicendo.* Tum ut bellum juberent, ad populum latum est, & nequicquam dissuadentibus tribunis pleb. omnes tribus bellum jusserunt, paulò post: *ex SCto, populiq; jussu bellum Prænestinis indictum. Liv. li.* 6. De Hernicis consultus Senatus, cum feciales ad res repetendas nequicquā misisset, primo quoq; die ferendū ad

82. *De Iure militari.*

83. *Quatenus ad Senatum, vel ad populum pertinuerit.*

ad populum de bello iis indicendo censuit, *populusq; id bellum frequens jussit. Liv. lib. 7.* Tarquiniensibus, cum res nequicquam Senatus reperiisset, *C. Fabius & C. Plautius Coss. jussu populi bellum indixere. Ibid.* Ceritibus T. Manlius Dictator *ex autoritate patrum ac populi jussu* bellum indixit. *Ibid.* Palæpolitanis *ex autoritate patrum populus* bellum fieri jussit. *Liv. lib.* 8. Samnitibus Consules miserunt, qui *jussu populi* bellum indicerent. *Ibid.* Adversus Vestinos bellum *ex auctoritate patrum populus* jussit, *Ibid.* AEquis *populus Roman.* bellum fieri jussit. *Liv. lib. 9. in pr.* Samnitibus iterum bellum *& patres censuerunt, & populus jussit. Liv. lib.* 10. Faliscis, cum res per Fecialem repetitas non redderent, *ex auctoritate patrum populi jussu* bellum indictum. *Ibid.* De Cartaginensibus latum ad populum est, *Vellent juberent populo Carthaginensi bellum indici. Liv. lib.* 21. Athenienfibus auxilium contra Philippum Maced. petentibus, cum Senatus censuisset ferendum, plebe, quod tot bellorum continuus labor gravis erat, dissentiente, *tenuit auctoritas patrum, ut socia civitati ferri opem populus quoq; juberet. Flor. Epi.* 31. *In concilio Achæorum,* inquit *Liv. li.* 32. *cum Attalo & Rhodijs præsenti decreto, societas inita: Cum Romanis, quia injussu populi non poterat rata esse, in id tempus, quo mitti Romā legati possent, dilata est.* Ex quibus omnibus apparet, Ius belli inferendi, quod Majestatis proprium est, ex decreto seu præconsulto patrum, ad populum universum pertinuisse, dū interim tàm Senatui, quàm Magistratibus, ratio belli, postquam indictum erat, gerendi liberè permissa, & sic Senatus L. Furium Consul. à terrestri bello Gallico ad maritimum

84. *[illegible]tio ducendi bellum permittitur magistratibus.*

deflexit, *Liv. l.* 7. Camillum ac Mœnium novos Consules Pedum omni vi expugnandum extrusit, quo AEmylij & Philonis, Senatui adversorum ignaviæ opprobrium crearetur: *Li. lib.* 8. Vter Consulum Capuâ ad defendendā patriam, ad cujus portas Annibal sedebat, redire deberet, decrevit. *Liv. lib.* 25. præcipuè verò Dictatorem, rebus trepidis, Consulibusve ad res agendas, vel nimis tardis vel inidoneis dicendi potestatem habuit Senatus, quam illi adeò propriam censuit Camillus, ut ad exercitus, ne summo quidem discrimine, se revocari pateretur, nisi Consulto Senatu, qui Roma erat. Sed hæc pertinent ad creationem Magistratuum, de qua paulò post agemus.

AErarij porrò & vectigalium curam senatui suprà tributam audivimus, sed non alio, quam precario nomine. Nam cum Senatus tributum primum indixisset, deficiente ærario, ut esset, unde publicum stipendium militibus solveretur, nihil valuisset hæc cura pro ærario, prohibentibus tribunis inferre, nisi, quod jussu non poterant, exemplo patres obtinuissent. An non Manlius ad populum reos egit, qui credebantur Gallicos thesauros occultare? & uterque Scipio tàm Africanus, quàm Asiaticus ad populi judicium, quod ærarium depeculati fuissent, à tribunis vocati sunt? Cæsarem ad ærarium spoliandum properantem, inhibuit Metellus trib. pl non ad Imperatorem, sed populum pecuniæ depositum pertinere dictitans *Plut. in Cæs.* M. Posthumium publicanum, qui multis annis parem fraude avaritiaque neminem in civitate habuerat, cum Senatus, quamvis à Prætore delatum, Sc̃to notare supersederet, quia patres ordinem publicanorum tàm periculoso tempore offendere nolebant, duo tribuni pl. Sp. & L. Carvilij ad concilium plebis in aream Capitolij convocatum detulerunt, factumq; plebiscitum, cum per seditionem publicani concilium dissipassent: *Si M. Posthumius ante Calend: Majas non prodisset, citatusq; eo die non respondisset, neq; excusatus esset, videri eum in exilio esse, bonaq; ejus venire, ipsi aqua & igni placere interdici. Liv. lib.* 25. Habuit igitur populus imò plebis concilium summā vectigalium nec non reficiendorum operum curam, quam provinciam Suetonius supra soli Senatui adscripserat. Comitia enim prætor tàm de senatus sententia, quàm plebis scito habuit. *Ann.* 542. quibus creati sunt quinque viri muris turribusq; reficiendis, & triumviri bini, uni satis cōquirendis donisq; persignandis, alteri reficiendis ædibus Fortunæ & matris Maturæ intra portam Carmentalem, sed & Spei extra portam, quæ priore anno incendio consumtæ fuerant, *Liv. lib.* 25.

85. *De cura ærarii & vectigalibus*

86. *Quæ Senatui quidem concessa fuerunt, sed precario.*

87. *De honorum & dignitatū distributione.*

Sunt qui honorum quoq; & dignitatū distributionem Senatui addicant, & certè cum Horatium & Valerium, nimis populares Consules, ex bello contra Sabinos feliciter gesto, triumphum petentes patres repulsam ferre

 voluissent

voluissent, vociferante Claudio, *de patribus, non de hostibus, Consules triumphare velle, gratiáq; pro privato merito in tribunum, non pro virtute honorem peti: Nunquã ante de triumpho per populum actum, semper æstimationem arbitriumque ejus honoris penes Senatum fuisse*, Tum primum *tulit ad populum de triumpho*, L. Icilius tribun. pleb. quam rogationem omnes tribus acceperunt, & Conss. sine autoritate patrum, populi jussu triumpharunt. Post annos 93. C. Martius Rutilius Dictator, cui, quod primus ex plebe Dictator rem contra Hetruscos & Tarquinienses gesserat, Patres indignitate novi hominis concitati triumphũ denegarant, solius populi jussu, adversante Senatu, triumphavit, quorum exemplis se contra Senatum tutatus est, & septem tribunorum pleb. intercessionem Posthumius Consul, cui triumphus negabatur, quod tardius urbe excessisset & injussu Senatus ex Samnio in Hetruriam, ad majoris gloriæ materiam, transisset, obtinuitque à populo, diem celebrante, ut sibi adversus Consensum Senatus & majoris partis tribunorum intercessionem triumphare fas esset. L. Cornelio Lentulo triumphum ex Hispania, quam proconsul rexerat petenti, Senatus quidem in tantum gratificari voluit, ut cum exemplum à Majoribus non accepissent, ut qui neque Dictator, neque Consul, neque prætor res gessisset, triumpharet, ovatione contentus urbem intraret. Sed quia & illud sine more Majorum aut ullo exemplo futurum dicebat T. Sempronius Longus trib. pl. intercessionẽ interposuit, nec prius ovans potuit inire Lentulus, quã tribunus cõsensui Senatus cessisset. *Li. l.* 31. Paulo n. post L. Manlius Acidinus prohibitus à M. Portio Lecca trib. pl. ne ovans rediret, licet id à Senatu impetrasset *Li. l. 32. in pr.*

88. *An transierit a Senatu ad populum.*

Quid dicam de privilegiis & immunitatibus, à populo contra leges concessis, quæ cum sint legum abrogationes, proculdubio Majestatis sedem denotant. Civitatem ab initio Latinorum populis dispensabat Senatus, cum de singulorum meritis aut demeritis retulisset Camillus: Mox verò ita in angustum coacta fuit Senatus potestas, ut Privernatibus civitatem sine consensu populi promittere non auderet, & de Campanis equitibus, qui in Sicilia, cum fide stipendijs emeritus Romam venerant, coactus fuit, ad populũ deferre, ut cives Romani & municipes, Cumani essent, ex certis magistratibus præfinita, qua ætate Consul, Senatorve quis fieri, aut triumphũ petere posset: Et tn. Scipioni, Pompejo, ante legitimã ætatẽ summi honores obtrusi sunt, imò in ipsis statim primordijs *An.* 407. Val. Corv insolito exemplo, cum annũ ageret vigesimum tertium, absenti Consulatus delatus est. Scipioni ædilitatem petenti cum obsisterent tribuni pl. negantes rationem ejus habendam esse, quod nondum ad petendum legitima ætas esset, *Si me*, inquit, *Omnes Quirites ædilem facere volunt, satis annorum habeo. Liv. lib. 25. in pr.* Eidem quatuor & viginti fermè annos nato, non tantum centuriæ, sed omnes omnino homines imperium esse in Hispania jusserunt, ita cupidè & confertim, ut paulo momento, postquam resederat impetus animorum ardorq; tacito silentio ab se peccatum confiterentur, quod favor plus valuisset, quàm ratio ætatis, nisi Scipio magnanima oratione ardorem renovasset, certæque spei homines implevisset. Cn. Pompejus eiusdem ætatis, adhuc eques Romanus, quod ante nemini contigerat, nec per leges licebat, ex Africa triumphavit. *Flor. Epit.* 89. ipso etiam Sylla dehortante, quod triumphum leges nemini, nisi Consuli, aut prætori concedant, qua de causa Scipionem de Hispania triumphum non petijsse, quod neque Consul, neque Prætor rem gessisset. *Plutarch. in Pomp.* Publius quidem Philo post prorogatum imperium novo exemplo triumphaverat, idq; dispensatione populi, *Liv. lib.* 8. sed is iam Consularis erat, & provinciam ex Consule Proconsul regere perrexerat, quorum nihil sibi tribuere poterat Pompeius, cui ea ætate ne Senatori quidẽ esse licuisset. Et quod magis mireris, ut est in eos, quos amat impotens vulgus, eundẽ non tantũ omni honorũ genere ante ætatẽ cumulavit, sed lege quoq; tribunitia omnibus legibus exolvit. *Plut. in Pomp.* Mario quoq; quinque continuos Consulatus indulsit, quod quãopere contra leges pugnet Fabius Maximus ex lege, quam recitari jussit, cum sibi ante revolutum intervallum Consulatus obtruderetur, ostendit, *Ne intra X. annos eundem Consulem refici liceret, Liv. lib.* 8. Perrupit tamen populus legem, cujus eum Dominum faciebat Appius Claudius Censor quando

89. *Populum privilegia & immunitates dispensasse.*

quando legem AEmiliam, de contrahendo Censuræ termino, ad se nihil attinere dicebat, cum novissimo populi placito tolli possit.

90. *Pontes ab initio creasse suos magistratus.*

Ad honores pertinent etiam officia publica, quæ in Comitiis tribuebantur aut Centuriatis aut Tributis, & sic vel ab universo populo, vel, si patres dissentirent, à concilio plebis tantum. Imò cum Curules Magistratus antea patritiis gentibus quasi proprij essent, inde usque à tribunatu Canuleii, cœperunt plebi communicari, cum arcana dominationis tribuni ea lege tangerent, qua in commune plebi & patritijs Consulatus ponebatur. Cū verò summa ope resisterent patres, & de Consulatu obtineri statim non posset, à minoribus officiis ad majora gradatim processum est, & primū, quod ante undecim annos motum fuerat tres ex plebe quæstores creant. *Anno* 345. cū huc usq; non nisi duo & ij quidem patritij sanguinis fuissent Decennio post tribunatum Militarē invaserunt, qui in locum Consulatus intermissi, succenturiatus erat, creato P. Licinio Calvo, primo ex plebe tribuno cum potestate Consulari, quod ut benè successit, ut in novo jure se obfirmarent, anno sequenti, uni tantum M. Veturio ex patritijs locum fecerunt, cæteros omnes plebejos ediderunt. Trecentesimo secundo anno post, qui ab V. C. erat trecentesimus octuagesimus septimus, Magistri Equitis locum primus ascendit. C. Licinius à P. Manlio Dictatore ob propinquā cognationem ascitus, & quod negaret Manlius, magistri Equitum majus, quam tribuni Consularis imperium esse. Tandē cum ad summū contentio de Consulatu promiscuo venisset, alium bolum objicientes patres concesserunt tribunis, ut Xviri sacrorū ex parte de plebe legerentur, sed cum averti se non paterentur, *An* 388. primum ex plebe Consulem obtinuerunt L. Sextium, autorem tam invidiosæ rogationis, ex quo tempore omnes dignitates ad plebem defluxerunt, & Remp. vel in speciē externā popularē reddiderunt. Creatio enim magistratuū, & participatio imperij summi, quo regitur Resp. non potest, nisi illi parti tribui, in cujus manu & potestate versatur Respubl: Vix Decenniū elapsum erat, cum C. Martius Rutilius primus ex plebe ad Dictaturam evocaretur *Ann.* 399. isq; secundum ex plebe Magistrum Equitum C. Plautium diceret, ita

91. *Sed tribunos & hos jus totum adsecuto posse.*

92. *Primus ex plebe tribunus cum potestate Consul.*

93. *Magister Equitum.*

94. *Consul.*

ut totius Reip. dominium ad plebejas devolutum fuerit manus, quemadmodum etiā anno belli punici secundi, quatro, ad ambos plebejos Consules rerū summa pervenisset, T. Sempronium Gracchum & Claudium Marcellum, nisi hunc quasi vitio creatum, patres religione terruissent, & Fab. Max. in ejus locum induxissent. Rutilio hæc gloria præterea accessit, ut plebi ad Censuram quoq; viam monstraret, eamq; primus itidem ex plebe in se derivaret *Ann.* 402. ex quo factum longo tempore post, ut Q. Pompeius & Q. Metellus ambo Censores ex plebe fierent, quod tum primùm accidisse refert Flor. *Epit.* 69. P. Domitius verò ex Censoribus plebeijs primum lustrū condidit, ne plebi ex hac quoq; prærogativa quicquam deesset. *Flor. Epit* 13. Q. Publio Philoni ad memoriā hoc proficit, quod primus ex plebe præturam gesserit. *Ann.* 4 8. Aemylius Scaurus, homo novus ex humilissimo loco, adeò omnes honorum gradus superavit, ut etiā princeps Senatus legeretur. *Plut. de fort. Rom. n.* 3. adeoq populariа jā facta erant officia omnia, ut non tantū majora plebs ipsā adiret, non aliter æqua libertate se fruiturā sperās, quā si summa ima, maxima minima cū patribus divisa & communia haberet, sed minora quoq; sui arbitrij & potestatis faceret. Nam Tribunorum militum quoq; electionē, qui hactenus solo Imperatorū nutu creari consueverant, ad suffragia totius concionis detraxit *Ann.* 383. de inde *Ann.* 444. duo nova Imperia data, utraq; pertinētia ad rē militarē: Vnū ut tribuni militū seni deni in quatuor legiones à populo crearentur, quæ antea perquàm paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum ac Consulum fermè fuerant beneficia. Tulere eam rogationem Tribuni pl. L. Atilius, C. Martius. Alterū ut Duumviros navales classis ornandæ reficiendæq; causa idem populus juberet. Lator hujus plebiscititi fuit M. Decius tribunus pl. Post pugnam Cannensem propter penuriam argenti, triumviri mensarij rogatione Minutij tribuni pl. facti sunt. *Ann.* 542. accesserunt quinque viri operibus publicis reficiendis & triumviri bini, uni donis persignandis, alteri restituendis ædibus Fortunæ, matris Matutæ & Spei: atq; hæc omnia munera introducta sunt non magis de sententia Senatus, quam scito plebis, cujus maiestas ex hoc capite adeò

95. *Dictator.*

96. *Censor.*

97. *Ambo Consules Plebeii.*

98. *Primus ex plebe Prætor.*

99. *Princeps Senatus.*

100. *Minores quoque Magistratus dat ipse populus.*

101. *De cura rerũ sacrarum.*

aucta fuit, ut ad complementum nihil superesse videatur, præter curam rerum sacrarum, quæ licet ad jura Majestatis pertineat, diutius tamen pedem in Senatu fixit & non nisi serò demum ad profanũ vulgus transiit, eo quod plebs auspitia non habere crederetur, ut responderunt patres interrogantibus tribunis, cur plebejum Consulem fieri non oporteret.

102. *A qua diu abstinuit plebs, quod auspitiis carere crederetur.*

Propterea n. Xviros connubium diremisse, ne incerta prol. auspitia turbarentur, Liv. lib 4. Latiùs verò explicat App. Claudius contra Licinium & Sextium *libr.* 4. *Liv. in fin. Penes quos igitur sunt auspitia more majorumẽ nempe penes patres. Nam plebejus quidem Magistratus nullus auspicatò creatur: nobis adeò propria sunt auspicia, ut non solum, quos populus creat patritios magistratus, non aliter, quã auspicatò creet, sed nos quoq; ipsi sine suffragio populi auspicato Interregem prodamus, & privatim auspicia habeamus, quæ isti ne in magistratibus quidem habent. Quid igitur aliud, quam tollis ex civitate auspicia, qui plebejos Consules creando, à patribus, qui soli ea habere possunt aufert?* Patres item cum L. Genutius quintus ex plebe Consul, suis auspicijs contra Henricos bellum aggressus, per insidias occubuissent, eosdẽ Sarcasmos repetebant: *Irent, crearent Coss. ex plebe, transferrent auspitia, quò nefas esset: vindicasse Deos numen suum, sua auspitia, quæ ut primum contracta sint ab eo, a quo nec jus nec fas fuerit, deletum cum Duce exercitũ in documento fuisse, ne deinde turbato gentium jure comitia haberentur Liv. lib.* 7. *in pr.* Hac igitur religione diu absterrita plebs à sacrarijs perrumpendis abstinuit præcipuè, quod casium potestatis honorem sine invidia adversarius facilè cederet, qua de causa & patres, cum augures & pontifices primum de plebe admittere cogerentur, nimis tetẽdisse scribit Livius *lib.* 10. *partim jam vines ad genus certaminibus assuetes, partim quod, amissa potestate, inutilem dignitatem tanti non æstimarent*, ut ejus mordicus pertinendæ gratia, concordiam ordinum turbare & cætera quoque jura in apertum discrimen conjicere vellent. Nam jam olim, cum per Quæstores è plebe creatos locum novis hominib. ad Consulatus & triumphos patefactum conspicerẽt patres, negarent, si ita sit, *liberos ostendos esse, qui pulsi Majorum loco cernentesq; alios in possessione dignitatis sua, Salij Flaminesq; nullo alio, quam ad sacrificandum pro populo, sine imperiis ac potestatibus relinquantur. Liv. lib.* 4. Gallis summotis ab urbe & Italia, Camillus de ijs, qui ad Deos immortales attinebant, retulit ad Senatum, curavitq; SCto fana omnia restitui, terminari, expiari &c. his deinde peractis, ait *Liv. lib.* 5. *quæ ad Deos pertinebant, quæq; per Senatum agi poterant:* tum demum tribuni pleb. exasserunt, & de Repub. controversias in contentionem adduxerunt. Per Senatum igitur supplicationes decretæ sunt, ad avertendam pestem, quæ *Anno* 291. per ignota capita, latè vagabatur, ut Italia excedens Annibal pedem nunquam referret & victoria Scipionis læta populo Romano esset, item, ut Cæsar contra Germanos feliciter dimicare pergeret &c. *Plut. arch. in Cæs. n.* 7. Per Senatum jussi tribuni militum consulari pot. *An.* 358. magistratu abire, quod ex oraculi Delphici interpretatione vitio creati viderentur ob neglectas ceremonias & solemne intermissum, id quod non Consulibus solùm, sed & Dictatoribus sæpè ab Senatu imperatum fuit. Prodigia SCto expiata sunt, templa repurgata & dedicata. Ad Ædem n. quam Iunoni Monetæ Camillus dictator voverat, pro amplitudine populi Rom. faciendam Duumviros creavit Senatus. Ipsi Xviri sacrorum subjecti erant arbitrio Senatus, ut cogerentur libros inspicere Sibyllinos, quoties necessarium videretur. *Pestilentia*, ait Livius *lib.* 7. *civitatem adorta coegit Senatum imperare Xviris, ut libros Sibyllinos inspicerent, eorumq; monitu lectisternium fuit.* Erutis secundo bello Punico, Martij carminibus, duo SCta fecerunt, unum de ludis Apollini vovendis faciendisque, alterum, ut X. viri sacra Græco ritu facerent in honorem ejusdem Apollinis &c. Quin & SCta extant, *ne qui, nisi Romani Dii, neu quo alio more, quam patrio colerentur, Liv. lib.* 3. Item, *ut quicunq; libros vaticinos precationesq; aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes literasq; ad prætorem deferret, neu quis in publico sacrove loco, novo aut externo ritu sacrificaret. Liv. lib.* 25. *in pr.* & post extirpata Bacchanalia: *Ne qua Bacchanalia Romæ, neve in Italia essent, &c. Liv. lib* 39. Cæterùm nec sacra hæc, quæ à vulgo sunt quam remotissima, solus Senatus sincere usurpavit.

103. *Senatus diu mansit in potestate rerum sacrarum.*

surpauit, quandoquidem de AEdium dedicatione, ex autoritate Senatus ad populum latum est, *Anno* 450. *Ne quis templum aramve injussu Senatus aut Tribunorum pl. partis Majoris dedicaret. Liv. lib. 9. in fin.* & anno quarto II. belli Punici, cum Fab. Max. urgeret dedicationem templi Veneris Erycinæ, quam Dictator vovisset. Senatus decrevit, ut T. Sempronius Consul cum primum magistratum inijsset, ad populum ferret, ut Fab. Max. duumvirum esse juberent, dedicandæ ejus ædis gratia. *Liv. lib.* 23. De Vere Sacro censuit L. Cornelius Lentulus Pontif. Max. consulendū esse populum, *injussu populi moveri non posse. Liv. lib.* 22. Quin & plebs post Consulatum ad sacra officia feliciter aspiravit, postquam Xviros sacrorū jā mediam partem ex plebe constitutos haberet, anno uno, antequam consulatum elaborasset. Anno demum 452. Q. & Cn. Ogulnij trib. pl. rogationem promulgarunt, ut cum placeret augeri numerum & Augurum & Pontificum totidem Pontifices ex plebe, quod ex patritiis essent, & Augures uno plus allegerentur, eamque prolixa oratione suasit Decimus Mus, ejus Decij filius, qui se pro exercitu devoverat, & quam non esset Diis in visa etiam plebeia virtus, exemplo testatum fecerat: Mox eò usque deventum est, ut T. Coruncanius ex plebe summum pontificatum obtineret, post quem nihil in Republ. residuum manebat, quod non plebs sibi decerpisset, aut patribus intactum reliquisset.

104. *Qua tamen sensu transit ad populum.*

105. *Pontifices ex plebe.*

106. *De Consulib.*

Quibus igitur argumentis optimatum statum in Republ. tam plebeja stabilire quidam conantur, cum ne Atheniensium quidem Respubl. quam inter omnes maximè popularem facit Xenophon, tàm plebeiis institutis usa fuerit. Eos vero qui Regiam Majestatem in Consulibus notant, mirari non satis possum, cum & semper fuerint in potestate Senatus, ad quem omnia referre coacti erant, & post tribunos creatos, horum quoque imperiis dicto obedientes esse necesse habebāt, quemadmodum Quintius C[illegible]ultarebatur: *Aspiciam Collegam fore in patricium, & patres in populi potestate.* Ipsi quidem patres in disceptatione contra Canuleium, Consulatum vocant, *Regiæ Majestatis imperium*, nec non contra Iulium & collegas ὑπεδείκνυον τὸ τῶν βασιλέων ἔχοντας κράτος, *apud Halyc. lib.* 10. & Cicero in legibus suis de Consulibus ita statuit: *Regio imperio duo sunto. Nemini parento.* Vnde Covarr. *q.* 1. *pract.* non dubitat asserere, à Republ. in Consules summam potestatem translatam fuisse, & Polyb. *lib.* 6. eiusque authoritate Machiav. *lib. disc. in Liv. c.* 3. dum mixtionem in Republ. Romana quærunt, regium fastigium assignant. Cæterùm honoris fastigium, imperij summi administrationem, & jus gladii in milites extra mœnia iis facilè concedimus, jus Regium verò denegamus, quia tribuni militares, qui ex arbitrio populi nunc plures, nunc pauciores creabantur, item prætores, urbanus primum, tum etiam peregrinus, absentibus consulibus, in idem imperium succedebant, quod quia tàm multis cōmunicabatur, Monarchicū certè dici non potest. Ventura Cæcus *lib.* 1. *Catal. in. l.* 2. *de orig. Iur.* Monarchiam tribuit Dictatori, cujus quidem solutior erat potestas, quàm Consulum, & ad unitatem Monarchiæ propius accedebat, Rex verò dici non poterat, tum quia extra ordinem, certæ alicujus rei perficiendæ, vel belli conficiendi, vel seditionis restinguendæ, vel quæstionis habendæ, vel legis perferendæ, vel clavi figendi, vel consules renuntiandi, & comitia habendi, vel Senatum sublegendi gratia, dicebatur, & toties oportuisset Rempubl. intercidere, quoties Dictatore opus non erat, tum quia imperio utebatur precario, cujus post gestum honorem, ex arbitrio tribunorum, cogebatur populo rationem reddere, id quod illi quidem cum Consulibus commune erat, sed hi in ipso magistratu obnoxij erant sententiæ Senatus & populi judicio. Etenim Q. Servilio Cæpioni Proconsuli, imperium secundum jussionem populi abrogatum est, quod temeritate sua exercitum Cimbris prodidisset. *Flor. lib.* 67. Sed age mittamus Proconsulem. Quoties quæso Senatus, ut consules imperio depelleret, Dictatorem eos dicere coegit. AEmilius & Publius Philo Consules erant, *Anno* 416. quorum ille, cum seditiosis concionibus, quibus agrum malignè plebi divisum prætexebat, populum in patres exacerbare non desisteret, eò quod triumphus sibi negatus fuerat, non adversante Philone, qui & ipse de plebe erat, Senatus, ut imperium Consulibus finiret, ad consuetum remedium confugit, & adversus rebellantes Latinos

107. *Quibus asseri non regia majestas.*

108. *Quanta fuit.*

109. *In Dictatore non esse collocandam regiā Majestatem.*

110. *Consules in imperio [illegible]*

nos Dictatorem dici jussit. *Liv. lib.* 8. Eo remedio cautè & solerter usus est Servilius Hala unus ex tribunis militar. cum Sergius Virginiusque collegæ, jussi magistratu abire à Senatu, quod contentionibus mutuis exercitum ad Vejos cædi passi fuerant, Senatusconsulto intercederent. *Ne enim tribuni pleb. inter patrum certamina locum injuriæ quærerent, aut Collegæ*, inquit, *facient, quod censet Senatus, aut si pertinacius tendent, Dictatorem extemplo dicam, qui eos abire magistratu cogat*, *Liv. lib.* 5. Annus tum agebatur octavus, quod idem Hala pari arte tribunorum pleb. affectatum in magistratus imperium præverteret, contra C. Iulium Tullum, & Cn. Cornelium Cossum, collegas suos in tribunatu milit. Publ. Cornelium Dictatorem dicendo, ad eamq; rem si quis intercederet, Scti autoritate se fore contentum dicebat, simul increpans Collegas, quod maluerint tribunitiam potestatem adversus se implorare, quam sponte cedere autoritati Senatus, à qua Consulum quoque vis super tali re inhabita fuerit. Cum enim T. Quintius, Lucij filius, Cincinnatus & Cn. Iulius Mento Coss. privata discordia, qua distinebantur, & certaminibus consiliorũ viderentur aliquid mali tractaturi Reip. obtinuit auctoritas patrum, auxilio tribunorum

111. *Ex arbitrio.* plebis, ut nolentes volentes Dictatorem dicere cogerentur. *Liv. lib.* 4. Obnoxium igitur erat hoc Regium imperium immediatè autoritati Senatus, quippe à quo abdicari poterant, creato Dictatore, ad quem consilia & acta sua omnia deferre, & cujus decretis stare Consules tenebantur. L. enim Aemilio triumphum petenti objectum fuit, quod de legibus fœderis cũ Vejentibus initi, non retulisset ad Senatum. *Haly. lib.* 9. Posthumio triumphus denegatus, quod tardius urbe exisset, & injussu Senatus ex Samnio in Hetruriam transisset. *Liv. l.* 10. Camillus ad Hetruscos Antio bellũ non prius transferre voluit, quam id patribus videretur. C. Flaminius timens, ne auspiciis emendendis Latinarumq; feriarum mora, & Consularibus aliis impedimentis in urbe retineretur, à Senatu, quem à se suasione rogationis Claudianæ offensum sciebat, simulato itinere clam in provinciam abierat. Revocatus a literis Senatus, eas non aperuit, veritus, quod res erat, ne ad vota in Capitolio nuncupanda, & auspicia secum, quæ privatũ non sequerentur, deferenda, retrocedere juberetur. *Plut. in Mar. n.* 2. cumq; ingressuro prælium signi ficaretur, signũ omni vi moliente signifero, convelli nõ posse, quod omnes, qui circa erant, fœdum omen rei incipiendæ haberent, conversus ad nuncium. *Num literas quoq;*, inquit, *ab Senatu affers, quæ me rem gerere vetent? Liv. l.* 21. *in fin.* & 22. *in pr.* Q. Fulvius, qui contra App. Claudij Collegæ moderationem, ad sanguinẽ Campanorum hauriendum festinabat, cum jam deligatos ad palum teneri eques citus ab Roma superveniens literas Senatus, à Claudio procuratas, offerebat, quibus verisimile erat, rem integram deferri ad Senatum, eas non resolutas in gremio reposuit, præconique imperavit, ut lictorem lege agere juberet. Itaque Campanis sumtum suppliciũ. Tum literæ lectę, Sctũq; serũ ad impediendam rẽ actã, quę summa ope approperata erat, ne impediri posset. *Liv. l.* 26. Quod igitur multis erat cõmunicabile, quod precariũ, quod ab arbitrio alteri

112. *Imperium Consulum non posse Regium dici.* us depẽdebat, id certè summũ & Regiũ dici nõ potest. Nihil n. tã cõtrariũ est Majestati, quã subjici & depẽdere, nec magistratus sine magna cõfusione Majestatis nomine induitur, cũ quãtus quantus sit, serviat nihilominus, & non sit Dominus, sed minister Reip. Quin & Consules, etiamsi extra ordinẽ officio non dejicerentur, vertente tamen anno ad privatã subjectionẽ redibant, cujusvis accusationi sive ad Senatũ, sive ad populum obnoxij, quẽadmodũ multos causam dixisse gesti magistratus, & non

113. *Fuisse rationi reddendæ obnoxium.* paucos obtorta gula in carceres raptos fuisse supra enarravimus. Claudius Marcellus, non tantùm Syracusarum & Siciliæ recuperatæ gloria clarus, sed qui & primus documento fuerat, Annibalem non posse semper vincere, ab ingratis Syracusanis accusatus, causam suam ex infimo subsellio privatus egit. *Plutar. in Marc. n.* 10. AEmylium Dictatorem, postquam fasces deposuerat, Censores ignominia notatum inter ærarios condemnarunt, & Mænius Dictator quæstionibus conjurationis habendis creatus, cum à nobilitat... q. ejusdem criminis socius, impeteretur, intellecturos id ita esse, simul magistratu abiisset, *Vt omnes Dii*, inquit, *hominesq; sciant, ab illis ecia, quæ non possint tentari, re rationem vitæ reddant, me obviam ire crimini, & offerre me inimicis reum*,

reum, dictatura me abdico. Vos quæso Coss. si vobis datum ab Senatu negotium fuerit, in me primum, & hunc Magistrum Equitum quæstiones exerceatis, ut appareat innocentia nostra, nos, non majestate honoris, ab istis criminationibus, tutos esse. Depositis fascibus uterque apud Senatum, eui id negotij Coss. dederant, rei facti, contra nobilium testimonia egregiè absoluti sunt. Eodem momento etiam Publius Philo multiplicatis summis honoribus, post res tot domi belloque gestas, cæterum invisus nobilitati, causam dixit & absolutus est. *Liv. l.9.* Iam verò de natura Majestatis est, ut potestatem liberam & solutam propriam possideat, perpetuamque, adeoque expers maneat accusationis, condemnationis, & suppliciorum humanorum in æternum, prout *l.1. de jure Maj. c.3.* prolixius à nobis dis-

114. *Consulatum depressum à tribunis.* putatum fuit. Consules verò non tantùm accusabantur & judicabantur à Senatu, sed usque sub imperium plebis & tribunorum depressi erant, quemadmodum L. Furius & C. Manlius Ex consulibus à trib. ad plebem accusati, conqueruntur: *Consulatum captum & oppressum à tribunitia potestate esse, Consuli velut apparitori tribunitio, omnia ad nutum imperiumq; tribuni esse agenda. Ann.* 281. & paulò post. *Anno.* 292. Fabius præfectus Urbis, promulgante rogationem C. Terentillo Arsa, de legibus imperio consulari scribendis, tolli è Repub. consulare imperium clamitat, *Quid enim non licere tribunis? si quid Coss. superbè in aliquem civium aut crudeliter fecerint, diem dicere, accusare his ipsis judicibus, quorum in aliquem sævitum sit: non illum Consulare imperium, sed tribunitiam potestatem invisam intolerandamq; facere Liv. l.3. in pr.* Ipsi Consules T. Quintius & Cn. Iulius patrum incogitantiam, qui abnuentes Consulatum deserere ad tribunos detulissent, vehementer increpât: *Proditum à patribus summi imperii Ius, datumq; sub jugum tribunitiæ potestati Consulatum memorantes, siquidem cogi aliquid pro potestate a tribuno Consules, & (quo quid ulterius privato timendum esset) in vincula etiam duci possent. Liv. lib.4.* Nec excusari potest Servilius Priscus, à quo primum hæc verba eruperunt: *Vos tribuni plebis, quoniam ad extrema ventum est, Senatus appellat, ut in tanto discrimine Reip. Dictatorem dicere Consules pro potestate vestra cogatis.* Hac enim voce audita occasionē oblatam rati tribuni augendę potestatis secesserunt, proque collegio pronuntiarunt: *Placere Consules Senatui dicto obedientes esse, si adversus consensum amplissimi Ordinis ultrà attendant, in vincula seduci eos jussuros.* Quantò prudentius alter ejusdē nominis, cognomine Hala, cū Senatus tribunos pl. appellasset, contra C. Iulij & Cn. Cornelij tribunorū mil. superbiā, qui ex autoritate Senatus Dictatorem dicere renuebant, & tribuni pl. auxiliū patritios ex se contra suos magistratus petere juberent, tribunorū pl. opē nihil moratus, Sēti autoritate contentus Dictatorem dixit, qui refractarios Coss. in ordinē redigeret, Ideinque paulò post cū Tribuni ultro se ingererent, minati Sergio Virginioq; tribunis milit. nisi in auctoritate Senatus essent, se in vincula deduci eos jussuros. *Quod ad vos attinet,* inquit, *Tribuni pl. minasq; vestras, na ego libenter experirer, quā non plus in his juris, quā in vobis animi esset: Sed nefas est tendere adversus autoritatē Senatus. Proinde & vos desinite inter nostra certamina locū injuriæ quærere, & ni collega fecerint, quod censet Senatus, Dictatore creato compellā eos abire magistratu.* Prudēter hanc vim ad coercendos sine tribunitiis terriculis magistratus invenit Hala, nisi jam ante nimis indultū fuisset tribunitiæ potestati, quæ brevi cū Senatu curules omnes Magistratus, Consules, Censores, Prætores, Pontifices ipsos maximos, sui juris & arbitrij fecit, adeò, ut Q. Fulvius, qui Consul quater & Censor fuerat, in altercatione Scipionis & Senatus, non erubuerit à tribunis auxilium postulare, qui decretum tale interposuerunt: *Si Consul Senatui de provinciis permittit, stari eo, quod Senatus censuerit, placet, nec de ea referri ad populū patiemur: si nō permittit, qui de ea re sententiam recusabit*

dicere, auxilio erimus. Liv. l. 28. Qui jam non 115. *Quantilla fuerit potestas Consulum.*

Senatui modò, sed cum Senatu judicio populi subjecti erant, an tu illos Regū potestate jure honoraveris? Nec est, ut absolutū, lateque patens imperiū in Consulatu tibi fingas, aut mireris, cū nec legē condere, sed vel ad Senatum, vel ad populū, ac ne id quidē, nisi cōniventibus tribunis pl. duntaxat referre, nec fœdus ferire pacēve facere, nec bellum indicere vel transferre, nec inducias dare, nec magistratus creare, nec quicquā deniq; eorum agere possent, quæ ad

quæ ad Essentiam Majestatis pertinent. Imò licet de jure gladii, quod iis in milites competebat, multum glorietur Polyb. *lib.* 6. in civium tamen cervicem illum stringere non poterant. *Solum relictum est iis*, ait Pompon. *ut coërcere possent, ut in vincula publica duci juberent: in caput civis Rom. injussu populi animadvertere non poterant. l. 2. §. Ex actis 16. de Orig. jur.* Hanc legem ex XII tabulis his verbis recolit Cicero: *De capite civis, nisi per maximum Comitiatum, ollosq;, quos Censores in partibus populi locassent, ne ferunto. lib. 3. de legib.* Ex contrario verò, quantum decessit autoritati Consulari, tantum ex ære quasi collatitio, potestati tribunitiæ accessit, adeò, ut Fabius præfectus urbis tribunos pl. admoneret, *cogitarent potestatem suā ad singulorum auxiliū, non ad perniciem universorum comparatam, nec jus consulare, sed invidiam suam minueret. Liv. lib. 3. in pr.* Valerius Conf. ausurum se in tribunis, quod princeps suæ familiæ ausus in Regibus esset, dicebat, quandoquidem eò ventum erat, ut dicente Quintio Cincinnato paulò post, *non minori quam regia licentiâ pessimis artibus in civitate viverent.* Ipse Livius confitetur, post ejectos Xviros, non alium fuisse tribunorum vultum quam Xvirorum fuerat. Adeò omnia pro libidine sua agebant, ad supplicium rapiendo, quos vellent, legesque obtrudendo, quæ viderentur nobilitati quam maximè adversæ *lib.* 3. Flavius Vopisc. *in pr. vit. Tacit.* Tribunitiam potestatem dicit fuisse *Maximam partem Regalis imperii*, quoniam, ut Dion latè proponit *lib.* 53. Augustus, ut sub specie principatus & liberæ Reipublicæ omnes potestates ad se traheret, non tantum Consulem, Censorem, Pontificem sese esse voluit, sed, tanquam sibi nefas esse diceret, tanquam patritio tribunatum gerere, Tribunus quoque videri concupivit, quod in hoc genere officij cardinem reliquarum potestatum verti videret. Audita cæde Pompeij populus, ut quam honorificentissimè Cæsari victori abblandiretur, præter quinq; annorum consulatum, & annuam Dictaturam, etiam Tribunitiam potestatem perpetuam advenienti decrevit, *teste eodem Dione.* Tiberius ejusdem potestatis præscriptione, quam sibi ab initio principatus sufficere putabat, edictum proposuit, quo patres in curiam vocavit, *Tac.* 1. *Annal.* quandoquidē Varro inter magistratus, quibus jus tribuit cōvocandi Senatū, accenset etiam tribunos pl. *in d. Isagog. ad Pomp.* & Dion tribuni pl. sellam in Senatu dicatam fuisse testatur. *in Aug.* Et Tiberius quidem potestatem hanc ab Augusto acceperat, quam eodem exemplo Druso filio repetebat. Idem enim *summi fastigij vocabulum*, ait Tac. 3. *Anna, n.* 10. *Augustus repererat, ne Regis aut Dictatoris nomen assumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret.* Occiso Cajo, cum Senatus immaturam affectaret libertatem, non alium majori cum autoritate ad Claudium imittendum judicarunt, qui sub imperium Senatus populique Rom. & legum autoritatem eum revocaret, quam tribunum pl. *Xiphil in Claud. n.* 1. Quod si a tribunis argumento progrediendum ad populum, à magistratibus ad eos, qui magistratum dederunt, non puto dubium esse amplius, quin tota Respubl quidem evaserit Democratiea, sed eo ferè sensu, quo Democratiam accipit Aristoteles, & Reipubl. absolutè sic dictæ opponit. Nam licet patres, tanquam altera pars civitatis, ad Comitia Centuriata admissi fuerint: orta tamen inter hos & plebem dissensione, pleb. ex lege ter repetita, datum fuit supremum in ipsos patres imperium, quod patribus vice versa in plebem negatum fuit.

Nec miretur quisquam, quod tantæ Reip. quæ per universam terram cognitam Aquilas feliciter circumtulit, id vitij & prolapsionis imputare non verear, quasi ad rectas & tranquillas Respubl. non pertineat. Eum enim jubebo distinguere inter felicitatem internam & externam, perinde ut Polyb. *lib.* 6. & Isocrat. *in Panath.* avaritiam domesticam Lacedæmoniorum separant à prædationibus externis, quos imitatus Aristot. 7. *Polit. c.* 15. Lacedæmonios reprehendit, quod virtuti bellicæ unicè incubuerint, eoq; nomine bella gerendo servatos fuisse, in pace felicitatem & imperium amisisse. Nec enim Reipubl. felicitas cōsistit in eo, ut quam latè extraneis, sed quàm optimè civibus dominetur. 7. *Polit. c.* 4. ut rectè imitatur Don. Ianott. *de Rep. Ven. in pr. La felicit à d'una Republica non consiste nella grandezza dello Imperio, ma si ben, nel vivere con tranquillita & pace universale.* Imò Theopompus Rex Spart. prædicante quodam Rempubl.

116. *Qui ne ius gladii quidē in cives habebant.*

117. *Potestas Tribunorum opposita Consulari.*

118. *Quis fuerit status, quo … fuerit Democratia Romana.*

119. *Felicitas Rerump. externa separata ab interna.*

Rempubl. felicem, quod is benè impetraret, *quia potius*, inquit, *dixerit, quod subditi benè sciant obedire*, & Tribuni pl ipsi ad Appium confitentur, *Vim omnem imperii in consensu obedientium constare. Liv. lib. 2.* In tota vero
120. *Rempubl. Rom. vitio-sam turba-tam semper fuisse.* Republ. Rom. à prima tribunor. pl. nativitate usque ad imperium Iulii Cæsaris, ecquis consensus fuit obedientium? quis annus expiravit sine contentionibus patrum & plebis, sine seditionibus intestinis, sine successionibus denique, nisi quatenus externus metus internas discordias premeret, & bella foris, otium domi victoriæq; hostium quietem Reipub. præstarent. *Nescio enim*, inquit Quintius Cincinnatus, *quo fato magis bellantes quā pacati, propitios habemus Deos, Liv. lib. 3.* quod solet esse vitium Rerump. summam felicitatem ex bellica virtute æstimantium. 7 *Pol. c* 15. Arist certè *lib. 2. Polit. c. 8.* vetetur Cretensibus Reipub. titulum attribuere, quod continuis factionibus Cosinorum & populi divulsi in stabilem societatem coalescendi occasionem non habeant. Propterea inquit, Οὐ πολιτεία ἐστὶ ἀλλὰ δυναστεία μᾶλλον. Appositè etiam vocat ἀκοσμίαν τῶν δυνατῶν, quemadmodum & Aeschines *contra Ctesiph.* eò quod Cosmi turba-
121. *Quæ metus externi suppressu.* rum plerunq; auctores sint. Ut primum autem bellorum Punicorū, Macedonici, Græci, Asiatici metus discussus, licentiæ indomiti vulgi per otium frena relaxavit, Gracchorū & Apuleii agrariæ seditiones (*Consuetum illud malum per aliorum quietem malorum semper exoriens*, ut ait Livius *lib. 3.*) tanto eum impetu recruduerūt, ut inde secutæ factiones plebis & patrum, quorum illa Marianas, hi Syllæ partes sequebantur, non jam amplius in foro, verbis aut pugnis desævituræ, in campos & aperta bella prorumperent, plusque sanguinis civilis haurirent, quàm tot populorum conjurati exercitus, prout vel unus Annæus Sen. *in trib. de fortun. Resp. Rom. libbr.* satis superq; deducit, donec tandem, quod prolapsarum Democratiarum proprium esse tribuit Plato 8. *de Rep.* & Arist 5. *Pol passim.* Plut. *in Arat. pr.* in Tyrannidem, & unius Cæsaris imperiū bella civilia, per annos quinquaginta pertinaciter gesta desinerent. En tibi felicitatem Romanam: en beatam Rempublicā perennibus seditionum procellis non secus agitatam, quam *navis deprensa in magno mari vesaniente vento*, ut ait Catullus. *Veteres Rom. rei scriptores, si quando ad interna prævertērent*, ait Tacit. 4. *Annal. num. 5. nihil nisi discordias civium, Consulum adversus tribunos, agrarias frumentariasq; leges, plebis & optimatum certamina memorabant* Quod si Deus quispiam hostes occasionem plerunque celasset, accedente ad interna incendia calore hostili, quantò facilius conflagrare potuisset Roma, quam iisdem factionibus distracta Carthago. *Si Capitolium*, inquit Quintius, *ab exulibus obsessum scissent perpetui nostri hostes, vicini populi, quantum periculum ab iis fuerit, suspicare de prætertito, quàm res ipsa experiri est melius. Liv. lib. 3.* Cum C. Licinius & L. Sextius, prohibēdo comitia tribunor. milit. uti alter Consulum ex lege nova de plebe crearetur, totum quinquennium Rempublicam sine Curulibus magistratibus relinquerent, quid putes futurum fuisse, si tum Tyburtes concubia nocte mœnia aggressi fuissent, quemadmodum paulò post importuno tempore tentarunt? *Alia bella*, ait Livius, *tum temporis opportune quieverit lib. 6.* Item de anno *V.C.* 315. multiplici clade ac periculo insigni, seditionibus, fame, regno propè per largitionis dulcedinem in cervicē accepto: *Unum abfuit bellum externum: quo si aggravata res essent, vix ope Deorum omnium res sisti potuisset. lib. 4.* Certè Prænestini intestinis discordiis Roman. excitati, pervastatis agris, in ipsam portam Collinam signa intulerant, dum tribuni, ut quisque ad delectum vocatus erat, illud suum, *Veto*, objicerent, & negarent Consuli copiam Iuniorum facere, nisi inspectis prius nominibus & sublato ære alieno. Quid si eadem rixa civitatem distinuisset, cum Annibal non nisi tria passuum millia ab urbe abesset, nec strepitus tantum armorum in mœnibus audiretur, sed strictura ferè gladiorum sentiretur? Si tum plebs arma capere, aut nomina procursanti in forum Senatui dare renuisset, cum omnibus potius, quàm soli perituri: *Patres militatum ire, patres arma capere jussissent, ut penes eosdem pericula belli, penes quos præmia essent. Liv. lib. 2.* Anuon de imperio, tot victoriis parto, à tot hostibus tàm longo tempore defenso, una hora actum fuisset: vel unus App. Herdonius cum manipulo exulum & servorum satis erat occupando Capitolio,

122. *Rempubl. Rom. sæpè pa-tuisse hostib. per seditiones internas.*

tolio, & vastandæ urbi, si tribuni pl. perrexissent de lege sua agere & ab armis avocare populum, *Patritiorum hospites clientesq; Sauct. imagine belli ad avertendos ab legis cura plebis animos Capitolium insedisse dictitantes, si perlata lege frustra se tumultuatos esse sentiant majore, quam venerint silentio abituros.* Et perrexissent quidem, tantus furor erat, nisi P. Valerius ex curia in forum se proripiens, increpitam severè multitudinem ex comitiis sua vestigia & auspitia sequi jussisset, *ni sequerentur jam se Consularis imperii, jam tribunitiæ potestatis, sacratarumq; legum oblitum, quisquis sit, ubicunq; sit, in Capitolio, in foro, pro hoste habiturum. Non inter patres ac plebem esse certamen, sed simul patres plebemq;, arcem urbis, templa Deorum, penates publicos privatosq; hostibus dedi.* Nec tamen ne sic quidem quenquam terruit: Nox certamina cœpta oppressit: & citius L. Mamilius Thusculo cum exercitu venit, & recuperati Capitolii gloriam reportavit, quam tribuni à comitiis plebem Rom. abduci sinerent, quemadmodum luculenta oratione Quintius exprobrat: *Thusculi ante quàm Romæ sumta sunt arma. In dubio fuit, utrum L. Mamilius Thusculanus Dux, an P. Valerius & C. Claudius Consules Romanam arcem liberarint, & qui ante Latinos, ne pro se quidem ipsis, cum in finibus hostem haberent, attingere arma passi sumus, nunc nisi Latini sua sponte arma sumsissent, capti & deleti essemus.*

Heu, quò discordia cives Deduxere miseros? Exciverat recrudescens seditio universum Latium, cujus exercitus cum impunè pervastatis agris, portam Esquilinam, non sine ventosa ostentatione prædæ incurrerent, idem Quintius, Quartùm Consul, *Ergò*, inquit, *si viri arma illa habuissent, quæ in portis fuere nostris, capi Roma me consule potuit? Non illi vestram contemtere, nec sua virtuti confisi sunt: quippe toties fusi fugatiq;, castris exuti, agris mulctati, sub jugum missi & se & vos novere: Discordia Ordinum est venenum urbis hujus, patrum ac plebis certamina, dum nec nobis imperij, nec vobis libertatis est modus: dum tædet vos patritiorum, nos plebejorum magistratuum, sustulere illi animos.* Vultis adhæc alium producam testem L. Papyrium Mugillanum, qui, postquam pars major anni continuis certaminibus extracta erat, castigando nunc patres, nunc tribunos pl. *desertam omissamq; ab hominibus Rempubl. Deorum providentia curaq; exceptam*, memorabat *Vejentium inductis & cunctatione Aequorum stare, unde si quid increpet terroris, sine patritio magistratu placere Rempubl. opprimi: non exercitum, non ducem scribendo exercitui esse, an bello intestino bellum propulsaturos? quæ si in unum conveniant, vix Deorum opibus, quin obruatur res Romana, resisti posse.* Fac enim extremam aliquam vim ingruisse, cum plebs trans Anienem profugisset, cum Aventinum, cum Ianiculum insideret, annon vacuam urbem facilius occupasset, quàm cum Galli præter devotos Senes in atriis nihil hominum invenirent. Unde Horatius & Valerius: *Quid si hostes ad urbem veniant? Quid si plebs mox, ubi patrum secessione movemur, armata veniat? Occasune urbis volues fintre imperium?* Usque adeò Romana Respubl. non tàm interna sua bonitate, quam *singulari Dei cura excepta*, ut dixit Quintius, & fortitudine bellica stetit. Nam ubi nobilitas & plebs, contrariis factionibus distracta, ipsam Reipubl. compagem perpetuò divellit, & tribuni pl. ut quisquis est, vel sui impotentissimus, vel patribus infensus, vel honorum avidus, mobile vulgus circumagendi licentiam habet & autoritatem, ibi certè cum bonis pessimè agi oportet, nec quicquam stabile esse potest, quod discordiis perenniter dissolvitur, & hostibus ludibrio exponitur. Unde non ineptè Pomponius dicit: *l. 2. §. novissimè 11. de orig. jur. necesse fuisse, Rempublicam per unum Consuli*, & Tacit. *libr. 1. Annal.* ab Augusto scribit, *omnia, discordiis civilibus fessa, sub imperium accepta fuisse: lib. vero 1. hist. pacis interfuisse* memorat, *omnem potestatem ad unum conferri.* Item: *Non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quam ut ab uno regeretur. lib. 1. Annal.* disceptantibusq; inter se Agrippa & Mecœnate de retinendo vel abdicando imperio, Augustus Mecœnatis sententiæ hac causa permotus accessit, *quod multorum imperium magnitudo rerum non tulisset, Dion lib. 52.* cumq; Augustus ipse in Senatu de deponendo regno & restituenda Republica ageret, aliis aliter id interpretantibus, qui paulo erant prudentiores, ait Xiphil. *in August.*

123. Rempubl. Rom. non posse cuiquam probari.

124. Nec potuisse diutius sine Monarchia stare.

August. Principe deinceps opus esse dictitantes, *ab imperio abire passum non siverunt. Multis enim jam odio erat populi Principatus, quod sæpè seditionem faceret, eumq; eis dulcedo otij & Reipublicæ commutatio placebat.* Imo antequam Cæsar occupandæ Reipublicæ animū adjiceret, multos fuisse, qui nundinationes officiorum & cruentos in comitiis concursus detestantes, dicere publicè non dubitarint, *nisi summa rerum ad unum delata, deploratam esse Rempubl. medicumq; tolerandum, hunc, qui faceret, medicinam, quam lenissimum, Pompeium significantes*, autor est Plutarch. *in Cæsar. n. 9.* Omnium verò apertissimè Dion: *Cum tanta fuerit Urbis Romæ magnitudo, quæ orbis terrarum imperium tenebat, in diversis & contrariis inter se moribus multarum gentium homines vivunt, quæ omnibus divitiis referta, variis actionibus & fortunis privatim publiceq; utebatur, fieri non poterat, ut in Repub. mediocritas teneretur. Multò item facilius erat, unum bonum & moderatum virum, quam multos invenire: Acriores quoq; & densiores injuriæ inferebantur a multis, quam uno.* Idem repetit *in histor. August.* sæpè, & retinuit Xiphil dicens *in August. num. 12. Omninò fieri non poterat, ut ij, quorum apud populum futurum erat imperium, salvi essent.*

SECT. 4. De statu Imperii Romani, ab Augusto usque ad imperium Caroli M.

1. *Democratias patere Tyrannidi.*
2. *Exemplo Romanæ Reipubl. & aliarum.*
3. *Virum primi Imperatores fuerint Reges.*
4. *Unde desumserint nomen Principis.*
5. *Unde Imperatoris.*
6. *Qua fuerit vis Principatus.*
7. *Ex Nomine non esse de Rei veritate judicandum.*
8. *Tacitum probè distinguere inter vim & Speciem seu Nomen.*
9. *Explicatur locus Suetonii.*
10. *Duo Cæsaris Sophismata ad mutandam formam Reip. eum gratia.*
11. *Ne privatis civium commodis quisquam detrahatur.*
12. *Nec immutentur subitò, quæ ad externum pertinent apparatum.*
13. *Nihil refert, quo quis titulo potens sit.*
14. *Quosdam Imperatorum facto & verbis apertè regnum usurpasse.*
15. *Quosdam Regum nomen repudiasse, retenta potentia.*
16. *Quosdam Dominos se appellari prohibuisse.*
17. *Submissio primorum Imperatorum.*
18. *Patritius quondam Romæ creatus, autoritate Regia.*
19. *Potestatem spectandam esse, non denominationem.*
20. *Primos Imperatores denominatos fuisse Reges.*
21. *Ex Tacito.*
22. *Ex Suetonio.*
23. *Ex Seneca.*
24. *Ex Dione.*
25. *Ex Xiphilino.*
26. *Ex aliis historicis.*
27. *Ex Ausonio.*
28. *Ex rescriptis ipsorum Imperatorum.*
29. *Ex scriptis Sanctorum Patrum.*
30. *De lege Regia.*
31. *Quid nominis habeat.*
32. *Quo tempore lata sit.*
33. *Nimirum sub Augusto.*
34. *Legem Regiam non tantum absolvisse Imperatores legibus.*
35. *Sed & leges illius arbitrio subjecisse.*
36. *Contra eos, qui disputant Imperatorem non legibus, sed solennibus legum tantum esse solutum.*
37. *An ab omnibus legibus princeps lege Regia solutus fuerit.*
38. *Contra eos, qui legis regiæ amplitudinem contrahunt ad solam l. Iul. Papiam.*
39. *Principem lege. Reg. solutum fuisse ab omnibus legibus scriptis.*
40. *Eademq; simul accepisse alia Majestatis jura.*
41. *Et omnem omnino Reipub. potestatem.*
42. *Populum in Republ. libera solutum fuisse legibus.*
43. *Aliunde probatur absoluta potestas Imperatorum.*
44. *In imperio non fuisse Rerumpubl. mixtionem.*
45. *Nec potuisse quicquam vel Senatui relinqui vel Populo.*
46. *De potestate populi.*

1. *Democratiae pestis Tyrannis.*

POstquam hæc, quam huc usque proposuimus Democratia, quod se intra terminos priæ amplitudine continere nesciret, diffluere cepit, & ambitiosis Demagogis, *assentatoribus publicis, plebicolis*, ut ait Quintius *apud Livium libr. 3. quibus concitatus populus quæstus aut honore est, qui, quia in concordia ordinum nullos se usquam esse vident, mala res se, quam nullius, turbarum ac seditionum duces esse volunt*, tàm commoda sua augendi, quàm publicæ libertati insidiandi occasionem præbuit, brevi fidem fecit suspitioni Aristotelis *li. 5. Polit. c. 2.* qui dicit: Πολλὰ τῶν δοκούντων δημοκρατιῶν λύει τοὺς δημαγωγίαις. Et paulò post: *Cuncti ferè Tyrannidem occuparunt, facta sibi fide apud populum. Plato lib. 8. de Repub. Pol. lib. 6. Plut. in Arat. in pr.* Et in ipso Senatu Roman. dixit App. Claudius, non vanus augur: Οὐδενὶ ἄδηλον, ὅτι πᾶς τύραννος ἐκ δημοκόλακος φύεται. *Et expedita via est ad opprimendam civitatis libertatem, quæ per favorem pessimorum civium ducit ad potentiam. Dionys. Halycar. lib. 6.* Nam in Italia, post exclusos inde Germanos, cum repentè populus Resp. invasisset, extemporaneosq; magistratus sibi creasset, *finalmente*, ait Contaren. *lib. 3. de Rep. Venet. sono Venuti sotto la Tyrannide di alcuni de' suoi cittadini.* Cumanorum plebem concionibus in Optimates armarat Aristodemus, libertatem & jus æquum omnibus sublata Aristocratia promittens. Mox, ut Senatum trucidasset, & ad Democratiam inducendam plenum rerum omnium arbitrium sibi exorasset, ademtis arguto figmento armis, & ad sacras ædes congestis, Tyrannidem triplici præsidio sibi firmavit, & in patriam obtinuit. *Halycarn. lib. 7. in pr.* Sylvester Medices familiæ suæ non aliter ad invadendā Rempublicam viam paravit, quam debita pro egenis solvendo & oppressos contra vim potentum defendendo. *Ioh. Mich. Brut. in pr. hist. Florent.* Iam in Rom. Republica præcipitium hoc tentaverant Cassius, Sp. Metius, M. Manlius, C. Gracchus, Marius, largitione agrorum, nexos è vinculis argento suo eripiendo, pecunias, prædasve cum defraudatione ærarij distribuendo, nisi ferventia adhuc consilia, priusquam ad abruptum devenirent, quasi in herba suffocata, autoribus exitium in caput attraxissent: Cautius aliquantulum eandem fabulam aggressus est Cæsar, quando non tantum favore plebis se muniit, sed amorem militum præterea, quò nutantem plebem, & ut est mobile vulgus, vela vertere conaturum, in leges & arbitrium suum retraheret, acquisivit.

2. *Exemplo Roman. Resp. & aliarum.*

Ab initio enim, cum fraudes suas Senatui perspectas & perpetuos ambituos optimo cuiq; suspectos fore, nō obscurè intelligeret, omnia sua retulit ad incautum populum; quemque postremum Senatus negabat, eum per Curionem & Antonium tribunos pleb. populum opulentia Gallica inebriasset, Consulatum ope militum & plebis, per vim rapuit, adeoq; dum simulavit prodesse plebi, sibi ipsi Tyrannidem peperit, quod solet evenire in Democratia, quemadmodum eadem arte, qua partum erat, imperium sibi stabilivit, vel de novo acquisivit Augustus. Nam cum videret, Brutum ad Senatum omnia referre, illiq; & se & res omnes suas permittere, Senatumq; omnia rata habere, quæcunq; vel hic vel Cassius gessisset, populo se totum cum Antonio dedidit, contraq; Senatum pro plebis commodis nitendo, tam callidè improvido vulgo imposuit, ut in eum unum omnia imperia, omnes magistratus, unanimi consensu conjicerentur. Tribunus etiam pleb. haberi volebat, q. propugnator libertatis, quam sustulerat. Unde ab eo tempore computat Dion mutationem Reip. quando ait: *Respub. post annos 725. rursus in regiam potestatem venit.* Non desunt, qui regiam potestatem primis Imperatorum prorsus detrahant, ex quibus Bodinus *lib. 2. de Repub. c. 1. in fi.* affert locum unum Suetonij *ex Calig. cap. 22.* quando *speciem Principatus* opponit *regno*.

3. *Utrum primi Imperatores fuerint Reges.*

Lupoldus verò Bebenburg. *c. 17. de iur. Imper.* meminit opinionis quorundam, qui tenerent: Populum Romanum esse supra Imperatorem, & posse eum deponere, *arg. l. 2. §. Sed & cum placuisset, de Orig. Iur. gl. in c. 1. si de invest. inter dom. & vas. lis oriatur.* quæ esset illa Principatus forma, quam Bodinus definit *d. c. 1. in fin.* quod nihil sit aliud, *quam Aristocratia vel Democratia, cui unus de multis dignitate praeest, majestate penes populum vel Optimates manente.* Apuleij asinus *lib. 10. & 11. Metamorph.* Imperatorem non alio vocat nomine, quàm *Magni Principis*, & Otto Imperator in concione militum, *Senatum à principe urbis institutum,*

tutum, à Regibus usq; ad Principes continuum & immortalem fuisse dicens, Principes à Regibus satis dilucidè distinguit. *Tacit. 1. Annal.* nec inficior Principis nomen eo sensu tum acceptum fuisse, quando huc transferri cœpit ex Senatu, cui Censores aliquem ex præcipuis Senatoribus sub nomine Principis præponebant, qui primus sententiã rogabatur, quemadmodum Aemylium Scaurum, hominem novum, sed ob singulares virtutes admirabilem, ad hanc dignitatis prærogativam ascitum legimus. *Plutarch. de fort. Roman. num.* 2. T. Quintius Flam. Censor Scipionem Africanum, *Plutarch. in Flam. num.* 11. M. Cato L. Valerium Flaccum Senatus principem legit, *Plutarch. in Cat. Majest. num.* 8. quod nomen, quia in odium nondum venerat, Imperatores sibi induerunt, sub veteri pallio novam potestatẽ occultaturi, quemadmodum in titulo quoque Imperatoris luserunt, quo gaudebant illi tantùm, qui exercitibus præerant. Nam Tiberius Blæso, quod Tacfarinatem prædonem Africæ fudisset, ejusq; vires penè contrivisset, ut à legionibus Imperator salutaretur, *Prisco*, inquit Tacit. 3. *Annal. in fin. erga Duces honore, qui benè gesta Repub. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur, erantq; plures simul Imperatores, nec super cæterorum æqualitatem. Concessit quibusdam & Augustus id vocabulum, ac tum Tiberius Blæso postremum.* Cæterum, cum Augustus post disceptationem Agrippæ & Mecænatis, hujus sententiæ, quæ Rempublicam retinere suadebat, assensus, nomen Imperatorum assumsisset, *non*, inquit Dion, *illud vetus assumsit, quo parta victoria olim Imperatores appellabatur, sed hoc, quo significatur summum orbis terrarum imperium, quod & Cæsari patri ejus, filiisq; & deinceps nepotibus decretum fuit.* Item paulò post: *Augusti sui & Imperatoris appellatio ad cæteros, qui eum subsecuti sunt, pertinuit, propter summum & amplissimum eorum imperium: nec sunt Reges appellati aut Dictatores, oppressa & extincta Repub. sed eorum facta & potestas Imperatoris verbo continentur, quod hanc vim habet, ut ex eo possint conscribere milites, colligere pecuniã, inferre bella, pacem facere, ac postremò Senatoribus mortem inferre. lib.* 53. Eodem astu scribit Tacit. 1. *Annal. in pr. non regno, neque Dictaturâ, sed Principis nomine ab Augusto constitutam fuisse Rempublicam.* Paulò tamen ante, sub nomine Principis omnia accepta fuisse testatur, & Salustius Crispus probè potestatem novi nominis exprimit, quando Liviam monet, *ne vim Principatus resolvat, cuncta ad Senatum vocando.* Nam si Principatum resolvisset Senatus autoritas, certè principatui plus oportuit tributum fuisse quàm præeminentiam aut dignitatem; ne hoc quadrat definitio Bodini, quæ Majestatem omnem Aristocratiæ relinquit, cum hoc è diametro principatui Imperatorum adversari statuat Salustius. *Tacit. libr. 1. Annal.* Si quis enim in corticibus nominum hærere, quam in nucleum reiipsius penetrare, & veritatem ex verbis, quam factis æstimare malit, eum perinde decipi oportet, ac si farctum æstimaret ex veste & Philosophum statim sibi offerri crederet, ut quenqam conspexerit pallio indutum ad talos defluente, aut obstipo vultu tristes meditantem sanctimonias. Quanto enim intervallo sæpè distent nomina à rebus, verbis à factis, vel hoc ipso exemplo & infinitis aliis disputatũ à nobis fuit *l. 1. de jur. Maj. c. 1. n. 1. 2. & 3. c. 5. n. 9.* Unde si quid repetere tædiosè vellem, nihil aliud quàm actum agerem. *Nomen sine actu atq; officio suo nihil est*, ait Salvianus. *Quid est aliud Principatus sine meritorũ sublimitate, nisi honoris titulus sine honore? L. 4. de gub. Dei in pr.* Ipse Arist. *in Antepræd.* quædã dicit de subjectis prædicari, quæ non insint, & quædam inesse, licet nõ prædicentur. Tacitus ubiq; *vim* & *nomẽ* seu *speciem* opponere solet, quemadmodum Hieronem memorat Tiridatem increpuisse: *Non esse penes Arsacidem imperium, sed inane nomen apud imbellem externa mollitie: vim in Abdagesis domo esse. Tacit. 6. Ann. num.* 8. Item: *Imaginem retinendi donandiq; Armeniam penes Romanos fuisse: vim penes Parthos. lib. 15. Annal. Honorem imperii penes Titianum, vim ac potestatem penes Proculum præfectum. lib. 2. histor.* & Sueton. *in Tiber. c.* 24. vim & speciem conjungit, dum ait: *Principatum, quanvis neq; occupare confestim neq; agere dubitasset, & statione militum, hoc est, vi & specie dominationis assumta, diu tamen recusavit impudentissimo animo.* De Domitiano verò scribit, quod *omnem vim dominationis* licenter exercuerit

4. *Unde desumserint nomen Principis.*

5. *Unde Imperatoris.*

6. *Quæ fuerit vis Principatus.*

7. *Ex verbis & Nomine non esse de Rebus dijudicandum.*

8. *Tacitus distinctionem inter Vim & Speciem.*

cap.

cap. 1. & Tacit. *lib.* 1. *Ann.* Crispi admonitionem inserit ad Tiberium, *ne vim Principatus resolveret.* Nec aliter accipio speciem Principatus, quam parum abfuisse dicit Sueton. quin Caligula in regni formam converteret.

9. *Explicatur locus Suetonij*

cap. 22. *Speciem enim Principatus* non alio sensu dixit, quàm speciem libertatis, *in Tib. cap.* 30. quasi diceres simulacrum, veritati oppositum, quemadmodum ubique accipit Tacitus: *Salustius Crispus speciem magis in amicitia Principis, quam vim tenuit, libr.* 3. *Annal. num.* 5. *Sua Consulibus, sua Prætoribus species. lib.* 4. *num.* 1. Item: *Petitus per speciem studiorum scalpro, in fragm. libr.* 5. *Speciem venturi simulans Tiberius.* 6. *Ann. supr. Per speciem honoris amotus. lib.* 12. *num.* 9. Apparet hoc non tantùm ex rei veritate, qua probatione nulla datur efficacior, sed ex ipsius Sueton. verbis, quando regni accessionem in eo collocat, *si Cajus diadema sumsisset.* Diadema verò, aut cultus externus quicunque, inter regnum & principatum à Bodino definitum distinctionem non facit, sed externam tantùm denominationem aut venerationem permutat, in qua ut regni vis sita non est, ita nec ex ejus mutatione mutatur.

10. *Duo Sophismata Cæsaris ad mutandā Rempub.*

Duo egregia Sophismata docuit Iulius Cæsar eos, qui beneficio vulgi Resp. evertere & in se rerum summam, sine populi repugnantia, transferre cogitant, tum ut ab earum rerum, quæ maximè vulgi oculis exposita sunt, repentina mutatione abstineat, tum ne privata commoda cujusquam aut diminuat, aut in publicum convertat. Non prius enim se commovit Carthago, exuta armis & multata libertate publica, quàm cum prima collatio à privatis domibus exigeretur. Tum enim mæstitia & fletu repleta curia Annibal subridens insanam multitudinem increpuit: *Tantum nimirum ex publicis malis sentimus, quantum ad privatas res pertinet, nec in eis quicquam acrius, quam pecuniæ damnum stimulat. Itaque cum spolia victæ Carthagini detrahebantur, cum inermem ac nudam inter tot gentes armatas Africæ destitui cerneretis, nemo ingemuit, nunc quia tributum ex privato conferendum est, tanquam in publico funere comploratis. Liv. lib.* 30. Vulgus enim quod in commune nescit consulere, in ea tantum demersum, quæ ante pedes sunt, & ex quibus statim vel damno afficitur, vel lucro, de publica pernitie non magis sollicitum se habere solet, quàm quatenus inde privatum sentit incommodum, id quod T. Quintius Quartùm Consul populo in concione egregiè exprobrat, quando, posthabito publico damno, privatis cujusque damnis & speratis commodis exaggerandis, id effecit, ut relicto foro, destitutis tribunis, parata ad nomina danda juventus Consulem sequeretur. 11. *Ne privatis civium commodis quicquam detrahatur.* *At enim*, inquit ille, *communis res per hæc loco est pejore, ager uritur, urbs obsidetur, belli gloria penes hostes est. Quid tandem? Privata res vestra quo in statu sunt? jam unicuiq; ex agris sua damna nunciabuntur. Quid est tandem domi, unde ea expleatis? Tribuni vobis amissa reddent ac restituent? vocis verborumq; quantum voletis, ingerent, & criminum in Principes & legum aliarum, super alias & concionum: sed ex illis concionibus nunquam vestrum quisquam re fortunaq; domum auctior redijt. Ecquis retulit aliquid ad conjuges & liberos, præter odia, offensiones, simultates publicas privatasq; a quibus semper non vestra virtute, innocentiaq;, sed auxilio alieno tuti sitis. At Hercules, cum stipendia nobis Consulibus non tribunis ducibus, & in castris, non in foro faciebatis, & in acie vestrum clamorem hostes, non in concione patres Romani horrebant: præda parta, agro ex hoste capto, pleni fortunarum gloriaq; simul publica, simul privata, triumphantes domum ad Penates redibatis: nunc oneratum vestris fortunis hostem abire sinitis. Hærete affixi concionibus, & in foro vivite: Sequitur vos necessitas militandi, quam fugitis. Livius libr.* 3. Probè ad ingenium vulgi verba Quintius, sed callidius ad idem facta accommodavit Iulius Cæsar, qui cum ex bellorum civilium gurgitibus Rempublicam in vadum deduxisset, & pacis bona, longo bello absorpta, gustanda plebi de novo propinasset, non tantùm dulcedine otij civitatem implevit & suarum partium fecit, propriarum rerum, quàm publicarum studiosiores, sed etiam adhibito altero Sophismate; de quo mox dicemus, tam astutè in se summum imperium transtulit, ut præter Catonem & cordatiores quoque ex Senatu, non modò ingruentem Tyrannidem non sentirent cives, sed ne dolerent quidem. Nam qui in privatis com-

commodis nihil detrimenti sentiebant, & publicæ libertati insidias structas non intelligebant, causam non habebant, quam propter novum imperium excussum vellent. Non intelligebant autem, quamdiu immutata manebant, ex quibus vulgus libertatem & summum imperium metiri solet. Nec enim arcana imperij homines de plebe pervestigant, sed ad externos titulos, fastuosos honores, & quæ in oculos incurrunt omnium, respicientes, illic plurimum potestatis dominari opinantur, ubi plurimum ingeritur honorum, & regia præferuntur insignia. Quam ob causam Iulius Cæsar & hujus exemplo Augustus Tiberiusque, etiamsi vim dominationis summo studio affectarent, speciem tamen libertatis & Reipubl. quantum poterant, in pristino relinquebant, comitiorum ordine, magistratuum autoritate, omnium civium libertate, usque ad arbitrium Principis, inviolata permanente. Interim Cæsar, quod se Dictatorem perpetuum creari curasset, in Senatum, in populum, in magistratus cæteros, precarios, summam potestatem sibi retinuerat: Augustus, licet Dictatoris invidiosum nomen recusasset, tamen quia de decennio in decennium imperium sibi invito, ut videri volebat, precibus Senatus obtrusum & confirmatum acceperat, simulq; Censor, Pontifex, & quo maximè pollebat, tribunus perpetuus erat, nec non Consulatum, quoties cupiebat, invadebat, sub antiquis titulis omnem potestatem, novo sed insensili more, sibi soli usurpabat. Nihil autem refert, quo quis titulo potens sit, quandoquidem Regum interdum minor potestas est, quam Ducum, quam Principum, quam Legatorum, prout Caligula, cum Regum contentiones de dignitate & generis nobilitate irridens, sibi diadema circumdare meditaretur, admonitus, & principum & regum se excessisse fastigium, supra omnes Reges se extulit. *Suet. in Calig. cap.* 22. Sed hic & qui post eum vel Rempublicam malis artibus invaserunt, vel ipsa imperij magnitudine & impuni licentia in pejus degenerarunt, non per Cuniculos amplius aut ambages, sed aperta vi, nihil reveriti invidiam & odia, dominatum sibi vindicarunt, de qua quidem re non sunt, qui ambigant, quandoquidem ipse Bodinus paulò post confitetur, posteros Imperatorem

12. *Nec ex veteri apparatu externo quicquam repentè immutetur.*

13. *Nihil refert, quo quis titulo potens sit.*

14. *Quidam Impp. apté*

crudelissimam Tyrannidem exercuisse. Etenim Cajus, tanquam humano fastigio superior, divinam sibi Majestatem asseruit, *Suet. d. c. 22. Ioseph. 19. antiq. Iud. in pr.* Domitianus, cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret Epistolam, sic cœpit: *Dominus & Deus noster sic fieri jubet.* Unde institutum posthac, ut ne scripto quidem ac sermone cujusquã appellaretur aliter. Acclamari etiam in amphitheatro epulari die libenter audivit: *Domino & Dominæ feliciter. Suet. in Dom. c.* 13. Nam etiam Cajum solitum fuisse Dominum appellari, ex Vitellij responso patet, apud Dion: qui rogatus à Cajo, an Lunam secum coëuntem videret, respondit: *Licet, Domine, vobis Diis tantummodo vos inter vos videre. Xiphil. in Calig. n.* 6. Commodum Pompejanus, qui & ætate venerandus erat & Commodi sororem natu maximam in matrimonio habebat, non dubitat his verbis alloqui: *Teneri te, ô fili & Domine, patriæ desiderio non mirum, apud Herod. in Comm. n.* 3 Diocletianus verò non tantùm primus ex auro veste quæsita, serici ac purpuræ gemmarumque vim plantis concupivit, *sed & primus omnium*, ut ait Victor *in Diocl. Caligulam post Domitianúmque Dominum palam dici passus, & adorari se appellariq; ut Deum.* Cæteri verò, qui Rectores potius, quam Domini videri cupiebant, licet dominandi artium nihil reliquum facerent, individiosos tamen titulos cane pejus & angue vitabant. Iulius Cæsar, cum Rex à quibusdam salutatus esset, qui vulgaverant, libris Sybillinis proditum, vinci Parthos à Romanis posse, si Rege Duce, bellum iis movissent, esse ipsis aliòquin insuperabiles, indignatione populi metuens, *Non Regem*, ait, *se, sed Cæsarem vocari*, cui cùm summos honores illi decrevisset Senatus, *Contrahendos sibi magis, quam ampliandos honores* respondit. Nec desunt, qui censeant, non à Cicerone solùm & amicis, sed ab ipsis inimicis oneratum fuisse Cæsarem summis, quos humanum capiebat fastigium honoribus, quò majorem ipsi invidiam & plures contraherent offensiones, *ut scribit Plutarch. in Cæsar.* Augustus cum esset inaliquando Dominus à populo nominatus, non tantùm vetuit, ne quis se appellaret eo nomine, sed etiam id cavit diligenter. *Xiphil. in August. num.* 16.

regnum usurparunt.

15. *Quidam Regum nomen repudiarunt.*

16.

Domini

Domini enim appellationem, ut maledictum & opprobrium semper horruit. Cum spectante eo ludos, pronunciatum esset, à Mimo; *O Dominum aequum & bonum!* & universiq. de ipso dictum exultantes comprobassent, statim manu vultuq; indecoras adulationes repressit, & in sequenti die gravissimè edicto corripuit, dominumque se posthac appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus suis vel seriò vel joco passus est. *Suet. in Aug. c.* 53. Unde Ovidius de Romulo & Augusto:

Tu Domini nomen, Princeps ille tenet.

Quin etiam, cùm à Consulibus sancitum sciret publicis execrationibus, neminem in reliquum tempus Dictatorem fore, Cæsare interfecto, *Xiphil. in Caes. in fin.* offerrenturque sibi a populo viginti quatuor fasces, cum nomine & potestate Dictatoria, deprecatus invidiam, vestem discidit, & ne cogeretur patere, precibus pacisci, quam pro imperio obtinere maluit, *quanquam*, ut ait Dion, *honore atque autoritate Dictatores antecederet. Xiphil. n.* 14. Tiberius a quoquam appellatus Dominus denuntiavit, *ne se amplius contumeliæ causa nominaret. Sueton. in Tiber. num.* 27. Quin & patris patriæ nomen plures per vices sibi delatum constanter recusavit, acerbeque increpuit eos, qui *divinas occupationes*, ipsumque *Dominum* dixerant. *Tacit.* 2. *Annal. in fin.* Ne Augusti quidem nomen, quanquam hæreditarium, ullis nisi ad Reges ac Dynastas Epistolis addidit. *Sueton. in Tiber. cap.* 26. In Senatu rationem dictorum factorumque reddere non abnuit, adeò ut in appellandis venerandisque singulis & universis, propè excederet humanitatis modum. Dissentiens à Q. Haterio, *Ignoscas*, inquit, *rogo, si quid adversus te liberius, sicut Senator, dixero*, & inde omnes alloquens dixit: *Et nunc & sæpè alias P. C. bonum & salutarem Principem, quem vos tanta & tam libera potestate instruxistis, Senatui servire debere & universis civibus, sæpe & plerunque etiam singulis, neq; id dixisse me pœnitet, & bonos, & aequos & faventes vos habui Dominos, & adhuc habeo. Sueton. in Tib. c.* 28. 29. Claudius etiam, in semet augendo parcus ac civilis, prænomine Imperatoris abstinuit. *Sueton. in Claud. cap.* 12. In theatro cives quoque subinde Dominos appellavit. c. 21. Galba nec Cæsaris, nec Imperatoris, sed Legati S. P. Q. R. nomine imperium suscepit. *Plutar. in Galb.* Vitellius præmisit edictum, quo vocabulum Augusti differret, Cæsaris non reciperet, *licet*, ut ait Tac. *de potestate nihil detraheret. l.* 2. *Ann.* In Senatu, cum Priscus Helvidius ipsius sententiā oppugnasset, non ultrà commotus est, quàm ut tribun. pl. in auxilium spretæ potestatis vocaret. *Ibid.* Alexand. Sev. Domini nomen seriò repudiavit, nec Epistolas ad se aliter, quàm ad privatū mitti jussit, servato ex omnibus unius Imperatoris titulo. *Lamprid. in Alex. n.* 1. An verò nec Augustus, nec successorum quisquam, ne eo quidem tempore, cum postquā Alexander Antoninorum seriem sua modestia extingui passus erat, tantò magis invaluisset potentia Imperatorum, quantò Senatus, veteris libertatis oblitus, ignavius autoritati suæ fulcrū subjicere tendebat, regiam absolutamve potestatē usurpavit? nec plus in re sibi attribuit, quàm nomine præ se tulit? In imperio Occidentali & præcipuè in urbe Roma, propter Græcorum severas exactiones & supinam negligentiam, cum nomen Imperatoris odium perinde contraxisset, ut quondam Regum ac Dictatorum Romani, excusso Græcorū jugo, instinctu & machinatione Pontificum, Patritium crearunt, cui non tantùm ordinandæ civitatis, sed & eligendi confirmandiq; Pontificis potestatem fecerunt, quam Carolus M. diu ante recuperatum Imperatoris nomen exercuit. An verò Bellar. *l.* 2. *de transl. Imp. Rom.* & Gretser. *in disp. cont. Haiminsfeld.* ex diversitate nominum rectè arguunt diversitate potestatum, nec tantum Romæ licuit Patritio, quantum Imperatori? Certè Haiminsf. *c.* 16. *in replic. pro Imp. ex c. Adrianus dist.* 65. *Petr. Damia. in disp. de def ens. Eccl. & Imp. Item ex Frising. l.* 7. *c* 31. *& Epist. Lucij Pap.* apertè demonstrat, quod tantundē autoritatis habuerit Carolus ex officio patritiatus, quantum isti illum finguntadeptum esse ex coronatione Pontificis. Athenienses sivrerant nomen regium cum Codro emori, & Medontidas non Reges, sed Archontes dicebant. Eos tamen Regū numero infert Sigon *l.* 1. *de Rep. Ath. n. c.* 1. *ex Euseb.* non nominis defectū, sed potestatis veritatem secutus: Pari omninò lege, qua veteres quicunq; historici, quibus status imperij tantò fuit notior, quantò ejus primordiis propius vixe-

17. *Submissio primorum Imp.*

18. *Patritius Romanus autoritate Regiu.*

19. *Potestas spectanda, non denominatio.*

20. *Primos Imperatores denominatos fuisse Reges.* vixerunt & Reip. pars major fuerunt, non dubitarunt fucum hunc detergere, & scapham scapham, ficum nominare ficum. Equidem Tacitus, qui extremis Claudij temporibus natus, *dignitatem a Vespasiano inchoatam*, ut ipse ait *lib. 1. hist. in pr. a Tito auctam, à Domitiano eò usq; provectam accepit, ut sub imperio Nervæ consulatū adiret*, substitutus in locum T. Virginij Rufi, & ab Adriano Galliæ Belgicæ iterùm præfectus fuerit, quam procuratorio nomine rexerat sub Vespasiano, hic inquam Tacitus, ipsis principum adytis sæpius immixtus, instar mille testium, Monarchiam Imperatoriā quamplurimis in locis inculcat. Quo-
21. *Ex Tacito.* tiens enim morientem libertatem vanis suspiriis prosequitur? quoties simulacra libertatis, imaginem aut speciem Reip. quasi re ipsa ablata, superstites nominat? Piso, adoptivus Galbæ, *Remp. Senatum & Populum vana esse nomina*, dictitat, *l. 1. hist.* ipse Tacit. Romanum principem vocat *generis humani Dominum*, *l. 3. hist.* quando Vitellium describit, relicta fortunæ suæ sede, per populum, per urbe, de imperio exeuntem, & *lib. 13. Annal. n. 2.* Agrippinam contra Burrhum & Senecam stomachantem inducit, *quod generis humani regimen expostulent*. Augusti verò domum vocat *Regnatricem*, qua insitam Claudiæ superbiam Tiberio Neroni cōfirmatam auguratur, *l. 1. Annal. in pr.* & dum de Agrippinæ ambitione agit, *nihil* ait *illi domi impudicum, nisi dominationi expediret, cupido aut auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium Regno pararetur. lib. 12. Annal. n. 2.* Item: *Diligitur artifex talium vocabulo Locusta, nuper veneficij damnata & diu inter instrumenta Regni habita. Ibid. in fin.* Nero demovet Pallantem curâ rerū, queis à Claudio impositus, *velut arbitrium regni agebat. lib. 13. Annal. n. 3.* Sed ut hæc mittamus tanquam minus aperta, quid potuit dici clarius, quam quod *l. 1. hist. in pr.* pacis interfuisse scribit, *Omnem potestatem conferri ad unum?* aut quod *l. 1. Annal.* ex aliorum sententia rememorat *Non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quàm ut ab uno regeretur?* Tiberium verò *Respubl. Roman. arbitrium tribus fere & viginti annis obtinuisse* concludit. *lib. 6. Annal. in fin.* Apertissimè deniq; *lib. Anal.* postquam tres Rerumpublicarū formas conceptis verbis proposuerat, Aristocratiamque & Democratiam præteritis temporibus asseruerat, præsenti statui Monarchiam accommodat. Et tum quidem Tiberius nondum consumserat primum decennium, viva adhuc Livia, erga quàm inveteratum illi erat obsequium; & vix dum sublato æmulo Germanico, ne subsecutæ Tyrannidi hanc mutationem quisquam accenseat. *Cunctas*, inquit, *nationes & urbes populus, aut primores aut singuli regunt. Igitur ut olim plebe valida, vel cum patres pollerent, noscenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur. Senatusq; & Optimatium ingenia, qui maxime perdidicerant, callidi temporum & sapientes credebantur: Sic converso statu, neq; alia Republica quam si unus imperitet, hæc conquiri tradiq; in rem fuerit.* Iudæi universi idem sub Tiberio confitentur, quando Regem sese non habere dicunt, præter Cæsarem. *Ioh. cap. 19* Suetonius Tacito σύγχρονος, qui & ipse A-
driano ab Epistolis fuit, à quo aula expulsus 22. *Ex Suetonio.*
est, quod familiarius cum Sabina Imperatoris uxore egisse insimulabatur, quam reverentia domus Aulicæ postularet, *Spart. in Adrian.* non parcius, nec contacius idem ubique insinuat, quando Augustum *novum statum condidisse, & Rempublicam populo, ut præ se tulerat, non reddidisse* scribit. *in Aug. cap. 28.* Tiberium verò non tantum speciem, sed & vim dominationis assumsisse refert, *in Tiber. cap. 24.* & Scribonij Mathematici præclarum de Tiberio infante prognosticum addit: *cap. 14. Etiam regnaturum quandoque, sed sine regio insigni, ignota tum adhuc Cæsarum potestate.* Ingresso in urbem Caligulæ, consensu Senatus & irrumpentis in curiam turbæ, *jus arbitriumq; omnium rerum permissum fuisse* testatur, *in C. Cal. cap. 14.* Domitianum deniq; omnem vim denominationis licenter exercuisse scribit *in Domit. cap. 1*
De imperio Neronis unius Senecæ testimo-
nium eò libentius adjiciam, quò minus is 23. *Ex Seneca.*
præsumitur fluxum Discipuli ingenium exitiali adulatione voluisse corrumpere & ex stultitia agere in insaniam, impunis in eo libro, quo nihil aliud agit, quam ut summam illam & Imperatoriam potestatem ad moderationem clementiæ deducat. *lib. 1. de Clemen. cap. 1. Ego ex omnibus mortalibus placui, electusq; sum, qui in terris vice Deorum*

fun-

fungerer: Ego vitæ necisq; gentibus arbiter, qualem quisq; sortem statumq; habeat, in manu mea positum est. Quidcunq; mortalium fortuna datum velit, meo ore pronuntiat. Ex nostro responso lætitiæ causas populi urbesq; concipiunt. Nulla pars usquam nisi volente propitioq; me, floret. Hæc tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum meum stringentur, quas nationes funditus excindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos Reges mancipia fieri, quorum capiti Regium circumdari decus oporteat, quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea jurisdictio est. &c. Paulò quidem serius vixit Dion, quippe qui cum Alexandro Severo simul consulatum promeritus est, *Suid. in Dion.* sed nec tamen illud tempus excessit, quo de summa rerum, cui & ipse præfuerat, exquisitè judicandi copiam suppeditabat recensrerum gestarum memoria. Is enim tàm apertè nomine Regni utitur, in universa historia, ut aliter fieri nō posse dicat, *l. 53. quin sub regno Romani sese esse fateantur, cum ad Imperatores rerum summa deferatur.* Item: *Dempta nominis acerbitate regiam obtinent potestatem, quia sunt soluti legibus.* In disceptatione Agrippæ & Mecænatis, *l. 52. Cæsar*, ait, *Mecænatis assensus regnum confirmavit.* Item: *Quibus rebus confisus, convocato Senatu, cœpit agere de regno deponendo, ac Rep. restituenda.* Item: *Prorogato sibi sæpè decennio, regnum quamdiu vixit, obtinuit. l. 51. Augustus, ex quo regnum habuit, nihil truculentum commisit?* Ipsum Augustum & Liviam de imperio suo non aliter, quàm de regno loquentes, introducit: utpote cum Augustus conqueritur de insidiis, quibus regnum sit expositum, & Livia respondet: *Te salvo & incolumi, sum regni particeps.* Palatia quoq; *Regias* vocat, & Rempub. ait, *post annos 725. rursum in regiā potestatem pervenisse:* quam phrasin ubiq, retinuit Xiphil *in Epit.* qui *in Epit. Aug. n. 13.* tempore Michaelis Imperatoris filij Ducæ sese vixisse testatur. Etenim, occiso Cajo, *multi*, ait, *existimabant restituendam esse populo Remp. plerisque in regno esse oportere videbatur. In Epitom. Claud. in pr.* cujus rei item meminit Joseph. *l. 19. Antiq. c. 2.* & Agrippam suasisse addit, *ne regnum, quod semel suscepisset, in gratiam Senatus deponeret.* Appianus, qui *l. 2. bell. civ.* Adriani Imp. se coætaneum facit, *in hist. præf.* luculentur testatur: *Quicunq; post Cæsarem Imperium tenuerunt, licet se Imperatores tantùm dixerint, tamen* ἔργῳ τὸ πάντα βασιλεῖς *extitisse.* & Hieron. *in c. 22. Matth. Omnes*, ait, *Romani Reges à primo Cajo Cæsare, qui imperiū occupaverat, Cæsares vocati sunt.* Capitol. in Clod. Albin. Clodij concionem repetit, cujus tale exordium: *Si Senatus P. Q. R. suum illud vetus haberet imperium, nec in unius potestate res tanta consisteret, non ad Vitellios, neq; ad Nerones, neq; ad Domitianos publica fata venissent.* Ausonius Monosticha de Cæsaribus XII. sic exorditur:

24. *Ex Dione.*

25. *Ex Xiphil.*

26. *Ex aliis histor.*

27. *Ex Ausonio.*

Cæsareos proceres, in quorum regna secundis
Consulibus dudum Romana potentia cessit
Accipe bissenos.
Primus Regalem patefecit Julius aulam
Cæsar, & Augusto nomē transcripsit & arcē.
Privignus post hunc regnat Nero Claudius: a quo
Cæsar cognomen Caligæ cui castra dederunt.
Claudius hinc potitur regno, post quem Nero sævus,
Ultimus Æneadum. Post hunc tres, nec tribus annis
Galba senex, frustrà socio confisus inerti:
Mollis Otho, infamis per luxum degener ævo,
Nec regno dignus, nec morte Vitellius, ut vir,
His decimus, fateq; accitus Vespasianus,
Et Titus imperij felix brevitate: secutus
Frater quē calvū dixit, sua Roma Nerone.
Nunc & prædictos & regni sorte sequentes — Item *in Tetrast.*
Expediam, series quos tenet imp. rij.
Sed brevis jus regni, sola trieteride gestum. — De Iul. Cæs.
Claudius irrisa privato in tempore vitæ — De Claud.
In regno specimen prodidit imperij. (regni
Umbra tamen brevis imperij, quia præmia — De Vitellio.
Sæpè indignus adit, non nisi dignus habet.

28. *Ex rescriptis ipsorum Imperatorum.*

Quin & procedente ætate, & die ipso invidiam nominis Regij mitigante, apertè regios titulos in legibus & rescriptis Imperatores posterioris ævi præ se tulerunt, quemadmodum *regiam vestem* vocat Xiphil. *in Vitell. regiam adoptionem* Capitol. *in M. Anton.* & Antoninus se nominat *Dominum maris. in l. 9. ad l. Rhod. de jact.* Honorius & Theodos. *Regiam Majestatem & nomen Dominicum* dicunt, *in l. 1. & 2. C. ut nemo priv.* Iustinian. *regalem sensum. l. ult. C. de ll. regale culmen. l. benè à Zeno. 3. C. de quad. præsc. regiā urbem. l. un. C. de rapt.*

Virg. Et notum est nomen regiæ legis, quam dubium non est sic dictam, quod Imperatoribus regiam potestatem attribuerit. Quin & Ius Canonicum citra controversiam regium accipit pro Imperatorio, *c. conVenior. dist. 8. c. aug. sunt. dist. 96. c. Solitæ. de major. & obed.* perinde ut consuetudines Feudales, *c. 1. §. & quia. De his, qui feud. dar. c. 2. de pace ten. cap. 1. de lege Conr.* & Sancti patres, libellis

29. *Ex scriptis Patrum.*

suis cum Imperatorio non dubitarunt & regium nomen præscribere, prout patet ex Nazianz. *orat. 1. in Iul. Athan. in Epist. ad solit. Vit. agent.* Ambrос. *lib. 5. Ep.* 33. Hilar. *in libb. adversf. Maxent.* & Hieron. *in cap. 22. Matth. & Vit. Hilar.* adeò ut, si aliorum testimoniis certandum foret, regiam potestatem Imperatoribus detrahere nemo posset, nisi qui uno stylo tot Consularium & fide dignorum virorum assertionem perfodere, & sibi in omnem antiquitatem censuram arrogare vellet Budæus certè *ad l. Princeps. de ll.* Imperij Romani formam redigit ad quintum genus regni, ab Arist. *lib. 3. Polit. c.* 10. propositum, quod ipse παμβασιλείαν vocat, nos absolutum regnum esse & legibus solutum suprà demonstravimus.

30. *De lege Regia.*

Quod, an ita se habeat, si quis ambigere perrexerit, eum deducemus ad legem Regiam, ejusq; autoritate, quod propositum nobis est, luce meridiana clarius, evincemus. Le-

31. *Quomodo nominetur.*

gem *Regiam* vocat Ulpian. *in l. 1. in pr. de const. princ.* & hujus imitatione Iustin. *§. Sed & quod princip. 6. Inst. de jur. nat. gent. l. 1. §. sed in hac 7. C. de Vet. jur. enucl. §. Et nemo. de concept. ff. quæ de imperio Principis lata est.* Theophilus vertit, non βασιλικὸν, sed βασιλικὸν νόμον. Alciatus malè & sine probabili conjectura mavult legere legem *Rhenniam.* Paulus *in l. apud eum 14. de manumiss.* citat nomine *legis Augusti*, quia princeps solemnitate manumissionis solutus dicitur, & Iustinianus ipse *privilegium Augustum in l. un. §. Hac autem 14. C. de cad. toll.* quando in caducis fisco vindicandis se negat exerciturum Augustum privilegium, sed quod communiter omnibus prosit, privatæ utilitati antelaturum. Cremutius in Apologia pro commentariis suis eandem videtur intelligere per *legem Majestatis*, quam dicit Tiberium principem & principis parentem complecti, *lib. 4. Ann. Tacit. n. 5.* Apposite Alexander Severus nominat *legem imperij, l. ex imperfecto. 3. C. de testam.* eò quod imperium ea firmatū sit, nec aliunde regiæ suæ potestati, qua omnes ante se leges corrigit, supplet, aut ratas habet. *d. l. de concept. ff.* colorem prætexit Iustinianus, quam, quod hac lege consensu Senatus populiq;, jus illud acquisiverit. Quæ si vera sunt, nec legitima Im-

32. *Quo tempore lata.*

peratoribus competit potestas, nisi ex traditione legis Regiæ, de sententia Iustiniani, omninò oportet nos credere, non sub Vespasiano, ut reliquiæ cujusdam legis ex tabularum fragmentis nuper erutæ, persuadere videntur, sed sub Augusto primùm natam esse legem, de qua agimus. *Vacon. de Vacun. CoVarr. c. 1. qq. pract. Eguinar. Baro. in l. princeps. de ll. Corras. l. 6. Misc. c. 8. Borcholt. ad §. Constat. Inst. de jur. nat. gent. Barclaj. l. 3. contr. Monarchom. c. 4. Matth. Steph. 2. de jurisd. c. 1. n. 72.* Alias enim injusti possessores fuissent tàm Augustus, quam Tiberius & cæteri regnatricis domus successores, nec leges volenti populo novas ferre jure potuissent. Quod si per legem Majestatis Cremutius intelligit hanc Regiam, conceptis verbis refert ejus originem ad Augustum, quod & titulus Augusti legi additus innuit, & apparet ex eo, quod Iustinianus ex longa antiquitate ejus originem accersat, *d. §. Et nemo 8. de concept. ff.* legem *antiquam* nominans. Pomponius verò apertius *in l. 2. §. NoVissimè 11. de Orig. jur.* eo tempore, quo

33. *Sub Augusto.*

necesse fuit, Reip. per unum Consuli, *constituto principe jus illi datum* asseverat, *ut quod constituisset ratum esset*: de qua re sic Ammianus *l. 14. Vrbs Venerabilis post superbas efferatarum gentium cerVices oppressas, latasq; leges, fundamenta libertatis & retinacula sempiterna, Velut frugi parens & prudens & diVes Cæsaribus, tanquam liberis suis, regenda patrimonij jura commisit.* Aurelius Arcadius, *regimenta Reip. ad Imperat. perpetuos translata*, dicit, *ut primum Imperatores constituti sunt & potestatem nacti sunt constituendorum præfectorum prætorij*, quod certè ipsis ab initio licuit *l. un. in pr. de off. præf. præt.* Accedit, quod Tac. *l. 4. hist.* Vespasiano eadem decreta dicit, quæ cæteris principibus & in ipsis legis articulis plerunq; additur, ut fas sit & liceat Vespasiano, quemadmodum licuit Augusto, Tiberio, Claudio, &c. *Anto. Aug. de ll. & SCt. s de l. Regia.*

gia. Fulv. Ursin. in not. Omnem verò scrupulum eximit unus Dion. *lib. 53.* & ejus relationi subscribens Xiphil. *in August.* quando Imperatores, ait, sibi usurpasse, quod antea civium Romanorum datum fuit nemini, ut soluti essent legibus. λέλυσθαι δὴ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ λατινικὰ ῥήματα λέγει. τοῦτ᾽ ἔστιν, ἐλευθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰσι, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται. hoc est, *liberi sunt ab omni legum necessitate, nec iis, quæ scripta sunt subjiciuntur.* Paulò post hoc privilegium à Senatu Augusto confirmatum fuisse subdit, *ut re vera sui juris, & absoluta potestatis, tàm respectu sui ipsius, quam legum omnia, quæcunque vellet, faceret, quæcunque nollet, non faceret.*

34. *Legum Regiam tantùm solvisse Imperatorem legibus.*

Et quanquam legibus solutum esse & potestas leges abrogandi & Rempublicam pro arbitrio ordinādi, diversa sunt, sicut Pompejus legum vinculis lege Gabinia exolutus, nec ob id Dominus Reipublicæ constitutus fuit, tamen posterius consequitur ad prius. & non tantùm Pomponius *d. §. 11.* constituto principi jus condendi & abrogandi leges concessum confitetur, sed Iustinianus, testis omni exceptione major, imprimis apud eos, qui juris civilis scientiam profitentur, ex sententia

35. *Sed & leges suo arbitrio subjecisse.*

Ulpian. *d. l. 1. de Const. pr.* per legem Regiam populum concessisse principum *omne imperium suum & omnem potestatem, quam habuerit, §. 6. Inst. de jur. nat. gent. l. 1. §. 7. C. de vet. jur. enucl. & §. Et nemo 8. de concept. ff.* ait: *Cum lege antiqua, quæ Regia nuncupabatur, omne jus, omnisq; potestas populi Rom. in Imperatoria translata sunt potestatem, nos vero sanctionem omnium non dividimus in alias atq; alias conditionum partes, sed totam nostrā esse volumus, quid possit antiquitas nostris legibus abrogare?* Vides, quod ex hac lege Imperator sibi soli attribuat omnem & summam potestatem in leges & perc. in totam Remp. ideoq; per eandem factus sit Monarcha, quandoquidem nec factorum cuiquam rationē reddere, nec legum imperio obligatus erat, sed arbitrio suo, loco legis utebatur, sive de ferendis & corrigendis legibus, SCtis & plebiscitis ageretur, sive de judiciis peragendis, sive creandis novis magistratibus & subrogandis veteribus, & quæ præterea ad jura Majestatis pertinent, ut speciatim paulo post subjiciemus.

Nam quod ex ICtis nonnulli vim legis Regiæ coarctent ad solemnia tantùm, eò quod

36. *Contra eos, qui tenent Imperatorem solennibus legum tantum esse solutum.*

Alexander Imp. lege imperii solemnibus Iuris solutum Imperatorem dicat, *l. 4. C. de testam.* & Paulus *d. l. apud eum 14. in fi. de manum.* formulis vindictæ neget astringendam voluntatem Imperatoris, *Donell. 1. comm. 17. in pr. Corras. 2. Misc. c. 24. 25. Vasq. lib. 1. Contr. c. 26.* id præterquam quod ex d. ll. non probetur, Iustiniani & Dionis aliorumque, quos paulò ante laudavi, verbis è diametro repugnat. Nā Paulus tacite colligit à majori ad minus. Si enim lex Augusti absolvit ab omnib. legibus, ut ait Ulpia. *in l. Princeps 31. de ll.* & ipse Iustin. *§. ult. in fi. Inst. Quib. mod. test. infirm.* multò magis solvet à solemnib. manumissionis. Alexandri verò constitutio nō habet additū vocabulum, *duntaxat*, quasi à solemnibus tantùm solutus esset princeps. Solutio verò à solemnibus, non illigat cæteris legibus, cum idem, qui hîc dicitur solutus solemnibus, alibi dicatur ex ejusdē Alexandri antecessorum sentētia, legibus ipsis solutus: *d. §. ult. Inst. quibus modis test. inf* ne in solemnibus juris interpretandis subtilius verser, & ex antithesi demonstrem, quod per solemnia juris, ipsæ leges accipiantur.

37. *An ab omnibus legibus solutus sit princeps.*

Sunt, qui regiæ legis generalitatē ex eo infringere laborent, quod princeps non sit solutus l. Falcidia *l. 4. C. ad l. Falcid.* nec lege Glicia, *l. Papinianus 8. §. Si Imp. 2. de inoff. testam.* aut quod Augustus gratiam legis Voconiæ in Senatu exoraverit, ut liceret sibi Liviam ex triente hæredē scribere, *Xiphil. in Aug. in fin.* quasi non idem Augustus ejusdē legis gratiam aliis sæpe fecisset. *Dion. lib. 50.* & multas alias leges autoritate sua subvertisset, nedum ut coactus fuerit huic unicæ cedere. Annon in eodē testamento Tiberium scripserat, hæredē imperii sine venia Senatus? At quantò plus est, jus Reip. invito populo præripere, quā contra legē hæredem instituere? Solent autem, qui glaucoma oculis objicere & nebulam stellis spargere candidis nituntur, in levissimis rebus curiosi esse, quæ sunt magni momēti, cū impetu perrumpere. Sed de hoc Sophismate Imperatorū videbimus post. Falcidiam verò & Gliciam nō detrectarunt principes, partim, quod rationi naturali innitantur, cui se accommodare tenentur, partim, quod hæreditates adeant, non ut principes, sed ut privati. Sicut autem fiscus privatus distinguitur ab ærario publico: Ita de

legatis, quæ ut privatis relinquebantur, aliter judicandum, quàm de rebus ad majestatem imperii pertinentibus.

38. *Contra eos qui legem Regiam contrahunt ad solam Pap.*

Sunt deniq; qui legem Regiam ad unicam legem Papiam contrahant, *Stephan. in Strusa monit. in Epimetr. ad carmen.* 34. *Cujac. lib.* 15. *obs. cap.* 30. *Anton. Augustin. lib. de ll. c. ult.* eò quod Ulpianus, ubi principem dicit solutum esse legibus, loquatur de lege Papia *in l.* 31. *de ll.* quasi non in toto jure frequentissimum sit, ut particulares sæpè leges ex generalibus regulis firmentur, prout Barclai. ostendit *lib.* 3. *contr. Monarch. c.* 4. & à nobis quoque disputatum fuit, *lib.* 1. *de jur. Maj. c.* 3. *num.* 11. Quin etiam Iustinianus Severi & Antonini rescripta citat, qui principem legibus solutum declamaverint, antequam Ulpianus id privilegium ad legem Papiam contraheret.

39. *Principem solutum fuisse ab omni lege.*

Omnibus verò his, & qui præter eos aliis effugiis vim legis regiæ eludere satagunt, ut qui caducariis tantum solutum Imperat. prædicant, eo quod sint odiosæ *ex l. quod principi.* 56 *de legat.* 11. *ubi Gothofr. & ad l.* 4. *C. ad l. Falc. Cujac. d. obs.* 36. opponimus clara historicorū & Ictorum testimonia, quibus paulò post ex re ipsa documenta subnectemus. Nam Dion & Xiphil. apertè testantur *ab omni legū coactione*, fuisse Augustum cæterosq; principes lege Regia, liberatos. Pomponius & Ulpian. *d. §. de orig. Iur. d. l.* 1. *in pr. de const. pr.* ex ea attribuunt illis potestatem cōstituendi juris, quicquid voluerit, qua Iustinianus, ita se usurum scribit, ut à nulla antiquitate prohiberi possit, sive corrigere, sive abrogare, sive retinere leges velit *d. §.* 8. *de concept. ff.* Arcadius *in d. l. de off. præf. prætor.* inde deducit facultatem constituendi summum magistratum, tanta autoritate, ut ne provocari quidem ab eo fas fuerit. Quod si summa potestas in Rep. quæ consistit in legibus ferendis, & mandandis magistratibus Imperatori ex lege regia delata fuit, qui denegari possunt jura minutiora & sub his contenta?

40. *Et hinc habuisse alia Majestatis iura.*

Nam quod ad tertium jus attinet, vid. jus belli & armorum, ab eo ita arcuit Augustus Senatum, ut non nisi provincias, bello vacuas, illi regendas committeret, cæteras verò ad se sub specie laboris & periculi trahendo, exercitus omnes & vim armorum sibi soli vindicaret. Tiberius Iunium Gallionem Senatorem, qui in Senatu censuerat, ut prætoriani actis stipendiis, jus apiscerentur in quatuordecim ordinibus sedendi, violenter increpuit, velut coram rogitans, *quid illi cum militibus? quos neque dicta Imperatoris, neque præmia, nisi ab Imperatore accipere par esset, &c. Tacit.* 4. *Annal. in princ.* Nero in oratione sua inaugurali, quam Seneca præscripserat, negotia remittit ad Senatum, *sibi* ait *mandatos exercitus curæ fore*, *Tacit.* 13. *Annal. in pr.* perinde ut Tiberius ad Senatum scripserat: *Hanc curam sustinet princeps, quo pacto provinciarum copia tutas præstent res qua privatas, qua publicas. Tacit.* 3. *Annal.* Nec enim in Senatus P. Q. sed Imperatoris nomen Sacramentum dabant exercitus, & cum odio Galbæ semel jurassent in fidem S. P. Q. R. quasi repentina pœnitentia ducti, nec expectantes, donec à Senatu populove juberentur, aut Sacramento exolverentur, Othoni Sacramentum redderent. *Plutarch. in Galb. num.* 6. Quid multis opus est, quando Ulpianus & Iustin. tā dilucidè, quod nos per ambages quærimus, pronuntiant, ut, nisi quis fungum pro cerebro nactus sit, contra niti verisimiliter non possit. Omnem enim potestatem, & omne imperium suum transtulisse populum in Imperatorem asseverant, *d. l.* 1. *in pr. de const. princ. d. §.* 6. *Inst. de jur. nat. Iam verò Sect. præced.* demonstratum à nobis fuit, penes populum hæsisse universam Majestatem, à maximis juribus usque ad minima.

41. *Imò universam in totam Remp. potestatem.*

Nam si populus non habuit jura Majestatis, cui ea ascribemus, cum Resp. majestate non magis carere queat, quam corpus animale capite, ut ostendit hoc exemplo Arist. 4. *Polit. c.* 4. Adde quod non solum populus, sed & Senatus peculiari decreto Augustum legum vinculis exemit, ne quis ad Senatum à populo se recipiat, quanquam populo Senatus quoque inclusus habetur. *§. Lex est. Inst. de Iur. nat. gent. Gell. lib.* 10. *c.* 20. Cum jam populus unà & Senatus jus suum universum abdicarint in Imperatorem, consequens est, ut quā Majestatem, illi perdiderunt, Imperator nova lege acquisiverit, & quia Majestas & omnibus legibus absoluta est & omnibus aliis imperiis. Imperatorē quoq; nullius imperio subjectum sed totius Reipub. Dominum constitui necesse est. Si enim populus legis alicujus necessitati obnoxius fuit, quæro, quis illū subjecit? Nam

cum

cum legis virtus sit cogere pro imperio, *l. legis virtus 7. de ll.* coactio verò arguat principium aliquod externum, ut docet Arist. 3. *Eth. c.* 1. nō potuit populus a se ipso leges accipere, cum nemo sibi legem dicere possit, a quo recedere non liceat. *l. si de re sua 51. de recept. arbitr. l. ille a quo 5. tempestivo. ad Trebell.* Quamvis enim in uno eodemque populo distingui possint *Omnes & Singuli*, adeo, ut Omnibus tribuatur imperium in Singulos: Tamen illa distinctio huc trahi nequit, ubi agitur de legibus, quæ Universos obligant. Illis enim impossibile est, constringi populum, nisi id fiat à superiore, quia leges sunt iussa superioris, ut diximus *lib. 2. de jure Maj. c. 3. n. 1* quibus nisi pareatur, pretium sit mori. Iusta verò coactio, nisi a superiori proficisci non potest. Quis verò populo fuit superior in Rep. Rom. An non ex lege XII. *Tab. jus esse quicquid populus extremum jussisset*, citat Fabius Interrex *Liv. li. 7.* & paulo post repetunt Appius Claudius Censor & P. Sempronius tr. pl. *Liv. lib. 9. Cic. pro Balb. & lib. 2. de Invent. Hots. in comm. 12. tab. part. 2. leg 2.* Fac igitur successorum frui eodem jure, quo usus est in cujus locum successit, necessario largieris Imperatori liberam à violentia legum in omnes Reipubl. partes potestatem, utq; quod ultimum illi placuerit, quod per Epistolam & subscriptionem statuerit, vel cognoscens decreverit, vel de plano interlocutus sit, vel edicto præceperit, legis acquirat vigorem. Plana hæc quidem sunt & cuivis obvia, sed quibus tamen no nihil ponderis accedet, ex lege Corneliali, qua Dictatura Cæsari in perpetuum decreta fuit. Dictaturam verò nihil aliud fuisse, quam *parvum & abruptum regnum*, ex Halyc. *lib. 5* supra ostendimus *hoc lib. c. 2. Sect. ult.* quoniam cum Sp. Melius affectata prodigalitate regnum affectaret, T. Quinctius Consul opus esse viro dicebat, *legum vinculis exoluto*, *Liv. l b. 4.* & Plutarch. Romanorum incogitantiam incusat, quod ad summum magistratum, quia legum vi liber temporum necessitati arbitriū accommodare posset, creandum ingruentib. Gallis, animum non appulerint *Plut. [illegible] in Camill.* Appius contra seditiones plebis ad eundem provocat, a quo provocatio non sit *Liv. lib. 2.* Solum id deerat, quod precaria esset & ambulatoria Dictatoris potestas, quæ duo cum Dictaturæ Cæsaris perpetuæ detracta essent. *Erat illa*, inquit *Plut. in Cæs. n. 15. Vera Tyrannis, cum ad potestatem absolutam accessisset perpetuitas.* Augustus quidem oblatū Dictatoris tanquam odiosum nomen nō accepit, sed, ut addit *Dion. lib. 54. honore atq; autoritate, Dictatores omnes antecivit.* Ius igitur idem, sub nomine principis obtinuit, quod Cæsar sub nomine Dictatoris, nec ad regiam aut absolutam potestatem quicquam illi defuit, præter usum, in mera ejus voluntate consistentem.

42. *Populum in Rep. libera [illegible] fuisse [illegible].*

43. *Unde provenerit absoluta potestas Imperatorum*

Si enim imperium Monarchiarum censui exemtum, aut ad Aristocratiam referendum est, aut ad Democratiam, quemadmodum principatum in hunc sensum definivit Bodinus, quod sit Aristocratia vel Democratia, cū præeminentia unius: aut quandoquidem mixtam quoque Rempubl agnoscimus, temperandum erit vel ex duabus, vel tribus formis simplicibus, quorum nihil factum fuit, fierive potuit, postquam omnis potestas transiit ad unum. Nam quod Xiphil. ipse *in August. in fin.* attexit: *Augustum regnum cum Repub. permiscuisse, libertate conservata, seq; ita ornasse & cives securos reddidisse, ut populi temeritate, & Tyrannorū injuriis liberati, simul in moderata libertate atq; regno quieta & securam vitam agerent, regerenturq; sine servitute, & absq; ulla seditione Remp. obtinerēt*, in eo confundit administrationem cum forma Reipub. quem errorem *in pr. Sect. 1.* rejecimus, nec satis apposite mixturę ascribit, quod cuivis simplici regno propriū est. Tacitus verò exactius. cum Tiberius Remp. in tres partes secuisset, Urbem cū Italia, Exercitus & reliquas provincias, earumq; unā tuæ tutelæ peteret, reliquas Senatui impertiretur, responsum esse ab Asinio Gallo in Senatu refert, non esse divisione laceranda, quæ separari nequirent. *Unum esse Reipub. corpus, atque unius animo regendum.* Deprecatus quippe erat Tiberius, *ne in civitate, tot illustribus viris subnixa, ad unum omnia deferrent, plures facilius munia Reip. sociatis laboribus exemturos: se in partem curarum ab Augusto vocatum, experiendo didicisse, quam arduum, quam subjectum fortunæ, cuncta regendi onus.* Quod si Augustus cuncta rexit, si nec postea Reipubl. dividi potuit, ut ait *Dion l. 25.* Sed Tiberius *regendi cuncta onus* sibi imponi fucò simulanter passus est, non ut fate-

44. *Imperium non fuisse mixtum.*

45. *Nihil relictum Senatui nihil Populo.*

fateretur suscipi à se imperium, sed ut negare & rogari desineret, nec obscurè ad se omnia revocavit, postquam æmulum regni Germanicum Piso, non sine assensu Imperatoris, è medio sustulerat, quid deniq; relinqui potuit populo, quid Senatui? *Si omnia permissa sunt principi, quid erit Dei* ait Tertull. *in libr. de Idol.* A Cæsare populum has voces, auditas edidit T. Ampius: *Nihil esse Remp. amplius appellationem modò, sine corpore ac specie: Syllam nescisse literas, qui Dictaturam deposuerit. Debere homines consideratius jam loqui secum, ac pro legib. habere, quæ dicat. Suet. in Iul. Cæs. c.* 77. Labeonemq; taxat Atteius Capito, quod illum agitaverit libertas quædam nimia ad vecors usque eò, *ut D. Augusto jam principe ac Rempub. obtinente*, ratum tamen pensumque nihil haberet nisi quod justum sanctumq; esse in Romanis antiquitatibus legisset. *Gell.* 13. *c.* 12.

46. *De potestate populi.* Ac populo quidem malè cessit intempestivus favor, quo in Cæsarem omnes honores congerere properavit, quandoquidem universam libertatem, quam tot annos cõtra tot cordatos viros, Martios, Quintios, Fabios, Claudios, contra universum Senatum, contra ipsam L. Syllæ Tyrannicam Dictaturam mordicus propugnarat, unius congiarii & agratii doni parvo pretio vendidit. Usque adeò enim partim triumvirorum proscriptionibus, partim fraude Augusti & præcipuè dolorum artificis Tiberii decrevit, ut Tacit. 1. *Ann.* 11. *n.* 4. *in fin.* ad eum usq; diem, quo Tiberius comitia transtulit ad patres, *pauca tantum studiis tribuum, potissima arbitrio principis* facta scribat. Sub Augusto, licet comitia adhuc veteri ritu agerentur, exiguam tamen populi potestatem fuisse testatur Dion, ubi enarrat seditionem, quam populus excitavit absente Augusto in Sicilia, cum de creandis Consulibus tribus non consensissent. Postquam verò comitia ex campo transierunt in curiam, quid tum reliquum mansit populo? Nisus quidem est Cajus Calig. tentato Comitiorum more, suffragia populo reddere, eò quod Senatum cane pejus & angue odisset, *Suet. in C. Cal. c.* 16. sed brevitate regendi impedito, nec hoc efficere licuit nec Senatum internecina cæde extirpare, nec palatium, Antium aut Alexandriam transferre. Unde idem Tacit. *lib.* 1. *hist.* Senatui & Equiti aliquam partem & curam Reipubl. ascribit, non item vulgo, & *lib. eod. in fin. ait: Communium curarum, expers populus. In libro* 4. *Ann. in pr.* ubi proponit statum Reip. qualis fuerat sub Tiberio, antequam Germanici obitus mutationi in deterius occasionem aperiret, ex quo principatus æstimandus esset maximè sincerus, *publica*, inquit, *negotia & privatorum maxima apud patres tractabantur, dabaturq; primoribus disserere: Sua Consulibus sua Prætoribus species. Minorum quoq; magistratuũ exercita potestas, legesq; si Majestatis quæstio eximeretur bono in usu. At frumenta & pecuniæ vectigales, cætera publicorum fructuum societatibus equitũ Rom. agitabantur. Plebi vero nullam partem* 47. *An populus nullam potestatem retinuerit sub Imperio.* *sive in judiciis sive aliis muniis publicis* ascribit, quippe cujus potestatem translatio comitiorum penitus extinxerat. Nam cum populus semel à Senatu descivisset, propendentesq; patres in atrocem contra Agrippinam ac Neronem jussu Tiberii sententiam circumsistendo curam remoratus fuisset, Imperator repetitis adversum nepotẽ ac nurum probris, severo edicto plebem increpuit, iisq; rebus posthac abstinere jussit, quæ nihil ad se artinerẽt. *Tac.* 5. *An. in fi.* nec diu post cum gravitate annonæ pressa plebs in theatro quædam licetius flagitaret, quam solitũ adversum Imperatorem incusavit magistratus patresq; quod non publica autoritate populum coercuissent. Ita *castiganda plebs compositum SCtum, priscæ severitate*, ait *Tac.* 6. *Ann. n.* 3. Rectè n. sanxit Diocletian. *non esse vanas populi voces audiendas l. decurionũ* 12. *§.* 1. *C. de pœn.* postquã imperium à populo transierat ad unum Imperatorẽ. Galba adeò putavit Imperatoria Majestate indignum esse facere aliquid coactũ, ut Tigellinũ, qui Neronẽ ita informaverat, ut cæde dignus esset, & informatum postea prodiderat, quantumvis mille mortes meritum, impune abire sineret, ne supplicium ejus importune flagitanti populo indulsisse videretur. *Xiphil. in Galb.* quanquam Plutarchus impunitatẽ ejus imputat Iunio, mercede corrupto *in Galb. n.* 5. quem *Tac.* 1. *hist.* T. Vinium vocat. Tiberius 48. *Tribunitia potestas è (?) ...* quoq; nullis populi precibus evinci potuit, ut histriones propter quos in theatro populus ad discordiã venisset, ex exilio revocaret. *Suet. in Tib. c.* 37. Quod si toti populo jus ademptum fuit,

fuit, multò magis desiit potestas tribunitia, quã ipsi Imperatores sibi diripuerant. unumque illud iudicium veteris libertatis edidit Vitellius, quod, cum prætor designatus, Priscus Helvidius, contra studium eius censuisset tribunos pl. in auxilium spretæ potestatis advocaret. *Tacit. lib. 2. hist. in fin.* Tiberius verò *apud quem*, ut ait, Tac. *l. 3. An. rara popularitas*, ne quidem ad Senatum à tribunis pl. referri passus est. Nam cum Quinctilianus trib. pl. de libro Sibyllæ, quem Caninius Gallus quindecimvir recipi inter cæteros eiusdẽ vatis ad patres retulisset, SCtum eade re postulans, idque Senatus per discessionem fecisset, misit literas Cæsar modicè quidem tribunum increpans, ignarum antiqui moris ob iuventam, Gallo verò exprobrans, quod de relatione tribuni apud infrequentem Senatum egisset, *Tac. 6. Ann. n. 2.* Simul edictum Augusti repetivit, ex quo de libris Sibyllinis iudicandum Quin & Thrasea, notæ sub Nerone constantiæ, Rusticum Arulenum, flagrantem iuvenem & cupidine laudis offerentem se intercessurum SCto, quod in caput Thraseæ coquebatur, (Erat enim tribunus plebis) cohibuit ne vana & reo non profutura, intercessori exitiosa inciperet *Tacit. 16. Ann. n. 7.* Sub Nerone, decreto patrum prohibiti Tribuni pl. ius prætorum & consulum præripere aut vocare ex Italia, cum quibus lege agi posset: Item. Ne quid intra domum pro potestate animadverterent, neve multam ab iis dictã quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses referrent, medio temporis contradicere liceret, deque eo consules statuerent. Antistius enim tribunis pleb. in modestos histrionum fauctores à prætore in vincula ductos dimitti iusserat, quæ caussa S. ti *Tac. 13. Ann.* Iulius Cæsar, Flavium & Marullum, tribunos pleb. quod lauream statuis suis detraxissent, Senatu & ab officio movit *Plut. in Cæs. n. 16. Xiliph. in Cæsa. n. 5.* evilescente iam tum sacrosancta potestate quandoquidem idem Cæsar Metellum tribunum pl. qui argentum ex ærario depromere vetabat, his verbis repulit: *Si hæc, quæ nunc ago offendunt te, facesse in præsentia. Ferocia verba bellum non admittit. Vbi pacta arma deposuero, tunc age popula-riter, Atq; hæc dico, de iure meo remittens: Nam & tu & omnes alij, quos ex adversarijs meis cepi, in arbitrio estis meo. Plutar. in Cæs. n. 11.* Ex eo provocationes, quæ lege Valeria definebant ad populum, cum Republ. transire ceperunt ad Imperatores, quod certissimum signum est mutari status. D. n. Paulus quod iniusta timeret verbera cum civis Romanus esset, ad electe appellans, non tribunos sicut valida plebe & Republ. fieri solebat, sed Cæsarem inclamat *Act. c. 25.* prout observat etiam *Hottom lib. 5. Antiq. Rom. 1. de pæn.* Verè igitur dictum fuit ab Aristot. 4. *Polit. c. 4.* Democratias, in quibus loco legum Dominetur libido Tribunorum pleb. in quascunque quidem mutationes facile patere, sed sæpissime in Tyrannides degenerare. Nihil enim, quod pristinam Democratiæ libertatem redoleat, plebi relictum fuit, præter obsequij gloriam, & servile adulandi studium. Ideoque imperium, sub quo nullum popularis Reipubl. vestigium remansit, nec mixtum ex Democratia & regno, nec sincerè populare dici potest. 49.

Senatui aliquanto largius indulserunt callidi Imperatores, quod hi promptius & penitius mutationem deprehenderent, plusq; haberent & virium & animi & autoritatis ad Rempubl. repetendam, quemadmodum trepida consilia, post Cædem Caij, in Capitolio inierant: nec dubitat Iosephus. *lib. 19. Antiq. 2.* quin ob inivissent, nisi dum illi diem ac noctem sententias disputando consumunt, exercitibus sine capite relictis, gloriam anticipandi reliquissent, Extracto etiam ex latibulis Claudio, & cespitem iam conscendenti tribunos pl. obviã miserunt, qui mãdarent, ne quid eiusmodi committeret, atque vellet sub imperio Senatus populique Rom. & legum autoritate vivere. Facilius denique erat inter paucos dominari, ubi præmiis & spe divitum magistratuum ad serviles adulationes invitati faventes, & si qui dissentirent, pænarum acerbitate à novandi studio deterreri poterant. Huic fini Tiberius Senatui comitia tradidit, exauctorato populo, sub specie honoris, revera, ut ex liberis Senatoribus mancipia adulationum ex publico consilio curiam iudiciorum, ex parte honorificentissimâ Reipubl. mercenarios faceret mag stratus. Nec funestius Senatui dominium ferri potuisset, quam cum iudiciorum particeps fieret & de rebus majoris momenti decernendi potestatem acciperes. Quam

Provocatio à ceptis ... populo.

[illegible]

Cur tantum [illegible] Senatui qui plerum...

ret. Quam enim invidiam facilius sustinuisset universus populus, cum improbi Imperatores in Senatum, prout quisq; vel liberius veriusve locutus esset vel infeliciori parti incautè adhæsisset, eò audacius effundebant, quò minori cum infamia & periculo per paucorum culpam grassari poterant, quam populum universum ad Gemonias trahere. Cajum quidem in theatro *optasse, populo faventi adversus studium suum unam cervicem* Sueton. narrat, *in Caj. c.* 30. ultra vota tamen progressus non est. Atqui Senatui edixit, *se neque civem, neque principem amplius fore, vetans quenquam Senatorum sibi ex Gallica expeditione redeunti occurrere, Sueton. c.* 49. Causam aperit Dion, quod ridiculam expeditionem Senatores divinis laudibus prosequi erubescerent, nec tamen tacere auderent. *Nam qui factum perexiguum suum summis laudibus extollit, eiq; magnos honores tribuit, id ludificari quodammodo & traducere videtur. Xiphil. n.* 5. Qui verò tàm serviliter habiti, tam omni libertate agendi nudati fuerunt, an illis Majestatis ullam partem tribuere possis? Cajus lautiore convivio effusus subitò in cachinnos, Coss. qui juxta cubabant, blande quærentibus, quidnam rideret, *Quid*, inquit, *nisi uno meo nutu jugulari utrumq; vestrum statim posse. Suet. in Cal. c.*32. Iisdem oblitis de natali suo edicere abrogavit magistratum, *fuitq;*, ut ait Sueton. *c.* 26. *per triduum sine summa potestate Resp.* An verò tu summam potestatem appellaveris, cui tam viliter unius arbitrium leges imposuit, cui nihil reliquum fuit, nisi quod esset precarium usque ad animam ipsam? Etenim Iulius Cæsar, ut ostenderet, summam illam potestatem quam ludibrio haberet, mortuo Maximo Consule, in diem unam magistratus reliquam Consulem creavit caninium Rebilium, ad quem de more salutandum & prosequendū multis contendentibus, Cicero, *Maturemus*, inquit, *priusquam ille abeat magistratu. Plut. in Cæs. n.* 15. *Dion. lib.* 43. *Cic. lib.* 7. *Epist.* 30. *Macrob. lib.* 3. *Saturn. cap.* 23. Vitellius postea, cum Cæcinæ absenti, quod ad Vespasianum defecisset, consulatum ademisset, *non defuit*, inquit Tacit. *lib.* 3. *hist. n.* 7. *qui unum Consulatus diem (is n. in locum Cæcinæ supererat) magno cum irrisu accipientis, tribuentisq; eblandiretur. Pridie Calend. Novemb. Roscius Regulus iniit ejuravitq;. Annotabant periti nunquā antea non abrogato magistratu, neq; lege lata, alium suffectum. Nam consul uno die & antefuerat Caninius Rebilius. C. Cæsare Dictatore, cum belli civilis præmia festinarentur.* Claudius tamen etiam reliquum præturæ diē in Epirium Marcellum contulit, cum Silanus prætor Senatu moveretur, magistratūq; ejurare adigeretur *Tac.* 12. *An. in pr.* Senatoria n. dignitas, magistratuū honores, & provinciæ, an nō fuerūt pura puta dona Imperatorū? Iul. Cæsar Senatū supplevit, patritios allegit, prætorū, ædilium, quæstorum, minorum etiam magistratuum numerum ampliavit, nudatos opere Censorio, aut sententia judicū de ambitu condemnatos restituit. Comitia cum populo partitus est, ut exceptis Consulatus competitoribus de cætero numero Candidatorū, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiarentur, pro parte altera, quos ipse dedisset. Reverâ autem utrumq; sibi arrogavit, quando libellis circum tribus missis, illum & illum commendabat, *ut*, inquit, *vestro suffragio suam dignitatē teneant. Suet. in Cæs. c.* 41. Sunt n. & potentum preces jussa, & de Antonio Octavioq; ita censet *Dion l.* 51. *quod simulata causa libertatis cuncta ad dominandi cupiditatem traxerint.* Augustus quoties magistratuum comitiis interesset, tribus cum candidatis suis circuibat, supplicabatq; more solenni: ferebat & ipse suffragium in tribu, ut unus è populo *Suet. c.* 56. Faciebat autem hoc non alio fine, quam quo supra quotannis die certo emendicabat à populo, cavā manū asses porrigentibus præbens. *Suet. c.* 91. *in fi.* Revera n. omniū magistratuum honores & officia, tanquā ex cornu copia à seipso dispensabat, ut tradit Dion. *l.* 53. & Suet. *c.* 33. 77. *& passim.* Tiberius verò ne speciē quidē popularitatis servavit, revocatis comitijs è cāpo in curiam. Inter ea verò, quæ contra morē Augusti à Tiberio Senatui de novo concessa memorat Suet. *in Tib. c.* 30. non refert creationē Cōsulū aut majorū magistratuū. Tacitus a. *l.* 4. *An.* sua cuiq; parti munia, antequā Tyrannica dominatio invalesceret, distribuens, *Imperatorem* dicit *cohibuisse in adulationem prolapsos patres, mandasseq; honores, nobilitatem majorum, claritudinem militiæ, illustres domi artes spectando, ut satis constaret, non alios potiores fuisse: Res etiam suas spectatissimo cuiq; quibusdam*

52. *Quam contemtim habiti Senatores.*

53. *Consules & Pratores Diales ludibrio creati.*

54. *Comitia sub specie vana libertatis fuisse in arbitrio Imperatorū.*

55. *Imperatores constituisse Magistratus.*

quibusdam ignotis, ex fama mandabat, semelq; adsumti tenebantur, prorsus sine modo, cum plerisq; iisdem negotiis insenescerent. Sic Germanico seipsum collegam Consulatus destinavit, *Tacit. 2. Ann.* Sic autor fuit Senatui, Vitellio atque Veramo, & Servæo sacerdotia tribuendi. Fulcinio suffragium ad honores pollicitus, monuit, ne facundiam violentia præcipitaret. *Tacit. 3. Ann.* Sic Neronem è liberis Germanici commendavit Senatui, ut munere capessendi viginti viratus solveretur & quinquennio maturius, quam per leges, Quæsturam peteret, postulavit. Addidit & pontificatum, quo primum die forum ingressus est. *Tacit. 3 Ann.*

56. Exemplo Tiberii.

Hinc est, quod idem *Tac. l. 4. Ann.* scribit: *Ad Consulatum non nisi per Sejanum aditum fuisse.* Etiamsi n. honores mandarentur in Curia, fiebant tamen omnia ad nutum & libitum principum, prout Apulejus innuit in Florid: inquiens: *Honorium bonos suus ad præturam vocat, & favor Cæsarum ad Consulatum format.* Nam cum Tiberius motam Africam incursu Tacfarinatis Senatum docuisset, proconsuleq; opus esse scriberet, gnaro militiæ, corpore valido & bello suffecturo, decretū à patribus, ut Cæsar ipse legeret, cui mandāda Africa foret. Tiberius, castigatis obliquè patribus quod cuncta curarum ad principē rejicerent, nihilominus duos nominavit, ex quibus proconsul legeretur, *Tac. 3. An.* Et ne ex congerie factoru jus ædificē, Dionis testimonio, quod proposui, confirmatū reddam *l. 58. Aliis longius aliis brevius tempus honoris constituebat, idq; ipsū aliis cōtrahebat, aliis prorogabat. Nam etiamsi quē ad totū annū Consulē creasset mox eo deposito, aliū iterumq; aliū subrogabat. Eo modo consulatus ferè toto ejus imperii tempore habitus. Eorum verò, qui cæteros magistratus peterent, electos, quos videbatur, in Senatū misit, alios ei commendans (idq; omnium suffragia auferebat) alios petitioni, professionig; & sorti permittens. Tū ad populū plebēq; qui utroq; modo candidati erant, magistratuū progressi, antiqui ritus causa, cius nunc etiā imago extat, designabantur.* De Cajo diximus

57. Caligula.

supra, quod Cōsulibus imperiū abrogarit, propterea, quod obliti eſsēt de natali suo edicere: imò eò levitatis prorupit, ut Consulatū equo suo, cui *Incitato* nomē erat, destinaret, nec dubiū est, quin Cōsulē renuntiasset, si vixisset, ait Diō. Certè Sacerdotij Collegam assumsit eiq; singulis dieb. teneris & pretiosis avibus sacrificari voluit. Idē sacerdotia ditissimis quibusq; obtrusit & ejus honoris gratia à singulis exegit centū aureorū millia. *Xiph. in C. Cal. cir. fin.*

58. Claudii.

Claudius etiāsi se in Senatus fore potestate à principio promisisset, *Xiph. in Claud. in pr.* firmata tn. potestate *cuncta legū & magistratuū munia in se trahens*, ait *Tac. l. 11. An. in pr.* materiā prædandi patefecit, dū præmia honorū, instar publicæ mercis, prostituit. Cajus n. Silius consulatū à Messalina nactus erat tanquā mercedē fortiter peracti adulterij *Xiph. in Claud. n. 6.* Dionysius Phæreū illū, qui decē tantū menses Tyrannidē exercuerat in Thessalos, *Tragicū* vocabat *Tyrannū*, subitæ mutationi illudens.

59. Consules plures suffectos fuisse in annū unum, arbitrio Princip.

At vero Consulū, prætorū, præfectorū, aliorūque magistratuū personas, non secus ac si ludos agerent, in scenā producebant Imparatores: mox ubi tardius fortè principi surrexiſsēt, liberiusve locuti fuiſsēt, aut alius interim obrepsisset, de voluptatib. principis melius meritus, foras exesse jubebantur, & aliis dare locū: nec insolenter Labeo fecit, qui oblatum ab Augusto Consulatum, acceptare noluit, quod suffectus esse nollet *l. 2. §. 47. v. Ex his Atejus. de Orig. Iur.* Testatur enim *Liv. Lib. 4.* suffectorum Consulum nomina in fastis præteriri solitos, quando, qui primi magistratum inierunt, proscribebātur, perinde ac si toto anno in imperio fuissent, id quod nos de Papio notavimus *l. de jur. Con. c. 1. Sect. 5. n. 18. ex Isid. 5. Ety.* & Corn. Tacitum historicum in locum Virginij Rufi, quem quamvis imperio inhiantem, Nerva collegam selegerat *Dion. in Nerv.* Suffectum fuisse notavit Lips. *in ejus vita. Post illud tempus, quo Cæsar Caninium substituit Fabio,* ait *Dion. l. 43. pauci in Consulatu totū annū peregerunt, sed plurib. quidā aut mensibus aut diebus variis ex causis Coss. fuerunt. Sed & hoc tēpore:* (quo sc. vixit Dion sub Alex: Sev: ut ipse testatur. *l. 46. & 55. vix est ut aliquis in Consulatu ultra duos menses sit. Omnes verò pari munere funguntur, nisi quod annorum tempora a primis Consulibus numerantur.* Idem repetit *lib. 48.* de Neron. ait: *Consulatum in senos plerumq; menses dedit: defunctoq; circa Calendar. Ianuar. altero ex Consulibus neminem substituit improbans exemplum vetus Caninii Rebilij uno die Consulis.* Commodus

unum annum in viginti quinque Consules divisit, officia. & Provincias pro arbitrio suo venales habens *Lamprid. in Comm.* Ex quibus omnibus luce meridiana clarius patet, Imperatores & mandasse supremos magistratus, & in eos jus summum exercuisse, quæ certè non minima particula Majestatis est. Inde etiam lex de ambitu cessare cepit, ut ait Iuvenal. *Sat.* 10.

Iampridem, ex quo suffragia nulli
Vendimus.

60. *Magistratus fuisse donum Imperatorum* Causam assignat Modestinus veram & proposito nostro conformem: *Quia ad curam principis magistratuum creatio pertinet, non ad populi favorem l. un. in pr. ad. l. Iul. de ambit*: Arcadius Aurel. præfecti prætorio originem inde accersit, quod imperator cum regimentis Reipubl. accepetit potestatem constituendi sibi præfectum, ad eum modum, quo Dictator dicebat magistrum militum *l. un. in pr. de offic. præf. prætor.* Commodus postea quo minus timenda esset tanta potentia, numerũ geminavit & pro uno duos præfectos, mutuo metu sese cohibituros, creavit. *Herod. in Comm.*

Sed quia cum hoc capite Majestatis cohæret alterum, quod in Iurisdictione summa & provocatione consistit in eo tantò accuratius considerandum est, quantò plura Tiberius Senatui, quoad judicia indulsisse videtur. Nã & Augustus forte quindecim Senatores adhibebat in consilium, cum quibus jus reddebat. *Quin & Senatus per se judicabat, ut antea, dabatq; responsa quorundam regum & populorum legatis. Xiphil. in August. n.* 13. Tiberius, quo usque Germanicus vivebat, principatum obtinebat æquè modestè & moderatè. Pauca enim faciebat ex sese, vel nihil potiùs, sed de minimis quibusque rebus referebat ad Senatum, cum eoque communicabat omnia, & consiliarios, ut Augustus consueverat, capiebat, cum quæ suam ipse sententiam dixisset, non modo dabat potestatem omnibus, ut contra se dicerent, sed etiam factis sæpenumero decretis in contrarium, æquo animo
61. *Senatus potestas in iudiciis.* ferebat *Dion. lib.* 55. Cum SCtum per discessione forte fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo. *Sueton. in Tiber. c.* 31. Magistratus habebat in honore, non aliter atque stante Repub. assurgebatque Consulibus atque quoties iis cænam dabat, ingredientibus ad fores procedebat obviam, & comitabatur abeuntes *Xiph. in Tib. n.* 2. Legatos ex Africa patiebatur adire Consules, de se ipso querentes. *Suet. d. c.* 31. Provinciarum postulata rejiciebat ad disquisitionem patrum *Tac.* 3. *Ann. n.* 10. Senatum increpabat, quod cuncta curarum ad principem traherent, *Tacit. ibid. n.* 6. & in summa, 62. *Indulgentia Tiberii in Senatum.*
ut supra dixi ex Suet. c. 30. *neq; tam parvum quicquam, neq; tam magnum publici privatique negotij erat, de quo non ad P. C. referretur.* Equidem L. Sylla Dictatoria majestate plures pertulit leges, plures addidit Iulius Cæsar, nec parcior in eo genere fuit Augustus. Caij quoque & Claudij edicta permulta prostant, sed sub Tiberio nihil legitur, nisi SCta & decreta patrum. Semel ab eo in Senatu mentionem legis factam invenio, quando, omissa aut inter pauc s retenta confarreandi consuetudine, nec invento, quam flamen Dialis in locum 63. *SCtorum sub Tiberio Autoritas.*
Servij Maluginensis surrogari potuisset, *medendum esse* dicit *Senatus decreto aut lege, ad exemplum Augusti, qui ex horrida antiquitate non pauca ad præsentem statum flexisset. Tac.* 4. *Ann. n.* 3. SCto vero Mathematici & Magi pulsi Italia amoti in Sardiniam Iudaici, Aegyptique cultus; *Tac.* 2. *Ann. n.* 5. & 12. histrionibusque indictum exilium. *Tac.* 4. *Ann. n.* 3. SCto coercita libido fœminarum, cautumq; ne quæstum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus Eques Rom: fuisset. *Tacit.* 2. *Ann. in fin.* SCto repurgata sunt asyla; inspectis cuiusque antiquitate, jure & autore. *Tac.* 3. *Ann. n.* 10. SCto cautum, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res, neve amphitheatrum imponeretur, nisi solo firmitatis spectatæ, cum Atilius quinquaginta, ut scribit Tacit. aut ut Sueton. & Oros: Viginti hominum millia sua incuriâ neci dedisset. *Tacit.* 4. *Ann. n.* 10. ut cætera prætercam, quæ in honore principis, aut ex ejus arbitrio, contra impietatis reos pleno Senatu decreta sunt. Cajus, etiamsi patrio & Equestri ordini infensissimus esset, popularis tamen videri voluit, publicatis rationibus imperij, quas Augustus semel, cum Reipub. abdicati nem fingeret, proposuerat, *Xiphil. in Aug. & Sueton. in Aug. c.* 28. sed Tiberius omiserat. Magistratibus quoque liberam

64. *Quod Claudius Senatui reddiderit.* ram jurisdictionem concessit & sine provocatione. *Sueton. in Calig. n.* 16. Claudius neminem exulum, nisi ex Senatus autoritate, restituit. Vt sibi in curiam præfectum prætorij tribunosque militum secum inducere liceret, utque rata essent, quæ Procuratores sui judicando statuerent, precariò exegit. Ius nundinarum in privata prædia à Consulibus petiit: cogitationibus magistratuum, ut unus è consiliarijs frequenter interfuit. Eosdem spectacula edentes surgens & ipse cum cætera turba voce ac manu veneratus est. Tribunis pl. adeuntibus se pro tribunali, excusavit, quod propter angustias, non posset eos audire, nisi stantes. *Sueton. in Claud. n.* 12. Nero præterea sanxit ut omnes appellationes à Iudicibus ad Senatum fierent. *Suet. in Ner. c.* 17. *in fin.* Ita enim Seneca vocem ejus formaverat: *Non se negotiorum omnium judicem fore, ut clausis intra unam domum accusatoribus & reis paucorum potentia grassaretur. Teneret antiqua munia senatus. Consulum tribunalibus Italia & publicæ provinciæ assisteret. Illi patrum aditum præberent, se mandatis exercitibus consulturum. Nec defuit fides*, ait Tacit. *libr.* 13. *Ann. in pr. Multaq; arbitrio Senatus constituta sunt. Ne quis ad causam orandam mercede aut donis emeretur: Ne designatis quidem quæstoribus edendi gladiatores necessitas esset. Quod quidem, adversante Agrippina, tanquam acta Claudij subverterentur obtinuere patres.*

65. *Quod Nero.*

66. *Aut alij.* Otho verò, increpans milites, qui in Cœnaculum impetu facto Senatui extrema interminati fuerant, his laudibus ornat Senatum: *Caput imperij & decora omnium provinciarum ad pœnam vocare, ne hercle illi, quos cum maximè Vitellius in nos ciet Germani audeant. Vllane Italia alumni & Romana verè juventus, ad sanguinem, & cædē deposcerent ordinem, cujus splendore & gloria, sordes & obscuritatem Vitellianarum partium perstringimus. Nationes aliquas occupavit Vitellius imaginem quandam exercitus habet: Senatus nobiscum est. Sic fit, ut hinc Resp. inde hostes Resp. constituerint.* ait Tac. *lib.* 1. *hist. circa fin.*

Speciosa hæc apparent, & primo intuitu Senatui bonam partem Majestatis spondere videntur: sed si penitius introspicias, vana in omnibus deprehendes simulacra, meros fucos ludosq;. Nam licet publici Consilij, seu Senatus autoritas propè ad Aristocratiam videatur Remp. detrahere, Monarchiæ tamen non officit, quia *ut infra li.* 4. *c. de Senat. demonstrabimus*, regnum probè sine Senatu constitui non potest. *Regnum enim aut nomine tenus regnū est, aut optimè constituta Resp.* ait Arist. 4. *poli. c.* 2.. Qui vero de sua unius omnia agit sententia, eum *temerarium magis* judicat Livius, *quam prudentem*, nedum ut sub unius arbitrio civitas optimam sperare habeat Remp. Quod igitur Tiberius iverit in Senatu partem saniorem vincere, quod Claudius sine autoritate Senatus non restituerit, Quod Nero negaverit omnia ad se trahere negotia, Otto ingressus Senatum promiserit se gesturum imperium communi omniū arbitrio, quod Nerva, Trajanus & Antoninus juraverint Senatorum neminem ex libidine, ut prioribus Imperatoribus usu receptum fuerat, ad supplicium trahere, quod Alexander Severus nullam constitutionem ediderit, nisi viginti Iurisperitis probatam, nec in re militari quicquam exorsus fuerit, nisi Ducum consilio prius explorato, quod denique Tacitus & Probus toti à Senatu pependerint, in eo nihil fecerunt, quod vel dignitati Monarchiæ detraheret, quod vel perfectum quemque Regem non deceret. 67. *Senatus autoritas non repugnat Monarchiæ.*

Si enim Majestas hinc extrui posset, non solum Senatui, sed & Iurisperitis Alexandri & amicis Antonini tantundem tribuendum esset, de quo Capitol. *in Ant: Pro n.* 3. *Neq; de provincijs, neq; de ullis actibus quicquam constituit, nisi quod prius ad amicos retulit, atq; ex eorum sententia formas composuit*: Galba etiam è primoribus, prudentia atq; ætate præstantibus, velut instar Senatus ad quos de majore re, quoties opus esse, referret, instituit. *Suet. in Gal. c.* 10. *Ne Iuppiter quidem*, ait Sen: *sine consilio fulmen mittit*, *l.* 2. *de Ira* & Romulus, etiamsi ut libitum erat imperitaret, & regia manu omnia gubernaret, quam primum ad fundandam Remp. tantum virium pararat, ut earum non pœniteret, consilium putavit viribus adjiciendu, lectis patribus referret. *Liv. l.* 1. Ahasverus, quamvis plus quam regiè dominaretur, *ut ostendit Barn. Brisson. lib.* 1. *de regn Pers.* cuncta tamen agebat de consilio prudentum, & quidem scribitur *Esther c.* 1. Ne in populari quidem Romanorum statu, sine 68. *Senatu opus esse in omni bene constituta Republ.*

 autori-

autoritate aut præconsulto Senatus fas erat populum de ulla re consulere.

69. *Iudicium sine appellatione non statim arguit Maiestatem.* Quæ verò præterea Senatui quædam sine provocatione judicanda aut sancienda permissa fuerunt, ne ex eo quidem ullum sinceræ Maiestatis vestigium argui potest, quandoquidem uni M. Syllano socero Caiij tantum tribuerit Tiberius, ut nollet ab eo provocari posse: Quod si esset provocatum, rursum ei cognitionem earundem rerum dabat. *Xiph. in Cajo.n.2.* Claudius etiam libertos, quos rei familiari præfecerat, sibi ac legibus æquavit. Et sæpius audita vox principis, parem vim rerum habendã à procuratoribus suis judicatarum, ac si ipse statuisset. Ac ne fortuitò prolapsus videretur, Senatus quoque Consulto cautum plenius quam antea & uberius *Tac. 12. Ann. n. 13. in pr.* Augustus item appellationes urbanorum litigatorum Prætori urbano, at provincialiũ consularibus viris delegavit, quos singulos cuiusq; provinciæ negotiis præposuisset: *Suet. in Aug. c.* 33. Caligula omnibus omninò magistratibus liberã jurisdictionem & sine sui appellatione concessit. *Sue. in C. Cal. c.* 16. Si jam hinc ad asserendam Majestatem inferendum sit, non tantum privatis hominib. sed & libertis & procuratoribus eam asserere cogemur, & præfectum ipsum prætorii, qui sine appellatione judicabat. *l. un. C. de sent. præf. prat. l. ult. §. 5. C. de temp. app.* Imperatori exæquabimus, nec non quoscunq; alios judices, à quibus D. Marcus appellare vetabat, *l. 1. §. Interdum. A quibus appell. non.* Sed quia pri-

70. *Nec in Senatu quidem Rom.* vilegium hoc acceperãt precarium, legibusq; & præscripto superioris sententiam illigatam habebãt, quia deniq; per preces Imperatori oblatas, judicij annullatio impetrari poterat, nullam inde Majestatem concludi posse, *in l. 2. de ju. Ma. c. 4. in pr.* ostendimus, præcipuè, quod, quæ Senatus judicio permittebantur, ad privata negotia maximam partem attinerẽt, nec statum Reip. aut arcana imperij, in quibus dominatur Majestas, attingerent. *De his* enim ait

7. *Senatum iudicasse de rebus minoris momenti.* Dion, *oportebat Tiberium ipsum respondere. Xiph. in Tib. n. 5. in fin.* Tetigerat Asinius Gallus arcana imperij, cum censeret in Senatu, in quinquennium magistratuum comitia habenda: atq; legionum legati, qui ante præturã ea militia fungebantur, jam tum prætores destinarentur: princeps duodecim Candidatos in annos singulos nominaret. Sed Tiberius, quã altè hæc sententia penetraret, non ignarus, favorabili in speciem oratione, quasi augeretur potestas ejus, *vim imperii tenuit*, & ne in sententiam Galli iretur, prohibuit. *Tac. 2. An. n. 5.* Dictum verò & illic fuit, *lib. 2. de jur. Maj. c. 2.* minora jura Majestatis, aut majorũ particulas, salva Majestate, abdicari posse, quia majus quid & excelsius à principe postulatur, ut ait Tiber: cum literas posceretur ab ædilibus ad coërcendas profusas cupidines, *Quantulum illud est, de quo adiles admonent? Quã, si catera respicias in levi habendum? At Hercule, nemo refert, quod Italia externa opis indiget, quod vita populi Rom. per incerta maris & tempestatum quotidiè volvitur, ac nisi provinciarum copia & dominis & servitiis & agris subvenerint, nostra sc. nos nemora, nostraq; villa tuebuntur? Hanc curã sustinet princeps: hac omissa, funditus Remp. trahet, reliqua ad magistratus, ad adiles, pratores, Consules pertinent, quò laborum principis partem aliquam exonerent. Tac. l. 3. Ann.* Augustus legatis quidem audiẽdis & responsis dandis Senatorum unum atq; alterum destinaverat, sed eò usq;, nisi negotij gravitas præsentiam principis exigeret, *Dion. l. 55.* Appellationes quoq; ad magistratus & Consulares deferri volebat, sed de consilio Mecænatis in causis gravioribus ipse cognoscebat. *Dion. li. 52.* Sic occupatur, Senatus audiendis litibus, & componendis, earumque multitudine à Reip. cura callido commento, abstrahebatur, perinde ut Augustus, sub specie otij, provincias quietas Senatui reddebat, in quibus robur militare versabatur, sibi retinebat, non alio fine, nisi ut otij amore & fuga periculorum Senatum à regimine Reip. averteret, sibiq; dominationẽ sub specie laborum firmaret. Equidẽ Scta multa supra retuli, de Mathematicis, Iudæis, Histrion. Italia pellendis, de reprimendo luxu in vestitu & conviviis, de gladiatorijs muneribus temperandis, de ingratis libertis in servitutẽ revocandis de non reddendo mutuo iis, qui pupillis pecuniam elocaverint, sed de corrigendis legibus, de bello & pace, de magistratuum munijs, & quæ præterea ad statum imperij pertinent, verbũ nullum. Nec immeritò, cum ageretur in Senatu, ut civitati Syracusanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum liceret, pueriles patrum

72. *Maiora sibi reservasse Impp.*

73. *De quibus rebus statuerit Senatus.*

patrum curas quidã irrisit: *Cur n. si Remp. egere libertate Senatoria crederent, tam levia consectarentur? quin de bello, aut pace, de Vectigalib. & legibus, quibusq; aliis Romana continētur, suaderent dissuaderentq;? An solum emendatione dignum, ne Syracusii spectacula largius ederētur? Cætera per omnes imperii partes perinde egregia, ac si nō Nero de Thrasea regimē eorū teneret? Quæ si summa dissimulatione transmitterentur, quantò magis inanibus abstinendum?* *Tac. 13. An. n.* 13. Frequenter n. qui decipere pueros volunt, inania objectant & jocularia, dum aurum interim eblandiuntur, & pileum donant, quò pallium recipiant, quēadmodū Xviros sacrorū ex plebe crearunt patritij, ut cōsulatum sibi solis illibatum retinerent *Liv. l. 6. in pr.*

74. *Impp. socordia concessisse Senatui iudicandi munus.*

Quin & socordia Imperatorum ad Senatum & Magistratus officij Imperatorij partē aliqā defluere sivit, quã, qui Reip. studiosiores videri volebant circa cōtroversiã repetebant. Tiberius n. patres non semel increpuit, *quod cuncta curarū ad principē rejicerent, Tac. 3. An. n. 6. & 8.* & cū adhuc Cãpaniã pererraret, edicto monuit, *ne quis quietē ejus interrūperet*, concursusq; oppidanorū disposito milite prohibuit. In Capreas paulò post se abdidit, solitudine insulę maximè illectus, quoniã importuosum circa mare & vix modicis navigijs pauca subsidia: neq; appulerit quisquam, nisi gnaro custode. *Tac. 4. An. n. 11. in pr. Sue. in. Tib. c.* 40. Imò Reip. curam usq; adeò abjecit, ut postea non Decurias equitum unquam suppleri, non tribunos militum præfectosq;, non provinciarum præsides ullos mutaverit: Hispaniam & Syriam per aliquot annos sine Cōsularibus legatis habuerit, Armeniam à Parthis occupari, Mœsiam à Dacis Sarmatisq; Gallias à Germanis vastari neglexerit, magno dedecore imperij, nec minore discrimine. *Sueton. c.* 41. Nero quoq; cum vividum animū in alia detorqueret, cælaret, & pingeret, cantus aut regimen equorum exerceret, & aliquando carminibus pangendis, malus poeta videri mallet, quam esse bonus Imperator, ad Senatū & magistratus coactus fuit curas publicas remittere, non, quod eã Reip. partē suo jure sibi vendicare potuissent, sed quod derelictam à principe per ejus conniventiã, quamdiu is nō repeteret, usurparent. Quod enim summæ Majestatis infallibile argumentū est, omnia acta. & consulta Senatus hanc exceptionē innexã habebant, si principi idē visum fuisset.

75. *Potuisse Impp. connivere iurisdictioni Senatus salva Maiestate.*

Quædam n. ad vitandã invidiã, propter rei dijudicandę difficultatē, quædam ad declinandam suspitionē occupatæ Reip. per simulationē indulgebantur. Utrumq; autem fieri potest, citra præjudicium Majestatis cum de jure suo ex indulgentiã cuivis cedere liceat, nec voluntarij actus in cōsuetudinē unquam aut legē coalescant, nisi arbitrio facientis necessitatē inducat jussus ejus, qui plus potest. Tullus Host. Duūviros creavit, qui Horatio perduellionē judicarent, & ab eorum sententia cōcessit provocationem ad populum. *Liv. l. 1. Haly. l. 3.* Senatus causam Fabiorum, qui contra Gallos, violato jure gentium pugnaverant, ad populum rejecit, *ne*, inquit *Liv. l. 5 penes ipsum esset culpa cladis fortè Gallico bello acceptæ.* Eadem ratione permotus Tiberius Pisonem causam suam agere jussit apud Senatum, ut suspitione subornati veneni sese exolveret: *Tacit. lib. 3. Ann. n. 2.* & quanquam exercitus Cæsaris proprij erant, postulata tamen Pannonicarum legionum senatui servanda censuit, quem neque gratiæ neque severitatis expertem haberi fas esset. Nec fefellit milites, qui contrà occlamabant: *Novum id planè, quod Imperator sola militis commoda ad Senatum rejiciat. Eundem ergo Senatum Consulendum quoties supplicia aut prælia indicantur. An præmia sub Dominis, pœnas sine arbitrio esse? Tacit. lib. 1. Annal. num. 7.*

76. *Iudicia odiosa solere etiam peregrinis cōmitti.*

Intelligebant enim, odia de industria ad Senatum rejici, quemadmodum Cajus Caligul. cum legiones, quæ patrem Germanicum & se tunc infantem, quondam obsedissent, contrucidare, aut postquam tam præcipiti cogitatione revocatus erat, decimarē velle perseveraret, vi militum è castris extrusus, tandem acerbitatem omnem deflexerat in Senatum, cui animadvertendos tantorum dedecorum rumores palam minabatur. *Suet. in. Calig. c.* 48. Nero cædem inter Nucerinos Pompejanosq; colonos à Livineio Regulo seditione per ludos commissã Senatui dejudicandū, Senatus Consulib. commisit. *Ta. 14. An. n.* 2. Qui autem judicium declinat, & inferiori demandat, annon potuisset ipse potestatem eam pro autoritate exercere, quam alteri delegat? Florentini *An.* 1207. ceperunt litibus judicandis prætorem ex peregrinis accersere *Ricord. Malesp. cap.* 99.

c.99.hist. Flor. quod imitatus est Doria in Rep. Genuensium, Doctorem unum cum duobus legatis extraneum constituens, qui maleficia cum Senatus consensu judicabant, ut invidiã pœnarum à civibus averterent, *Sans. lib.16. de Variis Rebuss.* quẽadmodum item apud Lucenses & plerasq; Italiæ civitates usu receptũ videmus, non quod peregrinis potestas tradatur in cives, sed ut cives ab indiviso labore liberati, amicius tranquilliusq; inter se vivant. Ita verò se habent omnia illa simulacra libertatis, quæ vel populo à Cæsare & Augusto, vel Senatui à Tiberio, Claudio, Nerone, Othone, & cæteris melioris frugi Imperatoribus, propterea donata sunt, quia gratis relicta, cũ jure belli aut legis Regię obtentu eripi potuissent. Augustus quidẽ leges condebat non suo consilio ad populũ prius perlatas, atq; omnib. qui possent, facta emedandi potestate. Senatui quoq; antiqua munia, & legatos audiendi potestatẽ relinquebat: & populum ad magistratus eligendos congregabat, sed in omnibus his ait *Diõ.l.53* nihil fiebat cõtra Cæsaris voluntatẽ. Nã partim proponebat eos, qui essent magistrarus futuri, partim id more majorũ relinquebat in populi & plebis voluntate, sed ea conditione, ne necessitudo, aut largitio, aut preces ambitusve cuiquã locũ facerẽt. *Xiph. in Aug. n.13.* ad excp'ũ Iulij Cæsaris, quẽ & ipsũ comitia cũ populo divisisse Plut. testatur, *in Cæs.* & Candidatos suffragio juvisse. *Suffragium autem & commendatio principis,* ait *Dion. l.58. omniũ suffragia aufferebat.* Sub Tiberio quæ fuerit ratio magistratuum eligendorũ, ex Taciti potius verbis, quã multis hinc inde collectis rerũ testimonijs, cognoscere libet. Is igitur sic cõcludit librũ 1. *An. De comitiis Consularibus, quæ tum primũ, illo principe ac deinceps fuère, vix quicquã firmare ausim. Adeò diversa non modo apud autores, sed in ipsius orationib. repêriuntur. Modò subtractis candidatorũ nominibus originẽ cuiusq; & vitam, & stipendia descripsit, ut qui forent, intelligeretur. Aliquando, ea quoq; significatione subtracta, cãdidatos hortatus, ne ambitu comitia turbarent, quam ad id curam pollicitus est: plerumq; eos tantum apud se professos disseruit, quorum nomina Consulibus edidisset, posse & alios profiteri, si gratia aut meritis confiderent. Speciosa verbis, re inania, aut subdola, quantoque majore libertatis imagine tegebantur, tantò eruptura ad infensius servitium.* Eò quippe tendebant omnes principum, indulgentiæ, omnes liberalitates & veteris Reip. relicta simulacra, ut incauto populo subdolè illuderetur, nec, quantam fecisset jacturam intelligeret. Tum etiã uno ictu non poterat tanta compages sine excidio converti, quemadmodum, ut in corpore humano, omne subitaneũ naturæ contrarium est, *Conc. diff.* 111. ita destruitur Resp. quæ impetu fertur ab uno extremo ad alterum, sicut eleganter monet Arist. *4. pol. c.5 in fin. Manere sc. Vestigia prioris Reipu. in administratione, licet forma tota sit mutata,* idq; ait accidere potissimũ post mutationes. *Neq; enim statim momento mutantur, sed primis contenti sunt, paucis in rebus alios superantes. Quo fit, ut leges quidem priores maneant, vincant tamen, qui Rempubl. mutant.* Vnde *lib. eodem cap.1.* non ex legibus seu forma gubernationis, sed ex fine & principatus genere docet Rerump. formas deprehendere. Ad eam faciem Augustus (verba sunt Dionis) *Non omnia statim, ut decretum erat executus est, veritus, ne parum succederet, si simul homines transferre & invertere vellet: sed quædam ex tempore disposuit, quædam rejecit ad tempus.* Iulius Cæsar etiamsi Cæsarem se esse diceret, non Regem, Senatum quoq; deprecaretur, ne honorum congestu invidiam sibi crearent, & circum jecta sibi ab Antonio diademata in Capitolium mitteret, non obscura populi significatione, ex obscuro applausu, monitus: Tamen non veritus est in conventibus regia Veste indui, coronaq; laurea ornari, idq; ut sibi perpetuò liceret, publico decreto obtinuerat, causam adjiciens sic satis calvam, quod calvus esset. Quin etiam Marullum & Flaviũ tribunos pl. quod confidenter conquisitos, qui Cæsarem primi Regẽ salutassent, in carcerem compegissent, & statuis ejus injectas coronas detraxissent, potestate privavit, simul in populum invectus, subinde *Brutos* eos & *Cumanos* vocans. *Plut. in Cæs. n.16. Dion & Xiphil. n.5.* cum Pontius Aquila trib. pl. prætereunti Cæsari non assurrexisset, tam indignè tulit, ut exclamaverit, *Repete ergò à me, Aquila, Remp.* & per aliquot dies nihil promiserit, nisi cum exceptione: *Si per Aquilam licuerit.* Antonio & Augusto hãc

laudem

77. Iudicia Senatus tulisse quidem præ se speciem libertatis.

78. Reipsa fuisse subiecta nutui & arbitrio Imperatorum.

79. Post mutationem Reipu. remanere vestigia formæ prioris.

80. Sub administratione populari sæpe latere occultam Monarchiam.

laudem relinquit Dion. *lib.*51. quod simulata causa libertatis, cuncta ad dominandi cupiditatem traxerint, & supra ex eodem diximus, quod nihil vel à populo vel à Senatu citra Augusti voluntatem factum sit, licet specie libertatis adeò credulæ plebi illuderet, ut Voconiæ gratiam Liviæ exoraverit, & filios non aliter populo commendaverit, quam *si merebuntur*. Agrippam quoque SCto in exilium pelli curaverit, quasi in exilium pellere non potuisset, cujus cædem tribuno mandare poterat, quandocunq; ipse supremum diem explevisset. *Tac.*1.*Ann.* Tiberius verò, quicquid fecit, *ad favorem moderationis simulatione captandum* fecit, ut ait Sueton. *in Tib.c.*57. donec secreti licentiam nactus & quasi civitatis oculis remotus, cuncta simul vitia malè diu dissimulata, tandem profundit. *Suet. in Tib.c.*42. Igitur quamdiu Germanicus vivebat, aut Livia mater, erga quam illi inveteratũ obsequium, per Senatum pleraque expediri voluit, non quod Senatores Dominos sibi constitueret, licet eos hoc nomine non vereretur appellare, *Suet.c.*29. perinde, ut Cajus Calig. se filium & alumnum Senatus, incertus adhuc dominationis, nuncupabat, *Dion. in Cal. in princ.* sed quod autoritatem referendi, & potestatem confirmandi, quicquid decretum vel gestum esset, sibi retinendo, speciem aliquam pristinę Reipubl. & simulacrum exoletæ autoritatis Senatui restituere videretur. Quid enim unquam propositum fuit à principe, quod patres non probarent, eò usque in adulationes prolapsi, ut Tiberius ipse, cum jam egrediens, exclamare auditus sit: *O homines ad servitium paratos.* Scilicet etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam projectæ servientium patientiæ tedebat. Tempora quippe illa adeò infecta & adulatione sordida fuere, ut nõ modò primores civitatis quibus claritudo sui obsequiis protegenda erat, sed omnes consulares, magna pars eorum, qui prætura functi, multiq; etiam pedarii Senatores certatim exurgerent, fœdaq; & nimia censerent. *Tacit.*3. *Ann.n.*11. Neroni, cum bonâ Corbulonis fortuna Parthi Armeniâ cessissent, licet loco victoriæ studio non moto, Deum immortalem, quod supplicationes, SCto decretæ, quod statuæ & arcus, & continui Consulatus, utq; inter festos referretur dies, quo patrata victoria, quo

81. *[...]ncipem [...]invisse [...]quid unquam propo[...]t.*

nuntiatæ, quo relatũ de ea esset, aliaq; in eam formam, adeo modum egressa, ut C. Cassius de cæteris honoribus assensus, si pro benignitate fortunæ Diis grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficeredisseruerit: eoque oportere sacros & negotiosos dies, quis divina colerentur, & humana non impedirent. *Tac.*13.*Ann.n.*10.*in fin.* Cum Tiberius Druso tribunitiam potestatem à Senatu peteret, aliq; quæsita adulatione, effigies principum, aras Deûm, templa & arcus, aliaq; solita censerent, M. Silanus ex contumelia Consulatus honorẽ principibus petivit, quanquam eo in honore esset, ut absq; provocatione arbitria ageret, dixitq; pro sentẽtia, ut publicis, privatisve monumentis ad memoriam temporum, non Consulum nomina præscriberentur, sed eorum, qui tribunitiam potestatem gererent. At Q. Hatterius, cum ejus diei SCta aureis literis figenda in curia censisset, deridiculo fuit, senex fœdissimę adulationis tantum infamiâ usurus. Has deniq; Ceremonias Imperator ipse, tanquam nimias temperavit, nominatim arguens insolentiam sententiæ, aureasq; literas contra patrium morem. *Tac.* 3.*Ann.n.*11. Hoc est, quod *Tac.*4. *Ann. in pr.* statum Reip. sub Tiberii moderatione enarrans, *principem* scribit *in adulationem prolapsos patres cohibuisse*. An tu verò mancipia illa alienę libidinis, liberorum Senatorum loco & in potissima Reip. parte habebis, quib. simul ac annuerit scævũ unus ex libertis, aut ad Cycladas eundum foret, aut obtorto collo sequendum, quo viam præiverit aliquis ex Thusco vico? *Caput illud imperii & decus provinciarum* (sic vocat Otho Senatum in concione ad milites) exceptum convivio Imperatoris, quantum abfuisset à limine mortis, si Othoni suspectum saltem verbũ excidisset, milite circa palatium furente & licentiam cædis in omnes poscente: *Tacit.*1.*hist. in fin.* Cujus cum aliquando frequentem convocasset Senatum Senatoresque increpuisset, quod Tiberium asperè tractassent, Sejano animos inflasset, post occidissent, sibiq; nihil melius inde expectandũ subjecisset, tandẽ in suburbia profectus, incertos & vitæ dubios reliquisset, *adeò*, inquit Dion, *obstupefacti fuerunt omnes, ut ne mutire quidem auderent: postero verò die summis laudibus deprædicato Cajo, magnas adderent gratias*

82. *Fœde & serviles adulationes Senatus in Imperatores.*

83. *Quam indigno loco habiti fuerint Senatores.*

tias, quod non perierint decernerentq; ut quotannis, quo die hac lecta fuerint, ejus humanitati boves immolarentur. Xiphil. in C. Cal. n.3.
84. *Senatum non fuisse consortem imperii.* Hoccine est esse Dominos vitæ & necis? Sicci ne imperii cõsortes oportet excipere? Sejanus, ut justã inveniret causam contra Agrippinam & Neronem, subornavit, qui monerent clanculum, *ut ad exercitus Germaniæ perfugerent, aut populum ac Senatum auxilio vocarent:* Sic enim reos Majestatis fore: Quæ quanquam spreta ab illis, velut pararent, tamen objiciebantur, & exitum vitæ, quasi crimina Majestatis, asserebant. *Tac. 4. Ann. n.4.* Quod si Senatui sua constitisset in dijudicandis litibus autoritas, qui potuisset Majestatis accusari, qui se ad legitimum patrocinium recepisset? Cæterum Senatus judicabat: Imperator verba præibat, aut nutu trahebat, quò vellet. Ateius quidem Capito, humani diviniq; juris sciens, *l.2. §. post hunc maxime. 47. de Orig. Iur. Gell. lib.4.c.22. lib.13.c.12.* cum Tiberius L. Ennium equitem Rom. majestatis postulatum, quod effigiem principis promiscuum ad usum argenti vertisset, inter reos recipi vetuisset, quasi per libertatem restitit: *Non enim debere patribus eripi vim statuendi, neque tantum maleficium impune habendum. Sane lentus in suo dolore esset, Resp. injurias ne largiretur.* Perstiti tamen Tiberius intercedere, *intelligens hæc,* ait Tacit. 3 *Ann. num. 11. magis ut erant, quàm ut dicebantur, nec dubium, quin principis intercessio prævaleret.* Sic enim de judicio Sabini Tacit. 4. *Ann. n. 11. Cæsar solemnia incipientis anni Cal. Ian. Epistola prafatus, vertit in Sabinum, corruptos quosdam libertorum & petitum se arguens, ultionemque haud obscurè poscebat, nec mora, quin decerneretur.* Aequè aperte Sueton. *in Domit. c. 11. Quosdam Majestatis reos in curiam induxit, & cum prædixisset, experturum se illo die, quam charus senatui esset, facilè perfecit, ut more majorum puniendi omnes condemnarentur.* Parricidium ipsum Neronis non dubitarunt universi Senatores, excepto uno Thrasea, excusare parricidæque quasi de declinatis cautè insidiis & recuperata salute gratulari. *Xiphil. in Ner. n.6.* Imò ut ait Tacit. *lib. 14. Ann. cuncta scelerum pro egregiis acceperunt patres, n.9. & quoties fugas & cades jussit princeps, toties grates diis acta: quaque rerum secundarum olim, tum pu-*

85. *Omnia principis acta, quantumvis pessima, probata à Senatu.*

blicæ Cladis insignia fuere. Ibid. Sicut igitur Periclem nomine tenus quidem curatorem Reip. Atheniensium, reipsâ principem fuisse censet *Thuc. lib. 2.* eo quod de illius unius sententia conciones universa decerneret: Ita cum in Senatu ex voto Imperatorum usque adeo omnia ageretur, ut in favorem suum adulandi certamine decreta principes ipsi ut plurimũ temperare cogerentur, quis dubitabit eos Magistros, quà Senatus quà populi dicere, mixtiori adhuc vocabulo, quam quo Aurelianum *Senatus Pædagogum, Vopisc. in Aur. n.1. in fin.* vocabant, & Severum, *Senatus castigatorem, aut non nasci debuisse* censebant, *aut non mori. Spart. in Sev. n.6.* Nam etiam cum Tiberius sententiam dicere in Marcellum, ut unus ex Senatoribus juratus vellet, Cn. Piso, quantam illius vox cæteris necessitatem allatum esset, prævidens, *quo igitur loco, inquit, censebis Cæsar? Si primus, habebo, quod sequar: si post omnes, vereor, ne imprudens dissentiam:* 86. *Acta verò Senatus subiacebant censura principis.*
Eodem fine judiciis adsidebat in cornu tribunalis, multaque eo coram adversus ambitum & potentiam preces constitutæ, sed *dum veritati consulitur,* ait *Tacit. 1. Annal. n. 14. libertas corrumpebatur.* Claudius, etiam cum de minimis rebus patres consulerentur, Senatui interfuit, ne quid sine sua autoritate ageretur, *Dion. in Claud.* Tiberius aliquando se absuturum Senatu dixerat. Ibi tum occasione utendum & properè agendum censebat Cn. Piso, ut absente principe, Senatus & Equites possent sua munia sustinere, decorum Reipub. fore. Asinius Gallus contrà, quia speciem libertatis Piso præceperat, nihil satis illustre, aut ex dignitate populi Rom. nisi coram, & sub oculis Cæsaris dicebat. Et tum quidem Tiberius hæc audivit & siluit, *Tacit. 2. Ann. num. 5.* qui *vestigia morientis libertatis de industria sinebat,* ut ait *Tac. 1. Annal. n.14.* & *speciem quandam libertatis Senatus induxerat, conservatis magistratibus & Senatus majestate pristina, potestatéque,* ut Sueton. *in Tib. cap. 30.* Nam & cum sententiæ dicerentur, ut prætoribus jus virgarum in histriones esset, Hateriumque Agrippam tribunum pl. intercedentem, Asinius Gallus increparet, tacitus assedit Tiberius, qui dicente Tacito *lib. 1. Ann. n. 14. ea simulacra libertatis Senatui præbebat.* Nero quoq; arbitrio Senatus multa consti-

conſtitui paſſus eſt, adverſante Agrippina, quaſi acta Claudii ſubverterentur, *Tac.* 13. *Ann. in pr.* ſed ubi vis imperii tentabatur, aut principi pro poteſtate agere placebat, quænam decreta patrum, quæ Conſulta Senatus, quæ Edicta magiſtratuũ vim ſuam nunquam tenuerunt? Senatus ipſe, Cyrenenſium in Strabonem accuſatione audita, cum non liqueret, principem conſulendum cenſuit. Tacitus *li.* 14. *Annal. n.* 2. Et in judicio Antiſtii, licet maxima pars Senatus in ſententiam Thraſeæ pedibus iret, Conſules perficere ſenatus decretum non auſi, de conſenſu ſcripsère Cæſari *id Ibid. n.* 7. Tiberius, cum ſerviles patrum ſentẽtias averſatus, ut liberè pro Republ. loquerentur, hortaretur, hanc vocem ſæpe auditus fuit addere: *Sed id fieri voluiſſem, hæc atque alia multa, ut fierent, expoſuiſſem. Xiphil. in Tib. n.* 2. P. enim Suilium Quæſtorem quondam Germanici, in inſulam amovendum cenſuit, cum ſolum juraſſet, id è Rep. fore. *Tac.* 4. *Annal. n.* 5. Quid referã quoties Senatus conſulta vel irrita fecit,
87. *Arbitrium principis unũ prævaluiſſe contra SCta.* vel correxit? quoties reis pœnas vel intendit, vel remiſit? Imò *Inclinatio Senatus*, ait *Tac.* 2. *Annal. nu.* 5. *incitamentum Tiberio fuit, quò promptius adverſaretur*, cum univerſus ordo M. Hortali, Hortenſi nepotis paupertati ſubſidium à principe peteret. Aurelio Senatori, queſto mole publicæ viæ ductuque aquarum labefactatas ædes ſuas, reſiſtẽtibus ærarii prætoribus, ſubvenit, pretiumq; ædium tribuit. *Tac.* 1. *Ann. n.* 14. Catum, qui Libonem inlexerat inſidiis, mox indicio perculerat, in exilium egerat Senatus, tanquam falſis Majeſtatis criminibus ſororem petiviſſet: Sed Tiberius, memor prioris operæ, ab exilio liberavit, quò minus Senatu pelleretur, non obſtitit. Tacit. 4. *lib. Ann. n.* 5. De Sereno, quem filius Majeſtatis poſtulaverat, ipſeque Tiberius arguebat, quaſi contumacius ſcripſiſſet, quam tutum eſſet apud aures ſuperbas, & offenſioni proniores, decreverat Senatus, ut more majorum puniretur. Sed Tiberius, quo molliret invidiam, interceſſit. *Tacit. ibid.* Aquiliam adulterii delatam cum Vario Ligure, quanquam Lentulus Getulicus Conſul deſignatus lege Iulia damnaſſet, exilio punivit, ut objectam ſibi adverſus reos inclementiã purgaret. *Tac.* 4. *An. n.* 6. De ſententia in Piſonem multa quoq; demſit, ne ejus nomen faſtis eximeretur, ne M. Piſo filius nomẽ mutaret, cui & paterna bona conceſſit & aram Ultioni dedicari prohibuit. *Tac.* 3. *Ann. n.* 3. In ſumma, precarium erat, quicquid agebat, quicquid decernebat Senatus, nec aliter validum, quã à principe confirmatum. Terentius quippe accuſatus tanquam amicus Sejani, & liberatus à Senatu, non prius impunitatem retulit, quam judicium Senatus Tiberius probaſſet. *Xiphil. in Tib num.* 12. *in fin.* Cotta Meſſalinus, ſæviſſimæ cujuſque ſententiæ auctor, eoque inveterata invidia, tandem & ipſe à patribus correptus & a primoribus civitatis revictus fuit: quorum ille conatus ſuſque deque habens, ſimulq; illud repetens, quod criminis loco objectum erat. *Illos quidem Senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus*, ad Imperatorem provocavit, literaſque impetravit, quibus in modum defenſionis, repetito inter ſe, atque Cottam amicitiæ principio, crebriſque ejus officiis commemoratis, ne verba pravè detorta, neu convivalium fabularum ſimplicitas in crimen deduceretur princeps poſtulavit. *Tac.* 6. *Ann. in pr.* Paulò ante Senatus Cajum Lutorium Priſcum, equitem Rom. ac Poeſeos imprimis peritum, qui Germanici Epitaphium magno pretio conſcripſerat, accuſatum, quaſi contra Druſum ægrotantem carmen ſcripſiſſet, ac propterea damnatum occiderat. Quod ubi reſcivit Tiberius, moleſtè tulit, non quod eſſet affectus ſupplicio, ſed quod Senatus aliquem interfici juſſiſſet, non cognita ſua voluntate. *Dion. & Xiphil. in Tib. num.* 5. Itaque increpitis Patribus juſſit ut decernerent, *ne de iis, quos ipſi damnaviſſent, intra decem dies ſupplicium ſumeretur, neve decretum, quod de capite alicujus factum eſſet, intra idem tempus publicaretur,* 89. *Nec potuiſſe ſententias ſuas revocare.*
quod poſſet abſens decreta eorũ intelligere, eaq; an jure facta eſſent, cognoſcere. Xiph. ubi ſupr. Addit *Tac. lib.* 3. *Ann. n.* 8. *in fin. Senatus libertatem ad pœnitendum non fuiſſe*, quod 90. *Quod ſignum eſt iudicu pedanei.*
judicum pedaneorum certiſſimum indicium eſt, ut ait Auguſt. *lib. de fato: Iudicibus ſtatutum eſt, ne liceat in reum datam ſententiam revocare. An*, inquit ille, *& Imperator ſub hac erit lege? Nam ipſi ſoli licet revocare ſententiam & reum mortis abſolvere.* Ab hoc

Sæpe rei nullo licet ære redempti
Accipiunt propriam donato crimine vitam

ut ait Gunth. lib. 4 de eodem Imperatore. Tiberium quippe *interjectu temporis mitigari*
91. *Quod sæpe fecerant Imperatores.*
potuisse, adjicit Tacitus, quibus verbis illi potestatem asseribit, supra Senatum, quam certè satis arguit extrema provocatio, non dubium Majestatis documentum, quemadmodum *Sect. Praced. in pr.* monuimus. Ideoque, dubia accusatione Vari Quinctilii, Senatus restitit, ac Cæsarem opperiendum censuit, *Tacit. 4. Annal. num. 10. in fin.* Et sub Neronis anno secundo, cum actum esset in Senatu de fraudibus libertorum, efflagitatumq; ut adversus malè meritos, revocādę libertatis jus patronis daretur, nō deerant, qui censerent. Sed Consules relationem incipere non ausi, ignaro principe perscripsere tamen *consensum Senatus:* Cæsar verò, de ea re edoctus, scripsit Senatui, *privatim expenderent causam libertorum, quoties a patronis arguerentur: in commune nihil derogent. Tacit. lib. 13. Annal. n. 7.*
92. *Ultimam provocationē sine controversia mansisse penes Impp.*
Satis hinc credo constare, quod à decretis patrum, & actis Senatus ultimam provocationem, & cum ea summum jus principes sibi reservarint, id quod etiam ex Tiberii cum patribus expostulatione patet, quando diem Agrippinæ ac Neronis exilio destinatum, Iunius Rusticus seu fatali quodam motu, seu prava solertia, dum consules monet, *ne relationem inciperent, brevi momento summa verti posse, dandumq; interstitium pænitentia Senis*, extraxerat. Questus enim apud patres, quod fraude unius Senatoris Imperatoria Majestas elusa publicè foret, integra tamen cuncta sibi postulavit: nec ultrà deliberatum, qui minus non quidem extrema decernerent, id enim vetitum, sed paratos ad ultionem vi principis impediri testarentur.

Quid igitur tandem superest Senatui ex Iuribus Majestatis tribuendum, quando SCta & privilegia non aliter vim obtinuerunt, quam si autoritate principum vel extrusa vel confirmata fuissent, quemadmodum nominatim post Lutorii Prisci præproperum supplicium cautum fuisse supra diximus, ne decreta patrū ante diem 10. ad ærarium deferrentur, idque vitæ spatium damnatis prærogaretur, quo principi de iis cognoscendi facultas iterum relinqueretur. Pleraque etiam SCta principem
93. *SCta fuisse quasi pro-* *nuntiata ab ipsis Imperatoribus*
ipsum auctorem præ se ferunt, ut cum de Augusto scribit Tacitus *lib. 1. Annal. in pr. Perfecit, ut SCto Agrippæ exilium sanciretur:* de Tiberio. *lib. 3. Ann. n. 3. Autor fuit Senatui, Vitellio atque Veranio & Servæo sacerdotia tribuendi.* De Claudio *libr. 11. Ann. num. 4. in fin. Retulit ad Senatum super collegio haruspicum,* &c. *ex quo factum SCtum, viderent Pontifices, quæ retinenda firmandaque haruspicum.* De Vespasiano Sueton. *in Vesp. cap. 11. Autor fuit Senatus decernendi, ut quæ se alieno servo junxisset, ancilla haberetur:* quæ quidem omnia alieno ore pronuntiari jusserunt Imperatores, & licet SCti nomen præ se ferant, jussu tamen Imperatorum robur sumserunt,
94. *Et legibus sæpe correcta.*
quibus fas fuisset sine adjumento Senatus, lege aut constitutione idem perferre, nisi colorem assensu Senatus quærere maluissent. Nam qui de haruspicib. Senatum edicere fecit, idem Claudius paulo ante lege lata creditorum sævitiam coercuerat, ne in mortem parentum pecunias filiisfam. fœnori darent: *Tac. lib. 11. Ann. n. 4.* & Tiberius antiquę consuetudini de non legendo Diali flamine eo, qui non natus esset ex parentib. confarreatis, medendum dicit aut Senatus decreto, aut lege, sicut Augustus ipse quædam ex horrida antiquitate ad præsentem usum flexisset *Tacit. 4. Ann. n. 3.* Lex autem valebat sua autoritate, decreta patrum aliunà, quippe quibus Imperator pondus, vel addere poterat, vel demere. Nam Cajus Titi Labieni, Cordi Cremutii, Cassii Severi scripta SCtis abdita, requiri & esse in manibus lectitarique permisit. *Suet. in Cajo Cal. cap. 16.* Claudius frustrà reclamante ex Senatoribus optimo quoque, SCtum tamen perscribi jussit, ut Galli in civitatem reciperentur *Tacit. 12. Ann. num. 7.* Quidquid verò datum fuit Senatui, sive in caussis decidendis, sive decretis edendis, sive privilegiis & immunitatibus distribuendis, per lusum quasi factum fuit, & fallendi populi gratia,
95. *Pleraque indulta [illegible] per ludibrium facta de [illegible]*
quemadmodum jam sæpius ex Dionis, Taciti & Suetonii verbis apparuit, & si cui non satis probatum videatur, ex iis, quæ mox subjiciemus, apparebit luculentius. Apud patres adeo cuncta tractata fuisse sub Tiberio, tradit Tacit. *lib. 4. Ann. n. 3.* ut procurator Asiæ Lucilius Capito, accusante provincia, caussam in Senatu dixerit. Atqui idem paulo ante *lib. 3. Ann. nu. 10.* quo fuco id factum fuerit, aperiens, inquit: *Tiberius vim principatus sibi*

sibi firmans, imaginem antiquitatis Senatui prabebat, postulata provinciarum, ad disquisitionem patrum mittendo. Et *in fin. lib.* 1. dixerat: *Hac omnia speciosa verbis, re inania ac subdola, quantoque majore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infensius servitium.* Item *lib.* 4. *num.* 3. *Proprium id Tiberio fuit, scelera nuper reperta priscis verbis obtegere,* itaque Varronis Consulis jus vetabat infringendum, quasi aut Varro Consul aut adhuc esset Respub. Etiam *sub Nerone manebat quadam imago Respub.* ait *lib.* 163. *Ann. n.* 7. & tamen Senec. 1. *de Clem. c.* 1. *Neronem proponit Deorum vice in terris fungentem, vita necisq; gentibus arbitrum, cujus ore pronuntiet fortuna, quid cuiq; mortalium datum ademtumve velit.* Exemplum arrogantis illius moderationis, & simulatæ familiaritatis ex ipsa historia capiamus: Annon Tiberius dum nihil majoribus votis in Senatu deprecabatur, quam ne onus regendi cuncta ad unum

96. *Exempla simulata modestia Imperatorum.* referretur, prætoriis interim cohortibus, ut Imperator dederat, excubias, arma, cætera aulæ assumserat, milite in forum, in curiam comitatus, literas ad exercitus, tanquam adepto principatu mittebat, nusquam cunctabundus, nisi cum Germanici memoria formidinem incuteret, in cujus manu tot legiones, immensa sociorum auxilia, mirus apud populum favor, ne habere imperium, quam expectare mallet. *Tacit.* 2. 1. *Annal. in pr.* Annon, dum Libonis causa in Senatu disceptatur, & nova fraus excogitatur, qua salvo SCto

97. *In Tiberio.* in reum ex servis quæri posset, Tiberius interim milite domum cingit, ante incertam damnationem, certam necem reo illaturo, nisi is propriis manibus cædem prævenisset, *Tac.* 2. *Ann. n.* 4. Annon Pisonis causam, quam ad Senatum rejecerat, ad suam cognitionem revocavit, demto de sententia, quicquid videbatur nimis asperum, eadem censura proculdubio totum judicium perstricturus, nisi ex voto suo latum fuisset. *Tacit.* 3. *Ann. n.* 3.

98. *In Caio.* Porrò verò Cajus, quo numero habuerit Senatum ex eo apparet, quod aliquando fera nocte accersiverit Principes Senatorum, quasi de rebus seriis ab iis consilium capturus: mox ubi frequentes convenerunt, salutavit, & sannis delibutos domum remisit. *Dion in Cal. in pr.* Quosdam summis honoribus functos ad Essedum sibi occurrere rogatos per aliquot passuum millia & coenanti modò ad pluteum, modò ad pedes stare succinctos linteo passus est. *Sueton. in C. Calig.* 26. Quid vero ridicu- 99. *Claudio.*
la illa Claudij simulatione frigidius, qui, cum Vitellius ingruentis dominationis provisor, percontatus esset, *an jussis populi, an auctoritati Senatus cederet? unum se civium & Senatus consensus imparem* respondit, si sc. Agrippina ducenda esset. *Tacit.* 12. *n.* 2. Nam cum tribuni Pl. jussu Consulum & Senatus mandarent, omitteret imperium & salva Republ. Senatus populiq; dictis se audientem præberet, modestiæ ejus in mentem non veniebat, quin potius castris omnibus exciebat, qui se supra Senatum populumq; extraherent *Xiph. in Claud. in pr.* Sed Agrippinæ demum pellectus in amorem, cogi ab senatu voluit ad eam ducendam, quasi Reipublicæ maximè interesset dedirq; veniam cæteris talium nuptiarum, quæ ad id tempus incestæ habebantur, idq; decretum, *quia insolens, à Senatu* ut ait Tacit: *postulavit*, præcipuè, ut declinaret indignationem exercitus, quod pro concione apud prætorianos confirmasset, *quatenus sibi matrimonia malè cederent, permansurum se in cælibatu: ac nisi permansisset, non recusaturum confodi manibus ipsorum. Suet. in Claud. cap.* 26. Quid subjiciam affectatam 100. *Domitiano.*
Domitiani clementiam, qui, ut quos à Senatu ad exquisita supplicia damnari fecisset, modò illud diceret: *Se experturum, quàm charus Senatui esset*, mox ad leniendam invidiam intercessit his precibus: *Permittite P. C. à pietate vestra impetrari, quod scio me difficulter impetraturum, ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Nam & parcetis oculis vestris & intelligent me omnes Senatui interfuisse. Suet. in Dom. c.* 11. *in fin.* An verò nullus horum Impp. propterea, pro potestate imperare poterat, quia precibus exorabant? 101. *Maiestati non detrahit spontanea de iure successio.*
Aliud est sponte imperio cedere, aliud coactum, Iustinianus, *etiamsi ait, sciamus fiscum nostrum ultimum ad caducorum vindicationem vocari, tamen nec illi pepercimus, nec Augustum privilegium exercemus, sed quod communiter omnibus prodest, hoc res privata utilitati praferendum censemus. l. un. §. hac autem* 14. *ver. Tantum. C. de cad. toll.* Poterat Augustum privilegium, qui legibus

omnibus erat solutus exercere, sed *sponte sua vult vivere legibus*, ut ait idem *§. ult. in fin. Inst. quib. mod. test. infirm.* Nec enim ex toto jure civili ullus erui potest apex, qui Principem legibus necessitate quadam astringat, sed Paulus *l. 23. de legat. III. Majestati Decere* dicit, *eas servare leges quibus soluta videtur.* &

102. *Nulla juris civilis lege alligatur Princeps legibus.*

Impp. ipsi, *dignam vocem Majest. regnantis* prædicant, *legibus se profiteri alligatum. l. digna vox. C. de ll. & const.* Non est autem illud Pauli *Decet*, aut Imperatorum, *Dignum* in *oportet & necessarium*, transferendum, quandoquidem in eadem *l. digna vox. plus sibi licere, quam patiantur licere*, Impp. disertè profitentur, adeò, ut quicquid hujus faciunt, Imperatores, non ex necessitate aliqua legum, sed libero proposito faciant. Liberum verò arbitrium jus nō inducit nec præjudicium successori creat. Nec enim propterea præfectus prætorio jus gladii & cēsuræ habebat, in Imp. quia illū gladio de more accincturus Trajanus dicebat: *Accipe gladium, quē pro me, si bene atque ratione imperavero, distringes: sin minus, contra interitum meum utere. Dion. in Traj. n. 5.* Nec propterea princeps tenebatur Consuli jurare, quia idē stans coram consule sedente verba jurata conceperat, *quibus se dominū; suam devoveret, nisi justè imperasset, Plin. in Paneg.*

103. *In acta & nomen Principis jurabatur.*

Sed potius per nomen Imperatoris jurabatur, & quod erat certissimum signū subjectionis. Consules, quā *summam potestatē*, vocat Suet. etiam sub Cajo: *in Calig. c. 26.* cæteriq; magistratus in acta Principum Calendis Ianuarii jurare cogebantur, qua tamē re Nero L. Antistium in Cōsulatu primo Collegam futurum, bonæ expectationis excitandæ gratia, prohibuit, *Tac. 13. An. n. 2.* & Tiberius vetuit omnino in acta sua jurari, *Suet. in Tib. c. 26.* eadem

104. *Quod est signum Maiestatis.*

simulatione, qua cætera omnia ab eo gesta fuisse ostendimus. Quid autem est in acta jurare, quam rata habere, quæ geruntur? Itaque, remoto fuco, & abjecta simulatione, nihil superest, nisi ut Imperatori summa Maiestatis jura soli tribuamus, quia leges condidit, aut condendi SCta facultatem Senatui indulsit, ut tum præcipuè patuit, cum Leo Imper. decretis Senatus vim legis abrogaret, & ex concessione usurpatam licentiam revocaret. *Nov. 78.* Magistratus quoque constituit & honores

105. *Impp. exercuisse omnia iura Maiestatis.*

tribuit, appellationem ab omnibus magistratibus, adeoque Senatu ipso recepit, aut aliis mandavit, In exercitus denique & quæ ad bellum aut pacem attinent, sibi soli imperium semper vindicavit, & quæ præterea particulatim recensita sunt in lege de Vespasiano lata, ut ex reliquiis patet in Capitolio, *Anton. August. & Fulv. Urs. de l. Reg.*

Quod si ad religionis & sacrorum curam progredi operæ pretium esset, aut ad potestatem nummariam, eas quoque non alibi inveniemus, quam in palatiis principis. Iulius Cæsar primus fastos correxit, jampridem vitio pontificum ita turbatos per intercalandi licentiam, ut neque messium feriæ æstate, neq; vindemiarum autumno competerent, *Suet. in Cæs. c. 40.* De Imperatoribus in universum

106. *Etiam ea, quæ ad Religionem attinent.*

testatur Dion. *lib. 53.* quod Pontifices fiant & sacris præsint, quia in omnib. sacerdotiis consecrati sunt. Unde Augustus, suscepto post Lepidi mortē Pontificatu Maximo, annum à D. Iulio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atq; confusum rursus ad pristinam rationem redegit. Librorum fatidicorū, quicquid incertis autoribus circumferebatur, supra duo millia concremavit, retentis solis Sibyllinis, nec iis quidem sine delectu. *Suet. in Aug. c. 31.* Et hujus edicti Augusti commone-

107. *Ut particulatim deducitur.*

fecit Tiberius, Quinctilianum tribunum & Caninium Gallum Quindecim virum, quorum ille ex hujus sententia temerè ad infrequentē Senatum, de incerto & per magistros non satis explorato carmine retulerat, sibi potius hujus rei notionem, quàm insipienti tribuno tacitè attribuens, *Tac. 6. Ann. n. 2.* quemadmodum & alibi Augusti Principis constitutionem laudat, qua Flamen Dialis prohibebatur plusquam binoctium abesse, idq; Pontificis Maximi arbitrio *Tac. 3. Ann ad fin.* Porrò & sacerdotum numerū & dignitatem & commoda auxit Augustus, præcipuè Vestalium virginum, *Suet. d. cap. 31.* quod item Tiberius imitatus fuit, quem tradendorum sacerdotiorum autorem Senatui fuisse scribit Tacit. *libr. 3. Ann. n. 3.* legemque præterea sanxisse, qua Flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri, cætera promiscuo fæminarum jure ageret, simulq; filium Servii Maluginensis patri flaminem Dialem substituit. *Tac. 4. Ann. n. 3.* Cajus adeò intemperanter hoc jure usus est, ut equum suū, cui *Incitato* nomen, collegam in sacer-

in sacerdotio assumeret, & divitibus quibusq; eas provincias obtrudendo, magnā vim auri, gratitudinis ergo extorqueret *Dion. in Cai. in fi.* Ex Ceremoniis item antiquis nõnulla paulatim abolita restituit Augustus, ut Salutis augurium, Diale Flaminiū, Sacrum Lupercale, ludos Seculares, & Compitalitios. *Suet. d. c.* 31. Claudius, quanquam de his rebus per SCtum statuit: tamē autor, ut id fieret, fuit *Tac.* 11. *An. n.* 4. Tiberius, cum censuisset L. Apronius, ut feciales quoque ludis magnis præsiderent, contradixit, distincto sacerdotiorum jure & repetitis exemplis, neque enim unquam fecialibus hoc Majestatis fuisse: Ideo Augustales adjectos, quia proprium ejus domus sacerdotium esset, pro qua vota persolverentur. *Tacit. 3. Annal. num.* 11. Augustus denique proximum à Diis immortalibus honorem memoriæ ducum præstitit, qui imperium Rom. è minimo maximum reddidissent. *Suet. d. cap.* 31. Et quanquam Senatus, adulationum prodigus & in decernendis cultibus intemperans, divinas honores inopinantibus sæpe Principibus obtrudebat, supremum tamen Consecrationis arbitrium mansit penes Imperatorem. Etenim Cajus Calig. divinam majestatem sibi ipsi asseruit, templo numini suo proprio & sacerdotibus & excogitatissimis hostiis institutis. *Sueton. cap.* 22. Claudius Aviæ Liviæ divinos honores & circensi pompa currum Elephantorum Augusto similem decernendum curavit. *Sueton. in Claud. c.* 11. Antoninus pius, repugnantibus licet omnibus, Adrianum inter Divos retulit. *Capitol. in Anton. n.* 2. & nota est vox Bassiani, cum audiret parricidium minus conspectum iri, si fratrem Getam Divum appellaret, dicentis, *Sit Divus, dummodo non vivus:* quo dicto, solito more eum consecravit, quem interfecerat, *Spart. in Geta. n.* 1. perinde ut Agrippina & Nero in cœlum efferebant, quem in convivio sustulerant, non sine acerbo Neronis loco, qui boletos cibum Deorum esse dicebat, quod Claudius boleto in numerum Deorum relatus esset. Unde & Seneca librum in mortem Claudii scriptum nominat ἀποκολοκύντωσιν, quasi immortalitatem esu boleti partam. *Dion. in fin. Claud.* Omitto cætera de dedicatione templorum, Cæsar *Suet. in Cæs. cap.* 44. & Augustus partim voverant partim extruxerant. *Suet. in Aug. c.* 29. quorumque gratia Campaniam se peragrare simulabat Tiberius, ut D. Augusto consecrata templa ipse dedicaret. *Tac. 4 Ann.* de cognitione asylorum quorum inspectionem Tiberius Senatus Consulibus mandavit. *Tac. 3. An.* & de cæteris quæ ad negotium religionis attinet, quandoquidē hoc jus majora jura Majestatis non nisi ex consequenti pertinet, perinde ut illud alterum, quod in re Nummaria conspicitur, & simul ad Imperatores transiit. 108. *De Iure Imperatorum in Rem. Nummariam* Quam primam enim Galba à Nerone defecit, Imperatorem se salutari passus, Othonam, qui post illum imperavit, aurea & argentea sua vasa contulisse, scribit Plutarch. ut cudendi numismata materiam præberet. *in Galb. n.* 6. Paulo post, Vespasiano imperium invadente, *Apud Antiochenses*, ait Tacit. *aurum & argentum signatur. lib. hist.* 2. Ibidem monetam Antonini Diadumeni nomine percussā statim atque is à patre Macrino Cæsar ac Antonius dictus est, testatur Lamprid. *in Ant. Diad. in pr.* & Vopiscus *in Firm.* Firmum non latrunculum fuisse, sed principem, ex eo dicit, quod & purpura usus & percussa moneta Augustus vocitatus fuerit. Quod ad jura minora, seu fiscalia attinet, quò majoribus impendiis in exercitus, magistratus donaria & excrescentem luxuriam opus haberent Imperatores, eò avidius quæstus omnes ad se rapuerunt. 109. *De iuribus Fiscalibus & cura ærarij.* Cæsar ærarium totum diripuit, cum urbem penè vacuam occuparet, Pompejo civitatem extra muros abducente licet Metellus tribun. pl. omni conatu obviam ire contenderet. *Plutar. in Cæs.* Augustus semel rationarium imperii magistratibus ac Senatui domum sevocatis exhibuit, sed cum Rempubl. simul reddere vellet: *Sueton. in Aug. cap.* 28. Quia verò nec illi Remp. reciperent nec hic serio redderet, rationes imperii intra liberorum suorum Codices usq; ad finem vitæ detinuit. *Suet. & Xiphil. in Aug. in fin.* Tiberius ne publicavit quidem ut ex Suet. patet *in C. Cal. num.* 16. dum ait: *Rationes imperii ab Augusto propons solitas, & à Tiberio intermissas publicavit.* Publicavit quidem Cajus, sed dispensationem & sibi retinuit & successoribus adeò absolutam reliquit, ut Nero non dubitaverit 110. *De vectigalibus & tributis* vectigalia prorsus extrudere, nisi Senatores impetum abstinuissent, *Tacit. 14. Annal.* & Vespa-

& Vespasianus potuerit omissa sub Gallâ vectigalia revocare, nova & gravia addere, tributa provinciis augere & nonnulla cōduplicare. *Sueton. in Vesp. cap.* 16. Cum igitur omnia Majestatis jura à maximis ad minima Imperatoribus tam lege regia tributa, quam jure belli usurpata fuerint, nec quicquam eorum illibatum aut sine provocatione remanserit apud Senatum populumve, quid dubitemus,

III. *Conclusio.*

quantum injuria fortunæ & voluntaria submissione decessit Senatui populoque, tantum ex ære quasi collatitio Imperatori adjicere, cumque verum Monarcham fuisse concludere, nisi si quid Senatui, libero arbitrio indulserit, quæ tamen indulgentia juri regio præjudicium creare non potuit.

De Satu imperij Germanorum hodierno.

SECT. 5.

1. *Opinio eorum qui Aristocratiam collocant in Imperio.*
2. *Qui Monarchiam.*
3. *Qui mixtionem Rerumpublicarum.*
4. *Distinguenda esse varia tempora, quibus forma imperij mutata fuit.*
5. *Non debere Ius hodierni imperij accersi ex legibus Romanis.*
6. *Nec confundendum esse Electionem hodiernam, cum tumultaria Electione militum.*
7. *Quantum dissideat autoritas Imperij Caroli M. ab hodierna.*
8. *Item Ottonis I. ab eadem.*
9. *In quo momento quærendum sit initium hodierni status imperij.*
10. *Septem Electorum imperio originem esse incertam.*
11. *Nec de annis initij convenire inter historicos.*
12. *Qui referunt originem Electorum ad Pontificem.*
13. *Refutantur argumenta Bellarmini.*
14. *Responsio ad c. Venerabilem. de Elect.*
15. *Quare domesticum testimonium nihil operetur.*
16. *Falsa multa contineri in d. c. Venerabilem.*
17. *Effugium Bellarmini.*
18. *Mandatum pro approbatione.*
19. *Responsio ad cætera testimonia Bellarmini.*
20. *Quare opus fuerit cessione & consensu Pontificis ad Imperatoris Electionem.*
21. *Pontifici non magis licere jus suum cuiquam auferre, quam Imperatori.*
22. *De sanctione Gregorij V. nullum ullibi extare testimonium.*
23. *Respons. ad c. Romani. de jurejur.*
24. *Item ad rescriptum principum German.*
25. *Quod à paucis & iis quidem factionis pontificiæ editum fuit.*
26. *Qui excusantur de errore, verbis ipsius Bellarmini.*
27. *Quare rescriptum illud jus non faciat.*
28. *Nullo testimonio annotari tempus, locum, aliasq; circumstantias instituti Electoratus.*
29. *Opinio eorum, qui originem Electorum tribuunt Ottoni III.*
30. *Quorum testimonia revocantur ad monumenta antiquitatis.*
31. *Primū principiū confusæ cujusdā Electionis*
32. *A qua non licet inferre ad hodiernam.*
33. *Successores Ottonis I. imperium adiisse Iure hæreditario.*
34. *Electionem sæpè accipi pro consensu.*
35. *Primum Hildebrandum interturbasse successionem legitimam Imperatorum.*
36. *Successio primorum Impp. confirmatur pluribus aliis testimoniis.*
37. *Pontificibus relinquitur laus introductæ funestæ Electionis.*
38. *Quo tempore ceperit invalescere Electio.*
39. *Principium ejus fuisse incertum & diversum à forma hodierna.*
40. *Id quod ex historiis prolixè deducitur.*
41. *Bellarminus cogitur Onuphrij testimoniis & veritati cedere.*
42. *Electores extitisse ante ætatem Caroli IV. Imperat.*
43. *Non tantum paucos & separatos.*
44. *Sed & septem numero.*
45. *Cur interdū non fiat mētio Regū Bohemiæ.*
46. *Cur Rex Bohemiæ non eligat.*
47. *Electorum nostrorum mentionem fieri sub Frederico II.*
48. *Ab initio non extitisse eosdem Electores.*
49. *Sed omnes omninò principes æquis votis elegisse.*
50. *Seu potius consensisse in successionem primorum Imperatorum.*
51. *De forma & modo Electionis, quæ usu recepta fuit post Henricum V.*

52. Opi-

52. *Opinio eorum, qui originem Electorum referunt ad Fridericum I.*
53. *Rejicitur.*
54. *Effugium Bellarmini.*
55. *Redarguitur a Baronio.*
56. *Electorum praerogativam inter caeteros Principes apparere jam inde à tempore Friderici I.*
57. *Nec tamen non & caeteros Principes habuisse jus eligendi una cum Electoribus.*
58. *Quod vocatur praetaxatio.*
59. *Successionem primum degenerasse in promiscuam Electionem.*
60. *Et hanc sensim desiisse in potestatem paucorum.*
61. *Nulla quidem lege aut constitutione.*
62. *Sed insensibili consuetudine.*
63. *Quemadmodum pleraq; in regnis & Rebuspubl. mutari solent.*
64. *Non sentiri, quae cõsuetudine inducuntur.*
65. *Electoratus consuetudine introductos.*
66. *Consuetudinem aequivalere legi.*
67. *Imo praevalere.*
68. *Et dare jurisdictionem.*
69. *Electorum potestatem invaluisse post Carolum IV.*
70. *De Electorum Autoritate.*
71. *Quibus propriè comparari debeant.*
72. *Electoratus dignitas haereditaria.*
73. *Quanta sit Electorum in imperio potestas.*
74. *Divisum esse imperium inter Imperatores & Electores.*
75. *Parlamenta Galliae non esse conferenda cum collegio Electorum.*
76. *Regem non alligari legibus.*
77. *Errores quidam Piccolominei, quos sequitur Hegy.*
78. *Electores plus posse in imperio: quàm Senatum in regno.*
79. *Quem penes sit vis ferendi leges in imperio.*
80. *Quod trãsierit ad status imperij universos.*
81. *Imperatorem legibus alligari.*
82. *Status esse Autores legum unà cum Imperatore.*
83. *Senatum Romanum non esse comparandum cum Electoribus.*
84. *Ad status pertinere etiam abrogationem legum.*
85. *Appendices hujus Iuris, quae sine praejudicio Majestatis conceduntur.*
86. *Penes quem sit summa Iurisdictio in Imperio.*
87. *Appellationem terminari ad Cameram.*
88. *Quo modo iurisdictio sit divisa inter Imperatorem & Cameram.*
89. *An Camerae concesserit Imperator jurisdictionem ex conventione vel simplici concessione.*
90. *Quid utrinq; sequatur sive hoc sive illo pacto habeat jurisdictionem Camera.*
91. *Cameram non ab Imperatore solo, sed ab omnibus statibus habere Iurisdictionem.*
92. *Licet videatur esse Curia Caesaris.*
93. *Quae opinio rejicitur.*
94. *Iurisdictionem & vim tribui Camerae à Statibus Imperij.*
95. *Eamq; esse consistorium simul Imperatoris & Statuum.*
96. *Imperatorem dedisse Camerae Iurisdictionem Abdicative.*
97. *Assessores Camerae creari ab omnibus Statibus Imperij.*
98. *A quibus etiam recipitur revisio.*
99. *Et deputantur Revisores.*
100. *Revisores non differre à visitatoribus.*
101. *Status esse supra Cameram.*
102. *A Revisoribus ad Imperatorem non dari provocationem.*
103. *Argumenta quorundam rejiciuntur.*
104. *Imperatorem non reservasse sibi Iurisdictionem in Cameram.*
105. *Nec posse causas avocare, vel earum decisionem impedire.*
106. *Cameram habere aequalem Iurisdictionem cum Imperatore.*
107. *Et ex hac causa praeventioni esse locum.*
108. *Quae locum non habet, nisi inter aequales.*
109. *Gravatis in Camerâ non licet recurrere ad Imperatorem.*
110. *Imperatorem abdicasse Iurisdictionem in Cameram.*
111. *Quare Aristocratia Bodini non sit admittenda.*
112. *Imperatorem habere concurrentem jurisdictionem cum Camera.*
113. *Et ejus statutis nonnunquam derogare.*
114. *Imperatorem solum judicare de feudis Imperij.*
115. *An principum Iurisdictio ob feudorũ collationem soli Imperatori asscribenda sit.*

116. *Principes qua arte jurisdictionem sibi propriam adquisiverint.*
117. *Imperatorem ex contractu obligari ad feudorum collationem.*
118. *Electoralem dignitatẽ distingui à Feudo.*
119. *An soli Imperatori competat judicium in caput Principis.*
120. *Quid de hac re cautum vel statutum inveniatur.*
121. *Pares Galliæ à quibus judicentur.*
122. *Cameram non posse causam integram alteri delegare, sed Imperatorem.*
123. *Extranei querelas devenire ad Imperatorem.*
124. *Principes Germaniæ non esse magistratus.*
125. *Feuda tamen dependere ab Imperatore.*
126. *Conventus non indici à solo Imperatore.*
127. *De potestate Bellica seu Armorum.*
128. *Penes quos sit in Imperio.*
129. *Ius belli non competere soli Imperatori.*
130. *Cujus sit fœdera ferire & pacem facere.*
131. *Cui in imperio competat Ius religionis, Imperatori an statibus?*
132. *Quid ex hoc Iure Imperator sibi reservarit?*
133. *De Iure Monetæ.*
134. *De Vectigalibus.*

TUrpe esse civi jus, in quo versetur, ignorare, rectè dixit ICtus; quantò magis statum Reipubl. unde jus deduci testatur Aristot. 3. & 6. *Polit.* & res ipsa clamitat, siquidem diversis Rerumpubl. formis diversa studia, diversæ leges conveniunt. De imperii autem, in quo hodie vivimus, statu seu forma Reip. Politicis & ICtis inter se non convenit, siquidem Bodinus *lib. 2. de Republ. c. 1. & 6. in Meth-*
1. *Qui Aristocratiam collocent in imperio.* *thod. hist. c.* 6 stomachosè disputat, Imperatorem non aliam in nostra Republ. sustinere personam, quam Principis, ipsam autẽ Rempub. non differre à purâ Aristocratia, nisi, quod ob præeminentiam Imperatoris Principatus dici queat. Principatum autem definit, Aristocratiam vel Democratiam, cui unus de multis dignitate præest, majestate penes populum vel optimates remanente. *lib. 2. c. 1. in fin.* Iam olim Oldradus in quodam Consil. Imperatorem non tantum Regibus postponit, sed etiam inter magistratus condemnat, quâ de causa perpetuis convitiis dignus esse dicitur ab Hieron. *Balb. in libr. de Coron.* Nuper etiam Albericus Gentilis *in Disputat. de potest. Reg. & vi in princ.* Imperatorem Magistratibus admiscere non dubitavit. Imò ipse Archiepisc. Moguntinus Albertus in orat. de Elect. Caroli V. totũ imperii statum Aristocratiæ assimilat. *apud Sleid. l. 1.* quorum sententiam dum nostratium quidam refutandam aggrediuntur in contrarium currunt & Imperatori soli tanquam Monarchæ, omnia adjudicant, adeoque Electoribus & Principibus nihil, præter obsequendi gloriam, relinquere coguntur licet hunc scopulum Scyllã cautius defugere laborent. Tilemann. *in Disput. de stat. Imper. Rom.* Anton. Godfried. *in disput. de potest. Imper. contra Vult.* Iul. Pflug. *in libell. de Rep. German.* Heig. *lib. 1. quæst. 9. 2. n. 21. & seqq.* Secius Paurmeister. *de jurisd. Imp.* 2. *Qui Monarchiam.*
Rom. lib. 2. c. 1 2. 8. 10. & 11. Monarchiæ quidem nomen Imperio relinquit, sed ad eam Regni speciem astringit, quam νόμιμον ... vocat Arist. 3. *Polit. c.* 14. & nihil aliud esse censet, quam Principatum Bodini, ubi unius quidem honor præfulget, sed Majestatis adeo vacuus, ut non secus ac magistratus in ordinem ab Ephoris cogi & supplicio affici possit. Hotomannus, *cap.* 10. *in Francogall.* imperium 3. *Qui Rempublicam mixtam.*
Germanicum ex tribus formis componit: Peucerus verò *in pr. libr. 5. Chron.* ex duabus saltem, Monarchia & Aristocratia concurrere facit: Huraltus *lib. 1. de off. Reip. c.* 3. dubiosè dicit: *L' Empire d' Alemaigne tient de l' Aristocratie en quelque chose.* Adeo discrepantibus judiciis errant inter se scriptores de præsentis Germanicæ Reipubl. genuina specie, quorum alios odium & invidia, alios amor & metus offensionis transversos agit. quibusdam imposuit præsentis status cum præteritis imprudens confusio.

Etenim cum à diversis non liceat inferre ad diversa, ut tradit regulam de disparat. Steph. 4. *Distinguuntur tempora imperii.*
de Pheder. *part. 1. de interp. legum arg.* 16 *à contrar.* quemadmodum Pomponius *in l. 2. de Orig. Iuris* distinxit varios gradus & [illegible] tempora Reip. Rom. Ita sejungenda est ætas Car. M. nec non Ottonis I. & qui proxime successerunt, à præsenti rerũ statu, juxta [illegible] *Distingue tempora & concordabit scriptura.* Non 5. *Ius Imp. non debere* [illegible] *in legibus Rom.*
enim jura Imperatoris accersi ac demonstrari debet ex eo jure, quo Car. quo Otto & [illegible], successores usi leguntur, siquidẽ id esset quæstionem.

fionē afferre pro argumento. Incertum enim est & hic præcipuè quæritur, Vtrum eodem jure hodiernus Imperator fruatur, & nihil ab antiqua consuetudine demutaverint tot, qui ab eo præterlapsi sunt anni? quæ quæstio tota consistit in facto & non aliunde, quā ex Constitutionibus & Actibus hodiernis probari decidive potest. Nam qui ex legibus Romanis de potestate imperatoria hodie disputant, eamq; propterea legibus exolvunt, quia princeps Romanus solutus fuit, *Godfred. in disput. de absol. potest. Imp.* perinde faciūt, ac si Reges Iudæorum Synedrio facias obnoxios, quia obnoxii fuerūt alii Magistratus ante regnum inchoatum. *cum Ioach. Steph. lib. 1. de Iurisd. c. 7.* Quid enim si hodie mutata sic facies Reipublicæ & leges alias introduxerit alius status? Id quippe in quæstione erat, ante omnia demonstrandum. Petrus de Andlo & Lupold. Bebenburg. *in libris de Rom. Imp.* errore non absimili jus Electorum exigūt, ad seditiosas militum Electiones, quibus Imperatores, non secus ac clavum clavo trudebant, *teste Plut. in Galb. in Princ.* Cum tamen militibus, qui ne quidem partes erant Reipubl. sed pretio ad cæterorum civium defensionē conducti, nullum Eligendi jus competiisse, suprà demonstraverimus. Quicquid enim hujus fecerunt, de facto & per seditiones fecerunt, cum aliàs primi Imperatores non eligerentur de jure, sed succederent. Errant etiam Lancelott. *in templ. Iudic.* Matt. Steph. *libr. 2. de Iurisd. c. 1. membr. 2.* nec non ex parte Heigius *libr. 1. q. 9. n. 19. & 26.* dum ad probandam hodierni Imperatoris dignitatem vel jurisdictionem, leges Rom. accersunt, quas constat de principe absoluto loqui, & cujus potestate ętas vel imperiorum vicissitudo, & Electionis invalescentis autoritas cum die subinde aliquid vel ademit vel in diversum immutavit. Imò ne cum Caroli Magni quidē vel Ottonis Primi ætate hæc nostra cōfundenda est, sicut Tileman. *in d. disput. de stat. Imp. Rom.* ex imperio Caroli Magni metitur & describit hodiernum: quandoquidem Carolus in acquisito & à se fundato imperio, in quo nemini quicquam, nisi Deo & suæ virtuti debebat, prorsus, ut de primis Romanorum Regibus dicitur *l. 2. §. 1. de Orig. Iur.* omnia manu Regia gubernarit & ditiones non tantum liberis divisérit, sed & ipsum Imperium, tanquā

6. *Nec Electores confundi cum tumultuaria Electione militum.*

7. *Nec potestati Imperat. extendi ad ætatem Caroli M.*

hæreditarium. Ludovico filio tradiderit. *Thegan. in Vit. Ludovv. Eginhart. in Vit. Car. Mag.* de quo etiam tum ipse, tum filius ejus Ludovvicus, non secus ac de re sua testamenta condiderunt, quæ extant *in Collect. Pythoei.* Nam quod Iordanus *in Chron. tit. Qui Principes*, asserat: Electores à Carolo M. cum Majore domus institutos esse, id meritò rident & rejiciūt Schard. *in Tract. de Elector. Orig. cap. 1.* & Spangenberg. *in Chron. Saxon. c. 86. & 116.* cum ipsi Majores domus ante Carolum M. introducti, ejusq; officii magnitudine ad auferendum regibus Francorum sceptrum abusi sint Carolus Martellus & Pipinus. Vtrum Ottonis I. imperium ceperit obnoxium esse Censuris principum, ex historiis non constat, ideoq; & gratis asseritur: imò si historiam rerum gestarum examinare velis, omnia Ottonis acta limitatæ potestati invenies contraria, quod, quia ad præsentis quæstionis decisionem nihil attinet, operosius non inquiro: præterire tamen non possum, unde pendebit intellectus totius negotii, quod sub Ottone nulli fuerint Electores, qui nunc primas in imperio obtinent & Aristocratiæ, si quæ illic collocanda, fundamentum præbent, sed quod successores ejus imperium non alio, quam successionis jure adierint: Ex quo sequitur, mutationem Iurium & Legum imperii in eo potissimùm momento quærendam esse, quo invaluit autoritas Electorum. Quantum enim absolutæ Imperatoris potestati detractum fuit, tantum accrevit Electorali & cæterorum principum, cum ea sit conditio principatuum, qui per Electionem deferuntur, ut potestas eorum subinde arctioribus cancellis circumscribatur & diminuatur, donec in planam tandem Aristocratiam absumatur & fatiscat, prout supra *cap. 2. §. 3.* exemplis & verisimilibus rationibus probatum fuit.

8. *Vel Ottonis I.*

9. *In quo momento quærenda sit mutatio imperii.*

Electoratus autem initium ad quod momentum referendum sit, apud posteriores historicos variè disputatur, apud priores & qui eo seculo florebant, nulla omninò fit mentio. Extat quidem privilegium Ottonis II. Iuri Saxonico, Weichbild, præfixum, in quo fit mentio Electorum, sed illud Matthiæ Col. *in orat. de Iuris Saxon. orig. & progr.* & Heigio *lib. 1. q. 8. n. 58. & seqq.* multis nominibus suspectum meritò videtur, cum nec acta, quæ illic

10. *Incerta est origo Electorum.*

recensentur, nec annus ascriptus vid. 999. cum anno imperij Ottonis II. secundo vid. 977. coincidere possit, in quo dicitur privilegium concessum. Nec ullus sub Ottone II. Martinus Romæ sedit, cujus consilio dicitur jus constiturum & in volumen certum redactum fuisse. Pleriq; verò, qui de Electorum origine disputant, conveniunt in ætate Ottonis

11. *Varietas annorum.* III. licet in annis discrepent & Autoribus. Petrus de Andl. *lib. 2. c. 1.* asscribit annum 1004. Hieron. Balb. *de Coronat. Imp.* Iacob. Wimphel. *c. 20. rer. German.* annum 1002. Sleid. *lib. 3. de Monarch.* annum 1000. aut circiter. Matth. Stephan. *lib. 2. Iurisd. part. 1. c. 5 n. 2.* annum 996. aut 997. ex computatione Michaelis Beuter: filij *in not. ad animadv. histor. c. 13. n. 18.* Autorem verò adducunt alij Gregorium V. Pontificem: Alij Ottonem III.

Vt penes immensis nos tota potentia mundi
Semper & imperij gloria summa foret,
Regia constituit quibus est Electio cura. *Sabin. de Otton. 3.*
Præcipua septem nobilitate viros.

12. *Qui referant originem Electorum ad Pontificem.* Qui ad Pontificem Electorum institutionem deducunt. Hostiens. *in c. Venerab. de Elect.* Albert. de Rosat. *in Lex. Verb. Electores.* Ioh. And. *in c. ad Apostolica. de sent. & re jud. in 6. & in d. c. Venerab. ubi Card. Flor. §. 1. col. 3. in 6. quæst. num. 7.* Lancelot. *in templ. Iudic.* Hieron. Balb. *de coron. Imper.* Platin. *in Greg. V* Antonin. *part. 2. histor. t. 16. cap. 4.* Chronic. antiquum Anonym. *Norimbergæ excusum.* Alciat. *de singul. certam. cap. 32.* Volater. *l. 22. Anthropol.* Ludovv. Molin. *tr. 2. de just. & jure. disp. 24.* & qui præterea afferuntur à Bellar. *l. 3. de translat. Imp. Rom. c. 3.* & Melbom. *in not. ad l. 3. Monar. Sleid.* multis argumentis & testimoniis ab Illyrico *in lib. de translat. Imp.* redarguuntur, quæ excipit & exagitat Bellarm. *d. lib. 3. c. 4.* Ut autem falsitas hujus assertionis, quæ tantæ dignitatis autorem statuit Romanum sacrificulum, breviter convellatur, proferat nobis Bellarminus testimoniũ ullius illius ævi autoris, aut exemplar edat decreti, quod Gregorius misit in Alemanniam cum idem objiceret. Illyricus, retorquendo respondet & petit ab illo, ut testimonia & decretum Ottonis prius producat,

13. *Refutantur argumenta Bellarmini.* quæ quidem responsio nos non terret, cum æque incertã rem esse de Ottone statuamus, quam de Gregorio: sed Testimonia tamen, quæ congregat *cap. 3.* juvat parumper ridere, quia non potuisset, causam Pontificis, etiamsi dedita opera id agere voluisset, turpius prodere. Nam primum testimonium ex *Venerabilem. §. Verum. de Elect.* tum domesticum est, tum falsum, tum ad rem, de qua quæritur, non magis attinet, quam Cupressus ad naufragium. Domesticum, quia ab Innocentio profectũ, ideoq; non magis probat, quàm decretum concilij Viennensis *in c. Romani de jurejur. inter clement:* quod idem Bellarm. adducit. Nullus enim idoneus testis in re sua intelligitur. *l. nullus 10. de testam. l. 10. C. Eod.* Alioquin *non difficulter post mortem alicujus testes existerent, qui hoc vel illud sibi tribuerent, eoq; vera judicia subverterent.* ut suspicatur D. Trajan. *in l. Divus 24. de testam.* & planissimè factũ est in Conciliabulo illo Viennensi, in quo Clemens V. Imperatori etiã obtrudere voluit juramentum Fidelitatis An verò, quia Pontifex, id ita interpretatur *in d. c. Rom.* Imperator sibi persuaderi pass' est. Quin potius Henricus Luzelburgensis Imperator convocatis Tabellionibus, publicè protestatus est & negavit factum esse, quod *in d. c. Romani.* post fata demum affingitur. *Nam cum nihil restat.* ait Philippi Pulcri Reg. Gall. consiliarius *in disp. inter Cler. & milit. nisi scribere, quia totũ erit suum, cum scripserit, facile poterit sibi jus acquirere, super rem quslibet & sic totum erit vestrũ & ubi statuere nihil aliud est, quàm sibi tenere velle. Nihil ergo aliud est ius habere, quàm velle: Non habet ergo, nisi in scribat. Hoc volo jus esse, cum volueris castrum meum vel villam meam, agrum meum aut pecuniam habere.* 14. *Responsio ad c. Venerab. de Elect.* 15. *Quare domesticum testimonium nihil operetur.*

Falsum etiã est, multis modis, tum quia dicitur à Græcis in Germanos translatum imperium, cum Germani illud demũ longo tempore post virtutibus suis promeruerint ut scribit gl. *in c. Ludovv. dist. 63.* unde & Clemens V. Innocentio Contrarius *in d. c. Romani.* actus duos translationis imperij, & stabiliendi juris Eligendi separat & inter se distinguit: tum quia Electio stirpi Caroli nunquam usu recepta fuerit, cum successione jure filius sequeretur patrem, adeo ut & testamentis ultimisque voluntatibus ditiones inter liberos dividere parentibus liceret, tum denique quia Papa hoc sibi tribuit, quod ... 16. *Falsa est ... Papæ.*

Caroli & juri belli partim, partim transactioni cum imperio Orientis, partim spontaneę subjectioni Romanorum debetur, ut satis superque *de potest. Pontif. cap. ult.* à nobis disputatum fuit. Nihil denique ad τὸν νῦν λόγον attinet hæc sententia Innocentii, quia non quæritur quid à Pontifice acceperit Imperator Carolus, sed quid à Gregorio V. principes Electores. Nam Otto I. novum jus in Italia Germanorum armis acquisivit, ideoque à Caroli ætate ad posteros annos argumẽtari non licet, quemadmodum paulò ante dictum fuit contra testimonium Iordani, quod hic repetit Bellarminus superiori prorsus consentaneum. Falsum enim est, quia Carolus Magnus dum testamento & Ludovvicus Pius dum sua ordinatione subditis imponit successores, nullum locum relinquit Electioni principum. Sed, inquit Bellarm. Car. M. instituit quidem, ut Electio penes principes esset, sed neque dignitatem Electorum ad certos Principes restrinxit, neq; voluit, ut Electio locum haberet, nisi deficiente successione legitima filiorum. Quo tu quæso argumento probas Bellarmine, Carolum M. ita instituisse, cum contrarium ex testamento ejus appareat: Iordani enim autoritas tanta non est ut ejus unius assertioni contra omnes alias historias standum sit. Si porrò dignitatem Electorũ ad certos principes non restrinxit, quorsum hoc testimonium producitur, cum nihil aliud in quæstione sit quam unde autoritas & dignitas hodierna Electorum ortum traxerit. Illud ultimum verò, quod Electioni principũ tum demũ locum fecerit Carolus, si successores legitimi à natura deficerẽt, prorsus ridiculum est. An Pontifex Rom. in eo liberalis est, quod, quę ex jure naturæ competunt, peculiari privilegio magni beneficii instar confert? qua quidẽ in re non opus esse beneficio Pontificio recte notavit Lup. Bebeburg. *de jur. regn. c. 12. ex c. de his dist. 28. l. qua sub cond. §. si tamen. de condit. & instit.* De jure enim naturæ deficiente successore, vim imperii ad Subditos recidere in universum; testatur ipse Bellarm. *l. 3. de Laic. c. 6.* Aut qua ratione ex hac Electionis concessione, imperiũ magis dicetur Electitium, quàm Barbarorum dominatus, quos secundum genus vocat Arist. 3. *Pol. c. 10. & 11.* cum Smerdi occiso & vacante Regia principes Persarum novum sibi Regem sorte ducerent. Vbi verò nulla Electio, ibi nec Electores. Denique Iordanus institutionem Electionis non tribuit Pontifici, sed ipsi Carolo Magno, quem dicit *ordinationem sibi divinitus inspiratam instituisse, de consensu & mandato Romani Pontificis.* Mandatum interpretor perinde, ut cæteri scriptores ejus ævi explicant, id, quod Eginhart: scribit *in Vit. Car. Stephani jussu*, depositum fuisse Childericum aut quod Annales Germ. *à Pithœ. editi sub ann. 752. Zacharias. Pont. ex autoritate S. Petri mandat populo Francorũ, ut Pipinus qui potestate regia fruebatur, nominis quoque dignitate frueretur:* Cum enim Franci ipsi deposuissent Childericum & substituissent Pipinum, Pontifex nihil ad hunc actum contulit præter consensum & sententiã, qua factum populi probaret, ut alibi abundè demonstratum fuit. *de pot. Pont. c. 7. n. 4.* Velle n. proprietatem sermonis exigere ab iis, quos tam profundæ barbariei, immersit infelicitas seculi, nihil aliud sit, quã nodum in scirpo quærere, aut vestimentũ à nudo petere.

17. *Responsio.* (left margin, beside "Falsum enim est")

18. *Mandatum pro approbatione.* (right margin, beside "dicit ordinationem")

Quod ad cæteros porrò testes attinet, juniores sunt, quam ut de retot annis ante se gesta fide dignum testimonium deponere possint, præsertim cum id ex aliorum fide non satis scire potuerint: Et multorum aliorum autoritatibus oppositis redarguantur: quanquam etiam non satis bona fide à Bellarm. citentur. Etenim Naucler. *in 34. gener.* nihil affirmat ex sua opinione, sed, *Ajunt*, inquit, *Gregorium V. cognita imperij imbecillitate Varietateq; fortunæ, utq; is, qui cæteris virtute præstaret, præesset etiam dignitate, sanctionem tulisse de Imperatore deligendo.* Nec dissimulat alteram etiam opinionem: *Scribunt*, inquit, *quod Otto III. cum hærede ex se descendentes non haberet, constituit ex consilio Principum Germaniæ, ut Imperatore mortuo, in oppido Francofurt. perpetuo fieret Electio.* Qui verò utramque opinionem æquali fide, adducit, utram putes ipsum velle probare? Albertus Cranzius quingentis annis post, licet *l. 4. Saxon. c. 25.* Gregorio sanctionem hanc tribuat, tanquam ultionem, quam à Romanis de injuriã sibi illata sumere voluerit: tamen *l. 3. Metrop. cap. 40.* Electionem ab Imperatore cum Gregorio V. propinquo suo introductam confitetur; quanquam in eo Cranzius merito ex

19. *Responsio ad alias autoritates Bellarmini.* (right margin, beside "Quod ad cæteros")

prioris seculi historicis redarguendus est, quæ præcisè septem principes vel ab Ottone vel à Gregorio institutos asserat. Id enim repugnare veritati historiarum paulò post dicemus. Nam Iacob. Wympheling. *in* 1. *Epit. rerum German. cap.*20. licet Gregorium scribat sanctionem tulisse, tamen ejus sensum non aliter exprimit, quam quod *per eam licueris solis Germanis principem eligere*: id quod jam olim ab Ottone I. promulgatum erat, ne Imperator eligeretur, nisi ex Germanis & nisi ab iisdem. *Sigon. lib.*7. *histor. Ital.* nec tamen ab Ottone I. propterea origò Electorum accersitur, Cæteri consilium quidem concedunt Gregorio, facti verò autoritatem Ottoni: quin &

20.
Quare opus fuerit cessione & consensu Pontificis ad Electionem Imperatoris.

concessione Pontificis eo tempore videbatur opus, cum Itali ad se imperium traherent, & contra Germanos sæpè Imperatores dicerent. Berengarius enim non tantum ab Italis rex Italiæ, sed & consensu Pontificis Imperator salutatus & Albertus ejus filius à Iohanne 12. in odium Ottonis in urbem accitus est. *Cario l.*4. *Sigon. l.*7. *hist. Ital.* Ut igitur principes Italiæ principibus Germaniæ, & Patriarcha Rom. cum Mediolanense & Ravennate Archiepiscopis, quasi in dubio jure cederent tribus Archiepiscopis Germanis, opus forte fuisset cessione & consensu: idq; *pro interesse suo peculiari* ut ait Cusan. 3. *Concord. Cathol. c.*4. Cæterum facti totius autoritatem Pontifex ejus temporis sibi arrogare non potuit, cum tantæ potestatis ejus Bullæ nondum essent, ut principibus formidarentur. quam illis autoritatem invalescens superstitio post Hildebrandinam demum pertinaciam adjecit. Quin potius Imperatores Pontifices deponebant & restituebant, prout videbatur Ecclesiæ conducere & fas erat eos imperium habere in suos vasallos. Nec video, quomodo Pontifex magis potuerit vel omnibus Principibus jus suum aufferre & ad paucos contrahere, vel successoribus Ottonis spem certam, etiamsi is liberis destitueretur, præscindere prout innuit Bellarm. *lib.*3. *de transl.*

21.
Pontifices non magis licuisse ius suum alicui aufferre quam Imperatori.

*Imp. c.*4. *Vers. Nam etsi Pontifex in fi.* dum ait: *Omnino verisimile est, Imperatorem, quod ipse facere non audebat, ut tot principes ab Electionis jure excluderet, a Summo Pontifice id postulasse.* Non secus ac si Bonifacii approbatio, ut alibi argumentatur Bellarm. *lib.*2. *de Pontific. c.*17. justam faciat depositionem Childerici, aut Zachariæ Pontificis consensus Francorum rebellionem extra omne crimen ponat: Quod sua natura injustum est, nō magis Pontifex, quam Imperator justum reddere potuit. Quod si ex observantiâ lex & statutum quodvis interpretandū veniat, longo tempore post demum ordinata Electio invaluit, ut mox subjiciemus: unde constat, aut nullam à Gregorio aut Ottone sanctionem hujus argumenti perlatam, aut in usum non deductam, nec propter autoritatem Papæ receptam fuisse. Quin

22.
De sanctione Gregorii non extare ullum testimonium.

etiam si certò constet de sanctione Gregorii, cur devoti juratiq; Romanæ sedis adulatores, qui etiam minima quæque verbis extollunt, quæ faciunt ad augendam dignitatem Pontificis, eam tam tacito pede prætereunt, adeo ut neque Antoninus Florentinus, neque Martinus Polonus, neque Leopoldus Papæberg. s. neque alii Ecclesiasticæ factionis homines illius ullam mentionem facere ausi sint. Nam

23.
Ad c. Romani de Elect.

Clementis V. testimonium ex concilio Viennensi *in c. Romani: de jurej.* jam suprà tanquam Domesticum & Innocentii III. sententiæ *in d. c. Venerabilem*, contrarium rejecimus. Rectè Iohannes Paris. *de potest. Reg. & Pap. c* 15. *Ubi quaritur de potestate Papa in temporalibus, efficax est testimonium Imperatoris pro Papa & non est multum efficax testimonium Papa, pro seipso, nisi dictum Papa fulciatur auctoritate Scriptura sacra vel scriptura Canonica. Et in materia, ut Imperator dicit contrarium manifestè, etiam cateri Pontifices ut in proposito, non recipitur tale dictum.* Sed hic

24.
Ad restrictionem Principum.

Bellarminus nos non laciniâ, sed medios tenet, quando ipsorum Imperii principum confessione propria nos premit. Sic enim in instrumento quodam publico fatentur: *Romana mater Ecclesia illud principibus dedit incrementum miranda potentia, ut ipsius Ecclesia autoritate suffulti, velut Germen electum per ipsorum Electionem illum; qui sicut Romani teneret imperij germinarent:* Salva res est: habemus reos confitentes: at quos quæso? An omnes Principes Germaniæ unanimi consensu testimonio subscripserunt, ut videtur litera præ se ferre? Bellarminus subscriptionem callidè dissimulat. At Haiminsfeld. trium tantum sedi Pontificiæ deditorum Electorum nomina invenit. Hi vero tres an toti cæterorum collegio, partiali suo studio præ-

judicium

25. judicium creare potuerunt? Imò & ipsis & si qui præterea subscripserint, accommodari potest excusatio Bellarmini, qua is Ottonem I. à sacrilegio eximit, eò quod deposuisset Iohannem 12. omnium non dico Pontificum, sed omninò mortalium deterrimum: *Ab Ottone I. satis constat bono Zelo, sed non secundum scientiam depositum esse Iohannem 12. Fuit enim ipse Iohannes omnium Pontificum ferè deterrimus. Atque ideo non mirum, si pius Imperator, qualis fuit Otto I. sed minus peritus rerum Ecclesiasticarum, judicaverit enm potuisse deponi, præsertim cum multi Doctores idem senserint. libr. 2. de Roman. Pontific. c. 29. argum. 4.* Nam principes seculares eò verisimilius, ut potestati Pontificiæ calculum darent, induci potuerunt, quanto latius jam tum animos mortalium pervaserat istæc opinio, à pluribusque religionis studio in vulgus spectatis Clericis & Pontificiæ factionis propugnabatur, accedente præsertim specie superstitionis & Juris, in quod capitula quædam ejus argumenti jam transcripta erant, nec non metu excommunicationis, si quis secus sentiret, aut contrà hisceret. Et si Nic. Cusanus mentione ab eodem Bellar. 3. *de transl. c. 4.* excusatur ob *penuriam ICtorum historicorum, qua illa ætas laborabat,* quantò magis excusabuntur principes, non usque adeo docti, si cum historias veteres ignorarent, recentiorum narrationibus probabiliter fidem habuerunt? Nihil tamen vel Otto dignitati Pontificiæ, ut disputat Bellarm. vel hi principes juri Imperatoris præjudicare propterea potuerunt, quia falsis causis ad errorem inducti sunt, ut patet ex illis ipsis, quas in producto Instrumento exprimunt, dum primum ex autoritate Ecclesiæ imperium propagatum à Græcis in Germanos affirmant decepti, ut apparet, falsa sententia Innocentii III. *Ex c. Venerabilem de Elect.* deinde subnectunt usitatam comparationem, qua Ecclesia Luminari Majori, & Imperium Minori confertur, cum violenta interpretatione & palpabili confusione duarum distinctarum jurisdictionum, & deniq; donationes incertas, aut quæ nunquam factæ sunt, inter quas & Adolphus, cujus liberalitas hoc scripto confirmatur, reponit etiam Constantinianum, pro certis & confessis accipiunt, ideoque falsis argumentis persuasi deceptique jus facere non potuerunt, prout de Patribus VI. Synodi non veretur scribere Bellarm. *qui Honorium quidem condemnarunt, sed ex falsa informatione, ideoque in eo judicio erraverunt. l. 4. de Rom. Pontif. c. 11. ex Turrecrem. lib. 2. de Eccles. c. 93.* præcipuè cum ad consequentiā statim trahendum nō sit, quod quis ex peculiari causa libero facit arbitrio, ut de Alberti Cæsaris recognitione monet Lupold. Bebenburg. *de jur. Regni c. 12.* dum ait: *Quas etiam approbationem vel assumtionem, si prædicti Henricus & Albertus ab Rom. Pontificibus petiissent & obtinuissent, id tamen eorum successoribus in Regno ac imperio, ac Principibus Electoribus & aliis principibus & populo Germaniæ & alio subjectis Regno & Imperio, in juribus ejusdem regni & Imperii præjudicare non debeat.* Quæ n. sunt *Voluntatis, non necessitatis, non vitiant* ait gl. *in l. humanum 8. in verb. promulgandam. C. de ll. & Constitut.* & modesta jactatio jus suū nemini vel adimit, vel affert. *L. ult. & in testa. fac. poss. l. 6. O. Eod.* Frustrà igitur totum hoc scriptum exscripsit Bellarminus, in quo præterea nihil magis certò de hac materiâ determinatur, quā *d. cl. m. Romani.* Si enim certi essent Pontifices de tempore & autore institutæ Electionis, cur eam nullibi exprimunt, id quod in fide digno testimonio omninò exigitur? Nec enim satis est dicere: à Pontifice institutam esse dignitatem Electorum, nisi & hoc adjicias: A quo, Quo tempore, Quibus circumstantiis instituta sit. Utrum sufficiat translatio imperii in Germanos, ita ut in hac includatur potestas eligendi, ut perbellè ratiocinatur Innocentius *in d. c. Venerabilem.* Utrum peculiari bulla jus eligendi superaddiderit Gregorius V. aut Sylvester, ut ex monumentis Aquilejensis Ecclesiæ tradit & posse salvari putat Naucler. *d. generat. 34.* Sed hæc omnia in obscuro relinquuntur, & tamen exigitur à nobis, ut quod nullibi pictum, scriptum, factum est, præter, imo contra historiarum omnium fidem, simpliciter pro vero, ac si ageretur de articulo fidei, acceptemus.

25. Quod non [illegible] fuit [illegible] principium.

26. Principum [illegible] error [illegible] ex [illegible] Bellarm.

27. [illegible] scriptum illud [illegible] faciat.

28. Circumstantiæ instituti Electoratus nullibi exprimuntur.

Videbimus autem, an hæc ita se habeant, ex iisdem principiis, unde necessum fuit idem fluxisse, qui id affirmarunt, recentiores scriptores, dummodo quid sentiendum sit, de altera communi opinione, quæ Electorum originem

29. Qui tribuant originem Electorum Ottoni III.

originem tribuit Ottoni III. prius subjecerimus: Martin. Polon. *in Chron.* Lupol. Bebenburg. *de jur. regn.* Marsil. Patav. *de translat. imper. c.* 11. Nicoll. Cusan. *lib.* 3. *de concord. Cathol. cap.* 4. Anton. de Rosell. *tr.* 1. *de Monarch.* Mut. *de orig. Germ. li.* 14. Munster. *in Cosmogr.* Brottuff. *in Chron. Mers. fol.* 63. Sleidan. *lib.* 3. *Monarch.* Peucer. *lib.* 4. *Chron.* Schard. *in tr. de Elect. Orig. c.* 1. Flac. Illyr. *in libr. de translat. Imp. cap.* 5. Sabin. *in Caesar.* Nic. Cisner. *in orat. de Otton. III. & Elect. inst.* Andr. Knichen. *in comm. Iur. Sax. Verb. Ducum. Saxon.* Matt. Stephan. 2. *Iurisd. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. Heigius *lib.* 1. *qq. q.* 3. multiq; alii ab Heigio & Meibom. *ad libr.* 3. *Monar. Sleidan.* relati. Omnes enim

30. *Eorum testimonia revocantur ad antiquitatis monumenta.* hi retrò trahunt exortum Electorum ad tempora Ottonis III. illiq; hanc laudem potius, quam Gregorio tribuunt: sed quia nemo horum ante Rudolphum Hapsburgensem vixit, nō possunt nisi testimonium ab aliis per manus acceptum adeoque alienæ veritati fideiq; innitens tradere, quod ad Lydium historiarum lapidem nobis excutiendum est, utrum certi quid de Institutione septem Electorum ex antiquitate erui possit. Loquimur autem de honore; prærogativa & autoritate Certorū illorum Principū, qui hodie titulo Electorum

31. *Principium confusa cujusdam Electionis.* gaudent. Nam quod Otto I. & ejus exemplo Otto III. ad Germanos ab Italis tam possessionem imperii quam potestatem eligendi Imperatorem deduxerint, non tantum omnibus consentimus, sed etiam satis efficaciter probatur ex eo, quod Henricus II. qui Ottoni III. cujus erat ex fratre, ut vulgò loqui solent, Nepos, successit, prælatus fuerit Ardoino Marchioni, qui se in Italia pro Imperatore gerebat, vocatusque à Landulpho Archiepiscopo Mediolanense & coronatus à Benedicto IIX. quod à principibus Germaniæ suffectus esset. Nec Conradus II. seu Salicus, licet ab ipso Henrico successor designatus, prius sceptra imperii capessere potuit, quā procerum consensus accederet, cujus elaborandi causa totum biennium disceptando consumtum fuit.

32. *A qua non licet inferre ad hodiernā.* Cæterum ab hac confusa electione ad hodiernam distinctam non licet inferre, cum Electio ne tum quidem locum habuerit, nisi in casu, cum successores deessent. Nam Henricus III. qui & Niger, patri sine controversia successit, etiam tum, cum vix puer esset, Imperator dictus: Hunc excepit Henricus IV. filius septennis, sub tutela matris & Conradi Suevi.

Quod si tum Electio hodierna in usu fuisset, an putamus Electores sibi puerum potius, quam rerum gestarū magnitudine superbum principem præfecturos fuisse? Aut quorsum opus fuisset tutela matris & nobilis illius Suevi, si duo vicarii Imperii constitutā habuissent autoritatem? Aut num potius ipsi Electores tutelam tam nobilem sibi diripuissent, quemadmodum de ea non sine cæde confixerunt Otto Dux & Ecbertus Marchio Saxoniæ contra Suevicos Principes & Ottonem Comitem Thuringiæ? Successisse autem Henricum IV. jure hæreditario, præter omnem historiam verba ipsa Historicorum probant. Damian. *in Epist. ad Henr.* IV. vocat hæredem imperii admonens, *ut sicut sit hæredes imperii, sic etiā in Ecclesiastica cautionis jura succedat.* Baron. *Ann.* 1064. *nu.* 20. Bruno Magdeburg. *in hist. bell. Saxon. Henricus Rex singulos Theutonici Regni principes supplex adiVit, se de regno Saxonica, quod cum patria hæreditate, cum eo [illegible] omnium Electione susceperit, injustè depulsum.* 33. *Successores Ottonis I Imperiū adiisse Iure hæreditario.* Electionem accipit pro consensu, & approbatione, quo sensu consuetum fuisse id ætatis scriptorib. vocabulum Electoris pluribus præjudiciis explicavimus supra. *cap.* 2. *Sect.* 4. ita ut frustra alleget Bellarmin. *d. libr.* 3. *cap.* 2. *in fin.* Abbatis Ursperg. Continuatoris Sigeberti, Ottonis Frisingensis verba, qui *Electionis* meminerūt, quandoquidem Turon. Aimon. de ipsis regibus Francorū eadem Phrasi utuntur, quos tamen constat absque controversia jure hæreditario successisse. 34. *Electionē sæpè accipi pro consensu.* Imò ipse Carolus Magnus à populo Electum dicit, quem is sua autoritate successorem testamento instituerat. Abbas Urspergensis pari confusione dicit, *Henricum IV. a patre Regem constitutum fuisse, sed Romani Pontificis, cunctorumq; Pontificum & principum regni Electione Chron. Ann.* 1053. Quia nec esse potest præterquam consensus, quando constitutio accepta refertur ipsi patri. Nec Electio, cui Pontifices Rom. interfuisse scribuntur, alio sensu accipi potest, quàm quod Electoribus consilio & comprobatione affuerint, sicut explicat Otto Frising. *in Chron.* describens Electionem Conradi 3. quam factam dicit, *præsente Theodwino Episcopo Cardinali ac S. Rom. Ecclesiæ legato, Summo Pon-*

mi Pontificis ac totius Romani populi Vrbiumque Italia assensu permittente, &c. cum efficaciter eligendi facultatem jam diu Adrianus Carolo & Leo Ottoni concessisset, prout etiam Card. Cusan. notat. *lib. 3. Concord. Cathol. c. 4. ex c. Adrianus &c. in Synodo dist.* 63. nisi fortè una manu essent, altera rapiant. Pontifices, & quod Gregorius V. fingitur cessisse Electoribus, ad successores ejus ex illorum manu repetere voluerint. Sed ad Henricum IV. redimus de cujus successione Anonymus item quidam scriptor *libr. 1. de bell. Saxon.* sic loquitur.

Rex tam virtutũ, quam Regni nobilis hæres.
Patris avíq; sui, &c.

Rectè quippe probat Haiminsfeld. *in replicat. pro Imper. c.* 18. Primum Hildebrandum successionem Imperatorum Interturbasse. Etenim tres Ottones Romanum imperium jure hæreditario tenuisse, totidem Verbis enuntiat Nihem. *de privil. & Iuribus Imp. &* Cusan. *d. cap.* 4. Henricum verò II. seu Sanctum & Claudum, insignia regni violenter, quasi jure hæreditario sibi competentia extorsisse Heriberto Coloniensi Archiepiscopo, à cujus ore omnes pendebant, testatur Sigebert. Gemblac. & Ditmarus Mersburg. Episc. *l. 5. Chron.* Electionem Henrici sic refert: *Mox à maxima multitudine vox una respondit: Henricũ Christi adjutorio & jure hæreditario regnaturum.* Conrado, quem Henricius II. nuncupatione sua & principes cæteri consensu ad fastigium Imperatorium evexerant, citra controversiam successit filius & nepos, cui demum nisus est sceptra excutere Hildebrandus, utque id sub specie aliqua utilitatis publicæ facere posset, pro successione Electionem introducere tentavit, quemadmodum idem Bruno ubi suprà, testatur: *communi consensu comprobatum, Romani Pontificis autoritate corroboratum esse, ut Regia potestas nulli per hæreditatem, sicut antea fuit consuetudo, cederet, sed filius Regis, etiamsi valde dignus esset, per Electionem spontaneam, quam per successionis lineam Rex provenires.* Sed Deus ut scribit Waltram: Naumburg. *in Apolog. respons. ad epist. Hildebr. brevis illos Pontificis conatus dissitavit, quoniam post breve temporis spatium, ipsam quoque partem, regni Vtriq; amiserunt. & unus in prælio, alter in expugnatione unius castelli miserabiliter perierunt, superstite eo, cui potestas data est à Deo, quam scilicet potestatem nec Principes, nec populus partis illius dissolvere potuerunt ullo modo, quandoquidem ipsi quoque Regi possint jam donante Deo filii succedere in Regnum, sicut ipse Patribus suis successit in regnum.*

35. Primum Hildebrandum interturbasse successionem Imperatorũ.

Nam Henricus V. immediatè patris vestigia pressit, ideoque de seipso testatur: *Ego quidem Christianis mihi legibus subarratum regnum, ut hæres & successor Augusti, tenere, si tamen rerum omnium dominatori placuerit, cupio.* Unde non possumus non manifestè vanitatis arguere Bellarminum, qui primam partem decreti Gregorii jam post Ludovvicum Arnolphi Imperatoris filium usu receptam tàm audacter, quam falsò affirmat, Electione sc. non propagatione sanguinis ad Imperium deventum fuisse, inde à tempore Conradi I. quia præter cæteros, quos jam adduximus, contrarium asserit etiam Autor magni Chron. Belg. qui dicit *tres Ottones per successionem generis regnasse.* Item Thomas *de regim. princ.* (quandoquidem hunc autorem credere pro tempore Bellarmino *libr. 3. translat. cap.* 1. cogimur, quia instituto ejus sermo convenit, cum alias, si quid effutiat adversum, jam exautoratus sit, *in præfat. contr. Barclai.*) qui ait, *Imperium tenuit, usque ad tertiam generationem Otto, & ex tunc provisa est Electio* &c. Nec non Cranz. *libr. 3. Saxo. cap.* 39. *Lubet intueri statum imperii per ea tempora. Conradus filium declaravit Regem. Vbi erat interim potestas Electorum? Vigebat apud Imperatores memoria Carolinorum & Ottonum, qui arbitratu suo sibi delegerant successores.* Item Mart. Polon. *in vita Otton.* 3. *Et isti tres Ottones per successionem generis regnaverunt.* Hanc enim potestatem Leo tribuit Ottoni I. ut solus Rex. Rom. constituat Regem vel Patritium, iterumque Cusan. *d. c.4. Secundum ordinationem in c. in Synodo. dist.63. usque ad tertium Ottonem servata est successio.* Cepit autem potissimum vacillare successio post turbas Hildebrandinas, postquam Rudolphus indigena Sueviæ, *quam regalibus omninò stemmatis fuisse alienam* scribit Abbas Svvartzh. *in Ann.* 1077. in regem favore Pontificis & Saxonum elevatus, *omne jus hæreditarium in imperio repudiavit, &*

36. De successione primorum Impp. alia testimonia.

vel filio suo se hoc adoptaturum fore negavit, justissime in arbitrio Principum esse decernens, ut post mortem ejus liberè, non magis filium ejus, quà alium eligerent, nisi quem ad id culminis ætate & morum gravitate dignum invenissent, ut quidem memorat ille Paulus Bernriedensis *in vit. Gregor.7.* quem publicavit nuper Gretserus. Dictum enim fuit suprà, quod successionis tranqillitatem Tyrannis Pontificia plurimum in imperio turbarit, labefactaritque, cujus hoc sit obiter documentum, & simul ut gloriam Pontificibus Rom. relinquamus introductæ in imperium turbulentæ Electionis, non sine cæde & sanguine innocentum subditorum. Eo enim argumento utitur Innocent. *in d.cap. Venerab. vers. insuper.* ut Philippum ab imperio abigar, *ne si is fratri succederet, quemadmodum frater successerat patri, videretur imperium magis ex successione, quàm Electione deferri.* Ad quam mutationem via se ultrò aperuit, cum Henricus V. sine liberis decederet, nec longo intervallo Lotharius III. Defuncto enim Henrico absque hærede *convenisse Legatos Apostolicæ sedis & Archiepiscopos cum Episcopis ac optimatibus imperij ex condicto Moguntiam, consultasseq; pro toto Rom. Imperio de substituendo Regem, in quo convenit electum fuisse Lotharium*, testes sunt Continuator Sigebert. *in Chron. An.1126.* & Autor magni Chron. Belg. Lothario iterùm sine filiis decedente conventum habitum ibidem tradit Otto Frisingens. *lib.7. hist.c.22.* & Conradum Suevum Henrici V. sororium à quibusdam principibus, timentibus, ne imperium præoccuparet Henricus superbus, qui tunc præcipui nominis & dignitatis erat, Confluentia regem creatum fuisse, quem processum de Friderici I. electione repetit *lib.2. de reb. gest. Frid. c.1* ubi addit. *Nam id Iuris Romani imperii apex, vid. non per sanguinis propaginem descendere, sed per Principum Electiones creare, sibi tantum ex singulari vendicat prærogativa.* Circa illa enim tempora cepit Electio invalescere & successionem supprimere: cæterum nec tum Electio locum invenit, nisi in casu, cum sc. heredes deficerent, nec stantim stabilis aut rata in principio fuit, quia potius Fridericus Henricum filium Regem Italiæ & successorem sibi designavit, quem, cum

37. *Pontificibus relinquitur laus introductæ Electionis.*

38. *Enim principium longè diversum fuit ab hodierna forma.*

Coloniensis & Leodiensis Episcopi pro Imperatore agnoscere recusarent, de utroque sumsit supplicium Leodiensi etiam morte multato. *Iste autem Imperator H. nricus* (Verba sunt Iohan. Monach. *ex magn. Chron. be* [illegible] *quod Ioh. Pistorius edidit*) *Videns Regem Alemanniæ & Imperium Romanorum, propter frequentes mutationes Imperatorum, multa mala perpessum, priusquam vota Principum in persona Imperatoris possent convenire, ordinavit, ut amplius Electio non fieret, sed per [illegible] sanguinis successionem Imperium conferretur, ita, ut qui propinquior Imperatori esset, hæreditariè fieret Imperator.* Nec dubium est, quin decedenti Henrico immediatè successisset Fridericus II. nisi Principes tutelæ lubricitati minus confisi, maluissent Philippum patruum ejus agnoscere Imperatorem, quam Imperatoris tutorem.

Modo autem eligendi, quem ex historiis enotavimus, nihil prorsus commune est cum hodierno, prout pluribus demonstrant Aventin. *lib.5. Annal.* Onuphr. Panvin. *lib. de Com. Imper.* Cruf. *Annal. Suev. part.2.c.7.* Be[illegible]her. pater & filius. *d.c.13.* Curio *lib.2. Chron.* & ipse Baron. *tom.10. Annal. §.56. & seqq. Ann.996.* Spiegel. *l.1. not. in Gunth. Ligur.* quorum nonnulla cum ex Onuphrio recensuisset Bellarm. *d.li.3.c.2.* eò redactus fuit, ut sanctionem Gregorii V. non nisi longo intervallo post integram in usum receptam fuisse confiteri cogatur, ex qua confessione id saltem habemus, ut vel non latam, vel à principibus repudiatam fuisse concedere cogatur, quorum primum disputationi ipsius repugnat, alterum verò destruit autoritatem Papæ, quippe cujus mandato principes impunè se non posse parere salva conscientia rectè censuerunt. Miror autem hoc eodem loco temeritatem Cardinalis, qui modò Onuphrium atque Aventinum & [illegible]statis manifestæ, & intolerandæ temeritatis arguebat *d.lib.3.c.1. in fin.* modò postquam recensuit argumenta Onuphrii, inq; eorum solutione occumbit, *c.2.§. Hac sane.* fatetur ea gratia esse & nullo modo à viris prudentibus contemnenda. Qui verò tot tantisq; argumentis, & quæ ipsos adversarios ad silentium adigunt nituntur, an illi temere opinionem [illegible]tant, aut falsò enunciant, quod insolubili ratione evincunt?

40. *Id quod ex historiis deducitur.*

41. *Bellarminus cogitur Onuphrio cedere.*

Quia

Quia verò hæc res propriè eò pertinet, ut de mutatione Iuris veteris & Monarchiæ Imperii certi reddamur, in historias regrediemur & quid inde de Origine Electorum constet, quid non, sine fuco in apertum producemus. Imprimis præsupponimus contra utrumque

42. Electores fuisse ante Carolum IV.

Beuther. *in Animadv. hist. c.* 13. Electorum ætatem ante Caroli IV. Imperium longè retrò excurrere, siquidem Hostiensis *in c. Venerabilem §. Verum de Elect.* & Iacob. Ardiz. *in Sum. feud. T. de success. feud. c.*30. qui sub Friderico II. vixerunt *Trithem. de scriptor.* quibusdam & non omnibus principibus tribuunt jus Electionis, & Guilielmi Comitis Hollandiæ coronatio describitur à Tritheimio *in Chron.* cum septem Electorum officiis Martinus item Polonus luculenter describit numerum & officia septem Electorum, additq; versus, quos repetit gl. *in d. c. Venerabilem* & Bebenburg. *de jur. Imper.*

Moguntinensis, Trevirensis, Coloniensis,
Quilibet imperii fit Cancellarius horum,
Et Palatinus Dapifer: Dux Portitor ensis,
Marchio Præpositus Cameræ: Pincerna Bohemus,
Hi statuunt Dominum cunctis per sæcula summum.

43. Non tantum pauci & figurati.

Vixit quidem Martinus Polonus ante Friderici II. imperium ideoq; potuit ante ejus obitū scripsisse, sed quia superstes fuit usque ad Gregorii X. & Ruperti I. ætatem, perperam ejus autoritate utitur Bellarminus contra Onuphrium, cum potuerit, quæ de Electorum numero adjicit, post Fridericum scripsisse. Cæterum Ludovvicus Bavarus *in Constit. pro Imperii Iurib. &c. apud Avent. libr.* 8. & Marquardus Freher. *in addit. ad Henrici Rebdorffensis Annales Anno* 1339. Electores expresse nominat, licet numerum non definiat, de quo & Petrus Herp. Monachus Francofurd. *in Chron. Francofurt. Legem Imperator edidit talem Electus Francofordiæ in Imperatorem a Principibus Electoribus, administrationem imperii ante confirmationem habet plenam:* Et Rebdorffens. *in d. Anno* 1339. *Nuncii Imperatorii dominum Roma revenitunt, Principes Electores convenitunt, & per juramenta sua diffiniūt: Quod Electus in Regem Rom. à majori parte Eligentium plenam potestatem habeat in administratione imperii.* Numerus verò exprimitur à

44. Sed & septem numero.

Marsilio Patav. *in defens. pacis part. 2. c.* 26. & *lib. de translat. Imp. c.* 11. in quibus nominatim ad septem Electorū consensum provocat, & ex eo disputat contra injustā dispositionem Pontificis, cui Alvarus Pelag. *de Planct. Eccles.* ex parte Pontificis non respondet per inficiationem, quasi septem Electoribus eam potestatem detraheret. licet nullū potuisset argumentum excogitare pro Pontifice efficacius. Exprimunt eundem ipsi Electores in Epist. ad Benedictū XII. Iohannis XXIII. successorem quam publicavit Marquard. Freher. *in addit. ad Rebdorff.* ubi inscriptio talis est: *Sanctissimo in Christo Patri ac Domino Dn. Benedicto Papæ, Vestri devoti filii: Henricus & Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Moguntinus, Electorum Principum Decanus nec non per Germaniam Sacri Imperii ArchiCancellarius, Balduinus Archiepis. Trevirensis, Cancellarius Galliæ: Walramus Archiep. Coloniensis, Cancellarius Italiæ: Waldemarus. Marchio Brandeburgensis Camerarius: Rudolphus Palatinus Dapifer: Rudolphus Dux Saxoniæ Portitor ensis, Romanorū Regis & Coronandi Imperatoris legitimi Electores. Haimensf. ld in cōstit. Imper. pag* 100. Non fit autem hic Regis Bohemiæ mentio, nō quod ad Electorum ordinem per Aureā Bullam Caroli IV. demum accesserit, ut opinantur Beutheri *d. c.* 13. quos refutat Schard. *d. c. 1. de Elect. Orig. ex lib. sing. de Iure Cæsar.* sed quod ex causa absuerit. Propterea enim *in d. Epist.* dicitur Ludovvicus electus *à maxima parte* quod Bohemus deesset & Benedictus XII. ex eo capite electionem pro nulla habet quod per discordiam Electus fuisset §. 3. Nec enim necessarius est Regis Bohemiæ consensus nisi in casu, si cæteris inter se non cōveniat, ut tradit Hostiniensis *in d. c. Venerab.* dum ait *Septimus est ex iis Bohemiæ, qui modò Rex est, sed iste secundum quosdam non est necessarius, nisi quando alii discordarēt.* Albertus Stadens. *in Chron. An.* 1240. Regem Bohemiæ propterea negat eligere, *quia Teutonicus non est*, cui subscribit Ecco de Repkavv. *in Spec. Saxo. l. 3. art.* 57. Unde fit, ut in Weichbildr. *art.* 13. & 14. *soli tres Laici Duces constituti decantur, qui primi sint in Electione,* die ersten an der Chur, ut habet sermo Germanicus, & in jure Feudali Saxonum *c.* 4. dicitur: *Electus Rex à Teutonicis, cum Romā proficiscitur cōsecrari,*

45. Cur non fiat mentio Regis Bohemiæ ubique.

46. Cur Rex Bohem. non eligat.

sex Principes procedere tenentur astricti, hi scilicet, qui primi sunt in Electione ipsius, Moguntinensis, Trevirensis, Coloniensis Archiepiscopi: Palatinus Rhenensis, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgensis. Nec nullum est argumentum eorum, qui sub Ottone III. negant, Electoratum institutum fuisse, eò quod tum Bohemiæ saltem Princeps alienigena esset, & Imperio infestus, quodq; Regiam dignitatem sub Friderico I. demùm acquisierit, licet Vratislao ab Henrico IV. jam datum regium honorem, sed à successoribus omissum tradat

47. *Electorum nostrorum mentionem fieri sub Frider. II.* Cranz. *lib.3. VVandal. cap.2.* Cæteros autem Electores jam primum locum inter Principes habuisse ante Carolum IV. imò cepisse habere circa tempora Friderici II. ex prædictis constat, quandoquidem Ius Saxonicum circa tempora Friderici II. & ut videtur, ejusdem jussu ab Eccone compilatum fuit. *In præfat. Iuris feud. & in gl.* Landrecht. *libr.1. art. 14. num.2. 4.* Nec enim cæteri Principes in universum unica Caroli IV. abrupta lege passi se fuissent uno impetu excludi à suffragiis in perpetuum, si ea æquo jure cum septem Electoribus antea participassent: Imò Carolus ipse in Aurea Bulla ubiq; se fundat *super antiqua consuetudine, c.1. Vers.1. c.2. Vers. & quia de antiqua. & in præfat.* nō constituit septem Electores, sed præsupponit jam constitutos esse, & habere jus eligendi, *ex quibus & nos, ut Rex Bohemiæ,* ait, *dignoscimur esse. Vers. Sanè cum tamen.* Imprimis verò *c.7. Vers. Sanè generaliter. longè lateq; publicum dici esse, & quasi per totum orbem notoriè manifestum: Regem Bohemiæ, Comitem Palatinum, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgensem cum cæteris Electoribus jus, Vocem & locum habere,* &c. Ex quibus omnibus luce meridianâ clarius patet jam ante Caroli IV. ætatem hos ipsos septem Electores prærogativæ dignitate præ cæteris Principibus usos fuisse. Quo verò temporis articulo eam acquisiverint, præcisè demonstrari non posse arbitror, quandoquidem ab initio sine discrimine omnes Principes, postea subinde pauciores admitti consuevisse ex historiis apparet, donec

48. *Ab initio nō extitisse eosdē Electores.* intereuntibus familiis, quæ ab initio potentiores & præcipuæ fuerant, jus omne ad solos hosce septem reciderit. Nam sub Ottonibus & Henricis angustius habitabant Palatinus Rheni & Marchio Brandenburgensis, quā ut comparari, nedum præferri potuerint, Suevis & Francis, qui rerum potiebantur, nec se a tanta dignitate per minorum gentiū principes abigi passi fuissent. Quos enim citat Heig. *d.q.3. n. 30. & seqq.* Palatinorum & Marchionum vetustam prærogativam propugnantes, ex posterioribus loquuntur de prioribus, nec distinguunt officia Mareschalli, Pincernæ &c. a potestate Electorali, cum tamen illa hanc longo intervallo præcedere potuerint, nec Cancellariatus trium Archiepiscoporum cohæret cum Electione, siquidem & Episcopus Hildesiensis dicitur aulæ imperialis Cancellarius, sine honore Electorali. *in scripto Episcop. & Princip. ad Innoc. III. pro Philippo Baron. Tom.10. f. 61.* Non aliunde autem clarius evadit, quod nunc ostendere aggredimur, quam ex evidentia facti & historiâ illius temporis. Fac enim Henricum II. electum fuisse, quem propterea etiam autorem Electionis constituit Cusan.3. *de Concord. Cathol. c.4.* annon Otto Frisingens. *lib. 6. c. 27. Eum ab omnibus omninò Primoribus totius regni electum* scribit? Condum Salicum testatur idem *communi omniū procerum consensu electum c. cap. seqq.* & Abbas Vrsperg. inter alios Electores annumerat etiam Episcopum Bambergensem *in Chron. ann.* 1015. & tamen ab hujus ætate derivat Theod. Nihem. primam Electorum originem. Porrò de Henrico IV. sic memorat idem Vrsperg. *in Chron. ann.* 1053. *Filium suum Henricum Romani Pontificis cunctorumq; Pontificum & Principum Electione Regem constituit.* Idem in electione Henrici V. numerat *quinquaginta duos* Principes, quà Ecclesiasticos, quà Laicos, & in specie subjungit absentiam Ducis Saxoniæ. Sed mittamus hæc testimonia, quæ nomine Electionis pro consensu abutuntur, ut suprà & aliquoties alibi dictum fuit, ex quibus nihilominus constat, etiamsi verbis istorum Autorum magis, quàm facti veritati insistamus, quod tamen Electorum origo inde depromi nequeat, quandoquidem & Ottonem I. Henrici Aucupis filium Widekind. *libr. 1. rer. Saxon.* & Ottonem II. continuator Rhegin. *in Chron.* 961. electum scribit, quorum tamen neuter alio, quam successionis jure etiam, ante quam de Electoribus quicquam statutum fingitur,

49. *Sed omnes omnino Principes æqualiter elegisse.*

50. *Successionem* [illegible] *se in successionem.*

sceptra adiit avita. Scripsit verò autor magni Chron. Belg. *Et quamvis tres Ottones per successionem generis regnaverunt: postea tamen cum imperium apud solos Saxones ferè per annos centum perdurasset, institutum fuit, ut per Principes Officiales imperii Imperator eligeretur.*

51. De forma Electionis post Henricum V. Videamus igitur, postquam Henricus V. sine liberis decedens vacuum reliquerat imperium, ecquid tum ad Electores septem rerum summa reciderit? Lotharium II. certè discordiâ Principum ad fastigium Imperatorium favore Pontificis ascendisse testatur Innocent. *in c. Venerabilem.* & Continuator Sigeberti, *in Chron. Ann.* 1106. *electum* dicit *ab Archiepiscopis duobus, Episcopis octo, Abbatibus permultis & eminentioribus Aulæ regalis Primatibus.* Cunrado III. assignat Otto Frising. *lib. 7. c.* 27. promiscuos item principes, cumque inter se dissentirent, nominatim dicit sedem Moguntinam tùm vacasse, Ducem verò Saxoniæ & Noricum non vocatum fuisse. *Conventus quidem generalis indictus erat Moguntiæ in proxima Pentecoste: sed quidam ex Principibus timentes, ne fortè in generali Curia Henricus Dux, qui tunc præcipuus nominis & dignitatis in Regno fuit, per potentiam prævaleret, circa mediam Quadragesimam Concilio habito in oppido Galliæ, Confluentia conventum celebrant, ibiq; Conradum Imperatoris Henrici V. sororium Regem creant.*

52. Opinio eorum, qui originem Electorum referunt ad Frider. I. Fridericus I. de sua Electione ipse sic scribit ad Episcopos Germaniæ: *Electionis primam vocem Moguntino Archiepiscopo, deinde quod superest, cæteris secundum ordinem Principibus recognoscimus, apud Radev. lib. 1. nu.* 16. Otto Frising. verò *ab omnibus totius Germaniæ principibus electum* scribit *libr. 2. de rebus gest. Frider. c.* 1. & Guntherus *libr.* 6. *Legibus antiquis & prisco more ad proceres electio pertinet,* inquit. Ideoque Peucerus *lib.* 4. *Chron.* Conjecturis magis nititur, quàm fide historiarum, dum à Friderico I. institutos suspicatur Electores, quod eo tempore Imperatores, suo periculo edocti, quantum Reipubl. mali nasceretur ex principum ad Electionē coeuntium multitudine, quorum partem facilè esset Pontificibus corrumpere, remedium huic malo afferre, & Electionem ad paucos contrahere cœperint, à quo non multum in anteriora recedit Carol. Molin. *in edit. post. comment. ad consuetud. Paris. t.* 1. *in pr. nu.* 65. & *seq.* Causam quidem affert probabilem, propter quam principes à promiscua & confusa electione recedere voluisse præsumuntur: sed ex ea constitutioni Friderici fidem non facit.

Nam Henricus VI. non tantùm promiscuorum principum consensu patri successit, sed in constitutione sua, qua rem nititur ad successionem revocare, conceptis verbis sic loquitur: 53. Reiicitur. *Constitutioni huic profuturæ consensit curia Romana, & Principes LII.* (quem numerum suprà posuit etiam Ursperg. in electione Henrici V. *in Chron. Ann.* 1106.) *qui Imperatorem eligere consueverunt, quorum sigilla literis super hoc confectis sunt appensa. Auctor magni Chron. Belg.* Nec obstat, quod Bellarm. *d. lib.* 3. *cap.* 2. plures quidem principes convenisse concedat, sed neget omnes elegisse, quoniã id asseritur contra omnium, quos hactenus laudavimus, historicorum verba, qui non plus tribuunt septem illis, quàm universis, dum ab omnibus simul, aut à plerisque, sæpe etiam exclusis iis, qui nunc Electores habentur electionem peractam referunt. id quod vel ipse Baron. *tom.* 10. *Annal. §.* 56. & *seqq. Ann.* 996. non tantùm confitetur, sed & his verbis probare conatur: *Nemo*, inquit, *jure inficias ire potest, post Ottonis III. obitum ducentis & amplius annis, quotquot electi fuerunt Rom. Reges, Imperatores designati, eosdem non septem duntaxat Electorum, sed omnium Principum Germaniæ, qui ad comitia convenissent, suffragiis fuisse ad culmen Regum electos, quod præter singulorum promotiones perspicuè satis edocent, ut dubitationi nullus possit esse locus relictus, quæ adhuc extant, de ipsis promovendis literæ diversorum Pontificum Rom. ad Germaniæ Principes datæ, & inter alias, quas Gregorius VII. scribit ad omnes Duces atq; Comites Teutonicos de novi Regis electione facienda, si Henricus in Synodo excommunicatus non resipisceret, ostendens illorum omnium jus esse par in eligendo Rege in Imperatorem promovendo. Ita etiam perseverasse tempore Innocentii III. anno* 1200. *cum mortuo Henrico VI. Imp. Principes Germaniæ scissi inter se, eligentibus aliis Ottonem IV. aliis verò Philippum, literæ ambarum partium ad Innocentium datæ significant, quibus manifestè apparet, non penes septē tantùm*

54. Effugium Bellarm.

55. Redarguitur à Baronio.

tantùm esse Ius eligendi Imperatoris, sed penes omnes tam Ecclesiasticos, quã Laicos feudatarios Imperatoris in utraq; Germania Principes. Nam ut ad historias redeamus, in Fridericum II. adhuc puerulum, ab Henrico VI. patre Imperatorem designatũ consensisse penè omnes Alemanniæ Principes testis est Abbas Ursperg. *in Chron.* sed cum negotia Imperii exigerent virum, & Principibus in Electione Ottonis IV. & Philippi non conveniret, aliis Coloniæ, aliis Erffordiæ cõvenientibus, nullum apparet vestigium septem præcipuorum Electorum, nec Electores, ut postea in Ludovvico Bavaro factum est, sed ab una parte Archiepiscopus Coloniensis, Episcopi Paderborn. Mindens. &c. Dux Lotharingiæ & Brabantiæ &c. pro Ottone IV. Ab altera Archiepiscopi Magdeburgensis, Trevirensis, Bisuntinus, Episcopi Ratisponensis, Frisingens. Augustanus, Constãtiensis, Eichstatensis, Wormat. Spireus. Brixinens. Hildesheimens. &c. Rex Bohemiæ, Duces Saxoniæ, Bavariæ, Austriæ, Moraviæ, &c. pro Philippo ad Innocentium III. scripserunt, utrisq; pro legitimis Electoribus se venditantibus. Sic enim illi pro Philippo: *Philippum ritè & solenniter elegimus. Baron. tom. 10. Annal. §. 61. & seq. Haiminsfeld. in rat. Constit. Imp. pag. 73.*

56. *Electorũ inter cæteros principes prærogativam apparere tam inde à tempore Friderici I. & II.*

Hæc cum ita se habeant, & certioribus documentis probata sint, quam ut ea Bellarm. *d. lib. 3. c. 2.* constanti infitiatione declinare potuerit, nõ est tamen omninò negandum, jam inde à tempore Friderici I. Electorũ quorundam ex hodiernis, & circa tempora Friderici II. omnium septem præ reliquorum principum multitudine prærogativam apparere, quando Fridericus I. Electionis suæ primam vocem se debere Archiepiscopo Moguntino confitetur *apud RadeVV. lib. 1. nu. 16.* & Ottonis IV. Electionem, ut firma esset, denuò cum consensu Saxonis & Brandeburg. celebrandam fuisse, autor est continuator Helmoldi *lib. 6. Chron. c. 1. lib. 7. c. 15.* ubi itidem addit, Archiepiscopum fecisse suffragiorũ unicum. Vocat enim Moguntinus in Electione Ludovvici IV. sese Electorum Decanum, ut patet ex Epistola principum Germaniæ ad Benedictum XII. Iohannis XXIII. successorem data, ex cujus tenore forma Electionis eo tempore usitata luce meridiana clarius cognoscitur. Scribunt enim Sex Electores, dissimulato Rege Bohemiæ, ex causa paulò ante allegata, præcipuè quidem suo, sed simul & aliorum principum nomine, quos *Coelectores* ubique nominant, *in d. Epist. §. 1. 3. & 4.* adeò ut veritati prorsus contrarium sit effugium Bellarmini *Principes cæteros Dicis aut Honoris tantum gratiâ consensisse.* Nam si unà elegerunt, certè frustrà non affuerunt. Quod enim cæteri quoque præter septem Electores Principes jus eligendi habuerint, ex Alberto Stadensi, & Compilatore Iuris Saxonici, Eccone de Repkau, discere licet, quorum uterq; sub Friderico II. vixit. Is enim *in Chron. Anno* 1240. *cum Papa Gregorius insolentias Imperatoris metuens Principes, super Electione alterius,* (ut ipsius verba habent) *sollicitaret, nihilque proficeret, quosdam Principum ipsi rescripsisse* narrat: *Non esse juris sui, Imperatorem substituere, sed tantùm Electum à Principibus coronare. Electionem enim ad istos dignosci pertinere, & ex prætaxatione Principum & consensu eligere Imperatorem Trevirensem, Moguntinum & Coloniensem.* Quid autem est *prætaxare*, quàm prænominare, ut explicat Haiminsfeld. *in Replic. pro Imper. cap. 38. in fin.* ex Specul. Saxon, *lib. 3. artic. 57.* ubi dicitur: *Post Sex Electores & Regem Bohemiæ omnes Illustres Imperij, tam seculares, quam Spirituales eligant. Non sic autem prædicti secundum eorum placitum eligere debeant, sed quem omnes illustres Imperij elegerunt, eundem præ cæteris in Regem nominabunt.* Item ex Weichbild. *artic. 13. & 14.* & ex jure Feudali Saxon. *cap. 4.* ubique Sex Electores nominantur *Primi in Electione.* Primum autem non tantùm nihil relinquit ante se, sed & cætera ponit post se, ut Philosophi docent, ex duplici respectu, qui in primitate continetur. *Aristot. 5. Metaphys. text. 1. libr. 1. poster. Analyt. text. 13. Themist. in 1. Physic. super text. 42. Ibid. Philopon. Albert. M. 5. Metaph. tract. 1. c. 1.*

57. *Nec tamen non cæteros Principes habuisse ius eligendi.*

58. *Quod vocatur Prætaxatio.*

59. *Successio paulatim in primitivam Electionem.*

Ex quibus omnibus manifestum evadit, quomodo gradatim à Successione pura imperium primùm delapsum fuerit ad consensum omnium principum, quem post Henricum V. sine liberis decessum, ut solemus omnia in melius interpretari triplici actu continuato, electione Lotharii, Conradi, & Friderici cepe-

runt

runt ad Electionem deflectere & immutare. In qua Electione licet ab initio ab omnibus arriperetur, sensim tamen intereuntibus familiis potentioribus, prævaluerunt quatuor Laicorum familiæ, & tres præcipuæ sedes Episcopales, quandoquidem totidem à Martino Polono, Ardizone, Hostiensi, Iure Saxonico sub

60. [illegible] potentum,

Friderico II. nominantur. Quia verò non passi se fuissent cæteri Principes, qui hos potentiâ & antiquitate anteibant, ex abrupto à tanta dignitate abigi, quod in momento fieri non potuisset, quin universum imperij robur concuteretur, id diuturna consuetudine insensi-

61. Nulla quidē lege constitutione,

biliter introductum fuit. Nulla enim lex de Electione Imperatoris à quoquam producitur ante Carolum VI. qua solis septem Electoribus tanta potestas data fuisset. Nam quod Baron. *Annal. Tom.* 10. *Ann.* 996. *num.* 64 *& seqq.* Constitutionem Innocentij IV. in Concilio Lugdunensi sub Friderico II. factam producat ex Matth. Paris. histor. Anglica, ex eiusdem Autoris verbis & continuata narratione abundè refutatur. Addit enim, *Principes Electores monitis & precibus Papalibus minimè paruisse*, quod prævenerit ac prævaluerit Friderici dissuasio. Tum etiam ordo eligendi, qui illic præfinitur, nihil habet cum hoc nostro commune. Referuntur enim Magnates Alemanniæ, qui simul Electorum numero eximuntur: Rex Bohemiæ, Dux Lotharingiæ, Dux Bruneswikiæ, Dux Suaviæ, Dux Lemburgiæ, Dux Carenteniæ, Dux Saxoniæ, Comes de Geldria, Landgravius Duringiæ. Electoribus autem adscribuntur hi septem: Ex Laicis Dux Austriæ, Dux Bavariæ, Dux Saxonum, Dux Brabantiæ, qui & Lovaniæ. Ex prælatis tres Archiepiscopi, Coloniensis, Moguntinus, Saltzburgensis.

62. Sed insensili consuetudine.

Quid igitur aliud de exortu Electorum dicemus, cum nec lege aliqua uno impetu introducti sint, nec de certo principio, quo præcisè invaluerint, ex historijs constet, quàm quod longa consuetudine, quæ tractu temporis majores primæ potestati vires addidit, magis magisque confirmati fuerint, donec, exclusis cæteris Principibus potentioribusque familiis injuriâ temporis præmortuis, res tota ad paucos hosce reciderit.

Pleræque enim Respublic. quæ bonâ cum gratiâ mutantur, ex parvis principiis, quæ cum die robur acquirunt, mutationis initium trahunt, velutí; arbores occulto crescunt ævo, ita cives latere solent, cuius rei ex Ungarorum, Polonorum & Danorum regnis exemplum capere licet, quæ à successione ad Electionem nullâ certâ lege, sed insensili consuetudine devenerunt, imò à sincera Monarchia tantundem perdiderunt, quantum accrevit potestas eorum, qui cum electione jus animadvertendi & deponendi sibi reservarunt. Ostende tu mihi præcisè principium & institutionem Senatus, seu Concilij Magni apud Venetos, per cuius autoritatem Monarchiam Ducum detractam primitus fuisse ad Aristocratiam suprà diximus, *c.* 4. *sect.* 4. Annon tanotius *in lib. de Rep. Venet.* tandem, postquam aliorū omniū sententias ad calculum revocaverat, in consuetudine acquiescere cogitur, quæ mutationem hanc civibus induxerit non sentientibus? Quæ enim sic inducuntur, ut latent cives, ita sine strepitu & turbis recipiuntur, & ut ait Aristotel. 5. *Polit.* non facilè animadvertuntur. *arg. l. si arbiter.* 28. *de probat. Consuetudinis Principium*, inquit Connan. *lib.* 1. *Iur. Civil. cap.* 10. *n.* 5. *nescitur, ut plurimum, & Autor certus nullus citari potest, sed imprudentibus sese nobis insinuat, voluntatesq; nostras obscurè primum, tum etiam apertè sibi conciliat; postremò tantum acquirit autoritatis & gratiæ, ut regnet & dominetur lege potentius.* Innocentius *III.* sanè *in d. c. Venerabilem*, Ius eligendi dicit principibus competere *de jure & ex inveterata consuetudine*, imo electores ipsi *in d. Epist. ad Bened. XII.* §. 2. scribunt *se convenisse cum alijs Principibus Electoribus in Reinse super alveo Rhens, ubi Principes Electores super negotijs Imperij tractandis convenerint ab antiquo.* Et Carolus IV. *in Aurea Bull.* ad solam *consuetudinem* semper provocat, nullius legis vel sanctionis factâ mentione, quando att: *c.* 1. §. 1. *juxta antiquam laudabilem consuetudinem. c.* 2. §. 5. *de antiqua approbata & laudabili consuetudine cap.* 5. §. *ult. Sicut ex consuetudine, introductum dicitur. cap.* 9. §. 2. *in fin. Sicut hæc antiqua laudabilis & approbata consuetudine diuturniq; ac longissimi temporis cursu præscripta noscitur observatione.*

63. Quemadmodū pleraq; in regnis & Rebusp. mutari solent.

64. Non sentiri, quæ consuetudine inducuntur.

65. Electionem consuetudine introductam.

Nec obstat, quod Heigius objicit *d. quæst.* 3. *num.* 29

66. *Consuetudo aequivalet legi.*

*num.*29.& *seqq.* non esse diu credita Iura Electorum convellēda, nec hostibus calumniandi ansam praebendam. Nam & ipse *in eadem quaest.num.*71. & *seqq.* ad consuetudinem relabi & à vulgata opinione recedere cogitur. Cum autem duplex sit Ius, Scriptum & non scriptum, *§.Constat.Instit.de jur.nat.gent.* de hoc sive de consuetudine ita censet Ulpianus *in l.* 35. *de ll. Quae longa consuetudine probata sunt, ac per annos plurimos observata, velut tacita civium conventione non minus, quàm ea, quae scripta sunt, jura servantur,* & Paulus *l. seq. Magnae autoritatis hoc jus habetur, quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse, illud scripto comprehendere.* Connan. *lib.*1. *de jure Civil. cap.*10. *n.*1. Wesenbec. *in parat. de consuetud.* An feudorum consuetudines propterea minus habent Autoritatis, quod nullo jure scripto sint confirmatae? quin potius ipse Heigius *quaest.*1.*num.*87.& *seqq.* pluribus ostendit, non tantum inde illarum autoritati nihil decedere, sed etiam multum ponderis addi, quod consuetudo volentibus & consentientibus omnibus introducatur, Leges saepius invitis & repugnantibus imperentur, ut ait ille:

67. *Imò praevalet legi.*

Per vim sunt leges & plebiscita coacta.

Imò tantae autoritatis est Consuetudo, ut etiam legi detrahat, *l. de quibus. in fin. ibi gl. in verb. Abrogentur. d. ll.* Connan. *de jur. Civil. libr.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. Satius igitur est ex consuetudine certa, quàm jure quodam incerto & historicae veritati contrario originem Electorum accersere. Quis enim titulus firmior esse potest, quam cujus memoria non extat. *l. si quis. Si serv. vind. l. fin. de aq. pluv. arc.* aut quem mos ipse concedit, ut praefecto Urbi, caeterisque Romae existentibus magistratibus. *l. Cum praetor.* 12. *§. Item his, quibus id more. de judic.* & *ubi quisque. l.*

68. *Dat etiam iurisdictionē.*

1. *C. de emanc. lib.* Dubium enim non est, quin Consuetudo, perinde ut Lex det jurisdictionem. *l.*2.*C. Quae longa consuetud. c. cum contingat. in fin. de foro compet. c. dilectis.* & *ibi gloss. in verb. Consuetudinem. de Arbitr. Bald. in d. l.*1.*in Summa C. de Emanc. lib. in l. etiam n.* 13. *C. de Execut. rei jud. Rom. Cons.* 300. *Incip. Omnipotentis Dei.* Matth. Stepha. *lib.*2. *de Iurisd. part.*2.*c.ult.n.*17. Quod enim Moribus concessum est, non necesse est, lege concedi, ut ait gl. *in d. l. Cum praeter. verb. More. in fin. per l.*1.& *ibi gl. in verb. lege C. de Thesaur. lib.*10.

Haec autem eo fine tàm prolixè praemittimus, tum quod per se intuitu mutationis nos deducant in notitiam imperii, tum quod momentum illud ostendant, à quo hodiernus status accersendus sit. Errant enim, qui ex prioribus judicium ferunt de posterioribus, & quando de statu imperii hodierno quaerunt, Leges afferunt ex primo seculo, cum tamen leges differre necessum sit, quantum differunt formae Rerumpubl. Quia enim potissimùm ad Electores transierunt praecipua Majestatis jura, unde mutatio Reipubl. aestimanda relinquitur, non exaudienda sunt alia in hac quaestione argumenta, quam quae petuntur ex ea aetate, quae Constitutionem Electorum subsecuta fuit, praecipuè post Auream Bullam Caroli IV. quam Maximilianus I. vocare solebat *Vitreum & Dissipatorem imperii, Spiegel. ad lib.*5. *Gunth.* eò quod ejus cum aemulis contentionis & hinc elicitae indulgentiae, praecipuè cum Wenceslao successionem exorare laboraret, Electorali Iuri magnum addiderit incrementum. Licet enim Electores jus suum jam ante Carolum IV. usurparint, ut paulò ante dictum fuit, certius tamen & amplius factum fuit per indulgentiam Caroli & patientiam sequentium Imperatorum, prout in progressu disputationis clarum evadet. 69. *Electorum potestatem invaluisse post Carolum IV.*

70. *De autoritate Electorum.*

Electores enim in imperio Germanico idem esse putat Albinus *de famil. Witekindi.* quod olim erant Ephori Lacedaemone & Lucumones apud Hetruscos. Alii verò, *ut Henning. Goden. consil.*1. Wesembec. *cons.*46. *num.* 2. *Otto Meland. in com. Camer. part.* 2. comparant eos Senatui Romano & praefectus praetorio, quos minùs potestatem Electoralem exprimere rectè notavit Heigius *quaest.* 4. *numer.*18. & *seqq.* si scil. Senatum a[illegible] pias, quatenus Tyrannidi Imperatorum subjugatus jacebat. In libera enim Republ. divisam ferè potestatem habebat cum populo, imò omnem autoritatem possidebat solus, ut per partes proponit Polyb. *libr.* 6. & dictum est paulò ante *sect.*3. Quibus autem Doctores aptius assimilare queamus, quam Ephoris Lacedaemoniorum non video, nisi 71. *Quibus propriè comparari debeant.*

quod

quod hi nomine totius populi potestatem exercebant precariam, sicut & Tribuni pleb. apud Romanos, & proinde perpetuam iurisdictionem non habebant *l. Item eorum. §. Si Decuriones. Quod cuiusq; Univers. nomine* quam Electores omninò propriam adeoque hæreditariam habent, ut ad hæredes proximos successores, & imprimis primogenitum, modo tantæ dignitatis & officii capax sit, eam transmittant. *Aurea Bull. cap. 7. §. Sane generaliter. 25. §. Primogenitus. In Bulla Sigismundi de Palatin. 57. apud. Harmensfel. part. 1. Const. Imper. pag. 145.* Ephori judicabant Reges, & quos invenissent legum violatores, abdicabant. Id quoque jus competere Electoribus, dubium non est, quippe qui non tantum comitia particularia congregare, id est, inter se convenire, pro salute Reipubl. insalutato Imperatore, possunt, *Aurea Bull. cap. 12. in fin. Heig. d. q. 4. n. 45. Paurmeist. 2. de Iurisd. imp. Rom. c. 2. n. 37. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. c. 5. n. 54.* sicut in articulis Carolo V. exhibitis Electores sibi reservarunt, *ut liceret ipsis, quoties opus esset inter se convenire, deq; Rep. deliberare, nullum autem ipse, quo minus id faciant, impedimentum inferre deberet. Sleidan. libr. 1.*

72. Electoratus dignitas hæreditaria.

73. Potestas Electorum in imperio quanta sit.

quod est indubium Majestatis signum, dû interim Imperatori Lex ponitur, *ne consensum indicat, nisi de consensu Electorum, Sleid. ibid.* prout Maximil. I. *in Constit Aug. 1500.* **Erstlich durch uns und deß Reichs Ständen.** Comitia dicit indicta, **Erstlich uns und deß Reichs Ständen.** *in fin.* Non hoc, inquam, tantum licet Electoribus, sed etiam in vitam Imperatoris inquirere, & malè Rempublicam gerentem ab imperio & Majestate deiicere, *Mynsi. resp. 19. n. 6.* sicut Wenceslaum Iohannes Archiepiscopus Moguntinus, nomine suorum Coelectorum tanquam negligentem & destructorem imperii, eoq; indignum, à sacro Romano imperio, omnique ejus dignitate penitus removit. Verba sunt abdicationis *apud Vrstis. tom 2. histor. illustr. in fin.* Dicit autem *ibid. §. 7. ex officio debito & juramento, quo sint Electores obstricti, eos teneri, sacro Imperio, cujus secordi & negligenti administratione tot incommoda irrepserint, rectius & salubrius providentur, ideoq; ab iisdem sufficienter & serio admonitum Imperatorem & citatum, sed parere noluisse.* Testatur etiam Electorum Collegio super exactionibus & vecordi negligentiâ Wenceslai sæpius exhibitas fuisse preces, quibus moris esse adiri Electores notat Heigius *d. q. 4. n. 50.* & Matth. Steph. *l. 2. de jurisd. c. 5. n. 79.* Iubentur enim subditi, *in decret. Ratisbon. 1576. §.* **Weiter sennt wir.** querelas de novis vel adauctis vectigalibus ad Moguntinum deferre, à Cæsareis Commissariis & Electorum Consiliariis dispiciundas, *Petr. Denais. t. 321. Iur. Camer.* ideoque qui nova vectigalia instituunt, non tantum in Cæsaream eminentiam, sed & contra dignitatem Electoralem delinquere dicuntur. *In Const. E. ad* Imò Ferdinandus ipse confitetur, non solum Imperatori, sed & statibus imperii oblatas querelas de dubiis & obscuris quibusdam vulgatarum ordinationum articulis. *In præfat. reformat. Ord. Camer.* Quin etiam ex longa consuetudine Palatinus competens Imperatoris Iudex est, *modò judicium fiat in ipsa Curia Imperiali, ubi Imperator præsens est, de causis, pro quibus impetitus fuerit. Aur. Bull. c. 5. §. ult. Heig. quæst. 4. n. 29. Matth. Steph. 2. de jurisd. c. 1. n. 155. & c. 5. n. 51.* Et proinde merito divisum cum Electoribus imperium dicit Carolus IV. *cap. ult. Aur. Bull.* quando eos *in partem sollicitudinis* cõstitutos ait, quæ verba imitatur & repetit Sigism. *in Const. 1413. de jur. & success. Elector. Pal. §. 1.* ubi addit: *Decus imperii, Illustres Principes Electores, per quos cepit & in quibus consistit nostra gloria celsitudo.* Carolus IV. *in d. c. ult.* vocat eosdem *Columnas & Latera Imperii,* ut & *c. 24. §. 1. ibid. Ne columnis ruentibus basis totius ædificii collidatur,* quæ verba item *in præfat.* leguntur, ubi Electores etiam *Palmites Imperiales & membra propinquiora Imperatoris* dominantur: item, *Septem Candelabra lucentia in unitate Spiritus septiformis.* Iterum *c. 3. §. 1. Columnæ, quæ sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ pietate sustentant. c. 24. in pr. Membra corporis Imperatoris.* Imò *c. 29. in pr.* rationem assignans Imperator, quare Officiales Imperialis Curiæ pro impetranda investitura nihil largiri teneantur *Quia,* inquit, *cum ipsi Principes Electores cunctis Imperialis Curiæ præsint officiis, suos etiam habentes in hujusmodi officiis substitutos, datos ad hoc à Romanis Principibus & dotatos, videretur absurdum, quod substituti Officiales à suis superioribus quocunq; quæsito colore*

74. Divisum esse imperium inter Imperat. & Electores.

Ppppp

lore Xeniapostularent, adeoq; tribuit Electoribus potestatem in ipsam Curiam Imperialem. *In præfat.* deniq; *§. Sane cum tamen*: dum ait, *duplici nomine sibi incumbere correctionē Imperij, tùm quatenus Imperatori, tùm quatenus Electori*, annon manifestò ostendit, Electoribus quoq; incumbere curam & concessam esse potestatem corrigendi errores imperij, ne quis objiciat, Collegium Electorū habere instar formam tantum privati Senatus, quem Imperator, ubi velit, consulat. Ita enim Heig. *q.2.n.25.26.* Bodini sententiæ opponit Regem Galliæ, cuius Monarchiæ nihil detrahi putat Bodinus, etiamsi parlamenta consulat, & sæpè sine illorum consensu acta sua nihil esse jubeat, etiamsi non pudeat, ipsum legibus alligatum se profiteri. Deniqs insolens non sit, Imperium & Regum & Optimatum connecti, *ut tradit Picc. gr.10. Mor. c.9.* Quicquid sit de sententia Bodini, de qua paulò post videbimus, certè argumenta Heigij non concludunt. Nam Parlamenta Galliæ cum collegio Electorum conferenda non sunt, cum nihil sint, nisi curiæ Judicum pretio conductorum, quibus in privatas quidem lites Iurisdictionē concessit Rex, non autem in ea, quæ à Rege ipso pro Regno geruntur, nisi quatenus in consilium adhibētur, Senatū autem consiliū quidem dare, sed vim jubendi nō habere, satis evicit Bodin. *l.3. de Rep. c.1.* Quantum interest inter Lunā & Solē, tantum interest inter precariam autoritatē Parlamentorum Galliæ, quæ Cameræ Spirensi rectè comparaveris, & inter regiam potestatē Electorum Principum, de qua re *sect. seq.* refutabimus errores Hottomanni *in Francog. c.6. 7.14.* Mattiarelli *contra Mathago.* & Buchan. *in Dial. de reg. Scot.* quos sequitur Heigius *contr. Blacvo. Mass. & alios.* Porrò, quod Rex Galliæ legibus se alligatum profiteatur ad exemplum Imperatorum *l. digna vox C. de ll.* inde Majestatis Regiæ fastigio nihil decedere, abunde declaravimus *l.1. de ju. Ma. c.3.* Rex enim tenetur se legibus conformem gerere, modò Regis nomen jure gerere velit, sed quia ad id vi ulla humana cogi non potest, quippe cum Majestate sua omnē in Rep. potestatem superet, nemini mortalium propterea subjicitur, sed monitu officij & timore Dei, ex libero arbitrio facit, quicquid hujus facit. Suo autem arbitrio nemo jus sibi inducere aut superiorem constituere hoc casu potest. Nam quod connexionem Regis & Optimatum attinet, quam ultimo loco affert Heig. non tantum frustrà tat Piccolomineum, sed & ejus errorum sese alligat. Errores a. multi sunt, tum quod Resp. dicat misceri non ex numero, sed ex fine, tu quod illam Regis & Optimatum mixtionem pro vera Rerump mixtione obtrudat, cū tamen regi præter splendorem & dignitatem nihil relinquat, ut tum ex verbis ipsius, tum exemplo Reip. Venetorum patet, quam ad simplicem sinceramq; Aristocratiā redegimus. *c.4. se.4.* Si verò Piccolomineo propositū est, *in d. c.9.* proponere varias formas mixtionū, quorsum ejus sententia advocatur, ad conficiendam simplicem Remp. qualis in regno Gallorum statuitur à Bodino, & in imperio queritur ab Heigio? Electores autem sese longè efferre supra conditionem Senatuū, partim ex supradictis patet, partim ex abdicatione Wenceslai, quando non tantum admonent Imperatorē, sed monitis obtemperare negantem, jure & potestate sua, exauctorant, qua quidem autoritate contra Adolphum Nassovium ex eadem causa processerunt, *Cusp. in Cæs. Aen. Syl. c.34. hist. Bohem.* & in plerosq; actus Imperatoris concurrentem jurisdictionem sibi reservarunt; quemadmodum in specie nobis deducendū incumbit, per singula Majestatis jura discurrendo, ut quidnā eorum ad Electores & Principes transierit, seu Imperatori & illis commune factum sit, quid penes Imperatorem solum remanserit, citra hallucinationem manifestum fiat:

75. *Parlamenta Galliæ non esse conferenda cum Collegio Electorum.*

76. *Errores Piccolom.*

77. *Electores plus valere quam Senatus.*

Primū autem & potētissimum caput Majestatis est, Leges ferre & abrogare, sub quo potentiā quasi congregantur cætera omnia. At licet in veteri imperio solius Imperatoris autoritate & conderentur leges & ab eiusdē arbitrio interpretationem reciperent, *tot. t. de vet. jur. Enucl. l. fin. C. de ll. l. si quando. C. de inoff. testam. l. & ideo de ll. l.1. l. leges. C. Eod. Lancel. l.1. c.1. Imper. §.4. verb. legem generalem condit.* cogitur tamen ipse Mart. Steph. *l.2. de jurisd. c.1. memb.2 n.10. & 11.* confiteri, quod legem Imperator non condat sine consensu & consilio Statuum imperij, unde & leges hodiernæ in nomē Recessuū Imperij, Reichs Abschiede/ transierunt. Maximilianus vocat, Seine vnd deß Reichs Ordnunge/ *in Constit. Anno* 1500. *mense*

78. *Quum [illegible] sit potestas ferendi l[illegible] Imperio.*

80. *Quod transitum ad datum universo.*

mense Septembr. Tit. daß der Häuptman. *in fi.* Iam olim Fridericus I. legem de Incendiarijs ita conclusit: *Actum Nurnberg. in præsentia principum, consilio & consensu eorundem*: Et Carolus IV, *in præf. quam alij habent pro c. 1. in fi. Aur. Bull.* dicit: *Assidentibus nobis omnibus Principibus, Electoribus, Ecclesiasticis & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, ac civitatum multitudine numerosa.* Fridericus III. *in fin. Constit. Reformator. Ann.* 1442. dum sibi reformationem constitutionis reservat, non aliter se id facturum dicit, quam *cum consilio Suorum & Imperij Fidelium.* Consensus quidem & consilium Procerum non tollit Monarchicam potestatem Regis, sed si lege lata illuc Rex astringatur, vigore illius legis absolutæ potestatis jacturam facit. Quin & conventionales leges, si vergant ad diminutionem Majestatis, ex pacto, quod vel ipsi Principi servandum est, rigorem supremæ potestatis ad temperamentum aliquod remittunt. Nam, qui ex

81. *Imperatorem esse legibus alligatum.*

suo placito, quia Reipublicæ utilius est, Senatum ex proceribus conscribunt, & consensum subditorum exquirunt, Majestati nihil detrahunt, cum, urgente necessitate, quæ moram non admittat, nec arcana inter plures dispergi patiatur, sive ex alta aliqua causa satis ardua, possint sine Senatu & consensu de Rep. statuere: Sed qui voluntatem legibus alligatam adeò habent, ut quicquid contra eas, aut insciis invitisve Principibus gestũ est, tanquam irritũ & nullius roboris rescindere cogantur, illos in tantum de Majestate lapsos necesse est, quantum non sui sunt arbitrij. Imperatoris verò voluntas non tantum legibus imperij certis conditionibus illigatur, sed & Electores statusque imperij seipsos unâ cum Imperatore faciunt legum & sanctionum seu Recessuum

82. *Status esse Autores legum unâ cum Imperatore.*

Autores. quem in finem Constitutioni Maximiliani I. 1495. *Wormat. quæ vocatur* der Königliche Landsfriede zu Wormbs. tàm Electores & Principes, quàm Imperator subscripsérunt, quod ab eo tempore continua serie observatum fuit. Imò Archiepiscopus Moguntinus, tanquam Electorum Decanus & Cancellarius Germaniæ, in signum approbationis, præter subscriptionem etiam sigillum suum adjicit. Unde Maximilianus I. constitutionem *de An.* 1500. quam Electores & Principes tum subscriptione sua, tum sigillis appensis confirmarant, vocat die Ordnunge und Regiment unsers und deß H. Reichs Rath. *Sub tit.* Verbindung der Königlichen Majestat und deß Reichs Ständen. Item in alio *eiusdem Anni mens. Septembr.* edicto, dum subscribunt, & sigilla adjiciunt status Imperij, eo ipso se testari dicunt, daß der Römische König die obgeschriebene Ordnung mit jhrem Rath/Willen/Zugegeben und Annemen/ fürgenommen/ geordnet/ gesetzet und gemacht sey. *In Ordinatio. Cameræ* 1507. Nos asscripti status testamur, daß die obgeschribene Puncten mit unserm gutem Wissen/ Willen und Rath fürgenommen/ *§. antepenult. qui incepit*: Vñ wir Churfürsten. id quod repetitur *in Constit. Colon.* 1512. *§. pen.* In prima Caroli V. Constitut. *Wormat. Anno* 1521. So haben wir mit einmütigem Rath und Willen / auch Zugeben und Annemen der Stände allhie versamlet beschlossen. *in præfat. in fin. & in subscript. in fin.* In constitutione Nurinbergensi 1524. non tantum dicit Carolus V. status imperij consedisse cum suo Vicario Ferdinando Archiduce & Haunarto Oratore & deliberasse, sed etiam conclusisse. *in præfat. in fin.* Qui jam unâ concludunt & calculo autoritateque suâ legibus vim addunt, annon illi rectè autores legum unâ dicuntur? Consilium quidem Senatus & consensus subditorum non vitiat ἀξίωμα Monarchiæ: sed si utrumq; lege ita factum sit necessarium, ut sine eo lex nulla promulgari possit aut ad deliberationem proponi, absolutam certè potestatẽ moderationi legum subjicit & ad concurrentem jurisdictionem detrahit. Nam quod Senatum ex imperio Romano, qui Monarchiæ impedimento non fuerit, advocat Heig. *q. 2. n.* 23. & approbat Matth. Steph. 2. *de jurisd. c. 1. membr. 2. n.* 14. non advertunt, de quo Senatu verba faciant. Nomen quidem ex vetustate repetunt, sed sine autoritate, sine vi, sine omni potestate. Nec enim dissentiendi facultas relicta fuit Senatui, sed consentiendi tantum, idq; ab ijs, studio adulationis, adeò cupidè factum, memorat Tacitus, ut Tiberium ipsum nimiarum assenrationum puduerit, & nonnunquã exclamaverit: *O homines ad servitium paratos!* Quid enim unquam ab Imperatore, sed quid dico Imperatorẽ: Quid unquam ab Imperatoris liberto

83. *Senatus Rom. non est comparandus cum Electoribus.*

propositum fuit in Senatu, quod non obtineret. Cum Protogenes, minister Caij, torvè saltem Scribonium Proclum aspiciens, *Tune etiam*, diceret, *me salutas, qui tam acerbè Imperatorem odisti*, statim bonus ille Senator in Curia discerptus dilaniatusque fuit. *Xiphil. in Caligul. num.* 5. Cum quæstor Neronis argueret saltem patres, quod publica munera segnius agerent, continuò se de damnando Thrasea & genero Helvidio sollicitari intelligentes, nihil cunctati, Sctum agenti in hortis miserunt, quo ipsi arbitrium mortis indicebatur. *Tac. 16. An. in fi.* Cùm Domitianus quosdam in curiam reos induceret, & saltē diceret, se experturum eo die, quā carus Senatui esset, facilè perfecit, ut omnes more majorum puniendi condemnarentur. *Sueton. in Domitia. cap.* 11. Tùm verò etiam non omnia ad Curiam deferebantur, non certè arcana, & quæ nervum imperij tangebant, sed ludiera & levicula, aut quæ Princeps, invidiæ vitandæ causa, alieno periculo potius quàm suo decidi & expediri vellet, *prout sect. praeced. prolixiùs declaratum fuit.* An tu verò Curiam judicum, & manipulum Assentatorum tam spectato Electorum & Principum collegio comparabis, nec plus hisce potestatis tribues, quam precario illi Senatui? Aliud est dependere ab alicuis consilio, quod si minus arriserit, repudiare queas aliud, si non ab æquali, saltem à communi & divisa potestate. Ecquando enim Galli, Angli aut Hispani ad eam formam leges suas concipiunt, cum subscriptione & approbatione subditorum, aut cujusnam, præter solum Regem, autoritas asscripta reperitur? Atqui Maximilianus ait: *in Edict. Trever. in pr. An.* 1512. *Convenientū fuit inter nos & Status imperii*: Et paulò post clarius, *§. Item* haben wir. *Nos & Status imperij ordinavimus.* *Item in decret.* von dem gemeinen Pfenning/ *An.* 1495. Wir Maximilian, vnd die andern Stände haben vns mit einander vereiniget vnd beschlossen verordnet vnd gesetzt.

84\. *Abrogare leges pertinere ad Status imperii.*

Ad potestatem ferendi leges pertinere etiam potestatem abrogandi, & perconsf. honori & famæ restituendi, dictum fuit. *lib. 2. de jure Maj. cap.* 3. cum non minor ad derogandum requiratur potestas, atq; ad sanciendū. Unde in Imperio Rom. id juris soli Imperatori competebat, *l. 1. §. de qua, de post: & not. Bart. & Dd. in l. infamem. de publ. jud. l. 1. C. de sent. pass.* Cæterum in imperio [illegible] seditiosis rusticis Ferdinandus Caroli V. [illegible] & vicarius *in comit. August. An.* 1524 *§* vnd ist derhalben / non tantùm ex præsitijs to Statuum Veniam delictorum facit, & eosdem ad honores & officia restituit, sed etiam, cum pauciores Statuum in Comitijs præsto fuissent, quam ut eorum autoritate decretum satis videretur munitum; sequenti anno 1526. *in Comitijs Spirens. §.* Zum andern / frequentiori Comitiatui denuò propositum, & arctius firmiusque sancitum fuit, quod exemplum Sneidevv. *de feud. part.* 3. *n.* 63. Stephan. 2. *de Iurisd. c. 1. membr. 2. n.* 125. adducunt ad probandam potestatem Imperatoris, cum contrarium inde evincatur. 85. *Appendices hujus iuris.* Quid enim opus erat repetita confirmatione plurium Statuum, si solius Imperatoris potestas sufficere potuisset? Non persequor autem hoc loco minutas primi Iuris Majestatis appendices fruticesve, ut sunt Dignitatum & Nobilitatis collatio, Natalium Restitutio, Nundinarum Concessio, & quæ sunt hujus generis, cum in his Majestas non consistat, possintque etiam iis Statibus relinqui, qui Majestatem non participant, eò quod nō complectantur, nisi particulas summæ potestatis, & eas quidē minoris momenti.

Pergo autem ad alterum caput Majestatis, 86. *Penes quem sit summa in Imperio iurisdictio.*
quod in Imperio summaq; Iurisdictione consistit, continetque sub se Ius extremæ provocationis & Iurisdictionis in magistratus propagationem. Iurisdictio in Imperio Rom. hodie ab inferioribus Iudicibus non ascendit ad Curiam Imperatoris, ut olim fieri solebat, sed postquam fundari cœpit à Maximiliano communis Camera, ad ejus tribunal. Huc enim appellationes revocantur, *Ordin. Camer. part. 2. c. 29. & 30. Gail. lib. 1. observ. c.* 119. adeò ut statutum aut consuetudo non appellandi ad Cameram non valeat, quo minus appellationes recipiantur. *Mynsing. lib. 1. obs. 14. Steph. lib. 2: Iuris. part. 1. c. 3. n.* 192. Generaliter enim 87. *Appellationem terminari ad Cameram.*
Cameræ subjiciuntur, quæcunq; personæ & res, quæ immediatè imperio subsunt, vnnd durch sondere Außträge der Cammergerichts-Ordnunge/oder anderer Privilegien/Freyheiten / Gewillkür vnd rechtmessige Gewonheiten nicht außgenommen sindt / *Ord. 1. Cam. part. 2. t. 27. & 35. Denaisf. in diss. de jur. sacri im-*

88. Quomodo jurisdictio inter Cameram & Imp. sit divisa.

cri imper. passim. & de jur. Camer. t. 163. §. 1. Quia vero nec eadem personæ subjectæ manent Imperatori, magnum inde excitatur dubium, qua ratione inter Cameram & Imperatorem jurisdictio divisa sit, ubi observantia & usus pugnare videtur, cum jure & contractu inter Imperatores & Status Imperij de Jurisdictione Cameræ inito. Paurmeisterus lib. 2. Jurisdiction. cap. 5. num 30. disputationem hanc vocat incivil m & Wuremund ab Erenb. de reg. subsid. & ener. subdit. c. 11. n. 40. suadet, ne quis privatus litem hanc suam faceat, quæ non sit committenda judicio privatorum, inprimis Advocatorum, cum concernat statum publicum & arcana Imperij. Neque nos in hac quæstione aliter versabimur, quam ut probabiliter utrinque disputata, Cæsareæ Majestatis & Statuum imperij pleniori definitioni, aut rectius rem intelligentium saniori judicio submittamus.

89. An Camera constituerit Imperat. Jurisdictionem ex conventione vel simplici concessione.

Ante omnia de hac controversia judicaturos oportet certos esse, Utrum constituta Cameræ jurisdictionem dederit Imperator, simplici ac nuda concessione, an ex conventione & contractu. Nam si concessisset suo unius consilio non præsumeretur concessisse privativè, sed cumulativè, c. Cæterum. de judic. Rol. à Vall. cons. 1. num. 136. vol. 2. Mynsinger. cent. 6. obs. 99. adeoque potiorem partem & supremam cognitionem sibi reservasset. Bald. in cap. un. §. adhæc. de pac. jur. firm. arg. c. dudum. de præbend. in 6. ne videretur princeps suæ Autoritatis prodigus. Quin & Princeps concurreret cum omni Ordinario Cagnol. in l. 1. n. 11. & seq. de off. ejus in l. imperium. n. 135. de jurisdict. Heig. q. 19. & magistratus non haberet nisi legis actionem. Bodin. 3. de Rep. cap. 5. Ne fas esset principi prohibere, quin ad se appelletur. l. Imper. 25. de Appellat. l. si quis in pr. de leg. III. Natta cons. 614. num. 1. & seq. Sic enim in omnibus regnis inveniuntur, parlamenta, Curiæ, Conventus, qui principem quidem repræsentant, sed tamen auctoritatem ejus non supprimunt, nec autoritate sua vincunt. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cap. 68. num. 31. Connan. lib. 1. Comm. juris Civil. c. 11. n. 9. Covarr. practic. quæst. cap. 1. Duar. ad l. 24. §. si quis post. 2. ff. de legat. 1. Vantius. de nullit. sub. t. de defect. Jurisd. num. 10. Si vero non

90. Quid ut ...

concessit, sed lege pactionali, ut vocat Belluga, seu conventionali, ut alii, Reuckbor. lib. 2. q. 11. n. 2. de Consilio Electorum principumque commune constituit Dicasterium, nihil horum rectè inferetur. Nec enim ipse tum contulit Jurisdictionem Cameræ, sed universi Status imperii, quorum ipse caput est, nec contractum, qui semel placuit, & in salutem totius Reip. initus est, rescindere poterit, quia utomnia sint subjecta principi, contractus ab ejus potestate exemit naturalis, quæ in illis relucet æquitas, ut aliquoties dictum fuit alibi l. 1. de jur. Maj. c. 7. n. 9. li. 2. cap. 3. n. 12 quia Vox juris est ac legum Bona fides contractum non esse rescindi. ut ait Symmach. lib. 2. Epist. 87. in princ. *sequatur.*

91. Cameram nō ab Imperatore solo sed ab omnibus statibus habere Jurisdictionē.

Quod verò non Solus Imperator constituerit Cameram, sed universi principes Imperij & his præcipuè Electores, mutua conventione, tàm ex verbis constitutionis, quàm ex continua, quæ subinde secuta fuit, observantia & usu manifestum evadet. Vulgo quidem (Camera dicitur Cæsaris judicium, Heig. q. 9. n. 16. & sententiæ in ea Cæsaris nomine promulgantur) sigilloque ejusdem muniuntur. Ordin. Camer. part. 1. t. 27. §. Und soll der Verwalter/ Gail. lib. 1. observ. 14. num. 1. Wilhelm. Rhoding. pand. Camer. lib. 1. t. 3. §. 3. Petr. Denaisf. Jur. Cameral. t. 225. §. 4. Ex ordin. Cam. part. 3. t. 12. §. und so solche Citatien. Matth. Steph. 2. de jurisd. part. 1. c. 3. num. 16. Imò officiales Cameræ omnes in Cæsaris & ejus vice in Collegij verba jurare tenentur. Denaisf. t. 6. n. 4. ex Ordin. part. 1. t. 26. §. ult. Judices à Cæsare, sicut Procuratores à Camerâ puniuntur. Denaisf. t. 271. §. 9. in fin. ex Ord. part. 3. t. 53. §. Ob sich aber. Prætor ipse, der Cammerrichter/ab uno Cæsare creatur. Ordin. Cam. part. 1. t. 1. §. 3. t. 4. §. 1. so sich auch begebe / Denaisf. t. 171. §. 1. Sed hæc omnia nullam uni Imperatori tribuunt fundationem, cum etiam Veneti totius Consilij decreta promulgent sub nomine & autoritate Ducis, quem tamen præter jura dignitatis & præeminentiæ vix quicquam à Magistratibus differre supra ostendimus, cap. 4. Sect. 4. Vix enim adeò sincerè mutatur forma ullius Reipubl. quin vestigia præcedentis faciei remaneant, quemadmodum in Democratia Romanâ responsa sub nomine Senatus dabantur, licet potestatem omnem jamdiu ad se traxisset universus populus. Quin etiam,

92. Licet videatur esse Curia Cæsaris.

93. *Quæ opinio refutatur.* cum omnibus non liceat, principi in Aristocratia & mixtâ Republ. datur provincia non tam suo unius quã omnium nomine, subscribendi publicis decretis, quemadmodum Archiepiscopus Mogunt: nomine Coelectorum tanquam Collegij Decanus, solitus fuit Electorum literas obsignare, aut Decreta imperij subscriptione sua roborare, nec non inter Archiva sua reservare. Prætor quidem, qui præcipuam in Camera directionem habet, creatur ab imperatore, seu nominatur, sed potestatem habet ab universis Statibus, quia universi Status ordinationes Cameræ, unde is habet juris-

94. *Iurisdictionē & vem tribui Cameræ à Statibus* dictionem, sua autoritate & consensu introduxerunt, prout indicat inscriptio: der Römischen Keyserlichen Mayestät/ vnd gemeiner Stände deß heyligen Reichs angenommene/ vnd bewilligte Cammergerichts Ordnungen. *in Comit. August. 1555.* & *in præfat* dicitur: *Reformatas esse priores ordinationes*, durch Rath/ zuthuen vnd vergleichunge der Churfürsten/Fürsten/&c. Item *revisas & correctas esse per regiam Majestatem unâ cum legatis Statuum.* Durch vnsern guten Wissen Willen vnd Rath/ ajunt status *Ordin. part. 3. tit. 54. §.* vnd wir der Churfürsten. Nominatim verò *part. 2. t. 35. in fin.* Durch vns/ vnd die Stände ist zugelassen vnd verwilliget &c. Is autem dat jurisdictionem ordinariam, non qui personam præsentat, sed qui concedit administrationem justitiæ, ut ait Innoc. *in c. cum ab Ecclesiarum. n. 3. de offic. jud. Ord. tex. in l. quia de jurisd. omn. iud. gl. ibid. in Verb. nec ipsa. tex. in l. 1. §. cum urbem de off. præf. V. b. Panorm. in c. Cæterum. n. 2. de judic.* quæ facultas universis Statibus *in d. §§.* asscribitur.

95. *Esse ej consistorium Imperatoris simul & Statuum.* Ideoq; Camera vocatur non tantum Consistorium principis *Gail. 1. Observ. 42. num. 3. Heig. d. q. 9. num. 16.* Sed etiam principis simul & totius imperij *Iohann. Teleman. de Benign. decis. Camer. Syntagm. 4. fol. 213. num. 29. Bender. in proœm. de revis. num. 13.* & *Conclus. num. 17. Matth. Steph. lib. 2. Iurisdict. part. 1. c. 3. membr. 3. num. 47.* & tâm à statibus Imperij quam à Cæsare constituta est, & adhuc continuatur, *Gail. 1. observ. 42. n. 4.* nec fas est Imperatori circa eam ejusve leges quicquam suo unius arbitratu innovare, *Ordin. part. 3. c. ult. §.* Solches alles/ *Steph. c. 1. membr. 2. n. 42.* quia non ille solus autor est, sed ex contractu & conventione cum Statibus inita, in talem formam tribunalis, talesq; ejus leges consensit, cui conventioni contravenire nunquam potest, ut rectè ratiocinantur, *Gail. 1. obs. 41 n. 4.* Rosenth. *de feud. c. 12. conclus. 1 n. 30. 32. 35.* Schra. *de feu. par. 30. sect. 2. in fi.* Thom. Mich. *in disp. de jurisd. imper.* dum putat Imperatorem omnem à se jurisdictionem in Cameram abdicasse, quo inclinat etiam Waremund. ab Erenb. *de subs. Reg c. 11. n. 40.* & determinatio Rauchbar. *part. 2. q. 11. n. 11.* Math. Steph. *l. 2. de jurisd. part. 1. c. 3. membr. 1. n. 56. licet c. 1. membr. 2. n. 219. contrariæ opinioni faveat.*

Quid enim aliud sibi volunt verba illa *in Ord. part. 3. c. ult. §.* Solches alles. ubi Imperator ait: daß er sich mit den Ständen/ vnd sie hinwiderumb mit jhrer Majestat/ Also zu halten/ vnd zu vollziehen vermeint vnd verglichen seyn quã mutuo consensu ita convenisse inter Imperatorem & Status, adeoq; contractum mutuum intercessisse, quo imperator abdicarit à se jurisdictionem perinde ut Austriegas seu instantias Privilegiatas Principibus indulsit, *Ord. pa. 2. t. 2.* & *5.* & *seqq.* quibus obstantibus non potest quenquã principũ in prima instantia ad Aulã evocare, quia verbis & cõtractui cõtravenire non potest. *Rosent. de feu. c. 12. concl. 1. n. 35. Rauch. part. 2. q. 11. n. 11. Mind. de proces. per Ordin. part. 2. t. 4. §.* vnd nach dem/ *§.* vnd wiewol. *in pr.* Et quidem quod Camera ab omnibus statibus simul autoritatem habeat, ex ijs, quæ circa eam quotidiè geruntur, luce meridiana clarius patet. Assessores enim constituuntur tàm à principibus, quàm ab Imperatore. *Gail. 1. obs. 41. n. 4. ex Ord. part. 2. t. 1. §. 3.* & *ult. t. 2. per tot. Trans. Passav. c. 2. §. 7.* Nam cum Camera componatur ex 24. Assessoribus, & uno prætore, hunc quidem solus Imperator prænominat, ex illis verò non nisi quatuor potestate Imperatoria, duos verò quatenus provincias hæreditarias possidet, constituit. Reliqui sex Electores singulos adjiciant, & singuli sex circuli binos, ex quibus totum corpus componitur. Officia Cãcellariæ distribuit Moguntinus tanquã Archicancellarius, constituendo præfectum, Tabularios, Protonotarios, Notarios & Lectores. *Ord. part. 1. t. 26. in pr.* Ejusdem consensu duo Secretarij & Scribæ, Amanuenses tres & Cancellariæ minister a præfecto recipiuntur & amoventur *Ibid. §. 1.*

96. *Imperatorem dedisse Cameræ iurisdictionem abdicatam.* [right margin, beside "Quid enim aliud…"]

97. *Omnes statu carere iudicio Cameræ.* [right margin, beside "…mnibus statibus simul…"]

Es sollen, *Petr. Danaisſ. t.61.§.1. & .2. de Iur.*
Camer. Quin etiam Camerales præter jura-
mentum ad faciendam justitiam, in ingressu
muneris aliud fidelitatis iusjurandũ præstare
cogantur non tantum in verba Cæsaris, sed &
98. *Et recipere revisionem.* ordinum imperii. *Petr. Danaisſ. t. 65.* Auß
dem *deputations* tage Abscheid. §. 2. weiters ist
auch. Deniq. Revisio, quæ speciem quandam
Appellationis præ se fert manifestum præbet
indicium, à quibus Camera suam habeat ju-
risdictionẽ, & quos agnoscat superiores. Syndi-
catus n. & revisionis petitiones Archiepiscopo
Moguntino intimantur (excepto eo casu quã-
do ipsius causa agitur, & defertur ad Trevi-
rensem. *Decret. An.* 1594. *§.*107. Als vns auch.
Danaisſ. t. 271. §. 13.) qui non modò Cæsari,
sed universis eius anni visitatoribus designatis
indicat, & ab ijs Consiliarios ad revidendum
delegari postulat. *Ordin. part. 2. tit. 53. in pr.*
90. *Et deputare Revisores.* *Danaisſ. t. 271. §.1. & 12.* Visitatores autem de-
signantur ex Electoribus Principibus, & Co-
mitibus &c. quibus Transactio Passav. *c.2.§.7.*
potestatem immutandi leges & consuetudi-
nes, seu Ordinationes Cameræ, tribuit unâ
cum Cæsarea Maiestate. Nam ad acta denuò
examinanda unâ cum Commissario Cæsareo,
aut conveniunt, aut Delegatos mittunt, qui
errata recognoscant, toto consensu præsente,
ut de hac loquitur Oldendor. *in Ench. except.*
100. *Revisores non differunt à visitatoribus.* *Ludo. Bender. de revis.* Visitatores enim à Re-
visoribus non differunt, *Ord. part.3.t.53. in pr.*
part. 1. t. 50. §. fin. Bend. de revis. c.4. n. 177. &
seqq. quandoquidem, qui vitia & defectus cæ-
teros corrigendi potestatẽ habeat, habeat etiã
imperium in ea, quæ in recensendis actis &
judicandis litibus committuntur. *part. 1. tit.*
50. in pr. part.3. t.53. Ord. estq; hoc imperium
in Revisoribus ordinarium, cum lege impe-
rij, Cæsaris & communi Statuum placito de-
tur. *Gail. 1. Observ.154. num.1. in pr. Bender. de*
101. *Status esse supra Cameram.* *revis. concl. 4. num. 61. & seqq.* Cum igitur
Visitatores seu Revisores Camerâ sint superio-
res, (Nec enim haberent corrigendi potesta-
tem, nisi præditi essent jurisdictione superiori,
ut confitetur ipse Heig. *q. 10. n.71*) ipsi verò or-
dine seligantur ex omni principum ordine,
part. 1. Ord. t. 50. adeoq; repræsentent totum
imperium, *Matth. Steph. l.2. Iurisd. part. 1. c. 3.*
memb.1. n.55. 63.74. & proinde idem tribunal
constituant cum omnibus statibus, *arg. c. Ro-*
mana. in pr. de Appel. n. 6. Perinde & omnes
status Assessoribus, tanquã à se constitutis Ma-
gistratibus, salaria præstant, *Ord. part. 1. t. 40.*
in pr. non à solo Imperatore, sed ab omnibus
simul statibus, tanquam superioribus. Iurisdi-
ctionẽ datam esse Camaræ ab ijsdemq; limi-
tari, minui, augeri, corrigi & tolli seu suspendi
posse certũ est. Nam cũ procuratores Marchio- 102. *A Revisoribus ad Imperat. non posse provocari.*
nis Brandeburgensis, *An.* 1560. in quadã causa
à Revisoribus appellâssent ad Cæsarem Ferdi-
nandũ Dux Saxoniæ & reliqui ejus anni Pro-
visores negarunt à sententia revisorumq́; qui
totum imperiũ repræsentarent, ad Imperato-
rem appellationẽ procedere *Pist. part. 4. Illust.*
qq. q. 157. n. 15. Quæ si ita se habent, nihil ope-
rantur argumenta Heig. *q. 9. l.1.* Paurmeist. *l. 2.*
de jurisdict. part. 1. c. 1. memb. 2. n. 225. & seqq.
quod concedens videatur sibi superioritatem
reservare: item quod Imperator, tanquã fons
Iurisdictionis, concurrat cum omni ordinario
& quæ sunt his similia, suprà proposita. Nec 103. *Argumenta quorundam reiiciuntur.*
enim Imperator solus, sed una cum eo Electo-
res & cæteri imperii principes Iurisdictionem
Cameræ dederunt & quidem per viam pacti
& conventionis. Quæ verò per viam contra-
ctus judicantur, non cumulativè sed privativè
abdicantur, per ea quæ tradit Curt. Iun. *cons. 73.*
n.28. Rolland. à Vall. cons. 88. n.26. & alij citati à 104. *Imperatorem reservasse sibi iurisdictionẽ in Cameram.*
Schr. *d. l. 2.* Obligatio imperatoris præter supe-
rius dicta apparet ex eo, quod Ordinationes
Cameræ, quę plenã jurisdictionẽ illi tribuunt,
par. 2. Ord. t.27. mutua sua & principum con-
ventione ratas esse jusserit, & in ijs nihil suo
arbitrio immutare receperit. *Ord. part. 2. t.35.*
in pr. par.3. & ul. §.2. Quod si omnẽ jurisdicti-
onem relinquit Cameræ, quidnam sibi reser-
vavit? *Si omnia sunt principis, quid erit Dei?*
ait Tertullian *de idol:* Sanè si Imperator sibi
reservavit potestatem superiorem in Came-
ram, qui fit, quod causas in Camera semel in-
timatas non possit devocare, cum alias judi-
cium tollatur, vetante eo, qui superiorem ju-
risdictionem habet, vel judicare jussit, *l. ju-*
dicium solvitur. 58. de judic. l. ut nostrum ubi
Panorm. num. 2. de appell. c. Ecclesiâ ut lite
pend. Sic enim cavetur *Ordin. part. 2. titul.* 105. *Nec posse causas avocare vel impedire.*
35. Da Keyserliche Majestät sampt Chur-
fürsten/Fürsten vnd Ständen bewilliget vnd
zugeben daß dem Keyserlichen Camergerichte
vnverhindert einiger, restitution, supplica-
tion,

93. *Qua opinio refutatur.*

cum omnibus non liceat, principi in Aristocratia & mixtâ Republ. datur provincia non tam suo unius quā omnium nomine subscribendi publicis decretis, quemadmodum Archiepiscopus Mogunt: nomine Coelectorum tanquam Collegij Decanus, solitus fuit Electorum literas obsignare, aut Decreta imperij subscriptione sua roborare, nec non inter Archiva sua reservare. Prætor quidem, qui præcipuam in Camera directionem habet, creatur ab Imperatore, seu nominatur, sed potestatem habet a b universis Statibus, quia universi Status ordinationes Cameræ, unde is habet jurisdictionem, sua autoritate & consensu introduxerunt, prout indicat inscriptio: **Der Römischen Keyserlichen Mayestät/ vnd gemeiner Stände deß heyligen Reichs angenommene/ vnd bewilligte Cammergerichts Ordnungen.** *in Comit. August.* 1555. & *in præfat.* dicitur: *Reformatas esse priores ordinationes*, **durch Rath/ zuthun vnd vergleichunge der Churfürsten/Fürsten/**&c. Item *revisas & correctas esse per regiam Majestatem unà cum legatis Statuum.* **Durch vnsern guten Wissen/Willen vnd Rath**/ ajunt status *Ordin. part. 3. tit. 54. §.* **vnd wir der Churfürsten.** Nominatim verò *part. 2. t. 35. in fin.* **Durch vns/ vnd die Stände ist zugelassen vnd verwilliget** &c. Is autem dat iurisdictionem ordinariam, non qui personam præsentat, sed qui concedit administrationem justitiæ, ut ait Innoc. *in c. cum ab Ecclesiarum n. 3. de offic. jud. Ord. tex. in l. quia de jurisd. omn. jud. gl. ibid. in Verb. nec ipsa. tex. in l. 1. §. cum urbem de off. præf. Vrb. Panorm. in c. Cæterum. n. 2. de judic.* quæ facultas universis Statibus *in d. §§.* asscribitur.

94. *Iurisdictionē & vim tribui Cameræ à Statibus*

95. *Esseq; Consistorium Imperatoris simul & Statuum.*

Ideoq; Camera vocatur non tantum Consistorium principis *Gail. 1. Observ. 42. num. 3. Heig. d. q. 9. num. 16.* Sed etiam principis simul & totius imperij *Iohann. Tileman. de Benign. decis. Camer. Syntagm. 4. fol. 213. num. 29. Bender. in proœm. de revis. num. 13. & Conclus. num. 17. Matth. Steph. lib. 2. Iurisdict. part. 1. c. 3. membr. 3. num. 47.* & tàm à statibus Imperij quàm à Cæsare constituta est, & adhuc continuatur, *Gail. 1. observ. 42. n. 4.* nec fas est Imperatori circa eam ejus ve leges quicquam suo unius arbitratu innovare, *Ordin. part. 3. c. ult. §.* **Solches alles**/ *Steph. c. 1. membr. 2. n. 42.* quia non ille solus autor est, sed ex contractu & conventione cum Statibus inita, in talem formam tribunalis, talesq; ejus leges consensit, cui conventioni contravenire nunquam potest, ut rectè ratiocinantur, *Gail. 1. obs. 41. n. 4.* Rosenth. *de feud. c. 12. conclus. 1. n. 30. 32. 35.* Schra. *de feu. par. 30. sect. 2. in fi.* Thom. Mich. *in disp. de jurisd. imper.* dum putat Imperatorem omnem à se Iurisdictionem in Cameram abdicasse, quo inclinat etiam Waremund. ab Erenb. *de subs. Reg. c. 11. n. 40.* & determinatio Rauchbar. *part. 2. q. 11. n. 11.* Matth. Steph. *l. 2. de jurisd. part. 1. c. 3. membr. 1. n. 56. licet c. 1. membr. 2. n. 219. contrariæ opinioni faveat.*

96. *Imperatorem dedisse Cameræ iurisdictionem abdicativè.*

Quid enim aliud sibi volunt verba illa *in Ord. part. 3. c. ult. §.* **Solches alles.** ubi Imperator ait: **daß er sich mit den Ständen/ vnd sie hinwiderumb mit jhrer Majestät/ Also zu halten/ vnd zu vollziehen vereinet vnd verglichen seyn** quâ mutuo consensu ita convenisse inter Imperatorem & Status, adeoq; contractum mutuum intercessisse, quo Imperator abdicarit à se jurisdictionem perinde ut Austregas seu instantias Privilegiatas Principibus indulsit, *Ord. pa. 2. t. 2. §. 5. & seqq.* quibus obstantibus non potest quenquā principū in prima instantia ad Aulā evocare, quia verbis & cōtractui cōtravenire non potest. *Rosent. de feu. c. 12. concl. 1. n. 35. Rauch. part. 2. q. 11. n. 11. Mind. de proces. per Ordin. part. 2. t. 4. §.* **vnd nach dem/ §. vnd wiewol.** *in pr.*

97. *Omnes Status exercere iudicium Cameræ.*

Et quidem quod Camera ab omnibus statibus simul autoritatem habeat, ex ijs, quæ circa eam quotidiè geruntur, luce meridiana clarius patet. Assessores enim constituuntur tàm à principibus, quàm ab Imperatore. *Gail. 1. obs. 41. n. 4. ex Ord. part. 1. t. 1. §. 3. & ult. t. 2. per tot. Trans. Passav. c. 2. §. 7.* Nam cum Camera componatur ex 24. Assessoribus, & uno prætore, hunc quidem solus Imperator prænominat, ex illis verò non nisi quatuor potestate Imperatoria, duos verò quatenus provincias hæreditarias possidet, constituit. Reliqui sex Electores singulos adjiciant, & singuli sex circuli binos, ex quibus totum corpus componitur. Officia Cācellariæ distribuit Moguntinus tanquā Archicancellarius, constituendo præfectum, Tabularios, Protonotarios, Notarios & Lectores. *Ord. part. 1. t. 26. in pr.* Ejusdem consensu duo Secretarij & Scribæ, Amanuenses tres & Cancellariæ minister à præfecto recipiuntur & amoventur. *Ibid. §. 1.*

Eo

Es sollen. *Petr. Danaes. t. 61. §. 1. & 2. de Iur. Camer.* Quin etiam Camerales præter juramentum ad faciendam justitiam, in ingressu muneris aliud fidelitatis jusjurandū præstare coguntur non tantum in verba Cæsaris, sed &
98. *Et recipere revisionem.* ordinum imperii. *Petr. Danaes. t. 65.* Auss dem *deputations* tage Abschid. §. 2. weiters ist auch. Deniq; Revisio, quæ speciem quandam Appellationis præ se fert manifestum præbet indicium, à quibus Camera suam habeat jurisdictionē, & quos agnoscat superiores. Syndicatus n. & revisionis petitiones Archiepiscopo Moguntino intimantur (excepto eo casu quādo ipsius causa agitur, & defertur ad Trevirensem. *Decret. An.* 1594. §. 107. Als vns auch. *Danaes. t. 271. §. 13.*) qui non modò Cæsari, sed universis eius anni visitatoribus designatis indicat, & ab ijs Consiliarios ad revidendum delegari postulat. *Ordin. part. 2. tit. 53. in pr.*
90. *Et deputare Revisores.* *Danaes. t. 271. §. 1. & 12.* Visitatores autem designantur ex Electoribus Principibus, & Comitibus &c. quibus Transactio Passav. *c. 2. §. 7.* potestatem immutandi leges & consuetudines, seu Ordinationes Cameræ, tribuit unâ cum Cæsarea Maiestate. Nam ad acta denuò examinanda unâ cum Commissario Cæsareo, aut conveniunt, aut Delegatos mittunt, qui errata recognoscant, toto consensu præsente, ut de hac loquitur Oldendor. *in Ench. except.*
100. *Revisores non differunt à Visitatoribus.* *Ludo. Bender. de revis.* Visitatores enim à Revisoribus non differunt, *Ord. part. 3. t. 53. in pr. part. 1. t. 50. v. fin. Bend. de revis. c. 4. n. 177. & seqq.* quandoquidem, qui vitia & defectus cæteros corrigendi potestatē habeat, habeat etiā imperium in ea, quæ in recensendis actis & judicandis litibus committuntur. *part. 1. tit. 50. in pr. part. 3. t. 53. Ord.* estq; hoc imperium in Revisoribus ordinarium, cum lege imperij, Cæsaris & communi Statuum placito detur. *Gail. 1. Observ. 154. num. 1. in pr. Bender. de revis. concl. 4. num. 61. & seqq.* Cum igitur
101. *Status esse supra Cameram.* Visitatores seu Revisores Camerâ sint superiores. (Nec enim haberent corrigendi potestatem, nisi præditi essent jurisdictione superiori, ut confitetur ipse Heig. *q. 10. n. 7.*) ipsi verò ordine seligantur ex omni principum ordine, *part. 1. Ord. t. 50.* adeoq; repræsentent totum imperium, *Matth. Steph. l. 2. Iurisd. part. 1. c. 3. memb. 1. n. 55. 63. 74.* & proinde idem tribunal constituant cum omnibus statibus, *arg. c. Romana. in pr. de Appel. n. 6.* Perinde & omnes status Assessoribus, tanquā à se constitutis Magistratibus, salaria præstant, *Ord. part. 1. t. 40. in pr.* non à solo Imperatore, sed ab omnibus simul statibus, tanquam superioribus, Iurisdictionē datam esse Camaræ ab ijsdemq; limitari, minui, augeri, corrigi & tolli seu suspendi posse certū est. Nam cū procuratores Marchionis Brandeburgensis, *An.* 1560. in quadā causa à Revisoribus appellassent ad Cæsarem Ferdinandū Dux Saxoniæ & reliqui ejus anni Provisores negarunt à sententia revisorum, qui totum imperiū repræsentarent, ad Imperatorem appellationē procedere *Pist. part. 4. Illust. qq. q. 157. n. 15.* Quæ si ita se habent, nihil operantur argumenta Heig. *q. 9. l. 1.* Paurmeist. *l. 2. de jurisdict. part. 1. c. 1. memb. 2. n. 225. & seqq.* quod concedens videatur sibi superioritatem reservare: item quod Imperator, tanquā fons Iurisdictionis, concurrat cum omni ordinario & quæ sunt his similia, suprà proposita. Nec enim Imperator solus, sed una cum eo Electores & cæteri imperii principes Iurisdictionem Cameræ dederunt & quidem per viam pacti & conventionis. Quæ verò per viam contractus judicantur, non cumulativè sed privativè abdicantur, per ea quæ tradit Curt. Iun. *cons. 73. n. 28. Rolland. à Vall. cons. 88. n. 26.* & alij citati à Schr. *d. s. 2.* Obligatio imperatoris præter superius dicta apparet ex eo, quod Ordinationes Cameræ, quę plenā jurisdictionē illi tribuunt, *par. 2. Ord. t. 27.* mutua sua & principum conventione ratas esse jusserit, & in ijs nihil suo arbitrio immutare receperit. *Ord. part. 2. t. 35. in pr. par. 3. & ul. §. 2.* Quod si omnē jurisdictionem relinquit Cameræ, quidnam sibi reservavit? *Si omnia sunt principis, quid erit Dei?* ait Tertullian *de idol.* Sanè si Imperator sibi reservavit potestatem superiorem in Cameram, qui fit, quod causas in Camera semel intimatas non possit devocare, cum alias judicium tollatur, vetante eo, qui superiorem jurisdictionem habet, vel judicare jussit, *l. judicium solvitur. 58. de judic. l. ut nostrum ubi Panorm. num. 2. de appell. c. Ecclesiâ ut lite pend.* Sic enim cavetur *Ordin. part. 2. titul.* 35. da Keyserliche Majestät sampt Chur, fürsten/Fürsten vnd Ständen bewilliget vnd zugeben daß dem Keyserlichen Camergerichte vnverhindert einiger, restitution, supplication,

102. *A Revisoribus ad Imperatorem non posse provocari.*

103. *Argumenta quorundam rejiciuntur.*

104. *Imperatorem reservasse sibi jurisdictionē in Cameram.*

105. *Nec posse causas avocare vel impedire.*

rion, vocation oder anderer suspension vnd auschlag/ sein freyen starcken vnverhinderten Lauff gelassen/ vñ dawider nicht gegeben werden soll. *Rauchb. lib. 2. qq. q. 11. n. 10. Rosenth. de feud. c. 12. concl. 1. n. 30. & seqq. Gail libr. 1 observ. 41. n. 3. & 4.* Nam judicium quodq; finiri debet, ubi ceptum est. *l. ubi acceptum. l. de quæ rc. l. si quis postea. de judic. c. proposuisti de for. compet. c. cum putes. de offic. deleg. c. in 6. ubi Anchar. n. 2. Petrus Faber. ad l. qui in jus. 177. n. 1. de R. I.* Imò si superior est Imperatoris jurisdictio, jurisdictione Cameræ, falsum erit quod ab omnibus asseritur, estque praxi quotidianæ conforme: Cameram sc: habere æqualem jurisdictionem cum Imperatore, *Gail 1. Observ. 41. n. 8. Matt. Steph. 2. de jurisdict. part. 1. c. 3. n. 1. & 2.* iisdemque privilegiis, quoad processum, ubi cum Imperatore, *Mynsing. cent. 4. obs. 5. Gilmann. rer. judic. in Cam. lib. 5. decis. 46. n. 94.* planeq; Imperatoria Majest. dignitate & Autoritate in decernendo & judicando gaudere, ut loquitur Wilh. Roding. *Pand. Camer. t. 1. t. 3. n. 16* quia æquiparatorum idem Ius statuitur. (*illud. Ad l. Aquil. l. à. Titio. de verb. obl. Paurmeist. 2. Iuris. c. 3. n. 34. Tiraq. q. 40. de jur. Primogen. n. 30. per not. in l. 1. de legat. 1.* Nisi enim æqualis esset jurisdictio Cameræ & Imperatoris, præventioni non daretur locus, *Gail. 1. observ. 29. n. 4.* cum præventio in concurrentibus tantum jurisdictionibus locum habeat, *c. cum plures de off. de. leg. in 6. Latè Socin. in c. cum proposuisti. n. 7. & seq. de for. compet.* & Pacianus ait. *lib. 2. de prob. c. 43. n. 77. quando duæ Iurisdictiones æquales concurrunt, apud quemlibet possessorum esse solidam, & præventioni locum dari, per gl. in c. pastorales de off. Ordin:* & Panormit: *in c. ut debitus. n. 22. de appell. In ordinariis judicibus paris potestatis præventioni locum* concedit, *per tex. in l. pen. de petit. hared. Gail. lib. 1. observ. 29. n. 3. Heig. q. 9. n. 30. Menoch. lib. 2. præs. 18. n. 8. Vantius in tract. de nullitat. t. de nullit. sent. ex defect. jurisd. Ordin. n. 175. 177. Gomez. ad lib. 40. Taur. n. 68 Covarr. c. ult. pract. qq.* Quin & Imperatori tanquam superiori, supplicari posset, si supra Cameram jus diceret, cum tamen gravatis in Camerâ non supersint, nisi duo remedia Syndicatus & Revisio, *part. 3. t. 53. Gail. 1. ob. 153. n. 1.* quæ non petuntur ex aula Cæsarea, sed omnibus imperii Statibus, ut paulò ante probavimus. Denique qui se alteri certis conditionibus obst[...]it, quod præter eas est, videtur sibi integrum reservasse. *l. si quis certa. in pr. de jur. Immun.* Et exceptio unius firmat regulam in alie[...] *lib. cum ita. §. videamus. de condit. & de[...]n. tr. l. quæsitum. 12. §. Idem respondit. 43. de [...]ru. & instrum. Felin. in c. Quoniam[...] t r. Vt lite non cont. Tiraq. in tr. de pr[...]l. p[...]r. caus.* Iam excepit Imperator spe[...] c[...], in quibus jurisdictionem sibi reservavit. Ergo de cæteris reliquit judicium integrum Cameræ, & quod in uno permisit, in reliquis [...]buit, ut ait gl. *in l. 3. §. cum Pollidius in [...]b Tantum. de usur. & fruct. arg. illorum verb. ibi. quod fundum & tantum præl[...] & ex l. cum prætor. de jud. l. martius. C. de pra[...]* Reservavit autem sibi Imperator judicium in crimine fractæ pacis, de quo quis reus fieri potest, tàm coram Imperatore vel Rege, quàm in Camera: *Decret. pacif. 1512. §.* Vnd ob jemands. *Decret. pacif. 1521. c.* von dem auffgerichten Landfrieden. *Decret. pacif. 1548 t.* die Peen der Friedbrecher. *t. com.* die gerichten Landfrieden. *§.* vnd ob jemand *t.* von Mandaten. *Orden. part. 2. t. 9. §.* vnd das gegen. *§.* vnd ob sich zutrüge. *§.* wo aber. *t. 10. §.* wollen wir damit. *§.* Es sollen vnd mögen. *t. 11. §. t. t 12. in fi. t. 13. in fi. t. 14. in fi.* Nec huic argumento objicere potest Matth. Steph. 2. *Iurisd. part. 1. c. 1. membr. 2. n. 224* Imperatorem ita sibi reservasse judicium de rebus quibusdam, ut Cameram prorsus excluserit, quemadmodum de feudis Regalibus locum nullum relinquit Cameræ. *part. 2. Ord. t. 7* Nam in casu fractæ pacis divisit jurisdictionem cum Camera, ita ut præventioni apertè locum reliquerit. Ex quibus omnibus apparet jurisdictionem supremam in Imperio Germanico hodie transiisse ad omnes Status Imperii, sed cum hac limitatione quam perpetua observantia ex pristino jure Imperatoris retinuit, ut eadem remaneat penes Imperatorem, quatenus Præventioni locum facit. Nam si transiisset ad Status in universum nec æqualem sibi reservasset Imperator, rectè imitò [...]xisset nobis Bodinus Aristocratiam. Paurmeister. *lib. 2. de jurisdict. cap. 1.* in in[...] c[...]car Principatum, qui in rei Veritate [...] Aristocratia nihil desciscit. & tamen *cap. 3. &* [...] supremam

106\. Cameram habere æqualem jurisdictionem cum imperatore.

107\. Et ex hac causa præventioni locum esse.

108\. Quæ non cadet nisi inter æquales.

109\. Gravatis in Camera non licet recurrere ad imperatorem.

110\. Imperatorem abdicasse jurisdictionem in Cameram.

111\. Quare Aristocratiæ credunt [...] admiscendam.

supremam jurisdictionem Imperatori relinquit, quæ non minima Majestatis portio est, & tantum supra Aristocratiam extollit Imperatorem, quantum derogat potestati inferiorum. Quanquam vero jurisdictionem in Cameram abdicavit Imperator, ut disputatum fuit hactenus: ex observantia tamen perpetuâ Concurrentem sibi reservavit cum Camera, eoque nomine mixta & non simplex Aristocratia dici debet imperium hodiernum. Nam licet Maximilianus I. fundasset Cameram, *Anno 1495.* tamen *in decreto Trever. & Colon. in Aug. anno 1512. promulgato, 5.* Zum dritten/

112. *Imperatorem* [illegible] *concurrentem* [illegible] *jurisdictionem* [illegible] conqueritur, daß täglich der Partheyen Händel vnd Sachen/ auß dem Reich an den Keyserlichen Hoff wachsen ex quo apparet appellationes non minus ad Curiam Imperatoris, quam Cameram Imperij solitas deferri. Et refert Anton. Bonbellon: *in com. ad Edict. Diocles. de malef. & Matthem. C. Hermog. part. 2. cap. 15.* ejusdem Maximiliani edictum, quo causam Româ evocat ad suos, aut suæ & Imperij Cameræ Iudices. Cui consonat quod Electorũ triũ legatis responsum quõdã ab Imperatore, refert Paurmeist. *2. de jurisd. c. 3. n. 32. in fin. se commisisse Cameræ in quibusdam casibus, sed propterea non abdicasse potestatem jus dicendi.* Accedunt præjudicia, quæ fecit

113. [illegible] Imperator Cameræ, dum multorum principum Curias exemit ab appellatione, nisi summa subsistat infra certum terminum, quorum privilegiorum copia est apud Mindan: *in privil. quor. Stat.* Notant etiam antiqui ordinationum glossatores *ad t. 27. part. 2.* aliquando ipsum Cæsarem causas decidendas Cameræ committere, quod & Gail. observavit. *lib. 1. obs. 11. num. 6. ad fin.* in causa diffamationis *& obserV. 121. num. 3. in fin.* ubi dicit, *Cæsarem solere causas ad Cameram remittere, quia concurrens est jurisdictio. libr. 2. obserV. 29. num. 3. obserV. 42. n. 3.* Nothwendige Erinnerunge/ wegen Donavvert. relation. vnd Gründlicher Vnterricht/ *de q. ob der Käys. Hoffrath/ Concurrent. jurisdict. cum Camera Ambergens. 1613.*

114. [illegible] Primum igitur hoc telum est, quo jugulatur ficta Aristocratia Bodini: Alterum est, quod in quibusdam casibus adeò absolutè judicet Imperator, ut nec cameræ, nec principibus vel Electoribus ullo modo de ijs judicium competat. Nam quod de jure feudali, si de feudo imperij inter Comites & Barones contentio oboriatur, non pares Curiæ, sed Cæsar competens judex est. *c. un. & ibi Feudist. apud quem ControV. feud. term. deb. c. un. in pr. de l. Conrad. Sonbec. part. 4. num. 24.* seu quod feuda Regalia, ut scribit Bald. *in l. si de proprietate. num. 3. C. si à non comp. Iud.* non pertinent ad cognitionem parium: Idem reservavit sibi Imperator in imperio, dum feudorum Regalium se solum ut Dominum, ita judicem constituit, *Ordin. part. 2. t. 7. Gail. 1. obs. 29. num. 7. Mindan. lib. 1. de process. c. 9. num. 4. Heig. d. q. 9. num. 21. & ex eo Matth. Steph. 2. de jurisd. part. 1. c. 1. membr. 3. num. 208.* licet in minoribus Cameræ proventioni locum non invideat. *Gail. d. obserV. 29. n. 3.* Magnæ enim causæ magnos judices requirunt, *per l. non distinguemus. §. de liberali. de recept. arb. l. jamdudum. C. ubi causa stat. agi deb. l. 2. in fin. C. de pedan. jud. Gail. 1. obserV. 1. num. 32. & 1. obserV. 29. num. 2.* Sic Sigismundus Imp. id juris sibi vindicavit in controversia de Ducatu Saxoniæ de quo lis erat inter Fridericum Marchionem Misniæ & Henricum Ducem Lunæburgensem, quorum hic rem definiriã Concilio Basiliensi volebat repugnante Imperatore & ad se ejus rei cognitionem pertrahente. *Cujac. de feud. lib. 1. t. 15.* Carolus IV. Imper. licet antiquam consuetudinem, qua Duci Saxoniæ & Palatino Vacantis imperij administratio datur confirmet, quam potestatem primum omnium Rudolpho Palatino concessam. *Anno 1250.* & subinde continuatam notat Haiminsfel. *in Ration. Constitut. Imp. ad cap. 5. aur. Bull.* ex *Georgij Alt. Nurenburg. Chron.* Excepit tamen collationem feudorum principum & eorum, quæ Fahnlehn/ vulgariter appellantur *quorum inVestituram* inquit, *& collationem Soli Imperatori Vel Regi Rom. specialiter reserVamus. Aur. Bull. cap. 5. §. 1.* cujus ad exemplum Carolus V. *in comit. Wormat. 1521.* cum plenam potestatem instituto à se consilio concederet, excepit eadem principum feuda, behalten vns bevor/ die Belehnung der Lehen vnd Regalien der jenen, die vnder den Fahnen öffentlich mit Solenniteten pflegen zu entpfahen zuverleihen. *d. decret. §.* vnd behalten. De electoratibus enim sic in specie cavetur *in Aur. bull. cap. 7. in fin.*

quod si hæredibus destituantur, non aliò, quã ad Cæsarem immediatè dilabi debeant.

115. An principû iurisdictio sit accepta ferenda soli Imperatori.

Atque hoc caput nonnulli usque adeo extendunt, ut inde Imperatori omnem totius Imperii potestatem soli assignent, dum Electoribus & principibus, quamcunque habent, sive potestatem, sive jurisdictionem, unà cum feudo confert, *Matth. Steph. lib. 2. de jurisdict. part. 1. c. 5. n. 46.* Nec inficior rem ita se habuisse à principio, cum principes à magistratibus nihil differrent, sed postquam ita in suis se territoriis quiq; obfirmarunt, ut Regibus æquiparentur, & potestatem sibi suam propriam reddiderint, aliter de iis sentiendum est & loquendum.

116. Principes suã iurisdictionẽ sibi reddidisse propriam.

Nam cum inciperent principes jus constituendi Imperatores ad se rapere, successioneque deleta puram & simplicem Electionem introducerent, leges non acceperunt limitatæ potestatis ab Imperatore, sed ipsi potius certis legibus Majestatem Imperatoriam circumscripserunt, donec ad eam temperiem, in qua conspicitur, deduceretur, quemadmodum Veneti Duci suo, Poloni & Dani & Ungari regibus primum conditiones proposuerunt, in quas jurare, aut regno excesse cogerentur. Sic enim Uladislao II. Ungarorum Palatinus conditiones exhibuit, cum comminatione, nisi eas juramento firmet, Regium diadema non esse impetraturum *Bonfin. Dec. 4. libr. 9. in fin. & libr. 10. in pr.* Sic Sigisinundo Polon. denuntiabat Zamoscius regni Cancellarius: nisi terras, quas à regno patrio ad Polonos transferre promisisset, properè traderet, licere sibi cum gratiâ, unde venisset, redire, nec exhibituros ipsi ordines obedientiam, si pactis conventis ipse stare tergiversaretur. *Chytr. lib. 28. Saxon.* Atq; adeò receptũ esse in omnibus regnis ferè, quæ Electione deferuntur, supra diximus, *c. 2. Sect. 4.* ut tempore interregni, illi ad quos recidit facultas eligendi jura quædam aut ad se, aut ad totam Remp. à Monarcha trahant, ex iis præcipuè quibus Antecessorem abusum fuisse deprehenderunt, ideoq; successori non tradant, nisi potestatem limitatam, per viam contractus, ut scilicet aut consentiant in propositas leges aut facessat à dignitate regali. Nisi enim per viam Contractus cum Statibus paciscere-

117. Imperatorem ex contractu obligari ad feudorum collationem.

tur Imperator, nõ posset ex hoc capite deponi, quod contractum violaret, quemadmodum Episcopus Moguntinus, contra Henricum argumentatur: *Quem meritum [illegible] quare immeritum non devestiamus? Helmold in Chron. Sclav.* Uladislaus II. Rex Ungar coactus fuit in hunc quoque Articulum consentire: *Quicquid Antistites Reguli & Optimates pro regni libertate & commodo ante coronationis tempus ex antiquorum more sancire voluerint, ratum habeat. Bonfin. d. loc.* Electus Imperator tenetur, *à die Electionis confirmare Electoribus omnia sua jura, immunitates, concessiones, &c. ut dicitur in Aur. bull. cap. 11. In bull. [illegible] §. 1.* At quæ jura? quæ scilicet ipsi longa consuetudine acquisiverunt, & familiis suis propria ac hæreditaria fecerunt. Nec enim ea amplius ab arbitrio & manu Imperatoris unius dependent, sed *virtute regni & principatuum suorum* à principibus obtinentur, ut confitetur ipse Imperator *in Aur. bull. c. 7. §. Sane gener. junct. c. 20. per tot.* Nam Sigismundus Imper. *in bull. de succ. Elect. Palat.* dum Lu[illegible] Palatino jus & votum Eligendi confirmat, *[illegible] ipsum possidere*, dicit *ex successione paterna & hæreditaria justo titulo jus, vocem, dignitatem & potestatem eligendi Rom. regem.* Quorum igitur confirmat Imperator, quod ex successione competit? *Aur. bull. c. 7. §. 2. c. 25. § fin.* Consentit scilicet per viam conventionis, & rata habere promittit sua voluntate, quæ justo titulo ex consuetudine acquisita erãt. Conventio enim procul dubio est, quando articuli, in quos juraturus est Candidatus Imperii, à principibus exhibentur: At his articulis cogitur Imperator pleraq; Majestatis jura, & inter hæc potestatem diminuendi Jura Electoralia abdicare & cum principibus sibi facere communia, prout ex iis patet, in quos Carolus V. antequam imperium susciperet, juravit. *apud Sleidan. lib. 1.* Nec huic deductioni obstat collatio feudorum, quæ sibi soli Imperator reservavit, quia Electoralis dignitas à feudo distinguitur.

118. [illegible]

Quid enim si Electores, ea quæ ad Electoratum attinent, ex institutione Henrici II. recognoscant & recipiant ab Episcopo Bambergensi, prout Carion. Melanch. & Peucero videtur, *libr. 4. Chron.* An Pontifici Rom. relinquemus facultatem instituendi præcipuos Electores & conferendi dignitates potestatemque Electoralem, quia insti-

tuta

tuit tres Archiepiscopos? Atqui sicut ab Episcopali dignitate abest & separatur Electoralis, *Molin. in Consuetud. Paris. t. 1. in pr. n.* 71. *Heig. qu.* 4. *num.* 53. *& ex eo ipso Stephan. d. cap.* 5. *num.* 58. ita à feudo quoq; eadem distingui debet, & potest Imperator illius cognitionem sibi reservare dum interim de Electoratu disponendi facultatem plenariam ex conventione amiserit.

119. *An Imperatori ... iudicium de capite principis,*

Porrò Imperatori quoq; tribuunt judicium de capite Principis, Heig. *q.* 9. *num.* 142. *& seqq.* Matth. Steph. *lib.* 2. *jurisdict. part.* 1. *cap.* 1. *membr.* 2. *num.* 213. qui tamen *num.* 85. *& seqq.* id fieri vult cum consilio statuum, quia res ardua sine eo non est expedienda, *l. humanum de ll.* Quanto enim caput majoris momenti est, quàm bona, tantò majorem exigit Iudicem. *l. qui dignus* 4. *de Senat.* De Romano Senatore non judicabatur nisi à Senatoribus ex instituto Augusti, Adriani & Severi: Et sub initium restitutæ Reipubl. Coriolanus tribunum à se depulit: *Plebis non patrum tribunos esse, nec plebeio magistratui in patritios jus competere*, *Liv. libr.* 2. quæ & Lætorio tribun. pleb. objicit App. Claudius, cum patritios Iuvenes prehendi jussisset. *Liv. ibid.* Zeno etiam Imperat. Senatorum judicium sibi reservat & sacro cognitori, cui tamen cognoscendi copiam tantum facit, post patefactum crimen rem ad se remitti jubens. *l. ult. C. ubi Senat. vel clariss.* Apertè id quidem

120. *... de hac ... legibus ... tantum repe... ratur,*

Recessibus Imperij cautum non est, nisi quod *part.* 2. *Ordin. t.* 18. dum in gravioribus causis absolutio negatur fieri posse sine Cæsareæ Majestatis scitu, inde colligit Heig. *d. qu.* 9. *num.* 53. multo minus ad condemnandum sive proscribendum Cameram sine scitu Imperatoris procedere posse, quoniam ut ait gl. *in l. Qui damnare in reg. de jud. Qui non potest absolvere, nec damnare*, quæ sunt quoque verb. Bald *in l. solent. not.* 2. *de off. procons. ubi est tex. ut in d. l. qui damnare. & in l. nemo* 37. *de reg. Iur. ubi id notat Dynus num.* 1. modò regulam negativè legamus, quam Haloander sic legit. *Nemo, qui condemnare potest, absolvere non potest*, eaq; lectio magis arridet Hieron: Cuchalon. *in not.* Res tamen eodem redit, & condemnare & absolvere sunt in eadem potestate, nec hoc potest, qui illud non potest, siquidem *non debet cui plus licet, quod minus est non licere. l. non debet* 21. *de R. I.* Affert nihilominus Heig. aliam Alberti Imper. constitutionem speculo Saxonico insertã c. 13. ubi dicitur. *Imperialis Aulæ & Curiæ judicem de principibus judicare non posse, sed solum Imperatorem.* Et Landrecht *l.* 3. *art.* 55. scribitur. *De capite principis, non nisi Imperatorem statuere.* Henricum quidem Leonem feudis & omni Ducali honore exuit Imperator, convocatâ curiâ Magdeburgum *Crantz. l.* 6. *Sax. c.* 38. *An.* 1180. nec id mirum cum nec potentia principum invaluisset, nec Cameræ Imperialis ulla esset ab Aula distincta jurisdictio: Cæterum Albertus Marchio *An.* 1552. publico scripto conqueritur. *Ius hoc Cæsareum diminui, & causas Ducatuum Comitatuum ad Cameram, ut ex rescripto refert Heig. d. q.* 9. *n.* 50. *aut ad paucos quosdam delectos trahi, cum tamen in neutrorum potestate sit, principes facere aut loco dejicere. Sleid. l.* 24. & hac in parte, quo sunt nobiliores familiæ principum in Germania, eo majori judicio subjiciuntur, quam in Galliis, ubi Pares conveniuntur non solum coram Rege, sed & coram Paribus. *Pares judicans de factis Parium.* ait M. Marion. *en ses plaidoyers.* Et Iohannes Rex Angliæ, tanquam vasallus regni Franciæ, ad Curiam vocatus fuit, propter homicidium Arturi Nepotis, Comes Montforcius paulò post, quod defugeret judicium Parium, Britanniâ de sententia Parium dejectus fuit, *Frossard. lib.* 1. *cap.* 71. qua fortuna & Rex Navarræ usus fuit de ducatu Normandiæ. Ideoque *le seigneur de Cones accusé coram rege, pour avoir esté rangle trois jennes enfans Flamens qui estoient venu chassans jusques dans son bois, ne voulut pas respondre disant, qu' il n'estoit tenu respondre ailleurs, que devant les Pairs de France. Mais il fut dict par le conseil du Roy, qu'il respondroit devant luy*, atq; ita à Rege condemnationis sententiam tulit. *Gil. in Ludov. S.* Ad judicium Bironii Mareschalli, qui inter pares adoptatus à Rege fuerat, vocati quidem erant pares, tanquam quibus judicium competebat, sed quia illi munus judicandi ex causa detrectabant, ne eorum negligentia periret nervus justitiæ, Rex ipse Parlamentum reo judicem reddit, à quo proditionis & læsæ Majestatis damnatus fuit. *Pierr. Matth. libr.* 5. *histor. de Henric. IV. Narrat.* 4.

121. *Pares Galliæ à quibus judicentur.*

122. *Cameram non posse integrâ delegare.*

Præterea non potest Camera integram causam alteri delegare, ideoq; hæc potestas manet penes Imperatorem, quia Cameralium industria electa fuit, per ea, quæ tradit Menoc. *lib. arb. jud. q. 67. n. 12. 14. 15. Hel. q. 9. n. 39.* quæ industria ex delegantis opinione cessat in eo, cui causa delegatur. *l. inter artifices. de Solut. ex quo text.* Bart. *in l. continuus §. cum ita. n. 2. de verb. Obl.* tenet feudum Advocato concessum intuitu peritiæ non transire in successorem, etiamsi successio ratione officii fuerit facta & Bald. *in l. pen. de rec. arb.* arbitrium à partibus in unum collatum, negat ad successorem eius transire, quia illius personæ industria electa est.

123. *Extranei querelas devenire ad Imperat.*

Sunt etiam, qui extranei querelas contra civem non ad Cameram, sed ad solum Imperatorem devolvi censent, *Vultei in com. C. de jurisd. & ex eo Matth. Steph.* quia, qui videtur sit ut loci ignorare, ad Ordinarium judicem properat, qui est Imperator: Sed hæc tanquam minutiora prætereo, ad Magistratuum creationem pergo, quæ cum jurisdictione summâ cohæret, cum nihil aliud sit, magistratum instituere, quam jurisdictionem alicui communicare.

124. *Principes Germaniae nō esse magistratus.*

Magistratuum in imperio hodie præter eos, qui Cameræ à toto imperio præficiuntur, nullæ fere reliquiæ supersunt, postquam ex temporariis & precariis magistratibus principes facti sunt Ordinarii & perpetui *Berchol. de Regal. num. 37. in fin.* Olim non succedebant in Regalibus feudis filii, nisi ab Imperatore de novo investiti. *cap. un. in pr. de feud. March.* quod licet secundum rationabilem usum factum dicatur, *in c. un. §. fin. de alien. feud.* tamen contraria consuetudine abrogatum est, *ut ibidem dicitur* cui consuetudini incōvulsè standum esse Belvis. & Bald. *ad d. §. fin.* docent, *per. l. de quibus. de ll.* præsertim cum à Friderico approbata sit *in c. un. §. præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Fred.*

125. *Feuda tamen eorum dependere ab Imperatore.*

Successionem nihilominus confirmat, autratam habet Imperator, aut si felonium vasallus commiserit, abdicato alium substituit, sicut Mauritiū ornavit Carol V. prærogativâ Electorali *Sleid. lib. 20.* præcipuè cum Electoratus commissi non aliò quàm ad Imperatorem devolvantur. *Aur. bull. c. 7. in fin.* Ducatum item Mediolanensem in filium Philippum propagavit, quem Fridericus *III.* jam olim sibi asseruerat, cum Iohannes Maria & Philippus hæredes nullos reliquissent & C[illegible] Aurelianensis provinciam vacuam invaderet tabulis testamentariis Iohannis Galeatii [illegible] sus, quas tamen Imperator sine c[illegible] factas ratas habere negabat. Quin et[illegible] Wenceslao Imp. inter causas abdicat[illegible] properetur ab Electoribus *in litera Abd. §. 1. apud Vrstis. libr. 1. 1. hist. Illustr.* q[illegible] vicarios Imperii, vicecomites Mediolanen[illegible] ad honorem Ducum provexisset coacti [illegible] men fuerunt judicio & autoritati Imperatoris acquiescere, quoniam feudorum [illegible] um collatio ad Imperatorem pert[illegible] paulo ante diximus. *Bald. & Warn. c. un. feud. March. Sweidel. de feu. part. [illegible] & seqq. Schenk. de feud. lib. 1. c. 14. n. 3. & 12.*

Ad hanc jurium Majestatis classem pertinet etiam potestas indicendi conventus generales, de quo in capitulatione cum Carolo V ita cautum est: *Conventum Imperii nullum indicat, nisi de consensu Electorum Conventus etiam non agat extra fines imperii. Sleidan lib.* 1. Et quod quidem Imperator, sine c[illegible] Electorum Status non convocet, patet e [illegible] ris, quibus eos convocare solet, ubi inter cætera hæc verba leguntur: dazu vns denn w[illegible] ermelte Churfürsten einhellig jhren C[illegible] der Herkommen gemeß / vnder jhr liebden Handschriffe vnd Siegel gegeben *Paurm. ist. libr. 2. de jurisd. c. 2. n. 19.* Atq; ita Maxim. *II.* Comitia Ratisbon. *An. 157[illegible]. §. 4* a[illegible] dicit, mit Rath vnd Bekebung seiner vnd deß Reichs Churfürsten / cujus stylum imit[illegible] tur Rudolphus *II. in Comit. August. An. 15[illegible]2.* 12[illegible] *Conventus indicere a Imp[illegible]*

Tertium caput Iurium Majestatis consistit in potestate bellum indicendi & pacē faciendi, quod Matth. Steph. *2. jurisd. c. 1. m[illegible] 2 n. 50.* soli Imperatori tribuit, autoritate & dictu legum Rom. quas superius ad [illegible] hanc Reip. formam inconcinnè acco[illegible] ri diximus. Nec quicquam pro ejus [illegible] facit *t. 15. part. 2. Ord.* qui desumtus est ex [illegible] August. 1555. §. wo sich aber *jun[illegible]* [illegible] ber. & §. So fern sich aber. ut dic[illegible] *[illegible] ducat Exercitum Imperatoris aut Re[illegible] transitum illi non denegandum.* A[illegible] enim est conscribere, aliud conscriptum [illegible] ercitum. Nam *ibid.* Potestas d[illegible] p[illegible] bus, ne tolerent in sua provincia m[illegible] 12[illegible] *Dep[illegible] Arm[illegible]*

insc[illegible]

inscriptus sit ex permissione ejus, qui Dominus est provinciæ. & In deputation tages zu Wormbs Abschied *de An.* 1564. cura conscribendi militem non committitur soli Imperatori, sondern dem Kriegsöbersten / §. demnach so declariren. Quod verò singulis Circuituum præfectis æquè, ut Imperatori, indulgetur, ejus potestas nequit transcribi soli Imperatori. Ius autem belli, quod pro capite Majestatis venditatur, à facultate ducendi militem adeò differt, ut licet Consules Rom: nec bellum erga quenquam inchoare, nec inconsulto Senatu populoq; finire possent, ducendi tamen exercitus plena potestate, perinde ac Reges Lacedæmoniorum, essent. Totum autem hoc jus non reperitur in aula Imperatoris, sed in Comitijs principum, si quis eius sedem inquirere diligenter vellet. Nam in capitulatione Caroli V. ita de hac re cautum est. *Cum vicinis aliisque Regibus pacem & amicitiam colat, neque pro rebus imperij, nisi de Ordinum omnium, præcipuè septemvirorum voluntate bellum suscipiat ullum, extra vel intra fines imperij peregrinum quoq; militem nullum in Germaniam inducat, nisi consentientibus illis.* *Sleidan. lib.* 1. cumq; contra hanc conventionem Hispanos in confinia Germaniæ induxisset, magnam Statibus imperij injuriam fieri contenderunt Mauritius Saxo & Albertus Brandenburgensis. Sleid. *lib.* 24. Maximilianus I. *in Comit.* 1518. nec voluit nec potuit Ecclesiæ Rom: auxilia contra Turcam promittere, nisi sub conditione, *si ordines consensissent.* Nec papa ad Imperatorem tantum, de bello Turcis inferendo, sed simul ad Electores & principes bullas adhortatorias direxit. *d. recess. Aug. de Anno* 1518. §. Christliche als Bäpstliche Carolus V. auxilia petentium legatos ad Comitia in eum finem conscribenda, rejecit: *In recess. Colon.* 1512. §. vnd ob jemand. quemadmodum jam ante Regibus Ungariæ & Poloniæ suppetias contra Turcam flagitantibus ab universo Senatu responsum erat. *Aug.* 1500. §. vnd als hinvor / Cumq; Ferdinandus *Anno* 1557. easdem in solatium oppressæ Hungariæ exoratas cuperet, quamvis necessitate urgente, non tamen pro imperio contributiones imperat, aut exigit, sondern mit freundlichen vnd gnedigen Gesinnen vnd Begehren. §. Wenn es aber vns. Lex plana est de hoc negotio in decreto pacificationis Worm. 1495. §. die Königliche Majestät, ubi hæc verba inseruntur: Auch sollē wir / vñ vnser lieber Sohn / Ertzhertzog Philips / auch vnser Churfürsten / Fürsten vnd Stände des Reichs / ohn Wissen vnd Willen / Jährlicher Versamblung keinen Krieg oder Fehd anfangen / noch einig Bündnüß oder Einigung mit frembden Nationen oder Gewälten machen / die dem Reich zu schaden / Nachtheil / oder zu wider seyn möchten / quod ipsum cæteros quoque Imperatores obligat, cum Carolus V. *in decret pacif. An.* 1548. §. dieser Landfried / confirmet omnia antecedentia, quæ non sint nova constitutione expressè abrogata, *ut in decret. pacif. Wormat.* 1521. §. dieser Landfried. *In decret pacif.* 1522. §. Obgemelt Ordnung.

128. *Ius? quorsit in Imperio.*

129. *... non ... soli Imperatori.*

De pace & fœderibus confiteri videtur ipse Steph. *de membr.* 2. *num.* 59. quando Imperatori non asscribit jus faciendi pacem, aut ineundi fœdera, sed tantum dicit, nemini hoc jus competere absque Imperatoria Majestate. Sanè si idē jus est belli indicendi & faciendæ pacis, quam potestatem habet Imperator in uno, eandem debet habere in altero. Omnes a. pacificationes inveniuntur factæ & confirmatæ in Comitiis, consilio & consensu omnium statuum, ut *Ann.* 1495. tempore Maximiliani I. Wormatiæ, quæ declaratur *Anno* 1500. Augustæ. Item sub Carolo V. Colon. *Anno* 1512. Wormat. *Anno* 1521. Norinbergæ. *Anno* 1522. quæ confirmatur in Comitijs Spirens. *Anno* 1526. §. Zum andern / Item in Comit. Aug. *Anno* 1530. vnd dieweil / In Com. Spir. 1542. §. vnd als wir auch / *junct.* §. *seq.* In Comit. *Aug.* 1548. §. derhalben wöllen / Item Nova ac declarata Pacificationis Cōstit. 4. *An.* 1518. Aug. confirmata ibidem *Ann.* 1551. §. derhalben wöllen. ubi Magdeburgensib. bellum decernitur de consilio & consensu Electorum reliquorumq; Statuum. § wiewol wir nun. Item *Ann.* 1555. Aug: plurima alia ad bellum attinentia constituuntur, quò respicit Ferdinandus in decreto Ratisbon. 1559. Ferner haben wir / quando ea cōfirmat. *An.* 1564. Worm. *An.* 1576. Ratisb. §. Zum andern haben wir / ubi Max. I. multas de pace & bello leges introducit, quemadmodū & aliæ de re bellica sanctiones à Comitijs & conventibus omniū Ordinum latæ & promulgatæ inveniuntur, utpote

130. *Cuius sit fœdere ferire & pacem facere.*

ut pote, Friderici *III.* tempore. 1442. von Reisigen Knechten / Maximiliani I. August. 1500. *t.* deß Reichs Hauptman / *& seq.* Caroli V. *Ann.* 1522. Nurenburgens. Maximiliani *II. Anno* 1570. &c.

Atque huc usque prima tria summa jura, ex quorum concursu plena & perfecta Majestas effloreſcit, percurrimus, ex quibus abundè cuivis patere poteſt, quid de ſtatu Reipubl. ſentiendum ſit, ſiquidem eò inclinat forma Reipubl. quò vergunt hæc Majeſtatis jura, quæ Rempubl. velut in tergo geſtant. Licet verò cætera huc ſpectantia jura, ex eſſentia Majeſtatis non prodeant, ideoq; minus ad rem, de qua agitur, faciant, duo tamen adhuc ſubjiciemus, tanquam Majoribus affinia & proxima, Ius vid: in negotia Religionis, & Monetæ, videbimusq; quomodo erga utcunq; habeant Status Imperij & Imperator.

131. *Cui in Imperio competat ius Maiest. in Religionem.*

Ius autem religionis Ordinandæ, toti Imperio, ſeu omnibus ex æquo Statibus hodie competere, ex decreto Auguſt. *Ann.* 1555 abundè patet, cuius indultu Proteſtantes liberum ſuæ religionis ſecundum confeſſionem Auguſtanam exercitium obtinuerunt, idque proculdubio autoritate illorum Statuum, qui Auguſtanæ Confeſſioni inſiſtebant, prout patet ex diſceptatione, quæ eſt *apud Sleidan. li.* 26. & ex Actis Comitiorum *§.* vnd haben dennoch *§.* In ſolcher. *in fi.* Nec Carolus V. *in comitiis Aug.* 1548. libellum, quem *Interim* vocabant, prius promulgare, aut ex plenitudine poteſtatis Statibus obtrudere potuit, quam Electoribus probatus eſſet & cæteri principes conſenſiſſent, à quibus aſſenſus eò facilius impetrari potuit, quò majorem eorum partem conſtituebat Ordo Epiſcoporum. *Sleidan. lib.* 20. Ipſe Imperator dum libellum hunc obſervandum proponit, non loquitur pro Imperio, quaſi quenquam coacturus, ſed rogantis in modum dicit: Wir erſuchen die Stände / gnediglich begehrende. *§.* demnach ſo erſuchen. *junct. §. ſeq.* & jam ante *in Comit. Nurnb.* 1524. *§.* alß auch viel gedacht. cum ageretur de ratione tractandi de negotio religionis, antequã Generale Concilium indiceretur, rem totam rejecit ad Comitia Spirenſia. darauff ein jeglicher Churfürſt / Fürſt / Prælat / Graff / vnd andere Stände deß Reichs in eigener Perſon / oder durch jren Treffentlichen / vñ tapffern Anwald erſcheinen ſollen. Anno ſeq. *in Comi. Nurnberg.* quando de novo lex docendi E[illegible]angelium præſcribitur Concionatoribus, omn[illegible]um, qui præſentes aderant Statuum conſenſus requiritur. *§.* vnd nachdem Etwan. Comitia Spirenſia, quæ in annum proximum 1526 ſecuta ſunt, nihil quidem, quoad religionem immutant, nova tamen ſanctione confirm[illegible] decretum Wormatienſe, capite negoti[illegible] interim ad Concilium Univerſale vel Natio[illegible]e rejecto. *§.* demnach haben wir. Decretum autem hoc explicatur, *in Edict. Spir.* 1529. [illegible] vnd aber derſelb. ubi ſimul de multis religionis Articulis ſtatuitur. *§.* vnd ſonderlich. Nec non [illegible]n cæteris Comitiorum Edictis quam [illegible]lurima de religione communi Ordinum omnium conſenſu decreta ſparſim inveniuntur, ut pote August. 1530. *Ratisb.* 1532. *iterum ibid.* [illegible]. *Spira.* 1542. *&* 1544. *Wormat.* 1545. *Aug.* [illegible]. *Ratisb.* 1557. &c. ex quibus colligere eſt qu[illegible] in hoc capite præcipuum eſt, ad Com[illegible]a & Omnium Ordinum conſenſum ſpectare: nihil verò obſtare, quò minus particularia jura, quæ à generali pullulant, illabata ſibi reſervat Imperator.

132. [illegible] perator re[illegible] vatit.

Recipit enim Carolus V in ſe promotionem generalis Concilij *Decret Nurinberg. Anno* 1524. *§.* als auch vielgedacht / *in præfat. Interim.* & principes ſupplicitèr a Cæſarea Majeſtate petunt, ut concilium generale indici procuret, *in Comit. Spir. Ann.* 1526. *§.* vnd Erſtlich / *Item ibid. Ann.* 1529. *§.* vnd anfänglich / quaſi poteſtatem indicendi Concilia, quæ ipſi jure communi competit, exemplo primorum Regum & Imperatorum, ſoli Imperatori integram relictam velint. Sic & Academias in defectum pontificiæ poteſtatis erigit ſolus Imperator, *Sixtin. de Regal. c.* 2. *num.* 21. prout in Germania jam ab eo tempore obſervatum fuit, quo receſſum eſt ab uſurpata & incompetente Tyrannide Pontificum. Quod ſi jus inveſtiendi Epiſcopos & conferendi ſumma beneficia Eccleſiaſtica, è manu Pontificis Rom: recuperaret Imperator, perinde circa ea ſeſe haberet, atq; circa feuda Regali[illegible], cum nihil in hac parte demutatum à Statibus, aut ab Imperatore conceſſum inveniat[illegible]. & qui olim poſſeſſor erat, hodie quoque p[illegible]ſumitur. *cap. præterea. quarto [illegible] tranſact. Covarr. part.* 2. *rel. §.* [illegible] *§.* 1. *num.* 1.

Ius

133. *Ius monetæ.* Ius denique Monetæ ad omnes Ordines transiisse, ex omnium ferè Comitiorum recessibus liquidum est, inprimis ex Augustano *de An.* 1555. Ratisbon. *de An.* 1557. & ex decreto Ferdinandi *de Ann.* 1559. quo Monetam totius Imperii reformare instituit: nec immeritò conqueritur Albertus Marchio in literis *Ann.* 1552. principibus jus suum auferri, si saltem effigies suas nummis imprimi prohibeantur, *Sleid. lib.* 24. *in pr.* licet in hac imaginum sculptura parum ponderis situm esse dictum à nobis sit & demonstratum *li.* 2. *de jur.*
134. *De vectigalium,* *Maj. c.* 7. *num.* 10. Imò ne vectigalia quidem aut tributa imperare potest Imperator, nisi ex autoritate Electorum & Statuum. *Constit. Ratisb.* 1576. §. Weiter sind wir. Ne in cæteris juribus Majestatis minoribus adducendis prolixus sim, quæ quia aut potestatem summam non eo attinent, aut Majorum rationem imitantur, non multum ad Variandum statum Reipubl. momenti afferre possunt. Concludo uno Verbo, Statum Imperij hodierni mixtum esse ex Aristocratia & Monarchia, ita quidem ut Aristocratia præponderet, sed Imperatori sua quoque jura, quæ deducta sunt integra & cum summa potestate relinquantur.

SECT. 6.

De Statu Regni Gallici hodierno.

1. *Variæ opiniones circa statum Reip. Gallicæ hodiernum.*
2. *De primo Regum in Galliis Ordine & Monarchia.*
3. *Quid sit summa potestas.*
4. *De regno Caroli M. & successorum.*
5. *Argumenta Hottomanni rejiciuntur.*
6. *Tertiam stirpem Regum callidè comitiorum autoritatem suppressisse.*
7. *Præjudicia quædam ab Hottoman. proposita refutantur.*
8. *Arbitrum distingui à judice.*
9. *Comitia sub stirpe Capeti eviluisse.*
10. *De autoritate & Iudicijs Parium.*
11. *Quod nulla Majestas tribui possit.*
12. *Constitutos fuisse Pares à Regibus.*
13. *Longo tempore post.*
14. *Origo Parlamentorum.*
15. *Parlamentis non posse tribui Majestatem.*
16. *Quod genus hominum dominetur in Parlamentis.*
17. *Quibus Parlamenta comparari possint.*
18. *Callidum Regum commentum.*
19. *Discrimen inter comitia Germanorum & Parlamenta Gallorum.*
20. *Potestatem Parlamentorum esse mandatam à Rege & Precariam.*
21. *Et quotannis à Rege communicari.*
22. *An Parlamenta leges condant.*
23. *Arresta distingui a Legibus.*
24. *Et subjici censuræ Regis.*
25. *Cum ab ijs Regi supplicare liceat.*
26. *Circa quas res occupentur Parlamenta.*
27. *Remp. Gallorum esse Monarchicam.*
28. *Iura Regis.*
29. *In bona Ecclesiastica.*
30. *In res alias.*
31. *Quinam Regi tribuant absolutam potestatem.*
32. *Explicatur vulgaris clausula: Tel est nostre playsir.*
33. *Non repugnare absolutæ potestati consiliorum auctoritatem.*
34. *Reges ultrò se submittere magistratuum judicijs.*
35. *Cur Reges patiantur donationes suas examinari à præfectis ærarii.*
36. *Reges sæpè decernere & agere contra Parlamenta.*
37. *Quando autem cedit Parlamentis, cedere ultrò.*

Quod in ordine mixtarum Rerumpubl. de simplici & pura Francorum, qui Gallis dominantur, Monarchia agamus, non id eo consilio facimus, ut temperamentum aliquod ex tribus, duobusvè statibus in illam inducamus, sed ut eorum, qui illud inducunt, opinionem firmissimis documentis infringamus. Nam plerique, dum versantur in reformatione argumentorum Bodini, quibus Germanis Aristocratiam persuadere conatur, instantias ex regno Galliæ petere solent, ac si Parlamentorum in Galliis, & Comitiorum in Germania, seu Mercenariorum Iudicum inter Gallos & Regiorum principum inter Germanos par esset ratio & autoritas. *Heig. q.* 2. *n.* 26. *& seqq. Knichen. ad Ius Saxon. in Ver. Ducum Saxoniæ c.* 1. *p.* 69. *Matt. Steph.* 2. *de jurisd. c.* 1. *mem.* 1. *n.* 97. Alij licet Monarchiam in Gallia agnoscere cogantur, potestatem tamen Regis mitigant autoritate Aristocratica XII. Parium 1. *Variæ opiniones circa statum Reipubl. Gallicæ.*

Parium & Conciliorum, quæ varia habent Galli *Secret, Privé, Grand, Parlaments, chambres, des Contes & Generalitez des charges.* nec dubitant Democratiæ specimen attingere ex conventibus provinciarum. *Les estats tenuz par chacun an aux provinces, Maireries de villes, Eschevinages, Consulats, Iurades, capitolats & Marguilleries de villages sont Democratiennes. Haillan. lib. 3. d'estat. de Franc. Autor. qui traduxit Appianum. in præf.* Alij longius provehuntur & Majestatem regiam Statibus. *Hotto. in Franc. c.* 10. 11. 15. aut hodiernis Parlamentis subjiciunt. *Iun. Brut. in vind. cont. Tyran. Althus. c. 14. pol.* contra quos pous-

2. *De primo Regum in Galliis ordine & Monarchia.*

simum nobis disputandum est, eò quod præcipuè de statu hodierno loquuntur. Nã Hottomanni disputatio *in l. de Fran.* potissimùm ad ætatem ante actam & primæ secundæq; Regũ stirpis tempora relabitur: nec tamen, quod intendit, perficit, quandoquidẽ ex ijs, quę prolixè c. 10. & 11. afferũtur, nihil sequitur, quàm quod Reges ut plurimum ad res arduas deliberandas consiliumq; capiendum, conventus principũ coëgerint. An verò Senatus aut conciliorũ autoritas infringit potestatem Regis: aut annon æquè multa à Regibus expedita leguntur, ad quæ nullus subditorum, nisi post acta, cessit consensus? Si hinc periret potestas Monarchica, nullum esset invenire Regem absolutum in tota rerum universitate, quia si rerum deliberandarum natura fert, & occasio patitur, ex natura sua Rex astringitur consensui Subditorum, teneturq; de omniũ sententia aggredi, quod omnium periculo effecturus est, nisi à regiis virtutibus ad Tyrannicam dominationẽ cursum flectat. Nec rectè colli-

3. *Quid summa potestas.*

git Haillan. *l.* 3 *de stat. Franc.* Regis potestatẽ esse temperatam, quia limitatur ad id, quod rationi consentaneum est, per leges & officiales suos. Limitatur enim ad scriptum rationis omnis potestas in quavis bona Republica, non per leges aut magistratus, qui sunt intra Majestatem à qua precariò dependent, & habẽt, si quid habent autoritatis, sed per virtutes, quæ absolutã potestatem in bonum finẽ redigunt. Hinc verò potestati nihil decedit, quando non cogitur à superiori, sed sua se voluntate libera astringit ad id, quod honestum est & in commoda subditorum vergit. Potestas enim quæ absoluta dicitur, non sic dicitur, respectu rerum agendarum, quasi quidvis agere debeat, sed respectu potestatis superioris, à qua prohiberi possit & pro imperio ad hoc vel illud cogi.

4. *De regno Caroli M. & successorum.*

Eadem summa disputationis est circa stirpem Carolinam, cap. 15. qua ostendere l[...] borat, *que la decision de tous affaires n'[...]it point en la disposition de Rois, mais t[...]ement en la puissance, de la M[...]este Roy[...]e,* quam putat Regi non competere, nisi in Comitijs. Possem multis exemplis & leg[...]us ejus ætatis Regum contrarium evincere si id mihi propositum potius esset, quam imbecillitatem consequentiæ saltem redarguere. Nam cum comitia indicere esset in potestate Regum, annon libera voluntate ad consilia admiserunt subditos quos neglectis comitijs potuissent facilè excludere, cum citra autoritatem Regis jus coeundi non haberent. Aut quid attinent consilia ad potestatem? Etiam Alexander Severus nullam unquam legem tulit nisi de consilio eorum quos huic curæ præfecerat: An propterea magistratibus suis se subjecisse putandus est? [...]estamentum Caroli M. confirmatum quidem à Francis scribit Regino *libr. 2. Chron.* & Annalista incerti nominis *à Pythoeo editus sub annum* 806. sed sola subscriptione, ex qua si posset inferri superior quædam potestas, non tantum Statibus regni, sed ipsi Pontifici æqualis in regnum & Regẽ jurisdictio tribueretur, prout rationatur Gretser. *in examin.* [...] *Imper. Hincmarsf* quandoquidem testam[...]to Pontifex ante omnes regni proceres rogatus subscripsit. Sed hanc collectionem, quoad Pontificem, reprehendit ipse Hottomannus, ideoq; Statibus regni eodem iure cum Pontifice positis non potest in pari causa plus tribuere. Ne illud alterum permovet, quod Pipino mortuo, filijs duobus superstitibus regnum à Gallis divisum fuisse referat Eginhartus, quia tũ Resp. in interregno carebat capite, quo casu de jure gentium res recidit ad totam Remp.

5. *Argumenta Hottomanni resecantur.*

A tertia denique stirpe Capeti comitiorum autoritatem valdè suppressam tantum non pessumdedisse conniteri cogitur ipse Hotto. 17 præviderat enim Capetus ea regna, quæ concilijs publicis nimium indulgent, plerumque ad Aristocraticum temperamentum redire, quando, ut ait Arist. 3. *Polit. ca.* 8. 5. *Polit. cap.* 1.

T[...]

quum

qui in una re pares sunt in omnibus æqualitatem affectare incipiunt. Itaq; nec ipse ad concilia *Les estats* vocant Galli, multa retulit, nec à suis referri voluit, quo factum, ut Comitiorum potestas unà cum nomine hodie in Galliis prorsus emortua sit, præcipuè cum potentiores quæque familiæ partim injuria temporis, partim bellis Anglicis intercideient, remanentibus iis saltem, qui vocantur *Princes du sang*, qui, quia spem succedendi annatam habent, non præsumuntur quicquam, quæ ad diminutionem potestatis regiæ vergeret, vel affectare, vel consentire velle. Nam quæ præ-

7. *Præjudicia quædam refutantur.*

judicia reperit Hottom. *d. c.* 17. & 18. rara sunt & extra ordinem casualiter incidetunt, adeò, ut ex iis jus ordinarium inferre non liceat. Philippus quidem Vallesius & Eduardus III. Anglus controversiam, quæ illos distinebat, judicio Statuum submiserunt, *Polyd. Verg. lib. 9. Claud. Seyssel. in lib. de Monarch. Franc.* sed quia non tam jure, quàm ex æquo & bono inter se experiri volebãt, & quia mutuo consensu jurisdictionem Statibus dabant, Arbitrium illud rectius, quam Iudicium vocandum erit, quo pacto Carolus V. Imper. & Franciscus I. Rex Gall. Henricum IIX. Anglum arbitrũ ceperant, non quod hujus in se jurisdictionem agnoscerent, sed quod in ejus sententiam mutuo consensu compromisissent. Arbiter enim

8. *Arbiter & Iudex quid differant.*

jurisdictionem non habet, quippe quæ consensu partium tribui non potest. *privatorum. C. de jurisd. omn. judic. Menoch. libr. 1. arbitr. jud. q. 2. nu.* 20. nec quicquam vel minimum statuendi facultate pollet, nisi quantum à litigantibus concessum. *l. non distinguemus §. de offic. de arbitr. Cerras. ad l. illicitas. §. præses. nlt. n. 5. de offic. præs.* Loquor autẽ de arbitro, qui consensu partium capitur, cum is, qui à prætore datur, jurisdictionem ab eodem delegatam habeat. *Alciat. in rubr. de off. Ord. n.* 11. quæ infert necessitatem parendi, tanquam judex. *l. ult. ubi gl.* 1. *Qui satisd. cogant.* Quod porrò Hottom. status regni convocatos fuisse & de rebus Reipub. decrevisse, cum Iohannes Rex captivus ab Anglis detineretur, cum Carolus V. mortuus & Carolus VI. mente motus esset, aliaque id genus objicit, nihil attinet ad rem, de qua agitur, quia tum Respubl carebat capite, aut saltem in suspenso erat, an careret, quo casu rerum summam ad universum populum de jure naturæ recidere certum est & indubium. Absque eo verò casu sit, comitia in Galliis jamdudum eviluerunt, nec principes, aut multò minus universi cives convocari solent ordinariè ad ullum Majestatis jus expediendum, ideoque de eorum Autoritate amplius solliciti in hoc discursu esse non debemus.

9. *Comitia sub tertia stirpe eviluisse.*

10. *De autoritate & Iudicio Parium.*

Successisse autem in horum locum videntur aliis quidem XII. Pares, aliis Parlamenta, De Paribus pauca itidem sufficient, quod nulli priorum hodie supersint, præter Episcopos, nec judicium ullum exerceant, nisi quod Coronationi Regis assistãt. Imò ne olim quidem, cum florerent maximè, cum imperio ullo fuerunt, quia nec conciliis interfuerunt, nisi speciali gratia, aut singulari de causa vocati, nec edicta ulla extant, quæ nomen Parium præ se ferant. Tantum in judicio de feudis Regni aut vasalli de consuetudine feudali Iudices sederunt unà cum Rege & *judicarunt de factis Parium*, ut ait M. Marion *en ses plaidoy* 15. Nam inter Iohann. Montfortium & Carolum Blesensem de jure successionis in Britanniæ ducatu Philippus Vallesius Paribus suis stipatus judicium tulit. *Frossard. libr.* 1. *c.* 71. & Veteris Iuris imitatione Henricus IV. jusserat Pares citari ad ferendam de capite Byronii sententiam, qui cum nulli comparerent, res revoluta fuit ad Parlamentũ regium. *Pierr. Matth. lib.* 5. *histor. Henr. IV. narr.* 4.

11. *Quod in nulla Maiestas tribui possit.*

Quod si etiam ullam potestatem habuissent Pares in ulla Majestatis jura, non habuissent, nisi à Rege vicariam seu precariam, cum Philippo VI. judicium, quod facturi essent de feudis, suæ notioni obnoxium statueret, in edicto *de Anno* 1344. dum ait: *Statuimus, ut si quis a sententia Paris alicujus Franciæ, Ducis, Comitis, Baronis, seu alterius Domini Temporalis ad nos seu Curiam nostram appellaverit*, &c. *Lib. 7. Corp. Gall. t. 8. l.* 14. Nec enim ab alio, quam à Rege institutos esse Pares probat Haillan. *d. lib.* 3. & *En l'erection de Conte de Mascon, en parrie est expressément porté, que les Rois de France ont constitué les XII. pairs, pour la conservation de leur hõn ur en la couronne*, idq; patet ex illis ipsis, quæ allegat Hottom. *c.* 14. *Francog.* Sunt, qui putant, indulgentiã Capeti, qui ut in suas partes pertraheret subditos, nihil non cogebatur principibus

12. *Constitutos fuisse a Regibus.*

bus concedere, præcipuorum quosdam procerum parem sibi cum Rege vindicasse autoritatem, indeque Parium nomen obtinuisse. Sed eorum suspitionem, prætei quam, quod nullo fundamento nitatur, absoluta, qua usi sunt Capeti nepotes, potestas satis redarguit. Nec Parium mentionem facilè reperias ante

13. *Longo tempore post.*

Philippi II. aut Augusti ætatē. Matthæus enim Parisius Anglus eorum meminit in judicio, quod contra Iohannem Angliæ Regem, tanquā vasallum regni Franciæ, de particidio latum fuit: Et Massinius, *lib.* 3. demonstrat ex tumulo Gerhardi Bajochii Episcopi Noviomensis, qui Paribus ultimo loco adjectus fuit, quod jam tempore Philippi Augusti Par vocetur, nec sint Episcopi Laicis demum adjecti à Philippo Pulcro, ut nonnulli autumant. Haillan. *lib.* 3. hoc argumento, nec non aliis inductus, originem Parium refert ad annum 1179. seu ad Ludovvici VII. Iunioris institutionem, licet primitus ad Philippi IV. seu Belli coronationem solenniter omnes cōvenisse inveniantur. Quicquid sit de eorum Origine, potestatem supra Regem nullam habuerunt: quin potius, cum Dominus de Coucus, accusatus coram Rege, quod tres Iuvenes ex comitatu Flandriæ oriundos, qui feras in suos usq; saltus prosecuti erant, Latronis in modum crudeliter strangulasset, sententiam regis declinaturus diceret: *Qu' il n' estoit tenu respondre ailleurs, que devant les Pairs de France*, conclusum fuit à Consilio Regis, ut causam ageret coram Rege, seclusis Paribus, ubi & condemnatus est. *Gill. in Ludovv. IX. seu Sancto. v. supr. sect.* 5. *n.* 121.

14. *Origo Parlamentorum.*

Circa Parlamenta igitur vertitur cardo totius disputationis, quorum non admodum vetusta est in Galliis autoritas. Nam, cum Curia sequeretur Regem, primus Ludovvicus Hutinus Philippi Belli primogenitus & Successor, ut sumptibus molestiæq; subditorum jurisq; incertitudini & prolongationi consuleret, fixam Regio judicio sedem dedit Parisiis, ubi ut plurimùm jam ante convocari solebat, *Bellefor. in Ludovv. X.* cujus ad exemplum nō longo tempore post singulis provinciis ferè singula nata sunt Parlamenta, Divione in Burgundia: Gratianopoli in Delphinatu: Aquis Sextiis in Provincia: Tholosę in Languedokio, Burdegalæ in Gasconia, à Rennes in Britannia: Rothomagi in Normandia &c. quæ quidem omnia judicant æquali potestate, nec unum alteri subjicitur, nisi quod Parisiense cæteris præpolleat, tàm amplitudine & vetustate, quàm autoritate & Regum præsentia. *Chassan. in consuetud. Burgund. pag.* 319. Cæterum, quod nec hoc, nec ullum aliud ex cæteris, nec omnia simul sumta, Majestatis jura usurpent aut cum Rege participent, adeoque quod Monarchia Regia illorum autoritate non temperetur, ex iis, quæ subjiciemus, luce meridiana clarius patebit. Sive enim homines, qui hisce Curiis præsident & assistunt, sive autoritatem, qua decernunt, sive res, de quibus judicant, spectes, nullibi specimen ullum Majestatis deprehendes. Nec enim principes sunt, qui ibi jus dicunt, nec ex omnibus civium Ordinibus delecti aut deputati, sed *gens de robbe longue*, aut *de justice* ut loquuntur vulgo, homines quidam, quà nobiles, quà ignobiles, in Iure periti, quorum quibusdam majora officia præsidum Rex beneficii loco donat, cæteri coguntur annuos, quos inde percipiunt, reditus precio luere & à fisco regio admercari. An Credibile cuiquam esse potest, Regem sibi pretio ex infimo civium ordine conducturum, qui sibi imperent & jura Majestatis præcipiant: aut num principes & tot millia civium bonorum patienter se à clavo Reipub. abigi per manipulum inermium aliquot hominum, quibus ad imperandum non plus juris competit, quam potestatis? Et cum in Galliis divisi sint ordines eorum, qui se vocant *de courte robbe* aut *d' espee*, ab illis, qui se vocant *de robbe longue*, illique a se invicem novercali odio distrahantur, qua vi modoque verisimile est potuisse hos à participatu imperii illos, qui & potētiores sunt & plures, excludere, & cum principibus Secularibus unà suspendere ad otium Archiepiscopos, Episcopos, Abbates & quicunque inter Optimates primum locum alibi sibi vindicare consueverūt. Non magis potest hisce Curiis Majestas transscribi, quam vel Consilus in Hispania, vel Rotis in Italia, vel Cameræ in Germania. Recte enim distinguit Thesautus, *in decis. Pedemont. præfat. num.* 10. Senatum Venetorum, Lucensium, Rhagusianorum, Ianuensium, Suevorum, in Senatu Mediolanensium, Pedemontano, Gallorum, & Hispanorum, quod

15. *Parlamenta non posse tribus Monarchiam.*

16. *Quinam ius dicent in parlamentis.*

17. *[illegible] parat [illegible] bent.*

quod in illis vertatur cardo Reipublicæ, in his non inveniantur, nisi precarii magistratus, aut conductitii judices, qui non suo, sed superioris nomine & autoritate talia, quam sibi commissa negotia expediant. Talis erat, ni fallor, conditio Senatus Romani, sed Imperatoribus, quorum institutũ callida imitatione Reges Galliarum in sua Repub. sibi resuscitandum putarunt. Nam quia Princeps publicum consilium delere omninò non potest, quia suspitionem incurrat Tyrannidis, de sua unius sententia omnia agere volentis: nec tamen è re sua videbatur Regibus Senatum ad comitia ex Proceribus regni convocare, quo jure usi fuerant Merovæi & Caroli M. successores, eò, quod illorum autoritate absolutũ rerum omnium arbitrium facile impediretur diminueretur ve. Ergo omissis comitiis curiarũ & Parlamentorum jurisdictionem eò usque crescere siverunt, ut speciem aliquam Publici Senatus præ se ferrent, nec viderentur omnia rapi ad unius Regis arbitrium. Sic Tiberius judicia à campo ad curiam evocabat, partim ut inter pauciores liberius dominari, & vel spe gratiæ demissos animos invitare, vel meticulosos præsenti pœna deterrere posset, partim ne Senatum otiosum relinqueret, postquam ardua quæque negotia & arcana imperii ab iis ad suum arbitrium transferre cogitaverat. Absit verò vel pretio conductis Iudicibus vel ad adulationem compositis Senatoribus, quibus capitale erat à principe vel minimum dissentire, jura Majestatis asscribenda cẽseamus, quæ absolutam in omnibus rebus inferũt potestatem, majoremque habent innexam dignitatem, quam ut iis in Regno tribui, exclusis principibus, debeant, qui preciũ accipiunt pro opera: ex quo patet, quantum intersit, inter Iudices Parlamentorum in Galliis Electores principesque Comitiorum in Germania: qui non tantum dignitate toto cœlo differunt sed & potestate, quod in hac quæstione, caput est. Nam Comitia Germanorum summam habent perpetuamque potestatem, quam non ab Imperatore accipiunt, sed ex suo corpore natam, potius Imperatori, quibus terminis ipsis visum fuerit, utendam communicant, post ejus abdicationem aut morem ad principium reversuram. Sed parlamenta Galliæ non pollent, nisi precaria & regis arbitrio obnoxiã autoritate, in qua Majestas nulla consistit. A quo enim habent potestatem, nisi à Rege, cujus autoritate fundata, & Arrestis suis vim nacta sunt. *Franc. Bellefor. in pr. histor. Gall. Guil. de la Perriere in spec. Pol. t. de divis. Rerump.* Nec est, quod in illa potestatem à Rege abdicatam esse, quispiam putet, quia de generali Ictorum sententia jurisdictio in subditos non transfertur privativè, sed Cumulativè *l. 1. C. de offic. præf. Vrb. c. Dudum. de prabend. in 6.* & id quod de Iurisdictione Parlamentorum facile est ex stylo Curiæ demonstrare, dum non suo, sed Regis nomine decernũt, quicquid decernunt. Quod verò quis per alium facit, idem est, ac si per seipsum faciat. *l. quod jussu. de R. I. c. qui facit. Eod. in 6. Omnia merito nostra facimus*, ait Imperator, *l. 1. C. de vet. jur. enuc. quia ex nobis iis impertitur autoritas* & Bartol. *in opusc. q. 5. nu. 4. Quod mandato nostro factum est, à nobis factum videtur, nostramque causam vel lædit vel juvat.* Rex enim quotannis 11. Idus Novembr. peculiari rescripto, aut Procuratoris sui oratione Parlamentum Parisiense, ut vulgo loquuntur, aperit, seu Iudicibus regia autoritate per subsequentem annum jus dicendi potestatem facit, ut dicente Guagn. *lib. 3. certum sit, hujus sacrosancta concionis Regem autorem esse. Bude. ad l. ult. C. de Senat.* Ideoque Rege mortuo à successore singulæ curiæ coguntur suorum Iurium & Privilegiorum confirmationem petere. *Papon. lib. 4. Arrest. t. 2. art. 4. Boden. 1. de Rep. cap. 8.* fuitque semper in potestate Regis illarum jurisdictiones vel augere, vel contrahere, prout sibi utilius visum fuit. *Rebuff. tract. de evocat. num. 36. 46. 58. 59. & in tr. de liter. Civil. gl. 2. num. 35. Duar. ad t. de judic. & ad t. restit. Papon. l. 4. Arrest. t. 6. art. 2. in fin. Barclas. lib. 4. contr. Monarchom. c. 14.* Ex quo solvitur argumentum Bruti, quando leges objicit, quas Parlamenta condunt. Sic enim de valore illarum sanxit Philippus VI. *Statuimus, ut nulli liceat contra Arresta Parlamenti nostri directè vel per obliquum, tacitè vel expressè, aut alias quovis modo, contraire, vel literas impetrare, per quas Arrestorum executio impediatur vel retardetur, vel contra ea veniant impetrantes. Quod si fecerint in emendam 60. librr. Paris. nobis applicandarum luci-*

18. *Callidum Regum commentum.*

19. *Discrimen inter comitia & parlamenta.*

20. *Potestatem Parlamentorum esse mandatam à Rege & precariam.*

21. *Quotannis à Rege communicari.*

22. *An Parlamenta condant leges.*

incidant & ideò eatenea ntur au' nisi à nobis literas habuerint. lib.6. Corp.Gall. t.11. libr.2. Henricus II. *in edict. Anno* 1551. jubet *exequi edicta, de la Cour ou chambre des Monnoyes sans demander aucunes lettres de visa, placet, ou pareatis. l 11. Corp.Gall. t.5. l.1.* §.6. & Haillan. *libr. 3. d' estat. de France* testatur, *que la cour grande ne soit subiette à aucune loy, statut, ny ordonnance, ains juge en equité & sans appell.* Nam, arresta, quæ propriè leges vocari non possunt, sed præjudiciorum tantum naturam & vim habent, non suâ præsidumve sed regia autoritate valent. Leges enim & constitutiones in regno Franciæ solum Regem facere posse tradit Bald. *in c.1. de const. Decret.* & Barbat. *in c. memini. de off. de legat.* in quem sensum expressius scribit Boer. *in tract. de Autor. magni Cons. n.*170. *Dominos de Parlamento nec de jure nec de facto posse leges aut ordinationes facere, secundum rationem & veram sententiam Doctorum. Barclai. l.2. cont. Monarch. in fin.*

23. *Arresta distingui à Legibus.*

Senatus Parisiensis ingenuè confessus est in causa Academiæ quæ rogabat, ut edicta Ludovvici XII. quibus Scholasticorum privilegia circumciderat & libertati eorum paulò duriores leges tulerat; in mitiorem sententiam interpretaretur. *Sibi ad hanc rem potestatem non esse: se a Rege jussos promulgare leges, quas ipsi visum fuerit ferre. Apud illum autoritatem esse abusus tollendi & corrigendi errata, quæ a subditis commissa comperisset. Guagn. in Ludov.*12.

24. *Et subjici correctioni Regis.*

Imò ipsa Arresta, licet sine appellatione ferantur, correctioni tamen Regis subjacent, ut Philippus sibi reservavit, teste Budæo *ad l. ult. C. de Senat. Quod si quid in iis, (sc. sententiis, seu arrestis) exstiterit vel ambiguitatis, vel erroris, quod modò momentum habere videatur, volumus & sancimus, ut eorum enarratio emendatio & interpretatio, atque etiam si opus sit, inductio ad nos, ac consilium nostrum commune, ad majoremve partem ejus pertineat. Quæ tamen omnia cum ingenti animadversione, nec injussu nostro, nec citra rescriptum nostrum fieri volumus jubemusque.*

25. *Cum ab iis supplicatio instituatur.*

Unde Rex judicium Parlamentorum sæpè rescindit, & semel definitas causas denuò vel ipse definit, vel aliis definiendas delegat. *Rebuff. in tr. de supplic. n.*41 *de Evocat. n.* 6.46. *Duar. ad t. de jud. & restit.* Sublata enim appellatione nõ intelligitur superiori summa jurisdictio ablata, cum in Galliis præter appellationem supersint Revisio, Propositio erroris & Supplicatio *Pap.3. Notar. 1c. t. des moiens contre Arrests. & lib.19. Arr. t.8. c. de la forme des jugemens & Arrests, & remedes contr' iceux. Chassan. in proœm. Consu. Burg. verb. de noz parlemens. Gl. Corp. Gall. li.7. t.6. & 11. Fontan. in practic. Masu. t. de appellat.* quemadmodum & in Camerâ Imperator & Electores imperium sibi reservarunt per Syndicatum & Revisionem, *Ord. Camer. part. 3. t.53.* & in Rep. Romanorum, licet a sententia præfecti prætorio appellare fas nõ esset via tamen ad Imperatorem patebat per supplicationem. *l. un. C. de sent. præf. præt. l. ult. §.5. C. de temp. appell. Nov.82. §. nostros autem.* A Parlamentis igitur ad Regẽ ascendere licet, *par voye de supplication.* sed si quis à rege ad Parlamenta devenire velit, cũ jam Curia ipsa reu Majestatis pronunciavit, *Rebuff. in tr. de suppl. n.*53. quia à Majestate velle provocare ad alium, stultum est. *l.1. §.1. A quib. appell. non licet. c. cuncta. 9. q.3.* Et sic patet, quantum à regia seu absoluta potestate absit autoritas precaria & ad leges placitumque Regis limitata Parlamentorum: Sed & eadem non extenditur ad arcana imperii aut potiora negotia, quæ Tiberius ad curam principis revocabat, cum minutiora Senatui relinqueret, *apud Tac. l.3. Annal* verum cõsumitur in solis litib. dijudicandis & finiendis controversiis seu subditorum inter se, seu cum magistratibus Regiis, prout innuit Budæus, *d. l. ult. C. de Senat.* Inquiens: *In ea curia, in qua summa jurisdictionis Gallicæ atque etiã juridicialis imperij sita est, omnia inesse mihi videntur, quæ & in Senatu & in centumviratu & in Areopago erant duntaxat, quoad jurisdictionẽ imperiumque judiciale attinet.* & Boer. ait *in addit. ad tr. Ioh. Monta. de autor. Magni Consil. n.*117. *Parlamẽta fuerũt instituta per Reges Franciæ ad jura partib. reddenda, & nõ profectò ad alia regiæ Majest. reservata, & per populum in ipsum principẽ translata facienda.*

26. *Circa quæ ita occupentur Parlamenta.*

Sic ni circumcidit Carolo IX. jurisdictione eorum: *An.* 1563. *La Cour n' entreprendra de faire aucunes ordonãces ni edicts, ni declarations generales sous le nom d' ordonnances ou Arrest, ains en laissera faire au Roi, excepté ce qui concerne le stil de la Cour, & autres choses semblables. l.1 Corp. Gal. t.7. l.6.* Et alibi. *Ne s'entremettra de*

Finan-

Finances du Roy, n'entreprendra de faire expedition ſur requeſte ſans letres du Roy en cas, dont la permiſſion & conceſſion appartiẽt & eſt reſervé a la Mateſtè du Roy, comme de coupper Bois de haute fuſtaie par gẽs d'Egliſe, auctoriſer les reſcripts du S. ſiege pour ſecularifer Monaſteres. &c. N'entreprandra auſſi de bailler ou decerner recõpenſe aux ſubjets du Roy, les uns contre les autres en forme de Marque. Que toutes commiſſions de la Cour ſeront ſeellees du Seau du Roy & ſous ſon nom &c. lib. 1. Corp. Gall. t. 12. l. 14. art. 1. 2. 3. 4.

27. *Imp. Gallicum eſſe Monarchicum.*

Cum igitur Rex reſervarit ſibi omnia Regalia integra vel non conceſſerit, niſi precaria & ſummæ ſuæ juriſdictioni obnoxia, quid ſupereſt, niſi ut in eo ſinceram & nullo temperamento inquinatam Monarchiam agnoſcamus, quam Baldus jam olim ſcripſit eſſe *tanquam corporalem quendam Deum, & legem animatam in regno ſuo, ad t. de prohib. feud. alien. per Freder. col. ult.* Nam leges ipſe ſolus condit. *Bald in ca. 1. de conſtit. Decret.* eaſq; condendi poteſtatem Parlamentis ademit, *ut paulo ante diximus.*

28. *[illegible] Regis.*

Provocationem ab omnibus magiſtratibus & ab ipſis Parlamentis recipit, nec magiſtratus ab alio quàm à ſeipſo inſtitutos tolerat. *lib. 1. Corp. Gall. t. 12. l. 14.* etiam minores in civitatibus ſua autoritate munit *lib. 10. Corp. Gall. t. 8.* Nam olim cum Ludovvicus Sanctus matri, tanquam Regenti, ut vocant, regiam poteſtatem ad regnũ, dum Rex abeſſet, adminiſtrandum, conceſſiſſet, inter cætera adjicit *facultatem recipiendi ad regni negotia, indeq; removendi, quos placuerit, Baillivos, Caſtellanos, Foreſtarios & alios in ſervitium ſuum, & regni miniſtros ponendi & amovendi, dignitates etiam & beneficia Eccleſiaſtica conferendi. Maſſon. 3. Annal.*

29. *In beneficia Eccleſiaſtica.*

Habent enim reges Franciæ jus peculiare in Eccleſias, & beneficia Eccleſiaſtica, quod Philippus VI. ijs competere dicit, *par cauſe de Regale, & de la nobleſſe de la couronne de France, lib. 10. Corp. Gall. t. 3. l. 2.* referriq; putatur inter Regalia. *in c. præterea quoniam. de jure patron. c. generali. de Elect. in 6.*

30. *[illegible]*

Pragmatica ſanctio Regibus attribuit quorundam beneficiorum non tantum *ius patronatus, ſed & præſentationem, collationẽ, conſtitutionem, inſtitutionem, vel proviſionem, Prag. ſanct. t. de Elect. c. licet §. verumtamen,* In bello quin dominetur Rex non eſt dubium, cum etiam gladios portare prohibeantur, qui Parlamentis interſunt. Et ſic eodem jure utitur in minora Maieſtatis capita. *Le Droict de Reſne, haut paſſage. & impoſitio foraine, enſemble de l'entree & deſcente, des marchandiſes Foraines aux ports villes & havrez, ordonnez pour y payer le droict de Gabelle, appartient au Roy* quemadmodum de his omnibus extant edicta Caroli V. 1376. Caroli VI. 1398. *art.* 6. 1393. *art.* 10. & 11. Caroli *VIII.* 1403. *art.* 1. Franciſci I. 1540 *art.* 1. *&c.* Et Carolus VI. decrevit 1392. *die* 20. *Maij.* regis ſolius eſſe, Mercatoribus gratiã & remiſſionẽ vectigaliũ facere. Carolus V. *in confirmatione privilegiorum Univer. Pariſ.* 1366. dicit. *Quamvis de jure noſtro regio cognitio pedagiorum & immunitatũ ad nos & forum noſtrum ſpectet & ſpectare dignoſcatur.* Carolus item *VII.* 1446. *Voulgns les inſtructions & ordonances Royaux de Tailles eſtre gardees & executées ſelon leur forme & teneur. Corp. Gall. l. 10. t. 12. l. 3. t. 16. l. 1.*

31. *Quinam tribuant abſolutam poteſtatem.*

Atq; ita deprehenduntur omnia Majeſtatis jura penes ſolũ Regem reſidere, cui ideircò non dubitamus, abſolutum imperium aſſignare cũ Baldo *in d. t. de prohib. feud. alien. per Frid.* Ferald. *de jur. reg. Fran.* Claud. Seiſſe. *lib. 1. de Rep. Gall.* Guil. de la Perrier. *in Specul. Pol. t. de Rerump. divſ.* Franc. Bellefor. *in præf. in hiſt. Gall.* Barcl. *l. 2. & 4. contra Monarchom.* Hail. *li. de ſtat. Fran.* Bodin. *li. 1. de Rep. c. 8. li. 2. paſſim.* Merul. 3. *Coſmog. par. 2. c. 17.* Serre. *in pr. li. 1. Invent. Franc.* Sanſov. *li. 1. de ſtat. reg. Gal.* Papon. *l. 4. t. 1. art. 1. & in prolog. lib. de Arreſt. ex.* Bud. *d. l. ult. de Sen.* Boët. *in tr. de autor. magni Conſ.* & alijs infinitis, quorum ſententiæ ſubſcribit vulgaris clauſula, qua reſcriptorum ſuorum rationes reddere ſolent Reges:

32. *Explicatur clauſula: Tel eſt noſtre playſir.*

Car tel eſt noſtre playſir. Hottom. *c. 11. Francog.* redolere hanc formulam priſtinam Comitiorum autoritatem tractamq; eſſe diſputat ex Latino, *Placito*, quo antiqui Scriptores deſignant Comitia, ut apud Aimon. Turon. Adon. Nithard. Frodoard. Eginhard. videre eſt. Sed ut comitia vocari ſolita ſint placita, fortè à Germanico vocis origine derivata, ſententiam autem aut decretũ Comitiorum apud ullum eorum Autorum placiti nomine non laudatur. Quin potius ea ætate clauſulæ iſtius nõ fit mentio, quæ, quò magis jacuerunt comitia,

eò crebrius usurpari & invalescere cepit, nihilque aliud designat, quam quod *in §. Sed & quod. Instit. de jur. nat.* dicitur: *Legis vigorem habere, quicquid Principi placuerit.*

33. *Non repugnare absolutæ potestati consiliorum autoritatem.*

Huic verò Monarchiæ Regali nihil officit, quod Brutus objicit, quodque Haillan. permovit, ut licet confiteretur, Regi competere absolutam potestatem: tamen partem imperii tribueret Optimatibus, *pource, que souvent ce, que le Roi a dit, donè, & accordè, est revoquè, cassè, & rescindè par l'autoritè du conseil. l. 3. de stat.* Nullus n. Rex, quatenus talis, adeò Tyrannicè imperio utitur, ut non ardua quæque negotia magnique præjudicij, antequam ea aggrediatur, Senatui suo præconsultanda exhibeat, non, ut illum se superiorem constituat, quod naturæ Senatus, Magistratuum, & Subditorum repugnat, sed multis aliis de causis, quas in *cap. de Senat.* proponemus. Plus enim autoritatis & paratius obsequium merentur, quæ ab omnibus, aut loco omnium à præcipuis probata sunt, gratiusque reddit imperium Imperantis cum optimis civium consultatio, dum minus in publicum detrimentum directa sibi quisque persuadet ea, quibus dirigendis autores fuerunt viri primarij & publicæ salutis studiosi. Quia & labi possunt Principes aut circumveniri, cuius suspitionis avertendæ gratiâ concessionis in Senatu denuò examinari sinunt, & simul ut ea expeditius promulgentur, & ad acta fidelius pro memoria posteritatis referantur. Eum in finem Reges Franciæ, imitatione optimorum quorumque Regum, non dubitarunt edicta & rescripta sua Examini doctiorum spectatiorumque civium in Senatu subjicere, quemadmodum Antiochus III. magistratibus licentiam dedit mandata regia, in quibus contra leges aut normam justitiæ aliquid dispositum inveniretur, tamdiu in suspenso tenendi, donec Regem admonuissent. *Plutarchus in Apophteg.*

34. *Reges ultrò se submittere magistratib.*

Sic etiam Ludovvicus XII. literas regias ad gratiam maleficis faciendam impetratas nullius vult esse valoris, antequam examine judicum probatæ sint. 1499. quod repetiit Franciscus I. *in Edict.* 1535. *Chaps.* 13. *art.* 33. *libr. 9. Corp. Gall. tit.* 18. *l.* 1. *§.* 1. Idem Ludovicus literas donationum & alienationum non prius à Parlamentis & Thesaurariis in effectum dari jubet, quam ibidem assensum meruerint, *in Edict. Ann.* 1498. *à Angiers*, quod repetiit strictiusque tulit Carolus IX. *Anno* 1566. & jam ante edixerat Carolus IIX. *Anno* 1492. *à Paris.* 24. *Iun. lib.* 10. *t.* 1. *l.* 10. *§.* 4. *t.* 6. *l.* 5. & 6. Imò Carolus VII. *in Constitut. de Thesaurar. Ann.* 1445. dicit: *Les Tresoriers de France ont pouvoir de voir, & visiter toutes nos lettres & mandemens patens touchant nostre Domaine, tant en matiere d' Offices, Commissions, Dons & assignations, comme autres charges ordinaires & extraordinaires & icelle estendre à tout ou en partie, ou les verifier & ordonner ainsi, qu'ils verront estre à faire par raison. L.* 11. *t.* 3. *l.* 3. *in pr.* Unde Seissell. *l.* 1. *de Rep. Gall.* ait: *Patrimonium regni Regibus alienare non licet, nisi magna cogente necessitate, quæ multa Senatus deliberatione adeo curiose examinatur & disquiritur, ut propter incertitudinem venditionis pauci earum verû aliquid sibi emendum & subeundum periculum putent, & hoc quidem Rex seipsum servaturum & ab aliis, ut observetur, præcepturum, cum ad ipsum imperij summa defertur, solenni jurejur. pollicetur. Quanquam enim Regibus concessum est, ut i fruí possessionibus ac facultatibus regni suo arbitrio: tamen omnium expensarum rationes referuntur ad quæstores ac ærarij præfectos, qui illas minuendi potestatem habent, si vel immoderatas esse, vel inutiles deprehenderint.* Multas enim Caroli VI. donationes præfecti ærarii induxerunt. subscriptis his verbis: *Immodicè datum & repetatur. Æmyl. libr* 9. *histor. Franc.*

35. *Cur Reges patiantur donationes suas ... non ... [illegible]*

An autem ex illo Curiarum examine, cui edicta sua Rex sponte subjicit, summa potestas illis assignari jure potest, etiam supra Regem? non credo, nisi servum Domino, magistratum Regi, æquiparari debere consentias, quandoquidem non tantum Parlamentis, sed & præfectis ærarij cognitio datur in edicta regia. An verò Rex patietur sibi imperari ab eo, quem simul ac transversium conspexerit, officio & autoritate in universum exuere potest. Faciunt importunæ [illegible] tium preces, ut cogantur Reges sæpe concedere non concedenda, *lib.* 1. *C. de [illegible] bon. subl. gl. in c. cum in juvent. in not. [illegible] Canon.* eaque est conditio Im[illegible] ut ne[illegible]

neminem facile à conspectu suo tristem dimittere velint, ut dicere solebat Titus. Ergò, quò invidiam à se in magistratus declinent, ipsi quidem gratiam faciendo & largiendo, promtos ad juvandū se subditis patefaciunt, sed quia omnīū precibus satisfacere, salva justitia & salva integritate Reipu. non possunt, Magistratibus examinandum transmittunt, quantùm res publicæ patiantur regiam clementiam liberalitatemq; extendi, inque eo imitantur testatorem, qui, quæ legaturus est, negat se legata velle. *l. cum mihi. 12. §. 3. de legat. I.* Hac quippe ratione à subditis benevolentia ipsorum accusari non potest, nec tamen commodis Reipublicæ in cujusquam gratiam detrahitur, nec imperium regium pessundatur, quia, quicquid huius faciunt, non faciunt coacti Reges, sed libera voluntate aliorum quantumvis inferiorum arbitriis se submittunt. Nemo enim est, qui submittere negantem cogi possit. *Nov. 23. c. Anteriorum. 2. q. 6.*

36. Regem decernere & agere contra Parlamentum.. Tergiversabatur Parlamentum Parisiense in restitutionem Iesuitarum consentire, & tamen Rex eos restituit, & ignominiosam columnam demolitus est. Edictum Pacificationis superconcesso exercitio utriusque religionis, tàm Catholicorum, quàm Hugonotarum, manibus pedibusque nisi sunt Domini de Parlamento retractare. At quid iis respondit Henricus IV. *I'ay faict l'edict, je veux, qu'il s'observe. Ma volonté devroit servir de raison: On ne la demande jamais au prince, en un estat obeissant. Ie suis Roy maintenant, & parle en Roy. Ie veux estre obey en Roy. Matth. lib. 2. hist. Henr. IV. narr. 1. num. 7.* Quod igitur fieri solet in omnibus actibus, quibus sibi quisque legem tulit, ut mutata voluntas mutet legem, ita nihil operantur rescripta priora, quibus Parlamentis aut Magistratibus in Regia mandata animadvertendi sit potestas, si Rex ex plenitudine potestatis & certa scientia aliter fieri jubeat. Legem enim omniū Dominus est, & quod ipsi placuit, pro lege habetur, cum lex posterior semper deroget priori, & quævis Principis vox, in eum finem emissa lex sit. Unde apparet respectu Regis, legem omnem esse ambulatoriam & arbitrariam, (puta quæ sit ex positivarum numero, & qua Rex non obligetur ex pacto) ac si quā sesili accommodet, id non fieri ex debito, sed ex liberata voluntate, quam mutare pro mutatione rerum & circumstantiarum liceat, id quod de Rege Francorum, ut thesin applicemus hypothesi, probatissimi quique scriptores ultrò fatentur. Claud. Seisse. *d. lib. 1.* *Multa quidem sunt alia leges regni nostri, quas omitto, & satis est mihi illas recensuisse, quibus Regum autoritas temperatur, quod ad ipsorum laudem pertinet. Nam si quidvis possent, multò essent Deo imperfectiores, & sicut Deus ipse non idcirco, quia peccare non potest, minor est seipso, sed eò illustrior fit & admirabilior ipsius perfectio & omnipotentia: Sic etiam Reges cum suis ipsi legibus obtemperant, ad salutem regni spectantibus, multò majorem laudem merentur & ad perfectionem propius accedunt, quam si ex arbitrio & voluntate omnia gerant, & hoc modo temperata ipsorum potestas ad Aristocratiam proximè accedit, utque solidiore fundamento nixa firmius consistit.* Budæus *li. ult. C. de Senat.* *Hujus scilicet Parlamenti autoritate rata irrita Principum acta, ne ipsis quidem recusantibus, fiunt. Vna hac Curia est, à qua sibi jus dici Principes legibus soluti civili animo ferunt: quam autorem fieri sacrandis promulgandisque sanctionibus suis velint, cujus consilij censura constitutiones eximi, edictaque sua nolunt, imò cuius decretis hujusmodi sua facta consecrari æternitati velint.* Papon. *lib. 4. Arrest. t. 1. A. 1.* *Combien, que noz Rois soient dispensez de l'observation de la Loy & soient sur la Loy, comme ne recognosans aucun superieur, si est ce, que pour mouvoir & entretenier leurs subjects a continuer l'obeissance, qu'ils leur doivent & a leur justice, ils ont biē voulu tousiours se soubsmettre de leurs differens au Parlement de Paris, ainsi, qu'on trouve par infinis Arrests, tant du vivant de Sainct Louvis, qu'autre temps.* I*dem in prol. libr. Arrest.* *A la quelle les Rois privativement sur tous autres ont tant deferè, que combien, qu'ils se vissent dispensez de la Loy & sur le droit positif, ce neantmoins ont bien voulu soy soubmettre à la dite Court, pour y avoir justice a l'exemple d'Antigonus Roy.* &c. & ipse Seigneur d'Hallan *lib. 3. stat. Franc.* *Les Rois ont jusques la soubmis leur autoritè, que leurs volontes generales n'obtinssent lieu d'Edicts, si non, qu'elles eussent estè verifices & omolo-*

37. *Quando accedit Parlamentis cedere ultro.*

omologuees en ce lieu. Sicut igitur Imperatorum primorum aliorumque Regum Majestati nihil detraxisse voluntariam, qua se legibus conformes gesserunt remissionem, eò quod quæ libera volũtate fiunt, æquè fieri possint & non fieri alibi demõstravimus: *l. 1. de jur. Mai. cap. 3. n. 8.* Ita nec Regibus Francorum fraudi esse debet, *quod civili animo, ut loquitur Budæus*, legibus obsequantur, quoniam si locus & tempus exegerint, non tantùm contra legem agere, sed & legem ipsam non modò cum Agesilao invertere, sed & antiquare & novam substituere, autoritate Regali, possent.

De statu Reipublicæ Polonicæ.

SECT. 7.

1. *De statu Regni Poloniæ.*
2. *Monarchiam Polonorum cum successione decrevisse.*
3. *Regis Polon. ex conventione abdicare potestatem ferendi leges.*
4. *Leges fieri autoritate omnium Procerum.*
5. *An ad Regem vel comitia appellent Poloni.*
6. *Penes quos sint cætera Majestatum jura in Republ. Polonorum.*
7. *Omnia penè acta regis examinari & reformari à Senatu.*
8. *Ex quo ceperint Regia iura diminui.*
9. *Prærogativæ Regum.*
10. *Potestas Senatorum.*

POssem hic latius divagari & ostendere, quàm malè Casus *lib. 3. Pol. cap. 5.* regnum Angliæ, & Buch. *in Dial. de iure regn. Scot.* regnum Scotiæ ad mixtas Respubl. detrahat, eò quod Comitiorum utrobique magna sit autoritas. Sed quia de absoluta regum istorum suprà subditos potestate jam multa nobis disputata sunt *in tr. de Autor. princ. in popul.* & plura adjiciemus intrà *tract. de subdit. & de Senat.* rem illam hoc loco missam facimus, nec nobis propositum est, Respublicas
1. De statu regni Poloniæ.
omnes hoc capite ad examen revocare, sed exemplum tantum unum atque alterum veræ mixtionis proponere, ad quam tendunt etiamnum Ungarorum, Danorum, Suecorum & Polonorum, & omnia in universum regna, quæ electione libera magis, quàm hæreditario jure deferuntur, siquidem Electio hoc habet proprium, ut Regem non admittat, nisi certis legibus circumscriptum, quemadmodum suprà diximus *c. 2. sect. 4. nu. 82.* De Polonorum in Reges autoritate jam olim verè dicebat Christiana, Cæsaris filia, Uladislai, qui patri Boleslao *III.* tanquam major natu, surrogatus erat, uxor: *Summum illud jus & Autoritatem Monarchiæ in Polonia umbratilem esse. Cromer. l. 6.* Nam ab excommunicatione Boleslai tracta occasione Poloni ceperunt successionem Regum interrumpere & precarios sibi Principes præficere. Miezislaum enim iterum propter avaram & impotentem dominationem unà cum liberis Principatu exuerunt, substituto fratre Casimiro, qui licet fratrem in integrum restituere omni conatu anniteretur, nihil tamen, repugnante Senatu, obtinere potuit, *Cromer lib. 6.* Ex quo tempore successio ita suppressa fuit in Polonia, ut Nobiles Reges arbitrio mero inducerent, abducerentq́, quibus videretur conditionibus. Licet enim Regi se subjectos fateantur, tamen, ut de Gallis dicit Boterus *lib. 2. Pol. Illustr. cap. 3. tractari volunt ut fratres: Alioquin statim audies: Apage, facesse hinc*, quandoquidem potestatem abdicandi sibi reservarunt, si vel minimum iuramento contravenerit, ut in juramento Henrici Andegavensis. *Si quidẽ (quod absit) juramentũ meum violavero, nullã nobis incolæ Regni obedientiã præstare tenebuntur. Bodin. l. 1. de Rep. cap. 9.* aut in juramento Steph. Batori. *Si, quod absit, juramentum in aliquibus violavero, nullam mihi incolæ regni omniumq́; Dominorum uniuscujusq́; gentis obedientiam præstare debebunt: Imò ipso facto eos ab omni fide & obedientia Regi debita liberos facio, absolutionem nullam ab hoc juramento meo à quoquam petam, neque ultrò oblatam suscipiam. Chytræus lib. 23. Saxon.* At quænã sunt illa capita, in quæ Reges Poloniæ jurare coguntur? an fortasse nihil cõtinent regiæ potestati adversũ? Certè Casimirus *III.* ægrè adduci potuit, ut juramentum præstaret, quod in illo totam regiam Majestatem periclitari cerneret. *Cromer. lib. 22.* Nam statim in primo capite abdicant à se præcipuum jus Majestatis, quod in ferendis & abrogandis legibus consistit. Spondent enim, *se velle omnia jura, libertates, [illegible] præ[illegible]legia publica & privata, juri commu[illegible] [illegible]usq́; gentis & libertatibus non contraria, [illegible]clesiasticis & Secularibus, Ecclesiis [illegible]ncipibus,*

2. Monarchiam Polonorum successione decrevisse.

3. Reges abdi[illegible]casse [illegible] conventione [illegible]

bus, Baronibus, Nobilibus, Civibus, Incolis & quibuslibet personis cujuscunq; status & conditionis existentibus, per prædecessores suos & quoscunq; Principes Dominos Regni Poloniæ & magni Ducatus Lituaniæ, a Casimiro M. justè & legitimè datas & concessas, emanatas & donatas leges ab omnibus Ordinibus tempore interregni statutas, atq; sancitas aut oblatas & pacta ac conventa Oratorum suorũ nomine suo cum Ordinibus, tenere, observare, custodire, tueri & adimplere in omnib. conditionibus, articulis & punctis in iisdem expressis. His quidẽ verbis juravit Stephanus, at eodem sensu ante, Ludovicus, *Cassov. An.* 1374. Iagello, *An.* 1422. Uladislaus *III. Ann.* 1434. Casimirus *III. An.* 1454. Iohan. Albertus, *Ann.* 1496. Alexander, *An.* 1503. Sigismundus pro filio Sigismundo Augusto *An.* 1530. qui pubes factus juramentũ patris ratũ habuit, *An.* 1537. Nõ debet quidem Princeps, quantũ vis absolutæ potestatis facilè Antecessorum actis & legibus pondus detrahere, sed si coactus valere sinat, quę mutare non potest, jam Majestatẽ perdidit, dum superiorem agnoscit, à quo cogitur, quemadmodum metu abdicationis ad legum, tàm ab antecessoribus, quàm ab ipsis subditis tempore

4. Leges ferri & corrigi in consensu omnium Procerũ.

interregni, procul dubio ad coërcendam potestatem regiam latarum vim in Polonia, Ungaria, Dania, Suecia alligatur. Atq; ita jã pessum ijt summi maximiq; Iuris dimidia pars, quæ consistit in abrogandis legibus, revocandis privilegiis & immunitatibus, &c. Nam Casimirus *III.* dum leges quasdam Casimiri *II.* & Uladislai *II.* corrigit & inducit, non suo arbitrio, sed consensui Baronum Prælatorum & Nunciorum Terrestrium autoritatẽ eam ascribit. *l.* 1. *Stat. Polon. c.* 2. *art.* 5. quorum autoritate & consensu novæ quoq; leges conduntur, ut confitetur Sigismundus in reformatione quarundam constitutionum. *Cracoviæ An.* 1507. Consensus quidẽ subditorũ in omni regno requiritur, sed non ex necessitate, nec ut eo pondus accedat legibus, quemadmodum in Polonia, non tantùm consentiunt Proceres & Nuncij Terrarum, sed deliberant, quæ à Rege proponuntur, eaq; prout videtur, vel antiquant, vel valere jubent. Unde Casimirus *III.* vocat *conventionem*, dum ex comitijs Niesłov. *An.* 1454. rescribit: *Pollicemur, quod nullas novas constitutiones faciemus absq; communi conventione*, cujus rationem addit Alexander Rex: *Anno* 1505. *Radomir. Quoniam jura communia & constitutiones publicæ, non unum, sed populum afficiunt.* Et huc respexit Sigismundus *Ann.* 1538. *Petricov.* inquiens. *Constitutiones novas, nõ nisi Consiliariorum & Nunciorum terrarum consensu secundũ statutũ Alexandri Regis faciemus. l.* 1. *Stat. Prilu. c.* 2. *art.* 6.

Porrò, quod attinet secundum Ius Majestatis, in quo Principatum obtinet extrema provocatio, certum est ab inferioribus judiciis causas non avocari ad Regem, sed ad conventus Regni. Sic enim statuit Sigismundus *An.* 1523. *Cracov. A sententia Iudicis terrestris & Castrensis, licet unicuiq; vel ad colloquia generalia, vel in delectu illorum ad conventionem regni appellare, Lib.* 4. *Stat. cap.* 27. *l.* 2. Quod enim *lib.* 1. *Stat. cap.* 2. *art.* 4. *§.* 1. *lib.* 4. *cap.* 27. *l.* 4. *§. Nihilominus.* à Terminis provocatio rejicitur ad Regiam Majestatem, id non aliter accipimus, quam plenitudinem potestatis, qua Imperator se nonnunquam uti scribit, referimusq; ad ea, quæ ex pristina forma Reipubl. necessariò remanere solent. Poloni per Regiam Majestatem non accipiunt Regem à Statibus separatum, cum sua Aula, sed ut Hottoman. *in Francog. cap.* 15. in Comitiis, quorum caput est, residentem & totius regni, seu omnium statuum autoritate consentiente judicantem: Aut non aliter censent appellationes deferri Regi, quam Revisiones in Camera intimantur Archiepiscopo Moguntino, non ut ipse solus de iis cognoscat, sed ut cognoscendas offerat visitatoribus. Sic enim & Regem demandare appellationes, quas receperit, Senatui judicandas. *Cromer. libr.* 12. *rer. Polon. Prilus. in comm. stat. d. l.* 4. *cap.* 27. *Kekerm. in libell. de R publ. Polon.* Nam Sigismundus *Ann.* 1550. *Petric.* appellationem simpliciter & immediatè promovit ad Comitia, nulla facta mentione motionis ad Regem, dum ait: *Ex colloquiis appellatio ad Comitia regni fieri debet.*

5. An ad Regem vel comitia appellent Poloni.

Si persequi velis cætera Majestatis Iura, præcipua invenies penes totum Senatum. & vix est, ut Regi Officiorum, Regiorum, Palatinatuum, Castellanearũ, Capitaneatuum collationem relinquat Iodoc. Ludovv. Decius *in lib. de gest. Sigismund.* Nam, quoad jus belli, Iagello coactus fuit, caduceatorem à bello

6. Penes quem sint cætera Majestatis iura.

Cruciferis inferendo revocare, quod Senatui bellum displicuisset. *Cromer. lib.* 15. Quoad jus religionis Stephanus liberā religionem cuisq; relinquere jurejurādo promittere coactus fuit, in quo sic cavetur: *Pacem & tranquillitatē inter dissidentes de religione tuebor, manu tenebo, nec ullo modo vel jurisdictione nostra, vel officiorum nostrorum statuumquè quorumvis autoritate quoscunq; affici opprimive causa religionis permittam, nec ipse afficiam, nec opprimam. Chytraeus li.* 23. *Sax.* Quoad Ius cudendæ monetæ, Iagello id concessit Thesaurario, *Ann.* 1422. *lib.* 2. *Stat. c.* 6. *art.* 2. *l.* 1. qui idem suo arbitrio & jure curator est & præfectus ærarij, ex dispositione Alexandri. *Ann.* 1504. *Petric. l.* 1. *Stat. ca. art.* 4. *l.* 3. Imò omnia ferè Regis acta subjacent cēsuræ Senatus, à summis usq; ad ea, quæ intra cubiculum geruntur.

7. *Omnia penè acta Regum examinari à Senatoribus.*

Etenim testamentum Casimiri Magni irritum pronunciatum & rescissum fuit, ea solum de causa, quod inscio Senatu conditum esset *Cromer. l.* 13. Iagelloni in Litvaniam, provinciam paternam, iter adornanti, additus est à Senatu Comes & Inspector Sbignæus Episcopus Cracoviensis, ne quid de sua unius sententia ageret. *Crom. l.* 19. Casimiro *III.* quatuor adjuncti sunt Senatores, qui Aulam eius sequerentur ea autoritate, ut, quicquid à Rege absque horum consensu gestū sancitumq; esset, tanquam irritum rescinderetur. *Crom. lib.* 22. Denique ne in re quidem domestica & facultate ducendi uxorem, sui arbitrij esse Regem confitetur Sigismundus. *lib.* 1. *Stat. c.* 1. *art.* 4. *l.* 1. & Iagelloni perpetuæ motæ fuerunt discordiæ, quod tertium & quartum matrimonium inconsulto Senatu contraxisset. *Crom. l.* 18. Usque adeo omnia ad suum forum traxit autoritas Senatus. Nam Sigismundus Augustus *Ann.* 1548. *Petric.* in se recepit: *Nunquam se commissurum, ut non communicato cum Senatoribus consilio, ulla de re quicquam statuat. Lib.* 1. *Stat. c.* 1. *art.* 4. *l.* 9. *c.* 3. *art.* 1. *l.* 20.

8. *Ex quo ceperint Regia iura diminui.*

Antiquitus quidem liberiori potestate dominabantur Reges, cum adhuc succederent, nec ullis populi principumve votis Majestatem deberent, *Cromer. in lib. de Magist. Polit.* sed cum Ludovvicus Rex, mascula sobole destitutus, uni ex filiabus regnum reservatum cuperet, non tantum ad consensum Polonorum elaborandum permultum, à Regio jure decedere, *Lib.* 1. *Stat. c.* 2. *art.* 1. sed ipsa Hedvvigis, & qui invitæ inducebatur, maritus Iagello coacti fuerunt quibuscunq; conditionibus acquiescere, modò nollent precario regno excidere. Et Iagello iterum non potuit uni ex filiis lampada tradere, nisi in tantùm Regia jura diminuisset, quantum communi autoritati adderet, in quorum arbitrio erat, utrum Rex esset filius vel minus. *Crom. lib.* 19. Splendorem nihilominus pristinum retinent Reges, ut cœna sua neminem subditorum dignentur, nisi suppliciter ubique dicantur a Nunciis Terrestribus adiri & rogari, quò hoc vel illud statuant, quod ut statuatur, magis est in manu eorum, qui rogant, quàm qui rogatur. Quò pertinet etiam, quod crimen læsæ Majestatis non committatur, nisi in persona solius Regis, *lib.* 1. *Stat. c.* 1. *art.* 4. *l.* 6. *Thom. Dresner. in process. judic. regn. Polon. t.* 1. *de jud.*

9. *Praerogativae Regis.*

Cæterum in splendore non consistit Majestas, & plerumque, quò plus servatur alicui honoris, eò plus adimitur potestatis. De potestate verò, præterea, quæ nuper diximus, certiores non reddet Stanislaus Orichov. *in orat. de leg. ad proceres:* ubi ait: *Rex Poloniæ nihil aliud est, quam os quoddam regni vestri, vobiscum conjunctum, libero ac legitimo vestro suffragio: ut is prorsus nihil agat, nihil moliatur, ac ne loquatur quidem, nisi id, quod ex intimo sensu vestro publicè sit profectum. Senator autem, quem Majores præsidem libertatis atq; custodē esse voluerunt; ea ratione Regi adjungitur, ut custos is sit & vindex illius cupiditatum, ac ut in sententiis dicendis Regi præeat, illumq; doceat, quid illi pro communi vestra salute agendum edicendumve sit.*

10. *Senatorum*

CAPVT SEPTIMVM
DE OPTIMA REPVBLICA.

SVMMARIA.

1. *Discrimen inter Rempubl. bonam absolutè, & bonam ex hypothesi.*
2. *Ex comparatione Rerumpubl. inter se palma defertur Monarchia Regia.*

SECT. I.

SECTIO I.
Discrimen inter Rempubl. bonam absolutè, & ex hypothesi.

1. *Cur agendum de optima Republ.*
2. *Quod primum est, non statim esse finem.*
3. *Quod mensura est, in quoq; ordine prius cognoscendum est.*
4. *Figmentum optimæ Reipubl. Platonicæ rejicitur.*
5. *Bonum aliud dici absolutè.*
6. *Aliud ex collatione ad subjectum.*
7. *Non omnes Resp. esse omnibus accommodas.*
8. *Quæ sit optima Respubl. ex hypothesi.*
9. *Distinctio temperamenti æqualis ad pondus & ad justitiam.*
10. *Ad cujus imitationem distinguitur Resp. optima ex hypothesi ab optima absolutè.*
11. *Circa quam distinctionem multi errasse deprehensi sunt.*
12. *Rempubl. Hebræor. quamvis à Deo ipso institutam, non posse vendicare pro omnium optimâ absolutè.*
13. *Ex legibus unius Reipubl. non posse nec debere corrigi formam alterius.*
14. *Remp. bonam absolutè posse evadere malam ex hypothesi.*

1. *Cur agendum de optima Republ.* — TEndenti ad finem Politicæ, non tantum finis præcognoscendus, sed etiam, si ita affectus sit, ejus virtutes, virtutumq; gradus simul comprehendendi sunt, quippe cum non tantum finem assequi nitamur in commune, sed simul, ubi diversi occurrant, properemus ad eum, qui cæteris præripit palmam bonitatis, præque omnibus aliis magis eligi meretur. Nam quod perfectius est & posterius, cæterorum quasi finis est, 8. *Phys. tex.* 58. *de Cœl. tex.* 12. 2. *de part. anim. c.* 1. non quod visus inter sensus, circulus inter figuras, homo inter animalia, & quævis species perfecta alias ejusdem generis sibi subjiciat, tanquam finis, ut disputat Piccol. *in Com. Polit. part.* 5. *circa fin*

2. *Primum non statim esse finem.* — quandoquidem non in eo collocat Arist. notionem finis 2. *Phys. tex.* 23. ut sit ultimum quid & perfectum, sed ut ab hoc ultimo & perfecto cætera dependeant, cum effectus omnis à causis suis dependentiam necessariam inferat. Hominem quidem inter animalia primum statuit Aristotel. 2. *de gener. anim. cap.* 4. & ipsa animalia quodammodo inter se dicit coordinari, 12. *Metaph. tex.* 52. sed, cum species singulæ sua propriâ perfectione subsistant, nec una subjiciatur alteri, nisi fortè accidentali respectu, quemadmodum homini datum est imperium in animalia bruta, *Genes.* 2. *Psalm.* 8. non licet ex ordine prioris & posterioris inferre dependentiã causæ & effectus, quemadmodum nec Monarchiæ subjiciuntur Aristocratia & Democratia, licet illi, quoad præstantiam, primas paulò post tributuri simus. Nihilominus, quod in toto ordine primum est, si cognitionis facem cæteris præferat, primo loco inquirendum & explicandum venit, eò quod mensuram præfiniat, ad quam reliqua exigantur, & examinentur, imprimis si quæstio sit de rebus agendis, ubi consultatio in distinctos fines incidens, unum præ altero eligere debet. 3. *Eth. cap.* 3. Necesse enim est omnia bona cognita esse illi, qui ex omnibus electurus est Optimum. Ideoque præcipuum Politici munus collocat Aristotel. *lib.* 4. *Polit. c.* 1. in eo, *ut videat, quænam Reip. forma quibus civibus conveniat, & quæ sit optima,* id quod hoc *cap. ult.* eò commodius expediemus, quò diligentius omnes Rerumpubl. differentias, quas inter se conferri oportet, præcognitas & declaratas habemus.

3. *Quod mensura est, in quoque ordine præcognoscendum.*

4. *Figmentum optimæ Reip. Platonicum rejicitur.* — Optimam enim Remp. dum nominamus, non intelligimus Idæam aliquam inimitabilem, in Utopia, aut in aere ædificatam, qualem *in lib. de Rep.* finxit Plato, & Arist. *Lib.* 2. *Polit. c.* 3. *lib.* 4. *c.* 1. ex hac causa à consideratione Politica removit, quod imitatione nulla exprimi, nec in ullam civitatem induci queat. *Pleriq;, inquit, eorum, qui de Rep. disputant, etsi alia rectè dicunt, à rebus tamen utilibus, quæ in condenda Republ. usui esse possint, aberrant. Neq; enim de Optima tantum videndum, sed de ea quoq;, quæ haberi possit: Idem de ea quæ sit facilior & omnibus communior.* Quorsum enim commendat Piccol. *grad.* 10. *Mor. c.* 25. Rempubl. Platonis, tanquam naturæ consentaneam, si nulla hominum conditio eam capere non potest? Nec enim id quæritur in Politicis, ut Idæa quædam Reip. fingatur, quam nullibi, nisi inter Idæas aut in cœlo, ut confitetur Plato ipse *lib.* 9. *de Rep.* invenire liceat, sed, cum disciplinæ practicæ opera sua in

actum deducere promittant, tales solummodò formæ Rempubl. in considerationem trahendæ sunt, quibus mores civium non repugnent. Impossibilia enim nec sub artem cadunt, nec sub deliberationem. *3. Eth. c. 3.*

5. *Bonum aliud dici absolutè.* Porro, quod optimum Bonúve denominatur, aut tale est *absolutè*, aut *in comparatione ad rem subjectam.* Bonum enim definit August. *contra Epist. Manich. c. 36. & 33. lib. de nat. bon. c. 4. & 7. in fin.* per *Congruentiam,* seu ut recentiores Methaphysici approbant, per *Convenientiam,* in qua radicem agit appetibilitas, quã pro ratione boni afferebant Veteres. *1. Et. c. 1. 10. Et. c. 23. Eth. c. 4. 1. Pol. c. 1.* Alia autem alijs conveniunt, nec idem omnes appetunt. Nam quod Diogenes ex sententia Stoicorum, bonum definiebat, quod esset *naturâ absolutum, Cic. 3. de fin.* aut Seneca quod esset *honestum, Sen. ... Epist. 31.* *sincerum, Epist. 74. 88.* *secundum naturam, Epist. 118.* aut Speusippus, quod *sui ipsius gratiâ expetendum,* quod *in omnibus salutis causa, a quo proveniunt, quæcunque sunt eligenda, In defin. Plato.* id ex Stoicorum, qui nullum agnoscebant bonum, nisi absolutum, vel Platonis erroribus tractum est, qui bonitatis prærogativam non relinquebat, nisi primo Enti. *Plat. in Phil. in Lysi. Plotin. Enn. 6. lib. 7. a c. 20. usq. ad fin. Enn. 8. lib. 1. c. 2. Alcin. c. 30. de doctr. Plat.* Quam multa enim suâ naturâ ingrata, diversitate subjecti, cui applicantur, gratam mutuantur bonitatem? Valetudo, quam indesperamus, annon acceptam ventriculo facit amaritiem absynthij? Annon Araneus alimentum præbet gallinis, qui homini venenum est? nec rectè infert Matthiol. *in l. 4. Diosc. c. 73.* Doronicum non summi ab homine impunè, quia necat canes & lupos. Quam multæ enim pestes serpunt in greges & parcunt civibus? nec ullum contagium humanum sævit usque in bruta, nisi aër totus putredine corrumpatur.

6. *Aliud ex relatione ad subiectum.* Imò quosdam videas inter media cadavera sine periculo versari, (Tanto antidoto à natura præmuniti sunt) quosdam solus è longinquo conspectus corripit. Quam multis noxium & tantum non lethale est vidisse feles, aut gustasse caseum, aut alium aliquem, quantumvis probum, sed idiosyncrasiæ ventriculi inimicum cibum? Adeò mutatur bonitas & convenientia rerum ex varietate subjectorum, quibus applicantur. *Bonum est,* inquit Apostolus, *uxorem non ... gere: 1. Corinth. 7.* At, cui quæso? An omnibus in universum. Imò *bonum non est, hominem esse solum: Genes. 2.* periretq; Respubl. cum Ecclesia, si à conjugio omnes æquali pertinacia abstinerent. Illis verò demum nõ convenit usus conjugij, quos vocatio, divina de gente in gentem præcipitat, quos don s continentiæ instruxit divina providentia, spiritualiterque castravit, hoc est, uno verbo dicam, *Qui sunt, sicut Apostolus. 1. Corinth. 7. Matth. 19.* Cæteris dictum est: *Melius esse nubere quam uri.* Bonum est medicamentum uti, non quidem hominibus sanis, quibus ea bellum movent, dum morbum non inveniunt, in quem pugnent, sed ægrous, & à naturali rectitudine prolapsis. Nec eadem alimenta omnibus ex æquo amica sunt aut proficua, sed ut explicat Aristoteles 4. *Pol. c. 1.* exercitia oportet mutari pro indole & natura corporum: Τῷ γὰρ κάλλιστα πεφυκότι καὶ κεχορηγημένῳ τὴν ἀρίστην ἀναγκαῖον ἁρμόττειν ἄσκησιν. Quæ verò ab hac perfectione cadunt corpora, iis immutandum quoque rigorem palæstricæ addit. Quemadmodum enim Cyrus indecorum esse censebat iniquum, ut grandiores curta tunica incederent, breviores vero longas traherent lacinias, eaque de causa, suum cuique tributurus, jubebat vestimenta proportionibus corporum accommodare. *Xenoph. lib. 1. Cyrop.* Ita oportet sagacem politicum corporibus civitatum convenientes inducere Resp. cum non omnes omnibus sint accommodæ. Inscitus n. sutor sit, qui omnium calcaneis eundem velit inducere calceum: Imperitus Medicus, qui uno collyrio omnium oculos se posse extergere putet: Imprudentissimus verò Politicus, qui non nisi unam Rempublicam omnium hominum Statibus, Moribus, Nationibus, omnibus locis & cuius Multitudini præscribere conetur. Et Aristoteles quidem *d. libr. 4. cap. 1.* non tantum accuratè monet, ut non tantum quæramus Optimam Rempublicam absolutè, sed & eam quæ optima sit in hac vel illa civitate. Verum etiam *libr. eod. cap. 11. in fin. & per tot. c. 12.* diligenter exponit, quod sit Optima Resp. ex Hypothesi, λέγω δὲ τὸ πρὸς τίνα ποία ... ἄλλης πολιτείας συμφέρει ...

7. *Non omnes ... optima.*

8. *Quid ... ex hypothesi.*

ὅλως, ὥστε καλῶς συμφέρειν ἑτέραν μᾶλλον εἶναι πολιτείαν. *Nihil prohibet, quin altera Rempubl. existente optabiliore, altera nihilominus magis conducat, vel præsenti tempori, vel moribus & qualitatibus civium.* Exemplum exhibet Xenophon. *in libr. de Republ. Athen.* dum instituta Atheniensiũ, quæ cæteris Græcis absurda, inepta, nefaria visa fuissent, laudabilia prædicat, quia corruptæ populi Atheniensium consuetudini meliora non conveniebant: nec dissimulavit eorum legislator Solon, quando leges à se latas non ausus quidem fuit pro Optimis venditare, sed *in tantum Optimas esse* dixit, *quantũ capere possent Athenienses. Plutarch. in Solon. Sunt enim aliæ leges simpliciter optimæ, aliæ optimæ iis, qui utuntur,* ut ait Aristoteles 4. *Polit. cap.* 8. & alia aliis populis videntur justa, 1. *Ethic. cap.* 3. sæpeque ex opinione magis, quàm veritate æstimatio fit. 5. *Ethic. cap.* 7.

9. *Distinctio Temperamẽti Aequalis ad pondus & Iustitiam.*

Nota est ex Medicorum scholis distinctio *Temperamenti æqualis ad pondus & ad Iustitiam.* Quod enim ex qualitatibus æquali lapsu deficientibus enascitur, & non plus participat unius, quàm alterius, *Aequale* vocatur *Pondere*, seu ut Piccolom. effert *de mixtion. cap.* 15. ad imitationem Aristotelis 5. *Ethic. c.* 3. & 4 proportione Arithmetica. *Gal.* 1. *de temp. c.* 9. *lib.* 1. *de san. tuend. c.* 5. Quod verò subjecti naturæ, cui debetur, ex amussim convenit, Aequale secundum Iustitiam, seu proportione Geometricâ. *Fernel. lib.* 3. *cap.* 4. *Argenter. in* 2. *Commen. art. parva.* Non aliter Rempub. unam vocamus absolutè optimam, quæ sine subjecti mentione consideratur, æstimata ex comparatione solarum formarum inter se: Alteram ex Hypothesi, quæ licet in se sit deterior, evadit tamen utilior in hoc vel illo subjecto, cujus indoli magis congruit, quàm congrueret ea, quæ habetur melior. Nec rectè arguit Antonius Faber *ad t. 1. Cod.* Calvinum seditionis, quasi subditos in Reges & Principes concitaret, dum Optimatũ statum Monarchiæ præfert, *lib.* 4. *Instit. c. ult. sect.* 8. siquidem Calvinus protestatur, Absolutè sibi sermonem esse de Rebuspubl. non de Repub. Gallorum vel Germanorum, prout notavit Iacob. Lect. *lib.* 2. *præscript. Theol. prop. Petit.* 2. Imò ipse Calvinus non rectè argumentatur, *d. §.* 8. à Republ. Iudæorum ad Aristocratiam absolutè, quando optimam Rempublicam statuendam contendit, quam Deus ipse in populo suo probâvit, quo ferè argumento etiam Bodinus utitur ad probandam præstantiam Monarchiæ. *lib.* 6. *de Republ. cap.* 4. *in fin.* & exertim Bellarm. *lib.* 1. *de Pontif. Rom. cap.* 2. Henricus Stephanus *peculiari bell. in hanc rem edito*, leges forenses Iudæorum ex orco in lucem revocat, omnibusq; Rebuspubl. tanquam speculum aut normam persuadere conatur, quod Deus ter sapiens non præsumatur quicquam sua voce imperasse, quod non sit depromtum ex justitiæ prudentiæq; intimis penetralibus, quemadmodum & de æquitate legum Mosaicarum multa disputat Ioseph. *contra Maneth. & Appion.* easque *Iustitiam ipsam* vocat Philo *in Antiq.* Cæterum quæ Deus præcepit, tanquam optima Iudæis, an illa statim optima sunt omnibus gentibus, toto licet cœlo ab illorum ingeniis & moribus divisis? Recordari debuisset Calvinus ejus sententiæ, quam contra Pontificios profert *libr.* 4. *Instit. cap.* 6. *§.* 2. *Quod in una natione fuit utile, id in universum orbem extendere, nulla ratio cogit.* Moses indulsit Iudæis licentiam divortiorum, propter duritiem cordis ipsorum, ut explicat Christus, *Matt.* 19. voluitq; devictas gentes funditus debere deleri, *Deut. c.* 20. nec passus est filias alienigenarum induci in thoros Hebræos, *Deut.* 7. *Exod.* 34. *Num.* 25. 3. *Reg. c.* 11. an alia de causa, nisi ne ad Idololatriam prolectaretur populus, qui innata consuetudine novos Deos.

10. *Item Respubl. optima absolutè & ex hypothesi.*

11. *Reipubl. distinctione multi lapsi sunt.*

12. *Rempubl. Iudaicam non posse statuo omnium optimam.*

Adscivit & se dedit aliis ritibus

Ignota sacra sequi facilis, ut ait Buchan. *in prol. Iephtha.* Tantum abest, ut Iudæorum leges ad omnes Respubl. promiscuè reducere debeamus, ut multa ex iis Christus ipse correxerit, quæ, corruptis moribus & naturæ regionis quam mutare non poterat, indulgere coactus fuit Legislator. Nam, ubi tantus idololatriæ metus non impendet, quisnam tam severus rigor propellet victorem ad perpetuam hostium internecionem? aut quæ causa excusabit frequentiam divortiorũ, postquam pertinacia cordium tantam iniquitatem amplius excusatam habere Christus negavit: Annon & Paulus nuptias cum Ethnicis initas sartas tectas conservat, antequam pars infidelis recedat? In tantum receditur quotidiè à legibus

Hebræorum, quantum mutantur mores populorum, & alias leges exigit alia vita. Benè Cicero de Pompeio: *Non tantùm illi videndũ fuit, quod Optimum, sed & quid necessarium. lib. 3. de ll.* & Augustus optimum statum vocabat præsentem, *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 4.* multaque à se decreta dicebat, quod ut aliter decerneret, seditionum violentia non pateretur. *Xiphil. in August.* Multa etiam propter adventum Messiæ & ad prohibendam confusionem, nec nõ ad sinceram continuationem familiarũ constituta in Republica Iudæorum leguntur, quæ nemo sanus Legislator nunc imitari vellet. An Aristoteli propterea dicam scribere jure posses, quod Electionem in Regnis potiorem fecerit necessaria successione, quia regia successio in ea stirpe apud Iudæos servata fuit, ex qua sperabatur Messias? Nam quod nõ desierit in Ochozia per Tyrannicam sævitiam Athaliç, ut suppositus Philo fingit, ex sacris literis patet, 2. *Reg. c. 11. 13. 14.* & 2. *Paralip. 22. 23.* ubi Ioas filius Ochoziæ patri substituitur, & continuatam hanc familiarum integritatem usq; ad nativitatẽ Messiæ demonstrat Stampel. *in explic. Vatic. Genes. 49.*

13. *Ex legibus unius Reip. non esse corrigendam formam alterius.*

Quod verò in unam aliquam Rempublicam singularis causa introduxit, non est statim trahendum ad alias quascunque, nec ex unius legibus judicandum de statu alterius, prout Nabis Lacedæmoniorum Tyrannus rectè admonet T. Quintium: *Nolite ad vestras leges atque instituta exigere ea, quæ Lacedæmone fiũt. Nihil comparare singula necesse est. Vos à censu equitem, à censu peditem legitis, & paucos excellere opibus, plebem subjectam illis esse vultis. Noster legumlator nõ in paucorum manu Rempublicam esse voluit, quem vos Senatum appellatis, nec excellere unum aut alterum ordinem in civitate. sed per æquationem fortunæ ac dignitatis fore credidit, ut multi essent, qui arma pro patria ferrent. Liv. lib. 34.*

14. *Remp. bonam absoluti posse fieri malam ex hypothesi.*

Si igitur Rerumpublicarũ formas & leges ad populorum mores & indolem nationum referas, fieri potest, ut etiam optima Respublica laudem perdat & incommoda censeatur, ut docet Aristoteles 4. *Polit. c. 11. in fin.* propter repugnantiam civium, quemadmodum Græci olim, Romani, imò universi ferè Itali Regium nomen abominandum vocarunt, quod libertatis amore inebriati, sub Tyrannidis legem damnarent omne Imperium, cujus ipsi partem non ferrent: Interim, si regnum absolute committas cum cæteris Rerumpubl. formis, non est dubium, quin eas multis parasangis post se relinquat, ut mox subjiciemus.

Ex comparatione Rerumpubl. inter se defertur palma Monarchiæ Regiæ. Sect. 2.

1. *Autorum numerus, qui Monarchiam cæteris statibus præferunt.*
2. *Ex Theologis.*
3. *Ex ICtis.*
4. *Ex Philosophis.*
5. *Qui sint illi, qui contra disputent.*
6. *Non quibusvis argumentis probari posse præstantiam Monarchiæ.*
7. *Refutatur disputatio Bellarm. qui Monarchiam præfert ex autoritate divina.*
8. *Quam probare non potest.*
9. *An Monarchia prodeat ex ductu naturæ.*
10. *Quod ex eadem prodeant & cæteræ Rerumpubl. formæ.*
11. *Examinantur & retorquentur singulatim exempla Bellarmini.*
12. *In familia tam Democratiam & Aristocratiam adumbrari, quam Monarchiã.*
13. *Ex vetustate non concludi præstantiam Monarchiæ.*
14. *Ex Respubl. Iudaica statu non inferri bonitatem Monarchiæ.*
15. *Censura in alias Bellarmini rationes.*
16. *Quæ vitia soleant improperari Monarchiæ.*
17. *Regem facilè corrumpi.*
18. *Et patere adulatorem precibus in oppressionem legum.*
19. *In uno Rege non inveniri sat virium & prudentiæ.*
20. *Reges sæpe mutari.*
21. *Regnum non posse absolvi ab omni labe.*
22. *Vitia hominum non debere imputari rei.*
23. *Facilius inveniri unum bonum Regem, quam plures Optimates.*
24. *Multitudinem non supplere prudentiam.*
25. *Unius consilium sæpe præferri multorum suffragiis.*
26. *Remedium contra Regis imprudentiam.*
27. *Melius administrari Rempub[illegible] ab uno, quantumvis imprud[illegible],*

quam

93. Quo

93. *Quo sæpè funditus concussa est Respublica.*
94. *Incommoda ambitus in Rebuspubl.*
95. *Quorumnon alius finis, quàm in Monarchia.*
96. *Plebs non patitur ambitum tolli.*
97. *Aliud magnum incommodum Aristocratiæ & Democratiæ.*
98. *In Democratia & Aristocr. consilia non taceri.*
99. *Tacitum SCtum.*
100. *Quod tamen propalatum est.*
101. *Rempubl. regiam esse omnium optimam.*
102. *De consensu meliorum gentium.*
103. *Pleraque nationes sub Regibus esse.*
104. *Durabiliores esse Monarchias cæteris Rerumpubl. formis.*
105. *Per accidens fieri, ut populi & multorum status stabilis permaneat.*

1. *Quinam Monarchiam præferant cæteris formis Rerump.* DUm formas Rerumpubl. comparamus, non quidem rectas cum vitiosis, sed probè constitutas inter se, abstractas à commodis vel incõmodis, quæ ex applicatione ad hanc vel illam civitatẽ subnascuntur, omnium ferè Autorũ calculos auffert Monarchia Regia, ut videre licet ex subjunctis Ordinibus Theologorum, ICtorum, Politicorum, Historicorum, &c. qui omnes unanimi consensu regnum præstantius faciunt Optimatum populiq; statibus. 2. *Ex Theologis.* Ex Theologis, Cyprian. *in tr. de Idol. vanit.* Iustin. *in Paranet.* Hieron. *in Epist. ad Rustic. tom. 1. Epist. 4.* Athanas. *in Orat. advers. Idola.* Philo. *in libr. de confus. lingu.* Damascen. *Dial. contra Manichæ.* Thom. Aquin. *1. p. q. 103. lib. 4. contr. gent. cap. 76. in pr. lib. 12. Metaphys. lect. ult. & lib. 4. Polit. lect. 1. ad c. 2. & in pr. lib. 1. de regim. princ. quæ eidem ascribitur.* Coster. *in Enchir. Controv. cap. 3.* Ioh. Ieslæ. Episcop. Roffens. *in lib. de autorit. famin.* Henricus Eccard. *part. 3. quæst. 2. de Ordin. Eccles. & Polit.* Bellarm. *lib. 1. de summ. Pontif. cap. 1. & 2.* & in summâ Pontificii omnes, qui hinc inferre & stabilire conantur Monarchiam Ecclesiasticam. 3. *Ex ICtis.* Ex ICtis *c. In apibus. ibi Cardin. à Turre crem. 7. quæst. 1. l. 2. §. Novissimè. ibi Muret. in verb. per unum Consuls. de Orig. Iur.* Bartolus *regendi modum per unum* dicit *Optimum: de regim. civitat.* & *sicut unus est Deus, etiam unum sit caput*, ait Laudens. *in tr. de princ. quæst. 152.* Baldus *in c. un. §. præterea Ducatus. de prohib. feud. alie per Frider.* probaturus, cur unus tantum in feudis succedat regalibus. accersit illud *ex 12. Metaph. Multos imperitare malum est*, quod facit etiam Alber. de Rosat. *in §. discipuli. col. 2. in proœm. ff. in l. ex hoc jure. ff. de iustit. & jur.* Anton. Corset. *in tract. de Excell. Regu. quæst. 74.* Luc. de Penna. *l. ult. C. de delat. lib. 10.* Castald. *in tract. de Imper. quæst. 4. nu. 5.* Cassan. *in Catal. glor. mundi consil. 1. par. 5.* Carol. Tapia *de constit. Princip. c. 1. num. 7. in fin.* Latè Tiraq. *quæst. 4. num. 25. 26. & seqq. de primog.* Victoria *de potest. civil num. 11.* Ludovv. Molin. *tr. 2. de justit. & jur. disp. 21 §. Ex tribus speciebus.* Corras. *in l. 2. §. Novissimè verb. per unum. de Orig. Iur.* Anton. August. *lib. de ll. Rom. cap. 5.* Ex philosophis Plato *in Polit.* Aristot. multis in locis. Librum 12. Metaphys. claudit Epiphonemate Homerico ad regimen cœleste accommodato: Rex unicus esto. *In lib. 3. de part. an. cap. 4.* ait: *Ut præstat Monarchia inter Respubl. ita in homine dominatur unum membrum principale. lib. 8. Ethic. c. 10. Optima specierum est Monarchia, pessima Democratia. lib. 4. Politic. cap. 2. Tyrannus est deterrima, quia opponitur divinissima*, ex loco comparationum 3. *Topic. ex Alex. Aphrod. 2. problem. 76.* Idem elicitur ex *lib. 5. Polit. cap. 10.* & pluribus aliis sententiis, ex quibus Volat. *lib. 36.* Aristotelis mentèm existimat. Adde interpretes, Thomam, *ubi suprà* Averrh. *10. Metaphys. text. ult. & tract. 2. Politic.* Acciaiol. & Riccob. *ad d. c. 10. lib. 8. Ethic.* Stapul. & Giphan. *ad 4. Polit. cap. 2.* Montecat. *in 3. Polit. schol. text. 101.* Seneca ait *2. de benef. cap. 20. Optimus civitatis status sub Rege justo.* Isocrates *orat. 3. ad Nicocl* licet *in Areopag. & Panathen.* pro aliis formis disputet. 4. *Ex Philosophis.* Homerus *2. Iliad.* Maxim. Tyr. *orat. 3.* Plutarchus *in l. de trib. Respubl. generib.* Stob. *serm. 45.* Herod. *lib. 3.* Dion *lib. 44. in pr & [illegible] 2. in Orat. Mecæn. in pr.* Livius *lib. 2.* Xiphilin. *in Cæs. nu. 5.* Aemyl. *lib. 1. histor. Franc.* Guicciard. *lib. 2. histor. Flor.* Mantuan. *lib. 1. Sylv.* Thom. Morus *in Carm.* Cæl. Rhodig. *lib. 8 antiq. lib. 13. cap 27.* Osor. *1. de reg. instit.* Petr. Bungus *in numeror. myster. 1. de unitat.* Beroald. *de optimo Respubl. statu.* Pontan *lib. 4. de Obed.* Siman. *lib. 3. de Republ. cap. 2.* Patrit. *1. de regn. t. 3. & 13. lib. 1. de Republ. t. 1.*

Bodin.

Bodin. *lib.* 6. *de Republ. cap.* 4. Gregor. Tholosan. *l.* 5. *de Republ. cap.* 3. & 4. Boter. *lib.* 1. *Polit. Illustr. cap.* 4. Barclai. *lib.* 1. *contr. Monarch.* Iun. 99. *Polit. p.* 1. *q.* 4. Cas. 3. *Polit. cap.* 7. Lips. 2. *Polit. cap.* 2. Castell. *libr.* 1. *de off. Reg cap.* 2. Althus. *cap.* 32. *Pol.* Iohan. Gerhard. *dec.* 1. 99. *Polit. quæst.* 7. Fridenr. *cap.* 29. *Polit.* Barbarin. *in tr. de offic princ. nu.* 10. Petr. Andr. Canonher. *in Tacit. pag.* 100. Barthol. Cavalcant. *nell. discorso intorno alla excellenza delle Republ.*

5. His tot tantisq; Autoribus pauci sunt, qui se opponunt, dum Pontificiorum argumenta declinare cupiunt in contrarium tendentes, & ne Monarchiam in Ecclesia admittere cogantur, in qua verisimile est optimum statum elucere debere, Aristocratiam præferentes. Hæc enim est sententia Calvini *lib.* 4. *Inst. cap.* 20. *§.* 8. quam multis propugnat Sibrand. Lubbert. *lib.* 1. *de Pontif.* & Danæus *lib.* 4. *de homin. cap.* 27. sic explicat, quod per se quidem Monarchia sit præstantissima, sed vitio hominum, qui in Monarchia facilè corrumpuntur, Aristocratiæ de præstantia cedere cogatur. Zepper. *lib.* 3. *Polit. Iudaic. cap.* 5. dum in populo Israelitico constituit Monarchicum statum Aristocratiâ temperatum, eundem cæteris omnibus & præcipuè absoluto Regno præfert. Valerius *in orat. ad Senat. apud Halycar. lib.* 7. simplices quasque formas injuriis scatere dicit, μικτὴν δ' ἐκ πάντων τούτων κατάστασιν, summè conducere, dum Regiam potestatem Tyrannidi advergentem Optimates, Optimatum superbiam plebs & plebis furorem prudentissimi quiq, civium compescant. Buchananus v. *in dial. de regn. Scot. jur.* pari facilitate tàm Regis potentiam quàm Optimatum autoritatem conculcat & utrosque Democratiæ seu omnium civium judicio subjicit, qui quidem Autores omnes in eo conveniunt, ut Monarchiam improbent, ad quam rem iisdem utuntur argumentis, sed dum alii Aristocratiam, alii Democratiam, alii mixtam formâ substituūt, alias atq; alias pro suo quisque instituto adhibent rationes, quas in progressu examinatas contra Autores suos & pro Monarchia retorquebimus. Nec eorū quoq;, qui pro Monarchia pugnant, rationes cœco impetu probare possumus, præcipuè, quibus Pontificii instrepere solent, dum Monarchiam è Republica trahunt ad Ecclesiam. Quod enim dissolutius dici potest, quàm quod Bellarminus *lib.* 1. *de summ. Pontific. cap.* 2. *§. Altera ratio.* Monarchiæ præstantiam deducere laboret ex autoritate divina, eo quod Deus ex uno fecerit omne genus hominum, ut dicitur *Actor.* 17. cujus causam exponens Chrysostomus *homil.* 34. *in Epist.* 1. *ad Corinth. cap.* 13. eam esse dicit, *ut esset inter homines non Democratia, sed Regnum.* 6.

7. Quomodo enim cohæret ordo productionis cum ordine gubernationis? An propterea cor non est in homine princeps membrum, quia antè ipsum partes ignobiliores generantur, & ipsum non nisi tardè ac nescio annon ultimo loco absolvitur? Solem, Lunam & stellas universas creavit Deus simul quarto die: An, quia hic non invenitur ordo creationis, Sol propterea non est Rex Planetarum, nec Luna ab eo lumen suum emendicat? In principio creavit cœlum & terram, quod interpretatur Lyra de substantia partium mundi integralium; An igitur inter substantias cœli & Elementorum propter simultaneam creationem non datur ordo? An Sol non producit herbas ex terra, nec illuminat totum mundum, quia in ordine creationis herbæ proruperunt, & lux divisit noctes à die, antequam Luminaria suspenderentur in firmamento? Adeò non cohæret ordo generationis, cum eo ordine, quem utilitas rei generatæ exigit. Si enim hoc opere regnum mortalibus commendare voluit Deus ter Opt. Max. quare in populo suo contra hoc institutū suum, quod animis omnium implantatum voluit, Aristocratiam potius instituit, quàm Monarchiam, *Deut.* 17. *ut cap.* 4. *sect. ult. ostendimus.* Imò cur non Angelis ordinem dedit eundem, si melior ex sua natura esset, quippe, quos non creavit ab uno dependentes, ut Monarchiæ admonerentur, sed omnes simul, ut hinc æqualitatem ordinis sui conjicerent, si rectè argumentum Bellarmini concludit. Inter homines autem institutur sæpè, non quod dignius est, sed quod eorum indigentiæ subservit: in divinis verò nihil agnoscendum, nisi quod optimum, ut ubique præsupponit Aristot. 8. *Phys.* & 12. *Metaphys.* 8.

9. Quærit deinde Bellarmin. autoritatem divinam in propensione naturæ, quæ proculdubio est à Deo. *Videmus enim, ut Rex unus apibus,*

Tttt

Qui contra sentiunt.

Non quibusvis argumentis probari præstantiam Monarchiæ.

Refutatur Bellarm. qui Monarchiam præfert ex autoritate divina.

Quam probare non potest.

An Monarchia prodeat

ex ductu naturæ.

apibus, Dux unus in gregibus & in Armentis rector unus, Cyprian. *in tr. de Idol. Van. Vt grues unum sequantur ordine literato*, Hieron. *in Epist. ad Rust. cap. in anibus. 7. quæst. 1. Videmus, ut in domo naturaliter dominetur unus paterfamilias*: ut maxima pars terrarum Regibus se subiecerit, quorum etiam imperia longè vetustiora sunt, quam Optimatum aut populi, quæ quidem omnia vera sunt, & exortum Monarchiæ deducunt ex natura, sed inde non infertur: Reliquos status esse contra naturam, cum illi signis non obscurioribus in natura rerum delineentur. Nam naturâ cum æquales simus, magis instigamur ad libertatem æqualem, quæ in Democratiâ viget, aut inæqualem seu Geometricam, quæ in Aristocratia, quam ad subiectionem, quæ in Monarchia. Imò nullum regnum à natura monstratur, ut disputat Aristoteles 3. *Polit. c. ult.* nisi cui præest unus, virtute tantum cæteris excellens, quantumvis excellit potestate. Non enim mulier subest naturâ viro, nisi quod robore, viribus & prudentiâ excellat, 1. *Polit. cap.* 3. & 4. nec armenta sequuntur, nisi fortiorem sui gregis, nec liberi subiiciuntur parentibus, nisi subacti magnitudine beneficiorum, & est omnis servitus contra naturã, quæ ingenia premit minimè servilia: Ergo nec naturâ quisquam se pro Rege gerere potest, qui non arte regendi cæteros antevertat. Quoties verò plures digni concurrunt purpurâ, toties naturæ vim fieri necesse est, quoties per unius Tyrannidem à loco & honore, qui ipsis naturâ debetur, cæteri depelluntur. Sed ut particulatim singula exempla ad limam revocemus: Si grues & apes Regem eligunt, quam multa millia piscium, volucrium, pecudum sparsim vagantur sine Duce & ordine. Quis unquam vidit Gallos plures in uno sterquilinio superioris minas pertimescentes, dum iis libertatem vita cariorem esse scribit Oppianus, & Plinius ait: *Nec finis sapè, nisi morientibus?* Cervi, Boves, Hædi, pugnant quidem, & plerunque vitam in vulnere ponunt, non ut in grege dominentur, ubi eos non est, qui sequatur, sed ne cogantur rivalem ante oculos pati. Intuêre ovile tuum, quod Calvino regeris, Bellarmine: quem ibi de grege sequuntur oves, hædumne an pastorem? & si pastorem, quorsum advocas tu aliquem, de grege Regem, Humano patre natum, humana matre, erroribus non minus obnoxium, atque simplicissimam quamque ovem? Tum verò illa animalia, quibus divinior instinctus datus est, invicem præcedunt & sequuntur, nec alio privilegio Ducem honorant apes, quam ut sine labore parto melle fruatur & examen secum trahat, quò forte ipsum fert aura. Ducis verò officio funt etiam in Aristocratia & Democratia, qui funguntur, nec inde Reges statim denominantur. Denique si exempla hæc trahenda sint ad Ecclesiam rectè redarguuntur à Calvino *libr. 4. Institut. cap. 6. §. 8.* quod inde universale dominium Papæ sequatur, cum apes non confluant ex toto orbe ad unum Regem, sed singulis alvearibus contenti sint singuli Reges. Ita enim singulis Ecclesiis suos præponi debere Episcopos Calvinus non negat, licet eos aliter ex doctrina & Sacramentorum dispensatione describat, quam faciunt Pontificii. Sed, quàm nihil hic instinctus naturalis, qui in paucissimis omninò creaturis reperitur, faciat ad stabiliendam Monarchiam Ecclesiæ, quàm non in natura, sed verbo Dei fundatam oportet, Theologis disputandum relinquo. Mihi saltem hoc propositum est, ex ficta illa naturæ inventione Monarchiam non posse, tanquam ex autoritate divina, ut præsupponit Bellarminus, stabiliri & cæteris Rebuspublicis præferri. Nam quod porrò familias attinet, in iis non tantum Monarchia respectu patrisfamilias, sed & Aristocratia in imperio utriusque Conjugis & Democratia inter fratres elucet, ut demonstravit Aristoteles 8. *Eth. c. 12.* Quin & quoad familiarum administrationem nihil obstat, quin in eadem domo plures possent patresfamilias cõcurrere & Domini: sed quia idem est pater, Dominus, & maritus, hoc posteriori respectu fit, ut non possit esse nisi unus, cum rerum natura non ferat plures unius uxoris maritos, ut ostendunt Lactant. 3. *divin. instit. cap.* 21. Augustin. 3. *de doctrin. Christ. cap.* 12. Thom. 4. *distin.* 33. *quæst.* 1. *artic.* 1. *ad* 7. Montecat. 2. *Politic. cap.* 4. *in princip. scholast.* Vetustissimum esse Regnum non inficiamur & infra in hoc discursu inductione planum faciemus, maximam terræ habitabilis partem regi à Regibus, at quid inde quæso sequi-

10. *Vnde prodeunt & cæteri Rerump. status.*

11. *Examinantur & retorquentur singulatim exempla Bellarm.*

12. *Exemplum familiarum.*

13. *Ex vetustate regni non concluditur præstantia.*

sequitur, nisi quod commodior sit Monarchia & civium rebus in ea rectius consulatur. Non enim vetustissima quæq; statim sunt optima & à natura, cum servitus per tot secula anno rum annatam omnibus libertatem suppresse-rit, cum Polygamia primævam conjugii institutionem in licitam scortationem longa consuetudine converterit, cum superstitio tot vivas victimas contra jus naturæ dolis macta-verit, aliaq; multa contra præscriptum naturæ longo errore recepta sint, & usibus huma nis consecrata.

14. *Argumẽtum ex Rep. Iudaica rejicitur.*

Persuadere denique nititur Bellarminus auctoritatem divinam exemplo Reipublicæ Iudaicæ, in qua Deum per Mosen fingit instituisse Monarchiam, cujus contrarium suprà confecimus. *cap. 4. sect. ultim.* quandoquidem forma Reipublicæ, quæ constituitur *Deuter. 17.* Aristocratiæ multò, quàm Monarchiæ similior est: Regem autem non Deus instituit, sed Iudæi ipsi poposcerunt, non sine indignatione divina. Hæc verò omnia ut ut se habeant, non creant cæteris Rerumpublicarum formis præjudicium, cum ex una Republica non sit altera destruenda, eò quod non omnibus omnia conveniant, *ut sect. 1. abundè dictum fuit*, nisi & omnes leges aliarum Rerumpublicarum uno stylo perfodere & nihil justum censere velis, nisi quod quadret ad leges Mosaicas.

15. *Censura in alias Bellarmini rationes.*

Post auctoritatem divinam rationes quinque subnectit, quas deductas vult ex proprietatibus optimi regiminis, quarum nonnullas in progressu quidem probabimus, alias verò statim, tanquam inutiles, à principio amovendas putamus. Nam dum bonitatem Reipubl. desumit ex ordine, ordinemque meliorem collocat in Monarchia, ubi nulli sunt pa res, sed omnes ex æquo uni subjiciuntur, an non eodem argumento Tyrannidem posset præferre legitimæ Aristocratiæ & Democratiæ? Cæterum, quando ordo attenditur penes Majestatem, eaque æque summa ac simplex est in Aristocratia & Democratia, quam in Monarchia, nihil causæ est, cur non illis quoque suus constet ordo. Licet enim qui Majestatem participant, pares sint & dominentur, quatenus omnes, subjiciuntur tamen ut singuli. Quod porrò tertio loco magis uniri cives sub unius imperio & fortiorem inde evadere Rempubl. subnectit, nec illud alicujus momenti est, quandoquidem plures cives tàm uniuntur in Majestat. unà per Aristocratiam & Democratiam, quàm per Monarchiam, Imò fortius plerunque conspirant subditi pro communi libertate, quàm pro privato commodo unius, de qua re uberius nobis in disputatione ipsa agendum erit, ubi cætera quoque argumenta ex commodis Rerumpub. petita examinabimus, & partim corrigemus, partim rejiciemus. Eam enim Rempubl. præferendam statuemus, quæ paucioribus minoribusque premitur incommodis, undeq; majores civibus expectandæ sunt utilitates. An verò quod utile est Reipubl. utile statim erit etiam Ecclesiæ? ut liceat à Repub. optima inferre ad optimum statum Ecclesiæ? Sed hæc, quæ nullo modo cohærent, missa faciamus, & rem ipsam putare incipiamus.

16. *Quæ vitia soleant obiici Monarchiæ.*

Qui Monarchiam præ cæteris formis despiciunt, hoc potissimùm vitii illi impropenrant, quod facilè corrumpatur unus homo, adeò à legum vinculis liber, ut impunè faciat, quod libet. *Difficile est*, ut ait Antoninus, *in maxima licentia moderari sibi, Herod. libr. 1.* & solus omnium principum ante se Vespasianus *in melius imperio mutatus est, Tacit. 1. histor.* qua de causa Oratorum Persicorum quidam Monarchiam inter cætera ex hoc quoque fundamento dissuadet, *quod in ea Rex facilè corrumpatur licentiâ*, quam Vopisc. *in Aurel.* primam causam facit corruptionis Principum, prout latè pluribusque exemplis & testimoniis conficit Gruter. *in disc. supra Tacit. Est item homo*, ut objicit Buchananus, *ad omnem favoris & odij auram facilè mutabilis, qui per ignorantiam labi sponte, vel propè invitus aliquando peccare cogitur.*

17. *Regem facilè corrumpi.*

Nam quod Deus Samueli respondebat sciscitanti, utrum votis Iudæorum Regem petentium annuere deberet, *Non te spreverunt, sed me*, ita interpretatur Sigon. *de Republ. Hebr.* quod cum antea legibus Dei in Aristocratia obedire coacti fuissent, nunc ad arbitrium Regis vivere cogerentur, spreta autoritate legum, prout ex jure Regis patet 1. *Reg. cap. 8. A Rege* enim, ajunt patritii Rom. *impetrare potes, ubi jus, ubi injuria. Est gratia locus, est beneficio; Et*

18. *Leges minus posse in regno.*

 irasci

irasci & ignoscere potest: inter amicum & inimicum discernere novit. Lex verò res surda est & immutabilis. Liv. libr. 2. in pr. Tolerabiliores autem subditis esse leges, quàm arbitria regum, disputat Aristoteles 2. *Polit. cap. 11. & 12. lib. 1. Rhetor.*

19. *In uno Rege non esse sat prudentia.*

Quibus autem quisque est, imprimis eorum Regum, qui successione acquiruntur, tanta prudentia constantiaque dotatus, ut velit ipsius à justo & æquo nunquam dissideat. *Pauca aliqua unus videt, unus audit: At Reges debent esse* πολλοὶ ὀφθαλμοὶ, καὶ πολλὰ ὦτα. *Xenoph. 8. Cyrop. Vir unus nemo cuncta dispicit*, ait Euripid. *in Phæniss.* & Livius *lib. 21. Plus pollent multorum ingenia consiliaq́ue: Integrumq́ue est judicium à multis probatum, c. extra conscientiam. dist. 64. c. prudentiam. post princ. de off. deleg. Clem. 1. de sentent. excomm. Dd. in cap. 1. ad fin. de const.*

20. *Reges sæpe mutari.*

Quin etiam hoc habent incommodi Monarchiæ, ut sæpè mutent Dominum, dum cæteræ formæ Rerumpubl. manent immortales. *Sunt*, inquit Tacitus, *Principes mortales: Respublica æterna.* Mutatio autem nulla expirat sine aliqua Reipubl. concussione. Vulgarum est: *Novus Rex, nova Lex*, & nemo est, qui non suum imperium insigni aliqua mutatione posteritati commendatum cupiat, quive per omnia suo judicio probet, quæ probata fuerunt Antecessori. Quid memorem bella & seditiones, quibus exagitantur regna præ cæteris Rerumpublicarum formis, sive succedant Reges, sive eligantur, dum hîc committuntur inter se rivales & competitores, illic successores se mutuò excludere aut antevertere nituntur.

21. *Regnum non posse absolvi ab omni vitio.*

Absit verò ab omni omninò defectu velimus Regnum liberare. *Cum alij ne Deos quidem*, ait Isocrates *in Panathen. expertes omnis peccati putent: ego erubescerem, si studerem & persuadere conarer, Rempublicam nostram nulla unquam in re deliquisse.* Sed sicut Metellus Numidicus incommoda conjugii & cœlibatus inter se contendere & minoribus acquiescere jubebat, *Gell. lib. 1. cap. 6.* ita comparanda sunt mala Monarchiæ cum vitiis cæterarum Rerumpublicarum semperq́; ex pluribus pauciora, ex majoribus minora eligenda. Sunt etiam quædam vitia, quæ rebus ipsis imputantur, cum personarum pravitati cohæreant, ut illa, quæ Monarchiis innascuntur propter successionem. Nihil autem iniquius esse dicit Isocrates, quam τὴν τῶν ἀνθρώπων πονηρίαν ἐπὶ τὰ πράγματα μεταφέρειν, *malitiam hominum ad res transferre.* 22. *Vitia hominum non debere imputari rei.*

Posse enim Monarchiam sine successione subsistere, imò debere Regem potius eligi, quam succedere, docet Aristoteles 3. *Polit. cap. 12.* Atque ita declinavimus non tantùm incommoda, quæ ex successione ingruunt, sed etiam, quæ ex imprudentia Regum nectebantur. Nam quod electio probè ordinata suggerere nobis perpetuò possit probum & prudentem Regem, satis superque *cap. 2. sect. 5.* demonstratum fuit. Imò hac in parte Monarchia antestat ipsi Aristocratiæ, quod *facilius sit*, dicente Dione *li. 44. reperire unum aliquem virum bonum*, quàm multos. Vtrum enim bonum & prudentem 23. *Facilius inveniri unum bonū Regem, quàm plures Optimates.*

Vix repperit unum
Millibus è multis olim consultus Apollo.

Trajanus, cum amicos in convivio rogasset, ut decem saltē viros, quos principatu dignos putarent, nominarent, paullulùm subsistens: *Novem*, inquit, *ex vobis audire cupio: Ego tantum unum, nimirùm Severianum habeo. Dion. in Adr. num. 7.* Aristoteles *lib. 3. Polit. cap. 11. Ideò*, ait, *olim sub Regibus erant, quia raro viri longe excellentes virtute reperiuntur, maximè parvis in civitatibus*, & Bodinus *l. 2. de Republ. cap. 6.* Statum Optimorum quasi fictitium rejicit, quod aut nulli sint Optimi, aut pauciores, quam Aristocratia requirat, aut quod lateant, & à desipiente multitudine superentur. Nec obstat, quod Buchananus objicit, multos plus videre, quàm unum, & ab omnibus rependi, quod à singulis ignoratur. Nam si omnes ex æquo cæci sint, quis eorum videbit? Si omnes certatim aberrant, quis in viam revocabit? Aristoteles 3. *Polit. cap. 7.* idem sibi objecerat, ex vulgo quidem singulos minimè sufficere regendæ Reipubl. sed si in unum coëant, habere se ut cœnas, quæ ex multorum symbolis exurgunt & accessione plurium particularum splendent, aut ut homines multimanos, multipedes, multis oculis, auribus, mentibus præditos, id quod paulò post repetit 3. *Polit. cap. 11.* Cæterum discrimen statum subjicit inter multitudinem imperitam & rudem, & inter eam, cui prudentes intersunt. Ab illa enim 24. *Multitudinem non supplere prudentiam.*

quan-

quantumvis in magnum corpus coacta, non magis expectes micam consilij, quam ab exercitu hominum nudorum copiam vestimentorum. Multitudo enim non addit prudentiæ, sed armat potius præcipitantiam temeritatis. Annon solus Appius Claudius, quantumvis senex & oculis captus, Rempublicam mutantem consilio restituit, cum jam in Pyrrhum inclinata recumberet, deditionẽ molientẽ tàm Senatu, quàm universo populo? *Cicer.* 1. *Philipp. Plutarch. in Pyrrh. Eutrop. lib.* 2. *Pompon.* 2. *§. Iuris.de Origin. Iur.* Quò respiciebat universa civitas, post vastatam à Gallis urbem, nisi ad unum Camillum? *Liv. lib.* 5. *Plutarch. in Cam.* Quis restituit rem Rom. ab Annibale conquassatam, præter unum Fabium, de quo Ennius:

25. *Unus consilium sæpe præfert multorum suffragiis.*

Unus homo nobis cunctando restituit rem. *Cicer. in Lal. Livius libr.* 22. *Polyb. libr.* 3. & idem hic suo suasu suffragia errantis populi, qui T. Octaquilium & M. AEmylium Regillum Coss. dixerat, revocavit, & ut Annibali pares Imperatores crearentur, repetito ordine suffragiorum obtinuit. *Livius libr.* 24. Quod si ejus consilium pari fortuna auditum fuisset, cum Minutio & Varroni imperium deprecaretur, tot cruentis cladibus Respublica non succubuisset. De Scipione Afitano Valerius *lib.* 3. *cap.* 7. *In Africam Senatu vetante exercitum traduxit, & nisi plus in ea re suo, quàm patrum conscriptorum consilio credidisset, secundi belli Punici finis inventus non fuisset.* Nec universa civitas Atheniensium invenire potuit, quod apposite Alexandro responderet, nisi Phocion consilium suum in tempore suggessisset. *Plut. in Phocion.*

26. *Remedium contra Reges imprudentiam.*

Demus tamen, ut sunt Reges humanæ fragilitati perinde, ut cæteri, obnoxii, deesse alicubi Regi consilium, & in Senatu plus vigere prudentiam, quàm in unius hominis judicio, præcipuè, quem non elegerint ex omnibus diligentes prudentum virorum æstimationes, sed tanquam necessarium hæredem obtruserit natura, annon poterit defectum hunc, ascito Senatu, facilè explere? quemadmodum Alexander Severus nihil, quod ad civilia attineret, sine Iᵗorum consilio, nihil in bello, sine præfectorum suggestione expedire solitus legitur. Et in hoc statu melius agi cum Republ. cui præsideat unus, siccèminus Versutus, quam cui multi, majori prudentiæ laude onerati, ex iis, quæ nunc dicere aggredimur, cuivis planum erit. Nec enim satis est, benè data esse consilia, nisi & benè in actum deducantur, sicut Aristotel. 4. *Polit. cap.* 8. non eas pro optimis legibus habet, quæ sint ex ratione latæ, sed quibus subditi cum ratione pulcrè pareant. Sicut verò in navi, ita & in Rep. dum multi ad clavum sedent, sibi mutuò sunt impedimento, & ut Adrianus dicebat: *Multi Medici perdiderunt Imperatorem.* Sunt enim ut hinc exordiar enarrationem incommodorum Polyarchiæ, homines faciles ad dissentiendum, *l. Item, si unus. §. principaliter. de arbitr.* voluptatibusque variis distrahuntur, *l.* 4. *ad Trebell.*

27. *Melius administrari Remp. ab uno, quantumvis imprudentiore, quã à multis prudentia laude conspicuis.*

28. *Multorum imperia parere dissidiis.*

Velle suum cuiq; est, nec voto vivitur uno. Ne Castor quidem & Pollux quamvis ovo prognati eodem, iisdem studiis ducuntur, ut ait Horatius: *Quot sunt capitum, totidem studiorum Millia:* Erant Laconum leges arctis legibus & stricto Ephororum imperio circumscripti, & tamen Pausan. *in Lacon* vix una in re illos concorditer sensisse, ex multis actibus notare potest. Ex quo factum, ut dum alter proficiscebatur cum exercitu, alter domi detineretur, quod dissensio nullibi funestiorem habeat exitum, quàm in bello, ubi peccatum clades presso pede sequitur. *Carthagin. & Lacedamonij,* (verba sunt Isocratis *orat.* 3. *ad Nicocl.*) *qui inter omnes Græcos optimè Rempublicam administrant, etsi domi paucorum potestate reguntur, in bellis tamen regio parent imperio. Quod etiam civitatem Atheniensium, quæ Monarchiis infensissima est, ostendi potest, quando multos imperatores mittit, affici cladibus: cum verò in belli discriminibus unum summa rerum præficit, benè rem gerere solere.* Sapienter Aristides unicus censuit in bello Græcorum contra Daten Darij præfectum, quod illi X. Ducibus & Polemarcho in alternos dies concesserant, universam rei summam uni Miltiadi committendam esse, *Herod. lib.* 6. *Plutarch. in Aristid.* sicut & Græci olim, qui ad Trojam ibant, licet non destituerentur fortissimis viris, unum tamen Agamemnonem universis præficiendum putarunt. *Homer. libr.* 2. *Iliad.* Nam, ut exemplo & verbis Livij utar *lib.* 4. *Tribuni Militum consulari potestate IV. creati, uno eorum urbi præfecto,*

fecto, reliquis delectu habito profecti Veios, documento fuere, qui in plurium imperium bello inutile esset. Tendendo ad sua quisq; consilia, cum aliud alij videretur, aperuerunt ad occasionem locum hosti. Incertam namq; aciem, signum aliis dari receptui, aliis cani jubentibus, invasere opportuni Vejentes, castra propinqua turbatos ac terga dantes accepere.

Evenit hoc incommodum, non quidem solum, ut interpretatur Calvin. *lib.4. Instit. c. 6. § 8. in fin.* sed præcipuè quando duo pluresve dominantur pari potestate, ut cum imperium divisum esset inter Verum & Antoninum Philos. *Iul. Capit. in Ant.* Diocletianum & Maximianum, *Pomp. Lat. & Zosym. in Diocl.* Gallerium & Constantium, Constantinum &

29. *Præcipue si singuli dominentur.*

Licinium *Zos. & Vict. in Const.* quem modum Bellarm. *l.1. de Pont. c. 2.* non intellexit, nec enumeravit cum contra Calvinum argumentaretur. Hanc quippè principum multitudinem efficere dicit Athan. *in orat. adverſ. Idola, ut nullus princeps esse videatur*, dum unus alterius mandatis intercedit, & per dissensiones in mutuas cædes ruunt. *Roma, ut condita est, duos fratres simul reges habere non potuit, & parricidio dedicatur, c. in apibus. 7. q. 1.* seu ut Lucanus ait: *lib. 1.*

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Dedicatur etiam Regicidio. dum Tatius paulo post non sine suspicione, regno simul & vita amovetur. *Liv. libr. 1.* sicut Et Bleda, Attilæ frater, cum sceptrum cum fratre capesseret. Veneno ab Attila subornato extinctus creditur: *Gallim. in Attil.* & Archidamus frater Agidis à Cleomene Monarchiam Laconicā affectante revocatus statim periit, consentiente aut saltē connivente Cleomene. *Plut. in Cleo. Arduum semper, eodē loci potentiā & concordiā esse. Tac. 4. Ann.* & vix est, ut una corona conveniat duobus capitibus, *Hotto. disp. feud. c. 28. Quomodo unquam regni societas aut cum fide cepit, aut sine cruore desiit?* ait Cyprianus *in tr. de Idol. Van:* Nimirum.

Nec Regna socium ferre, nec tæda sciunt.

Sen. in Agam. Cæsar in Alpibus præteriens tenue quoddam oppidum, amicis jocantibus, *An ibi quoque lites essent de principatu, Mallem*, inquit, *hic primus esse, quam Romæ secundus, Plut. in Apo.* quia nec ipse priorē ferre poterat, nec Pompejus parem. Alexander M. dicebat: *Mundum nec duobus Solibus regi posse, nec duo summa imperia habere. Curt. lib. 5.* Carolus Andegavensis occupato regno Neapolitano, Manfredi legatis pacem petentibus respondit: *Manfredū aut Carolum mori oportet: Ambo Reges esse non possumus. Masson. l. 3. An.* Solimannus filium Mustapham è Perside redeuntem & faustis acclamationibus populi exceptum, necari jussit, præconium addens: *Unus est in cœlis Deus, unus in terris Sultanus. Bod. 6. de Rep. cap. 4.* Severus Imp. cum milites filium suum Augustum salutassent, jussit omnes excepto filio, puniri & damnatis dixit: *Tandem sentitis, caput plus posse, quam pedes. Aemil. Spart. in Sev.*

Nec est dubium, quin principum cum æquali potestate pluralitas periculi plena sit, ut disputatum fuit supra, *c. 2. Sect. 2.* sed quod non minora nec pauciora instent mala à multitudine Optimatum, aut populi, qui simul ad sceptra sedent, ex illa Ulpiani præsumptione patet, qua tutelam, ait, non esse per plures spargendam, sed *cōmodius* per unum administrari, *l. 3. §. apparet. de adm. tut.* quod inter plures non vitetur dissensio: dissensio autem ducat ad interitum, quia *omne regnum divisum inter se desolabitur, Matt. c. 12.* Rectè Plutarchus: *Cū Democratia Atheniensis Demagogorum concertationib. in varias partes distracta esset, una ait superesse ratio videbatur ad salutē & quietem, si res delata esset ad dominatum*, & Thucyd. *l. 2.* testis est, tàm diu res Atheniensiū probè processisse, quam diu Pericles eas ex sua unius sententia gereret, postea dissensione prætorum pessum ivisse. Nec Romani *discordantis Resp.* ut ait Tac. 1. *An. sæpè aliud remedium invenerunt, quam ut ab uno regeretur.* Ita ad Dictatorem, quem Regi æquiparat Tyrannumq; vocat voluntarium Halyc. *l. 5.* tanquā ad sacram anchoram confugerunt in summis periculis & extremis dissensionibus. *Mœsta civitas*, ait Livius *li. 4. Vinci insueta, odisse Tribunos, poscere Dictatorem: In eo verti spes civitatis.* Cū plebs à patriciis in diversam quasi civitatem secessisset. *Agite*, inquit Appius Claudius, *creemus Dictatorem, a quo provocatio non est. Iam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor. Liv. l. 2.* Item *l. 6. Trepidi patres ad summum auxilium decurrunt: Dictatorem dici placet:* nec non *lib. 22.* cum Annibal quateret Ita-

30. *Sed & si dominentur omnes simul.*

31. *Ad vitanda dissensiones imperium multorum sæpe desinit ad unum.*

Italiam: *Ad Dictatorem dicendum, remedium tam diu desideratum, civitas confugit.* Plut. *in Camil.* enarrans causas, quæ Romanos Gallis prodiderint: *Multitudo quoque Imperatorum*, ait, *res benè gerendas obfuit, ut quod maximè, cum antequidem sæpe ad leviora bella Dictatorem creassent, haud ignari, quantum periculoso tempore conduceret omnia secundum arbitriũ unius hominis agi, qui in suis manibus jus omne haberet, magistratumque gereret nulli judicio obnoxium.* Postquam bellatum erat apud Actium, *Iterum pacis interfuisse*, scribit Tac. 1. *hist.* *Omnem potestatem ad unum conferri.* quod Pomp. *in l. 2. §. Novissimè de Orig. Iur.* repetit, quando ait: *Per senatum omnes provincias commodè gubernari non potuisse, ita ut necesse fuerit Resp. per unum consuli.* Augustus ipse deliberatione cum amicis inita, utrum imperium retinere, vel populo reddere deberet, prius suadentibus tandem assensit, quod se privatum sine periculo non victurum videret, & quod Remp: plurium arbitrio temerè committi censeret. Ita enim didicerat à Mecœnate: *Rempubl. esse instar putris navis: diu superstitem esse non posse, sine uno Rectore, Dion. lib. 52. Potentum enim in comitiis certamina, excluso jã legũ metu, quavis ambitu, denique pecunia turbabantur, non aliter nisi unius nutu tolli & compesci poterant. Dion. ibid.* Unde rationem sui Discursus traxit Machiav. *de princ. cap. ult.* quo disputat ad imitationem orientis imperij, Italiam non aliter ad pacem redigi & contra exterorum principum insultus muniri posse, quam si concidat in unius ex potentissimis familiis manus, inter quas restim ducere Medicæos putat. Eodem enim consilio Pyrrhus facilè sibi futurum dicit, Siciliam occupare, quod civitates illic inter se non consentiant, nec post mortem Agathoclis caput unum habeant, tùm etiam vulgus regi & impelli ab Oratoribus.

32. *De eodem.*

Hos verò auro capi, aut quavis fallaci spe inescari facilè posse *Plutarch. in Pyrrh.* Poloni coacti fuerunt à XII. Palatinis rem ad Regis unius arbitrium referre. *Cromer. lib. 2.* perinde ut Longobardi XXX. Duces, quos Clephi regi occiso substituerant, non ultrà decennium pertulerunt, sceptro statim ad Æl. Autharium Clephis filium, de unanimi omnium consensu redeunte, *Paul. Diac. libr. 2. Unius enim principatus, ut* benè monet Iustin. Martyr *in Paran. à bellis dissidiisque liber esse solet*, dum interim inter multos non potest non esse perennis dissensio, ut docet Zas. *ad l. 2. de Orig. Iur.* & probè ad institutum nostrum Damascenus, dum bina Manichæorum principia retundit. *Dial. cont. Manich. Polyarchia turbulenta est, tumultuosa, belli, pugnæ, multarumque factionum causa: Monarchia autem firma. Ibi leges vigent, pax, ordo, tranquillitas, atque justitia augentur & conservantur.* Ideoque dissentientibus Phrygibus, quærentibusque quo pacto rebus suis optimè consulere possent, nõ melius responsum edere potuit Apollo, quàm ut Regem crearent. *Patrit. 1. regn. t. 13.* Fac 34. enim à dissensionibus & hinc oriri solitis calamitatibus nihil mali imminere, annõ hoc satis magnum tàm in Aristocratia, quàm Democratia incommodum est, quod occasio rei gerendæ sæpè elabatur, dum vota Senatorum concordantur, inprimis, quando negotium, de quo agitur, non fert moram, & provinciæ, unde convocantur principes ad consilium, latè patent & extenduntur, ut in Germania & Polonia. Priusquam enim comitia conferibantur, consilia conferantur & communi consensu aliquid concludatur, Turcæ liceret in meditullio Germaniæ & in medio fervore concertationum ipsum opprimere Senatum. Carolus V. Imperator cum videret tot comitia frustra consumi, nec de religione, aut bello Francico quicquam concludi, scitè dicere solitus fuit: *Diata Diatam parit & partus suffocat matrem. Chytræ: l. 19. Saxon.* Interim dum Senatum Consul ad ædem Bellonæ evocat, Hannibal ad portas est, sicut Agesilaus, ex Asia rediens, cum mitteret ad Regem Macedonum, rogans, utrum per hostium solium irent, an amicorum, & is responderet, *Se Consulturum, Fiat*, inquit, *consultatio: Nos tamen interim iter faciemus. Plutar. in Apopht.* Chtoni nuntiabatur, ad portas esse Pelopidas: Sed is rem maturo consilio & apparatu opus habere putans, dum se contra instruit, Pelopidas urbem cum conjuratis invadit. *Plut. in Pelop.* Occiso Cajo Imp: quid aliud obstituit, quò minus libertas recuperaretur, nisi intempestiva & lenta Senatus deliberatio? *Senatu* enim ait Suet. *in Claud. c. 10. Segniore in exequendis conatibus per tadiũ ac dissensionem diversa:*

Lentè nimis procedere consilia multorum.

33. *Unius principatus expers dissidiorum.*

diversis censentium & multitudine, quæ circumstabat, unum Rectorem jam & nominatim exposcente, Claudius armatos jurare in nomen suum pro concione passus est. Pleraq; enim Reip. negotia moram non ferunt:

Sit subitum, quodcunq; paras.

& Vulpell. ait. *de pace q. 74. n. 2. Interdum non opus esse longo consilio, ne interim, dum Roma consulitur, Saguntum occupetur,* & ut ait Sextus Cæcilius, *ne navis cum gubernatore prius naufragium patiatur, quam Vectores consuli possint,* Rectè quippe Vectius Sabinus Senatum increpat: *Maximinus quadrato agmine castris ubiq; positis ad urbem tendit. Vos sedendo & consultando diem teritis. Longa oratione opus non est, ubi res perurget. Rapienda sunt consilia, non quærenda in rebus novis & arduis.* Legibus Solonis. *Demost. contra Leptin.* & XII. tabularum, *Macrob. in Satur.* oportebat populum trinundino vocari, priusquam lex perferri poterat, & varia præterea auguria, jam inchoata comitia disijciebant, si tabernaculum non ritè captum fuisset, si aves aberrassent, aut de cœlo fortè fulgurasset, aut aliud aliquod levius impedimentum superstitio vana effinxisset. Annon centies Herdonius Capitolium conscendere, aut Coriolanus muros portasque castris circumducere potuisset, antequam scitum populi legitimum milites scribendi & ad delectum vocandi cives potestatem Duci fecisset? Proinde rectè

35. *Vnum Regem expeditiorem esse ad capienda consilia, quam multos.*

Eurip. *in Andro. Vnius potestas sit & in re domestica & in Republ.* & Ulpian. *in d. l. 3. de admin. tutor.* quam ad hoc adducit Accurs. *in l. 2. §. Novissimè. de Orig. Iur.* ait, *prætori curæ fuisse, ne tutela per plures administretur, quia facilius unus & actiones exercet & excipit.* Consonat sententia Caij in *l. si plures. de legit. tutor.* ubi proximorum agnatum expluribus dicit tutelam nancisci, cuius rationem reddit Forster. *lib. 4. de success. cap. 22. num. 9.* quod

36. *Communia plerunque negligi.*

Segnius expediunt commissa negotia plures. gl. in d. l. 3. §. quandiu. Verb. facilius de admin. tut. Quin & *naturale vitium est negligi, quæ communiter possidentur, utq; se nihil habere qui totum non habet, arbitretur, denique suam quoq; partem corrumpi patiatur, dum invidet alienæ. l. 2. Cod. quando & quib. quart. pars deb. ex bon. Dec.* Aristoteles *lib. 2. pol. c. 2.* & 3. quatuor affert argumenta, ex quibus rationes assignat, qui fiat, quod, quæ communiter possidentur, seu publica vulgo negligantur, quæ explicata sunt suprà. *lib. 1. cap. 1. sect. ult. in fin.*

37. *Solvitur argum. de facilitate Monarchæ corruptela.*

Porrò, quod primo loco contra Monarchiam objectum fuit, de metu Tyrannidis, in quam proclivis via pateat principi absolutæ potestatis, nec infitiatur Aristot. 5. *Polit. cap. 11. in fin.* illud perinde in Aristocratia, magis verò in Democratia locum habet, ac in ipsa Monarchia. Nulla enim Reipubl. magis obnoxia est Tyrannidi, quam Democratia, ut præter experientiam testantur Plato *lib. 8. de Republ.* Arist. 5. *Polit. cap. 2. & 9.* Polyb. *lib. 6.* Plut. *in Arat. in pr.* Halyc. *lib. 6. & 7.* Contar. *lib. 3. de Rep. Venet.* Stapulens. 4. *Polit. c. 4. & 10.* & dictum fuit hoc ipso tractatu *cap. 3. sect. 7. cap. 6. sect. 4. in pr.* Sic enim cunctæ ferè Græciæ civitates, Athenæ, Sparta, Megapolis, Thebæ, Corinthus, Samus, & quas

38. *Nulla Rempub. magis patere Tyrannidi quam democratiam.*

præterea longa referre mora est, nec non Siciliæ & olim Italiæ ex libertate in servitutem Tyrannicam ceciderunt. Ipsa Roma, unde minimè timebat, ex plebis adulatoribus primum perpetuos Consules, continuos tribunos, Dictatores sine termino, & deniq; sub titulo Imperatorum ipsissimos Reges accepit: & quænam civitatum Italiæ, postquam ab Imperij unitate divortium fecerant, suisq; se legibus gubernare tentaverunt, effugit Tyrannidem alicuius suorum civium. Fieri enim aliter non potest, quin ut Pyrrhus dicebat de Siculis, *Plutarch. in Pyrrh.* ubi plebs à Demagogis, ut vento lenta viburna, agitatur, falsis persuasionibus ab ambitiosis civibus impotentiores exarmetur, ijsq; extinctis Dominium illi soli relinquat, cuius fidei improvidè se credidit. Estq; ad affectandam Tyrannidem in Democratia via tantò promtior, quantò maximi quiq; magistratus magis in manus alienas committendi sunt, cum hoc vitio præ Monarchia laborent cæteri status, quod alienis operis ubiq; in summo Reipubl. discrimine uti cogantur. Nec ex Democratia tantum, sed perinde ex Aristocratiis, si latè diffundantur & plures in Societatem Reip. recipiant.

39. *Atque etiam Oligarchiam.*

exurgere solet Tyrannis, ut ex Laconica, quam ad paucos propendisse suprà demonstravimus, patet. Eam enim Cleomenes primum

mum, mox Nabis in suam potestatem redegerunt, & de Sicyoniorum Aristocratiâ testis est Plut. *in Arat.* quod populariumOratorum contentionibus distracta, perenniq; seditione agitata, varios ex ordine experta fuerit Tyrannos. Nec semel ex hac causa periclitata est Respubl. Venetorum, adeò ut Dominicus Flabanicus totam Verseolorum familiam, tan quam nimis potentem, urbe ejecerit, eodem consilio, quo Brutus Tarquiniorum nomen ex civium numero eradendum censebat, *Liv. l.* 2. & Antoninus sanxerat, ne quis ex Cassiorum familia Syriam regeret. *Capit. in Anton.* Periculum quoq; reiteratis vicibus incurrit à Bajamonte Tepulo, qui instar Catilinæ in Senatum conjurarat, à Iacobo Quirino & Marino Barotio, & denique à Marino Falerio. *Vellet. li.* 4. *Georg. Bem.* 6. *Sabell. & Iustin. in hist. Venet.* Quod si pauciores Aristocratiam gubernant, æque facilè corrumpi possunt, ac Rex unus, ut innuit Tacitus, dum *paucorum dominationem regiæ libidini propiorem* dicit 5. *Ann.* aut si quis unus reliquorum conatibus adversetur, specioso prætextu è medio tollitur, quemadmodum Critias cū sociis Temmenē ad aras & mortem adegit, eò, quod multa suaderet & loqueretur dissolvendæ triginta Tyrannorum Oligarchiæ. *Xenoph. l.* 2. *Græc.* Quis enim contra tantam potestatem animo præsumatur satis obfirmato, à qua ipse Augustus corruptus & seipso deterior factus est? Licet enim ingenio comi à natura formatus esset, adeò ut quendam timidè literas sibi porrigentem reprehenderet, rogans *ecquid stipem, Elephanti praberet?* ex consortio tamen Antonij & Lepidi adeò crudelis evasit, ut nulla Tyrannis unquam tantum sanguinis civilis prodegerit, atq; inauspicatus ille Triumviratus. Nā, quod quis inter plures vellet sibi spē facere de quorundam saltem virtute & probitate, nullius momenti est in eo loco, ubi regnat ambitio & parentibus liberorum, liberis parentum curam & amorē excutit. *Omnes homines principatus cupiditate tenentur*, ait Agrippa apud Dion. *l.* 52. & apparuit ex unanimi Senatus intercessione, qua prohibebant Sctum perferri: *Eo anno non esse educendum filium, quo ex oraculo responsum erat, naturam parturire Regē*, eò quod quisq; corū, qui gravidas domi uxores habebant, spem tantam ad se traheret: *Suet. in August.* apparuit, inquam, quomodo quisque privatam dignitatem antetulerit commodis publicis, modo occasio non deesset. Triginta cives, quos Lysander devictis Athenis imposuerat, ad unum omnes excepto Theramene, degenerarunt, & cōmoda publica verterunt in quæstum privatum *Xenoph.* 2. *Græc.* Xviri Romanorum ne uno quidem anno sincerum & Reip. studiosum retinuerunt animū, cum occasionem occupandi eam ex summa potestate, quæ legum ferundarum causa requiritur, nacti essent *Liv. l.* 2. Quantò verò plurium commodis tum simul cogitur Resp. servire: tantò gravior est Dominatus Tyrannicus plurium quam unius. Ac unum quidem gravitate & autoritate pollentes Optimates facilius certis legibus circumscribunt, præcipuè, si Electione asciscatur, cum aliàs quoque nulla sit tàm simplex Monarchia quæ non legibus fundamentalibus innitatur: Aut si degener sui esse incipiat &

Dissipat omne bonum sine lege licentia Regem.

Vt Boreas frondes glacialis & horrea grādo

Mantu. 1. *Silv.* quo sensu Cato Regem vocare solebat: *Bestiam furiosam, vivéntem ex præda Plutarch. in Cat.* Facilius est viris magnis jus illud expedire quod Deus & natura in Tyrannum statuit, quam imperitæ plebi incorruptam oligarchiam, in qua viri præcipui, & qui cupiunt esse omnium primi, plerique continentur.

Dubium verò non est, quin ubiq; satius sit, Regem à regia via deflectentem, dummodo non prorsus degenerarit in Tyrannum, ad tempus perferre, donec successoris virtutes vitia antecessoris emendent, quam perpetuis Democratiæ noxis succumbere. Quomodocunq; enim jura Majestatis per omnes cives dividas, aut per totam civitatem spargas, fieri aliter non posse, quin stante communi societatum lege, ut major pars auferat minorem, omne dominium populi sit futurum vitiosum, demonstrat Arist. 4 *Pol. c.* 4. 8. 9. 11. quia maxima pars populi constat ex improbis & ultra crepidam vix sapientibus agricolis, opificibus, & id genus Ambubajarum collegiis, inter quos, si qui supersunt viri boni & cordati, non plus habere possunt virium, quam fasciptulus Salis in lacu magno: id quod in latè patentibus item Aristocratiis fieri solet, ut se.

40. *Optimates sæpe omnes uno tempore degenerare.*

41. *Facilius resistitur uni, quā plurium Tyrannidi.*

42. *Satius esse Regem degenerem quam Democratiæ incommoda ferre.*

Vuuuu prava

prava multorum suffragia, ut pravi ubiq; copia excedunt, paucorum consilia saniora suffocent & excludant, quemadmodum sæpius accidisse in imperio Germanico ad Aristocratiam vergente, conquestus est Albertus Marchio Brandeb. *An.* 1552. *Sleid. l.* 24. *in pr.* Nam cum principum familiæ subinde contrahantur Episcoporum vero sedes sint immortales, eo inclinare Comitia necesse est, quo inclinat favor Episcoporum. Atq; ita Francisco I. Galliarum Regi bellum indictum fuit, *Ann.* 1543. Ita nunquam obtineri potuit, ut fraudes Pontificiæ compescerentur, plurimum semper intercessione pauciorum propositum expugnante. Apud Romanos, etiam tum cum adhuc Autoritas penes patres, & potestas penes populum esset, quæ unquam contentio incidit sive de creandis aut abrogandis Magistratibus, sive de puniendis aut absolvendis civibus sive de legibus ferendis, agris dividendis, deducendis coloniis, in qua tandem non vicerit potestas, non dico populi, sed solius plebis? Plebs enim ubiq; constituit Majorem partem populi. 6. *Polit. cap.* 2. *in pr.* Intueatur jam mihi quis paulisper Dominium plebis, quod adeo corruptum censet Arist. ut ex ejus natura, pleraq; instituta Tyrannica derivari velit 5. *Polit. c.* 10. nec immeritò Anacharsis Atheniensium conciones risu excepit, *quod inibi Sapientes rem ad deliberandum proponerent, stulti autem & furiosi decernerent. Alex. ab Alex. lib.* 4. *Genial. dier. cap.* 4. Imo ipse Xenoph. *de Rep. Athen.* & Isoc *orat.* 3. *in Nicoc.* Democratiam Atheniensium improbare coguntur, *quod in ea improbi ac flagitiosi meliore sint conditione, quam viri boni & innocentes.* Boterus *lib.* 1 *Pol. Illust. c.* 4. nullam Remp. à plebe benè posse gubernari censet, cujus rei argumenta multa ex natura vulgi dicere possemus, nisi clarior esset, quam quæ indigeret operoso probationum labore. Nec enim frustrà dixit Ecclesiastes. *cap.* 10. *Bene est terræ, cujus Rex nobilis est*, quod in vulgo nulla mica appareat prudentiæ vel consilij, ut ait Cicero: *pro Planc. Non est in vulgo consilium, non ratio, non discrimen, non diligentia semperq; sapientes ea, quæ populus fecisset ferenda, non semper laudanda duxerunt.* Et [illegible] *Non in comitijs semper judicat populus sed movetur plerumq; gratia, cedit precibus, favet ijs, a quibus est maximè ambitus.* Denique si [illegible] aliquo, aut sapientiâ ducitur [illegible] sed impetu nonnunquam & qua[illegible] temeritate. Quid enim animum ap[illegible] quæras, *quorum rem fidemq; in manu* [illegible] *sitam esse* scribit Salust. *in Jugurth.* [illegible] *aratrum quiq; gloriatur in* [illegible] interpretis Ecclesiastic. *c.* [illegible] *agitat & conversatur in operibus* [illegible] *narratio ejus in filiis taurorum.* [illegible] *bit ad versandos sulcos, & vigilia* [illegible] *na Vaccarum. Sic omnis faber &* [illegible] *qui noctem tanquam diem transigit,* [illegible] *pit signacula sculptilia, & assiduitas* [illegible] *at picturam. Cor suum dabit in simili*[illegible] *picturæ & vigilia sua perficit* [illegible] *ferrarius sedens juxta incudem & con*[illegible] *opus ferri. Vapor ignis uret carnes ejus &* [illegible] *calore fornacis concertatur. Vox malle*[illegible] *tat aurem ejus & contra similit*[illegible] *oculus ejus. Cor suum dabit in con*[illegible] *nem operum: & vigilia sua ornabit* [illegible] *nem. Sic figulus & omnes id genus* [illegible] *manib. suis speraverunt, &* [illegible] *sua sapiens est Sine his omnibus non* [illegible] *Civitas. Et non inhabitabunt, nec* [illegible] *bunt. & in Ecclesiam, seu* ut explicat L[illegible] *convocationem sapientum non* [illegible] *per sellam Iudicis non* [illegible] *debunt, &* [illegible] *judicij non intelligent, neq;* [illegible] *dicium & disciplinam, & in parab*[illegible] *venientur, sed creaturam ævi confi*[illegible] *&* *deprecatio illorum in opere artis* [illegible] est: qui ætatem in operis ma[illegible] munt, & ingenium sellularijs o[illegible] munt, atque studijs sapientiæ a[illegible] tum non extinguunt, tum inep[illegible] Reipubl. gerendum, quam agit & [illegible] quisque exercere novit artem [illegible] explicat ex vetusto Apologo *in pr. Vita* [illegible] quæ cauda bellum indicebat capiti [illegible] ad arbitrium semper trahere [illegible] suam præcedendi prærog[illegible] pet[illegible] beret ac caput. Obtinuit enim tandem [illegible] tudinem præcedendi: Sed cum v[illegible] retur, tum demum oc[illegible] bendit ad investig[illegible] Tale quippe est regimen Democratiæ [illegible] cit cæcum vulgus, & docto[illegible] inscita rerumq; omnium expers plebe[illegible]

43. *Omnem Democratiam fieri vitiosã.*

44 *Qualesit imperiũ plebis.*

45. *Vulgus semper ineptum ad regendam Rempubl.*

H[illegible]ppomanus d[illegible]scipulum virga percutiebat, quoties [illegible] ejus populus [illegible] applausu[illegible] excepisset, Male, inquiens, [illegible] hac [illegible] laudarent, & Phocion [illegible] aliquid mali excidisse verebatur, [illegible] suum [illegible] be acceptum pr[illegible] [illegible] videret, quali nihil quod justum esset aut prudenter [illegible], populo placere soleret. *Plut. in* [illegible] si qu[illegible] eum exigas [illegible] plebe de N[illegible] [illegible] nihil aliud respond[illegible] poterit. [illegible] *Vere [illegible] rè* *Tac.* [illegible] & [illegible] Ang[illegible] suo [illegible] obnitente [illegible] redierunt, quod Nobiles regni & P[illegible] melius videantur novisse arcana & commoda regni, quam cæteri, *qui esurient & laborarent*, & [illegible] *Figs. lib. 4. c. 96.*

[illegible] qua rerum [illegible] prudentia & necessariâ [illegible] fit, *ut Vulgus* [illegible] Tac *lib. 4. hist.* [illegible] *non tantum praeceps sit* [illegible] *&* [illegible] *vidum &* [illegible]: nactum vero [illegible] aliquem aut popularem Ducem instar torrentis sequatur, quà ab illo viam [illegible] [illegible]stratur. Nam [illegible] um intus non habent, facilè ac sine [illegible] alium admittunt, Me[illegible], pejus, [illegible] obsit, nihil [illegible] vident, nisi quod ante pedes ponitur, ab eo, quem temeraria persuasione [illegible] salutis arbitrum & moderatorem con[illegible]t. *Homines potentia quærenti*, ait Salust. [illegible] *egentissimus quisque opportunissimus, cui* [illegible] *cura, quippe, quæ nulla sunt, & omnia* [illegible] *pretio honesta videntur*. Exemplum affert [illegible] *lib. 24.* [illegible]orum, qui P[illegible]torum le[illegible] [illegible] efficeretur, acce[illegible] [illegible] quam promulgaretur, ad[illegible] [illegible] esse naturam multitudinis: *aut* [illegible] *aut superbè dominatur, liber*[illegible] *mediam* [illegible] *medicè, nec* [illegible] non ferme desunt, iratum in[illegible] [illegible]tes [illegible], quia avidos atque intem[illegible] plebeiorum animos ad sanguinem [illegible] *Multitudo*, ait Polyb. *lib. 14.* [illegible] *in fr*[illegible]*dem* [illegible] *& in omnes par*[illegible] Un[illegible] porro Originem trahit [illegible] & [illegible] Vulgi, quà nihil po[illegible] ad regen[illegible] Resp. excogitari [illegible]felicius. [illegible] quidin Rep quod [illegible] toties moveri concuti[illegible] [illegible] est. Esse autem [illegible] *non incipidum*: Item,

esse mutabile subitis, & tam pronum in misericordiam, quam immodicum sævitia fuerat, testatur Tac. *li. 2. hist.* & dissertat Scip. Ammir. *lib. 3. disc. 3. & l. 2. disc. 4. supra Tac.* C[illegible] sim. Bart. *disc. 7.* nec est ulla historia tam constricta, ex qua non liceat documentum hujus Vulgi inconstantiæ depromere. Tollit in altum, ut lapsu graviore adjiciat, quemadmodum propalam multitudini est probatur, cum Manlium in vincula duci pateretur, *quod d*[illegible] *fensores suos in præcipitem semper locum favore extollat, deinde in ipso discrimine periculi destituat. Sic Sp. Cassium in agros plebem vocantem, sic Sp. Melium, ab ore civium famem suis impensis propulsantem oppressit, sic M. Manlium mersam & obrutam fœnore partem civitatis in libertatem ac lucem extrahentem, proditum inimicis. Saginare plebem populares suos, ut jugulentur.* Liv. *lib. 6.* Nec Manlius tam commode dicere, aut tantis cum impensis demereri plebem potuit, quin ejus concilio tanto cum dedecore damnaretur, quantum in honorem paulò ante fuerat evectus. Imò populum eundem brevi, postquam periculum ab eo nullum erat, per seipsas recordantem virtutes, desiderium ejus tenuit. Pestilentia etiam brevi consecuta nullis occurrentib. tantæ cladis causis, ex Manliano supplicio magnæ parti videri orta. *Liv. l. 6.* L. Quinctium à Catone ordine Senatorio motum, approbante populo, quod captivum in medio convivio, ut rem gratam scorto faceret, trucidasset, quam cita pænitentia ductus populus, invitis omnibus, vivo & detestante Catone, in honorē restituit? *Plut. in Cat. Major nu. 9.* nec immeritò M. Livius Censor, præter Metiam tribum quæ se nec condemnasset nec condemnatum Consulem, aut Censorem fecisset, populum Romanum omnem, quatuor & triginta tribus ærarios fecit, *quod & innocentem se condemnassent & condemnatum Consulem & Censorem fecissent, nec infitiari possent, aut judicio semel aut comitiis bis ab se peccatum esse.* *Liv. l. 29. in fin.* De Scipione, cui imperiū jusserat esse populus in Hispania, ter uno die mutavit sententiam. Nam nemo aude[illegible] imperiū illud ambire coverllis omnium [illegible] mis in uno Scipione contento ad unum omnes non centuriæ modo sed etiam homines proconsulem crearunt in Hispaniam. Cæterum post

48. *Mobilitas Vulgi.*

49. *Declaratur multis exemplis.*

rem actam, ut jam resederat impetus animorum, ardorq; silentium subito ortum, & tacita cogitatio, quidnam egissent novi, quod favor plus valuisset, quam ratio ætatis, maximè pœnitebat. Ut vero Scipio subsidentem ardorem cernta elatiq; animi oratione de novo resuscitarat, & impleverat homines certioris spei, quam quantam fides promissi humani aut ratio ex fiducia rerum subjicere solet ad primum statim impetum redditum fuit. *Liv. lib. 26.* Hoc est, quod Tacitus notat circa cædem Othonis Imper. *lib. 1. hist.* inquiens: *Universa jam plebs palatium implebat mixtis servitiis & dissono clamore, cædem Othonis & conjuratorum exilium poscentium, ut si in circo ac theatro ludicrū aliquod postularent. Neq; illis judicium aut veritas. Quippe eodem die diversa pari certamine postulaturis.* Nam qui Agrippinam & Neronem curiæ & tantum nō Capitolio inferebant, illi eosdem tanquam monstra & perniciem Romani generis ad supplicia petebant: Nec prius periit Nero, quam eius desiderio pleriq; lugerent, cumq; mortuum revocare non possent, manes saltem floribus & unguentis honorarent. *Suet. in Ner. in fi.* Quin & Othoni, Neronis cognomen adjecerunt, ut gratior fieret, *Tac. lib. 1. histor.* nec cuiquam tam promtè accesserunt, quam illi qui se Neronem redivivum finxerat. *Xiphil. in Nero.* Exercitui Vitellij persuasum erat, ut in partes Vespasiani transiret. Nec mora delentur imagines Vitellij ex signis, jurantq; omnes sub imperio Vespasiani fore. At vix dimissi in tentoria reverterant, cum illos facti pœnitere cepit. Itaque repente magno studio ac tumultu congregati, Vitellium rursus Imperatorem vocant. Alienumq; consulem à quo se proditos credebant, vinculis constringunt. *Xiphil. in Vitell. n. 3.* *Adeò levis res est cupiditas* (verba sunt Halyc. *lib. 11. in fin.*) *ratione destituta, & adeò citò in alteram partem recidit, imprimis autem vulgi, ut, quibus ante quantivis erat in magistratibus consortium venire, ac nisi hoc ijs a patribus concessum fuisset, ut urbem, ceu ante, deseruissent, vel ipsi id armis sibi vindicassent, postquam iis concessum fuit postulatum, statim a cupiditate destiterint, & studia in alteram partem traduxerint. Etenim cum multi ex plebeijs tribunatum ambijssent, magnoq; studio petijssent, nullum eorum honore* *illo dignum judicarunt, sed patritios [illegible] crearunt.* Si operæ pretium est [illegible] & facilem, quod hinc sequi solet, pœnitentiam plebis planius ob oculos ponere, [illegible] Democratiam Atheniensium, a qua Aristides, quod depeculatorum fraudes [illegible] detexisset, injuria damnatus [illegible] judicium correxit dies, omnibus [illegible] datus fuit. *Plut. in Arist.* Quam [illegible] cratis mortem calculi compotes [illegible] odio judices ejusdem ceciderunt [illegible] runt ex his, qui ut publica se [illegible] nes, sibi ipsis manus intulerunt. [illegible] uno die omnes morti de[illegible], [illegible] cata sententia liberos esse voluerunt, q[illegible] causa eos, tanquam rebus gerendis n[illegible] os, jure persequitur Cleon apud *Thuc.* [illegible] 3. Alcibiadē nescio an majori cum [illegible] renuntiata Sacra Cereris urbe pepulerunt [illegible] post partā à Lacedæmoniis navali v[illegible] receperunt Deos obviā gestantes, [illegible] injusto judicio accusantes. *Iust. 5.* [illegible] levitatem expiarant. Eundem n[illegible] à Lysandro, substituto Callone, iterum [illegible] runt solum vertere, & denuo mutata [illegible] Reip. maximo cum honore a Persis [illegible] runt. *Thuc. l. ult. Xenoph. l. 1. Gr.* [illegible] O[illegible] Duces qui infeliciter contra Lacedæmonios [illegible] rant, ad arbitrium Callixeni ac[illegible] morte damnarunt. Non longo autem tempore post, pœnitentia ducti, decreverunt [illegible] populum seduxissent, eos ut calumniatores [illegible] judicium vocari jus esse, & vades [illegible] carentur illis dandos esse. Ita Callixeno [illegible] in caput affectata accusatio & [illegible] Consiliū consultori pessimum. *Xen.* [illegible] Demetrium exceperunt non minori honore, quàm quo Deos solebant, sacrificia [illegible] & statuas erigentes: Ut primū receperunt [illegible] istum honorem in odium [illegible] sunt, statuis dejectis & memoria [illegible] *Plutarch. in Demetr.* Ch[illegible] gnificentius acclamavit populus, cum [illegible] introiret, an cupidus ejusdem [illegible] demnationem expetiit? [illegible] tum abjectè dolebant [illegible] internecione delatam esse, quam [illegible] citer in eius extirpationem [illegible] dies conjurarant. *Inde* [illegible] neo baculo innixus, & ut [illegible]

30. Vulgus [illegible] [illegible]

[illegible]icum, *Domum in luto extruere. Machiav.* [illegible] c. 9. necesse est, qui vulgo fidunt, nec in[illegible] potuit Philippus Navarræus, ut quum [illegible] pon[illegible]s promissis sese invitanti populi Pa[illegible] fidem haberet, dicens: *Qu'en commu[illegible] n'avoit nul certain arrest, fors, que pour tout tonner Froiss. lib. 3. cap. 181.* Expertus e[illegible]m paul[illegible] post erat Iohannes Dux Burgundi[illegible], quam nihil esset in vulgo fidei, cum fu[illegible] consulere cogeretur, eo quod Parisien[illegible] huc usque à suo unius arbitrio pependerint in castra Delphini Ducumque Bituri[illegible] & Aurelianensis transirent. *Gill. in Ca[illegible] VI.* & Comes Essecxius periit, dum eorum consilio auscultare negat, qui popularem auram infidam & parvo momento mutabilem dicebant. *Mais il s'asseuroit, au peuple, bien qu'il sceust, que l'asseurance fust plus foible & perilleuse, qu'une planche tournee à travers d'un furieux Torrent*, ut notabiliter dicit Pier. *Matth. lib 4. narrat. 2. c. 2.* Thomas Sodorinus oblatum sibi à Florentinis principatum, ad ædes Iuliani & Laurentii Medicæorum reportavit, in multitudinis temeritate non esse spem collocandam arbitratus, cum non æquè ut in novandis rebus alacritatem & studium, ita iisdem tuendis constantiam & animi magnitudinem virtute retineret. *Omni, inquit, multitudini insunt, levitas, inconstantia, temeritas, abjectio animi, & quibus, quo velis nullo negotio flectatur, sordes, & cupiditas, quam nullam rationem & modum habet. Nihil illa novit, quod honestum sit, omnia temerè ad [illegible]atem, nihil ad veram laudem agit, ratione [illegible] ducta & judicio. Eodem loco cuncta p[illegible] habet, [illegible]sum, religionem, fidem, & con[illegible] a[illegible]verlaq; vitia, ut cum propriam venalem [illegible]eat libertatem, modò licitator emtorve a[illegible], alienam cursim temerè sit addictura. N[illegible] meritas & inconstantia tanto cæteris gr[illegible], quantò hoc ingenij vitiū magis, quam [illegible]lia sunt [illegible] magis, quā ingenij. Itaq; cū quem civitatis princ[illegible]ipē modò agnovit, altissimo gradu gloria dejicit: alium eodē loco constituit e[illegible] humili fortuna provectum: eadem mox desiderio illius, quem improbavit, præsentem agit præcipitem, eundem restituit, quem paulò ante ignominia affecit. Quæ cum minimè obscura sint, & latissime pateant, quis obsecro adeò erit in civitate popularis, qui speret ulla se unquam benè merendi ratione solidam à populo & diuturnam gratiam inire? In ea civitate, quæ gloriæ atque imperii domicilium maximarumq; virtutum omnium habuit constitutum, Camillum, Scipionem, Marcum, viros fortissimos, ac Clarissimos Imperatores, devictis hostibus, ac liberata patria, summa cum gloria triumphasse, damnatos eosdem in exiliumq; actos. Athenis morte affectum Socratem, pulsum Aristidem, sanctissimum utrumq; hominem legimus. Nam ut ad propiora veniam, & quorum omnes possimus meminisse. Cosmum Medicem, in capitis periculum adductum, Majestatis damnatum, è patria ejectum, restitutum eundum atque ovantis more urbem invectum, deturbasse è civitate potentissimos cives, inimicos acerrimos, hac ipsa civitas paucis ab hinc annis vidit. &c. Mich. Brut. libr. 5. hist. Flor.* Augustus ipse, cum sibi accineretur titulus patris patriæ à populo, *Nihil aliud habere se precari Deos immortales, respondit, quam ut hunc consensum populi sibi ad ultimum finem vitæ perferre liceret, Sueton. in Aug. cap. 58.* veritus ne innata mobilitate *judicium posterorum in odium verteret* ut ominabatur Tiberius. *apud Tacit. lib. 4. Annal.*

Nondum vero, ne sic quidem, omnia vulgi vitia, quibus ad imperandum ineptum redditur, enumeravimus, siquidem cum ignorantia rerum, temeritate & inconstanti levitate cohærent plura alia, quæ recenset Megabyzus *apud Herod. lib. 3.* & in Epitomen collegit Scipio Ammir. *d. disc. 4. lib. 20.* concludens *Il volgo esser un mostro terribile leggero, pigro, pauroso, precipetoso, desideroso di cose nuove, ingrato, et in somma un mescolamento di vitii, senza compagnia d'alcuna Virtu.* Plato non sine causa plebem comparavit bestiæ multorum capitum, *lib. 6. de Republ.* quam si cum ratione moderari velles idem faceres, ac si cum ratione insanires. A tali autem Domino an tu exspectaveris, imperium, quod Domini non sit simile? non turbulentum, non temerarium, in horas mutabile, privatis commodis inserviens, plenum vitiorum & sordium, quale quidem imperium cum intus firmitudinem non habeat, externis quibusvis injuriis latus apertum gerere necesse est. Polyb. [illegible]ras Democratias assimilat navibus, quæ, dum impetu[illegible] nautis regendæ commit- 51. *Nativa vulgi vitia.*

tuntur, in scopulosa littora aut Syrtes à quovis vento abripiuntur. *lib. 6.* & dum comparationem instituit inter Romanorum & Carthaginensium Resp. *Apud hos* inquit, *jam populus in consiliis multum acceperat virium: apud Romanos autem senatus vigebat. Unde apud illos multis, apud hos optimis Consulentibus Res Rom. in publicis actionibus invaluerunt, vel sicubi etiam de summa rerum periclitabantur, optimis tamen consiliis usi tandem bello Carthaginenses vicerunt. lib. 6.*

52. *Democratiai non posse esse stabiles.* Stabiles enim esse non possunt Respub. ubi imperium obedientes oderunt, cum unicum & firmissimum præsidium suprà monstravemus, amorem civium. Et Regem quidem tàm ob excellentiam virtutis, quàm innatam aut heroicis operis acquisitam Majestatem admirantur omnes & venerantur. Inter cæteros vero nobiles & vulgus tàm propter studiorū, quàm originis diversitatem, naturale quasi dissidium sevit nescio quis pravus & quieti inimicus Genius, sicut innuit Quinct. *decl.* 2. dum

53. *Odium perpetuum inter nobiles & plebem* ait: *Naturâ quidem omnibus novitatu incrementis adversa nobilitas, & Nobilibus omnibus aliquid in natura superbum* ait Salust. *in Iugur.* de Metelli obstinato ingenio loquens, cum e contrario Marium semper nobilitati inimicum faciat Flor. *lib. 3. c. 16.* & Valerius dicat *Marius alioquin magnificus, sed tenuitatis suæ conscientia vetustatis non sane propitius. lib. 2. c. 3.* Ex quo fit ut nec paucorum Nobilium imperium plebs satis æquo recipiat animo, nec plebis mandata unquam exaudiat Nobilitas, nisi coacta: Nam Trecozeniorum,

54. *Plebem non ferre imperium Nobilium.* Corcyræorum & Mitylenensium Aristocratias perdidit invidia populi, cum ordinem eum, unde Optimates depromi solebant, funditus tollerent. Sic Samios patres in ipsa curia de Repub. consilia conferentes circumfusa plebs ad supplicium abripuit, & Cumanos, quasi de re magni momenti eos consulturus in unum locum congregatos, egentissimorum & abjectorum civium manibus trucidari curavit Aristodemus. Quam ob rem Mileti, cum pulsis Tyrannis, imperium invasissent pauci potentes, consiliis ineundis locum in ipsis navibus capere coacti fuerunt, quo ab impetu, & temeritate populi se tutos præstarent. *Ex Thucyd. Plut. & Halycar.* Hoc est, quod Arist. 4. *Polit. c. 11.* & 12. admonet, extremos ordines civium non cohærere, n[illegible] interventu eorum, quos Medios vocat, un[illegible]tur & quasi conferruminentur. [illegible] Aristocratiæ infensa sit plebs, eo magis tam[illegible] odisse Nobiles Divites & potentes plebis [illegible]minii necesse est, quanto iniquius [illegible] & magis contra naturam, ut dig[illegible] se[illegible] dignori, eòque præsentiori eum pe[illegible] plus animi, plus consilii & virium [illegible]tentibus contra minutam & [illegible]bem, quam huic contra illos. Ne[illegible] bat *Arist. 3. Polit.* O[illegible] absolutè & in quavis Rep. sol[illegible] De[illegible] Atheniensium, quod s[illegible] viros [illegible] virtute conspicuos non fe[illegible]at, sive [illegible] te sua bilem in nasum cieant & im[illegible] tem exprobent vili mu[illegible] din[illegible] opinione virtutis suæ [illegible] lucri[illegible] copiam habeant, [illegible] sumantur iniquum popu[illegible] tius perlatum, quam necessita[illegible] co[illegible] & [illegible] occasio immutandi offeratur. A[illegible]ub[illegible] ingrata plebe aliquoties in exil[illegible] dem per Pisandr[illegible]m & alios emi[illegible] cit, ut promiscuæ co[illegible]ciones [illegible] re[illegible] paucorum coitiones. *Thucyd. lib.* [illegible] non potest, ut libenter quis se [illegible] se longè præfert & in quem sibi [illegible] naturâ datum novit. Naturaliter e[illegible] tes debere imperare liberis, No[illegible] bus, Seniores junioribus, Domino[illegible] Me[illegible]liores deterioribus, Sapientes impe[illegible] docet Plato *lib.* [illegible] *de Reip.* Phoci[illegible] ne, cum sibi silentium facere non p[illegible] stuarium jussit afferri ut quos v[illegible] terat scutica & flagello, qu[illegible]us [illegible] compesceret. *Plut. in Phoc.* [illegible] lanus à Tribunis plebis ad ca[illegible] compulsus, *Contemtim*, ait Liv[illegible] *minas tribunitias: lib. 2* & Op[illegible] tritiorum, cum curule[illegible] magi[illegible] be dividere & tribunc[illegible]um p[illegible] sessiones timere cogerentur, de[illegible] be[illegible] habitatum ab[illegible], que[illegible] & [illegible] læam & Argentinam & alias [illegible] vitates ejurarunt Nobile[illegible], cu[illegible] potestas p[illegible] de[illegible] tinis item [illegible] Med[illegible]anè[illegible] in[illegible] fan[illegible]iæ, im[illegible] int[illegible] des quæsitum ex[illegible]

tis & in meliores dominari affectantis plebis. Cato Major jam expugnasse invidiam longo ... tutis usu debuisset: Et tamen ejus censuræ ... posuere se patritii, tantam dignitatem ... potius, quàm homine novo toleratum. *Plut. in Cat. Maj.* Metellus ne conspectum ... Marii, ex plebe sibi invito surrogati ... ne videret, quæ audita animus tolerare nequivemt, sed exercitus venienti tradidit per P. Rutilium legatum. *Salust. in Iug.* Ex quo sequitur aliud imbecillitatis Democratiæ argumentum, quod scilicet in plebe contra ... cives non sit satis autoritatis. *Quid enim rectè homo imperium atq; ... fortuna fecerat,* ait Agrippa *apud Dion. lib. 52. a quo hoste non contemneretur? quis sociorum illi parere vellet. quis miles tali homini ... non indignaretur?* Si enim Phormio ... Atheniensium ducere recusavit, quod paupertas sibi demeret autoritatem. *Paus. in Attic.* quid autoritatis expectari poterit à sordida & contemta plebe? Rectè A... 4. *Pol. c.11. Qui excellunt divitiis, amicis, ... alteri, parere neq; volunt, neq; norunt. Id quod etiam pueris continuo domi cognoscitur. Nam propter indulgentiam in scholis quidem ... usitatum parere. Qui verò horum inopia ... nimis sunt abjecti; sitq; imperiũ hoc tanto cõt... quanto illi, in quos datur, majore autoritate pollent, altioresq; gerunt Spiritus.* Nam Quintius Cincinnatus, cum Trib. pl. jam maximam potestatis partem patribus ... additurus animum Patritiis contra plebem, non dubitat illam Servorum & Exulum contemtissimis nominibus indigetare, cum ait *Aulus Virginius nudos servos ... & Exulibus objecit. Liv. lib.3.* Ejusdem ... Cæso, quanquam ad preces descendere & ... manus singulatim prehensare multũ ... indignabundus cogeretur, admonens se tamẽ majorum suorum, quàm iis ingenioq; suo indignum foret, Plebeio magistratui dicto obedientem & obnoxium vivere, mutata sententia relictisq; vadibus, quos publicos dederat, ... exulatum ire in Thuscos, quam ... suorum fasces ferre, *Liv. l.3.* Martii Co... cogitata & animum à factis non dis... sic expressit *Liv. lib.2. Cur ego ple... magistratus, cur Sicinium potentem ... ugum missus, tanquam a Latronibus* redem... ? egone has indignitates diutius patiar, ... Tarquinium Regem, qui non tul... Sicinium feram?* Nec mora, cùm dies ... tribunis dicta appareret, immutatus consilium Alcibiadis, qui coram populo nunquã ... experiendum ... quam diu ad fugam via pateret. *Plut. in ...* ad Volscos abiit, non tam e... ut ... patriæ inde ex... aret. *Plut. in Coriol.* Quæ igitur Resp. necessario destituitur duobus firmissimis vinculis, amore nimirum Civium Optimorum & Majestate, quam *salutis tutelam* vocat Curtius *lib.* 10. quonam modo ætatem ferre & conse... unquam poterit? Democratias rectè quis comparaverit Venis, quæ ab initio vehementer spirant subinde deficiunt: Monarchias verò fluminibus, quæ in exortu quidem parva subinde accrescunt & vires majores sumunt. Etenim Atheniensium & Thebanorum status quasi nova quadam fortuna repente exortos, in herba periisse testatur, Polyb. *lib.*6. & Maximus Tyrius *orat.*3. tum horum, tum Syracusanorum, Carthaginensium & Ephesiorum inductione probat. Democratiam nullam diu & feliciter floruisse. Romanorum quidem status sua magnitudine contra vim externam satis diu se tutatus est, cujus causam Polyb. *lib.* 6. refert partim ad consilia prudentia Senatus ... quo Aristocratice gubernabatur: sed si internam ejus faciem contemplatus fueris, nihil illic sani aut sinceri invenies, sed omnia plena turbarum & seditionum. Quid enim enarrat Livius *Decade*1. præter patrum & plebis, Consulum & Tribunorum contentiones? quæ licet bellis Punicis quodammodo suffocarentur, postquam tamen metu liberata fuit Respub. crudelius & vehementius recruduerunt Grachana prima & secunda & tertia Apuleiana seditio, donec turbata omnia Sylla sub unam Dictaturam, & non multò post Cæsar sub unum imperium redigeret. Felicitas enim & quæ hanc per se comitatur perennitas non aliunde, quam internis principiis venit & æstimanda est, quæ quia malè in Democratia disposita sunt, non possumus illi firmam durationem promittere. Quid enim Autoritatis pendere possit ab iis Concionibus, quas unus atque alter suo arbitrio, quo libeat, impellendi facul-

58. *Democratiarum instabilitas.*

59. *Turba intestina.*

60. *Fusiles Conciones.*

facultatem habeat? Cum Hyperbolus proposuisset populo Niciam & Alcibiadem, vel alterutrum horũ, ad finienda certamina, Ostracismo pellendum esse, Syncretismo inter se convenientes ambo, eo rem direxerunt, ut ipsis existimationem tuentibus, Hyperbolus solum mutare cogeretur, quod omnibus qui præsentes intersuerant, ridiculum visum fuit, licet serò demum non sine pœnitentia errorem suum, & quàm levi brachio quantam rem egerint, cognoscerent. *Plut. in Nic.* Cleon nobilis orator non dubitabat coram concione, quasi in proscænio, scurrum agere, exclamare, vestem reducere, femur percutere, hinc inde discurrere unde primum, teste Plutar. *ibid.* apud eos, qui in Republ. versabantur, levitas neglectusq; decori, quæ duo omnibus rebus confusionem intulerunt, exorta sunt. Ferunt aliquando eundem Cleonem concione coacta, cum à populo diu esset, multumq; expectatus, tandem advenisse coronarum, petiisseque ut res in crastinum differretur: *Se enim sacrificasse Diis, hospitibusq; parando convivio occupatum esse.* Atque ita populum risu sublato discessisse. *Plutar. in Nic.*

Inveniuntur sanè in Democratiâ nonnulla bona, quibus videtur cæteris Rebuspub. potior esse. Nisi enim iis præfulgeret, inter legitimas formas Rerump. non adscribenda, sed unâ cum prolapsis damnanda esset. Maximè enim videmur, beneficio Democratiæ Libertate frui, 5. *Polit. cap.* 9. 6. *Polit. c.* 2. *in pr.* siquidem nomen ipsum laudabilem quandam *ἰσονομίαν* promittere videtur, ut notat Othanes *apud Herodot. libr.* 3. & Aggrippa *apud Dion. libr.* 52. & Aristoteles huic speciei propterea nomen Reipublicæ *κατ' ἐξοχὴν* relinquit, 4. *Polit. passim.* quod in ea omnia sint & publica communia, 8. *Eth. cap.* 10. cujus imitatione ICtus *in l.* 2. *§. Et cum placuisset leges,* 24. *in fin. de Orig. Iur.* amota Oligarchia Decemvirorum, Rempublicam dicit statum suum recepisse. Ex qua æqualitate porrò sequitur, ut cives disciplinæ & virtutibus magis operam dare velint in ea Republica, ubi nullius studiis viam ad honores præcludi vident. *Quis enim sana mentis est,* ait Isocr. *orat.* 3. *ad Nicoc. qui non optet potens, τοιαύτης πολιτείας μετέχειν, ἐν ᾗ μὴ διαλήσεται χρηστὸς ὤν μᾶλλον, ἢ φθείρεσθαι μετὰ τοῦ πλήθους, μὴ γινωσκόμενος*, id est, interprete Wolffio, *Civis esse Reipubl. in qua sua virtus non ignoretur, quam nulla re vulgo potior delitescere.* Neque enim [illegible] ferunt homines, dicente Agrippa, *se laborum, periculorum, impendiorum participes, rerum meliorum communicatione privari. Dion. l.* 52. Testis est Resp. Atheniensium, quæ n[illegible] q[illegible] tot illustribus viris clar[illegible]t, quam cum a Tyrannide libera, plena uteretur libertate. *Sigon.* [illegible] *de Rep. Athen. cap.* [illegible].

Prima enim Democratia exclusis Archontibus perpetuis, tulit Draconem, Solonem, Thaletem: Secunda, ejecto Hippia, Miltiadem, Aristidem, Themistoclem, Niciam, Alcibiadem, Periclem, Cimonem, [illegible] nem. Myronidem & in aliis [illegible] qui unâ [illegible] Democratia cõ[illegible] Dion his verbis insinuavit *lib.* 2. [illegible] *nutu in Græcia omnia gerebantur,* [illegible] *res magnas gesserunt: postea verò quum in* [illegible] *lam alteram popularẽ potestatem* [illegible] *clarissimi evaserunt. Nos quoque Romani* [illegible] *bertatem assecuti, ad hanc magnitudinem nullis aliis, quam Resp. freti bonis* [illegible] *sumus.* Effloruit enim virtus & [illegible] sublato impedimento Regum [illegible] Stulti cognomen asciscere cog[illegible] tute sua invidos Tyrannorum oculos pe[illegible] geret sibiq; in pernitiem fortior esse stu[illegible], quam Tyrannica patitur suspicio. T[illegible]in enim messem summorum Ducum [illegible] vera libertas Democratiæ, ut Livi[illegible] decim simul imperatores, Alex[illegible] similes in acie contra ipsum [illegible] p[illegible]. Nimirum, ut in alienis rebus [illegible] nostris promovendis industrii sum[illegible]. In Democratia vero omnia censemus esse communia, quæ Monarcha ad sui unius com[illegible] saltem sub arbitrium cogit. Unde & [illegible] facilius invenire argentum, quam p[illegible] notat Dion. *d. lib.* 52. eò quod [illegible] in commune, quam ad unius [illegible] *cessim. Bartol. disc.* 13. *In Monarchia* [illegible] *contrario,* ait Agrippa, *nemo est, qui in* [illegible] *quid præclarum esse videri velit, quum* [illegible] *omnes ferè Domini* [illegible] *ob rem* [illegible] *Dion. d. lib.* 52.

Hæc licet quodam modo [illegible] Democratiâ, non [illegible] exemptam, suis quoq; [illegible]

61. *Quibus bonis videatur prævalere Democratia.*

62. *Libertas maxime proposita Democratiæ.*

63. *Unde Studiũ Virtutum magis excitatur.*

esse omnia communia.

tam faciant: nihil tamen Monarchiæ præeminentiæ detrahunt, non certè illud ultimum, quo Democratiæ soli tribuitur, quasi Remp. non nominetenus sed revera faciat omnibus communem. cum nihil aliud sit quodvis imperium ex definitione Sapientum, ut reperit Marcellin. *l.29 quam cura salutis alienæ.* Antoninus Imperator imperium adeptus, omnia sibi periisse dicebat. *Capitol. in Anton.* pecuniamq. ex ærario à Senatu petẽs, subdebat: *Se adeo nihil habere, ut etiam populi ædes habitaret, Xiphil. ex Dion. in Anton. Philos.* quod nihil maneret principis proprium, omnia privata absumente & in publicos usus convertente lege Regnorum. *Nostrum*, ait Cic. *lib.1. Epist. ad fratr. Dicimus esse quicquid bono principi nascitur, & Tantum est omnium, quantum Principis. Plin. in panegyr.* qui meminisse debet *non suam esse Rempubl. sed se Republicæ. Sen. 1. de Clem.* Et ubi aliquid peculii sibi reservat princeps, discrimen semper facit inter fiscũ & ærarium, sicut Galba donans tibicini quinq; aureos, *de suo*, dicebat, *se eos largiri, non de publico. Plutar. in Galb. n. 5. Cæsar omnia habet, fiscus eius privata tantum ac sua, & Universa in imperio eius sunt, in Patrimonio propria. Sen 7. de benef. c. 4.*

65. *Regem esse publicum administrum*

Quod si qui magistratus defugiunt sub regno, ne alienis voluptatibus suas prodigant operas, conspicuo eos versari in errore manifestum est, quandoquidem *Regis Majestas nihil est, quam splendida servitus, ut ex Eurip. in Iphig. refert Plut. in Nic.* dum *omnium domos*, dicente Sen. *in consol. ad Polyb. cap. 26 Cæsaris vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delitiæ illius industria, omnium vacationem illius occupatio.* Nec desunt interim Regibus suæ manus, nec disciplinæ ullibi amplius in Italia floruerũt, quàm apud Florentinos sub Cosmo Medice: Quę audacia militari oppressę jacuerãt artes, certatim sub Augusto caput exercere ceperunt. Ac nescio, an ullus ex Ducibus Alexandri M. universis Atheniẽsium, sive fortitudinem bellicam, sive alias spectes virtutes, cedere velit. Certè Plutarch. minimum eorum Eumenem non dubitat Sertorio, callidissimo Romanorum, in pluribus anteferre. *In compar. Sert. & Eum.*

66. *Monarchia prærogativa præ cæteris Rebuspub.*

Quid verò si Monarchia non abundaret tot præclaris Ducibus, an propterea deterius habere putanda esset? Quia ne indiget quidem alienis operis ad ea, quæ summa sunt officia, cum unus princeps sit instar sexcentorum magistratuum, eaq; de causa iterum Monarchia multis parasangis post se relinquat cæteras formas Rerump. quod hæ summam rerum cogantur semper alienæ fidei & diligentiæ credere, cum illa utatur propriâ. *Conscribere milites* ait Isocr. *& illis uti, seu clam, seu palam, & aliis persuadere, alios cogere, alios largitionibus adducere, alios aliis officiis demereri facilius est Monarchiis, quàm cæteris imperiis. orat. 3. ad Nicocl.*

Nam ut ad hanc rem rationes afferam cogentes, magistratus in libera Rep. non possunt non esse ambulatorii & in annos, aut breviori spatio permutantur *Liv. lib. 3. in orat. Horatii contra Xviros.* quandoquidem Democratiis propositum est, aut omnes simul, aut quàm plurimos ad participandum honorum admittere. 6. *Pol. c. 2. in pr.*

67. *Democratia & Oligarchia incommoda ex magistratibus precariis.*

Qui verò toties cogũtur clavo abscedere, qui locum facere aliis, antequã ipsi incaluerint, quomodo poterunt parem sibi experientiam acquirere cum iis, qui in eodem studio consenescunt. Experientia enim usu acquiritur & prudentia venit ab annis. Quod si Lybia Aegypti regina vetuit à quoquam opificium, nisi per totam vitam excoli, eò quod lapis circumvolutus musco non obducatur: tantò plus temporis & exercitii requiritur ad artificium regendæ Reipub. quantò illud & præstantius est, & plura ad sui perfectionem requirit. Docet hoc iterùm Isocrates, quando ait: *Qui singulis annis magistratus ineunt, prius ad vitam privatã redeunt, quàm publicorum negotiorum scientiam assequãtur, usuque rerum erudiantur.* Qui verò iisdem rebus perpetuò præsunt, ut minus ingeniis valeant, longè tamen experientiá cæteris antecellunt.

Atq. hinc obiter solvimus, quod de mutatione legum in Monarchia objectũ fuit Nam, cum sæpius in Aristocratiâ & Democratia mutentur magistratus, quàm in Monarchia, imprimis, qui cum summa potestate creantur, sæpius quoq; jus illic variari, & basin Reipubl. convelli necesse est. *In Monarchiis*, ait Bodinus, *trigesimus quisq; annus novitatem inducere solet, ut in cæteris formis Rerumpubl. calenda Ianuaria quotannis.* Ubi enim plura edicta, plura scita & leges, quam Athenis aut

Xxxxx Romæ?

Romæ? Adeo quippe incerta omnia fecerat Ius prætorium, cum quisque pro arbitrio ex Edicto à se proposito jus diceret, ut Cornelius trib. pl. coactus fuerit arbitria prætorum ad statam & perpetuam legem revocare. *Ascon. in Cornel.* Ferè enim quisque suum magistratum novo aliquo & notabili instituto posteritati memorandum relinquere cogitat, aut, qui famam fusq; deque habent, invidiâ præ decessorum sæpè moventur, ut, dummodo aliquid innovasse in fastis scribantur, etiam optima quæque immutent. Quid enim non displicuit Mario, quod à Metello profectum erat? aut quam legem Marii non concussit Sylla, aut cui nam Syllæ edicto pepercerunt Mariani? Iusserat Cassius Consul Latinos & Hernicos urbe excedere. At Virginius collega edicto contrario eosdem retinuit. *Halycar. lib.8.* Unde prodierunt Consulum & Tribunorum certamina, quam ex mutuâ, sibi invicem ægrè faciendi, invidia? Cum Consul in accusatorem Quintii Cæsaris inquirendum proponeret Tribunus, negavit se permissurum, nisi Consul prius in promulgationem legis Tribunitiæ consentiret. *Liv. lib.3.* Quin & vulgi tantam esse levitatem, licet sit absque certamine magistratuum, paulò ante diximus, ut suffragia & vota sua, eorumque mutatione scita & leges, non tantum in annos & menses, sed sæpè in dies & horas mutare soleat, nedum ut major ex Democratia, quàm Monarchia constantia promitti jure queat.

69. *Magistratus negligentiores esse Reip. quam Reges.*

Sed ut ad incommoda illa redeamus, quibus subjacent Aristocratiæ & Democratiæ præ Monarchia, ex hac causa, quod cogantur omnia expedire per magistratus, pergit Isocrat. *ubi supra* & ait: *Magistratus, dum alii alios intuentur multa negligunt: Monarchæ verò, cum sciant a se omnia perfici oportere diligenter de singulis cogitant.* Idem enim magistratuum pluralitati objici potest, quod Arist. 2. *Polit. cap.2 & 3.* exprobrat communioni Platonicæ, Neglectum scil. iri publica sub multorum cura, dum alter alterius diligentiæ confisus aut invidens, minùs industriè, quæ sibi assignata est, Spartam ornat, adeoque totum negligitur, dum partem suam quisque non satis excolit. Nec credendum est, ullum magistratum tàm fore Reipubl. studiosum amantemque quàm principem perpetuum, quippe cum hic illi præsit, tanquam rei quodammodo suæ & propriæ, hæredibusq; tanto florentiori tradendæ, quanto diligentius in ejus curam incubuerit, ille verò, vertente anno ab honore istoc abiturus sit & fortasse locum facturus illi, cujus conspectum ob æmulationes ferre non sustineat, quemadmodum Metellus inimicissimo sibi Mario legiones tradere & Nicias Alcibiadis temerarii comes ire coactus fuit. Meto Atheniensis Astrologus, ficta insania, ædes proprias incendit revera ut immunitatē vel sibi, vel filio impetraret, neve bello Siculo præficeretur, aut ut filium classi præfectum retraheret. *Plutar. in Nic. & Alcib.* Attilius quoque Regulus cum Villicum sibi, periisse intellexisset, rogavit se ab exercitu dimitti, ne familiam, quæ in unius hominis cura steterat hactenus, dum Reipubl. inserviret, vivus vidensque pessum ire sineret, nec haberet postea, unde dotem solveret filiæ. *Communium enim curarum expertes sunt homines: privata cuique stimulatio. Tacit. libr.1. histor.* nec in eam partem à lucripetis tantum peccatur, sed & Dionem, privatis Tyrannorum quæstibus publicè adversum, innato sui amore eò impulsum affirmat Probus, ut legationibus, publico nomine susceptis privatum hominum favorem quæsierit, & qua in commune debuerat, sibi soli studia civitatum conciliarit. Pompejus eundem animum præsumsit in Catone, quando sibi & filio duas ejus sive filias, sive neptes (nam utrumque traditur) in matrimonium periit, eo fine, ut à publico bono obstinatum animum deduceret ad familiares & privatas utilitates. Fore enim ipsum generorum & familiæ magis, quam Reipubl. studiosum, ex suo ingenio judicium fecit & existimationem. Admirari autem merito licet Catonis constantiam, qui cordatè respondit: *Se non passurum sese per mulieres capi, nec obsides Pompeij gloriæ adversus patriam unquam daturum, Plut. in Cat. Min.* quemadmodum in causa non dispari Fabius Maximus cum Octacilii Consulatum dissuaderet, qui sororis suæ filiam uxorem & ex ea liberos habebat, dixisse legitur: *Non ea vestra in me, Quirites, majoresque meos merita sunt, ut non potiorem privatis necessitudinibus Rempubl. habeam, Liv. libr. 24.* Nam Cæsar

70. *Privatorum commodorum studiosiores esse homines, quam sit æquum.*

Cæsar conditionem, quam Cato respuebat, ambabus ulnis non diu post arripuit, & in detrimentosam publico affinitatem cupidissimè consensit. *Plutar. in Cæs.* Adeò magistratus majorem curam habent rerum suarum, quàm publicarum, quas, tanquam alienas, brevi intervallo nullas sint habituri. *Illi* inquit Isocrates: *ubi supra. maximam temporis partem domesticis negotiis occupati, offensionem negligentiæ sæpe vitare non possunt.* Lex, *Quod Nerva. ff. depos.* dolum præsumit ex hoc argumento, quod in alienis rebus nemo sit æque diligens, ac in suis. Princeps vero qui omnium bonis utitur, ut suis, non tantum amore rerum privatarum non abripitur à publicis, sed & has eò impensiore cura persequitur, quo magis verisimile est, eum ampliorem percipere hæreditatem posteris credere. Quin & ex eo ad singularem diligentiam permovetur, quod non tantum, quæ ab ipso per incuriam peccantur, sed & quæ forte fortuna incidere solent calamitates; Principis infamiæ vulgò imputentur, ut pluribus exemplis & testimoniis probat Gruterus, *supra Tacit.* Denique magistratuum Majorum cum potestate armorum constitutio, quibus carere nequeunt Aristocratiæ & Democratiæ, non potest non esse eum magno periculo conjuncta.

71. *Periculosi sunt Magistratus cum magna potentia.*

Si enim Pisistratus Athenis, cum satellites exorasset: sic Aristodemus Cumis, cum exercitui præfectus fuisset: sic Sylla Romæ imperium invasit, cum legionum favorem rebus foris prosperè gestis, sibi conciliasset. Reddamus enim Agrippæ suum argumentum: *apud Dion. libr. 52. Si in horum manus exercitus & imperia tradideris, annon teeum Rempubl. in extremum periculum conjeceris? Fieri enim non potest, ut insignis aliquis & magnus vir sit, quin idem excellat audacia, nec infima servilique conditione quisquam ferè magnanimus esse potest. Ubi autem quis audere cœpit, illico in eo libertatis cupiditas odiumque Respubl. innascitur.*

Argumentum igitur ex proventu virorum Illustrium tot modis solvitur: Quod verò à speciosa libertatis & æqualitatis prætextu petitur, *quia æquum esse* dicit Agrippa, *ut qui ejusdem & naturæ & nationis sunt, atque iisdem & moribus & legibus educati, quique communem corporum animorumque usum patriæ conferunt, alia etiam communia habeant, Dion. lib. 52.* multis quoque modis explicari & in jugulum Autoribus reduci potest.

72. *Quid sit vera & justa libertas.*

Nam, quia libertatem alii aliter interpretantur, non est in re tanti præjudicii vulgi sententiis acquiescendum. *Multis enim* dicente Isocrat. *in Areop. in petulantiâ Democratia, legum neglectu libertas, confidentiâ æqualitas, licentia felicitas posita existimatur.* Tarentini libertatis suæ summam in eo collocabant, quod jocari, græcari, ludere sibi liceret, ut liberet. Nam, cum Pyrrhus, contra Romanos ex Græcia ab illis evocatus, tabernas clauderet, ludis ædificata theatra dirueret, & desueta corpora ad disciplinam severiorem reduceret, multi urbe excesserunt, libertati suæ injuriam fieri, servitutisque jugum sibi, prohibita licentia peccandi, induci autumantes. *Plutar. in Pyrrh.*

73. *Quam improbè multi libertatem interpretentur.*

Suevorum rustici, quos Nigros vulgò vocabant, Christianam libertatem cum Politica confundentes, tum demum sibi integram libertatem concessam credere volebant, si nullis principibus subjici, nullis legibus constringi cogerentur. *In artic. Suev. Imperatori exhib.* Quod autem, quicunque libertatem hoc sensu accipiunt, perperam eam interpretentur, non tantum Aristot. 5. *Polit. cap. 9. libr. 6. Polit. cap. 2.* inculcat, sed & communis libertatis definitio testatum facit, dum justitia & æquitate ubique limitatur. Iustinianus enim dicit esse *facultatem naturalem, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut jure prohibetur. §. 1. Inst. de Iur. pers. l. si stipulatio ista facta. de Verb. Oblig. l. nepos 125. de V. S.* & Aristot. *dict. libr. 5. cap. 9. Servitus non est vivere legibus consentienter*, nec non Cicero *in Cluent: Legum ministri magistratus: legum interpretes Iudices: Legum denique idcircò omnes servi sumus, ut liberi esse possemus.* Persius etiam ad Masuri rubricam libertatem astringit, dum ait.

74. *Libertatem alligari justitia.*

Cur mihi non liceat, jussit quodcunque voluntas.

Excepto, si quid Masuri rubrica notavit.

Cum vero in Democratia probè constituta & in Aristocratia perinde Majestati & legibus sit obediendum, nisi quod honores pluribus & majo-

75. *Libertatem non esse minorem sub ...*

gno, quam in Democratia.

majores pateant, quid obstat, quo minus cives eadem libertate fruantur in Monarchiâ. *Bonus Rex prohibendo injurias tenuiores, æquitate constituenda summos cum infimis pari jure retinet. Cic. 2. Offic.*

Fallitur egregiè, quisquis sub principe credit
Servitium: nunquam libertas gratior extat
Quam sub Rege pio. Claud. lib. 3. laud. Stil.

Libertas est summa bonis sub principe justo.
76. *Libertas plebis fit servitus bonorum.*
Mantuan. 1. Sylv. Bonis, inquit, quia mali pro libertate quærunt licentiam, pro æqualitate promiscuam peccandi licentiam, *quam qui vulgo concedit* ait Mecœnas, *quid aliud quam gladium puero & furioso tradit. Et est illa imperita multitudinis libertas durissima fortium Virorum servitus, atque utrisque affert exitium. Dion. libr. 52. Plebs enim aut humiliter servit, aut superbè dominatur, Livius lib. 24.* & qui sub tali servitio premitur, nonne omnium est sanè miserrimus, ait Chrysost. *homil. 2. in Iohan.* cum paulò ante dixisset: *Populum instar undarum maris, variis & pugnantibus sententiis hinc inde jactari.*
77. *Unde æstimanda libertas.*
Quod si libertatem, ut debes, æstimare velis, non ex depravato cujusque arbitrio, sed præscripto naturæ, 3. *Eth. c.* 4. & 10. *Eth. c.* 2. & 5. *lib.* 1. *Polit. cap.* 1. invenies à naturâ adumbratam & in brutis etiam animalibus præfiguratam nō Arithmeticam, sed Geometricam proportionem, ex qua prodiisse Monarchiam docuit Aristot. 3. *Polit. c. ult.* & nobis c. 2. *Sect.* 1. *hujus libri* demonstratum fuit. Hoc enim conficere potest illorum argumentum, qui Monarchiam à natura derivant, *Lips. lib.* 2. *Polit. c.* 2. *Pontan. lib.* 4. *de obed. cap.* 2. *Cas.* 3. *Polit. cap.* 7. *Patrit.* 1. *de regn. t.* 13. *Iun. qq. Polit. q.* 4. *Bellarmin. libr.* 1. *de Pontif. cap.* 2. *autoritate libri de regim. pr. lib.* 1. *in pr.* & in mundi amplitudine unum Monarcham, inter astra unum Solem, inter animalia unum hominem, in homine unicam sedem animæ, & quod cæteris imperitet princeps membrum afferunt: imò & Apum Regem Unum, & Ducem gregis ipsum caprum, & quem grues sequuntur ordine literato, addunt. Licet enim suprà dictum sit, à naturâ argumentum non valere ad ea, quæ consilio & arbitrio humano ad certam utilitatem constituta sunt, prout & hæc ipsa exempla infinitas patiuntur instantias: negari tamen non debet, Aequalitatem, quam Monarchiâ sequitur, perinde consonam esse naturæ, quàm quam imitatur Democratia.

78. *Aequalitatem Geometricam Monarchia consonare naturæ.*
Natura enim, quæ intus nos hortatur ad optima, non patitur quemquam obedire nisi meliori, & insita omnibus inclinatione, quò quisque magis est vir bonus, prudens aut magnanimus, eò altius evexit ipsum suprà rusticum Vulgus & parendo natam plebem. *Qui pollent ingenio*, ait Arist. 2. *Polit. cap.* 1. & 3. *naturaliter sunt Domini eorum qui sunt tardiores*, & Aristides *in orat. ad Rhodios, teste Alciato.* 2. *parad. cap.* 21. *Lex naturæ à potentioribus planè clarior facta, ut Majoribus minores pareant:* quo pertinet quintus gradus naturalis subjectionis, qua potentioribus subjicit imbecilliores Plato *lib.* 3. *de legib. Aequum est*, ait Mœcenas, *ut qui sapientissimi sunt, consilium dent, qui rei militaris scientiam habent, ordines ducant, qui verò robustissimi & egentissimi pugnent & stipendia capiant. Dion. lib.* 52.
79. *Dum cuique tribuit quod suum est.*
Si enim cuiq; tribuendum, quod suum, cur imperium detrahendum iis, quibus ob sapientiam debetur? quod fit in Democratia, ubi fex populi dominatur, & quibus natura dedit sublimius ingenium, rerumque prudentiam majorem, quam quæ cujusvis modulo conveniat, aut ad silentium rediguntur aut non nisi obsequendi gloriam relictam habent. Si bonis & malis, nullo discrimine, Tros Rutulusve fuat, ad Rempubl. pateat aditus, dum inæqualibus tribuuntur æqualia, justitiam convelli, & tantopere quæsitam æqualitatem violari rectè docet Arist. 3. *Polit. cap.* 8. *Majores enim debent esse potiores in portionibus percipiendis, c. statuimus. de Major. & obed. c. fin. de constit. Facit. text. in c. consuluit. dist.* 74. *cap. de multa ad fin. de prabend. cap. pen.* 1. *quæst.* 2. & in omnibus
80. *Et imperium tradit, quibus a natura debetur.*
anteponendi Majores *l. nobiliores. C. de comm. & Mercat.* de qua re multa Felin. *in rubr. de Major. & obed. Col.* 3. *Vasq. in præfat. lib.* 1. *Illustr. qq. num.* 18. præcipuè cum hæc Majorum meliorumq; prærogativa vergat in salutem eorum, qui quod sint vilioris monetæ, jure subjiciuntur, ut de natura servis docet Arist. 1. *Polit.* & Augustinus ait *de util. credendi. cap.* 12. *Non possunt stulti beatius vivere, quam si serviant sapientibus.*

Quæ

8. *Libertas Democratica damnatur.*

Quæ verò libertas vivendi, ut velis, in Democratiis vulgò dominari depræhenditur, ea tantum abest, ut laudem mereatur, ut potius populi dominium maximo despectui, & longo post cæteras Respubl. intervallo exponat. 6. *Polit.c.* 2. Non tantum enim vulgus, suo arbitrio relictum, omni vitiorum generi frena licentiosè relaxat, sed & sui similes ad honores & imperia evehit. sicut de Mario refert Salust. *in Iugur. illi generis humilitas favorem addidit, ideoq; cupientissima plebe factus Cõsul, ipse contra egentissimum quemq;, quod ab eo genere celebratus auctusq; erat, magni fecit.* De Atheniensium non tantum, sed in genere de quavis Democratia testis est Xenoph. *de R.publ. Athen.* quod plebs id unum sibi propositum habeat, *quò impudentissimum ac flagitiosissimum quemq; summis imperiis præficiat, optimos verò & virtute eminentes cives in exilium excludat*, quod Democratiæ mores, iis autoritatem suam obtinentibus, subsistere & sarti tecti manere nequeant. Unde fit, ut ubi populus clavum moderatur, Optimorum flos civium multitudinis libidini servitutem servire cogatur, ut supra dixit Mecænas. Quotus enim quisq; vir bonus & fortis citra invidiam prosperè ad extremum vitam perduxit in Democratia? Epaminondæ & Pelopidæ, cum re optimè gesta domum redirent, triumphumq; expectarent, dies à populo dicta fuit. *Plut. in Pelop.* Thesea ejecit patria, quam condiderat: *Plut. de exil. Val. Max. lib.5.cap.*3. à qua eadem Miltiades in vincula, *Plutarch. in Cim. & Arist.* Pericles in multam *Plutarch. in Arist.* Thucydides, Themystocles, Aristides, Cimon, Timotheus, Alcibiades, Midias, Calliphon & infiniti alii in exilium, *Plut. in Cim. Arist. Them. Syll. Alcib. Lysandr. AEmil. in Phoc. Chabr. &c. Valer. lib.* 5. *c.* 3. *AElian. Var. hist. lib.* 2. *cap.* 43. *lib.* 3. *cap. ult. lib.* 9 *cap.* 18. Socrates, Paches, Phocion ad mortem damnati sunt, quorum postremo & glebula regionis Atticæ, quæ ossibus ejus injiceretur, denegata fuit, extra fines projecto, intra quos Optimus civis vixerat. Meritò igitur Valer. *lib.* 5. *cap.* 3. *Quid obest ergo, quin publica dementia sit æstimanda, summo consensu maximas virtutes, quasi gravissima delicta punire, beneficiaq; injuriis rependere?* Atqui Democratiæ ratio aliter non constat,

82. *Qua parata est in exitium bonorum.*

nisi plebs naturam suam, qua ad sui similes tantum fertur, exuat. Nam & Roma statim atq; exortu Tribunorum popularior reddi & à primitiva Senatus Aristocratia degenerare cœpit, in benefactores suos rabiem convertit: QuintiumCincinnatum, filio optimæ indolis bonisq; omnibus privatum ad agrum manibus suis colendum detrusit: Martium Coriolanum, Scipionem Africanum Majorem, Scipionem Nasicam, P. Lentulum, Metellum, in voluntarium exilium ire coëgit, Camillo aqua & igni interdixit, Scipionem Asiaticum in carcerem compegit, Africanum minorem domi impunè interfici sivit. Nec alium, tot laborum, fructum retulit Annibal à Carthaginensibus, quàm, ut solum, salva vita, sibi vertere liceret. *In magnis quippe civitatibus*, dicente Apul. *lib.* 1. *Florid. semper hoc genus invenitur qui meliores obtrectare malint, quã imitari, & quorum similitudinem desperent, eorum affectent simultatem sc. ut qui suo nomine obscuri sunt, aliorum innotescant.* Quantum verò bonis viris demitur, tantum quasi ex ære collatitio additur hominibus nequam & nullius frugi, qui in Democratia regnum obtinent. Simile autem simili se libenter applicat, & quibus quisque studiis maximè ducitur, iis impensius favet. C. Terentium Varronem, loco humili & sordido, patre lanio ortum, qui nulla alia re, quam proclamando pro sordidis hominibus, causisque adversus rem & famam bonorum, in notitiam populi venerat, & quod nuper legis, de æquanda Dictatura inter Fabium & Minutium Suasor fuerat, repulsis patritiis competitoribus, adeò cupide consulem creaverunt plebeij, ut illi uni comitia rogando Collegæ traderent, clamante Bebio Herennio trib. pl. Non ante finem belli habituros cives, quàm consulem verè plebeium, id est, hominem novum fecissent: nam plebeios nobiles, jam ijsdem initiatos esse sacris, & contemnere plebem, ex quo contemni desierint à patribus, cæpisse. Tum etiam, addit Livius *lib.* 22. *præfectum Paulum tradunt, prosequentibus Primoribus patrum: Plebejum consulem sua plebs prosecuta, turba quam dignitate conspectior.* Tales enim magistratus desiderat plebs, qui suis studiis & licentiæ populari in eodem ludo ad similia edocti, non adversentur, sed unumquemque

83. *Plebem non favere, nisi sui similibus.*

84. *Impunitatem civibus concedi in Democratia.*

libertate sua, quam in impunitate consistere putant, liberè frui sinant. Concedimus enim Agrippæ, quod in civitate populi dominio subjecta, neminem civium lædi patiantur, *Dion. lib.* 52. & lex Portia Semproniaque removebant promiscuè virgas à tergo cujusque civis Romani: *Cic. pro Rabir. lib. 5. in Verr. Val. l.* 8. Silanus Consul conjuratos, qui cum Catilina consilia occupandæ Reipubl. inierant, sua sententia ad mortem damnari voluerat, at edoctus à Cæsare, qui illi acriter resistebat, in carcere quidem servari civem fas esse, at gulam cuiquam frangi sine consensu populi non posse, sua quoq; verba in hunc sensum interpretari cogebatur, per ultimum supplicium nihil se intelligere dictitans, quam Carcerem, cum Carcer sit ultimum civium Rom: supplicium. *Plutarch. in Cat. Min.* Non autem hic

85. *Sed funesto consilio.*

quæritur, quid fiat in Aristocratia Democratiave, sed quid fieri debeat. Nam si impunitatem hanc cum regulis justitiæ conferas, non tantum ob eam non magnifacies statum popularem, sed & longè infra Monarchiam, unà cum Aristocratiâ damnati debere consenties. Quæ enim regulas justitiæ, qua proportione Arithmetica æqualis pœna mal. factoribus irrogatur, subvertunt, quæ lædunt bonos mores & publicam coercitionem prohibent, imò quæ præterea ad peccandum invitant, à nemine scio legislatorum in ulla Republ. tolerari, nedum instituí possunt, *l. Illud convenire. de pact. dotal. l. si unus. §. Illud tamen. de pact. Rochus Curt. in c. cum tanto. vers. cum tanto. n. 26. de Consu.* Ferè autem ita fieri solet, ut Optimates in Aristocratia, plebs in Democratia, dum leges quique condunt, ordinem suum privilegiis eximant à durioribus suppliciis, aliquando, ubi status magis degenerant, impunitatē iis lata lege promittunt, qua quidem lege nihil in Remp. posse introduci funestius rectè disputat Machia. *l. 1. disc. in Liv. l.* 24. Nam Triginta Atheniensium Tyranni legem tulerant: *Vt a se quidem cæteri, ipsi vero non nisi a Senatu trium millīū, capitis damnari possent. Xenoph. l. 2. Græc.* Patritii Mediolanenses in urbem ab exilio reversi, tali privilegio contra plebeios sese præmunierunt, ut sc. pœna cædis hominis plebeii, perpetratæ à patritio, non esset amplior, quàm septem librarum tertiolorum. *Sigon. lib. 8. hist. Ital.* Poloni adhuc

86. *Quod subvertitur iustitia.*

ea lege utuntur, quia Nobili capitale non est occidisse aliquem de plebe, *Lib. 1. Stat. Polon. privil. c.* 15. eò quod Resp. potissimùm consistat in manu Nobilium. Sic enim in foro Pontificio Clerici eximuntur à vinculis & manu magistratus Politici, quam exemtionem Immunitatis & libertatis Ecclesiasticæ nomine vulgò indigetant, *Bovi. in disp. contra Paul. Vener. c. 2. Bellar. c. 34. 35. &c. contra. Barclai.* nec verò ad eam libertatem, quam D. Petrus vocat velamen nequitiæ, 1. *Petr.* 2. pertinere ostendimus, *lib. de Exemt. Cler. c* 3. Nam sive in Aristocratia Nobilibus, sive in Democratia plebi spes impunitatis fiat, semper aperitur fenestra peccandi, & vis infertur æqualitati divinæ Iustitiæ id quod in Democratia eò sæpius faciliusq; evenire necessum est, quò plebs, ubi ad judicium de quoquam ferendum, deventum fuit, magis regitur affectibus, & de judicio inter Marium & Metellum dato loquitur Salust. *in 1. Iugurth. quò magis studia partium, quam quæ bona sit, aut mala sequitur.* Esse enim in populo inconsultam quandam ex ignorantia ortam temeritatem paulò supra diximus, qua plerumque, si suo ingenio relinquatur, ad pænitentiā properat. Athenienses n. tantò impensius Socratē post mortē honorarunt, quantò cupidius damnaverant: Phocioni auream statuā post mortem posuerunt, quem unanimi consensu, arrectis manibus, morte dignum pronuntiarant, usque adeò, ut & cadaveri sepulturam in terra Attica denegarent. Romani diem dixerunt accusatori Quintii Cæsonis, quem ipsi ex invidia plenissimo consensu agendum in exilium judicaverant. *Liv. lib.* 2. Iudæi Christum paulò ante Regem inungere properarant, mox ad crucem rapiebant, quem paucis diebus ante cum applausu & tripudiis in urbem & templum comitati fuerant. Imò non temerè tantum & ex affectibus ruit populus, sed etiam malitiosa sæpe pertinacia, multitudine sua confisus, nocentum dimissionem flagitat, & innocentes, quos forte adversos habuerat scelerate condemnat, ut exemplo Christi patet & Barnabæ. Institerant Athenienses apud Demosthenem, ut insontem quendam, quem populus damnatum cupiebat, accusatione meditata morte dignum apparere faceret, At ille, *Vos quidem,*

87. *Plebem in iudicio regi affectibus.*

88. *Et malitiosi inimicos suos prosequi.*

dem, O Athenienses, me consultorem vel inviti habebitis: calumniatorem autem nunquam, ne cunque cupiatis. Idem Antiphontem in concione populi injustè absolutum arripuit, & in vicum Martium pertraxit non sine populi indignatione, ibique convicit eum Philippo promisisse navalium incendium. Atque is quidem morte damnatus, capite pœnas luit. *Plutarchus in Demosthen.* Buthericus præfectus copiarum per Illyricum conjecerat in carcerem, insignem quendam aurigam, eò quod sui pincernæ pudicitiam tentasset Thessalonicæ. Cum autem curule certamen populus illic instituisset, ad cuius ludicrum istum aurigam deposcebat, nec precibus, à præfecto dimissionem facinorosi hominis in eum tantum usum, ut Floralibus inserviret, impetraret, ad vim conversus, perfracto carcere, non tantum captivum inde diripuit, sed præfectū unà detractū vitâ miserè multavit. *Nice. l. 12. c.* 40. Proinde rectè mouet Imperator: *Non esse audiendas vanas voces populi, nec vocibus eorum credi oportere, quando aut noxium crimine absolvi, aut innocentem condemnari desiderant. l. 12. C. Sent. resc. non posse.* Nam hac præcipitantia in judicando caret Monarchia, quandoquidem Regem multò diligentius facturum subditis justitiam & judicium verisimile est, quam populum universum, aut magnum Senatum. Nam hic singuli non habent sententiæ suæ rationem reddere, sed, si quid injuriâ decreverint, sub multitudinis clypeum se recipiunt, & impunè fieri putant, quod multorum fiducia fit, & cuius vindicta à tota Universitate facile expeti non potest. Cæterum princeps, qui scit sibi uni, non tantum Deo, sed & hominibus de judicio rationem reddendam, quique sibi soli excedendum novit, si quid intriverit, tàm conscientiæ dictamine, quàm metu pœnæ, legibus justitiæ addictior futurus præsumitur. *Quin etiam rarò turpiter & indecere agunt, qui Majorum suorum laudes secum periclitari cernunt: Qui verò per se ignotus est, majores suos longè obscuriores habet, parvam admodum sibi jacturam facere videtur, si aliquando delinquat. Patr. li. 1. de Rep. t. 4.*

89. *Monarcham diligentius exercere iudicium.*

Ex quibus omnibus patet plures quidem esse in Democratia ad peccandum vias, sed si quis eas libertatis nomine commendare vellet, eum oportere perinde errare, atque Pontificios nonnullos, qui exemtionem Clericorum definiunt per immunitatem Ecclesiasticam. Nam ipse Aristot. *lib. 2. Polit. c.* 2. malè in Democratia accipi libertatem, pro potestate vivendi ut velis, confitetur, ac tantū abest, ut specioso æqualitatis prætextu, Solon ad suā nos sententiā pertrahat, qui principem maximè gloriosum videri sibi dicebat, eum, qui Democratiā ex Monarchia civibus faceret. *Stob. serm* 46. ut potius eam ipsam ob causam populari statui palmam abjudicandam putemus. *Malum enim imperium* dicebat esse Fronto Consul, *sub quo nemini quicquam liceat, sed multo pejus, cum omnia liceant omnibus. Dion. in Nerv.* ac proinde Bias optimè respondebat, cum popularis homo ipsum interpellabat, ut in sua civitate popularē statū stabiliret, *Fac,* inquiens, *tu prius popularē tuam familiam. Bod. 6. de Rep. c.* 4. Vocat n. Arist. familiam parvā Remp. 1. *Oecon. c. 1.* & Isoc. *orat. 1. ad Nicoc.* negat Reip. benè preesse posse, qui nesciat benè præesse suis, sicut & Apostolus ineptū haberi vult ad regendā Ecclesiam, qui dilapitet rē familiarē: ideoq; ab unius natura ad alteram valet consequentia, adeò, ut si Democratia in civitate prepolleret, non minus in domo quoq; primas tenere deberet, cum tamen Arist. 8. *Eth. c.* 10. pessimam gubernandi domum rationem faciat, quam simul suscipiant fratres, quia pluribus in cōmuni societate rarò bene convenit. *Animus multitudine distrahitur*, ut ait Salust. *in Iugur.* de multitudine uxorum, *& dum nullam pro socia habent omnes pariter viles sunt.*

90. *Libertas populi exitialis.*

91. *Democratia damnatur.*

Frequens præterea in Democratia & Aristocratia occurrit malum, ex ambitu, cuius in Monarchia nullum esse usum, rectè dicit Ictus *in l. 1. in pr. ad. l. Iul. Amb.* & Ausonius ait: *ad Grat. de Consul. suo: Nihil cum sequestre deposui, cum distributore nihil pepigi.* Imo Veientes non alia de causa regem creatant, quā *taedio annua ambitionis*, ut scribit Liv. *l. 5. in pr.* quæ interdum discordiarū causa erat. Nam quantum mali unâ cum ambitu e Rep. amotum fuerit principatu, tum maxime patuit, cum Augustus in Siciliam se paululum subduceret. Statim enim in comitijs de creandis Consulibus seditiones recruduerunt, quas præsentia & favor principis hactenus interceperat. *Xiphil.*

92. *Magnum aliud malum in Aristroc. & Democratia ex Ambitu.*

Xiphil. in Aug. n. 14. Per certamina autem ambitus sæpius usq; ad fundamenta concussas fuisse Democratias ecquis est, qui ignorat?

93. *Quàm sæpe funditus concussa est Resp.*

Iugurtha Româ abscedens, cum recordaretur, quoties argento vota non populi tantum, sed & ipsorum Senatorum corrupisset, *Venalem* dixit esse *civitatem & pessum ituram, modò maturè emptorem invenerit.* Salust: *in Iug.* Subsistere enim diu non potest Respubl. ubi magistratus auro emuntur, quoniam vilescere virtutem necesse est, quando pretium ipsi antefertur, ut disputat Arist. *lib.* 2. *Polit. cap.* 11. Pessimo etiam cuiq; hac viâ, modò idem sit ditissimus, aditus patet ad summos magistratus, sicut Marius modios argenti plenos in forum attulit, ut suffragia, quæ aliter in leges suas conficere non poterat, admercaretur. *Plutar. in Mar.* Cicero accusat Verrem, quod fiscos complures cum pecunia Siciliensi transferri curaverit, ut iis per divisores distributis, Cicero ædilitate dejiceretur, & inventum esse dicit Q. Verrem ex eadem familia, qui sestertium quingentis millibus depositis id se perfecturum pollicerètur. *In Verr.* Idem *in Epist* 5. *ad Att.* ex fama refert, Pompejum comitiis intrusisse Afranium, atq; in eo neq; gratia pugnasse, neq; authoritate, sed quibus Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ modò Asellus omnibus auro posset ascendere: Consulem autem suscepisse negotiū & domi divisores habuisse: Et quanquam Cicero de Magno suo id cadere negat, Plutarchus tamen *in Cat. Min.* memorat, ipsum inventum in hortis numerantem pecuniam, pro quodam amicorum Consulatum ambiente distribuendam, C. Cæsar Lucceio autor fuit, ut quoniam gratia inferior erat Bibulo competitore, nummos tribubus pronuntiaret, quo facto eò adegit amicos Reip. ut tantundem Bibulo promitterent & pecuniam per symbolos conferrent. *Suet. in Cæs.* Tanta enim eo tempore erat perversitas Reipubl. ut dicente Plutarch. *in Cæs. n.* 9. honorem candidati positis in medio mensis sine ullo rubore nundinarentur plebem. Imò non auro emebāt saltē magistratus, sed ferro sæpè inter se invito populo & nequicquā reluctante Senatu dividebant. Tribules n. decuriatos & cōscriptos, quos Sodalitates vocabant, *officiosam amicitiam*, dicente Cic. *pro Planc. nomine inquinantes criminoso*, in forum producebant, ut si prensando non possent, minitando & terrendo voti compotes fierent, sicut cum Augustus Consulatum peteret, & patres cunctarentur, qui ab illo missus erat, ostenso capulo gladij, quem sub toga texerat. *Hic* inquit, *faciet si vos non feceritis, Suet. in August.* quam vocem cum Cicero à quodam ex Centurionibus à Cæsare missis ad impetrandam prorogationem provinciæ audisset, Plutarch. *in Cæs. num.* 9. *siquidem* respondebat, *ita petitis, obtinebitis.* Iam *priscis temporibus*, ait

94. *Incommoda ambitus in Democr. & Aristocr.*

Mamert. *in Panag. campus multorum ambitu fuit infamis, nota divisorum flagitia, nota libellorum præstigia, tum operarum ad vim & seditionem manus emta*: Et Cicero pro P. Sextio *f.* 77. *Lapidationes in foro sæpe vidimus: non ita sæpè, sed tamen nimis sæpè gladios, imò sæpissimè*, Nam Marius sextum Consulatum Metello invito expressit, stipatus Glaucia & Saturnino, multitudine egenorum & factiosorum civium circumfusis, admixta simul in concione militari turba: *Plut. in Mar.* Post cum bellum ambiret Mithridaticum, Sulpitius trib. pleb. ejus partes fovens, sexcentis viris Equestris ordinis, quos *Contra Senatum* vocabat, consules concionem habentes invasit, & alterius, qui se fuga subduxerat, filium trucidavit. *Plutarch. in Mar. Flor. Epit.* 79. Sylla post reditum ex bello Mithridatico, quanquam Senatus causa disceptationem in se receperat, non tamen SCtum magis, quam plebiscitum expectabat, sed armis, quæ secum deduxerat, occupata Respubl. consulatus suo unius arbitrio distribuebat: De cuius ætate id in fastos retulit *Plut. in Syll. quod ad imperia gerenda non tàm virtute, quam vi perventum fuerit, armisq; contra cives major, quam contra hostes usus fuerit:* De ætate verò Cæsaris idem prolixius: *Descendebat in campū Mercenarius populus non suffragiis pro præbitore, sed telis, gladiis, fundis decertans: identidem sanguine & cæde fœdatis rostris diremtis sunt, civitatem ad interregnum, quasi sine gubernaculo relinquentes delabentem, ut præclarè agi putarent sapientes se. in malum, quam regnū Respubl. non gravius ex tanta insania & tantis fluctibus evaderet. Multi erant, qui etiam dicere publicè non dubitarent, nisi summa rerū delata ad unū, deploratam Remp. esse. in Cæs. num.* 9.

95. *Quorum non aliud remedium, quam unius imperium.*

n. 9. Et hoc est, quod Tacit. innuit, *lib.* 1. *An.* dicens: *discordantis patriæ non aliud remedium superfuisse, quam ut ab uno regeretur*, qui scilicet ambitum tollendo, tot inde excitatas seditiones compesceret, pacemque & vitam Reipublicæ restitueret. Nam cum Cato L. Domitium Candidatum subornasset, ad disjicienda consilia Pompeij & Crassi, vereretturque Pompeius, vehementiam Catonis, ne saniorem partem populi in suas partes pertraheret, à quibus universis stabat Senatus, descendenti ad forum Domitio armatos immisit, qui servo, lucernam præferente, occiso, reliquos in fugas conjecerunt. quorum postremus recessit Cato dextrum cubitum, dum pro Domitio pugnat, sauciatus. Atque hoc modo consulatum rapuerunt Pompejus & Crassus *Plutarchus in Pomp.* Metellus tribun. pleb. legem perlaturus, ut Pompejus quam primum in Italiam veniret urbemque à Catilina in periculum conjectam in potestatem reciperet, arma, hospites, gladiatores, servos per forum prius distribuit, rostraque quæ ipse cum Cæsare insederat, circumsistere jussit. Impeditus verò à Catone, jussit in ipsum arma expediri, confectusque lignis ac lapidibus fuisset, nisi Muræna toga sua involutum in ædes Castoris deduxisset. *Plutarchus in Cat. Minor.* Nec quicquam profecerunt leges Ambitus, jam inde ab Anno V. C. 322. cum Candidati album vestimentum petitionis causa portare vetarentur, *Liv. lib.* 4. numerosa serie perlatæ, quibus crescentibus delictis, pœna postea adjecta fuit, sicut Calpurnia, quam severissimè scriptam dicebat Cicero *pro Mur.* pœnamque severam adjecisse *Cic. & Ascon. in Cornel.* non tantum repulsam à magistratu & Senatu, sed & multam pecuniariam irrogabat. Lex à Cicerone lata contra Catilinæ ambitionem, præter aliam pœnam etiam Decennale exilium addidit. Cæterum an id SCtum Catilinæ ambitionem restrinxit, aut à petendo magistratu amovit? quin potius, quod precibus obtinere desperabat, vi rapere, si eventus respondisset, aggressus erat.

96. *Plebs non patitur ambitum supprimi.* Quamvis Cato Minor Murænam ambitus accusaret: tamen is patrocinante Cicerone, quem ridiculum Consulem vocabat Cato, cum orationem istam haberet, absolutus est *Plutarchus in Caton. Minor.* Nec ipsa plebs, lucri qualiscunque avida, libenter patitur sibi bolum hunc è faucibus eripi, siquidem Optimates & Senatores ipsi pro Bibulo erogare pecuniam coacti fuerunt, ne Lucceius honorem illi præriperet, *Suet. in Cæs.* & Aug. Fab. & Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorũ, ne quid à quoquam cãditato desiderarent, singula millia nummûm à se divisit. *Suet. in Aug.*

Denique destituuntur Democratiæ & Aristocratiæ beneficio silentij, in quo consistit vis & artificium omnium consiliorum. Consiliis enim firmatur Respubl. & consilia frustra capiuntur, nisi tegantur. Propterea enim Senatus aliquis reductus ex probatissimæ fidei & paucissimis civibus plerumque constitui solet, ut intra paucorum conscientias coarctata consilia, facilius hostium notitiam fugiant. Veneti in hunc finem siverunt invalescere in Republ. periculosam Decemvirorum potestatem, *Il Consiglio de Dieci*, vocant, Dictatoriæ, ut rectè censet Ianot. *de Repub. Ven.* similem, tantum ne in universum Senatum diffluerent, quæ occultari. & inter arcana sepeliri. occasio exigebat. Videbant enim arcana non satis tutò ne Senatui quidem nedum toti concioni committi posse, qua de causa & Romani, quantumvis in extremam Democratiam prolapsi, tamen cogebantur legatos Regum & Civitatum ad Senatus Audientiam rejicere. Populus enim plenus rimarum est, hac atque illac perfluit, & impossibile est illic aliquid secreti manere, ubi omnia propalantur, ut Democratiæ rectè objicit Darius *apud Herod. l.* 3. & Mecænas. *apud Dion. l.* 52. *Consilia*, inquit ille, *in adversarios trahuntur*, & luculentum hujus rei testimonium præbet Xiphil. *in Aug. num.* 13. quando ait: *Ante Augustum potuisse ad historias omnia ferri, quod referrentur publicè ad populum aut Senatum: post verò sub unius Imperio multa mansisse incognita.* Ut incommodum hoc declinaret Senatus invenit novam rationem Taciti SCti, quod sic describit Capitol. *in Gord. num.* 3. *Omnino exemplum SCti taciti non aliud est hodie, quam quod Imperatoria Clementia, convocatis ad interiora Majoribus, ea disponit, quæ non sunt omnibus publicanda, de quibus etiam adjurare solent, ne quis ante rem completam quicquam vel audiat, vel intelligat. Hunc autem morem apud veteres necessitates publicæ*

97. *Aliud magnum incommodum, Aristocratiæ & Democratiæ.*

98. *In Democr. & Aristocr. consilia non tacentur.*

99. *Tacitum SCtum.*

 repere-

reperérunt, ut si forte aliqua vis ab hostibus immineret, quæ vel cogeret humilia captare consilia, vel aliqua constituere, quod non prius oporteret dici quam effici, vel si nollent ad amicos aliqua permanare, SCtum tacitum fieret, ita ut non scribæ, non servi publici, non censuales illis actibus interessent, Senatores exciperent, Senatores omnium officia censualium scribarumq; complerent, ne quid forte proderetur.

100. Quod tamen propopulatū est.

Tale SCtum factum est in Maximinum, ne res ad ipsum perveniret. Sed, quod multi nihilominus in Senaculo concurrerent, non latuit Maximinum, qui sic ad præfectum urbis rescripsit: *SCtum, tacitum vestrum illorum principum legi, quod præfectus urbis factum esse fortasse non nosti nam nec interfuisti. Cujus exemplum ad te misi, ut scires, quomodo Rom. Remp. regeres.* Bonum enim consilium, quóque quis hosti nociturus est, oportet ab ipsa subucula ignorari, ut dicere solebat Metellus, & ejus imitatione Iohan: Albertus Rex Polon. *Cromer. lib.* 30. idque nisi à summo rerum eoque unico moderatore capi non potest.

101. Regni formā esse optimam omnium.

Proinde ut tandem concludamus benè dictum est à Livio: *lib. 2. Regnum esse Rem inter DEOS & homines pulcerrimam, Cal. Rhodig. L. A ant. 4. c. 25.* & Plato dicit. *in Polit.* ὁ βασιλεὺς ἐςι, ὡς θεὸς ἐν ἀνθρώποις. Persæ habebant Regem, ut numen aliquod in terris & simulacrum omnia foventis Dei. *Plutar. in Them.* Callimachus etiam ἐκ Διὸς regna derivat.

> *Nil optare potest unquam Respublica pejus*
> *Rege malo: nil rege bono præstantius &c.*
> *Felices igitur populi, quos vivere Divi*
> *Concedunt sub rege pio.*

Mantuan. libr. 1. Silv.

102. De consensu meliorum gentium.

Nec immeritò Cappadoces & Paphlagones, cum Romani eos Regibus liberare vellent, id recusarunt, supplicium potius quàm beneficium se accepturos rati, responderuntque: *sine Rege nullam gentem posse vivere: Iust. lib.* 38 Imò primi ipsi Romani, si verè refert Halyc. *l.* 2. & notat Zas. *ad l.* 2. *in pr. nu.* 10. *de Orig. Iur.* cum Romulus illis trium Rerump. optionem dedisset, Regem elegerunt, qui & Optimatibus Persarum post longā deliberationem placuit, & de Aegyptiis testatur Herod. *lib.* 2. quod nunquam sine Rege esse potuerint. Primum in terris nomen regni fuit & Regibus quidem ultrò se populi submiserunt, teste Arist. 3. *Pol. cap.* 10. & 11, *Polib. c.* 9. & 10. quod summis ab ijs beneficio affecti essent.

103. Pleraśq; nationes sub Regibus esse.

Quod si nunc quoque oculos per orbem, quacunque habitatur, circumferas, præter paucos montium incolas & civitates nonnullas Italiæ, & forte in novo orbe non satis cognitas nationes, quas pecorum ritu sine ordine & magistratu vagari scribit Ioseph. Acosta *lib. 7. histor. Indic.* cum cultissimæ quæque gentes, Mexicani sc. & Peruviani & qui inde in Auriferam Guajanam, *Sr Ralegio credimus in hist. Navig. sua relat.* se receperunt, vicinique quicunque accolæ regibus partim electis, partim successione acquisitis ultrò obtemperarint, *Benzo. in histor. Ind. lib. ult.* non invenies alias Resp. quam Monarchias, ex quibus potissima adhuc jura retinent Germanorum, Polonorum, Danorum, Suecorum mixti dominatus, licet Aristocraticum temperamentum in media viscera receperint. Quia enim felicius administrantur, fines quoque ditionum plerunq; longius promovent, nec non duratione cæteras Resp. vincunt Monarchiæ; mirandum non est, si ijs maxima pars terrarum se dediderit. Cujus enim vel Democratiæ, vel Aristocratiæ ætas conferri potest, cum imperio Scytharum, cujus initium sibi ignotum esse, scribit Iustin: *l.* 2. aut cum Monarchia Assyriorum, cui à Nino ad Sardanapalum annos 1240. Eusebius, & Iornandus, Iustinus verò *lib.* 1. & *Sleid. lib.* 1. *de* 4. *Monarch.* 1300. Diodorus 1400. *lib.* 2. *c.* 7. tribuunt.

104. Durabiliores esse Monarchias cæteris Rebuspubl.

Athenensium prima Democratia non duravit supra 30. nec secunda ultra 27. Olympiades: Cæteræ, in quas nonnullæ aliarum civitatum Tyrannides expiraverant, instar herbæ solstitialis, in ipso exortu emarcuerunt, ut Polyb. testatur *l.* 6. & Maxim: Tyrius *orat.* 3. exemplis Syracusanorum, Carthaginensium & Ephesiorum probat. Thebanorum status & libertas unâ cum Pelopida & Epaminonda, quorum Virtutibus nitebantur, emortua sunt. Si quæ n. Democratiarū ætatem ferunt, non tā suis dotibus, quàm virtute proborum magistratuum subsistunt.

105. Democr. & Aristocr. stabiles esse per accidens.

Romæ quidem tribuni & populus dominati sunt, ab eo tempore, quo tribuni primum creati sunt. An. 431. At quam propositionem habent pauculi isti anni, si in statera appendantur, cum tot seculis, quæ decurrit

currit in eadem Rep. Monarchia? Etsi in medio fervore populares domini non recurrissent ad breve regnum Dictatorum, ne eum quidem terminum assecuti fuissent. Lacedæmoniorum Resp. prout à Lycurgo enodita & ejus popularis status cum Senatus mixtione temperatus fuit, diutissimè quidem omnium floruit, sed beneficio legum Lycurgi, & quod Reges ferret hæreditarios, quibus bellica negotia tutius, quam precariis magistratibus committebantur: nec tamen ne sic quidem effugit, quin in Cleomenis Tyrannidem tandem incideret, cui omnes populi aut paucorum dominatus patere suprà ostensum fuit. Propè huc accedit Aristocratia Venetorum, quæ in eo statu ferè deprehensa fuit, usq; à ducatu Sebastiani Cyani, qui tempore Alexandri III. Pontificis & Friderici I. Imperatoris, nomine Ducis præfuit, per annos 439. præter propter. Nam Cæterorum, qui cum Iovio Octingentos, cum Bellarmino, 1100. *l.* 1. *de Pontif. c.* 2. cum Cos. Bart. *disc.* 7. 1140. cum Manutio & Molinæo, *de Monarch. Gall.* 1200. annos ejusdem Reip. ultimæ formæ attribuunt, errores. *cap.* 4. *sect.* 4. rejecimus, ostendimusq; eos confundere civitatis ætatem cum duratione *Reip.* Quò enim propius ad unitatem Monarchiæ, qua membra omnia strictissimè colligantur, accedunt Aristocratiæ, eò ferè Democratiis diutius durare solent, præcipuè si accesserit summi Magistratus fidelis diligentia, in cujus manu verti totius Reip. salutem nemini dubium est, prout exemplo Scipionis ob oculos posuit Livius: *sub cujus umbra* dicit *Vrbem terrarum Dominam latuisse: Nutus ejus pro decretis patrum, pro populi jussis fuisse.* Atque huc usque quæ ad Reip. naturam & differentias pertinere visa sunt, explicata sufficiant. Consequens est, ut caput Reip: & primariam ejus partem, unde cæteræ omnes ordine dependent, aggrediamur.

FINIS.

RELECTIONIS POLITICÆ LIBRORVM ET Capitum Index.

LIBER PRIMVS.
DE CIVITATE ET FAMILIA.

PROOEMIVM SEV RATIO ORDINIS, *quod & quare in Politicis à civitate & familia auspicandum sit.*

7. Utrum

RELECTIONIS POLITICÆ

LIBER SECUNDUS.

DE REBUSPUBLICIS IN GENERE ET SPECIE.

Proœmium, in quo redditur ratio ordinis.

SUMMARIA.

CAPUT PRIMUM.

De Republica in Genere.

SUMMARIA.

CAPUT II.

De Monarchia in Genere.

SUMMARIA.

CAPUT III.

De Regno, Dominatu, & Tyrannide.

SUMMARIA.

CAPUT IV.

De Aristocratia & Oligarchia.

SUMMARIA.

CAPUT V.

De Democratia & Republica in specie.

SUMMARIA.

INDEX RERUM ET VERBORUM memorabilium.

A.

Aenea

Andreas

Ars

Cam

Carolus

 parcus.

Gyna.

Hiero-

I.

Lanfran-

M.

Militia

P.

Pater-

tam

Raymi-

omnes

S.

Saban-

Servus

Subdi-

Vasal-

Vtilitas

W.

X.

Z.

Errata.

Errata.

Pag. 2. fac. 2. lin. 1. lege licet accipiat vel accipere. p. 4. fac. 2. l. 8. lege magistratuum. p. 5. 2. l. 7. à fin. lege Epict. p. 6. l. 22. à fin. l. casibus. p. 7. f. 1. l. 1. Ab. Ib. in m. n. 3. l. conversatione. Ib. l. 18. l. siderum. p. 10. 2. l. 18. à fin. l. vetustissimi mortalium. p. 13. 1. l. 21. à fin. l. ζώοις. p. 17. 1. l. 3. à fin. l. vehementis. p. 18. 2. in marg. l. unde prima societas. p. 21. 2. l. 3. leg. notatione. p. 22. 1. l. 15. leg. Clodii. p. 23. 1. l. 14. l. Vlysses. Ib. l. 4. à fin. l. fortunatum, p. 23. 2. l. 21. l. procerum, p. 24. 1. l. 10. l. Nicolaitis. ib. 2. l. 18. l. Porphyr. p. 28. 1. l. 24. à fin. l. tantam, p. 28. 2. l. 6. à fin. l. Martyr. in Ap. p. 29. 1. l. ult. l. λαμβάνοντι, p. 30. 1. l. 22. l. Genes. 35. & 49. ib. 23. à fin. l. abstinere, ib. l. 6. à fin. l. Respublicas, p. 30. 2. l. 14. à fin. l. gentes, p. 33. 1. l. 23. l. impius, p. 33. 2. l. 9. l. professionem, p. 35. 1. l. 13. à fin. l. generum, p. 36. 1. l. 12. à fin. l. πάππος, p. 37. 1. l. 16. l. jura, p. 39. 2. l. 2. l. ἐπίγειοι, p. 41. 2. l. 13. l. regulariter. p. 42. 1. l. 3. à fin. l. φιλαυτίας, p. 43. 2. l. 5. à fin. l. Nobis, p. 44. 1. l. 13. à fin. l. οἰκέτας, p. 44. 2. l. 24. l. Plat. 1. de LL. p. 47. 1. l. 21. à fin. l. obedientia, p. 49. 1. l. 14. à fin. l. rerũ, p. 51. 1. l. 22. l. liberas, ib. in m. n. 18. l. rejicitur. p. 53. 2. l. penult. l. ut ad id, quod. p. 54. 2. l. 1. l. illud deducit, ib. l. 9. l. natura, ib. l. 19. l. publicè, ib. l. 14. à fin. l. advertit, p. 55. 1. l. 12. l. εἰκὸς. p. 55. 2. in marg. n. 12. l. sustentare, ib. l. 6. à fin. l. pracipiti, p. 56. 2. l. 3. l. summo, p. 57. 2. l. 5. à fin l. πενιῶν & κοινῶν. p. 58. 1. l. 23. à fin. l. detestabiliorem, p. 59. 1. l. 10. à fin. l. & libertas, ib. l. 6. à fi. l. post, p. 59. 2. l. 19. l. qua. p. 60. 1. l. 1. lege Ephes. c. 6. p. 63. 2. l. 13. à fin. l. legi, p. 64. 1. l. 18. l. perniciosa, ib. l. penult. l. milites, p. 66. 1. l. 5. l. fine. ib. l. 8. l. captivi, p. 66. 2. in marg. nu. 26. l. res, p. 68. 1. l. 16. l. quod in humanitatem, p. 71. 1. l. 4. à fin. l. Deut. 15. p. 71. 2. l. 10. à fine. l. negavit. ib. l. 6. à fin. l. liberalitatẽ, p. 72. 1. l. 12. à fin. l. Tullius. p. 73. 2. l. 5. l. qui eam ingenuis factis sive in patronum, sive in &c. ib. l. 15. l. indicibus. p. 76. 2. l. 8. l. libere, ib. l. 3. à fin. leg. hostis est, p. 78. 1. l. 12. l. 1. Reg. 15. p. 80. 2. l. ult. l. familiaritate, p. 81. 1. in marg. l. filii. ib. l. 13. l. Arminii, p. 82. 1. l. 12. & 13 l. Thurei. ib. l. 24. à fin. l. libera, p. 84. 2. l. 13. à fin. l. bona, p. 85. 2. l. 20. à fin. l. infida pretium servitutis, quod. p. 87. 1. l. 19. l. paupertatis. l. Exod. 5. p. 88. 2. l. 9. l. Dominio, ib. l. 20. l. Henning. p. 90. 1. l. 18. l. Exod. 21. p. 92. 2. l. 15. l. non videmus, p. 93. 2. l. 15. & 14. à fin. l. magno natu quidem cum omnium majorum, p. 94. 1. l. 8. l. carnificem esse, p. 94. 2. l. 11. l. septima fructuum, ib. l. 12. à fi. l. profectò immitius, p. 96. 1. l. 3. à fin. l. indulgere, ib. 2. l. 7. à fin. l. mulctam, p. 101. 2. l. 13. à fin. l. libertate, p. 102. 1. l. 9. à fin. l. limitat. ib. 2. l. 18. l. onerari, p. 104. 2. l. 14. & 15. à fin. l. omnes, p. 106. 1. l. 7. l. instaurare, p. 106. 2. l. 20. à fin. l. Helii. p. 107. 2. l. 25. l. Asinio. p. 108. 1. l. 7. l. Flav. Vopisc. ib. l. 11. l. Cassius, ib. l. 13. l. patrasse, ibid. l. 18. l. quibus diversi ritus, l. 20. l. Tacit. 14. Annal. p. 108. 2. l. 10. à fine l. vento, p. 110. 2. l. 7. l. Tiberio T. Curtisius & med. l. Flavius. p. 111. 1. l. 19. l. Ilotas, ib. l. 17. l. Nabis. l. 24. à fi. l. Nabis, l. 26. l. in libertatem recepti sunt, p. 115. 1. l. 9. à fin. l. mortuo, p. 117. 1. l. 24. l. arcentur, p. 118. 2. l. ultim. leg. sed, p. 120. 2. l. 22. l. minus, p. 121. 2. l. 19. à fin. l. Cassius, p. 122. 1. post med. l. evasit, ib. 2. l. 13. l. greges in Asia, p. 126. 2. l. 17. & 18. l. Sabaudia, p. 127. 2. l. 6. à fin. l. rure. p. 129. 1. l. 9. l. Antonius. p. 133. 1. l. 23. l. Coriolanum, p. 133. 2. l. 13. à fin. l. quà dominus, p. 136. 2. l. 23. à fin. l. deduxit pater, p. 137. 1. l. 19. l. dicturus. p. 138. 1. l. 3. l. Exod. 21. Levit. 25. ib. l. 8. à fin. l. Lindschott. p. 139. 1. l. 20. à fin. l. transiit, p. 141. 1. l. 9. leg. Liv. lib. 4. l. 23. à fin. l. ex lege, p. 141. 2. l. 14. à fin. l. ἀγαθὸν, p. 145. 2. l. 17. à fin. l. Carolus Magnus, p. 146. 1. l. 20. l. capta; quo. p. 146. 2. l. 9. l. Liv. lib. 3. p. 147. 1. l. 3. l. posset exprimere, ib. 2. l. 17. l. proscriptis patris, l. p. 148. 1. l. 13. à fin. l. atque hinc simul. p. 150. 1. l. 4. à fin. l. judicia favor efficit. p. 151. 1. l. 18. l. & uxoris cubiculi. p. 152. 1. l. 2. l. eadi jussisset, ib. l. 10. l. irasceretur. p. 153. 1. l. 19. l. Crispum. ib. l. 5. à fin. l. Agrippina causa, p. 154. 1. l. 3. Psal. 55. ib. l. 13. à fin. l. novus amor. p. 154. 2. l. 18. à fin. l. bini ejus fratres. p. 155. 1. l. 20. l. inspecta causâ absolvit eum de concilii, p. 155. 2. l. 20. l. Ide. ib. l. 17. à fin. l. vinum gustantes. p. 156. 1. l. 5. l. non concessisset, ib. l. 17. à fin. leg. quos simul. tio. p. 157. 1. l. 4. à fin. l. impedire doceant, p. 158. 1. l. 22. l. & Proverb. c. 1. ib. l. 16. à fin. l. detorqueat, p. 165. 2. l. 11 à fine. l. Aristoteles 8. Eth. c. 7. 8. 11. & 12. l. 7. à fin. l. d. c. 8. p. 166. 1. l. 18. à fin. l. 8. Ethic. c. 13. p. 166. 2. l. 23. à fin. l. ἀρχὴν τέλειν, p. 168. 1. l. 2. l. Aventin p. 169. 1. l. 4. à fin. l. 8. Ethic. c. 16. p. 169. 2. l. 18. l. genuerunt. p. 171. 1. l. 20. à fin. l. excusare non posset, ib. l. 17. l. in insaniam. p. 176. 2. l. 21. l. Mart. Laud. ib. l. 22. l. Carcer. p. 177. in marg. n. 45. l. dissipatis primis elementis, p. 178. 1. l. 19. à fin. l. non faciat. ib. l. 6. à fin. l. in are manent, p. 178. 2. l. 21. l. debeatur. p. 179. 1. l. 3. à fin. l. creditorem ostendens, p. 181. 2. l. ult. & penult. l. si mimi aut concubina

filii

filiæ.p.184.1.l.12. à fin. l. furtivis fotibus.p.185.2. penult.l. quod ego. p.186.1.l.9. l. an jure posset. l.penult.l. patris. p.187.1.l.8. à fin.l. præsumitur. p.190.1. l.ultim. l. Senecam.p.191.1.l.10.l.Coriolano.l.8. à fin. l.ap. Senec.l.7. contr.2. p.191.2.l.12. l.excusatos habuerunt. seu controv.17. p.192.1. in marg.n.43. l.an jus sit. ib.l.9. l. ut matrem occidendi.p.192.2.l.9.l. nodum.p.194.1.l. penult.l.τῷ ἀδελφῷ ἰόντι. p.195.1. l.17. à fact. deduxi. p.195.2. in med.l. Agrippina mater.ib.l.6. à fin.l. sine interitu matris.p.196.2.l.12.l prov.20. & c.19. p.197.2.l.12. à fin.l. gemitus.ib. l.18.à fin.l. quod. p.198.1.l.6.l. apud Tacitum 14. Annal. ib.2.l.3.l.Solin.p.199.1.l 6.l.in hoc facti. ib.l.15. lege metus arceret supplicii. ib.l.penult.l parcere. p.200.1. post med.l.lib.3.de histor. animal.c.1.p.202.2.l.6.à fin.l.jure.p.203.1. l.24.à fin.l.Episagmatis loco p.203.2.l.12.l.impedire potuerit.p.206.1.c.l.20.l.repræsentanti filio.p.207.2.l.19.& 20.l.praerant.p.208.2.in med.l. ex vicis in Asty. ib.l.3. à fin.divide. p.209.1. l.22. à fin. l.divinis ingratiâ.p.210.2. l.14. à fin.l. Varro.p.211.2.l.penult.l. Deut.13.c.p.214.2.l.9. à fin.l. furcas Caudinas.p.215.1.l.13.fin. l. nec magis ara. ib.l.6.à fi.l.arisq;.p.215.2.l.18.à fin.l.Intricatior.p.217.2.l.18.l.Pacius.p.219.1. l.6. l. oligarchia. ib.l.7.l redundare. p.219.2.l.15.l. vobis defecimus. ib. l.2. à fin.l. Gail.p.222.2. l. ult.l.ubi Soncin.lauct. p.223.1.l.16.l. ἀρχῆς.p.228.2.l.24. dividit autem. p.229.2.l.9.à fin.l.& publica. ib.l.7.l.sed etiam Eduardum. p.232.1.l.19.à fin.l.ne si dilataretur. p.233.2.l.7.l.civem esse,illum legatum fecialem. p.234.1.l.24.l. noluit oblato. ib. l.26.l. amitteret Romanam. p.235. 2 l.ult.l.Hebnubod.p 236.1.l.12. l. Memorancius. ib. circa med.l. obtulit Thoma.ib.2.l.4.l.Laudens.p.239.1. in marg.n.3.l.frangit. p.241.2.l.8.l. hinc abit. ib. l.18.l. absque hac si esse incipit. ib.l.17. à fin.l.anno 1548. p.242.1.l.11.à fin.leg.deserant, jus habitandi causa,p.242.2.l.6.à fin. l.teneri reum. p.243.1.l.6. à fin.l. πόλιν φιλτάτην. p.243.2.l.21. à fin.l. Respublicas. p.245.2.l. 17.à fin.l.ad rempubl. latos. p.247.1.l.6.à fin.l.manumiss.p.247.2.l.21 l.ad civis.p.248.1.l.8.& 9. à fin.l. Sextius cum Licinio. p.248.2.l.8.l.domicilium.ib.l.21.l. promeritus. p.249.2.l.4.à fin. l.ferretur. p.250.1.l.2.l.coactusq;. ib.2.l.7.l.ἀπειλήθησαν. p.254.1.l.3. à fin. l.gradus civium p. 256.2.l.13.& 14.à fin.l. scriptores. p.261.2.l.23.l.Gadd.& Forner.ib.l.19.à fin.l.originales cives. & l.17.l.Tiraq. ib.l.3.à fin.l.in fines. p.262 1.in marg.n.6. l.variè. ib.l.12.à fin.l.Bodin.1.de.p. 262.2.l.21.à fin.l. Claudiæ familiæ sim. p.263.2. l.3.à fin.l. subsistat. p.264.2.l.22.à fin. an sint cives. p.266.2.in marg.n.28.l.pinxerunt.p.267.1.l.7.à fin.l.ut refert Aristot. p.267.2.l.20.à fin. l.ad perfectam. p.268.2. in marg.n.36. l.vindicta dari eam. ib.l.12. & 11.à fin. l.pœnitentiæ. p. 269.1.l.18. l.atque ita. p.270.2.l.18.l. pepererat. ib.l.25.l. Florus Epit. p.272.1. n.·.l. Piccolominei,p.272.2.l.20.à fin. quas Deus. p.273.1.l.2.& 3.l.Fogerol.p.273.2.l.13.à fin. l. piccolom. p.275. 2.l.6. l.seriæ,p.276 1. l.14.l de incess. anim. p.276 2. l.5.l. manifesta quoad nos,transeamus, p. ib.l.11.à fin.l.Hipp.& Plat.p.277.1.l.12.l.nimirùm Civitate. p.278.2.l.12.l. adumbrato. p.279. 2.l.7.à fin.l.quasi in incerta saburra,p.280.1.l.25.l.discrepent,p.281.2 l.6.l.Zabarella.ib.l.14.l. infertur. ib.l.22.l.Meth.cap.7. ib.l.24.l. Medicus totus. p.282.1.in marg.n.6.l.fine.p.283.1.l.16. l.studio novandi,p.285.1. l.14. à fin.l. recipient,p.ib.2. in marg. n 16.l. dicastice subordinatur nomothetica,p.287.1.in marg.n.21.l.speculatio quavis,p.288.1.l.22. l.prat.Log.p.289.1.l.24.l. ad calculos,ib.l.18. à fin.l.oper.Gal.p.290.2.l.8. à fin l.art.parv. p.294.2 l.13. & 12. à fin.l.in communi convictu, p.295.1.l.5.l. sed tamen non nimis.p.295.2.l 4.à fin.l.in princ.p.296.2.l.17. l.agnoscit, p.297.1.l.13.& 12.à fin.l.hostes.118. de verb.signif. p.297.2.l.10. à fin l.impetu in hostilem, p.298.1.l.7.& 6.à fin.l. ingeniis.p.302.1. l.25. l. 1.Cor.1.p.302.2. l.10.& 11. l.privatum, finem quemq; elevat, p.303.1.l.17. à fin.l.3.de Republ.ib.l.6.à fin.l. sed & regnorum, p.303.2.l. 5.à fin. l.atatem impendisses Respublica, p.304.2. l.2. à fin.l. in Max. & Balbin. p.305.1. l.16.l. M. Anton.Philosoph.ib.l.8.à fin.leg. Antoninus. p.305.2.l.16.l.Pompon.p.306.2.l.25.l.quod is opus habeat, p.308.1.l.12.l.Liv.lib.26.ad fin. supra, p.309.1.l.11.l. ἠμαρτηκότας: ib. in marg.n 31.l. optimæ,p.310.1.l.26. à fin. l.vicissim.inopes,p.312.2.l.4.l.5.l.quid causæ,ibid.l.11.& 10 l.mores hominum,p.313.2. l.3.à fin. l.veram,p.314.1.l. 6.l. Ex voluptate. ib.2.l.18.à fin.l. Solin. p.316.1. l.20. à fin. l.constituit,p.316.2. in med.l. Monarchiam c.4. & l.4. à fin.l. Cornelius Tacitus.p. 323.1.l.9. à fin.l.ipsius,p.324.1. l.8. à fin. l.tada, ib.2. post med.l.Tatii Sabini,p.326.1. l.20. à fin.l.τυράννιδα, p.326.2.l.2. & 3.l. arreperet, ib.l.5.l.vilsora.p.326.1. l.12. à fin. l. paulò fecius, ib.in marg.n.13. l.quæ armat,p.327.1,l.24. à fin,l.Titus consortem, p.328.2 l.6.à fin.l.i Mustapha

pha filii, p.329.2. l.6. l. post depositum, ib. l.9. l. abjecerit, ib. l.22. l. Pomp. Lat. p.330.1. l.5. l. Constantius Chlorus. p.330.2. l.15. l. Aristides, ib. in marg. n.22. l. polyarchiam. p.33'.2. l.2. à fin. l. Perer. ib. l.1. l. Brougton, in Daniel Henning. p.332.2. l.6. à fin. l. arrogantia, p.334.2. num.83. l. ex incommodis Electionis, p.335.2. nu.127. l. Colophonium, p.338.1. l.7. à fin. l. creatos, p.338.2. l.6. & 7. à fin. ipsas fortes facilius, p.339.1. l.24. l. calicem prahendisset, p.339.2. l.11. à fin. l. per omnes, p. 340.1. l.8. l. locum, p.340.2. l.2. l. in Aurel. p.341. in marg. n.23. l. qui suâ, p.342.2. l.4. l. Helmold. l.2. à fin. l. discurs. in Tac. p.343.1. l.11. l. incederet, p.343.2. l.2. ad Cessitium, ib. l.20. l. Tacit. lib. 1. hist. p.344.1. l. ult. l. Buridan. p.344.2. l. ult. l. qui habiturus, p.345.1. l.4. l. morte Cassii, p.346.1. l. 5. & 6. l. imperium non relicturum, ib. l.16. & 15. à fin. l. Insularum, ib. l.6. à fin. l. eadem ratione, p.346.2. l.14. l. impar, p. 347.2. l.9. l. An tu, p.348. in marg. nu.47. l. devolvitur, ib. l.23. à fin. l. Henning. p.352.2. l.1. l. Buridanum, p.353.1. l.17. l. lib.3. c.5. p.353.2. l.9. à fin. l. Wenceslaum, p.354. 1. l.16. l. Leuccium, p.355.1. l.22. à fin. l. patentia Imperia, ib. l. ult. l. Burdian. p.357.2. l.20. à fin. l. ait Iosephus, p.358.1. l.5. l. nanciscatur, ib. l.23. à fin l. ad imperium, p.358.2. l.11. à fin. l. liberi honoribus, p.359.2. l.12. l. ducis, p 360.2. l.24. à fin. l. anarchiam, p.363.1. l.19. l. Augusti, ib. l.10. & 9. à fin. l. retentavit. p.364. in marg. n.97. l. regnandi, p.364 2. l.3. à fin. l. à patre, p.365.1. l.17. & 18. à fin. l. devolveretur, p.366.2. l.22. l. scytalas, p.369.1. l.4. à fin. l. Henricum VI. p.370.2. in m. n.116. l. in principem electum, p.371.1. l.22. l. Cercopithecum, p.372.2. l.9. l. Caligulam post, domitianumq́;, p.374.1. in med. l. Botskaio, p.374.2. l.5. l. Stuartum Comitem, ib. l.19. & 18. à fin. l. ad Numam alienigenam coacti fuerunt deferre, p.376.1. l.17. l. fatis cessisset, ib. l.19. l. turbis, p.376. 2. l. penult. l. Venenato, p.377.1. l.8. l. bellorum exitum, p.378.1. in m. l. Belgar. ib. l.23 l. quem Burgundus, ib. l.17. à fin. l. regina matri, p.379.1. l.13. l. Huraltus, l.24. à fin. l. impotentia, ib. l.12. à fin. l. exercitui, p.379.2. l. penult. l. nepos, p.381.2. l.23. & 24 l. ut divinat Ecclesiasticus c.10. p. 382.2. l.22. à fin. l. Augusti in pueritiâ, p.384. l.11. à fin. l. quâ verba. p.387.1. in m. n.169. l. omnis, p.388.1. l.3. l. sentibus, ib. l.25. l. funestam, p.389.1. l.7. l. vel si nollet eum populus, ib. l.18. à fin. l. momenti, p.389.2. l.12. l. beneficis, p.390.1. l.7. l. nominis ejus, ib. l.20. à fi. l. Capta Tyro, p.390.2. l.20. l. redditum, ib. l. penult. l. principibus, p.391.1. l.16. l. Calestinus, ib. l.23. & 22. à fin. l. pravas &, ib. l.15. & 14. à fin. l. jus aut legem, p.392.1. l.12. l. modos obtinendi, p.392.2 l. ult. l. gerere incipit, p.394. num.44. l. divisionis prohibitio, p.395.2. l.18. l. Lotharius & Ludovicus, ibid. in med. l. de dissens. filior, p.396.1. l.16. à fin. l. Iagellonem sponsum, p.396.2. in marg. nu.9. l. legibus jam fundata, p.397.1. l.10. à fin. l. Regi in subditorum, ib. l.7. à fin. l. mundana. p.397.2. in m. n. 13. l. ut possessionem, ib. l.3. à fin l. Oros. pag.398.1. l.24. l. fieri videmus, ib. l.17. à fin. l. genero, p. 398.2. l.16. à fin. l. conveniant, p.399.1. post med. l. regna dividere, p.399.2. l.8. l. Anglis, ib. l.11. & 12. l. inter cateras, p.400.1. l.2. cum Premulaum, p.400.2. l.23. à fin. l. prafecti saltem. ib. l.8. à fin. l. Mauris, p.401.1. l.21. à fin. l. quàm unum, p.40'.2. in marg. nu.32. l. exemplo, p.402.1. l.1. post med. l. non diu post, p.403.2. l.8. à fin. l. Leopoldus VI. empta Styria, p.404.1. l. penult. l. à genere, Sigismundus. p.404.2. l.20. l. sartatecta, ib. l.18 à fin. l. promotam cuperet, p.406.1. in m. n.50. l. quatenus valeant, p.407.2. l.4. l. in pralio Mohaczensi, ibid. l.2. post med. l. prajudicium tertii, p.409.1. l.2. l. maxima non possideantur, ib. l.19. l. feudis minoribus. ib. l.14. à fin. l. Vran. p.409.2. l.5. l. Lud. Molin. l 6 à fin. l. contributionum, pag.411.1. l.18. l. Rogerius Bassius, ibid. l.21. l. Calabria, p.411.2. l.20. Oldenburgensem. ibid. l.23. l. quam, ibid. l.16. à fin. l. cum Corys. ib. l.11. à fin. l. Tam arctè, p.412.1. l.7. l. Cler. agror. p.413.1. l.13. l. adegit tandem, pag. 414.2. n.8. l. frigida, ib. nu.10. l. aliquis dignior, p.415.2. l.22. à fin. l. alicubi succedat, p.416.1. l. 19. l. Bipontini, ib. l.22. l. unione ib. l.29. l. primogenitura non, ib. l.35. l. Iustin. lib.12. ib. l.37. l. Perdicca, ib. l.40. l. Perdiccam, ib. l.42. l. unum eum, ib. l.43. l. morienti sed, p.416.2. l.16. l. quod iram ib. l.22. l. in fin. ib. l.24. à fin. l. Aemil. p.420.1. l.23. à fin. l. matris, l.22. l. regnum ad Adoniam pertinuisse, p.421.2. l.17. l. Frater, non comessantium, p.422.1. l.20. l. in qua, l.18. à fin. l. fuit accessus, p.422.2. l.13. à fin. l. pro Ocho. & sic in seqq. l. Ochus. Ocho. l 7. à fin. l. è medio, p.426.2. l.4. l. arcebantur, p.427.2. l. tam Rex, quam l.8 à fi. l. Milcolumbus, p.485.1 l. ult. Loffred. p.486.2. l. 17. à fin. l. Nihem. p.487.2. l.3. l. inharendum. p.488.1. l. penul. l. qua, p.488.2. l.15. à fin. l. dicunt. p.489.1. l.15. l. divids, l.16. l. devolvatur, ib.2. l.16. à fin. l. paragium, p.490.2. l.15. l. praventretur, l.13. à fin. l. minori, p.492.1. l.12. à fi. l. fratres, p.492.2. l.11. à fin. l. Sed ne sic. p.493.2. l.14. l. institui censent.

censent, l.3. à fin. l. genitis, 494.2.l.11. à fin. l. Antoninus, l.9.l. jubebunt, p.495.1.l.17. à fin. l. jure uxoris, p.499.1.l.6.l. Regnum Neapol. p.499.2.l.15. & 16. à fin. l. pro partibus, p.500.1.l.6.l. quod incluso, l.4. & 5. à fin. l. successit, licet MieZislaus senex patruelis & MieZislaus frater, p.500.2.l.ult.l. sicut Phrahates, p.501.1. l.13. à fin. l. perrumpatur, p.501.2. in m.n.11.l. praeferri, p.503.2. in med. l. sed causam, p.504.2. l.25.l. gentium moribus, p.505.1.l.1.l. Germanorum Philippus, p.506 1.l.20.l. Cynus. p.508.2.l.8.l. destinatione divina, p.511.2.l.25.l. eas inconcussè, p.515.2.l.3.l. repelli, p.516.1.l.2.l. proposito, p.518.1.l.9.l. Imperatorii, p.519.2.l.6. à fin. l. Regum. p.523.1.l.16.l. Sigismundi. l.20.l. Ladislaus Posthumus, p.523.2.l.19. à fin. l. Hunniades, l.4.l. Sponheimensis, p.524.1.l.3. & 4.l. ducentos, p.524.2.l.12.l. invidia. l.20.l. reginam, p.525.2.l.21. Irene, l.24.l. Zonar. pag. 526.2. l. 11. Fauchet. pag. 527.1. l. 21. à fin. l. cit. locis, l. 9. l. haeredem, ibid. l. 13. l. secundum, l. 22. l. jure paterno, pag. 528.1. l. 24. à fin. l. Burbon. l. 3. l. Amalasventa, pag. 528.2. l. 6. l. bellum, pag. 529. 2. l. 17. l. Parùm enim, l. 17. à fin. l. sensum, pag. 530.1. l. 6. l. tanto, l. 7. l. foemineum, ut. l. 22. à fin. l. pervenirect. l. 15. l. mulierum, l. ultim. l. Ios. 17. pag. 530.2.l.3.l. Zelaphehadis, p.531.2.l.3.l. à fin. l. privil. p.532.l.15. à fin. l. novercali odio editi, p.533.2.l.18. à fin. l. & mulier immodesta, ib.l.2.l. Veturia, p.534.2.l.2. à fin. l. uxor Iustini, p.535.1.l.7.l. evirator, ib.l.12. à fin. l. famulaq;, p.536.1. in marg. n.87.l. Qua ex causa supernaturali, aut. p. 536.1.l.11.l. pollice. p.540.1.l.24.l. internecina, p.541.l.1.16. & 17 l. navarcha, p.544.2.l.11.l. monachorũ, p.545.2.l.15. à fin. l. Valer. p.546.1.l.5. à fi.l. leges conjugales, p.549.1.l.22.l. sui impotentẽ. ib.l.8. à fin. l. Polon. p.552.1.l 16.l. Pramislai, p. ib.2.l.12. à fin. l. turbandã, p.555.1.l.11. l. illic. ib. 2 l.23.l. Idem tamen, ib. in m. nu.147. leg. procorum, p.556.2.l.22. à fin. l. contempto. l.20. l. terruerant, p.558.1.l.23.l. unica filia. ibid.l.5. à fin. l. Anathemate, p.558.2. l.14.l. quod masculos, p. 560.2.l.15. à fi.l. secessione. p.561.1.l.7.l. Marẽ. p 563.1.l.3.l. periculo injici non posse, p.567.1 l.3.l. transmisit, p.569.1.l.14.l. ludibriis, p.569.2.l.11. à fin. l. injusti lecti, p.570.1.l.7. à fin. l. maculas. p.571.2.l.25.l. contentam, p.575.1.l.12. à fin. l Ind. 11. p.576.1.l.20.l. Manfredus verò, p.579.2.l. 13. à fin. l. nec, p.591.2.l.22. à fin. l. usq;, p.593 1.l 2.l Livius lib.22. p.594.1.l.18 l. Halyc ib.l.22. à fin. l. luminum, p.594.2.l.3. l. Iustin. lib.17. p.604.2 l 6. à fin l. subjugati, p.611.1 l.7. à fin. l. Dominum, p.612,1.l.9 l. nullo salubri, p 614.2. l in m. n.13.l defraudat, 617.2.l.22.l. à fin. l. Paterc. p.619.1.l.2.l. Praeceptor. p.619.2.l ult.l. facinus, p.620.1.l.19. à fin. l. contumacia, ib.l.10.l. vitioso judici, ib. l. pen. l exsculpserit, p.6 1.1.l.10.l. pro Claudio Cladius, p.629.2.l.11.l. Domino &, p.635.1.l.3.l. dimotis plagulis, p.635.2.l.10. à fin. l. mores, p.637,1.l.19. à fi.l violentia, p.638.2.l.19.l. quib. ib.l. ult.l. latrociniũ, p.641.1.l.20.l. Pipino, p.643.2.l.21.l. accusatus, ib.l.2. à fi.l. dominabatur, p. 644.2.l.6. à fi l. si vanalitia nõ, p.645.1 l.4. à fi.l. deditũ, ib.l.3. à fin. l. parricidio, p.649.1.l.11.12. & 13.l.1. Sam.24. & 26. (Davidem Thecuitis nominat angelum & legatum Dei) 2. Sam. 14. & Samuel eum, p.649.2.l.21.l delicti, p.651.1.l.3. à fin. l petit. p.655.2. l.10. à fin. l. Cyri. p.659.1.l. 16.l vulgaris. ib.l.16. à fin. l. à divitibus. p.662.1.l.11. à fin. l. deprehensi, p.664. 2. l.17. l. habebant, ib.l.18. à fin. l. Syllam justè, p.668.2.l.5. à fin. l. nullos, p.670.2.l.5. à fin. l. dixerit ipse, p.673.1.l.17.l. ulteriorem, p.672.2.l.ult.l. multas illic, p.674.2 l.23. à fin. l. Nam se, p.676.2.l.3.l. vacare, p.677.1.l.13. à fin. l. orbe pepulit, p.677.2.l.ult.l. suspectos. p.678.1.l.16. à fin. l. Gabios. p.686.2.l. 5.l. voluptatem, ib.l.16.l. inisse domesticam, p.691.1.l.12. à fi.l. eadem, p.692.1.l.19. à fin. l. munerum p.692.2.l.4 l. φερνήματα, p.693.2.l 5.l. illis, p.696.2.l.14. à fi.l. Proverb. c.28. p.699.2.l.2. à fin l. Marinum, p.700.1.l.22. à fin. l. ad servos, p.702.1.l.17. à fin. l. ille, p.705.1.l.8.l. Respublicas p.708.1.l.ult.l. ad inediam, p.709.1.l.20.l. qua in sinu, p.712.2.l.5.l. ut somnum ib.l.20. à fin.l. Tyrannus, p.714,2.l.3. à fin. l. atq; regnum, p.717.2.l.22. l. periculis, p.722.l.2.l. penul. l. non esse, p.725.1.l.21. à fin. l. Republica, p.727.1.l.21.l. auream, p.728.l. penult. l. ipse, p.729.2. l.25.l. enim in Cretensi, p.730.1.l.ult.l. Statum, ib. in m.n.30. non esse, nu.31.l quid, p.735,1.l.6, l. mereatur, p.736.2.l.16.l. Rerumpub. p.737,1.l.5. à fin. l. judicium tenebat senatum, p.737,2.l.16. à fin. l. huic audeat, p.744,1 l.14.l. venerunt, ducatum. p.746,1.l.17. l. diximus, ib.l.4. à fin. l. morẽ, p.747,2.l.1.l. Lascivũ, p.748.1.l.13. à fin. l. piscarẽtur, p.751,1.l.2. & 3. à fi.l. Petrus, ib.2.l.19.l. area. p.760.2.l.14.l. politiae, l.18.l. nurũ. p.762,1.l.3.l.2. Paralip. c.19. ib.l.8.l. Matth. c.26. Luc.22. Ioh.11. & 18. ib.l.12. à fin. l. Devter. c.17, p.763 2.l.11.l. per Mosem occidi, p.765.2.l.12. à fin. l. nulli Reipubl. p. 766,2.l.15. à fi.l. Anima corpus, l.6.l. dementẽ, p.767,2.l.10. à fin. l. & obsequiis, p.772,1.l.13.l. mi-

litem,p.773,2.l.12.l.ni Tribuni pleb.p.774,in m.14. l.mixta,p.775,2.l.12. à fin. l.malunt ruri,p. 776.2.l.19. à fin. l.quam Curatela,p.778,1.l.24.l.depingit,p.779,l.15.l.Res Romanorum,p.781.1. l 1.l.Reliquus,p.782,2.l.21. l.urbanitas,p.784,1.l.12.l. annuum,p.785,2.l.25.l.cōditurū,p.787,2. l.24.l. promiscuum,p.788,2.l.7.l. Aristotels,ib.l.25.à fin.l.conspecta,p.789,1.l.14.l.diuisa,p.791,1. l.16.à fin.l.Claudius,p.793,1.l.22.l.Martin. Burrha,p.793.2. l.23.l. propositurus,p.795,1.l.16. à fin.l.perit,p.801,l.3.l.immiscere coactus,p.803,2.l.5 l.Vel ab omnibus,p.807.2.l.24.l. experitia, p.803,1.l.23.l.Vnum vero actu,sed non potentiâ, ib.l.4.à fin.l.Regner.Sixtin. p.811,2.l.16. à fin.l. omnia ageret,p.814,1.l.16.l. uxor dixisset,p.815,1.l.19. l.fidei Viri,p.816,1.l.penult.l. Ephoris,p. 822,1.l.20 l.de bello & ,p.822,2.l.8.l.post secessionem,p.824,1.l.9.l.eum magistratum,p.826,2. l.14.l.Linternum,p.827,2 l.19. & 20.l.quot ipsi situs,quot,p.828,1.l.14.à fin.l.obsesso,p.829,1.l. 12.à fin.l.tabularum,p.829.2.l.penult.l.latas,p.830,2.l.14.l.cornicinem,p.831,2.l.4.à fin.l.unà cumplebe,p.832,1.l.10.à fin.l.sua potestatis,p.832,2.l.4.à fin.l.magistratum,p 834.1.l.24.à fin.l. tribunitia,p.837.1.l.21.à fin.l.reficiendusq;,p.837,2.l.16.l.secessionem, ib.l.10.à fin.l. ad consules,p.839,1.l.21.à fin.l.Italia pellendis,p.840,2.l.23.l. boni ominis,ib.l.22. à fin.l. quando ulterius,p.846.1.l.26.l. Hernicos bellum aggressus per insidias occubuisset, ib.l.12. à fin. l. minus retendisse,p.850,1.l.13.à fin.l.quanquam sibi,p.851,1.l.1.l.imperaret.l.10.l.secessionibus, l.12 à fi. l.haurirent,p,854,1.l.12.l,Comitia,l.21.à fin.l.Senatu,p.856,1.l.24.l.contrauisset,tribuni,p.856, 2.l.18.l,ac si sanctum, p,857.l.antepenul.l.quosq; ex,p 858.1.l.ult. l.Imperatorum,p,858.2.l,4. à fin.l.cum esset aliquando,p.859.2.l.10.l.priuatum,p.860,1.l.23.à fi.l.Claudia familia,l.19.l. cupido autē,p.860,2.l.25.l.nec contentius idem,p.861,1.l.2.l.fortem statumq;,p.863,1,l,23.l,principi,p.865.1.l.24.l.successorem,l.8.à fin.l.qui legum,p.866.1.l 8.l.A Caesare propalàm,p.866,2. l.23.à fin.l efflagitaret,l.19.l. castiganda plebi,p.867.1.l.15.& 14.à fin.l. tribunos pleb. immodestos histrionum fautores.l.12.l. tribunos pleb. l.11,l. status suis,p 867.2.l.3. à fin.l. dominium inferri potuisset,p 870.2.l.21.l qui flamen,p.871,1.l.19.l. ut clausis intra, p.871.1.l.8. à fin.l. imaginem quandam,pag. 874. 1.l.18. l. consilio,sed ad, l.penult. l. considerent,pag. 874. 2. l. 17.l.primi. p.875,1.l.3. à fi.l. quot supplicationes,quot statua, p.875,2.l.7. quis, diuina, l.10. à fin.l. Cajus cum, p.876.2. l.5.l.conciones uniuersas, p.879,1.l.12.l.lib 3. Annal. p.881.2 l.12.l. Quamprimùm,l.13,l.Othonem,l.20,l.percussam,l.25.l. percussa monetâ,pag. 282. 1.l.1.l.sub Galba. pag. 881,2.l.14. à fin.l. Heigius,pag. 887, 1.l.10. à fin.l. Bebenburg. pag. 891,1.l. pag. l.manu cessent,l.9.l. Electoribus. successores,pag. 892.1.l.23.l. Lotharius II. pag.992.2. l.6. à fin.l.grauia esse,p.893,2.l.13. à fin l. Hostiensis,p,894,2.l.24,l. Conradum,p.897.1. l.16,l. ante Carolum IV. p.899,1.l.4,à fin.l.prouideatur,p.899,2.l.14,à fin,l.denominantur,l.12,l,Columna, p.902,1.l.22,à fin.l.alicuius,p.904,2.in marg.n.97,l creare,p.905.1.l.1.l. Denais.p 906,2.l.3. l.prater eas est,p,907,2.l.16,l.praeuentioni,p.908,1 l.3,à fin.l.facessant,p,910,2.l.15, Aluar. p. 912,1,l.17,l negotio,p,913,1.l.8,à fin.l. Quod illis nulla,p.916,1.l.12.l.Massonius, p.917,1. l.6.l. sub Imperatoribus,l.12, à fin.l & electores,p.918.1 in m.n.25,l. instituatur,p.919,2.l.5,à fin.l, sententia,p,921,1.l.9,à fin,l,Legum,p.921,2.l.4. à fin.l.Haillan. p.924,2,l.24,l. nos reddit, p. 925,2,l.5.à fin.l.capere potest,p.926,1.l.14,à fin.l.non sumi ab, p.927.2.l.7,l.peculiari libello. p.928,2.l.15,à fin.l.adulatorum,p.931,1,l ult.l. Quid,p.935,1.l.8,l.nutantem, p.938,1.l.9.l.consulitur,l.22,à fin. SCtum populi,p 939,1.l.25,l.Theramenem,p,939,2.l.penult.l.scrupulus Salis, p.941,2.l.8.l,abjiciat,l.5.à fin. sententiam,p.942,2.l.24,l.Conone,p.943,1.l.4,l.populo,p.946,2 l,19.à fin.l. Democratia,ib.in m.nu.64.l.in democratia, omnia esse communia,p.950,2. l,26,l.fex populi,p 951,1.in m,n.81,l.democratica,p.954,1.l.10,l. quoniam, l.10, à fin. l.per symbola,p.954.2.l.17,à fin. l, Republica.

FINIS.

Aφ1. 145501